COMMENTARIORVM IVRIS CIVILIS IN HISPANIÆ REGIAS CONSTITVTIONES, QVARTVM LIBRVM NOVÆ RECOPILATIONIS COMPLECTENS,

ECVNDVS.

AVTORE DOCTORE ALPHONSO de AZeuedo, inclytæ Ciuitatis Placentiæ ciue et incola, in Hispaniarum Regnis.

AD FRANCISCVM DVCEM DE Bejar, Comitem de Benalcaçar, Marchionem de Ayamonte, Dominumque de Capilla & Burguillos, & vnum ex Regni Magnatibus.



CVM LICENTIA

SALMANTICÆ

Excudebat Cornelius Bonardus

Anno M. D. LXXXVII

COMMENTARIORVM IVRIS CIVILIS IN HISPANIÆ REGIAS CONSTITVTIONES, QVARTVM LIBRVM NOVÆ RECOPILATIONIS COMPLECTENS,

AVTORE DOCTORE ALPHONSO de Azeuedo, inclytæ Ciuitatis Placentiæ ciue et incola, in Hispaniarum Regnis.

AD FRANCISCVM DVCEM DE Bejar, Comitem de Benalcaçar, Marchionem de Ayamonte, Dominumque de Capilla & Burguillos, & vnum ex Regni Magnatibus.



CVM LICENTIA

SALMANTICÆ

Excudebat Cornelius Bonardus

Anno M. D. LXXXVII

DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leó de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orietales y Ocidentales, Islas y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brabante, y Milan, Conde de Absburg, de Flandes, de Tirol, de Barcelona, Señor de Vizcaya, y de Molina, &c. Por quanto por parte de vos el Doctor Azeuedo vezino de la ciudad de Plasencia, nos fue fecha relacion diziendo que vos auiades hecho vn libro intitulado Secũdus Tomus Cómẽtariorũ Regiarũ Constitutionum Hispaniæ, quartum librum nouæ regiæq; recopilationis complectens, el qual dicho libro era prosiguiendo el primer tomo de los tres libros primeros de que teniades licencia y priuilegio nuestro y nos suplicastes os mãdassemos dar licẽcia y facultad para le poder hazer imprimir y priuilegio por el tiẽpo q̃ fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Cõsejo por quãto en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematica por nos agora nueuamente sobre ello fecha dispone fue acordado que deuiamos mãdar dar esta nuestra carta en la dicha razon, e nos touimos lo por bien. Por la qual damos licencia y facultad, a qualquier impressor destos nuestros Reynos para que por esta vez pueda imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion sin que por ello cayga ni incurra en pena alguna, y mãdamos que la tal impresiõ se haga por el dicho libro original que va rubricada cada plana y firmado al fin del de Alõso de Vallejo nuestro escriuano de camara y vno de los que en el nuestro cõsejo residen, y despues de impresso no se pueda vender ni venda sin que primero se trayga al nuestro consejo juntamente con el original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original y se tasse en lo que cada volumen se ouiere de vender so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros Reynos y no fagades ende al so las dichas penas y mas de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en la Villa de Madrid a diez dias del mes de Março, de mil y quinientos y ochenta y tres años.

Conde de Barajas. *Don Pedro Portocarrero.* *El Licenciado Guardiola.* *El Licenciado Nuñez de Boorques.*
El Licenciado Don Iuan de Suaçola.

Yo Alonso Vallejo escriuano de Camara de su Magestad la fize escriuir por su mandado con acuerdo de los del su Consejo.

FRANCISCO DVCI DE BEjAR, COMITI DE BENALCAÇAR Marchionique de Ayamonte, ac vni ex Magnatibus Regni, &c. Doctor Alphonsus de Azeuedo, S. & Æter. Fœlicitat.

FACVNDISSIMVS ac Princeps Philosophiæ Aristoteles (Dux Illustrißime) in Physi. docet, non in naturalibus tantum, sed in omnibus prorsus humanis rebus neceßitatem cõsiderandam ex fine, vtpotè causarũ omnium et prima ac potißima. Quod dogma, seu Aristotelis inuentum fuerit, siuè à Platone receptum, ingens Philosophiæ argumentum fuit, magnamq́; rebus omnibus attulit lucem. Anteriores homines non eruditionis expertes, sed primi nominis Philosophi, neceßitatem rerum materiæ tribuebant, ac si (vt ipsius Aristotelis exẽplo vtar) domum ita necessario constructam esse putarent: non quòd humanis vsibus ità expediret, sed quia grauia quadam deorsum suapte natura ferantur, idcirco lapides quidem ac fundamenta sunt infra terram, suprà autem propter leuitatem præminẽt ligna. Item homines inferius pedes habere non incessus gratia, sed quòd ea pars maximè craßior sit. Ossaq́; similiter animantibus inesse, non quòd ita necessaria fuerint, vt caro, membraq́; corporis stabilitatem haberent, sed quòd ea materia durior, et solidior sit. Verùm enim verò homines craßis opinionibus imbuti, toto (vt aiunt) cœlo errabant, vt nec rerum aliquarum rationem secundum sententiam eorum reddere possent, nec optimarũ maximarumq́; rerum fabricam artificio philosophandi ratione vllomodo expedire possent. Atq; ex hoc capite manauit Epicuri stolidißimum placitum, et eius discipuli Lucretij. Dicebat enim nec oculos ad videndũ esse natos, nec aures ad audiendum, sed omnia fortuitò, atq́; adeò ex illo multifario atomorũ concursu per vacuũ infinitũ et inane volitantiũ contigisse, quo nihil potest dici, vel fingi, aut stultius, aut ineptius, nec quicquàm proclimius, quàm tam apertam stultitiam arguere: quod copiosis-

¶ 2 piosis-

piissimè Cicero de natura deorum, et Lactantius de opificio Dei fecerunt. Sed nostro instituto, et præsenti proposito satis erit, vt summam veritatem teneamus, qua omissa, semper necesse, errare est: credamusque non cælum, nec terram, ac reliquas orbis partes, hominemque ipsum principium, sed omnia, quæ cælo continentur, alicuius vsus, et finis gratia stetisse, fierique omnia: atque ita fieri necesse propter finem, vnde ratio et necessitas rerum accipienda est. Cumque verum sit (teste Diuo Hieronymo) eum, qui scribit, multos sumere iudices, nec careat præsumptionis suspicione, ità vt potius sit dignus odio quam laude, qui se, non requisitus, ingerit inter alios consulere, vel iudicare: varijs ex causis sunt hucusque reprehensa scribentium studia. Ac ideò duplici ex causa, necessitate finis scriptores compulsi solent moueri, et finem suum, vt scopum, (in directione librorum magnatibus ac potentissimis Principibus facta) dirigere. Tum quia se illis vndequaque deuinctos cognoscunt, tum etiam, quia sub eorum nomine (tanquam sub clypeo firmissimo) à calumniantium censura se tutos putant. Idcircoque me vt tuæ dominationi deuinctissimum illarum prior compulit causa vt hæc tibi dicare non essem veritus: Secunda verò vt sub tui nominis potentia regiaque progenie, cui es adiunctissimus, vbique tutissima, in altum prolata, mea hæc operula sit. Quod si vel tui nominis magnitudine, vel mea obligatione munus oblatum condignum non videatur, ab ipsamet tua humanitate, et clementia hoc supplendum, et resarciendum est.

Quibus excessus iste maiori laudis et gloriæ cumulo semper cedit, Vale.

AD LECTOREM ORATIO, ET AVTORIS EXCVSATIO.

EQVIDEM, & ſi nunquam ita meipſum amaui, vt mihi vel ingenij laudem aliquam, vel doctrinæ alicuius præſtantiam aſſumerem, id tamen ingenui adoleſcentis, & in præclara ſtudia incumbentis officium eſſe duxi, mediocribus rebus minimè contentum, altiſſima, atque vehementer ardua conſectari. Nam nec ille ſummus locus eſt omnino deſperandus, & in medio non licebit inſiſtere, niſi illi tantummodo, qui ad ſummũ maximo animo contenderit. Benè enim veteri prouerbio admonemur, vt ad rerum faſtigia nitamur, ſi media tenere cupimus. Quod ſi nihil animo, atq; ſtudio complecti fas hominibus fuiſſet, niſi quod primum virium ſuarum imbecillitati conuenire putarent, neminem exiſtimo vnquã, ad vllam artium, non dicam perfectionem, ſed nè mediocritatem quidem fuiſſe peruenturum. Nec enim Platonem ipſum opinor, cum primum ſeſe ad ſcribendi ſtudium applicuit, tantum de ſe ſperaſſe quantum poſtea periclitando, & audendo conſecutus eſt, neq; Demoſthenem ingenio ſuo tantum initio tribuiſſe, vt ſe fore aliquando Pericle ſuperiorem in animũ induceret: neq; Ciceronem ſuſpicatum fuiſſe, cum primum ad dicendi ſtudium excitatus eſt, ſibi diuinæ cuiuſdam & incredibilis eloquentiæ palmam reſeruari. Sed cùm vis cuiuſdã præſtãtis naturæ illos admoneret, vt ad multò maiora conarẽtur, quàm quæ eſſent eo tempore viribus ſuis accommodata, ſummũ illum eruditionis & doctrinæ gradũ conſecuti ſunt. Quid autem de ijs dicam, qui mediocri doctrina culti, & eruditi fuerunt? Potuiſſentnè illum ipſum locum obtinere, niſi ſupra vires ſuas audendo, ſeipſos ad maximorum hominum imitationem ardenti ſtudio contuliſſent? Nunquam enim tã benè cũ rebus noſtris agitur, vt eò quò curſum habemus, omnino fœliciter appellere valeamus. Quocirca omnibus, qui alicuius artis præclaræ laudem admirati, fuerint ſumma con-

tentione enitendum est; vt non ad ea tantum, ad quæ perueniri re cupiunt, sed ad altiora etiam contendant, quo tandem eò, quò cursum instituerant, facilius prouehantur. Cum sit igitur exploratum, neminem in aliquo munere esse posse, nisi summa studiosissimè sequatur, non ij sunt in crimẽ audaciæ vocãdi, qui conatum adhibent, ad maximas res suscipiendas, imò potius, illorum, qui id non tentant, ignauia, atque desidia est summopere reprehendenda. Nec me illorum oratio à scribẽdo deterret, qui genus aliud dicẽdi vberius, & ornatius quã id, quod pro ingenij nostri imbecillitate possumus in hac disputatione sequi fortasse requirent. Nam si ea tantum, quæ à nobis augeri literis, & illustrari queunt, tractare concessum fuisset, nemo vnquam scribere aggressus esset eã, quæ non dico verbis exprimi, sed nec omnino concipi mente, atque cogitatione possunt: quæ quidem omnia cum primum mihi in mentẽ venissent, non solum non vereri ea cæpi, sed & animum excitarunt, vt opus hoc pene meis viribus impossibile aggrederer, vt alijs saltim esset incentiuum maiora dicendi, & mihi animum magnum & magnis exponendis rebus, præberent. Audaces enim (vt fertur) fortuna iuuat, timidosque repellit. Quare si quid boni (doctissime lector) dictũ factũ aut excogitatum reperies, Deo optimo maximo gratias referes, qui paruulis ea reuelans, sapientibus abscondere vult. Vale.

(?)

TABVLA TITVLORVM in volumine hoc declarandorum.

FINIS.

SEQVITVR NVNC DECLARANDVS LIBER Quartus Regiæ huius Recopilationis, habens quotidianas materias, & quotidie in Iudiciorum strepitu versandas, & itidem in Scholis non negligendas, & ideo nullum Titulum relinquemus (Deo annuente) incommentatum.

ET quanuis de libro ad librum non sit ita necessaria continuatio, vt inquit glo. singularis in Rubr. ff. de cond. furti. cui est similis in Rubric. de lega. 3. Sicut de titulo ad titulum, vt tamen inceptum institutum prosequamur omnia continuandi, continuari potest liber iste ad præcedentē, hoc videlicet modo: quod cum superiori libro de iudicibus, & varijs eorum speciebus dictum sit, qui causas & lites decidere secundum ius tenentur, & quoniā, scire quid faciant, nescire autē, quo ordine faciant, non esset perfectæ cognitionis, vt inquit Bald. in proœmio. ff. in princip. quem & alios refert Sylua Nuptialis, in vers. non est nubendū. num. 12. fol. 5. in paruis, ideò post librum præcedentem, subsequitur noster hic quartus liber ordinem & modum in iudicijs obseruandum tam per iudices ipsos, quàm per collitigātes, iustitiæq; ministros, ponens & determinans. Qua continuatione præhabita venio ad titulum.

Titul. I. De la jurisdicion Real y conseruacion, y guarda de ella.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

NVLLVS audeat Dominorum etiam in terris suis supremam iurisdictionem soli Regi pertinentem impedire, vel ei obuiare, sed potius Regis mandata & literas eius citatorias obediat.

1 IBi, [Iurisdicion.] Quid sit iurisdictio†, tractat Speculator, in titul. De iurisdictio. omn. iud. & Doct. in locis ordinarijs, & extraordinarijs relatis per Glossatorem Salmantinum, hic, sub. l. 1. titul. 1. libr. 3. ordi. colum. 754. versic. Iurisdicion, quem

retulisse pro horum declaratione sufficiet ne aliorum scripta transcribamus, qui & in columna. 755. in fin. disserit quot modis capiatur iurisdictio, & in columna. 758. quæstione. 8. quo iure sit inuenta, vbi & in. 7. quæstione declarat quotuplex sit iurisdictio, & diuidit eam in ordinariam & delegatam, de quibus plura diximus in Rubric. titulo. 9. libr. 3. supra: in nostrum tamen propositum proprius est id quod inquit Speculator vbi supra numero. 1.
2 quod alia est plena, † alia vero semiplena, plena in solo principe consistit, vt instituta de iure naturali. §. sed quod principi, & extra, de vsu palij, capit. nisi, & alia quæ Speculator allegat, & de hac plena iurisdictione, & sub ea de maiori & suprema agitur, in præsenti, quæ quidem soli Regi pertinet, & eius ossibus adhæret, & maioria vocatur, eò quod pertineat ad supremam principatus recognitionem, à nulloque alio quam ab ipso Rege exerceri possit, † secũdum Matthæum afflict. in præludijs ad constitutiones Siciliæ, quæstione. 1. numero. 4. vbi numero. 3. inquit, ius diuinum Regibus supremam hanc potestatem, & iurisdictionem concessisse, & ideo
4 quantumuis Rex † ipse iurisdictionem alicuius loci concesserit alicui etiam cum territorio, non censentur supremam hãc iurisdictionem concessisse neque eam à se abdicasse, prout ex texto nostro probatur, & tradit doctissimus Couarruuias in practicis quæstion. capit. 4. in principio, & iterum in repetitione capit. quamuis pactum secunda parte. §. 2. numero. 4. de pactis in. 6. imo & quod plus est quod ip-
5 se Rex etiam si vellet † non posset illam à se abdicare, secundum Thomam Gramaticum, consilio. 28. & Auendanio capit. quinto Prætor. numero secundo libro 1. & nouissimè Aluarus Velascius, in de iure Emphytheotico quæstione. 8. numero. 31. non enim potest hæc suprema iurisdictio magis à Rege separari, quam radius solis ab ipso sole, & probatur ex optima. l. 9. titulo. 13. parte secunda ad hoc allegata per glossatorem Gregorium in l. 22. verbo, ole embargasse titulo. 13. part. secunda, & impossibile abdicari à Rege inquit, D. Couarru. vbi supra numero 1. & tradit Baldus relatus per Afflict. vbi supra libro primo Rubrica. 47. numero. 9. folio. 188. neque per concessionem, secundum Auiles capit. primo Præt. glossa prima numero. 3. Neque per alienationem, secundum Gregorium in. l. 8. verbo, a quien titulo. 1. part. 2. qui adhoc allegat optimum Consilium Pauli Castrensis, & idem Gregorius in l. fi. eodem titulo. 1. parti. 2. & Rolandus Valle consilio primo numero. 134. cum sequentibus pluribus volumen. 2. ex quibus superflua iudicari possunt verba concessionum aliquarum villarum & populorum alicui donatorum, quibus verbis suprema hæc iurisdictio reseruatur, non enim erat necesse declarari, vt inquit text. in. l. 5. ad finem titulo quinto part. secunda. & tradit Auẽdanio in capite quinto Præto. numero. 2. libro primo & Gregorius in ead. l. 5. verbo dixesse, declarantur tamen aliquando gratia clarioris intelligentiæ, & vt idiotis aliud esse concessum occasio dubitandi non præbeatur: quibus de causis neque præscribi poterit maioria hæc, prout tradit Velascius vbi supra numer. 29. & (Deo lente) dicemus in. l. 1. titulo. 15. infra isto libro. nam si de bonis & iuribus Regni alienationem facere Rex non potest, si credimus Abb. in capite intellecto numero primo de iure iurando folio. 164. non enim potest de rebus Regni disponere absque consensu maioris partis procerum & maiorum Regni, vt per Innocent. in capite. quanto de iure iurando & probatur ex. l. 3. titulo. 10. libro quinto Recopilationis. notat Loazes in allegatione pro Marchione de los Velez in. 7. fundamen. pro oppido de mula. 1. partis numero. 3. qui in Responsio. ad illud. 7. fundamen. numero. 7. &. 8. pagin. 393. communem refert, cum Regni procuratio, non autem concessio id est concedendi alteri potestas Regi data sit, secundum Rolandum Valle, alia dicentem in consilio secundo numero. 98. cum sequentibus pluribus, volumin. 1. fortius neque de hac maioria & suprema iurisdictione disponere Rex poterit, neque disposuisse censendum est, per quæcunque verba generalia, vel generalissima, quibus mediantibus iurisdictio aliqua concedatur secundum Afflictis, Decisione. 122. & Rolandũ Valle, consilio quarto numero 42. cum sequen. aliquibus volum. 3. Ex quibus & alia notãda Dominus Couarruuias

uias. vbi supra infert per ipsum videnda, &
6 an appellatione iurisdictionis merum † &
mixtum imperium comprehendatur, tradit remissiuè Afflictis in præludijs dictarum constitut. Siciliæ quæstione. 6. numero. 4. vbi resolutiuè tractat num concessa iurisdictione alicuius loci, simplex iurisdictio concessa sit, an & merum & mixtum imperium & quid si concedatur plena iurisdictio populi alicuius an merum imperium concessum sit, tradit idem Afflict. d. libr. 1. Rubrica. 47. numero. 13. & Didacus Perez Salmantinus glossator vbi supra columna. 756. columna quarta. & quid si in vna terra non habet Rex nisi iura regalia, an vendita terra illa censeantur vendita regalia tradit Afflict. D. Rub. 47. numero. 14.

Ibi. [Ciuil y Criminal,] & sic merum & mixtum imperium & gladij potestatem,
7 nam hoc † & ciuiles & criminales causas complectitur & in principe hæc itidem resident, in eum enim tota ciuilis Castellanæ reipublicæ potestas & iurisdictio transfusa sunt, & penes ipsum adsunt, vt per Dominum Couarruuiam in Practic. capit. primo, & Oroscium. in. l. 1. numer. 8. & sequenti. ff. de constitution. princip. & Marant. in speculo aduocatorum in prooemio, tertia parte numero. 25. & probatur iure nostro Regio ex. l. 1. titulo. 1. partita secunda adeo vt & olim cum Henrricus Germanorum Rex Bononiam venisset aliquando, florerentque ibi tunc eximij duo iudices iuris ciuilis interpretes, Lotharius, scilicet & Azo, discreparent-
8 que † inter se in alijs multis, sed in eo vel maximè, quod merum imperium apud solum principem esse Lotharius affirmabat, Azo etiam cæteris magistratibus proprium esse profitebatur, fama est, deposito ex sponsione apud sequestrum equo, Regem eos adijsse, qui pro Lothario pronuntiauit, nec mirum id, in causa enim propria ius dixit. Cæterum Azonis opinionem Doctores sequuntur, quam ijs verbis Iulianus confirmauit in. l. & si prætor. ff. de offic. eius cui mand. est iur. teste Oroscio ibi columna. 503. numero secundo & tertio, qui & Alciatū refert. asserentem nouissimè meri imperij ius ipsum soli principi competere, eius exercitium cæteris etiam iudicibus ordinarijs communicari credit. Ipse tamen Oroscius
9 opinatur & bene, originem † penes principem esse velut magistratuum omnium fontem, lege enim Regia in eum translatum est, communicare tamen ijs, quibus princeps ipse concesserit, habereque eos tunc non exertitium tantum, sed merum ipsum imperium, quæ sententia teste Oroscio, vbi supra iure nostro approbata est, ex. l. 18. titulo quarto part. tertia, nam licet quædam sibi principes reseruarunt, secundum Baldum in. l. prima. C. de iure au. an. capit. 1. quæ sint regalia quædam pontifices, secundum glossam & Decium in capit. quoad traslationem, de officio delegati, cætera tamen commisserunt magistratibus hoc ipso, quod eos creant, maioribus maiora, qualia merum & mixtum imperium sunt, minoribus iurisdictionem simplicem, prout & tenet Mattheus Afflict. in constitution. Siciliæ libr. 1. Rubrica. 47. numero primo. folio. 187. omnes enim iurisdictiones ab ipso principe
10 tanquam à fonte † procedunt & fluunt, & refluunt, adeo vt ne minima quidem iurisdictio alicui conferri posit, nisi authoritate principis mediata secundum Baldum in capite primo. §. iudices vero, de pace iuramen. fir. & alios relatos per glossatorem Salmantinum hic, sub. l. prima titulo primo libro tertio ordinamenti, columna 755. versiculo secundo quęro, & Afflictis. d. rubrica. 47. numero sexto folio. 188. prout & in summo pontifice optime differit, Franciscus Bargas in tractatu de iurisdictione Episcoporum & Pontific. Maxim. authoritat. axiomate. 2. cum tribus sequentibus. & in alijs pluribus locis illius tituli & in Episcopo, vt neque à se posit abdicare tacite vel expresse visitationem, correctionem, procurationem, & cathedraticum, quæ omnia continentur sub Episcopali imperio mero, vt. l. legatus. ff. de offic. præsid. tenet Hostiensis relatus per Altamiranum, in tractatu de visitatione in capit. tertio. Sessione. 24. folio. 221. numero. 46. & est Hostiensis in summa titulo. de offici ordina. §. quod pertinet. Supremam tamen, hanc potestatem sibi ipsis principes reseruarunt, nullique eam communicauerunt, neque communicare, vel concedere possunt, vt glossa proxima præcedente dictum est.

 Sed

11 Sed an concessa iurisdictione † simpliciter non in feudum, censeatur concessam fuisse in perpetuum, vel ad vitam, & in hoc Bonifacius in sua peregrina legum partitarum verbo iurisdictio quæstione prima versiculo imperator, fol. 274. reiecta opinione Bartol. in. l. Pater. ff. de seruitut. leg. distinguit quod aut est simplex commissio, & est personalis, de offic. delegat. capit. ex delegatorum, aut est concessio, & tunc aut est facta dignitati & est perpetua, & idem si territorio de institut. capit. cum venissent, aut est facta personæ, & tunc est personalis, vt in. l. pecoris. ff. de seruitutibus rusti. præd. aut dubitatur, & tunc videtur potius commissio quam concessio, quia talia non consueuerunt concedi nisi cum maxima deliberatione. l. humanum. C. de legibus. l. 5. titulo. 10. libro quinto infra. Sed si tunc constaret cum deliberatione concessam esse talem iurisdictionem, tunc erit concessio, & non commissio, per text. in dicto capit. cum venisset de institutio. & alia quæ Bartol. allegat in dicta. l. pater numero. 8. & sic intelliges text. in capite primo de probatio.
12 probantem concessionem principis † esse perpetuam, scilicet vt procedat si deliberate fiat, secus alias, & tradit Ancharran. in capit. olim columna penultima extra de verbo. significatione, de quo & tradit idem Bartolus consilio. 189. & Boerius decisione. 227. numero. 17. vbi tractant
13 an in dubio personæ † vel territorio dicatur concessa iurisdictio, si autem non est mera concessio, sed cessio vt per contractum facta tunc realis est, & sic perpetua vt in. l. si pactum. C. de probatio. tradit optime Iasson in. l. si sic stipulatus numero. 13. folio. 185. ff. de verbo. obligation. & de ijs traditur etiam per Bald. in. l. liberti columna nona. C. de oper. liber. & videndi sunt Doctores in hac materia relati per Additionatorem Bartol. in dicta. l. pater numero tertio, litera. a. ff. de seruit. legat. & in dicto consilio. 189. eiusdem Bartoli ne extra nostri textus materiam longius progrediamur, & supradicta intelligi possunt, vt procedant, quoties per priuilegium concessio hæc fit, quæ tunc fieri per priuilegium dicitur
14 cum est contra ius, † quia hoc est esse priuilegij, secundum Doctores maxime Oroscium in. l. beneficium in principio. ff. de constitutionibus princip. quia si esset concessio facta per principis beneficium, id est per beneuolam actionem gaudium tribuens accipieti perpetuum esset, secundum Doctores & Oroscium numero quarto in dicta. l. beneficium & in regula decet. de regulis iuris in. 6.

Ibi, [Pertenesce a nos,] Regalia enim vt ex iam dictis patet, supremo sunt principi reseruata & alijs ablata, vt & inquit Ripa in respons. 186. numero tertio fol. 134.
15 & quæ sint † regalia vltra Doctores in dicto capit. primo, quæ sint regalia in vsibus feudorum, præsertim per Afflictis ibid. 126. casus describentem, videndus est Casaneus in cathalogo gloriæ mundi, parte quinta consideratione. 24. & Carolus de Grassalis libro primo regalium Frantiæ iure. 11. per totum. & nouissimè per AEgidium Bosium in practica criminali, titulo de regalijs per totum, & cum quatuor titulis sequentibus, & de iure nostro habemus text. in. l. 2. titulo. 1. partita secunda, iuncta. l. 8. ibidem & optimam. l. 5. columna penultima, titulo. 15. part. secunda. & l. 22. titulo. 13. part. 2. tradit Velascus in tract. de iure emphite. quæstione. 8. numero. 32.

Ibi, [Fundada por derecho,] Ex ijs verbis notanda est conclusio, scilicet Regem
16 nostrum Hispaniæ in suo Regno † & dominio fundatam de iure in omni iurisdictione actiua habere suam intentionem sicut imperator in imperio, notissimum est enim iure communi Romanorum ad principem pertinere creandorum magistratuum potestatem, vt in Authentico de defenso. ciuit. §. nos igitur collatione. 3. & in authen. vt iudices sine quoquo suffr. §. illud videlicet collatione secunda & iure nostro regio decisum habemus in. l. 1. titu. 9. libro. 3. supra. & diximus in. l. tertia titulo quinto eod. libro tertio supra. in Regemque, prout in hac. l. dictum est, populus omnem transtulit iurisdictionem & translata in principem potestate ipse solus princeps potest, quod poterat respublica: nam cum aliquid est sublatum à republica videntur quoque sublata, quæ in consequentiam veniunt secundum Baldum in l. transigere, columna quarta. C. de transaction. ex text. in. l. eos qui. C. de vsur.

cuius

curius verba sunt, principali enim actione non subsistente satis superuacuum est super fructibus & vsuris adhuc iudicem cognoscere, iurisdictionis tamen, penes rempublicam aderant, igitur & penes eum in quem translatæ sunt potestates omnes reipublicæ. Item Rex Castellæ Hispaniæque nostræ, non subest Imperatori neque recognoscit superiorem temporalem, secundum glossam capit. Adrianus. 63. distinct. imo iuste dici potest, vt inquit Nauarrus in capit. nouit. tertio nota. numero. 116. & latius numero. 167. Corollario. 65. Hispaniam totam nunquam iure subiectam fuisse Romanis, neque Romano imperio, & sic si ex toto (quod absit) deficeret in Hispania Regum progenies, possent Regnicolæ eligere Regem de iure gentium secundum Minchacam contro. illust. libro secundo capit. 22. numero secundo, & Regna Castellæ Rex possidet tanquam res captas in bello, secundum Felinum in capit. cum non liceat. de præscriptionibus. mirabiliter per Belugam. in speculo principum rubrica decima quarta. & tradit glossa Gregorij in. l. prima titulo decimo octauo, partita secunda quidquid velit Baldus in. l. executorem numero trigesimo primo. C. de executioni. rei iudic. & Rex Castellæ appellatur dominus ipsius terræ. l. prima titulo decimo. partit. secunda, notat Auendanio capit. quarto, Præto. numero. primo, libro primo, & ideo Rex Castellæ appellatur Rex sui iuris, secundum Cardinalem, Clementina fin. de censibus quæstione septima, & caput Regni appellatur, secundum textum l. tertia titulo decimo nono, partit. tertia, & l. 26. titulo. 13. partit. secunda. l. septima titulo primo. partita secunda. Regimenque reipublic. manet vti in fonte in principe iuxta capi. in apibus septima quæstione prima, fonsque dignitatum & iurisdictionum vocatur à Bald. in capit. primo, quis dicatur dux aut Marchio. Thom. Gram. decisione. 46. numero primo, & à principe tanquam è fonte manat, & deriuatur in alios, secundum Alexandrum. l. prima numero. 35. Bald. l. more. ff. de iurisdictio. omn. iudic. Thom. Gram. Voto. 28. & in hac. l. dictum remanet, mirum non est, quod in suo Hispaniæ Regno vbi Rex noster non subest alicui temporali domino neque imperatori, & vbi caput est & fons iurisdictionum, quod subditi & sic membra eos ab eo iurisdictiones recipiat, & in toto Regno fundatam habeat iurisdictionem omnem actiuam, & sic poterit iure optimo dominos terrarum & castrorum iurisdictiones exercentes compellere, vt ostendat suas donationes regales seu titulos earundem iurisdictionum, neque debet audiri aduocatus contrarium asserens, secundum Boerium decisione octaua, & Auendanio plura ex ijs inferentem & fundans in capit. primo. Prætor. numero septimo, libro primo, & à numero. 1. cum sequentibus incepit, & post eum latissimè Aluarus Velasquius, de iure emphytheo. quæstione octaua numero. 21. cum pluribus sequentibus & glossa Gregor. in. l. secunda titulo primo partit. secunda, & Villalobos in antinomia iuris cap. primo, & ideo iure optimo Bald. in. l. exemplo columna. fin. C. de probatio. & Decius in rubrica. lectura prima, numero tertio extra de constitution. Regem in suo Regno imperatorem vocant, imo & maius dominium † habet Rex in suo Regno quam imperator in imperio, vt probat optima lex. 8. titulo primo. partit. secunda. Notat Carolus à Grassalis libro primo. Regal. Franc. iure. 11. & Matthæ. Afflict. in præludijs ad constitu. Siciliæ. quæstione. 13. per totam. Boerius decisione. 178. numero nono. & Burgos de Paz in proemio legum Tauri numero. 143. cum sequenti, & ideo inquit ibidem Boerius, numero primo, Christum Regem non vero imperatorem fuisse appellatum, Regesque prius fuerunt quam imperatores, secundum textum in. l. septima titulo primo partita secunda, vbi glossa, inquit, Reges esse de iure gentium: & sic inquit additionator Decij in dicto numero tertio litera. b. antiquiorem pleniorem & digniorem esse authoritatem nomen & Regis potestatem, quam imperatoris, Reges enim fuerunt omni tempore etiam ante Christum, imperatores autem ex post facto, secundum Afflict. in dictis præludijs ad constitut. Siciliæ quæstione prima numero final. & Marantam in sua practica in proœmio, quæstione tertia numero. 15. & 16.

17 (margin, beside "maius dominium † habet Rex")

& Asinium in practica in principio capite secundo. de instantijs numero tertio, & septimo. & hac de causa inquit Afflictis dicto numero final. virginem Mariam Dici Reginam & matrem misericordiæ & non imperatricem misericordiæ, quia hoc nomen, imperator est magis rigoris, & terroris, Regina autem est magis nomen prouidentiæ & æquitatis, & sic inquit legisse in quibusdam scriptis Sancti Dionysij, & ideo Reges ampliorem habent potestatem, omnem enim suam iurisdictionem (quæ ampla & magna erat in legibus rogandis & abrogandis, secundum Oroscium. l. prima numero decimo quinto, columna. 206. ff. de constitution. principis. populi in Regem transtulerunt, ita quod nihil penes eos remansit, secundum Oroscium ibidem numero octauo, cum pluribus, & Couar. in practic. capite primo per totum, & Auiles capite primo Prætor. glossa prima. quicquid velit Oroscius vbi supra numero decimo octauo dubitare, & ex hoc inferebant aliqui, quod cum statuere iurisdictionis sit, ex text. l. primę. ff. de iurisdictione omnium iudic. quod populi iurisdictione carentes nullo modo statuere
18 re possunt, absque superioris † authoritate, prout tenet Bartolus, & alij relati per Oroscium in. l. omnes populi numer. decimo quarto, colum quinquagessima quarta. ff. de iustitia & iure, licet frequentiores contra teneant, secundum eum ibi, imo quod statuere sit magis permissionis quam iurisdictionis, & ideo populos iurisdictione carentes statuere posse, quam magis communem testatur glossa prima in principio in. l. duodecima, titulo primo partita prima, & sic populi Castellæ, secundum Auendanium capit. 19. Prætor. numero quinto versiculo, apud nos tamen libro primo, etiam si iurisdictionem non habeant statuta rationabilia possunt condere, prout & in. l. 14. titul. sexto. libr. tertio supra diximus,
19 Regiamque † & imperatoriam potestatem non hominum esse inuentum, sed Dei sanctissimam ordinationem testatur, Soto libr. 4. de iustitia & iure. quæstione. 4. articulo. 1. columna antepenultima pagin. 278. ob idque à l. 7. in fi. titulo. 1. partita secunda. & à l. 5. eod. titulo. & pagin. Reges vicarij Dei in terris circa temporalia dicuntur, & in ijs Dei locum habent in terris, & ideo possunt male dicere rebelles & contradictores, secundum textum in. l. 2. columna tertia, titulo. 18. partit. 3.
20 Sed an sicut Rex & imperator † fundatam habent suam intentionem circa iurisdictionem, habebunt & circa bona subditorum, & proprietatem eorum, & videtur, quod sic, nam mundi se dominum appellat imperator, in. l. deprecatio. ff. ad leg. rod. de iact. voluit glossa, omnia in. l. bene à Zenone. C. de quad. præs. tangit Iass. in vsibus Feudorum numero. 52. fol. 199. de quo late videbis per Minchac. controuersi. illust. libro secundo. cap. 20. per totum & in de controuersiarum vsu frequenti. capit. primo numero. 6. cum sequentibus pluribus, vbi capi. secundo. tractat quid in papa circa beneficialia, Pinelus, in rubrica capit. de rescind. vend. 1. parte per totam. Nihilominus tamen quoad hoc contrarium est asserendum, neque eorum dominus imperator neque Rex appellari potest, quantumuis mundi se dominum appellet, hoc enim est verum in
21 vniuersali, non vero † in particulari, secundum Bartol. in. l. 1. §. fi. nume. 2. ff. de rei vend. & Bald. in. l. si abducta. numero quarto in fin. C. de furt. & Alexander, consilio. 76. numero sexto volumine secundo & Curtius Iunior, in. l. prima, numero. 108. ff. de iurisdictione omni. iudic. & secundum hanc declarationem magistratus domini territorij dicuntur, secundum Fab. in. §. præiudiciales numero. 28. institutio. de action. quem refert & sequitur glossa Gregorij in. l. 8. titu. 9. part. 1. & in. l. 1. tit. 28. part. 3. & sic inquit Oroscius in. l. quod princip. num. 17. colum. 206. ff. de const. princip. in Regem & in imperatorem dominium orbis esse datum & translatum, vt in dicta. l. deprecatio, non vero dominium rerum, & ideo sine causa, secundum eum ibi & in hac glossa dicemus, alicui auferri non potest rerum suarum dominium per Regem vel imperatorem: vel secundo intelligitur (vt proprius materiam nostræ legis declaremus) Rex, vel imperator mundi dominus,
22 respectu † iurisdictionis & protectionis,

nis, non vero vt dominus rerum particularium dicatur, secundum glo. omnia in d. l. bene à Zenone, quã ibi omnes sequũtur & communem cum ea testatur Angel. ibi & Fab. nu. 5. & Curtius Iunior, vbi supra numero. 118. & Cardin. in Clement. 1. in princip. numero. 4. C. de sum. Trin. & fid. Cathol. vbi declarat quid in papa de quo per Minchac. vbi supra. capit. 21. & 22. & Abb. numero. 11. Felinus. 26. & 33. in capit. quæ in ecclesiarum, de constitutio. & Rebuff. in tractatu de congrua portione numero. 125. cum pluribus sequentibus. & in repetitione l. vnicæ. C. de sentẽtijs quæ pro eo quod int. prof. in præfatione numero. 30. vsque ad. 47. Tiraquellus in l. si vnquam. verbo. donatione largitus, numero. 40. C. de reuocand. don. & Math. Afflict. in præludijs ad constitut. Sicil. quæstio. 17. per totam, & Maranta in disputatione. 8. numero. 27. vbi alio modo declarat & Illustris Don Anton. Meneses in l. altius. numero. 5. C. de seruitut. & aqua, & Doctissimus Soto. lib. 4. de iustitia & iure quæstione. 4. articul. 2. & post hæc vide per Anton. Gabriel. in libr. 5. cõclusionum suarum, titul. de acquirend. rerum domi. conclusione. 3. & Couarru. in capit. peccatorum. 2. part. §. 9. numero. 7. Et probatur ex singulari l. 2. in fin. titul. 1. part. 2. & ibi gloss. & optima. l. 31. titul. 18. part. 3. & in l. 14. titu. 5. part. 2. Ex qua quidem l. 2. & ex dictis infero, Regem abs-
23 que causa † publica non posse quem priuare dominio rei suæ, neque in foro conscientiæ, neque contentioso, cum causa tamen publica posse, vt plene notatur in l. quoties. C. de precib. imper. off. & in l. fi. C. si contra ius, vel vtilit. public. voluit gl. in l. Barbarius, verbo, multo magis ad. fi. ff. de offic. præt. vbi Iass. latè confirmat, multaque in eam rem adducit, idque tenent quam plures relati per Tiraquellũ inde tẽperand. pœnis in præfatione. numero. 38. cum tribus sequentibus & per Anton. Gabrielem, in suis omnibus opinionibus titu. de iure quæsito non tollend. conclusione 1. 2. 3. & 4. quã post hæc vidi & per Rolandum consil. 91. num. 29. cum sequentibus lib. 2. & etiam Balbus de præscriptio. 1. p. 4. part. princip. num. 3. & communiorem testatur Felin. in dict. numero. 33. oportetque quod causa illa respiciat publicam vtilitatem, & sic vocaui eam causam publicam, & debet principaliter eam respicere secundum Paulum, Felinum, Decium, & alios relatos per Aymonem Craueta consilio. 5. numero. 4. & consilio. 264. numero. 10. & nouissime per dominum Molinam. in de primogenijs Hispaniæ libro. 3. c. 3. num. 19. vbi Felin. vbi supra allegat hanc communiorem dicentem, vt neque ex potestate absoluta aliud liceat principi facere, vt & optime inquit Couarruuias. libr. 3. Variar. capit. 6. numero. 6. vbi numero. 8. inquit more suo singulariter, hanc potestatis absolutæ vim ne-
24 quaquam conuenire his, † quæ iure naturali, vel gentium sunt instituta, quæ proculdubio princeps tollere non potest, neque ordinaria neque absoluta potestate, iura siquidem naturalia immutabilia sunt, & ideo nemo vnquam dicet his principem posse derogare etiam absoluta potestate cum hæc potestas non esset, sed tyrannis, quæ longe abesse debet à principibus, & ab his, qui de eorum imperio & potestate tractare conantur: ius etenim naturale dictat quemlibet propriæ rei dominium habere, posseque libere de ea disponere nisi ea dispositio ex causa Reipubl. vel propter publicam vtilitatem ei interdicta sit, quod si princeps absque publicæ vtilitatis causa dominium ab aliquo auferat, sive interdicat rei propriæ liberam dispositionem, nonne tyrannidem verius, quam principis leges & iura exercet? hoc profecto apertissimi iuris est, præsertim in bene constituta Republica, hæc sunt verba aurea domini Couarruuias vbi supra, reprobando iure optimo Pauli Castrẽsis sententiam distinguentis circa hæc, potestatem ordinariam ab absoluta. Distinctio enim hæc in humanis principibus & præsertim Christianis vocatur falsissima per dominum Couarruuiam dict. numero. 8. & bene, & in hoc principis potestas non minuitur, sed augetur, cum id principem Christianum non deceat, vt in proposito inquit Molina vbi supra libr. 1. capit. 8. numero. 31. imo quando princeps vti-
25 tur plenitudine † potestatis sine causa iusta ac rationabili ea non dicitur plenitudo potestatis, sed tempestatis, secundum Socin. consil. 120. numero. 14. lib. 3. & alios relatos per Molin. vbi supra lib. 2. capit. 7.

num. 33. vbi inquit in Hispaniarum Regnis nunquam factum fuisse, neque Regem accepisse aliquid absque causa publica, imo
26 & tunc debet adhiberi bonum † cambiũ ex parte Regis propter publicam causam & vtilitatem rem priuati alicuius auferentis, prout probat expræsse text. singularis in dict. l. 2. & ibi gloss. Buen cambio titul. 1. part. 2. & Suarez Allegatione. 10. post princip. communis, secundum Anto. Gomez, in l. 1. Taur. colum. penult. in principio & Aymon Craueta, consil. 95. num. 7. & latissime & optime fundat Rolandus Valle consil. 69. num. 15. cum pluribus sequentibus lib. 2. vbi num. fin. contrariã vocat Diabolicam potestatem. & Pelaez, de maiorati. 4. part. quęst. 1. in princip. nu. 16. cum sequen. allega. & nouissime post hæc Doctor Molina, vbi supra. lib. 2. cap. 7. nu. 28. vbi & aliam Pauli distinctionem circa bona hæreditaria iure optimo reprobat,
27 & in beneficialibus † idem asserit Rebuff. in praxi beneficiorum titul. de non tollendo ius quæsitum, gloss. 6. nu. 16. pag. 266. vbi per totam illam gloss. plura in fortificationem prædictorum adducit, & infert, prout ex dictis deducit Couar. in dict. cap. 6. & Dominus Molina, vbi supra ad maioratus materiam applicans, cessanteq; causa illa tenetur Rex rem illam & in iustitia, & in conscientia restituere illi à quo eã acceperat, secũdum Innocentium in. c. quia plerique, de immunit. eccles. relatum & secutum per Suarez in. l. quoniam in prioribus. 2. limit. l. Regiæ, pag. 144. colũ. 1. in fi. cum seq. & Rolandum Valle consi. 91. num. 48. vol. 2. & Auiles cap. 18. præt. gl. Se haga. num. 3. & nouissime per conciuẽ nostrum Guterrium, meritissimum Canonicum præbendæ doctoralis Cathedralis Ecclesiæ Ciuitatensis, in sua solemni repetitione. l. nemo potest, num. 72. de leg. 1. vbi à num. 71. incepit & cum sequenti-
28 bus aliquibus plura dicere, idque † verum intelligerem quoties bonum cambium nõ fuit adhibitum ex parte Regis, tunc enim nimirum si cessante causa, teneatur restituere rẽ illam, secus vero si bonũ cambiũ adhibitum fuit, tunc enim quandoquidẽ Rex ipse parti, cuius res erat, satisfecit, nõ tenebitur etiam causa cessante rem restituere, & in casu in quo adhuc tunc teneremus Regem ipsum cessante causa teneri parti rem illam restituere, teneretur & ipsa pars ipsi Regi restituere id, quod pro bono accepit cambio ab ipso Rege, resarcitis damnis si hinc inde aliqua adessent damna & deteriorationes, æqualis enim debet esse obligatio restituẽdi, nisi Rex ipse propter authoritatem suam & præeminentiã aliud vellet, prout censendũ est velle. Sed
29 an in ijs casibus præsumetur † iusta causa in principe, dicendum est quod non, sed probanda est, secũdum Molin. in dict. lib. 1. primogeniorum Hispaniæ. cap. 8. num. 32. & Dominum Franciscum Sarmiento. lib. 1. Selectarum interpretatio. c. num. 19. & Aymon Craueta consil. 253. nume. 8. & nouissime post hæc Lancellotus Conradus in templo omnium iudi. lib. 1. cap. 1. de imperatore. §. 4. in quæst. causa iusta in principe præsumitur. nu. 7. vbi per totam illam quæstionem hæc disserit. Ex quibus inquit Hostiens. in sum. titu. de priuilegijs. §. inhibemus. quod Reges qui ad inuicem guerram habuerunt non possunt remittere damna subditis illata & eorum iura. de quo per Ias. in. l. Gallus. §. & quid si tantũ. num. 80. & 81. ff. de lib. & post. nisi secundum eum ibi causa pacis faciẽdæ & tumultus sedandi. Sed an populus Romanus, qui dictam potestatem transtulit in imperato-
30 rem † posset hodie eam reuocare, tangit glos. Otorgassen in dict. l. 2. titul. 1. par. 2. & vt omnia pateant reperies, quod Franciscus à Victoria, relatus per Grego. Lop. in. l. 2. in glo. mag. col. 7. in princ. titu. 23. part. 2. inquit neque de iure naturali neq; diuino, neq; humano posse imperatorem prætendere dominium totius orbis, & an in casu in quo licet principi rem subditi capere requiratur citatio domini rei illius, vide optime Bar. Soci. consil. 166. nu. 45. cum. 3. sequent. vol. 2. ibi, En defecto de los juezes. Hoc est vnum de suprema Regis iurisdictione, aliud refertur in. l. 1. titul. 15. inf. hoc libro & l. 22. titu. 13. par. 2. & l. 5. col. penult. titu. 15. part. 2. & quæ sint Regalia in hac lege diximus remissiuè, & vltra ibi allegatos videre poteris etiam Ias. in. l. imperium, num. 20. in fi. ff. de iurisd. omn. iud. vbi allegat referentes ea quæ Papæ reseruata sunt, quæ & refert Restau. Castal. in tractatu de imperatore quæstio. 110. tom. 5. tractatuum, & Montaluus in l. 5. titul. 11. libr. 2. fori, Anto. Gom. l. 40. Taur.

31 Taur. num. 10. & anius venandi † sit de principibus reseruatis, vide Dec. cősi. 197. Quorum reseruatorum supremæ magestati duo principalia in lege nostra referuntur. Primum scilicet, quoties Domini inferiores sunt negligentes in exhibenda iustitia in terris suis, ob eorum enim, vel suo-
32 rum iudicum negligentiam Rex † potest mittere iudices in terris ipsorum dominorum pro iustitia ministranda etiam in causis & delictis priuatis, ex text. nostro, quẽ adhoc allegauit Auend. c. 1. præt. num. 31. versic. item ob negligentiã. lib. 1. & Greg. in verbo por priuilegio. in l. 2. titul. 1. part. 2. & plura circa hęc tradit Carolus de Grasal. lib. 1. Regali. Fran. iure. 14. per totum & habes similes text. in l. 14. titul. 18. infra hoc libr. 4. & in l. 2. titul. 1. lib. 8 infra. imo & tunc condemnationes per hos iudices †
33 Regios, in terris ijs dominorum ob negligentiam eorum missos, factæ, cameræ Regiæ & non ipsorum dominorum applicandæ sunt, secundum eund. Auend. cap. 18. Præt. num. 2. lib. 1. Possuntq; domini ipsi ob negligentiam in totum priuari iurisdictione, secundum eund. Auend. c. 5. Præt. nu. 4. in princip. & nu. 12. versic. & eodem lib. 1. vbi inquit quod solum in casibus curiæ, de quibus & text. noster loquitur, in versic. Ni sean osados, Rex sibi legẽ hãc
34 imposuit, vt in illis cognosceret † in terris dominorum particularium Regni, extra illos vero non vult cognoscere in prima instantia nisi data negligentia ipsorum dominorum, vel suorum iudicum, vt & iterum asserit idem Auend. dict. num. 12. versic. Dixi autem, & in cap. 1. præt. nu. 31. vers. nam licet Rex, lib. 1. & Paris de Puteo, in titul. syndi. cap. de excessibus Baronum, numer. 25. fol. 119. in paruis. vbi & declarant ipsi qualiter negligentia hæc sit conuincẽda: & tunc misso iudice in hisce casibus in
35 terris dominorum, † tacite videntur in ipsum Regium iudicem causam aduocatam esse, itaq; dominus, vel eius iudex & locũ tenens non possunt vlterius se se in illa causa intromittere, secundum DD. in cap. cæterum per tex. ibi de rescrip. & Auen. cap. 19. præt. num. 3. versi. ex quo infertur, lib. 1. imo & dum informatio fit suspenditur iurisdictio negligentis iudicis ex l. 2. titul. 1. infra lib. 8. notandum etiam est, quod si
36 domini prohiberent † vassallis suis ne adirent regem pro querelis delictorum crimen læsæ magestatis committerent, secundum Lucam de Penna, relatum per Paridẽ de Put. vbi supra in cap. 2. num. 1. fol. 121. in paruis, & Auend. cap. 6. Præt. numer. 4. versic. & cum domini lib. 1. & Rebuf. 1. tomo. Const. Frans. titu. de euocatio. in pręfatione. quæst. 7. nu. 61. & Auiles in cap. 1. Præt. gl. 1. num. 3. nisi domini ipsi, secundum Puteum in dict. cap. 2. num. 2. merũ & mixtum imperium & primam causarũ
37 cognitionem haberent, quoniã tunc possent prohiberi vassallis ne in præiudicium suę iurisdictionis in prima instantia curiam adiret, prout & tradit Capitius Decis. Neapol. 130. nu. 10. & diximus in l. 10. titu. 9. num. 1. & 3. lib. 3. supra nisi in casibus vbi aliud expresse per leges permissum reperiretur, non enim regulariter † decet Re-
38 gem se in prima instantia in locis dominorum indistincte se intromittere, secundũ glos. Para. in l. 28. titul. 23. part. 3. Secun-
39 dum vero principi † reseruatorum est appellationis cognitio à sententijs dominorum, vel suorum iudicum per partes grauatas interpositæ ad Regem ipsum, vel chãcellarias eius, vetari enim hoc per dominos ipsos non potest, prout ex tex. nostro probatur ibi, y otro si que no sean, sicut neque casus curiæ ibi, ni sean osados, alias punientur grauissimè vt dictum remanet.

Ibi. [Para ante nos.] Similis text. videtur in l. 14. titul. 18. infra. lib. 4. Cognitionem appellationum in concessione meri & misti imperij & omnimodæ iurisdictionis non comprehenditur, vt per Roland. Valle consil. 4. nu. 41. vol. 3. imo & quod plus est. l. 5. col. penult. in medio titul. 15. part. 2. attenta, à dominis inferioribus, vel
40 eorum iudicibus omnino † ad Regem appellandum erat, neque valebat præscriptio in contrarium, secundum Auend. cap. 5. Præt. num. 2. lib. 1. & melius in capit. 6. num. 1. in princip. eod lib. 1. de quo & agitur per Puteum in tract. syndic. dict. titul. de excessibus Baronum. 5. an Baro, & Benedictus in Repetio. cap. Raynuntius, verbo, & vxorem el 2. num. 24. de testam. & ita hodie vtendum itidem est, neque ex le-
41 ge quadam † de Guadalajara, videtur permissum in terris dominorum posse appellari à sententijs latis in prima etiam instantia ab ipsis dominorum iudicibus, vulgo

vocatis, Alcaldes mayores, o gouernadores, o corregidores, ad ipsosmet dominos eos eligentes, sed tãtum à latis à iudicibus ordinarijs per populos electis etiam si à dominis ipsis, vel eorum locum tenentibus confirmentur iudices tales ordinarij, secũdum Illustrissimum Dominum Couar. in practic. quæst. c. 4. nu. 7. & glos. Para. in. l. 18. titul. 23. part. 3. & Auiles. ca. 38. præt. gloss. Ante nos fol. 234. vbi eius literam refert, quam & retulit Practicus Monterroso, in practica sua ciuili & criminali in. 5. tractatu fol. 89. & Auend. cap. 5. præt. nu. 2. in medio. & cap. 6. per totum lib. 1. meminit illius legis Guadalajaræ, est tamen verum quod si aliter se consuetudo habet in appellationibus interponendis in terris dominorum, cõsuetudo illa legitima præscripta seruanda foret, ex tex. in. l. 14. titul. 18. infra hoc lib. 4. Sublata tamen consuetudine lex illa de Guadalajara seruãda est, quæ clare loquitur in dicto casu, neque ad aliũ casum extendenda est, imo & in casu illo intelligendum est cumulatiue per legẽ illam, dominis concessam iurisdictionem, itaq; si partes velint, possint directe omisso medio ad Regem appellare à sententijs latis per ipsos iudices ordinarios suorũ populorum, secundum glos. Mag. in d. l. 18. titu. 23. par. 3. vt & in. d. l. 14. dicemus deo volente fortiusq; attentari posset & quidẽ vere scilicet, quod cũ domini in terris suis fundent iurisdictionem suam in cognitione appellationum ex vi & permissione. d. l. de Guadalajara, quod dicta iurisdictione hodierno tempore vti non poterunt, cũ dicta lex de Guadalajara non sit inserta in nostro Recopilationis Regiæ volumine, & omnes leges in ea non insertæ, & per ipsam non approbatæ in desuetudinem abierunt, neque seruãdæ sunt, prout ex proœmio nostræ Recopilationis patet: etiam si Auiles vbi supra. num. 3. se non determinauerit in ijs. Notandumque est, quod idem quod de dominis temporalibus dictum est idem de prælatis & ecclesiasticis personis est afferendum in locis & dominijs vbi tẽporalem exercent iurisdictionem, secundum text. vbi diximus in. l. 8. titul. 3. libr. 1. supra.

Ibi. [De impedir ni estoruar los pleytos de las biudas.] alias enim grauissime puniretur impediens, vt ex dictis per Auend. c. 6. Præt. num. 4. versic. & cum domini, lib. 1. patet, & ex dictis in hac l. in fi. gl. En de fecto, & hoc nisi in casu l. 1. §. 12. titul. 13. libr. 3. supra. Vbi etiam lites harum miserabilium personarum † impediuntur deferri per casum curiæ, & hoc nulla alia ratione nisi quia ibidem de causis mercatorum tractatur in quibus simpliciter & de plano sola facti veritate inspecta proceditur, & cũ hoc modo procedatur esset potius in odiũ ipsarum miserabilium personarum si curiã accedere possent, vbi lites lõgiores essent & ideo in fauorem ipsarum, & curię etiam Mercatorum in dict. c. 12. statuitur, quod in negotijs & causis Mercatorum cancellaría adiri non possit in prima instantia per miserabiles has personas. Item & secundo impediri posset per dominos & iudices eorum in terris suis, ne vassalli eorum etiam priuilegiati † curiam adirent in prima instantia in causis valoris decem mille marapetinorum, vel minoris æstimationis, nam in ijs curia adiri non potest, etiam per miseras & priuilegiatas personas in prima instantia secundum text. in. l. 11. titul. 13. infra. eod. lib. 4. vbi & dicemus, & tradit dominus Couar. in pract. quæst. c. 7. num. 3. versicul. hoc tamen. & nume. 5. ponit alias fallentias.

Ibi. [Pobres.] nisi paupertas esset ad hũc effectum procurata, nam tunc nihil proficeret, † secundum Mesiam, in Prag. Panis conclusione. 1. glo. 1. nume. 10. fol. 13. & ante eum quod paupertas affectata non attendatur tenet Couar. lib. 2. Varia. cap. 16. num. 9. Remedia enim procurata nocent potius quam prosint, vt & deo volente dicemus in. l. 14. titul. 3. infra hoc lib. & sic debet temperari quod inquit ipsemet Couar. in pract. quæst. cap. 6. num. 6. versi. sed siquis, captiosaque paupertas nihil prodest vt remissiue per Baezam. de debitore inope. cap. 8. num. 19.

Ibi. [Que obedezcan y guarden.] Nam & domini † & itidem prælati Regni tenẽtur literis & mãdatis Regũ obedire: scriptum est enim. 1. Petri. 2. subditi estote omni creaturæ propter Deum, siue Regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malorum, laudẽ vero bonorum, & transumptiuè habetur in cap. solitæ & in cap. omnes de maiorit. & obed. & habemus itidem text. singularem

42
43
44
45

rem in.c.si Episcop.18.d.& in.c.cum parati, de appellatio. & tex.in.l.29.titul.4.lib.2.supra.& optimum text. in.l.11.& l.16.& ibi gloss. a su corte, referens pœnas inobedientium, titul.13.partit.2. tradit optimè Archiepiscopus Florentinus, in.4.parte suæ summæ Theologali, titul.5.capitu.iii.in princip. & Sanctus Thom.2.2.q.104.art.1,5.&.6. tenenturq; omnes ad citationes Regias venire, alias punientur, secundũ text.in.l.13.tit.3.j.isto lib.vbi vide declarationẽ, imo & plus inquit gl.in.d.l.16.tit.13.p.2.q quanuis Rex mandet ali-
46 cui illud q fieri non potest, † absq; periculo suæ personæ dũ tamen concernat honorem Regis & patriæ, tenetur illud adimplere, neq; secundũ eand.gl.ibi, verbo en mandãdo. excusabitur, quantumuis dicat quod alij sunt idoneiores, imo & non implens mandatum Regis in causis grauibus
47 morte † punitur, secundum Auend.ca.2.Præt.nu.14.ad.fi.vers.hic adde, lib.1.mãdataq; Regia pro capiendis aliquibus personis tenentur dñi & eius iudices exequi statim, vt per eund.Auẽ.c.11.Præt.n.7.lib.
48 1.& q fortius est, q Regis rogatibus † obtemperandũ est, vt pote quia pro mandatis habentur, & qui eis nõ obedierit, esset puniendus tanquã inobediens, voluntas enim superioris, secundũ Florent. vbi sup. est quoddam præceptũ tacitum, & preces eorũ vt mandata sunt seruandæ, vt per Tiraquel.de minorand.pœn.causa.55.ex tex. in.c.cũ inter Rodericum Seniorẽ, ibi ad cõponendũ coegit inuitũ, de electio.iuncta expositione Innocen. dicentis, inuitum, id est instantia precum debitũ, quasi papa nõ tam illum iussu coegerit, quã precibus & text.in cap.nullus.36.q.2. & in.c.Beatus.7.quæst.1. & in cap. Rogo.11.quæst.3.iuncta expositione glossæ & Archidiaconi ibidem, & alia quam plura, quæ ibidẽ allegat ipse Tiraquel. vbi inquit sic esse versum tritissimum incerti tamen authoris, est rogare ducum, species violenta iubendi, quanuis si iniustum esset mandatum supersederi in executione potest & expectari secunda iussio, secundum gl. ansi como in dicta.l.16.& latè diximus in.l.14.titul.3.libr.1.supra.

LEX SECVNDA.

SVMMARIVM LEGIS.

Domini, vtentes iurisdictione in terris & dominio Regis tenentur ostendere titulum aut priuilegium quo mediante iurisdictione tali vtuntur.

Ibi, [Fundada su intencion.] Vt supra lege proxima probatur, & ibi diximus in gloss. fundada por derecho.

Ibi, [Ante nos titulo.] Sed nonne titulũ suæ possessionis quis compelli non potest
1 † ostendere? & fatendum quidem est ex text. & eius materia in.l.cogi.C.de petit.hæred. de qua regula tractat Palacius Rubios in repetitio. capit. per vestras, folio 83.numero.43.cum sequentibus.vbi alios allegat, & Socin. regula.430.& Matthæũ Affict. lib.1.const. Fran. rubrica.91.numero.3.vbi ponit tres limitationes, & idẽ Matth. Afflict. in capit.1.de controuers. inuest. vbi ponit viginti limitationes, & vna earum & principalior desumitur ex nostro text. & l.supra proxima, scilicet, quod cum Rex in terris & dominijs Regni fundatam habeat circa iurisdictionem intentionem suam, vt in ea.l.supra proxima diximus, & sic adest præsumptio iuris contra vtentes iurisdictione in regno, merito, quod teneatur titulum, vel priuilegium ostendere si petatur, nam quotiescumque
2 contra possidentem † adest iuris præsumptio, tenetur ostendere titulum suæ possessionis, secundum Abb.in cap. constitutis numero fin. de electio. & in capit. in literis.numero.18.de rest.spol.eund.Abb.in capite.3.numero.9.de procurato. Palac. Rub. vbi supra numero.46.& 47.per tex. in capit. ordinarij, in principio. de offic. ordin.in.6.& probatur etiam ex text.in.l.9.titul.10.infra.lib.5.& ex text. in cap. ad decimas. de restit. spol. tradit vltra dictos Card.in Clem.1.oppositio.9.de caus.pos.

& propr. & Auiles.c.1.præt.glo.1.nu.17. fo.21.&D.Ant.Men.in.l.altius.n.6.&.7. C.de seruit. & aqu. & Aluarus Velascius, in de iure emphyth.quæst.8.n.25.&.26. & cómuné testatur Cur. Iuni. consi.90.n. 2.relatus per Manricam, intract.de conie cturis vltimarũ, volũtatũ.lib.12.c.fi.n.11. & sic vidimus iam in regno nostro domi nos aliquos, temporales condemnatos, ne iurisdictioné, vel redditumm perceptione vterentur, eo quod titulum sufficientem nõ ostenderunt, & ad illum ostendendũ, qui habebant, compulsi fuere, regalia enim absque expresso titulo & concessione possideri non possunt, neque possessio
3 † regalium probari potest nisi per concessionem, titulũ, & priuilegium regium, secundum Tho.Gram.decisione Neapol. 59.nu.15.fo.mihi.805.in magnis, & ideo cum prælati alijque ecclesiastici aliunde tẽ poralem iurisdictionem habere nõ posint nisi ex regia concesione, eiusque titul.& causa, secundũ Coua.in pract.c.4.n.2.in princ.si habuerint temporalem hanc iurisdictionem in aliquo loco regni, tenebunt titulum ostendere si petatur & in propositum nostrum ex tex.in.l.2.ti.15.infra isto lib.4.hæc itidem asserit ipsemet Coua.in pract.c.1.nu.9.in princi.imo & tũc secundum Pala.Rub.vbi supra rex erit iudex cõ
4 petens † etiã si Prælatus vel alia ecclesiastica persona, vel etiam ipsa ecclesia regalia posideat, prout & ex.l.sequi probatur, & ibidé in glo.fi.iterum repetemus. Sed an
5 & idem erit in beneficialibus † vt quis titulum suæ possesionis ostẽdere teneatur & demonstrare, tradũt DD.in.c.licet Hely, de symonia, & Selua, de benefi.3.parte quæst.25.&.D. Couar.in.c.possessor.2. par.§.10.nu.9.fo.72. late Tiraquel.in tractatu de præscriptio.colu.28.illatio.6.vbi plures pro vtraque parte tenentes allegat, & Loazes in allega.de mula, dubitati.1.n. 32.cum.2.sequen. pagi.268.cũ sequen. in prouis.in quo articulo vera & cõmunis est resolut, quod si ad petitioné partis petatur tituli exhibitio à posidente beneficiũ per triẽnij spatium, nullomodo talis posidens tenetur titulũ suæ possesionis ostendere, neque exhibere, quia sola possesio triẽnalis sufficit, secundum Gomezium in regula cancellariæ de triẽnali possessore quæstio.43. præsertim si Episcopatus fuit iam semel visitatus per Episcopum, vel officiales suos, quoniam, cum adsit præsumptio quod ipsi titulum viderint, res est clarior vt titulus per possessorem triennalem, ostendendus non sit beneficij, secundum DD.d.c.licet Heli, vel itidẽ si constaret de aprehensione possesionis beneficij illius quia cum ea apprehendi nõ posset nisi titulo ostenso, nõ tenebitur titulum alium ostendere quam pacificæ possesionis ingressum, idque adeo verũ est, quod etiam si iste talis beneficij possesor esset actor petendo fructus sui beneficij & allegaretur contra eum quod titulum non habebat, adhuc tunc non tenetur titulum ostendere ad fructus recuperandos, sed sufficit probare diuturnam & longam possesionem & communem reputationem, quod pro tali pacifico possessore semper fuit, & est habitus & quod pacifice publice & palam fuit adeptus & ingressus possesionem talis beneficij secundum Boeri. decisione.313.nu.2. & voluit Gigas de pension.quæst.47.numer. 4.folio.189.in paruis, & faciunt dicta per Card.in Clementina.1.oppositione.9.de caus.pos.& prop.& per eund.Card.in.c. ex parte col.fi.de rest.spol.si tamẽ iudex ecclesiasticus ex officio & non ad partis petitionem procederet contra possessoré beneficij vt titulum suæ possesionis ostẽderet, teneretur tunc ostendere & exhibere, secundm Gomezium vbi supra, hanc comunem opinionem asserentem, sed an tũc cũ ex officio suo procedit præ
6 latus † sufficeret possedisse per decem annos beneficium pacifice, vt excusaretur beneficiatus ab exhibitione tituli, & Dominus Couarr.vbi supra, inquit, quod si prælatus tacite, vel expresse possesionem approbauerit, etiam solum triennium sufficeret, putà si prælatus ipse possessorem illum ad titulum sui beneficij ordinauit, vel ab eo eidem fuerit tradita possesio, nam cum tunc non sit censendum absque titulo ordinis fuisse collatas, vel possesionem traditam, nimirum si & in hoc casu possessor triennalis titulum ostendere non teneatur prælato ex officio illum petenti, & super hoc vltimo latius suo tempore cogitabis, nam & dominus Couar.vbi supra arbitrio iudicis relinquendum asserit, an longum tempus tunc

tunc erit decennium, vel triennium. Est tamen notandum quod in casu in quo possessio hæc triennalis sufficeret, non solum quoad possessionem, verum etiam quoad
7 proprietatem † erit sufficiens secundum D. Coua. vbi sup. vers. 4. conclu. & Rebuf. de Pacif. pos. in princ. & n. 25. quæ notanda quia quotidiana & singularia sunt: ex quibus vt ad nostrum text. redeamus, dicendum est, ideo titulum ostendendum iuberi per legem nostrã, quia pro rege præsumptio adest circa iurisdictionem & iura regalia & in eis habet fundatam intentionem suam, sicut & tenetur possidens terras aliquas in districtu alicuius ciuitatis, titulum suæ possessionis ostendere, quandoquidem de iure ciuitas in territorio suo fundatam habet suam intentionem, secundum Auend. c. 12. præt. nu. 2. lib. 1. si territorium limitatum habet, ita quod intra limites sui territorij fundatam habet intẽtionem, vt optime per conclusiones prosequitur Aluarus Velascius. d. quæstio. 8. num. 38. cum sequentibus aliquibus, imo vt supra dictum est ex Thom. Gram titu-
8 lus concessionis debet esse specialis, † neque sufficeret titulus, vel concessio Castri, ducatus, aut comitatus cum omni imperio, & iurisdictione vt regalia concessa dicerent, secundũ quod in l. supra proxima dictum remanet, cuius duplicem rationem assignat Dida. Perez in l. 1. ti. 1. versi. a los q̃ apelaren, col 762. & 763. li. 3. ordi. vltra quem adest & tertia ratio scilicet, quod duplex ius habet Rex in ciuitate, seu Castro concesso, vnum tanquam Dominus specialis & vtilis ipsius Castri, vel rei concessæ per eum, & illud censetur transferre, aliud tanquam Rex quia habet dominium directum & regium ius vniuersaliter in toto regno, & de illo nihil transferi t, secundum Alberi. relactum per Dida Perez vbi supra & est Alberi. in. l. 1 in fi. ff. de offi. eius cui mãd. est iurisd. & ideo vt trãsferatur dẽbet esse specialis cõcessio, neq; sufficeret Castrum aut ducatum cum imperio & iurisdictione concedi. Sed an bonorum possessorum ab ijs Dominis ducibus & marchionibus & comitibus in terri suis, tenebuntur ipsi domini titulum ostendere ad regis iussum vide Don Anto. Menesi. vbi supra.

Ibi. [O priuilegio] supple vel præscriptione immemoriali probata secũdũ quod dicemus deo volente, in. l. 1. in glos. baste tit. 15. infra isto lib. 4. interim tamẽ, quod aliquid horũ non ostenditur Rex vtitur iure suo, secundum Pal. Rub. in Repetitione per vestras. §. sed est pulchra dubitatio. nu 43. fo. 83. in magnis.

LEX TERTIA.

SVMMARIVM LEGIS.

Iudices ecclesiastici impedire non audeant regiam iurisdictionem aliquo modo: impedimenti que talis aut turbationis soli regi competit cognitio, ipse que potest prælatos cogere vt exhibeant titulos iurisdictionis temporalis, si quos habent super iurisdictione in Regno Regi competente.

IBi. [De impedir] iurisdictio enim temporalis ipsis ecclesiasticis iudicibus non conuenit, neq; in ea se intromittere debẽt
1 distinctæ enim sunt iurisdictiones, † tẽporalis scilicet & ecclesiastica, vt in Auth. quo modo oport. Episc in princ. colla. 1. & de cõsecratione. d. 3. celebritatẽ. in. fi. notat Hostien. in sum. tit. qui fil. sint legit. §. qualiter & à quo, in princ. reddendæque sunt quę sũt Cæsaris Cęsari vt de cler. cõiugat. ex parte. ad fi. neque debet ecclesiastic' se in tẽporali intromittere iurisdictione, put inquit & ꝓbat tx. in. c. nouit in prin. de iudi. ibi. nõ putet aliquis q iurisdictonẽ illustris Regis Frãcorũ ꝑturbare, aut minuere intẽdam' cũ ipse neq; iurisdictionẽ nrãm, neque

neque vellit, neque debeat impedire, & probat idem text. in l. 5. titu. 3. lib. 1. supra nõ deberi impediri ecclesiasticã per seculare, & facit etiã in simili tex. in l. 15. J. isto titul. & libro. & tex. in c. lator extra qui fil. sint legit. ibi ex tunc seculari domino, sub cuius iudicio de hæreditatis causa vertitur intimetis, & in. c. 2. de priuileg. vbi inquit gloss. quod ecclesia non vult ius alterius sibi arrogare, nam licet iurisdictio etiã tem-
2 poralis † sit penes papam in habitu, ex dictis per Rebuf. in concordata tit. de protectione Concor. Fran. glo. 1. pag. 276. col. 2. ad fi. cum seq. & per glo. & DD. in. d. c. nouit, & Greg. in. l. 1. verbo, en las tit. 1. p. 2. & alibi diximus in primo tomo, non tamen potest inferiores suos priuare sua iurisdictione sine causa, quia exercitiũ iurisdictionis huius est prorsus sibi interdictum, secũdum Abb. relatum & secutũ per Auiles. c. 20. Præt. verbo, vsurpar. n. 4. fol. 189 ex quo ipse ibidem, nu. 9. inquit, ꝙ si cleri-
3 cus impedit iurisdictionẽ secularẽ potest † ipsemet clericus puniri per iudicem ipsum secularem in bonis tamen, non vero in persona, & tenet glo. 2. in. l. 57. tit. 6. part. 1. ꝗ & adhuc in bonis durũ mihi videtur, ideo ad ecclesiasticum tunc recurrerẽ iudicẽ vt clericum talem puniret, vel Regẽ de ijs certiorẽ facerem, & nu. 11. plures casus prosequitur ipse Auiles vbi ecclesiasticus circa tẽporalem iurisdictionem se intromittit, de quibus & remissiuè in. l. sequenti dicemus, ex ijs etiã iussum est per. l. 19. tit. 25. inf. isto lib. ꝗ nullo modo notarius ecclesię potest se intromittere circa causas & negotia temporalia, neq; iurisdictio temporalis ordinaria debet impediri per occupationẽ alterius secũdũ Ioan. Mona. in. c. cũ episcopis de offic. ord. in. 6. glo. in. c. accusatus, de hæret. Bal. in. c. adhæc, de pace iura. firm. ex quibus alia in propositũ adducit Didac. Perez in l. 2. tit. 1. lib. 3. ord. col. 774. cum sequent. aliquibus, & vide legem sequentẽ imponentem prælatis pœnam.

Ibi, [porq̃ la appellaciõ,] appellatio enim in causa iurisdictionis Regiæ ad Regem ip-
4 sum est interponenda, † vt licet videre ex glossatore Salmantino, in præsenti, sub. l. 2. titu. 1. lib. 3. ord. col. 778. ad fi. vbi cum sequenti aliqua infert.

Ibi, [Ninguno puede cognoscer sino nos,] idque ex eo procedit, quia in Regno Rex habet fundatam suam iurisdictionem temporalẽ, ideo nimirum si coram eo cũ de iurisdictione sua tractetur agendum sit, prout colligitur ex Oldraldo, consilio. 83. & Palac. Rub. in repet. c. per vestras. fo. 83. col. 3. nu. 49. allegatis per Dida. Perez in l. 2. tit. 1. lib. 3. ord. col. 775. ad finem.

ocupacion de las temporalidades ... ut in l. seq. nº 12

LEX QVARTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Prælati & iudices Ecclesiastici Regiam iurisdictionem occupantes in casibus eis nõ permissis, pœnis nostri text. puniuntur.

Ibi, [Los prelados,] contra cõtenta etiã in. l. supra proxima, & quę ibidẽ diximus & in. l. 16. tit. 6. lib. 3. supra.

Ibi, [En los casos que les no es permitido por derecho.] sed nunc & aliqui casus sunt vbi ecclesiastici possunt se intromittere in negotijs secularem & temporalem iurisdictionem tangentibus, & responden-
1 dum est affirmatiuè quod sic, † quos refert Stephanus Aufredius, in tractatu de potestate Ecclesiæ, super laicis, sub Clemẽtina. 1. de offic. ord. inserto, & Benedictus in. c. Rainuntius, verbo, & vxorem el. 1. n. 240. & 2. nu. 125. de testam. & Rebuf. in tractat. de exceptio. num. 6 & Maranta, in Pract. 4. part. 11. d. de iudicio seculari & ecclesiastico, pag. 213. num. 1. cum sequentibus quorum casuũ vnũ refert Auen. c. 9.
2 Præt. nu. fi. lib. 2. scilicet in crimine ludi, † vbi ecclesiasticus secundum eum ibi cõtra laicos ludẽtes procedere potest, ꝗ tñ nondum vidi obseruatum, fortassisque nõ obseruare-

seruaretur in facti contingentia, nisi forte ecclesiasticus procederet contra ludentes in ecclesia vel extra, dum diuina officia in die festo celebrantur, tũc enim ratione mali exempli posset procedere ecclesiasticus iudex contra laicos ludentes similibus diebus & horis festiuis, his tamen qualitatibus ademptis nunquam vidi ecclesiasticos iudices processisse contra laicos ludentes.

Sed an poterit ecclesiasticus præcipere
3 iudici seculari † vt liberet captos quos iniuste habet incarceratos, & Auẽ. c. 19. Præt. num. 8. in fi. lib. 1. inquit, quod sic, quanuis secundum eum ibi difficulter obtineretur in practica, idque fortasis verum esset, quia ecclesiastici circa hæc negligenter se vsq; nunc habuerunt, vel quia & ipsi & iniuste & contra iuris ordinem & formam multoties clericos incarcerantur & laicos etiã pro leuibus culpis, & ne eis posit obijci de iniustitia hac, negligunt laicos per secularem iniuste incarceratos petere, & præcipere, vt à carceribus abstrahantur, vel tertio, quia tanta est iam multitudo incarceratorum iniustè, quod necesse fuisset circa hæc per magnũ temporis spacium sese iudices ecclesiastici occupare & negotia ecclesiastica omittere. Poterit tamen, & iudex ec-
4 clesiasticus cõtra laicum concubinarium† procedere & castigare eum, & erit in hoc casu inter ipsum & secularem iudicem locus præuentioni, secundum Auend. c. 26. Præt. num. 2. lib. 2. Sicut & præuentioni locus est inter eos super iniuriæ cognitione per laicum clerico illatæ, secũdum Guidonem, Decis. Delphinat. 562. de quo & in alio loco primi tomi latius remanet di-
5 ctum, eodem etiam modo ecclesiasticus† contra laicum procedit falsum deponentem dum in testem coram ipso ecclesiastico laicus ipse adduceretur, secũdũ Couar. in pract. c. 18. col. pen. & fi. quanuis si clericus coram scholari falsum deposuerit, non poterit per secularẽ puniri, secundũ Iuliũ Clar. in pract. crim. §. fi. lib. 5. q. 44. vers. sed hic quæro, sic & in crimine adulterij quo
6 ad thori separationẽ † ecclesiasticus inter laicos solus cognoscit, secũdũ Coua. in 4. 2. p. c. 7. n. 8. fol. 105. & in alijs casibus per doctores supradictos relatis, & per. l. 58. titul. 6. p. 1. & glos. in. c. licet de for. comp. si
7 cut & è contrario † plures casus sunt vbi laicus cõtra clericos procedere potest, per supradictos Doctores præsertim per Aufredium vbi supra relati, & Carol. à Grass. quoad Regnũ Franciæ loquentẽ lib. 2. Regal. Franciæ iure. 17. & per. l. 59. titu. 6. p. 1. & in aliquibus eorum est locus præuentioni, de quibus vnum vide per Boer. decisione. 69. nu. 26. & sequentibus, & Rip. in c. Decernimus. n. 8. cũsequentibus de iud. & Bertachi. in titul. de epis. lib. 4. 5. p. q. 49. nu. 75. & Casane. in consuet. Burg. Rub. 1. §. 5. n. 47. vers. prima regula. fol. 49. co. 2. quos refert Didac. Perez lib. 1. ord. colũ.
8 128. Et an de bonis capellaniæ † cognoscat ecclesiasticus contra laicum vltra Maranta vbi sup. d. nu. 7. decerpes ex Auend. cap. 14. Præt. nu. 32. lib. 2. & ex ijs quæ diximus in. l. 2. nu. 5. & 7. tit. 4. lib. 1. supr. ex quibus duæ regulæ constitui possunt. Prima est, q iudex ecclesiasticus nõ potest cõtra laicũ aliquẽ cognoscere & procedere nisi in casibus à iure expresis. Secunda regula est, quod iudex secularis non potest contra personã aliquã ecclesiasticã procedere neq; cognoscere nisi in casibus à iure expresis, & sicut vna regula est vera, ita & alia, & prout vna ex text. nostro probatur, ita & alia desumitur ex. l. 5. tit. 3. lib. 1. sup. & has regulas addere poteris alijs pluribus regulis quas apposuimus sub titu. 1. lib. 2. s in quibus non est locus nisi in casibus à iure expresis.

Est tamẽ in propositũ dubiũ optimũ q mouet Did. Per. in. d. col. 128. in fi. vtrũ in casibus qui ita per secularẽ possunt, sicut p ecclesiasticũ iudicẽ, determinari posit ec-
9 clesiasticus à seculari † quominus de tali causa cognoscat impediri, & inquit ibi ipse Dida. Per. q nõ per notata per Ias. in. l. vbi pactũ nu 3. C. de transactio. & Bal. in l. cũ proponas. nu. 4. vers. sed quærit gl. eod. tit. & facit illud Innocẽ. in. c. cũ m. nu fi. & ibi Feli. nu. 25. eũ omnes sequi asserens, de cõsti. q si de eadẽ causa possunt duo iudices†
10 cognoscere si ambo procedant, & nõ opponatur à parte, valet processus, sed si vnus præuenit, & pars dicat & opponat contra aliũ iudicẽ de præuẽtione, & q remittatur ad eũ, si nõ fiat, appellari põt ad superiorẽ, ergo superior & nõ præueniẽs cognoscit quis debeat esse iudex in causa illa, nã cũ inter hos iudices detur æqualitas per imparẽ iurisdictionẽ habere nõ põt, ideo superior est adeundus, neq; obstat cõtra hoc. l. 2. ff. si quis

ſiquis ius dicent. non obtem. & tex. in cap. ſuper literis, & ibi Abb. & Beror. in repetitione. numero. 181. de reſcrip. probantes,
11 quod ſi controuertitur † inter partes ſuper iuriſdictione alicuius iudicis, ipſemet iudex cognoſcit & pronuntiat ſuper hoc articulo quæ cõmunis eſt opinio, ſecundũ Deci. in cap. ad audientiam, num. 4. cõtra glo. ibi de appellatio, tradit Beroius in cap. conquerenti num. 15. de reſt. ſpol. quoniã hoc eſt verum & procedit, cum inter partes contenditur an ſit iudex ille vel nõ qui de cauſa cognoſcit, ſecus vero ſi inter aliquos iudices ſuper hoc controuertatur, quia tunc ſuperior adiri debet, vt ipſe decidat & determinet ſuper talis iuriſdictionis competentia, & tunc ſi inter eccleſiaſticũ & ſecularem controuerſia hinc inde adſit, ſuperior erit eccleſiaſticus, ſecundũ Card. in cap. ſuper quæſtionũ. §. ſi vero duo verſ. 4. oppo. de offic. deleg. & fulcitur ex communi relata per Didac. Perez in Rub. titul. 1. libr. 3. ord. colu. 746. in medio & tradit Maranta in pract. d. 11. num. 20. pag. 218. in paruis.

Ibi. [Ayan perdido.] Poſſunt enim clerici Regi rebellis, vel qui nolunt deſiſtere violentijs, quas inferunt Regis vaſallo, à
12 Regno iure originis † expelli & priuari, ſecundum text. in l. quicunque. C. de epiſc. & cler. quem adhoc allegat Ponce de Leõ in l. Regia de Toledo in. 11. fundamento 2. part. num. 47. in fin. & hoc nimirum, nã cum bona eorum ſint ſub Regis territorio ſecundum Regis ipſius conſtitutiones iudicatur, ſecundum Bald. in cap. cum veniſſent col. 2. de eo qui mitt. in poſſeſ. cauſa rei ſeruand. Barb. in Rubri. de reb. eccleſiæ nõ alien. num. 112. & alios relatos per Meſiam in pragm. Taſſæ panis concluſione. 5. num. 37. & ratione Domicilij ſubditi Regis dicuntur, vt in l. 13. verbo, ſeguntitu 3. infra hoc lib. dicemus & in glo. que pierdan iterum citando Auend. & reſpectu temporalium ſubiectos eſſe principi ſeculari inquit Octauianus deciſio. pedam. 30. num. 5. hæc tamen periculoſa eſſe inquit gloſſ. 2. in fi. l. 57. titul. 6. part. 1. ideo caute agenda eſſe dicit, & remittendos eſſe clericos hos iudici ſuo & tandem remanet cum relatione. l. 59. & 60. eiuſd. titul. 6. & par. 1. ſed vt inquit Carolus Graſſalis lib. 2. Regal. Fran. iure. 16. quanuis perſonæ eccleſiaſticæ non eſſent puniendæ aut coercendæ per principes ſeculares iuriſdictione contentioſa quantumcunque grauiſsimum crimen læſę maieſtatis committerent, coertione tamen politica ęconomicæ ſimilitudinis poſſent, contentioſa vero ſolum per eccleſiaſticum iudicem idque probat, quoniam ſuppoſita eccleſiaſtica in foro contentioſo non ſubſunt ditioni Regum vel principum, ſed ſolum eccleſiæ. capit. 2. de foro compe. l. ſtatuimus de epiſ. & cler. in foro autem ſiue ditione æconomica vel politica vnumquodque ſubeſt capiti etiam ſeculari, nam ſicut Pater familias habet poteſtatem æconomicam etiam in clericum de ſua familia per quam poteſt illum coercere ab offenſis multipliciter & inter cætera, quia poteſt illum à ſua familia & corpore æconomico procul pellere vt membrum diſſolutum & inobediens & reprobum, ſic quicunque Rex poteſt clericum & quamcunque perſonam eccleſiaſticam propter læſam maieſtatem depellere tanquam membrum putridum in corpore Regni, cuius idem Rex caput eſt miſticũ, & idem clericus membrum putridum, iuxta id quod dicit Beatus Hieronymus reſecandæ ſunt carnes putridæ, & ouis ſcabioſa ab alijs repellenda nè tota domus, maſſa, pecus & corpora ardeant, corrumpantur, intereant, vt habetur. 24. quæſt. 3. ca. reſecãdæ & cap. Ecce, adhæc enim & alias corruptiones domeſticas & politicas non eſt dubium ditionem capitibus politicis competere non tamen cum contentioſa poteſtate, iuxta. l. 1. C. de emend. propinq. pro quibus faciunt. l. ex facto. ff. de hæred. inſt. & l. quicunque de epiſco. & cler. in ratione ſui & 7. quæſt. 1. ſicut in text. & in gloſ. quæ in effectu prædicta probant vt notat. l. 1. C. de priuat. carcer. Cum ibi dicitur, quod quilibet poteſt habere carcerẽ æconomicum pro punitione familiæ, ſed non publicum carcerem, ſcilicet fori contentioſi, nihilominus cõcludit Carolus Graſſal. vbi ſupra eccleſiaſtica perſona punita ſub ditione politica, veniet in foro contentioſo punienda per diœceſanum aut alium eccleſiaſticum iudicem competentẽ, quia punitio ditionis politicæ non ſufficeret in crimine tanto, & eandem noſtri text. pœnam in Frãcia reperies eſſe impoſitã amiſſionis bonorum temporalium per curiam & ſu-

& supremū senatū prælatis vsurpantibus, vel impedientibus iurisdictionem regiam secundum Carol. Graff. d. lib. 2. regal. Frā. iur. 17. versic. tertius casus criminis, in Hispania autem caute hæc agenda erunt, est tamen notandum, quod quanuis text. hic per verbum executiuum latæ sententiæ loquatur, adhuc tamē requiritur declaratio pœnæ incursæ vt dicemus in l. 1. vers. por cōfiesso. tit. d las cōtestationes inf. eo. lib.

LEX QVINTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Ecclesiasticus iudex citare non potest laicos ad caput Episcopatus si iudices inferiores in locis & populis citandorum adsunt coram quibus conueniri possunt, nisi in casibus hic expreßis.

IBi, [por fatigar,] quod maximè vitandum est, & subleuādi sunt potius quam molestandi laici ex ratione text. in. c. fine litibus de dolo & cont. ibi ne partes vltra modum grauentur laboribus & expensis, capit. vt debitus honor de ap. c. vt litigantes de offic. ord. in. 6. l. 4. §. hoc autem iudicium & ibi Bar. ff. de damn. infect. l. ad peremptorium. ff. de iudic. & sic ex dict. cap. vt litigantes, non potest Metropolitanus causas quæ per appellationem, vel alias iure Metropolitico deferuntur ad ipsum alibi quam in sua propria ciuitate, vel Metropoli audire, cordi etenim est summo pontifici lites minuere & à laboribus & expensis subiectos releuare vt in. c. cordi. de app. sicq; legatus etiam papæ ad plures prouincias nō potest reum à sua prouintia extrahere, secundū Abb. in c. nouit. n. 2. de off. leg. & eund. Abb. in. c. nonnulli in princip. & ibi Feli. n. 35. de rescrip. & eund. Feli. in c. fi. n. 2. de iud. per text. in. c. neminē. 3. q. 6. tenetur enim legatus de latere ius commune seruare, secundū glo. sing. in. c. fi. de hæret. in. 6. obligatur que legatus de latere, vt clerici non molestentur, secundū Spec. in titul. de legato. §. superest nu. 22. ex quibus substentatur opinio Vicentij & aliorū eum sequentium in dict. cap. nonnulli, dicentium text. in eo. capit. nonnulli. & in c. statutū de rescrip. in. 6. procedere etiā in iudicibus ordinarijs vt nō possint reos trahere ad se vltra duas dietas.

Ibi, [excepto,] nam hæc coram episcopo tractandæ sunt, vt in. c. 20. sess. 24. Cōcilij Trident. de reformatione.

LEX SEXTA.

SVMMARIVM LEGIS.

Monasteria clerici capellani aut ecclesiæ redditus aut cēsus annuos eleemosynas aliaue iura regia poßidentes tenentur laicos coram seculari iudice super redditibus vel eleemosynis illis conuenire, alias punientur nostri text. pœna.

IBi, [mandamos que qualesquier,] similis est text. in. l. 10. titul. 7. lib. 9. infra. & tradit Marant. in pract. 4. par. 11. d. n. 49. pagin. 223. in paruis & facit etiam tex. in ca. cæterū extra de iud. & alia adducta per Didac. Per. hic sub. l. 8. tit. 1. lib. 3. ord. colum. 799. in princ. & probat idem tex. in. l. 57. titul. 6. part. 1. & ibi glos. & Alciatus in cap. cū non ab homine. n. 4. de iud. vbi nu. 5. ex hoc vnum infert, & hoc secundum eos, & Guidonem Papæ consil. 65. numero. 30. quia ratione temporalium clerici Regibus sunt subiecti, & de feudo ecclesiæ coram iudice feudi agitur, vt in cap. cæterū. de iud. iam allegato, & idem in regno Franciæ secundum Carolum à Graf. lib. 2. Regal. Franc. iure. 11. prælati, & episcopi tenentur homagiū & fidelitatis iuramentū

Regi præstare ratione feudorum & temporalium, quæ tenent ab eo, & possident ex text. & ibi DD. in cap. nimis. de iur. iur. & sic secundum eund. Carol. à Graff. eo lib. 2. iure. 15. prælati Regni feuda illius à Rege tenentes tenentur in guerris & bellis opem & auxilium præstare secundum feudorum conditionem & in iure. 16. in gloss. posse Regem Franciæ prælatum clericumvè vt vassallum ratione felloniæ contra ipsum commissę feudo priuare, & ita inquit in Francia de consuetudine seruari.

Ibi, [sean tenidos,] qui si non fecerint, potest adiri concilium ciuitatis aut faciat iustitiæ implementum secundum Auend. cap. 1. præt. num. 31. versic. sextus, libr. 1. & ponuntur ibi per eum casus vbi concilium ciuitatis adiri potest pro iustitia consequenda, & vnus eorum in text. nostro ponitur, per text. quem ipse Auend. voluit allegare, in. l. 10. titulo. 17. libro. 5. infra vbi & ponitur modus & forma recuperandi redditus hos Regios per priuilegium concessos.

LEX OCTAVA.

SVMMARIVM LEGIS.

Insignijs & vexillis cæremonijsque Regijs nullus hominum audeat vti.

IBi, [no traya ni pueda traer,] insignia enim Regia aliũ quam ipsummet Regẽ portare, eisque vti, neque licet, neque decens est, vt probat text. in. l. Sacri affatus C. de diuers. rescrip: vbi nouissime D. D. Anton. Menes. ita notat & text. nostrum adhoc allegat, cui est similis text. in. l. 5. titulo. 5. partit. 2. & fundatur etiam, nam si
1 priuatorum insignia & signa † priuatus alter portare nõ potest vt per Cassaneum in catalogo gloriæ mundi.

2 Neque mercatori licet alterius mercatoris signis † vti vt ibi per eum & per Beneuenut. in tractatu de mercatura, part. 2. num. 92. cum pluribus sequentibus pagin. 90. in paruis & probatur ex text. in. l. 49. tit. 13. lib. 7. infra. Publico enim consensu, & quodam veluti iuregentium introductũ videtur, vt homines sibi assumere possint nomina & insignia, quibus ipsi suaque ab alijs separentur & dignoscantur, vt in. l. ad recognoscendos. C. de ingen. & manumis. & ibi notat Bal. Salicet. & alij, vnde alteri non licebit nomina illa saltim gẽtilitia & insignia generis, vel artificij, & similia sibi assumere, prout videtur, probare tex. expressus, & notandus in cap. dilecta. de excess. prælat. vbi Abb. nu. 3. & 4. id egregiè tractauit, & demum concludit non licere artifici alterius artificis insignijs vti, quem ibi alij communiter sequuntur, notat Ant. in. c. ad nostram circa finem, de appel. & additio Abb. vbi supra plura allegans, alioqui maxima confusio in republica, & turbatio induceretur, secundum Abb. vbi supra vnde etiam necessario colligitur, iudicẽ ex
3 suo † ipsius officio id posse prohibere, secũdum Bart. in tract. de insignijs & armis. nu. 6. 7. & 8. & ferè per totum, quoniã ex hoc inquit, populus læderetur, & tradit Auen. in. c. 19. præt. nu. 32. lib. 1. & facit tex. in. l. 1. C. de ijs qui pot. nom. vbi notant DD. communiter & in authẽ. de mandatis princip. §. penul. cum alijs, quæ quidẽ omnia cũ circa insignia priuatorum sese sic habeant, nimirum si cum maiori ratione in regis insignijs idem & fortiùs dicendum sit, vt priuatus (quilibet sit) eis vti non possit, & plura, quæ per insignia cognosci & dinumerari possunt, tradit Auend. c. 21. præt. n. 1. & sequenti lib. 2. Sed an regina vti insignijs & vestibus regalibus poterit, dicẽdum est sic iuxta illud psalmi. 44. astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. notat Carol. Graf. lib. 1. reg. Fran. iure. 18. pa. 4. in paruis vbi plura similia adducit in propositum.

Ibi, [de su dignidad,] hoc enim soli regiæ dignitati permissum est, adeo quod si imperator, vel Romanus Pontifex, cũ aliquid scribunt, non præmitterent nomina suarum dignitatũ in literis, tales literę fidẽ
4 non facerent, † secundum Alberi. & Cagnol. per Anto. Mene. in. d. l. sacri affatus relatos & secutos.

(?)

LEX

LEX NONA.

SVMMARIVM LEGIS.

Prohibetur laicis super rebus ecclesiasticam iurisdictionem non tangentibus, instrumenta conficere coram vicarijs & notarijs ecclesiasticis, sub nostri text. pœna.

Ibi, [No sean osados.] Similis est text. alias & grauioras pœnas imponens in. l. 19 hic corruptè super margine per compilatorem allegata titul. 25. infra isto lib. fundaturque optima ratione, scilicet quod cum notarij creati sint quoad negotia tantum, ecclesiasticam iurisdictionem tangentia, nullomodo circa extranea, & quæ temporalem tangunt iurisdictionem sese intromittere debet, alias esset in messem alienã manum imponere, redundaretque in dãnum publicorum Regiorumque tabellionum, & quia extra iurisdictionem & terri-
1 torium eius, qui notarium creauit, † non potest notarius ipse sese intromittere, secundum Bartolum relatum & secutum per Palac. Rub. in repet. rubr. in. 3. euidentiali incipienti, idem videtur, fol. 2. nu. 21. probat text. in. l. 20. & 21. tit. 25. infr. hoc lib. 4. notarius tamen ecclesiasticus ab episcopo creatur, ergo extra iurisdictionem illius intromittere se non potest, si ergo nõ potest, neque ijdem laici coram eis poterunt instrumenta publica conficere sub nostri text. pœnis & iurium similium.

LEX DECIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

Laicus citare alium laicum coram iudice ecclesiastico non potest in negotijs profanis neque in eis sese iurisdictioni ecclesiasticæ submittere sub pœna nostri textus.

1 IBi, [Lego,] Quis laicus dicatur, † tradebat in simili statuto Rebuff. in tomo. 3. const. Franc. titul. vt laici non conueniãtur, gloss. 1. numero. 11. & DD. relati per Seluam, in tractatu de benefic. 2. part. quæstion. 19. num. 5. legibus tamen. 1. & 9. titul. 4. lib. 1. supra attentis, laicus quoad legis nostræ propositum vocabitur ille, qui fori priuilegio vti non potest eo quod in sacris non est ordinibus constitutus, vel beneficium non obtinet ecclesiasticum in actu, & an in dubio quis laicus præsumatur, dicendum est quod sic, cum qualitas clericatus non insit à natura, sm Card. relatũ & secutum per Dec. in consi. 125. n. 6.

Ibi. [De citar,] Contumeliam enim is facit
2 iudici, qui relicto † eo vadit ad alterum vt. ff. de arbit. l. litigatores, & glo. in capi. placuit. 2. verbo reque. 11. quæst. 11. neque quis trahendus est ad forum vetitum, sed in proprio suo conueniendus, secundum. l. iuris ordinem. C. de iurisd. omn. iudic. cap. cum sit generale, de foro comp. l. 32. titul. 2. part. 3. Socin. regula. 10. adest tamen optimũ & singulare dubium in proposito, num scilicet, per solam citationem
3 incurratur † pœna nostri text. ita quod si citatione tantũ facta velit actor citari faciens pœnitere, & pœniteat, euitabit pœnam hanc, & sic quod requiratur ad eius incursum litis contestatio, & videtur dicẽdũ quod vt pœna nostri tx. incurrat litis cõtestatio requiratur, ita quod si ante eam actor citari faciẽs citationis pœniteat, nostri textus pœnam euitabit, eò quod interim quod lis
4 contestata non est, solum † dicitur citantem agere velle, non tamen egisse, secundum gloss. in. l. si postea quam. ff. de peculio, notat Alex. in. l. intra dies, numero. 5. ff. de re iudi. nam principium iudicij, &

eius fundamentum est litis contestatio, ex text. iuncta gloss. in cap. super quæstionũ §. 1. de offic. deleg. & capit. ex parte. 2. de verb. significatione. l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. optima. l. 3. titul. 10. partit. 3. tradit Maranta in pract. verbo, litis contestatio numer. 1. pag. 420. in paruis, neque aditus dicitur iudex nisi per litis contestationem, secundum text. vbi Bartol. & omnes, maximè Orosc. in gloss. adire in. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iudic. si ergo ante litis contestationem non incipitur iudicium neque aditur iudex si ante eam citari faciens aduersarium pœniteat, euitabit nostri text. nostri textus pœnam, nam pœnitenti & actionem remittenti venia conceditur, text. in. l. quamuis. ff. de in ius vocando, cui consonat text. in. l. 5. titulo 7. part. 3. & in pœnis legalibus licitum est
5 desistere vsque ad sententiam, secundum text. in. l. qui cum natu maior. §. accusasse. ff. de bonis liber. & tex. in. l. in seruitute. §. petijsse. ff. eod. titul. tenet Abb. in cap. si diligenti. numero. 19. de foro. comp. idem Abb. in cap. 1. numer. 7. extra de plus petitio. Bart. in. l. si quis maior. numer. 4. C. de transactio. Probat text. optimus in cap. Dudum. 2. in fin. de electione. ibi. cum non restaret nisi proferenda sententia, ex quo inquit Boerius, decisione. 206. numero. 3. & nos alibi latius diximus quod cum quis propter aliquod delictum venit puniẽdus priuatione officij aut infamiæ quod statim antequam proferatur sententia vt hæc euitet, debet deserere litem & soluere & satisfacere id, propter cuius acceptionẽ pœna infamiæ imponenda erat, sic & si quis duo beneficia curata assequitur, vnũ post aliud iam habitum, & acquisitum, tenetur primum dimittere & si retinere ambo contenderit ab omnibus spoliari debet ex text. in cap. de multa, de præbend. extra, vbi gloss. contenderit, inquit, quod si lite cœpta, quia primum non dimittit,
6 pœniteat ante litis contestationem, non incidit in illius capitis pœnam, ergo & idẽ in nostra quæstione dicendum est, & tenendum, pro quo & videtur tex. in. l. 5. titul. 7. part. 3. & probatur ex text. expresso in. c. cæterum. §. verum. de rescript. vbi prohibitus impetrare iudicem sub pœna si solummodo impetrat non punitur, nisi sequatur vexatio quoniam ex sola impetratione commissionis non dicitur quis vexari, secundũ gl. vexare. in Clem. 1. de rescrip. notat Staphy. de liter. iust. fo. 107. nume. 5. & 6. alia adducit in propositum, & faciunt dicta per Cæpolam, in. l. quis sit fugitiuus, in princip. num. 24. & 25. fol. 61. in paru. ff. de ædilic. edict. vbi & gloss. ponit edicta in quibus non est locus pœnitentiæ, & ita hanc partem quasi in nostra quæstione, videtur tenere gloss. in. l. in criminali. C. de iur. omn. iud. & gloss. in cap. inolita. 11. q. 1. & Bal. in. c. quoniam contra. extra de probatio. & Abb. in d. c. si diligenti, num. 19. & Paul. in. l. quamuis nu. 4. ff. de in ius vocand. vbi & Bart. & Bonifac. in peregrina legum partitarum. verb. citatio. q. 4. in glo. comparere, & in nu. 16. inf. hac eadem glo. hæc communis asseritur, pro cõtraria vero parte, imo quod semel citatione facta non sit locus pœnitentiæ pro euitanda nostri tex. pœna, sed quod per solam citationem incurratur, facit primo, nã cita-
7 tio dicitur fundamentũ ordinis iudiciarij secundum Specul. tit. de citatione in princ. & ab ea iudicium incipit, secundũ tex. in. §. fi. instit. de pœna temp. litig. & probatur in proœmio tit. 7. p. 3. & iuris consultus volens tractare de iudicijs primo posuit in digesto veteri, iurisdictiones iudicum, & postea appropinquando ad materiam iurisdictionum posuit titu. de in ius voc. vt designaret, quod ab eo incipit iudicium, vt declarat Bar. in rubr. ff. ne quis eum qui in ius vocat est, ergo ab ordine titulorũ & rubricarũ patet citatione esse principium & fundamentum iudicij & de substãtialibus, prout & inquit Bar. in l. prolatã nu. 6. C. de sentẽtijs & interlocutionibus omnium iudicũ, nam omnia, quæ fiunt parte nõ citata, nulla sunt, secundum tex. in. c. in nomine domini de testib. l. de vnoquoq; . ff. de re iudi. c. cum ecclesi. de causa pos. & propr. c. caueant. cap. omnia. 3. q. 9. si ergo citatione iudiciũ incepit, igitur citans ex tunc pœnã incurrit & per consequens pœnitẽtia nihil operabitur, eo enim ipso quod quis prohibetur in ius vocare, eo ipso delictum censetur perfectum, quod in ius vocat, vt notatur in. l. 1. ff. de in ius vocand. & quia si quis promittit alium non vocaturum in iudicium sub pœna, committitur pœna
8 per solam † vocationem, secundum Bart. in. l. amplius. numero. 6. ff. rem ratam haber.

ber. & Mariá. Socin. in capit. significantibus in princip. de libel. oblatione. per solãque citationem dicitur, quem trahi ad iudicium, secundum eund. Abb. in dict. capit. significantibus, numero. 2. & nemo pœnitentia sua nocens esse desinit, secundum text. in dict. l. quis sit fugitiuus. ff. de ædil. edict. ergo habemus fundatam secundam opinionem quam videtur tenere Didac. Perez in præsenti, sub. l. 3. titul. 1. libr. 3. ordina. colum. 780. verbo, citar, & iterum in. l. 5. gloss. 1. in fi. eod. titul. 3. & libr. 3. columna. 792. in medio, & quia cum tex: hic non distinguat, neque nos distinguere debemus, prout inquiunt Bart. & DD. in dict. l. quanuis. ff. de in ius voc. vbi Iass. colum. 2. in principio infert cum eis, quod si ex forma statuti producenti aliquam exceptionem, vel petitionem imponitur aliqua pœna, non erit locus pœnitentiæ semel petitione, vel exceptione producta

9 † quid dicendum? mihi semper placuit prima opinio, & sic quod vsque ad litis contestationem liceat pœnitere & euitabitur nostri text. pœna, per iura allegata in prima opinione, & quia verbis nostri text. attentis ante litis contestationem delictum non est perfectum, prout patet ex verbis nostri textus ibi demandar, quod est idem quod petere, sed ante litem contestatam non dicitur quis petere, secundum text. in. l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. l. pluribus vbi gloss. ff. de procurat. sola enim libelli oblatio non constituit quem in mo-

10 ra, † neque vim citationis habet, secundũ Iass. alios allegantem. in. §. pœnales numero. 84. de actio. inst. & sic constituitur differentia, an lex quem in ius vocare prohibeat, vel petere secundum Barto. in dict. l. quanuis cui cæteri assentiunt, secundum Oroscium ibi colum. 631. in princip. ergo sola citatio non sufficiet, nisi lis contestetur, vel pro contestata habeatur, nam & sic

11 sicui denegetur petitio, † litis contestationem denegari intelligimus, secundum Bartol. relatum & secutum per Orosc. vbi supra, & ideo in text. nostro non solum prohibetur citatio verum & petitio & in ius vocatio, ibi de demãdar citar, ni emplazar, copulatiuè loquendo per dictionem, ni, vt in gloss. sequenti dicam, neque obstant cõtraria, scilicet quod per solam vocationem quis incurrit pœnam, quia vera hæc essent quoties sola conuentio & citatio ad incursum eius requiritur, & non amplius, secundum DD. loquuntur, secus vero si petitio itidem requiratur, prout tradit Bald. in authent. habita num. 46. C. ne filius pro patre. neque obstat illa Barto. doctrina, in. d. l. amplius non peti, pro secunda opinione adducta, quia procedit in pœnis conuentionalibus adhibitis si quem in ius vocaueris, non in legalibus, prout nos loquimur secũdum quod ipsemet Bart. ibidem distinguẽdo sic num. 2. testatur, & Ias. in. d. l. quãuis num. 2. & Bald. in. d. l. in criminalibus, nu. 6. C. de iurisd. omn. iud. & remanet dictũ in hac glos. & quia si Bar. aliter loqueretur esset contra. l. 5. titul. 7. part. 3. quæ per solam citationem probat non committi pœnã, sed potius licere citatione facta pœnitere, ad euadendã pœnã, neq; obstat. d. l. quis sit fugitiuus in cõtrarium adducta, quia loquitur, in animi vitio, in quo pœnitẽtia nõ datur, secũdũ gl. ibi, & Cepolam, n. 23. & quia etiam illud animi vitium pœnitentia

12 purgatur scilicet per emendationẽ † trienij lapsu factam, secundum Cepolam ibi. & quia itidem seruus ille à principio nocẽs fuit, in nostro vero casu citari faciens laicũ super profanis coram iudice ecclesiastico non fuit nocens, neque delinquens vsque ad litis contestationem, vt existit probatũ, ergo nihil obstat. l. illa: item & quia quantũuis haberemus per solam citationem pœnã committi, non tamen denegatur pœnitentia imo locus ei datur vsque ad litis contestationem, vt inquit Bald. in dict. authẽ. habita num. 46. cum executionem. l. nostra non faciat in verbis, neque verba executiua proponat, scilicet latæ sententiæ vsque dum lis contestata sit, & quanuis verba executiua lex nostra proferret, effectũ haberent quantum ad impediendam moræ purgationem, non vero quoad euitationem pœnæ vbi de mora nihil est curandũ, & quia etiã vbi verba legis sunt executiua,

13 moræ purgatio admittitur † si ius actoris non est factum deterius, secundum Alex. in. l. si insulam nu. 34. limita. 11. ff. de verb. obligat. & Curtium Iuniorem in. l. 2. §. si actor columna penultima. C. de iure iurando, propter calumn. dand. & quia vsque ad litis contestationem, vt dictum est, non tollitur locus pœnitentiæ, vt patet ex dictis, igitur quantumuis verba

legis nostræ essent executiua, nihil impediunt quominus tunc pœnitentia detur, & quia vt & infra dicetur, etiam vbi verba sunt executiua & sic latæ non verbo ferendæ sententiæ, adhuc tunc declaratio requiritur pœnæ incursæ: neque obstat quod citatio dicatur fundamentum iudicij, quoniam licet id verum esset, non tamen ex hoc negatur pœnitentiam vsque ad litis contestationem admitti. Præsertim, cum vt ex dictis & dicendis in glossa sequenti apparebit, amplius quam citationem l. nostra requirat, vt eius pœna incurratur, & propriè vereque iudicium in-
14 cipiat à litis contestatione † prout de iure verius & receptius esse testatur Alciatus in rubric. C. de in ius voc. & lib. 2. disput. capi. 24. licet large & à citatione incipere etiam dicatur, secundum Angelum relatum per Oroscium in. l. 1. in princ. ff. de in ius voc. & l. nostra in proprio & vero significato est intelligenda, & sic in litis contestatione, nam & per citationem so-
15 lam non censetur suscepta † cognitio causæ, sed per litis contestationem prout cómunem testatur Oroscius, in. l. cum quidam numero. 14. columna. 595. ff. de iurisdict. omn. iud. Neque obstabit siquis subtiliter dixerit, quod vbi pœna imponitur ip-
16 so iure, vt hic non licet pœnitere †, vt inquit Roman. consilio. 427. numer. 4. nam id verum est quoties delictum est perfectum & factum, non vero si initiatum tantum, vt probat text. in capit. perpetuo, & ibi Dominicus de electione. in. 6. & Roman. vbi supra, & Auend. capit. 27. prææt. numero. 11. libr. 2. in præsenti tamen, non est delictum consumatum nisi adueniente litis contestatione, ergo licet pœnitere ante: & ita mihi videtur, tenendam esse primam opinionem, scilicet, quod vsque ad lites contestationem pœnitentiæ sit locus vt pœna nostri text. euitetur, quam opinionem in simili casu & disputatione communem cum glossa & alijs numero. 6. supra hac glossa relatis meo videri testatus fuit Additionator Bal in. l. in criminali. numero. 1. litera. f. C. de iur. omn. iudic. prout in petente plusquam debeatur, licitam esse pœnitentiam vsque ad litis contestationem ad euitandam pœnam, testatur communem Abb. in capit. 1. numero. 6. extra de plus petitio. si quæ tamen expensæ propter hoc per partem aduersam essent factæ, deberent ei satisfieri, secundum Abb. ibidem numero. 6. & 7. & licet sint qui dicant in propositum dictæ. l. in criminali, quod vsque ad sententiam liceret pœnitere ad euitádam illius. l. pœnam, quia in pœnis legalibus locus est pœnitentiæ vsque ad sententiam etiam contra propria significata verborum, vt. l. qui cum maior. §. accusasse, & l. in seruitutem. §. petijsse. ff. de bon. lib. & not. Bar. per Abb. relatus & secutus in consilio. 17. quæstione Otonelli numer. 1. libr. 2. Communis tamen est, secundum Additiona. illum Bald. ibidem numero. 4. litera. b. quod post litis contestationem non licet pœnitere, cum canonistis, imo & submittens se
17 alienæ iurisdictioni †, etiam per pactum, pœnitere potest, secundum glossam per textum ibi in. l. si cóuenerit. ff. de iur. om. iud. quam DD. sequuntur secundú Guid. Papæ decisione Delphin. 77. num. 1. nisi illius. l. si conuenerit, beneficio esset renuntiatum, prout quotidie in instrumentis per tabelliones in practica habetur, renuntiari: & hæc pro huius quæstionis dissolutione sufficiant, qui maius ocium habuerit magis explorabit, tam à dictis per doctores in dict. l. in criminali, quam in dict. l. quanuis ff. de in ius voc. & in capit. si diligenti, maxime per Maria. Soci. de foro. compet. & in alijs pluribus locis: ex quibus quoad nostræ legis casum superflua redditur examinatio quæstionis illius, num scilicet siquis citetur contra legis nostræ dispositionem
18 & non accusetur contumacia † citationis in termino, quamobrem terminus remansit circunductus, num per talem citationem incurretur nostræ legis pœna, & si tenemus quod litis contestatio requiritur ad incursum pœnæ nostræ legis, nulla dubitationis ansa relinquitur, sed si citationem sufficere aliquis proteruè & captiosè asseruerit, dubitare poterat, tamen quia citatio hæc circunducta fuit, eò quod in termino non fuit accusata contumacia, & per consequens nulla iudicatur, idem dicendum erit, scilicet quod pœna non incurratur: citatio enim facta némine in ter-
19 mino comparente † nulla est secundú tex. in. l. quanuis. ff. de in ius voc. & text. in. c. 1. de dol & contum. Bal. in authen. habita. nu. 46. C. ne filius pro patre, & Ias. in. d. l. quanuis

quanuis numero. 9. vbi expresse ita tenet, nam quoties vitiose cautum est, pro non cauto est habendum, vt. l. quoties. ff. qui sat. dar. cog. notat Rebuff. 3. tomo consil. Franc. titulo de citatione in præfatio. numero. 130. quanuis secundum eum ibid. numero. 131. tunc vim interpellationis extraiudicialis habere posset, cum ergo nullas sit talis citatio, neque per consequens effectum producat, quantumcunque teneas sola citatione incurri, nostri textus pœna non incurretur in hoc casu, quo citatio & terminus eius remansit circunductus ex dictis iuribus & probari videtur ex text. in. l. 5. titul. 7. partita. 3. & quia li-
20 tis † pendentia non inducitur ex citatione circunducta, secundum Afflictis, decisione. 366. numero. 14. Sed an siquis nō citetur, sed sponte compareat coram iudi-
21 ce ecclesiastico, an incurret actor pœnam † nostræ legis? & videtur dicendum, quod sic cum in effectu iam sit tractus coram ecclesiastico: ergo pœna commissa est, & si saltim non est commissa quoad amittendam actionem & ius eius propter spontaneam voluntatem rei, est saltim commissa quoad pœnam decem mille marapetinorum, per textum nostrum impositam, & hanc opinionem videtur tenere Didacus Perez in l. 7. titul. 1. lib. 3. ordin. columna. 797. in fin. & clarius in. l. 5. gloss. 1. colu. 791. in fin. cum sequenti eod. titul. & lib. ego tamen salua eius pace, contrarium teneo, imo quod nulla nostri text. pœna in hoc casu committatur, nam potuit reus prorogare iurisdictionem non sui iudicis, secundum gloss. in cap. cum Abbas verbo potius de offic. deleg. communitet approbatam teste Paulo, in. l. 1. numero. 20. ff. de iur. omn. iud. & Curti. Iuni. in. l. 1. numero. 37. ff. de iud. Montal. l. 32. titulo. 2. partita. 3. & tenent plures alij allegati per Didac. Perez. vbi supra dict. colum. 798. in principio, item, quia cum partes amicabili-
22 ter † comparent coram iudice dicuntur, comparere sine citatione, secundum Hypolit. in. l. de vnoquoque numero. 44. in fin. ff. de re iudicat. & sic deficit nostræ. l. mens & intentum & per consequens eius dispositio, & hanc opinionem videtur tenere gloss. in dicta authent. habita. C. ne filius pro patre, sentit Bartol. & Iass. numeris finalibus in dicta. l. quanuis per text. ibi ff. de in ius voc. & facit text. in dicta. l. 5. titul. 7. part. 3. quam sic tenendo intelligendum est, verbum sponte, non ita large, sicut Bart. & Iass. vbi supra intelligunt, & per dicta iura in eorum terminis intelligitur, sed quoties prout cotidie fit, actor & reus amicabiliter differentes dicunt eamus coram iudice ecclesiastico, & si ipse dixerit, quod debeo tibi id quod à me petis, libenter dabo, sin minus non, hoc enim casu, neque quoad amissionem actionis, neque quoad pœnam pecuniariam actor condemnari poterit, si tamen præcessit citatio, quanuis reus sponte compareat, & non reclamet, neque opponat contra iudicem, neque contra actorem de remedio nostri textus, tūc quanuis quoad amissionem actionis non puniretur propter rei consensum, quoad pœnam tamen decem mille marapetinorum ad denuntiationem officialis puniri posset, neque prohibitio legis sequentis prohibentis laicum se submittere iurisdictioni ecclesiasticæ habet obstare ipsius ecclesiastici iudicis iurisdictioni, vt in eadem lege (Deo volente) dicemus. Sed nunquid si in instrumento publico sint obligati clericus & laicus alteri laico pro debiti profani solutio-
23 ne † poterit laicus in simul conueniri cū clerico per creditorem hunc laicum coram ecclesiastico iudice absque nostri textus pœna, & videtur dicendum, quod poterit, obligatio enim indiuidua est, ac per consequens non priuilegiatus debet gaudere priuilegio fori consortij rei, ne continentia causæ diuidatur, argumento. l. 2. §. ex ijs. ff. de verb. obligat. & l. nulli. C. de iud. & magis dignum trahit ad se minus dignum, secundum Bartolum in. l. præcipimus. §. eodem obseruando, numero. 2. C. de appellatio. vbi in specie nostra ita tenet & reum refert Staphileus, in de literis gratiæ & iustitiæ, titulo de commissio. & literis iustitiæ. §. dicendum est modo numero. 2. cum tribus sequentibus fol. mihi. 117. & dicit esse veram opinionem Socin. Iunior, consilio. 1. numero. 2. 3. & 4. volumine. 2. & communiter approbatur, vt in hac glossa infra dicemus, & tenet Felinus in capit. primo. columna. 4. de præscriptionib. ergo si clericum & laicum simul obligatos alteri laico pro certa quantitate, laicus ipse creditor con-

uenerit pro debiti illius solutione coram ecclesiastico iudice non incurret nostri text. pœnam prout ad nostram. l. asserit & tenet Didac. Perez hic, sub. l. 3. titul. 1. lib. 3. ordinam. columna. 788. & voluit Rebuff. in. 1. tom. const. Fran. in procemio gloss. 5. nume. 117. mihi tamen contraria opinio in terminis nostris magis satisfacit regulariter, imo quod pœna legis nostræ puniretur laicus creditor conueniens aliũ laicum super re profana coram ecclesiastico etiam si laicus ille conuentus sit in simul obligatus pro re illa & quantitate cũ clerico & in eadem scriptura & instrumento, tum quia per legem infra proximam nullus laicus potest se submittere iurisdictioni ecclesiasticæ super re profana regulariter, neque tabellio aliquis similem scripturam conficere potest, si ergo laicus iste non est submissus iurisdictioni ecclesiasticæ, quomodo poterit coram ecclesiastico conueniri saltim sine pœna stante. l. nostræ dispositione, tunc etiam, quia de iure iudex laicus, competens est ad cognoscendum contra laicum fideiussorem clerici, prout verius esse asserit Ripa in capit. 2. numero. 25. extra de iudic. & vbicumque laicus iudex cognoscere potest, ipse est adeundus ex. l. nostra inter laicos super materia profana, neque obstat quod obligatio est indiuidua, hoc enim nego, nam obligatio quantitatis diuidua potius quam indiuidua est, præsertim quo ad hunc effectum conueniendi vnumquenque obligatum in suo foro, aut enim ipsi obligati sunt pro partibus æqualibus, vel inæqualibus, & clarum est vnumquenque, tunc conueniendum coram suo iudice, aut vnusquisque insolidum est obligatus, & tunc itidem potest quilibet in foro suo conueniri pro solido, cum protestatione ex parte creditoris facienda, quod vnica solutione à quolibet eorum facta, totius de-
24 biti contentus erit, neque continentia † causæ tunc diuiditur, quando actor & reus (prout hic) sunt diuersi fori, secundum Boerium decisione. 69. numero. 25. & Capit. decisione Neapolit. 122. numero. 5. quæ quidem decisio est optima in propositum nostræ quæstionis vbi numero. 2. ipse Capitius, inquit, quod licet qui sit priuilegiatus ne possit conueniri nisi coram vno iudice per hoc non censetur exẽptus ab alijs iudicibus ratione delicti, vel contractus, hic tamen laicus creditor respectu debitoris clerici diuersi fori est, neque priuilegio clerici gaudet quin coram suo iudice laico conueniri possit, ergo cõtinentia causæ non diuiditur quantumcunque laicus debitor conueniatur coram seculari, & clericus coram ecclesiastico, & sic cessat communis prima Bart. quam & communem asserit Aufredius in fallentia. 15. numero. 15. regulæ secundæ, Clementinæ primæ, de offic. ordin. sub titulo de potestate secul. super ecclesiast. perso. quem refert Didacus Perez in dicta columna. 747. in principio non enim negat communis illa laicum posse conueniri coram seculari, & per consequens nostræ huic secundæ opinioni non contrariatur, & ita hanc secundam videtur tenere opinionem Bald. post Dinum in. l. iuris peritos. §. 1. ff. de excusat. tut. & Francisc. Marcus. decisione. 1057. numer. 7. quos sequitur nouissime Mesia, in pragm. taxæ panis conclusione. 5. num. 76. pro quo & iuuat plurimum communis pract. & sententia asserentium, in criminalibus laico & clerico in simul delinquentibus, vnumquenq; esse conueniendũ coram suo iudice, vt apparet ex relatis per D. Couar. in pract. cap. 34. num. 1. cum sequentibus. & per D. Padilla. in. l. 1. num. 6. C. de diuers. rescript. & Did. Perez. in rubric. titul. 1. lib. 3. ordin. colum. 747. versi. sed ijs non obstantibus. & nouissimè per Messiam vbi supra. dicta conclusione. 5. nume. 74. & 78. fol. 84. & Anto. Gom. tom. 3. cap. 10. num. 6. & Iulium Clarum in pract. crimin. §. fin. quæst. 36. num. 46. neque aliud in ciuilibus dicẽdum est sed idem potius, prout inquit idẽ esse Messia ibidem num. 76. & ideò secundum eum ibi num. 77. fratres habentes pa-
25 trimonium indiuisum non gaudent † priuilegio fratris clerici ibidem partem habẽtis, & fuit opinio Specu. in titul. de clericis coniu. versic. quod si clericus, sequitur Decius in authent. cassa. colum. 2. C. de sacrosan. eccle. & sic semper consulo, quod in terminis huius quæstionis clericus in suo ecclesiastico foro, & laicus in seculari conueniantur, & sic vidi in facti contingentia, pluries petitum & factum, & communis illa Bart. opinio pro prima opinione allegata, vltra quod non negat, vt diximus, posse lai-

se laicum cum clerico obligatum, coram seculari conueniri, non loquitur communis illa in terminis legis nostræ legi similis, posset tamen Bartoli communis doctrina procedere, quoties laicus & clericus in simul se se obligant pro rei alicuius indiuiduæ implemento, putà si ad seruitutis alicuius constitutionem clericus & laicus in simul instrumento aliquo se obligauerint, cum seruitus indiuidua res sit, secundum Couar. in pract. c. 34. num. 1. vtrique coram ecclesiastico conueniri poterunt, vel si clericus & laicus in simul emerint rē aliquam indiuiduam & alius venditoris consanguineus velit rem illam retrahere, nam tunc quoniam obligatio rem tradi indiuidua est, coram ecclesiastico tanquam digniori conuenientur emptores ij per consanguineum retractus iure vtentem etiam si maior pars emptorum esset laicorum secundum Soci. Iuniorem ita loquentem in consilio. 1. num. 1. cum. 6. sequentibus volu. 2. & voluit Maran. in pract. tit. de iud. secul. & ecclesiast. num. 24. pagin. 219. in paruis & faciunt dicta per Ias. & Tyra. relatos per Molin. in de primogenijs Hisp. lib. 1. c. 9. num. 21. dicentes in indiuiduis dignius trahere ad se minus dignū, & tenet Deci. in cap. ex literis nume. 4. de constit id intelligens quoties vt singuli & propter se aliqui considerantur, vt in quæstione proposita: secus si vt collegium, vt in sequenti membro, licet & in ijs etiam casibus non desit scrupulus, poterat enim laicus conueniri coram seculari petendo clericum socium emptionis citari vt si sua putauerit interesse compareat ad allegandū coram seculari intra terminum, nam dicto modo fortasis cōparebit clericus allegando de iustitia sua corā seculari & præiudicabit sibi ex dictis per Matt. Afflict. decisione 24. num. 7. & 8. nam si sic compareret sibi præiudicaret, si tamen nollet comparere vel si compareret & declinaret nullo modo posset contra eum etiam in consequentiam sententiari, neque sibi præiudicaret sententia, sicut neque præiudicabit citatio illa, vt inquit glo. 2. in l. 20. tit. 22. part 3. & sic laicus consanguineus potens vti dicto remedio vt nostri tex. pœnam euitaret sic facere teneretur; sed quia conueniens remedium non est hoc, tenerem in dicto casu ratione indiuiduitatis & præeminentiæ ecclesiastici iudicis coram ecclesiastico posse conueniri absque nostri text. pœna: vel secundo & forsam melius posset procedere illa communis Bart. doctrina quotiescunque vt collegium non vero vt singuli aliqui laici super re profana per laicum alium conueniuntur, tūc enim si maior collegarum pars sit clericorum corā ecclesiastico collegiū tale absque metu pœnæ poterunt conueniri, nam forum ecclesiasticum tunc est proprium ipsorum forum, secundum Marant. vbi supra num. 23. & Aufredi. vbi supra. titu. de potesta. eccles. super laicis causa. 15. 16. & hanc cōmunem testatur dominus Coua. in pract. cap. 34. col. 3. in medio, quod si personæ collegij sunt æquales, tot enim sunt clerici quot laici, conuenietur corā digniori, & sic coram ecclesiastico, secundum Couar. vbi supra ex Bar. in l. fin. num. 15. ff. de colleg. illicit. & Abb. in cap. ex literis. num. 4. de cōst. si vero maior pars collegarum sit laicorum coram seculari tunc collegium tale conuenietur, etiam si super re indiuidua conueniantur, secundum supra dictos maxime Bart. facitque dictum Bal. relatū per glo. pen. in. fi. in l. 57. titu. 6. part. 1. & Petr. Costal. in l. fi. in. fi. ff. de quibus rebus ad eund. iud. eatur, quod dictum dicto modo potest intelligi, aliàs enim si sic non intelligatur contra illud tenent soci, & alij relati per Marant. d. pagi. 219. in prin. nu. 21. & hoc secundum Bart. dict. l. fi. C. de colleg. illicit. Si materia super qua conuenitur collegium esset profana, nam de hac loquimur in præsentiarum, prout in confratrijs etiam ad pios vsus institutis, in quibus maior pars est laicorum conueniendi
26 sunt confratres † super re profana coram seculari iudice & in confraternitate disciplinatorum, ita tenet alios allegando Menochius in tract. de recup. pos. remedio. 15. num. 30. & 31. & à num. 24. incæpit, & num. 34. distinctionis nodum dissoluit & bene: secus vero si materia esset spiritualis, vel ei annexa vel quatenus tangeret diuinum obsequium, vt inquit Alexan. relatus & secutus per Rebuffum in tract. in quib⁹ casibus iudic. secul. cognos. super eccles. num. 81. vbi se remittit ad Barbat. consil. 1. vol. 4. nam tunc etiam si omnes collegij personę essent laicæ (casu quod ita esse posset) conueniendi forent corā

ecclesiastico, prout & conuenirentur si tale collegium esset pium & religiosum & ad pia constructum & nulla esset profanitas ibidem mista, præsertim si episcopi essent constructa, vel confirmata authoritate, quibus collegijs, quia pia sunt, quarta
27 debetur episcopo, ex eo quod legatũ eis † est per aliquem prout communem testatur Barbat. relatus per D. Couar. in capit. officij num. 12. de testam. & ideo contra
28 loca pia authoritate † episcopi constructa eadem requiritur, præscriptio, quæ contra ecclesiam, secundum Padillam in l. si aquã nume. 49. & 50. C. de seruitu. & aqu. alias enim si pia ibidem in constructis authoritate episcopi, non exerceantur & maior pars sit laicorum secularia dicuntur collegia, secundum Auend. cap. 14. præt. num. 32. in princip. lib. 2. & Rebuf. qui ita debet intelligi in compendio alien. rerum ecclesiast. numero. 56. & ijs de causis collegium lepro-
29 forum, quoniam religiosum non dicitur, † contra Innocent. relatum & secutũ per Frederi. de Senis. consilio. 111. nume. 2. quem communiter reprobari asserit Domini. consil. 5. si laicorum maior pars sit, coram seculari conuenietur, si non est episcopi constructum authoritate, & sic possunt declarari dicta per Couar. in pract. ca. 36. num. 8. & Paul. in l. senatus. ff. de reb. dub. & Rocum eum sequẽtem, de iure patron. verbo ius num. 17. & Auiles capit. 2. præt. verbo, ni confederacion. numer. 10. fol. 70. & per Parisium optime circa has cõfratrias & collegia loquentem in consi. 34. volum. 4. & per Lambert. de iure patroc. 10. art. 1. quæst. prin. 1. part. lib. 1. num. 6. fol. 8. innouis. & Gabrielem libr. 6. com. opin. titul. de causa pia conclusione. 1. per totam. Post tamen episcopus visitare hospitalia hæc & confraternitates, etiam laicorum & quærere rationem bonorum suorum, nisi aliud statutum sit & dispositum in collegio & confratria, ex text. in cap. 8. & 9. sessionis. 22. de reform. in Concilio Trid. de quo per Frederi. de Sen. relatum per Menoch. & Parisi. vbi supra, & per Altamirano, id examinantem succinctè in tractat. de visitatione in Concilij Tridentini decreto, in verbis etiam testamentorum, nume. 18. cum sequen. aliquibus fol. 151. & per quæ signa cognoscatur collegium vide Roma. consil. 436. nume. 5. cum sequentibus aliquibus, vbi & quæ requirantur, vt dicatur tale. Vlterius & tertio opinio illa communis Bart. posset procedere
30 in Regno Franciæ, vbi super vectigalibus † & pensitationibus & censibus rerum suarum conueniuntur collegia coram seculari, secundum Tiraq. de retract. Linagiel. §. 32. numero. 80. cum sequentibus. 2. gloss. vnica. imo & in reali actione ibidem clerici etiam coram seculari iudice conueniuntur neque episcopi cognoscere de reali possunt, secundum Boerium decisio. 69. numer. 7. & in l. 11 infra eod. latius dicemus sed væ Regno illi & simili vbi clerici rei à secularibus iudicantur potestatibus, contra text. in cap. cum laicis, de rebus ecclesiæ non alien. extra, nam perditio & desolatio eius prope est, prout in Francia, Flandria & Alemania, nostris temporibus compertum habemus, & ideo caueant ab ijs iudices seculares Hispaniæ, prout cauendum admonet gloss. que se la dio in l. 57. titu. 6. part. 1. quæ omnia notanda sunt tã in theorica quam in practica, singularia enim & noua ad nostram legem iudicio esse & per alium non sic congesta & declarata. Viterius pro nostræ legis exornatione quærendum est, quid si procurator habens à me laico generale mandatum ad causas motas & mouendas, vel speciale ad causam aliquã contra alium laicum, conueniat laicum illum debitorem meum super re profana coram ecclesiastico iudice, an ex hoc ego do-
31 minus incurrã pœnam † nostri textus in qua quidem quæstione dicẽdum est quod nullo modo ex facto procuratoris generalis, vel specialis ad aliquam causam incurret pœnam nostri text. nisi habuerit procurator ipse speciale mandatum ad petitionem hanc super profanis contra laicum alium coram ecclesiastico intentandam, vel dominus ipse ratam habuerit petitionem talem à procuratore intentatam, & hoc ex tex. in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iur. vbi Bart. & communiter DD. tenent ex facto, & delicto procuratoris dominũ non teneri ad pœnam, sicut neque actio
32 ex delicto † procuratoris datur aduersus dominum, nisi specialiter mandauerit, vel ratum habuerit, neque ex facto, quod delictum non esse certum sit, punibile tamen, tenebitur dominus, secundum Bartol. & omnes maxime Oroscium col. 617. in fi.

cum

cum sequent. in.l. si procurator. ff. si quis ius dic. non obt. qua de causa vt posit quis
33 appellare † nomine alterius in causa executiua non sufficit mandatum ad lites, & causas, etiam si dicat quod posit appellare à qualibet sententia, sed requirit specificũ, & indiuiduum ad appellandum ab executione: quia appellans, & succũbens in causa appellatiõis, ab executione incurrit pœnã quinquaginta librarum argenti, ex.l. ab executione. C. de appe. recip. vbi Ange. ita tenet dicens, notabile in practica, & in facto obtinuisse, & sequuntur plures relati per Rollandum Valle. consi. 43. numer. 11. volu. 1. & Rebuf. in. 1. tom. const. Fran. titu. de sent. exe cut. arti. 7. glo. 13. num. fi. apud nos tamen nunquam de hac pœna vidi condemnationem, neque audiui: sufficit tamen esse forte fundamentum pro nostra opinione, quod dominus ex facto procuratoris ad pœnam non teneatur, idque adeo verum est, quod neque mandatum cum libera sufficeret ad incursum pœnæ huius, secundum Bart. & omnes teste Horoscio, ibi in. d. l. 3. §. si procurator col. 605. ff. quod quisque iur. Nec obstant verba illa quæ in mandatis procuratorijs solent communiter apponi, scilicet, (que os doy poder para que en razon de lo dicho podays parescer, y parezcais ante todas, y qualesquier justicias, &c.) quia illa verba generalia (y qualesquier) de idoneis intelligenda sunt, & de habilitate restringenda, prout est naturale verborum generalium vt de habilitate restringuãtur secundum tex. in. l. vt gradatim. ff. de muneribus, & honor. ex quo si quis promittit
34 soluere in quolibet loco † vbi petitum fuerit debet intelligi de loco idoneo, secũdum glos. fi. in. l. 1. ff. de eo ꝙ cert. loco, & in. l. 1. C. de sacro eccl. & in. l. 1. C. de fide insti. & in. §. procurator inst. per quos age. posse. & in. l. qui aũt, in fi. ff. de cõst. pecu. & in. l. 1. C. vbi conuen. qui certo loco dare prom. quæ cõmuniter approbãtur, secũdum glos. el juez, in. l. 13. titul. 11. part. 5. & gloss. per tex. ibi. in. l. 35. eodem titu. 11. part. 5. & faciunt dicta per DD in. l. cum filius familias. §. 1. ff. de verborum obliga. & tradit Suarez in. l. post rem, versi. circa iudicem num. 13. & 18. ff. de re iudica. vbi ponit fallentias aliquas ad glos. illas, & cõmunem cũ illis glo. dicit etiam Paul. Cast. in. d. l. 1. num. 3. & 4. C. vbi con. qui cert. loco dare promi. & Feli. in. c. postulasti n. 11. de foro compe. & magis cõmunẽ vocat Iasso. in. §. plus numero. 28. institu. de actio quanuis Barto. in. l. 1. §. nuntiatio n. 12. ff. de noui oper. nũtiatione. in trãsitu velit glos. illas non esse veras, communiter tamen approbantur vt vides, quoniam de habilitate verba restringẽda sunt, & de idoneo iudice intelligenda, sicut & interpellatio in loco congruo facienda est secundum Bernar. Diaz in regula. 356. posset tamen opinio Bart. contra glos. illas asserta procedere, quoties fori priuilegio, & legi si conuenerit. ff. de iuris. omn. iud. esset renuntiatum, & promissum quod vbilibet repertus quis fuerit posset conueniri, ex glos. celebratissima in. l. 1. ff. si quis ius dic. non obt. de qua traditur doctè per Couar. in practic. cap. 10. num. 5. & sequent. circa cuius glossæ propositum, & materiam habemus iam singularẽ pragmaticam sanctionem Madritij factã per Catholicum Philippum nostrum secundum, sub anno. 1574. eod. Didaco Coua. existente præside regij supremique senat᷒, ad dirimendas opiniones DD. super submisionib᷒ & fori priuilegio differentibus, & vocatur Pragmatica sobre la execution de las obligationes, y contra los que tienẽ sumission con las justicias. Sic in propositum nostrum quanuis dominus in procuratorio instrumento dicat, qualesquier justicias, de idoneis debet intelligi, & sic non censeri dominum mandatum procuratori dedisse, vt laicum super re profana coram ecclesiastico cõueniat, neque solet apponi in procuratorijs renuntiatio legis, si cõuenerit & sic domino non præiudicari ex dicto generali mãdato, si procurator aliud fecerit conueniẽdo laicum super re profana coram ecclesiastico, nisi vt dictum est speciale mandatum ad hoc procurator à domino habuerit sic faciendi & conueniendi, vel ratum habuerit dominus factum procuratoris sui generale mandatum habentis, & ita loquitur Bart. in. d. §. si procurator nume. 3. & vt dicemus in gloss. 1. l. 13. infra eod. neque tunc tenebitur procurator cum domino mandante id fecerit, quoniam hoc facere non est de genere prohibitorum, vt inquit Paulus in. d. §. si procurator. l. si quis

quis iniquum. ff. quod quisque iur. & ibi alij, præsertim Iass. num. 6. & 7. vbi num. 13. optime inquit non sufficere tunc generale mandatum cum libera, vt dominus teneatur, quoniam regula quod mandatum cum libera, idem importat quod speciale, vera est & procedit, quoad contrahendũ, & administrandum, secus quoad ea quæ sunt extra administrationem, prout & tradit idem Iass. in. l. si procurator. nume. 4. ff. de conditione indebi. Vbi ipse Ias. cum ampliationibus, & limitationibus optime prosequitur quare factum procuratoris domino præiudicat. Sed nunquid in casu quo dominus non tenetur, tenebitur procura-
35 tor nostri text. pœna, & videtur quod sic † argumento glossæ. & ibi. Bart. nu. 5. in. d. l. siquis iniquum. §. si procurator. ff. quod quisque iur. imputet enim sibi procurator, qui vltra in mandato contenta, & contra l. fecit, neque tunc recuperabit à domino procurator ipse, id quod hac de causa soluit, nam ipse, & non dominus deliquit, & quamtunuis nullũ sit quod vltra mandatũ procurator facit vt in. l. diligenter cum materia. ff. mandati, & l. 19. titul. 5. part. 3. id verum est ne domino præiudicetur, non tamen vt ipse procurator excusetur si deliquit, minuetur tñ ei pœna, si iustam habuit credẽdi causam, posse virtute illius mãdati corã ecclesiastico quasi ex dñi precepto cõuenire, quia sic aduocatus aliquis asseruit, argumento eorum quæ dicemus Deo annuente, in. l. 1. glo. tachar, post primum titul. 8. infra eod. lib. in hoc tamen de puniẽdo procuratore post hæc reperi duas communes opiniones cõtrarias relatas per Minchacam de controuer. vsufrequen. ca. 18. nu. 2. vbi per totum illud cap. aliter dicit. Sed num si tutor, aut curator minoris sui debitorem laicum super re profana contra l. nostræ tenorem coram ecclesiastico cõueniat, tenebitur minor ipse, an verbo tutor, vel curator, & videtur dicendum nul-
36 lo modo pupillum teneri, † cum de procuratore ad tutorem validum sit argumẽtum, vt per Euerardum in sua centuria locorum loco de tutore ad procura. & è cõtra, & probat tex. in. l. neque & ibi. Bar. ad fi. ff. de procurat. & sicut dominus ex facto procuratoris (vt supra proxime conclusimus) non tenetur, sic neque pupillus ex facto tutoris, vel curatoris, & quia tutor inuito datur procuratorque ex domini voluntate, vel ratihabitione agit, tutor vero citra minorum suorum voluntatem & maior ijs tutoribus, & curatoribus potestas est, vnde & domini appellantur. l. interdum §. qui in tutelam. ff. de furtis, tradit Oroscius in. d. l. siquis iniquum. §. si procurator columna. 605. num. 5. ff. quod quisque iur. ergo pupillus teneri non debet. In
37 hoc tamen articulo an facta, vel delicta † tutoris vltra contumaciam, quia in ea idem est, quod in procuratoris contumacia, de qua suo loco dicemus, pupillo noceant, dicẽdum est, quod si tutor extra negotia pupilli delinquat non nocet, vt. l. neque interdicto. ff. de regulis iur. si in negotijs pupilli colludio facto sine dubio non nocent, vt. l. meminerint. C. vnde vi, sed & neque bona fide quod pertinet ad tractatum, vnde vi, quæ est Accursij aduersus Bar. receptior opinio, secundum Oroscium infra allegandum, quod si pœna in tutorem non cadat pupillo nocet tutoris factum, vt. l. Polla. C. de his quibus, vt indig. si in vtrũque cadere potest, pupillus tenetur, sed cessis actionibus aduersus tutorem liberabitur. l. fi. ff. de adminis. tuto. quibus etiam consequens est secundum omnes, quod si litẽ calumniosam tutor moueat, & suo nomine ipse condemnari possit in expensis, & etiam pupillus, ita tamen vt pupillus cessis actionibus liberetur, quæ summa distinctio est, & approbata in hac materia, secũdum Orosc. in. l. si procurator tuus nume. 1. cum aliquibus sequentibus colum. 615. cum princ. sequentis. ff. siquis ius dice. nõ obt. sic & in nostrum propositum cũ pœna nostræ legis in pupillum, & tutorem cadere possit, licet pupillus teneatur ex facto tutoris cessis tamen actionibus contra tutorem, liberabitur, & tunc quanuis quoad tutorem non posset habere locum actionis amissio, eo quod pupillo & non tutori competebat, teneretur vtique tutor ad interesse ipsius actionis soluendum, vel iã quod interesse locum non haberet contra tutorem, neque amissio actionis, difficulter enim practicatur quoad hanc amissionem nostri textus pœna, tenebitur tutor pœna decem mille marapetinorũ, & quoad amissionem actionis iam quod peteretur, concederetur minori restitutio in integrum aduersus tutoris factum ne minor

ex

ex eo damnificatus remaneat. Sed an in cri-
38 minalibus procedat † lex nostra, & eius
pœna, & videtur mihi dicendum quod sic,
si crimen illud non erat mixti fori, nam
tunc eadem ratio datur sicut in ciuilibus,
lexque nostra cum fauorabilis videatur,
pro iurisdictionis regię cõseruatione quã-
tumuis pœnalis sit, amplianda est ex iden-
titate rationis secundum Euerardum, à ra-
tione legis larga, & ampla, & glos. malig-
nantium in .c. cupientes de electione in. 6.
idque præsertim verum intellige rem, si
criminalis illa causa in ciuilem pœnam est
redigenda, & sic condemnatio debet esse
pecuniaria, sed ponamus causam aliquam
coram ecclesiastico iudice ventilari, qui q ̃i-
39 dem † iudex vnam ex partibus litiganti-
bus in expensis condemnauit, an ille in cu-
ius fauorẽ facta est condẽnatio illa poterit
coram ecclesiastico iudice expensas illas pe-
tere abq; nostri tx. pœna, & teneo indubitã-
ter quod poterit sine pœna, eò quod in cõ-
sequentiam venit expensarum harum pe-
titio principalis causæ ventilatę coram ec-
clesiastico, & ex officio iudicis debentur,
& petuntur ex dictis in. l. quoties. C. de iu-
dicijs, & iudex causæ principalis est etiam
accessorię, & quemadmodum clericus
propter incidentiam potest compelli
per secularem reddere depositum in eo
ex mandato iudicis secularis factum, secũ-
dum Baldum. l. acceptam. C. de vsuis, &
Afflictis decisione Neapolitana. 24. n. 3. &
Rebuf. 1. tom. consti. Fran. tit. de lit. oblig.
arti. 5. gloss. 9. num. 3. sic & expensas com-
pellitur laicus soluere per ecclesiasticum
condemnãtem in earum solutione prout
in expensis & salarijs tradit Francisc. Mar-
cus decisione. 1061. & faciunt dicta per
Suarez in tit. de los emplazamientos. §. 5.
incipienti, sed pone quęstionẽ. nume. 23.
pag. 392. & facit. l. 32. col. fi. tit. 4. part. 3.
quicquid velit Rebuff. in tracta. in qui-
bus casibus iudic. secul. pos. cog. nume. 3.
aliud velit circa notarium suas expensas
petentem: sed si nulla per ecclesiasticum
condemnatione expensarum, neque sala-
rij facta, velit procurator petere à sua par-
te salarium, consulerem quod peteret co-
ram seculari, vt malignantium iudicum &
eorum officialium calumnias euitaret, eo
quod salarium hoc non videtur venire in
consequentiam, nisi de consuetudine sic
esset consuetum peti coram ecclesiastico,
40 nam tunc absque dubio † excusaretur à
pœna, ex text. in ca. Romana. §. neque etiã
de foro comp. in 6. faciũt tradita Per. Cob.
in practica. cap. 10. nume. 2. versi. 1. vbi de
consuetudine, & per Rochum optime in
cap. fi. de consuetudine sectione. 1. nume.
22. & 25. & per nos. l. 14. glos. magna, li-
mitatione .11. infra dicenda, nã consuetudo
etiam non legitime præscripta quo ad pœ-
nam excusat secundum Cepolam consti.
crimin. 13. etiam si esset irrationabilis,
prout per famosos aduocatos in terminis
nostræ legis allegatum vidi, & hæc pro le-
gis nostræ exornatione notanda sunt, nõ
enim sic reperientur declarata in eius pro-
positum, neque lex nostra censeri debet
canonibus inimica, cum & ipse summus
Pontifex regiam iurisdictionẽ seruari, suę
esse intẽtionis manifestet ex regula quod
actor forum rei sequatur ca. si clericus lai-
cum de foro cõp. ca. cum sit generale. eo-
dem tit. alioquin iurisdictiones turbaren-
tur dum mutuo iuuare inuicẽ se deberent,
vt cap. nouit de iud. ca. dilecto de senten-
tia excommunicat. in. 6.
Ibi [emplazar] ex his verbis aperte colli-
gitur non solum citationem, sed & petitio-
nem requiri coram ecclesiastico, vt pœnã
nostri tex. locum habeat, neque vnum abs-
que alio sufficere vt patet ex verbis nostri
tex. ibi de demandar citar, ni emplazar, nã
dictio illa, ni, quæ Latine idem est quod,
nec, vel, neque, copulatiua negatiua est, se-
cundum tex. gloss. Bart. & DD. in. l. qui-
dam testamento. ff. de vulgari, & tex. glo.
& omnes in. l. si quis ita stipulatus fuerit
decem aureos. ff. de verborum obliga. &
tex. in. l. si is qui. 200. §. item si pater. ff. de
rebus dubijs, quos ad hoc allegat Alex. cõ-
stitu. 92. in fi. volu. 3. & tenet Baldus con-
silio. 386. casus talis est, dominus Papa lib.
3. implicatiuam que dictionem alij vocãt,
secundum Ruinum & alios relatos per
Menoch. in tracta. de recuperanda posse.
remedio. 9. nume. 7. cum ergo copulatiuã
sit, & implicatiua, de cui' natura est copula-
re diuersa secundum gloss. in rubr. C. de
iur. & fact. igno. & notatur in ca. querelã,
de symonia, merito vt pœna nostræ legis
locum habeat vtrunque requisitum, &
41 sic citationem † & petitionem requiri, ne-
que citationem solam sufficere, vel peti-
tionem solam neque vnum sine alio, vt
inquit Bar. in. d. l. quidam testamento. &
ideo

ideo sibi ista nomina, demandar, citar, ni emplaçar substantiua dicas, quo casu copu
42 la stat † proprie, & requiritur vtrumque copulari, secundum Bartol. in l. 1. in princip. num. 2. ff. de iustitia & iure, & iterum in l. 1. nume. 8. ff. de his qui notantur infa. & in l. si is qui. 200. §. cum ita. ff. de rebus dub. late Iass. in l. 1. num. 2. ff. de iustitia & iure Abb. in cap. ex parte el. 1. nume. 7. de rescrip. latissime Felinus in cap. 2. versic. copula cum sequenti, vsque ad versiculũ leges de rescriptis, siue dicas verba hęc orationes esse, cum in indiuiduo, respiciat certum quid id est verbum illud, ninguno sea osado, idem dicendum est, quod copula stet proprie secundum supra. d. DD. eo q quando plures res enumerantur respectiue ad vnum effectum, prout hic, tunc copula stat proprie, & requiritur copulata verificari secundum Bartol. in locis supradictis, & Ias. in l. si quis ita stipulatus num. 4. ff. de verborum obli. & Felin. in cap. 2. numero. 22. de rescrip. & Angel. in §. penul. institu. de hæredibus insti. si ergo copulatiua sic stat proprie, & secundum naturam suam, merito supradictũ est in glosis præcedentibus & hic, quod citatio sine petitione non sufficit, neque petitio absque citatione, & sic cum petitio requiratur, litis contestationem adesse debere, vt legis nostræ pœna incurratur, prout in gloss. supra proxima dictum est, nam secundum Bald. in authent. habita num. 46. C. ne filius pro patre, vbi lex agit de agente, vel accusante litis contestatio requiritur.

Ibi, [E que se someta,] similis est text. in in l. infra proxima, vbi & alia (Deo volente) dicemus.

Ibi, [profanas] quæ quidem profana à laicis posside‍ntur, & ab ipsis per laicos petuntur, in causis enim eorum super profanis incœptis & constitutis iudex laicus est iudex competens, non aũt iudex ecclesiasticus, vt cap. ex suscepto, & cap. ex tenore de foro compe. quia ecclesiasticus non habet gladiũ sanguinis vt cap. clericis & capit. sententiam, ne clerici vel monach & cap. ex literis de excessibus præl. notat Ferratius cau. 10. aliud tamen erit in spiritualibus, nã si spiritualia, vel spiritualitati annexa essent, nullo licet modo, etiam inter lai
43 cos † siue principaliter, siue incidenter tractari coram seculari iudice, sed coram ecclesiastico tractanda sunt, vt per D. Couar. in 4. 2. part. cap. 8. §. fi. num. 3. & Rebuff. in 3. tomo. const. Franc. titul. vt laici non conueni. coram ecclesiastico, glossa vna. num. 15. & 16. ponit quæ sint hæc spiritualia, & nu. 17. quæ profana, vbi inquit temporalia, & sic profana esse, diuitias, bona corporalia, fundi, domus, & aliæ res quæ à Deo dantur hominibus ad tempus, hoc est quandiu in hoc seculo sunt cap. sicut el. 2. 47. d. spiritualia vero cum agitur de electione. c. Massana. & c. Sacrosancta. de electione, de decimis capit. tua de decimis, de vsuris, vel iure patro. glossa in summa. 11. quæst. 1. glo. & DD. in cap. literas de iuramento calum. & idem Rebuf. in tractat. in quibus casibus iud. secul. cog. in spi. num. 37. vsque ad. 51. & similia, puta cognoscere de aliquare an sit peccatum & gratiæ cælestis impeditiuum, quia hoc spirituale est, & ad nullam potestatem secularem pertinet, secundum omnes teste Naua. in cap. nouit. 6. notabili numero. 105. de iud. & spiritualia sine istis corporalibus non cõsistunt. cap. si quis obiecerit. 1. quæst. 3. notat Rebuff. vbi supra neque secundum eũ ibi. num. 20. valet consuetudo, vt laici habeant iurisdictionem in clericos, vel in spiritualibus, neq; statutum laicorũ infringẽs probationes factas per testes, habet locum in spiritualibus & sic neque in relictis ad pias causas, quia relicta ad pias causas respiciunt spiritualia, secundum Alex. consil. 105. viso & diligenter considerato. n. 9. & 10. vol. 4. & sic pro legatis pijs possunt laici hæredes coram ecclesiastico conueniri, secundum Couar. cap. relatum. 1. nu. fin. de testam. vbi in hoc vt in claris inquit nõ esse immorandum, non enim laici circa hæc se intromittere possunt, prout scriptũ reliquisse Basilium imperatorem in fine concilij octaui, epistola sua refert Ioan. Echius in suo Enchiridione, titul. de concilijs ad fi. & ideo non sine causa text. noster de profanis tantum locutus est, sic exprimendo, & declarando, ex quibus infero quod licet inter DD. esset dissensionum
44 iudex † ecclesiasticus esset competens in causa dotis, vt tradunt & quærunt relati per Siluam nuptialem in verbo non est nubendum num. 48. fol. 16. in paruis & per plures in eam itum sit sententiam vt scilicet esset mixti fori, & esset locus præuentioni

tioni, ita quod laicus pro dote poterat laicum coram ecclesiastico conuenire, vt licet videre ex Silua, vbi supra, & Anto. Gomecio. l. 50. tauri. num. 53. & Dida. Perez in. l. 2. tit. 1. lib. 3. ordin. col. 775. in medio vbi hãc asserebant communem opinioné, prout & asserit Stephanus Aufredius de potestate ecclesiæ super laicũ, causa. 27. hodie tamen. l. nostra attenta, quantumuis iudex ecclesiasticus esset competens pro huius causæ cognitione, nullo modo poterit laicus alium laicum coram ecclesiastico super dote principaliter conuenire, cum sit res mere profana, & temporalis sub nostri tx. pœna, etiam si dos talis pauperi promissa fuerit, & miserabili personæ, vt vltra dictos agitur per Ancha. consi. 21. colu. penul. & fi. & nouissime Molina de primogenijs lib. 2. ca. 15. nu. 75. & 76. vbi idem in alimentis dicitur, nisi ipsa dotis, vel alimen

45 torum causa † incidenter veniret, puta si super ecclesiastico iudice, agitur super matrimonio, & in consequentiam veniat agẽdum super dote, vt cum de stupro agitur, virtute cuius petitur coram ecclesiastico stupratorem compelli matrimoniũ coire cum stuprata, vt si nolit coire cum ea puniatur, & dotet stupratam, tunc enim etiam inter laicos poterit de his tractari coram ecclesiastico, & ita posset & hodie procedere dicta communis opinio, non vero si principaliter agendum esset de dote prout voluit eam declarare Anto. Gome. vbi supra, & hãc ibi asserebant communem, nulla nostræ. l. facta mentione, & ita teneo sine pœna nostri tex. non posse peti dotem, vel alimenta, coram ecclesiastico per laicum cõtra alium laicum principaliter pro dote agendo. Nam dos ipsa negari non potest quin sit quid temporale, & profanũ nisi dos ipsa esset alicuius ecclesiæ

46 † vel hospitalis pij authoritate episcopi constructi, vel confirmati, quoniam tunc coram ecclesiastico peti posset absque metu pœnæ nostri tex. & hoc non excludit tex. noster neque lex sequens, sed potius confirmat, eo quod ecclesiæ & pio loco, & authoritate episcopi constructo & confirmatio debetur.

Ex quibus & secundo infero quod licet canonistarum esset cõmunis opinio vt antea asserebant Abb. & DD. in ca. significãtibus de offi. delega. relati per Marant. in practi. distin. 11. num. 9. pag. 216. in paruis quod vbi quis esset miserabilis simul, & op

47 pressus, nempe per vim, vel alio modo † re propria spoliatus, ita vt posset agere interdicta recuperandæ, poterat hoc coram ecclesiastico iudice agere & proponere etiam aduersus laicum alium & etiam nulla data negligentia iudicis secularis, & hanc asserebat communem dominus Coua. in practi. ca. 6. num. 1. versi. immo, & in hoc. quam tamen ipse ibidem asserit apud suprema Hispaniarum, & Galliæ prætoria risui equidẽ fore, neque in practica vsam. hodie tamen non solum non erit in vsu dicta communis recepta apud nulla Hispaniarum prætoria siue supræma siue

48 inferiora, verum & si quis laicus † eius remedio vteretur nulla data in iudice laico negligentia contra alium laicum pœna nostri tex. puniretur, & miror quod dom. Couarr. vbi supra ad. l. nostram hæc non considerauerit, neque adduxerit legem nostram ad probationem suæ & verissimę opinionis, prout & voluit additio Abb. in cap. ex parte num. 1. litera B. de foro compe. ex quibus & 3. quod si alicui laico pauperi sit factum per aliquem laicum in testamento legatum aliquod rei profanæ, nulla data negligẽtia iudicis secularis, non poterit absque nostri tex. pæna pro legato illo consequendo conuenire hæredem lai-

49 cum, vel testamentarium laicum † corã iudice ecclesiastico, quandoquidem legatum est rei profanæ & temporalis, iudicesque seculares sunt competentes ad compellendum hæredem, vel testamentarium laicum, vt soluant legatum illud, eo quod mixti fori est eius cognitio, secundum glos. 1. l. 7. titu. 10. parti. 6. & dum potest iudex laicus adiri, non est adeundus ecclesiasticus, & licet videatur legatum illud pium cum pauperi relinquatur & sic iudicem ecclesiasticum pro eius implemento adiri posse secundum Couar. cap. relatum 1. num. 13. de testam. & Tiraquel. de priuileg. piæ causæ priuilegio. 149. & facit. d. l. 7. titul. 10. parti. 6. id vero non negatur. posse tamen laicum hunc legatarium, hæredem laicum vel testamentarium laicum pro illius legati cõsequutione cõuenire coram ecclesiastico absque nostri tex. pæna, hoc in dubium vertitur nam. l. illa. 7. tantũ procedit & loquitur data negligentia testamen-

ſtamētarij, & cū epiſcopus ex officio procedit, nos vero loquimur cum ad petitionem partis, & nulla negligentia data, eò q conuentus nondum fuit teſtamentarius coram laico iudice, tunc enim noſtra procedit opinio, quam certe poſt hæc reperi tenere dominos capellæ Toloſanæ, deciſ. 214. & deciſ. 51. vbi Aufred. in additio. ita conſiderat, & Rebuff. in tractat. in quibus caſibus iudices ſecula. poſſunt cog. de perſo. eccleſiaſt. num. 5. niſi in caſu in quo de conſuetudine eſſet obtentum laicos teſtamentarios, conueniri per laicos legatarios coram eccleſiaſtico pro adimplemento legati & teſtamenti, vel niſi in caſu in quo legatum eſſet pium, & ſic haberet aliquid ſpiritualitatis annexū, vt ſupra. n. 43. dixi, vel fieret alicui pio loco, vel eccleſię capellæ, vel hoſpitali pio authoritate epiſcopi conſtructo, & æconomus, vel eius ſyndicus eſſet laicus, tunc enim poſſet ſine pœna coram eccleſiaſtico hæc petere, non vero alias, puta ſi promiſsis dicendis aliquid
50 relinqueret † vel pro calice, vel cruce reparandis, vel anniuerſario dicendo, ſecundum Guidonē Papæ deciſ. Delphin. 576. num. 2. & ſic poſſet hodie procedere opinio illa D. Couar. & ſequacium, & in hoc vltimo non dubito, licet ſi clericus, vel lai-
51 cus † ſint executores alicuius teſtamenti epiſcopus eſt eorum iudex ſecundum Fel. in cap. cum ex officio num. 24. de præſcri. quod tamen verum credo. l. noſtra attēta, & vt eius pœnā euitetur, quoties clericus & laicus ſunt alterius clerici teſtamentarij vel ſi laici non ſunt relicti inſolidū teſtamētarij: ſecus vero ſi vnicuiq; per laicū defunctū relicta eſſet inſolidū poteſtas, nam tūc iudex ſecularis erit iudex laici teſtamētarij & coram eo conueniendus eſſet, ſaltim, vt euitetur moleſtia iudicum latrunculatorum ſolita adhiberi, vt pœnam noſtri text. lucrifaciāt vel erit epiſcopus iudex talis laici teſtamentarij, vt compellat eūm implere teſtamentum vel reddere rationem, & reliqua, ſecundum Rebuf. in tract. in quibus caſibus iud. ſecul. cog. poſ. numer. 87. Quid tamen erit dicendum, ſi rem meam profanam laicus alius detinet cum peccato, & nullum habeo remedium, pro rei illius recuperatione coram iudice ſeculari intentanda, & petenda, ſed tantum denuntiationis euangelicę forma, reſtat mihi procurāda, & coram iudice eccleſiaſtico (qui de illa cognoſcit) proponenda. Num
52 abſque † noſtri textus pœna potero illam coram eccleſiaſtico intentare, & in hoc caſu intrepide tenendum eſt, quodſi nullum aliud remedium habebam ad illam rē profanam recuperandā, niſi denuntiationis Euāgelicæ coram eccleſiaſtico intentandæ, eo quod deſtitutus ſum coram eccleſiaſtico conqueri, vel ſecularis ipſe non vult, vel negligit iuſtitiam facere vel non poteſt ſuper tali re ius reddere, tunc enim quoniam in ciuilibus etiam profanis locus eſt denuntiationi huic euangelicæ ſecundum Velaſcium in quæſt. 7. de iure emphyt. num. 22. verſi. cæterum ex Hoſtien. & Ioan. And. in cap. nouit de iudic. vbi Abb. Card. Immol. in fi. extenditur enim poteſtas eccleſiaſtica per viam euangelicæ denuntiationis ad cognoſcendū de omni peccato mortali cuiuſlibet etiam laici, vt à peccato diſcedat, vt in dict. cap. nouit vbi Nauar. notab. 6. ex principio vſque ad nu. 14. id quindecim argumentis probat, & Almain. de poteſtate eccleſiæ. ca. 119. potero optime abſque noſtri text. pœnam denuntiationē hanc coram eccleſiaſtico intentare rem meam petendo, hoc ſcilicet modo directe & principaliter intentando coram eo denuntiationem hanc euangelicam, quæ nullo alio exiſtente remedio coram eccleſiaſtico intentatur, dicendo quod aduerſarius meus talis detinet rem meam cum peccato, in quo per tot tempus exiſtit, ideo peto quod à peccato exire compellatur, & in conſequentiam, & incidenter peto, quod condemnetur vt mihi rem meam reſtituat, hoc enim modo intentari poteſt denuntiatio hæc coram eccleſiaſtico abſque metu pœnæ noſtri text. & erit
53 exemplū, ſi dum vēditus eſſet † tibi equus vel ſeruus apparet maculam aliquam habere, neque redhibitoria egiſti intra iuris terminum, quo caſu amplius agere iniuſtitia non poteſt ſecundum text. in. l. 64. & 65. titul. 5. part. 5. tenetur tamen venditor in conſcientia reſarcire damnum ſecundum Couar. in cap. poſſeſſor. 2. part. §. 11. numer. 5. poteris tunc vti dicto remedio denuntiationis euangelicæ coram eccleſiaſtico, vt optime tenet Maranta in practica diſtinctione. 11. num. 12. pag. 215. in fin. in paruis, tunc enim eo quod nullum remedium

dium remanet ad petendum damni resartionem coram seculari iudice, potest optime peti coram ecclesiastico per denuntiationem euangelicam absque nostri textus pœna, & idem erit siquis decipiatur in quantitate intra dimidiam iusti pretij, quo casu in seculari foro conueniri non potest ex textu & materia vbi Doctores in. l. secunda. C. de rescind. venditione, poterit tamen conueniri in ecclesiastico foro per denuntiationem hanc, quia cum peccato detinet, tenetur etiam in conscientia resarcire damnum, & læsionem, secundum Menesium in dict. l. 2. num. 73. & Nauar. in capit. nouit. 6. notab. num. 47. cum sequentibus, vbi hanc receptionē appellāt, & ita ex nostro proposito tenet Nauarr. vbi supra, nu. 79. cum sequentibus, quem multo post hæc vidi relatum & secutum per Didac. Perez. l. 1. titu. 7. libr. 5. ordin. pag. 180. tomi 1. vel itidem si hæres conueniatur denūtiatione hac ex delicto defuncti, quatenus ad eum peruenit, pro quo cum sit pœna, quanuis de iure ciuili & regio hæres conueniri non potest, nisi lis esset cum defuncto contestata, ex. l. tertia titulo quinto partita septima, ex æquitate tamen canonica conueniri potest, quatenus patiuntur vires hæreditatis remedio huius denuntiationis Euangelicæ, quamtunuis hæres hic laicus sit, & terris imperij subditus pro exoneranda defuncti conscientia, secundum Antonium Gomez tom. tertio, capit. primo, numero. 85. & voluit Octauianus in decisione Pedamontana. 152. numero septimo, & glossa, quæ vino. l. vigesimę quintę, titulo primo, partita septima, & faciunt dicta per Dueñas, in regula duodecima, actio ex delicto, limitatio. duodecima, nisi dicamus cum Doctore relato per Couarruuiam libr. tertio Variar. capit. tertio, numero septimo, quod de iure ciuili posit hæres conueniri vsque ad vires hæreditarias etiam si nihil probetur ex damno ad defunctū peruenisse, & seruandum sit ius canonicum in seculari foro, secundum Suarez in allegation. 26. dub. secundo, versiculo, cum igitur, & sic coram ecclesiastico, tunc contra hæredem agi non poterit, cum coram seculari agi posit. & idem in alijs similibus casibus propositis per Alciatum in capit. nouit, numero. 29. cum sequentibus aliquibus extra de iudic. eademque denuntiatione agere posset mater explosa à filij hæreditate per expressam pupillarem, si tenemus Archidiac. opinionem, quod in conscientia similis pupillaris fieri non posit, de qua per Couarruuiā in capitulo cum esses numero. 12. de testamentis, & per Antonium Gomez tomo primo capit. 4. numero. 8. ad fin. & Acost. in capit. si pater. 2. parte verbo superstite matre, numero. 8. & 9. de testamentis, & nouissime Ioann. Garc. tractatu de expensis & meli. capit. 4. nume. fi. vbi id de denuntiatione Euangelica dicit, sed si tenemus contra Archi. prout omnes dicti tenent, & receptissimum dicunt, cessat hoc remedium, posset tamen procedere si mater ita esset pauper, quod non haberet vnde alimentaretur, tunc enim locū habet denuntiatio hæc ex dictis per Ioā. Garc. dict. numero. fin. in principio. ex quibus videtur optime in propositum inferri posse, quod siquis ob res suas furatas excommunicationem aliquam, prout quotidie fit publice legi fecerit in ecclesia, & terminis excommunicationis lapsis, vel in earum termino apparet testis dicens rem illam furatam penes Titium extare, qui quidem testis nunquam id manifestauit, poterit coram ecclesiastico, etiam si excommunicationis petitor laicus sit, & detentor rei illius itidem agi vt ille compellatur exire ab excommunica-
54 tione † & in consequentiam rem ablatam restituere, cum tunc principaliter propter peccatum, & excommunicationem incursam agatur, itidemq; excommunicatio ipsa ab ipso processerit ecclesiastico iudice, neque tunc pœna nostri text. locum habebit cum ecclesiasticus ipse, & non alius ad hoc competens iudex sit, vt detētor ab excommunicatione exeat & resipiscat & per consequentiā rem restituat secūdū Siluā Nuptialē in verbo monitoriæ. n. 58. & 59. vbi n. 60. singulariter hoc limitat vt nō procedat, quotiēs lis prius corā seculari iudice super re illa pendebat, tunc enim ad ipsum laicum

 cogni-

cognitio remittenda est, & sic coram eo peti debet, & dicta testium excuntium excommunicationis vigore pro declaranda veritate, extrahenda sunt si coram ecclesiastico declarauerunt & præsentanda coram iudice illo seculari, & cum partis citatione ratificanda, hæc tamen limitatio difficulter hodie procedere posset, cum habeamus ex decreto Sacri Concilij Tridentini, sessione vigesima quinta, de reformatione capit. tertio, quod nullæ monitoriæ præstentur per ecclesiasticos super re pro qua lis in iudicium deducta erat. Si tamen principaliter tantum pro rei restitutione ageres, & non in consequentiam, coram seculari iudice esse agendum consulo, vt nostri textus pœnam euites. Debet tamen testis ille qui virtute monitorialium deposuit repeti in forma iudicij, secundum Menochium de arbitrar. iudic. libro secundo centuria. secunda, casu. 109. numero primo, folio. 247. Est tamen notandum singulare verbum in propositum
55 scilicet, quod si in similibus casibus † solent literæ per regem, vel supremum eius consilium concedi, vt iudex secularis per viam denuntiationis huius Euangelicæ cognoscat contra laicum detentorem rei alienæ, prout in regno Portugaliæ concedi asserit Velascius in dicta quæstione septima, de iure emphyt. numero vigesimo secundo in fine, tunc nullo modo posset absque nostri textus pœna agi coram ecclesiastico, etiam per dictam viam denunciationis, & in propositum legis similis huic nostræ ita asserit Velascus ibidem, quæ quidem literæ cum in nostro regno concedi non soleant nostri textus pœna non incurretur in simili casu, quoties per viam denuntiationis Euangelicæ agitur, quia iam nullum aliud agendi adest remedium, imo & hæreticum videretur, secundum Nauarrum optime in dicto capitulo nouit, notab. sexto, numero trigesimo quarto, corollario secundo, per totum asserere potestatem ecclesiasticam non posse cognoscere de quocumque peccato lætali an sit tale, vel non, & an is perseuerat in eo, vel non ad effectum reuocandi peccatorem à vitio ad virtutem, & ab errore ad veritatem, saltim per viam denuntiationis Euangelicæ, vel non posse petere debitum coram ecclesiastico in defectum, vel negligentiam secularis iudicis. Vlterius & in nostri textus propositum est dubium op-
56 timum. Num scilicet laici † pœnitentes qui à iudice ecclesiastico per sententiam propter aliud crimen ecclesiasticum damnati sunt ad agendam pœnitentiam & sub forma admissi fuere ad ecclesiam, veniamque criminis consequuti sunt, poterunt que seculares, & laicos alios super re profana ciuiliter, vel criminaliter conuenire coram ecclesiastico absque metu pœnæ nostri textus, & determinatio huius quæstionis pendet à determinatione alterius: videlicet num pœnitentes ij possint à secularibus ob alia crimina post commis-
57 sa criminaliter, vel ciuiliter † condemnari, quam late examinat D. Couarruu. in practic. quæstion. capitu. trigesimo quarto, numero tertio & quarto, & secundum quod in quæstione determinabis, poteris in nostra determinare, nam si tenenda sit opinio quod possint tales pœnitentes ob crimina alia, vel debita post commissa coram seculari conueniri, coram eo sub pœna nostri textus conueniendi erunt super crimine, vel profanis. Si vero tenueris opinionem contrariam, tūc coram ecclesiastico absque nostri textus pœna conueniendi sunt, ita quod determinatio nostræ quæstionis, à determinatione illius alterius pendet, de qua nouissime per Rojas, in singularibus in fidei fauorem, litera. i.
58 singula. 98. Nunquid tamen laicus † super decimarum solutione poterit conueniri ad petitionem clerici coram ecclesiastico iudice, & videbatur dicendum quod non in casu in quo agatur de quæstione facti, & non iuris, eo quod laicus non negat decimam esse debitam, sed quod pro ea non est citandus, nec conueniendus in foro ecclesiastico, sed in suo seculari, & sic super re temporali tractatur, & profana, scilicet pro fructibus, & sic hanc tenuit opinionem

Los sanbenitados (o penitenciados) por el s.to officio gozan privilegio. Vide qui ... hoc ... de consu... procedit.

nem Fredericus consilio. 245. relatus per Couarruuiam in Practic. quæstion. capit. trigesimoquinto numero secundo, ipse tamen ibidem hoc non admittit, & bene, eo quod per censuras compelli possunt laici pro decimarum solutione, & sic quotidie videmus coram ecclesiastico conueniri laicos in hoc casu, & vide Castillo in. l. sexta tauri versi. de qualquier calidad, folio quinquagesimo quinto. & dicta per glossatorē Salmantinum in libro quarto ordinamenti columna. 1430. in fine cum sequentibus & Rebuffum in tractatu in quibus casibus iudices seculares poss. cogn. de ecclesi. numero. 13. 14. & 16. vbi distinguit, & consuetudini multum defert in hoc casu. Sed an conductores decimarum, vel rerum ecclesiasticarum poterunt conueniri coram ecclesiastico ratione fructuum, & condemnari non obstante quod declinēt iurisdictionem ecclesiasticam, vel an ad secularem iudicem suum erunt remittendi, & quantumuis Couarruuias vbi supra versic. quinto non video, dicat quod ad secularem tales laici conductores erunt remittendi, & sic in simili statuto nostræ legi dicat iudicatum Octauianus Cacheranus in decisione Pedemontana. 32. tamen in tribunalibus ecclesiasticis, quorum notitiam habeo siue pro eorundem fructuum solutione se submiserint iurisdictioni ecclesiasticæ, siue non, ex consuetudine conueniuntur quantumuis declinetur iurisdictio ecclesiastica, & sic pluries vidi causas similes remissas ecclesiastico, per chancellariam Vallisoleti in hac Placentiæ ciuitate & sic consuetudinem cōsulo probari, imo & laici ob decimarum solutionem, etiam si conductores earum essent, capi, & incarcerari poterant aliquando in hac Placentina ciuitate per iudices ecclesiasticos, & se submittere eorum iurisdictioni sine pœna, de quo vide executoriam huius ciuitatis cum episcopo eius, & prouisionem regiam regis Ioannis, id in decimarum perceptione etiam contra conductores earum permittentis sic fieri non obstante. l. nostra & sequenti & l. decima quarta, infra eo. & aliquando forte inualuit vsus hic, & prouisio. Post tamen tempore labente, prouisio hæc regis huius per ipsummet, & eius consilium retractata & limitata fuit, vt tantum procederet in crimine hæresis, sacrilegij, vel stupri, pro quibus tantum laici incarcerantur per ecclesiasticum iudicem. Non vero pro alio delicto neque contractu vllo, neque executio in bonis laicorum fit nisi per secularem, ad requisitionem ecclesiastici, & sic doctissimorum virorum consilio rex ibidem asserit determinatum, qua de causa imposterum sic obtentum est, vt laici debitores decimarum, etiam si conductores earum sint, & pro solutione earum se submiserint ecclesiasticæ iurisdictioni, prout possunt, non incarcerantur, neque in bonis eorum executio fit per ecclesiasticum iudicem, sed per secularem ad requisitionem ipsius ecclesiastici iudicis per viam recursus, vt aiunt, & sic fit quotidie. Intrat tamen nunc in propositum nostræ legis optima, & singularis quæstio. Ponamus enim quod laicus aliquis habet recuperare fructus alicuius beneficij virtute locationis per clericum beneficiatum sibi factæ sui beneficij fructuum, vel ex vi mandati procuratorij in causam & rem propriam concessi laico per clericum illum, qui quidem fructus ab alio laico conductore decimarum illiusmet beneficij recuperandi sunt, nunquid laicus hic conductor,
59 vel mandatarius † poterit fructus illius beneficij, siue sint decimarum causa soluendi, vel alia qualibet causa laicum debitorem illorum absque pœna nostri textus coram ecclesiastico conuenire, & videtur dicendum quod sic, ex supradictis. Ego tamen salua semper censura, aliud & melius sentientis, & præsertim ecclesiæ, crederem nullo modo absque nostri textus pœna, id fieri posse, vtpote quia de quæstione facti hic agitur, cum tantum de commoditate temporali, & prosana recipienda, & soluenda agatur, quod temporale quid est, vt ex capitulo secundo, de locato. & capitulo quamuis de decimis. probat Cuma. consilio. 84. numero tertio. Actorque & reus laici sunt, iudexque secularis competens pro cognitione huius causæ, & sic militant rationes nostri textus, & per consequens debet militare eius dispositio, & sic in facti contingentia asserit obtinuisse Castillo in. l. sexta tauri glos-

sa de qualquier, & in. l. tertia. numero. 9. &. 20. tauri, quem post hæc scripta reperi, & gauisus fui admodum eo quod reperi authorem meæ opinionis, & ad simile propositum eum, & alios nouissime allegat Parladorius in suo libro rerum quotidianarum capit. tertio numero. 17. neque obstant quæ supra de clerico decimas suas à laico petente dicta sunt, nam respectu clerici aliud est dicendum, ipse enim pœnam nostri textus non incurret, laicus vero eius prærogatiua non gaudet, quantumcunque virtute mandati in rem propriam à clerico concessi procedat, nam mutata persona priuilegiata, mutatur & personale priuilegium secundum Suarez in quæstione maioratus posita post legem post rem numero. 23. &. 24. pagina. 437. & alibi latius dicemus, & an magister fabricæ ecclesiæ, vel operarius eius pro ijs, quæ ecclesiã vel eius administrationem respiciunt, vel pro ratione reddenda, vt dixi in. l. quarta, titulo quarto libro primo huius recopilationis, possint coram ecclesiastico conueniri, vide Rebuff. in tractatu in quibus casibus iudic. seculares poss. cogn. numero. 33. & ibi numero 3. tractat an notarius officialis possit laicum super taxatione expensarum litis conuenire coram ecclesiastico, & inquit quod non, nisi aliud sit consuetum, & vide supra num. 39.

Ibi, [Pierda la action,] vt probatur in. l. in criminali. C. de iurisdictione omnium iudicum, quam allegat glossa in capit. anolita. 11. quæstione. 3. & glossa in authen. habita. C. ne filius pro patre quam quidem
60 actionem amittere est pœna † secundum Baldum, & ibi additiona. litera. a. in dicta l. in criminali numero quinto, sed an ipso iure, an vero per sententiam amittetur? & iure ciuili secundum glossam in dicta. l. in criminali, non ipso iure, sed per sententiam fiebat amissio hæc, cum dict. l. in criminali per verbum futuri temporis loqueretur, quod non ipso iure, sed per sententiam amissionem fieri importat, secundum glossam vbi Doctores in capit. quisquis. de electione extra. & glossam, & ibi Abbas numero. 18. & eius additio in capitulo si diligenti. de foro competenti quantum plures commendantes allegat Tiraquellus in. l. si vnquam verbo reuertatur numero. 39. C. de reuocandis dona. iure vero nostro regio cum per verbum præsentis temporis lex nostra loquatur, quod priuationem ipso iure secundum Tiraquellum, vbi supra numero. 21. cum pluribus sequentibus inducit, & per Menesium in l. prima numero. 27. C. de iuris & facti ignorantia. imo & per verbum executiuum ipso facto ibi por el mismo hecho. l. nostra loquitur, quod priuationem inducit secundum Tiraquellum, vbi supra numero. 142. & sequentibus, ex glossa in clementina, ne in agro de statu monach. & ex alijs ibidem allegatis, & sic quantumuis verbum hoc pierda, non induceret ipso iure priuationem vt cum multis tenuit Tiraquellus vbi supra numero. 152. &. 156. tamen quia additur verbum, ipso iure, bene importat latæ sententiæ canonem secundum Tiraquellum vbi supra numero. 63. &. 75. cum sequentibus, est tamen verum quod licet ipso facto priuatio hæc inducatur, petitio requiritur, vt per Tiraquellũ, vbi supra numero. 11. & sequentibus aliquibus, & post petitionem declaratio iudi-
62 cis pœnæ incursæ † pro vt dicemus Deo volente in. l. prima titulo de las contestationes infra isto libro, declaratio tamen hæc fieri poterit per iudicem ipsum eccle-
63 siasticum † secundum quod dixit glossa in dicta. l. in criminali. & ibi Bald. numero septimo, etiam si pars non petat, quoad amissionẽ tantum actionis, non vero quoad aliam pœnam pecuniariam, cum quoad hoc officium suum loco accusatoris interpositum competens esset, & sufficiens, cum actor ipse actione priuatus ipsum elegerit, vt inquit Baldus vbi supra numero septimo, & sic poterit iudex se pro non iudice pronuntiare, & in pœnam priuationis actorem condemnare, sed adhuc tunc ex dictis per Tiraquellum, vbi supra dicto numero. 11. petitionem rei requirerem, neque iudex parte non petente hæc facere deberet, cum esset ad priuatam vtilitatem officium impartiri, de his tamen nihil est curandum, nullum enim iudicem maxime ecclesiasticum reperiemus, qui etiam petitus, velit à se iurisdictionem abdicare, nolunt enim ecclesiastici iudices incidere in quæstionem illam, Nũ scilicet iudex

iudex pronuntians se pro non iudice in cau
64 sa possit reassumere iurisdictionem † de qua quæstione traditur in cap. significantibus de officio deleg. & in cap. in literis. eod. titulo, & per Orosc. in l. 2. colũ. 642. versiculo. 30. ff. si quis ius dicent. non obtemp. Alexand. l. quod iussit. numero. 27. ff. de iudic. sed volunt potius se iudices declarare, & tunc remedium est appellare, secundum glossam in dict. authenti. habita.
65 C. ne filius pro patre, & modum † & formam practicandi in his casibus quasi nostram legem videret ponit Abb. in capit. si diligenti numero. 20. folio. 74. de foro competenti, & ibi eius additio, crederem tamen quod cum hodie ex bono, & æquo procedatur, præsertim in supremis tribunalibus & regijs cãcellarijs, & nihil quod ædificet ad gehẽnam permittatur peti, ne-
66 que concedi soleat, pœna hæc † priuationis actionis omittetur, & non imponetur, tum ne quis cum iactura aliena locupletetur, tum quia in similibus casibus, & legibus similem pœnam imponentibus sic rigorem hunc ab aula decesisse reperimus, prout in. l. 1. & 2. titulo de las restitutiones de desposados infra isto libro. 4. dicemus, tum etiam quoniam quantumcunque pœna priuationis imponatur, tenetur debitor in foro conscientiæ ad debiti satisfactionem, & denuntiatione euangelica conueniri potest, prout in terminis nostri textus tenet Angelus ex Mo. in. l. extat. ff. quod metus causa, secundum Alciatum in capit. nouit, numero. 33. extra de iudic. & glossam in. l. 10. titulo. 10. partita septima. & cum in conscientia teneatur nullo modo pœna hęc priuationis imponetur, ne detur materia peccandi.

Ibi, [pierda el officio,] ipso scilicet iure cum verbum, pierda, sit præsentis temporis, & executiuum, secundum quod in glossa præcedenti diximus verbum præsentis temporis hoc inducere, & communem testatur Abb. in capit. 2. numero. fin. de foro competenti, & Dominus Menes. in l. 1. numero. 27. pagina. 9. C. de iuris, & fac. igno. & hunc, & alios casus vbi priuationi locus est posui in. l. 23. titulo. 25. infra isto libro. 4. qui videndi sunt, nam vt alio in loco dictum remanet pœnæ priuationis non est locus nisi in casibus à iure expressis.

Ibi, [no pueda auer otro,] sed cum officium tunc non habeat, de quo intelligendum est inhabilem esse effectum, & dicendum est de simili officio illi, quo priuatus esset, cum dictio illa, otro, sit repetitiua similium, secundum Bald. in. l. conuenticulam. C. de episcopis & clericis.

Ibi, [diez mil marauedis,] si tamen sit conductor redditũum regiorum punietur pœna. l. 5. titulo. 8. libro. 1. supra, quid tamen si non habeat vnde soluat, luet ne in corpus, an vero remittentur ei, nummi ij in totum vel in parte diminuentur, & Didacus Perez. ibi columna. 786. versicu. præterea est dubium, vult quod non luet in corpus, eo quod inquit remittentur, vel diminuentur pro parte propter paupertatem & itidem propter alias causas propter quas pœna de iure diminui vel remitti solet, de quibus per Tiraquel. in tractatu de pœnis tempera. & Auendanio capite. 16. Prætorum libro. 2. & cap. 7. numer. 7. versiculo, quod limita. libro. 1. hoc de paupertate asserit, vt propter eam pœna pecuniaria remitti etiam in totum possit pro vt probatur ex. l. 8. titulo. 31. partita septima, quam adhoc allegauit Didacus Perez vbi supra, & est melior. l. quarta titulo. 22. parti. 3. quam adhoc notauit Orosc. in. l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtem. columna. 612. in fin. & sic videtur quod non solum, vt dicit Didacus Perez vbi supra, potest pœna hæc propter iustam causam diminui, verum & in totum remitti, argumento dictarum legum, nam cum ex hac pecuniaria pœna nihil fisco adquiratur, neque applicetur, & sic iudicium criminale dici nõ possit, ex glossa & communi in. l. 1. ff. de sepulchro viol. quidquid aliud, & male voluerit Auendanio capit. 4. prætorum numero. 29. in fin. cum sequentibus libro. 1. & per consequens non habeat locum com
67 mutatio eius † in corporalem, secundum Boerium decisione. 349. numero. 8. sic limitando regulam illam, qui non habet in bonis luat in corpore, vt in. l. final. in fin. ff. de in ius vocando de qua tradit nouissime Baeça de debitore inope. cap. 11. numero. 1. 2. 3. & 10. vbi etiam eam limitat,
68 vt procedat in persona vili † non vero in diuite, & honesta, prout & tenet Dominus Couarruuias. libro. 2. Variarum capit. 9. num. 4. in fin. & tractant de hac regula

gula DD. in l. quicunque. C. de seruis fugit. & DD. maxime Orosciu in l. illicitas. §. fin. ff de officio præsidis. columna. 461. merito dicendum est propter paupertatẽ in lege nostra pœnam hanc diminuendam parti, vel in totum remittendam secundũ quod dicit Didacus Perez vbi supra, & faciunt dicta per Couar. dict. cap. 9. num. 8. vbi inquit communem esse opinionem ex
69 causa posse minui † pœnam certam legis, & hæc opinio in nostri text. materia æqua & iusta est, quamtũuis de iuris rigore aliud teneri posset, scilicet vt nostri text. pœnã non valens soluere cõpellendus esset propria persona seruire illi cui applicata est per text. nostrum, per tot tẽpus, quot pro eius satisfactione sufficeret, & esset necessariũ, nam quoties pœna legis parti applicatur, in
70 partis præiudicium non est † remittenda, ex aliqua causa, secundum Auend. cap. 7. præt. nume. 7. versic. quod limita. libro. 1. & cap. 16. nume. 3. versic. & præ maxime, lib. 2. De quo vide optime Menoch. de arbit. iud. centur. 5. casu. 447. Neque obstãt dict. ll. partitarum in contrarium allegatæ, procedunt enim non cum pœna ordinaria per legem imposita venit imponenda, & imponitur, prout per l. nostram, tunc
71 enim non licet † eam commutare propter paupertatem, neq; aliam causam, sed luet in corpus: sed tunc demum cum pœna imponitur extraordinaria, nam tunc minuitur, & in totum tollitur & remittitur propter paupertatem, & sic etiam debet intelligi quod inquit Paris de Put. de syndi. verbo pœna cap. 7. num. 7. fol. mihi. 365. dicẽs in pœnis fiscalibus iudicem habere mirabilem potestatem, quia poterit causa cognita transgredi, & commutare pœnas, quia illud in extraordinarijs procedit multis, & vbi non particulari personæ, sed fisco applicantur per iudicem, & sic dictas partitarũ leges intellexit Auen. vbi supra, nam in ordinarijs, si iudicium criminale sit, qui non habet in bonis, in corpus luet, sed si criminale non sit cedet bonis, & sic seruiet vsque ad satisfactionem pœnæ, ex dictis per Baeçam, de debitore inope. capit. 11. numero. 4. cum tribus sequentibus, & fundari potest ex quadã pragmatica anni. 1552. inserta pro l. 9. titulo. 16. libr. 5 infra permittente in furtis pro interesse partis cessionem bonorum admittendam esse, de qua meminit Couar. libr. 2. Variarum cap. 1. numero. 8. & Didac. Perez ibi columna. 786. in fin. cum sequenti & glossa in l. 4. titulo. 15. partit. 2. & nouissime post hæc eos allegans conciuis meus Doctor Gutierrez, nunc doctoralis canoniæ ciuitatẽsis meritissimus canonicus & præmaxima amicitia mihi coniunctus in suo perutili tractatu de iuramento confirm. 1. part. capit. 17. numero. 28. & sequenti, & sic quantumuis in propositum nostri text. diceretur hos decem mille marapetinos non in partis interesse, sed in meram computari pœnam, compellendus esset pauper illam incurrens, soluere proprio labore, ne pars cui applicatur illusa remaneret, & contra faciens nostræ legi inultus, & non displicet mihi hæc sententia, & seruanda esset, ne reus in corpus luere teneretur, prout de iuris rigore tenetur, secũdũ quod dicemus in dict. l. 9. titul. 16. infra libro. 5. Prima tamen quod propter paupertatem pœna hęc remittatur ęquior videtur, & fortassis seruanda propter communem illam supra relatam ex Couar. in dicto. libr. 2. Variarum cap. 1. num. 8. cogitabitis vos cum casus occurrerit, nollẽ enim esse notarum opinionũ inuentor, est tamen beneverum secundũ Couar. in eod. nu. 8. quod si ipse accusator, & pars, cui legis nostrę pœna ve
72 nit applicanda velit expectare † pinguiorẽ fortunã condemnatur ad eius solutionem ne commutatio eius fieret assentiendum ei esset, cum quod differtur nõ auferatur, neque inultus remaneat reus, quamtunuis tardius soluatur, & hoc quoties ipsi accusatori applicatur pœna, vt hic: secus vero si fisco, nam tunc etiam accusatore volente nõ expectabitur pinguior fortuna, sed luet in corpus, vt per Couar. vbi supra, & hæc pro declaratione huius legis sufficiunt, vt ad commẽtationẽ aliarũ deueniamus, & sic ad l. 11. vno solũmodo in transitu notato, scilicet quod quantumuis olim munus, & solicitudo vendẽdi merces, & res victui necessarias peregrinis, & hospitibus eodẽ pretio, quo publice incolis vendi solent & cura sic faciendi episcopis, & iudicibus ecclesiasticis conuenirent, ex text. in ca. 1. de empt. & vendict. vbi Cardina. & in l. 1. C. de episcop. audi. hodie tamen ex l. nostra, & iure nostro regio, & ex experiẽtia quæ est rerũ magistra minime seculares iudices consen-

consentiunt id fieri à iudicibus ecclesiasticis secundum Couar. lib. 3. Vari. resoluti. cap. 14. num. 5. ver. si illius numeri, sic etiā cum hodie ex pacto nudo agi possit, ex. l. 2. titul. 16. lib. 5. infra vbi Deo volente dicemus, præsertim cum secundum. l. 7. titu. 17. lib. 4. infra, secundū veritatem iudicandum sit, & clau. veritate inspecta operatur vt agenti ex pacto nudo nō possit opponi exceptio deficientis actionis, nullo modo coram ecclesiastico iudice poterit laicus, aliū laicū conuenire super re profana ex pacto nudo debita, secundū Octa. vtrūq; dicentē decis. 2. pedem. n. 1. cum tribus seq.

LEX XI.

SVMMARIVM LEGIS.

Nullus laicus submittere se potest iurisdictioni ecclesiasticæ, neque super rebus profanis, vel ecclesijs non pertinentibus, aut ecclesiasticis personis se scriptura publica cum iuramento obligare, aliâs enim tales scripturæ & obligationes inualidæ nulliusque momenti erunt, tabellionesque coram quibus similes scripturæ fuerint cōfectæ pœnis nostri text. punientur, deijsque certiorandi sunt per literas tabellionatus expedientes, nisi secundum legem sequentem tales contractus ad sui validitatem iuramentum requirant, vel nisi super rebus ecclesiasticis secundū. l. nostrā.

PRo cuius legis introductione, in dubiū vertemus, prout sæpe versum est, num eius dispositio procedere possit, & iustè ac benè constituta fuerit, & videtur dicendum eius dispositionem nullo modo procedere posse, nam cum iuramenti religio ad reuerentiam & fidem Deo præstandā
1 pertineat † nullo modo potest princeps secularis, vel rex se circa illud intromittere, neque eius declaratio, vel interpretatio alij quam iudici ecclesiastico competit, ex text. in cap. venerabilem, de electione in cap. nouit, de iudi. cap. cum contingat, de iure iurand. item, quia cum propter iura-
2 mentū acquiratur iudici ecclesiastico ius † iudicandi super re super qua interponitur, vt in cap. cum Cælestinus laicus, de foro compet. in. 6. adeo vt hæres illius, qui iurauit, possit compelli per ecclesiasticum adimplere iuramentum, secundum Abb. in cap. fin. num. 4. de sepultur. vt ibi per eum & per Aufredium in tracta. de potestate seculari super ecclesiasticas personas, regula 4. fallen. 4. fol. mihi. 34. in principio quem ponit in relectione Clem. 1. de offi. ordin. contra libertatem ecclesiasticam censetur redundare prohibitio hæc appositionis iuramenti, & per consequens nullius momēti existit, ex text. & ibi traditis in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. & in authentica cassa & irrita. C. de sacrosanct. ecclesi. in l. 1. cum quatuor sequentibus tit. 3. libr. 1. supra quæ quidem dubiá vidētur reddere nostri text. dispositionem. His tamen non obstantibus tenendum est legem nostram iuridicam & validam esse, neque libertati ecclesiasticæ aduersari prout ex dicendis apparebit, & ex prius dictis per Seguram in. l. 1. §. si vir vxori num. 138. cum sequentibus. ff. de acq. poss. & Didacum Perez, in præsenti sub. l. 6. titul. 1. libr. 3. ordi. col. 795. versic. dubitatur, & Couar. in capit. quanuis pactum. 1. part. §. 3. nu. 8. de pact.
in. 6. & Ant. Gom. tom. 2. cap. 14. nu. 22.
† & Suarez in. l. post rem, in. 10. limit. l. regiæ pag. 312. in fin. cum seq. & Pala. Rub. in rub. §. 47. n. 10. & Auē. c. 27. præt. n. 14. vers. sed qualiter cū seq. lib. 2. & nouissime concinis meus Doctor Guterrius, in authentica sacramenta puber. nume. 151. cū pluribus sequentibus. C. si aduersus vend. vbi num. 153. ex Auendanio rationem iustificatiuā, & decidendi ad legē nostrā annectit. Ego tñ vt scripta mea proferā cōtrarijs supradictis satisfaciēdo iustā esse decisionē nři tex. & iuri canonico cōsonā neq; libertati ecclesiasticæ cōtrariā iudico, nam primū (iustificādo eā) argumētū cōtra legē nostram desuper propositū, tunc demum procedere posset, quotiescunq; iuramētū

iã est præstitũ, tũc enim si ad eius relaxatio
3 nẽ † esset absolutio necessaria nullus alius quam ecclesiasticus potest illam concedere, neque remittere iuramentum illud, secundum Couar. vbi supra, num. 8. versic. secundum quod in hac quæstione, vbi à num. 7. incepit, si tamen iuramentum nõ esset præstitum, sed præstandum, tunc per legem & principem seculare impediri posset, ne præstetur ex aliqua iusta causa, secũdum text. elegantem in. l. quæ sub conditione. §. siquis. ff. de condit. instit. quem ad hoc sic declarans allegat dominus Couar. vbi supra num. 7. versi. primum posse, & Pal. Rub. dict. §. 47. numer. 10. nam facilius quid impeditur faciendum, quam factum tollatur. l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui vel ali. iur. cap. quemadmodum, de iure iuran. tradit & Domin. in dict. cap. quamuis pactum, de pact. in. 6. & Imo. in. l. siquis inquilinos. §. fi. de legat. 1. ex quibus declarari potest optimè glo. & DD. eam sequentes citati pro Couar. vbi supra dict. num. 7. in principio & per Guterrium vbi sup. numer. 46. glo. scilicet, in. l. adigere. §. fi. ff. de iure patro. dicens legem ciuilẽ habere vim
4 apostolicam † quoad remittenda iuramenta, nam potest intelligi, vltra intellectum & declarationem præstitam per Salicet. & Bald. in. l. nec patronus. C. de oper. libr. relatos per Aufred. vbi supra dicto fol. 34. col. 1. & 2. quod scilicet lex ciuilis vim apostolicam habeat quoad remittenda iuramẽta, præstanda scilicet, non tamen præstita, & ad quorum remissionem esset absolutio necessaria, nam quoad hæc vltima lex nullam haberet potestatem, sic & possent etiã declarari dicta per Boerium, decisio. 247. num. 8. dicentem principes seculares non posse tollere iuramenta, vt de præstitis iuramentis intelligatur, non verò de præstandis, & sic etiam intelligendum est, id quod inquit Guido Papæ, decisione. 194. relatus per Carolum à Grassallis, libro. 1. Regalium Franc. iure. 2. pagi. penult. Regem Franciæ super iuramento dispensare, de præstando intelligẽ, non verò de iã pręstito, cumque lex nostra (vt ad eius propositum redeamus) non præstita, sed præstãda iuramentã prohibeat, iustè ac iuridicè construi potuit, neque contra libertatem ecclesiasticam esse erit asserendum, eo ꝙ lex canonica & ecclesiastica iurisdictionẽ secularem non vult perturbari, secundum text. in cap. nouit de iudi. cap. licet, & cap. ex tenore, de foro compet. perturbaretur tamen si similia iuramenta apponerentur in contractibus de se sine iuramento validis, de quibus tantum lex nostra loquitur, ergo patet clarissimè legem hanc non esse contra libertatem ecclesiasticam, præsertim existente præsumptione, prout existit, fraudandi secularem iurisdictionem, si in contractibus validis & ad quorum validitatem iuramenta inter laicos non requiruntur apponerentur, ad quid enim aliud iurarentur contractus validi, nisi vt regia & secularis contra laicos contrahentes iurisdictio fraudari posit, virtute iuramenti ecclesiasticam adeundo, quam quidẽ ius canonicum non sustinet, neque fieri vult, igitur lex nostra nullam repugnantiam cõtinet iuris canonici vel libertatis ecclesiasticæ contrariam, & hisce de causis lex sequens & eius conditor asserit nunquam fuisse suæ voluntatis libertatem ecclesiasticam violare, neque legem nostram in alijs constituere contractibus, quam in validis, absque iuramento, vt periurij occasio tolleretur, & nullus locus fraudandi secularem iurisdictionem laicis contrahentibus relinqueretur, ratione enim fraudis præsumptæ, præstari iuramenta per indire-
5 ctum vetari † potest, ita vt nihil valeant si interponantur, prout asserit Abb. in capit. cum contingat, numero. 11. de iur. iuran. Ripa in. l. is cui bonis, nume. 59. & 60. ff. de verbo. oblig. & optimè Thomas Ferratius, cautela. 16. incipienti communis & vera, & hãc communẽ testatur opinionẽ, Villalobos in suo ærario mille com. op. in litera. i. num. 238. & hæc pro ratione nostri text. & eius iustificatione sufficiant, de quibus vltra supradictos agit D. Padilla, in repetitione. l. 2. num. 35. C. de rescin. vẽd. & ex lege sequenti nostrę declaratoria colliguntur aliæ plures rationes, quibus lex nostra iustificatur.

Ibi, [porque somos informados,] potest ex ijs verbis notari, verba narrantia factum
6 vel allegationes posse † allegari ad decissiones causarum, de quo traditur per Feli. in cap. 1. num. 18. de const. & notandum
7 etiam quod proœmiũ † legis vel constitutionis inducit causam finalẽ, secundũ text. in. l. fi. ff. de hæred. inst. & ibi Bart. num. 3.
&

& ceteri Doct. nam licet prœmium in lege vel ordinatione de necessitate non sit apponendum, tamen non solet describi nisi cum mysterio cap. 2. requiris de appellatio. quem ad hoc alia in propositum allegando notat Rebuf. in. 1. tom. const. fran. tit. de sent. proui. artic. 1. glos. 1. pagi. 247. & ideo non sine mysterio in præsenti prefatio hæc informationis conditoris huius legis apponitur ad demonstrandum quare legislator ipse animum intenderit ad legis huius promulgationem, imo & quandoque ex ipsismet verbis in narratione le-
8 gis † positis, lex restringitur ipsa & declaratur secundum Bart. & omnes in l. cum ij. §. eam. nu. 4. ff. de transactio. per tex. in d. l. fi. vbi & Iass. num. 3. & alij hæc aliquibus modis limitant & declarant, & tradit Casaneus in consuet. Burgund. fol. 3. n. 1. & Fran. in additio. ad Monach. in rub. de regul. iur. in. 6. immo & quod plus est, quod prœmium generale legis, vel canonis etiam si postea sequantur verba specialia, facit vt dispositio sit generalis in. l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fact. ig. communis secundum Curt. iuniorem, consi. 178. num. 1. &, 2. & tradit Rebuf. vbi supra.

Ibi. [Grandes peligros.] hæc fuit principalis huius l. ratio, propter quã solam iustificari posset hæc lex & si alia non adesset, iusta est enim lex quæ futuris damnis prouidendo honesta iubet, & prohibet cõtraria, quæ non solum corporibus, sed & animabus perniciosissima fore possent: tria
9 enim in omni negotio † sunt attendenda, quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, quid expediat secundum vtilitatem. c. magnæ. de voto. quæ omnia lex nostra prævidit, æquitatem enim præsefert, iniquum enim esset regem sua fraudari iurisdictione, amplectitur honestatem, inhonestum nanque foret & indecens passim & in quolibet contractu apponi iuramentum, & vbi non esset necesse, prout non est in contractibus de se validis promittit vtilitatem, nã maxima vtilitas sequitur occasionem & materiam periurijs aptam & facilem amputando & de medio tollendo, pœnis contra factores puniẽdo ipsosque contractus inualidando, factæ sunt enim leges vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; sit improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas, malis enim & subditorum præiudicijs & damnis obuiandum est, secundum tex. in. l. 2. col. 2. titul. 10. part. 2. secundum quam quilibet rex hoc prouidere debet, & malicijs hominũ mediante lege obuiare, secundum tex. in l. 3. tit. 6. lib. 1. fori, futurisque obuiandum est in quantũ possumus. 23. d. in nomine domini. l. si quis domum. ff. locat. cap. 1. de seruis non ordinand. & exempla præsentia nos cauere præmonent à futuris. 82. distin. plurimos in fi. in extrauaganti Ioan. 22. quia nunquam, & melius est obuiare, quam post causam vulneratam remedium quærere. l. fi. quib. in cau. in integ. non est neces. & ideo regulariter & si aliud non exprimatur semper lex præuidet futura nõ præterita negotia, vt est text. & materia in cap. cognoscentes de constitutio.

Ibi. [La nuestra iurisdicion,] quæ quidẽ minui non debet, neque perturbari, imo debet conseruari, & totis viribus defendi, & si perturbaretur, iudex eam posset ar-
10 mis † legibus & processibus defendere vt est text. in. l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemp. & in ea defendenda habet locum regula illa, vim vi repellere licet, secundũ Auiles alia plura similia adducentem in. c. 3. prætorum verb. iurisdiction fol. 93. imo & secundũ eũ ibi etiã clericos ꝑturbantes
11 eã potest † coercere, obidque eos mulctare, neq; propter hoc excõmunicatione ligabitur, neque contra ecclesiasticam libertatem agere dici poterit, quæ quidem licet sit tuenda & amplianda, nõ tamẽ ita quod cum ea, alijs ius suum auferatur, argumento. c. ex tenore, de for. comp. non enim debet apponi laqueus fauore ecclesiarum, vt in cap. mulieres de iur. iurando. & iurisdictio ecclesiæ tueri debet ob dei reueren-
12 tiam, scilicet iuste † sed nullatenus iniuste: & sic contra tales clericos procedi potest, secundum Ber. Lauren. relatum per Auiles, vbi supra nume. 3. vbi dicit quod tunc mulcta hæc non debet exequi contra personam clerici, sed contra eius bona, dummodo no sint ecclesiastica: fiet enim in fructibus temporalibus, vel in rebus immobilibus, cum talia bona temporalia subijciantur iurisdictioni regum, & aliorum dominorum temporalium, vt. 8. distin. c. quæ iure. & l. si captiu'. §. expulsus. ff. de captiuis. per occupationem temporalitatum ut fit in Aragonia

& postlimin. reuers. Oldrald. consil. 17. & 59. & ita inquit ille Ber. per Auiles, vbi supra relatus, quod seruatur, scilicet in Francia, vbi ipse Bernar. vicinus & originarius

ut servatur etiam in Aragonia in processibus realibus et in judicio apprehensionis, manifestationis et inventarii.

13 fortassis erat, ibi enim clerici in realibus † coram seculari conueniuntur, secundum Rebuf. in tractatu exceptio. num. 7. Boer. decisione. 69. num. 21. & 22. & alibi diximus, scilicet l. 6. in fin. titul. 3. libr. 1. supra: in nostra vero Hispania, (vbi Dei misericordia, sacerdotes & res eorum amplius quam in Francia tuentur, & venerantur, & per leges nostras regias tueri & venerari iubentur, prout fieri debet, cum ipse dominus eos Christos suos appellet, & per. l. fin. titul. 6. part. 1. iubetur honorari, & dij vocantur, vt probatur ex cap. iniuncto, de hæret. & in dignitate constituti dicuntur, secundum gloss. in cap. denique. 4. distin. & optime Rebuf. plura bona referens in. 2. part. concordatæ gloss. 1. pagin. 274. cum sequenti) nunquam vidi hæc fieri, sed in suo foro ecclesiastico etiam in realibus cõueniuntur, & hæc est de iure communis opinio & ei adhæret stilus curiæ Romanæ secundum quem si iudex secularis condẽnaret clericum in causa reali darentur literæ per chancellariam super nullitate sentẽtiæ, vt hæc referens asserit Aufredius, in Clemen. 1. de offic. ordin. in rubr. de potestate seculari Regulæ. 2. Fallen. 4. fol. 24. & sic in Hispania seruari asserit Couar. in pract. cap. 31. numer. 5. versic. secundo ex præmissis, ad finem, miror tamen, quod ipse Couar. ibidem inquit, quod non audet forẽsem istum Gallorum vsum & praxim vtique damnare, cum & eo cauendum asserat Gregorius in. l. 57. titul. 6. part. 1. verbo, que se la dio in fine, nulloque vnquam tempore subiecti fuère clerici iurisdictioni seculari, vt diximus in. l. 5. titul. 3. lib. 1. supra: in spiritualibus enim & spiritualitati annexis rex potestatem non habet, secundum Lucam de Penna in. l. 1. in principio. C. de Fabricensibus li. 10. & alibi diximus, posset tamen in nostra Hispania, secundũ aliquos procedere, id quod inquit ille Bernardus relatus per Auiles vbi supra, quotiescunq; mulcta hæc imponeretur in fructibus pendentibus, & in nondum recep-
14 tis redditibus per clericos † ipsos iurisdictionem ipsam turbantes, cum in eis executio fieri possit, secundum Rebuff. vbi sup. in dict. titul. de exceptio. num. 5. ad finem, & in 1. tom. constit. Franc. titulo. de liter. obligat. arti. 2. gloss. 1. num. 14. quasi cum tunc adhuc in potestate clericorum ipsorum fructus nondum sint, neque existant, temporalia tantum tangi videantur, non vero spiritualia, quod quidem quia in nostra Hispania rarissime vidi procedere crederem non aliter quam si pro impositione huius mulctæ contra clericos hos perturbatores iurisdictionis regiæ imponendæ, iudex eorum ecclesiasticus requisitus fuerit propter contradictionem ipsorum clericorum nolentium assentire executioni huic in fructibus pendentibus, pro multæ solutione facta, eis tamen non dissentientibus, dum mittitur per secularem pro mulcta illa, vel tributo recuperando, sed potius illud soluendo, & permittendo pro solutione capi fructus pendentes, fieri posset per seculares iudices, & eorum familiam, secundum quod inquit Bald. & Innoc. relati & secuti per gloss. por razon, ad fin. in l. 51. titu. 6. part. 1. si tamen clerici dissentirent nullomodo id fieri posset etiam in fructibus pendentibus nisi requisitus ecclesiasticus nollet, vel neglexerit iustitiam ministrare, vel esset periculum in mora, prout in. l. 2. titu. lib. 1. supra in aliud propositum diximus, caute enim circa hæc ob metum excommunicationis agẽdum est, & quod certius est tenere debemus præsertim in nostra Hispania, ne paulatim personæ clericorum & eorum priuilegia iusta & sancta contemnantur, nam licet secularis iurisdictio viribus & posse defendenda sit, iuridice tamen & rite & recte, non est enim credendum aliud legislatores nostros, Christianissimi enim fuerunt, velle neque voluisse: pluribus enim iuridicis modis defendi potest regia hæc iurisdictio licitis & honestis, & pro ea defendenda iudex ipse aduocare & patrocinari potest, licet alias interdicatur ei in iurisdictione sua patrocinium, vt probatur in. l. 3. titu. 6. lib. 3. supra, vbi diximus, statutaque est pœna contra prælatos & iudices ecclesiasticos regiam iurisdictionem occupãtes in. l. 4. supra eo. sic & pro ea defendenda cautum est per. l. 22. titul. 7. lib. 3. supra informationes fieri de damnis resultantibus, eo quod regij vassalli & iurisdictioni regiæ subiecti ad loca & dominia particularium dominorum trahebantur,

hebantur, vt de remedio competente pro uideretur: imo & per. l. 10. tit. 9. lib. 3. sup. prouidetur, quod in præiudicium regiæ, ordinariæque iurisdictionis iudices particulares nisi ex magna causa non mittantur, & ideo nimirum si lex nostra iubeat regiam iurisdictionem omnibus modis defendendam: puniretur que in syndicatu iudex eam non defendens, vt patet ex text. in l. 16. tit. 6. libr. 3. sup. ex alijs iuribus regijs.

Ibi. [en que se someta,] sed nonne foro suo, & fauori pro se introducto quilibet renuntiare potest, & fatendum quidem est ex. l. siquis in conscribendo. C. de episc. & cleri. quia tamen in præiudicium regiæ iurisdictionis id redundaret, cui quidem pactis priuatorum præiudicari non potest, consensus hic & renuntiatio contrahentium nihil hoc in casu operabitur secundum DD. maxime Bal. optime distinnguentem, in. d. l. siquis in conscribendo cuius dicta refert, & sequitur Bonifacius in sua peregrina legum partitarum, verbo forus glos. 1. de quo & in. l. 13. gloss. penult. infra eo. dicemus, & infra hac. l. in glos. non vala. & ideo pro sua iurisdictione defendenda rex ipse laicum submitti iurisdictioni ecclesiasticæ prohibuit, obuiãdum est enim hominum malicijs & fraudibus, vt eis mediantibus non possint regiam fraudare iurisdictionem, prout facere possent, si nostre legis prouisio non esset constructa & in publicum promulgata, & sic sicut cle

15 ricus nullo proprio † consensu etiam iuramento accedente potest se submittere iurisdictioni seculari, ex text. in cap. si diligenti, de foro comp. imo neque aliæ ecclesiasticæ iurisdictioni sine consensu vel requisitione & negligentia sui prælati, ex text. in. cap. 1. & in ca. significasti, de foro comp. & ex decreto. 20. Concilij Tridentini, session. 24. de reformatione, notant gloss. & omnes in. d. capit. significasti, & Paul. Cast. in. l. siquis in conscribendo nu. 2. C. de epis. & cleri. & in. l. 1. n. 9. ff. siquis in ius voc. non ierit. & optimè Rolandus Valle. consi. 4. num. 10. cum sequentibus aliquibus, vol. 1. sic & laicus (similitudinarie non vero comparatiuè) hodie non potest, ex text. nostro se iurisdictioni ecclesiasticæ in aliqua obligatione, vel contractu super re profana & ad ecclesiam nõ spectante, vel ad ecclesiasticas personas, se submittere saltim absque nostri tex. pœna. Sed est optima quæstio, num iam ꝙ in obligatione & contractu laicus non potest iurisdictioni ecclesiasticæ se submittere,

16 ex lege nostra, poterit ne in iudicio † tacite vel expresse consentire, ita quod valeãt acta gesta cum eo in iudicio ecclesiastio, & videbatur dicendum quod nõ, quia lex no nostra in principio, dicit, no fagan contractos, & in iudicijs quasi contrahitur, vt probatur. l. 1. ff. de iudi. ergo idem est dicendum, nihilominus contratenendum puto saluo alterius saniori cõsilio, tũ quia iudex ecclesiasticus competens est ad cognoscendũ inter laicos, nam vt alio in loco, scilicet, in. l. 5. n. 6. ti. 3. li. 1. supra diximus, antea in primitiua ecclesia iudices ecclesiastici etiam inter laicos cognoscebant, & quãuis in actu inter laicos super re profana iurisdictionẽ nõ exerceant, in habitu tamẽ & potentia remansisse iurisdictionẽ credẽdum est, ergo si laici ipsi velint quod ecclesiasticus inter eos cognoscant, poterit quidem, & valebunt acta, neque valet argumentum de contractibus ad quasi contractus in præiudicium tertij, lexque. 9. & 10. sup. eo. satis contentãtur pænis ab eis statutis contra laicos aduersus earum prohibitiones agentes, & contra ecclesiasticos vsurpantes regiam iurisdictionem. l. 4. supra. eo. pœna ibidẽ apposita contentetur, igitur licet ipsi pœnas illarum legum incurrant, non ex hoc irrita censebuntur acta per tales laicos tacite vel expresse se iurisdictioni ecclesiasticæ in iudicialibus submittentes, & quia cum acta in extraneo iudicio & tribunali facta sint, non potuit lex ea irritare, & sic non habemus legem punientem laicum reum coram ecclesiastico iudice super re profana conuentum & non declinantem eius iurisdictionem, neque obstat. tex. in. d. cap. si diligenti, vbi probatur, nullo modo licere clerico consentire in iudicis laici iurisdictione, quia illud non tam procedit ex canonis illius prohibitione, quam etiam ex defectu potestatis iudicis non potentis clericos iudicare, ex tex. in. c. 2. de foro comp. imo & si vellet puniretur talis secularis in priuatione potestatis iudicandi, ex text. in authen. statuimus. C. de episc. & cleri. neque obstat text. in ca. licet. de foro comp. vbi prohibetur

tur, laicũ alium laicũ super re profana conuenire coram ecclesiastico, quoniam ibi contentio solum inuita prohibetur, non verò illa quæ partium consensu fieret, itẽ ibi non cognitio iudicis interdicitur, sed partium contentio, ideo videtur tenendũ acta iudicialia inter laicos volentes ibidem facta super re etiam profana valida esse, nihilominus latius lector super ijs cogitabit.

Ibi, [juramẽto,] idem Parisius per Arrestum esse prouissum asserit Rebuff. in. 1. tomo constitut. Franc. titul. de constit. in prooemio gloss. 5. numero. 104. procedit
17 tamen tunc lex nostra quoties iuramentum † per partes apponendum in contractibus & eorum instrumentis esset super contractu valido absque iuramento, si tamen ad talium contractuum esse & validitatem iuramentum esset necessarium, tũc optime apponi potest in talibus contractibus sine pœna neque habebit locum noster tex. prout in. l. sequenti disponitur, & ibi dicemus Deo volente, & asserit Didacus Perez, in præsenti col. 79; alios plures allegans, & ante eum Anto. Gom. tom. 2. variarum. cap. 12. num 22 & Segura late, in. l. 1. §. si vir vxori numero. 138. cum pluribus sequentibus. ff. de acquir. pos. & est communis omnium traditio, secundum D. Anton. Menes. in. l. 2. num. 35. C. de rescin. vend. quos post hæc scripta reperi allegasse conciuem meum Doctorem Guterrium, in repet. authent. sacramenta puberum numero. 156. columna. 365. C. si aduersus vend. alias enim si in quocunque contractu valido sine iuramento legẽ nostram intelligeres, non valeret eius dispositio. Sed est in proposito quærendum, quid si de facto apponantur iuramenta in cõtractu de se valido sine iuramento an sit dare
18 aliquod remedium † quo mediante obligatio & contractus ipse exequi posit & validari, ita vt adimpleantur promissa in eo, & in hoc Alex. relatus & secutus per Auẽ. in cap. 27. prætor. num. 14. versic. quod licet. libr. 2. præbet vnum remedium, scilicet quod adeatur iudex ecclesiasticus, vt compellat iudices seculares ad obseruantiã contractus illius, & vt exequantur eos, & exequi faciant, mihi tamen remedium hoc nõ satisfacit, tum quia per legem nostram contractus ille prohibetur & annullatur, & sic iuramentum illud non validat, si de facto apponatur, secundum Couar. in cap. quanuis pactum. 2. part. §. 1. num. 8. & §. 2. circa finem, & eum sequitur Mini. hac. de successio. creati. §. 28. num. 30. in princip. tum etiam, quia iudices ipsi seculares contra mandatum illud ecclesiastici defendere se possunt ex dispositione nostri textus & processum & causam per viam de fuerça, ad vnam ex chancellarijs deferre, vbi vim fieri per ecclesiasticum declarabitur cũ iusta sit, vt supra probauimus, dispositio nostri textus, & sic nihil obstabit ecclesiastici iudicis compulsio, & ex consequenti remedium hoc inutile & vanum redditur, ideoque melius remedium adhiberi posset, si non ex instrumento contractus ipsius petatur, sed via ordinaria agatur, vt impleantur promissa & ad probationem eorum adducantur testes instrumentales & qui interfuerunt contractui illi, instrumentum enim illud neque ad probationem adduci posset, secundum Suarez. l post rem. 6. limi. ad. l. regiam num. 6. cum sequentibus, pagin. 306. ff. de re iud. sed ex dictis testiũ debet roborari & probari, & cum casus occurrisset, sic consulerem faciẽdum, prout post hæc scripta consuluisse reperio conciuẽ meum Doctorem Guterrium, vbi supra numero. 162. contra Alex. nam licet instrumentum annulletur per tex. nostrũ, non tamen contractus, vt Deo volente dicemus in. l. 13. titul. 25. infra isto libr glo. penultima. Sed an iam quod diximus posse ad validandum contractum apponi iuramentum, poterit & ad illum perpetuandũ,
19 vel efficatiorem reddendum †, puta vt præscriptio, quæ decem vel minus annis impleri poterat, virtute talis iuramenti per plures annos duret, vt inquit duraturum Bald. relatus per Didacum Perez, hic dict. col. 1236. vel vt efficacior contractus reddatur, vel vt excludatur beneficium excussionis vel alius effectus oriatur in fauorem creditoris, & quoad perpetuationem inducendam Didacus Perez dict. col. 1236. in fin. videtur sentire quod sic, dum apponi iuramentum notarijs certioratur, ego tamen contrarium consulo notarijs ne similia iuramẽta apponant in instrumentis absque iuramento validis, nisi tantum in casu, quo ad validitatem contractuum iuramentum requireretur, non vero alias, & sic Dueñas Regula. 335. limita. 20. inquit q; nullo

nullo modo ad excusionem vitandam
apponi posse iuramentum propter legis
nostræ & sequentis dispositionem, neque
contrarium credo voluisse Didacum Pe-
rez, vbi supra. sed potius seius literam cor-
ruptam esse prout ex antedecentibus illius
colũnę colligitur. Quod vero magis me ip
sum dubium reddit est, quid si in testamen
20 to apponatur † per testatorem iuramen-
tũ incurretur nostri tex. pœna, & videtur
dicendum, quod tunc cesset dispositio le-
gis nostræ, quasi tunc per iuramenti app o
sitionem irreuocabile testamentum red-
datur secundum aliquorum opinionem,
nam cum sit omnino necessarium iuramẽ
tum, vt valeant dicta in testamento in vim
contractus, poterit optimè in testamento
iuramentum apponi sine nostri tex. pœna,
prout in eius propositum tenuit Auenda.
ca. 29. prætο. num. 12. versi. 5. ex supradi-
ctis. lib. 2. quem succincte sequitur conci-
uis meus Doctor Guterrius doctoralis Ca
nonicus Ciuitatensis, in. d. authent. sacra-
menta puberum num. 159. C. si aduersus
venditio . & nouissime Didacus Perez
post hæc. l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. pag. 113. col.
1. versi. hodie tamen. propter iuramentũ
enim legatum factum in testamento iura-
21 to transit † in donationem inter viuos, &
irreuocabile efficitur, prout optime decla
rat Tellius Fernandez. in. l. 17. tauri. nu.
94. cum pluribus sequent. & ante eum do
minus Couar. in. 2 par. regulæ de testamẽ.
num. fi. fol. 19. mihi tamen hæc Auenda.
opinio non multum applaudet, neque sa-
tisfacit, imo dubiam esse credo, vtpote
quia communis est opinio, quod primum
testamentum quantuncumque iuratum
22 † reuocari potest, licet testator periurus,
sit secundum Couar. late hoc prosequen-
tem, vbi supra. num. 9. cum pluribus sequẽ
tib. vbi num 15. in fine, hanc testatur esse
communem opinionem, nisi ex causa tali
propter quam relinquitur hæreditas vel le
gatum non ex vi testamenti illius, sed sim-
pliciter sit tradita possessio, quoniam tũc
reuocari non posset secundum Couarr.
vbi supra. nu. fin. versi. his omnibus adde.
si ergo nulla possessione data reuocari po
test testamentum illud non obstante iura
mento, & sic iuramentum nihil tali casu o-
peratur, nullo modo etiam in testamento
apponi poterit, præsertim quod quãuis te
stator in testamento inserat clausulam
23 quod si contigerit reuocare velle † testa-
mentum illud, quod ex tunc donat dona-
tione inter viuos, & quod ita impleri vult,
adhuc clausula illa non obstante valet secũ
dum testamentum & reuocatur donatio
illa, secundum Bar. in l. si quis in principio
testamenti, num. 12. de lega. 3. & commu-
nem testatur Ias. in consi. 122. n. 2. vol. 4.
& Alex. & alij relati per Couar. vbi supra.
dict. 2. par. rubri. de testament. num. 17.
quamuis contrarium voluerit Dynus in
regula. quod semel. de reg. iur. in. 6. de quo
& per Roman. optime in consil. 293. &
Telli. Fernandez in. l. 17. tauri numer. 95.
& 96. si ergo quando expresse vult testa-
tor donare si reuocare contigerit testa-
mentum, reuocatur per secundum testa-
mentum primum, & donatio sub eo con-
tenta censebitur, & reuocatum testamen-
tum purum quantumuis iuratum per secũ
dum vltimo factum: iuramentum enim
quotiescunque apponitur super materia
24 reuocabili † prout est testamentũ, quod
ad vltimum vsque vitæ spiritum reuocari
potest, nihil operatur tale testamentum,
quin reuocari possit, vt per Telli. vbi sup.
num. 94. eo quod secundum Couarr. vbi
supra. num. 9. in medio sortitur iuramen-
tum naturam contractus super quo appo-
nitur, & sic neque poterit testator in vita
virtute testamenti iurati conueniri, nisi for
te vsuras commisisse affirmaret iuramen-
to, & restitui iuberet, secundum Auenda.
vbi supra. nume. 12. versi. ex hoc sequitur,
quamuis Hypolit. in pract. §. diligenter, nu.
118. & in. §. restat n. 12. idem etiam velit
esse siue vsuras restitui iubeat testator ille
siue de vsuris nihil meminerit, nisi dica-
mus Hypolitum loqui, quoties non adest
iuramentum & confessio iurata in testa-
mento de extortis vsuris, imo & quod plus
est, quod neque virtute iuramenti in testa
25 mento appositi † poterit hæres ibidem
nominatus viuum testatorem volentem
illud reuocare coram ecclesiastico iudice
conuenire, vt compellat eum iuramentũ
obseruare, secundum Couar. vbi supra. n.
17. in fi. cũ sequen. si ergo hæc ita se habẽt
nimirum si & neque in testamentis appo-
ni possit iuramentum, contra Auenda. vbi
supra. & ita videbatur tenendum nisi dice-
remus legem nostram loqui in contractis
bu-

bus vltro citroque obligatorijs prout ex ea clarissime patet, & in testamento non damus hanc obligationem, & sic in eo nõ potest apponi iuramentum, præsertim existente opinione Domini Couarr. in dict. num. 17. & 18. asserentis coram ecclesiastico non posse conueniri testatorem ad implementum testamenti iurati, si ergo non potest, cessat principalis ratio nostri textus, scilicet ne defraudetur iurisdictio regia, & per consequens eius pœna non habebit locum in testamento iurato, verumtamen, quia hæres talis testatoris conueniri potest virtute iuramenti in testamento appositi coram ecclesiastico iudice secundum Abb. in cap. fin. num. 4. de sepultur. & sic fraudatur regia iurisdictio, daturque materia periurijs, dubia admodum redditur hæc quæstio, & ideo in dubijs ante factum consulerem tabellionibus ne similia iuramenta in testamentis apponãt, præsertim si intenditur testator in testamento cõtrahere, & sic ꝙ testamentũ transeat in contractũ in totum vel in partem, & cõtractus ipse irrreuocabilis sit etiã sine iuramẽti appositione, tunc enim nullo modo esset licitum iuramẽtum interponere, prout esset, si vt irreuocabilis esset talis contractus in testamẽto factus requireretur iuramentum. Sed an in contractibus innomi-
26 natis licebit iuramentum † interponere absque nostri tex. pœna, & videbatur dicẽdum quod sic, vt pote, quia iuramentum efficit ne pœnitentia in eis locum habeat etiam re integra, & sic hos irreuocabiles contractus reddit, cum alias per pœnitentiam remoto iuramento reuocabiles sint, secundum Illustris. Menesium, in l. naturalis. § & siquidem, num. 20. ff. de præscript. verbis, & conciuem meum Guterrium, in tract. de iuramento confirmatorio c. 35. num. 2. part. 1. & hæc iure antiquo attento vera sunt, verumtamen cum iure nostro regio considerato irreuocabiles sint contractus ij etiam innominati, neque per pœnitentiam re quantumcunque integra reuocari possint, prout Deo volẽte dicemus in. l. 1. titul. 21. infra isto lib. 4. & in. l. 2. tit. 16. libr. 5. infra. nullo modo absque nostri text. pœna licebit iurare eos. Sed an si partes renuntiauerint huic scripturæ iuratæ contra nostri text. dispositionem, vel pars in cuius fauorem scriptura conficitur relaxauerit iuramentum parti iuranti eam, cui tabitur nostri tex. pœna † & videtur quod sic nam partium remissio relaxationem iuramenti operatur, secundum Couar. in capit. quamuis pactum parte. 1. § 3. nume. 1. ex cap. 1. & ibi DD. de iur. iur. si ergo hoc operatur, igitur & legis nostræ pœna cessabit, prout in præsenti tenet Didac. Perez col. 796. Dubia tamen mihi videtur hæc opinio, nam cum ipso iure nostri text. pœna incurratur, non est ex post facto in potestate partium eam remittere, item tunc potest quis iuri suo renuntiare quoties non est in præiudicium tertij, vel publici fauoris, puta quod delicta puniantur, tunc enim renuntiari non potest, vt per Felin. in cap. si diligenti num. 1. cum pluribus sequentibus. & ibi eius additio. sub nu. 1. litera. a. de foro comp. in nostra tamen materia versatur præiudiciũ tertij scilicet iurisdictionis regiæ, item & publicæ vtilitatis, ne delicta impunita remaneant, ergo partium remissio nihil operabitur, cogita quia nollem latrunculatoribus occasionẽ præbere partes vexandi.

Ibi, [ni el accreedor lego la reciba,] pu-
28 test enim lex † ad cõmodum subjectorũ impedire obligationem quærendam homini l. cum lex. ff. de fideiussor. notat Abb. in cap. cum contingat. num. 5 de iure iur. & ideo & ipse creditor si acceptaret puniri posset pœnis nostri text. meo iudicio, præsertim attentis verbis sequẽtibus, & quod vno prohibito vendere alius prohibetur emere tacite propter naturam correlatiuorum, quia vnum non potest esse sine reliquo, vt. l. 1. C. de Cupre. li. 11. notat Abb. vbi supra nu. 9. & per Ias. in l. fin. C. de indict. vidu. tollen.

Ibi, [ni apartadamente,] ex ijs verbis dãnatur error cõmunis quorundã volẽtium subterfugere pœnam nostri text. dum scriptura publica principali cõfecta coram pu-
29 blico tabellione † postea coram notario quopiam iuramentum interponitur pro scripturæ publicæ corroboratione, ex ijs enim nostri text. pœna non euitabitur, tũ quia sic lege nostra disponitur, tum etiam quia in fraudem legis nostræ hæc fiunt, & fraus & dolus nemini debet patrocinari, de iureque nihil refert an in contractu, vel post iuramentum interponatur, secundum Ias. in authen. sacramenta puberum, numero. 16.

ro.26.C.si aduersus ven.& glo.iurasse. c. 6.tit.19.par.6.& notarius hæc faciens puniri posset pœna.l.19.tit.25.infra isto lib. & ideo & ab ijs abstinendum consulo cautelis. Ibi no vala ni haga fe, sed quod remedium præstabitur tunc creditori volenti debitũ petere nã vt in glo. iuramento in fine, supra ista lege, diximus, remissio partiũ nihil operat ad euasionẽ pœnæ nostri tx. ideo remedium optimum & singulare erit, petere quod pars debitrix agnoscat vera ne sint contenta in instrumento illo & sic esse inter partes ipsas contracta & consensu vallata, vel quod testibus instrumentalibus approbentur eos in testes præsentando, si aduersarius negauerit, & petendo virtute illorum testium condemnari ad solutionem contentorum ibidem, nam quãtumuis lex nostra annullat scripturã hanc, non tamen annullet contractum, & obligationem ex contractu ortam, prout ex verbis nostri tex. patet, ibi. no vala la obligacion ni haga fe ni prueua, quid est ergo id quod non facit fidem nisi ipsa scriptura obligationis? ergo illa & non obligatio naturalis ex contractu orta in præsenti annullatur, & sic alijs probationibus contracta probãdo optime peti possunt ibidẽ contenta & condemnatio eorum fieri, prout & dicemus Deo volente, in l.13. in fine titu.25. infra isto lib 4. ibi, y que no la executen, habere ortum potuit à singulari dicto Bal. relati per Suarez. l. post rem. 10. limi. l. regiæ, pagin.312.ff. de re iud. dice-
30 mus quod per statutum † potest remitti iuramentum quoad effectus iuris ciuilis, vt quo ad actiones quæ sunt de iure ciuili, vnde tale statutum impedire asserit, dari robur actui ad agendum in foro ciuili, neq; talis contractus infert ibi, habebit priuilegium ex forma statuti, neque executionẽ paratam, prout lex nostra disponit, ibi in fine, verbis ijs non excluditur, quin si scriptura in qua iuramentum interponitur cõtra legis nostræ dispositionem non sit cõfecta coram tabellione, excusentur partes à pœna, non enim excusabuntur, tum quia postquam lex nostra partibus prohibuit, talem obligationem facere, & eam annullauit, & in exequibilem reddit tabellionibus si signauerint pœnam iniunxit, igitur quãtumcunque non signent, nulla erit talis scriptura, & inexequibilis tum etiam quia tam in priuata scriptura procedunt & habent locum rationes nostri tex. si iuramẽtum interponi in eis assereretur permissum, igitur eadem debet esse dispositio, cogitet tamen vnusquisque.

Ibi [dede en adelante su escriptura no haga fe] sed an d'scriptura illa in qua cõtra nostrũ tx. interponit iuramentũ verba hæc tantũ intelligenda sunt, an vero & de omni alia per tabellionem hunc facienda super quacunque alia re etiam si iuramentum non interueniat, & videtur quod indistincte & generaliter verba hæc intelligenda sunt tum ne verba hæc superflua esse dicamus cũ supra lex nostra obligationẽ illã in qua interpositum fuit iuramentum annullauit tum etiam quia cum illa iam facta sit & cõstructa, verbaque hęc futura respiciant, ibi dende en adelante, in deinde per talem tabellionem confectis scripturis alijs, intelligenda sunt, tum etiam quia cum tabellio priuatus sit officio propter contrauentionem nostræ legis ipso iure, nimirum si neque alias scripturas conficere possit, crederem tamen quod interim quod non declaratur priuatus officio si instrumenta alia confecerit secundum legis nostræ dispositionem & secundum ius valebunt, ex ijs quæ deo volente dicemus in l. 23. tit. 25. infra hoc libro.

Ibi. [entre lego y lego,] quasi secus si inter laicum & clericum vel religiosum vel super re in fine nostræ legis & in lege sequenti declarata.

Ibi. [pero permittimos] non enim vult lex nostra neque legis lator iurisdictionẽ ecclesiasticam perturbari vel præiudicari, prout ex lege sequenti patet, & ex l.5.tit. 3.lib.1. supra, & sic poterunt laici conductores rerum ecclesiasticarum iurare obligationes super eis confectis, & iurisdictioni ecclesiasticæ se submittere absque pœna, & cõueniri coram ecclesiastico, prout in. l. supra proxima, verbo profanas, dixi.

LEX

LEX XII.

SVMMARIVM LEGIS.

Lex præcedens qualiter & in quibus casibus veniat intelligenda, & declaranda demonstrat hæc nostra.

IBi, [La dicha ley es justa,] prout in eius principio declarauimus.

Ibi, [Nuestra voluntad no fue,] si enim alia fuisset voluntas esset contra libertatem ecclesiasticam, & per consequens lex præcedens nihil valeret, secundum Seguram in. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. poss. & Didacum Perez hic colum. 793. versicu. *Sed ne sit, & ex dictis in. l. præcedenti* apparet.

Ibi, [Que para su validacion,] sic etiam DD. legem præcedentem intelligebant, prout ibidem diximus. Sed dubitando opponi potest, nam nonne in lege præcedẽti iuramenta interponi inter laicos super profanis prohibetur, ne forte ipsi laici iurãtes trahantur coram iudice ecclesiastico, & cum negari id non posit, fatendum videtur idem esse dicendum in contractibus qui ad sui validitatem iuramenta nõ requirunt, sicut in requirentibus, prout aduertit Segura vbi supra, nu. 146. item si vt euitentur periuria in lege supra proxima prohibentur iuramenta, idẽ debet censeri prohibitum in inualidis sicut in validis contractibus absque iuramento, cum in vtrisque eadem materia periurij detur, ergo per legem præcedentem non videbatur distinguivalidus contractus ab inualidis, lex que nostra superfluè & malè constructa fuit, & est hæc subtilis difficultas, & videtur quasi indissolubilis, nisi dicamus quod in casu in quo ad validitatem contractuum iuramenta non requiruntur, si apponi possent & apponerentur, nullus alius intẽtus neque mens alia dari posset nisi defraudatio iurisdictionis & ansa & occasio periurij ideò dum legislator in lege prohibuit præcedenti, in contractibus apponi iuramenta *tantum habuit animum hęc prohibendi in* talibus contractibus sine iuramento validis, in eis enim proprie defraudatur iurisdictio & periurijs occasio datur, in illis tamẽ in quibus iuramentum ad validitatem eorũ requiritur deficit animus hic tam in partibus contrahentibus, quam in legislatore, ideò non censetur prohibitum per legem præcedẽtem, quia tum principalis animus & causa iurandi est validitas contractuum, & ideò id tantum considerandum est tũc, non vero accessorium illud, quod defraudari posset iurisdictio, vel dari periurij occasio, imo tunc cessant hæ rationes, & per consequens dicendum est legislatoris animum semper fuisse legem præcedentem in contractibus inualidis, & legem nostrã optime & iuridice processisse.

Ibi, [arras,] Sed nonnè arrarum contractus iure nostro regio validus & permissus est ex. l. 2. titul. 2. infra lib. 5. Si ergo validus cur in eo appositio iuramenti permittitur, & si inualidus erat, superfluè lex nostra eum declarauit, cum generaliter disposuerit in inualidis contractibus iuramenta apponi posse, propter quam difficultatẽ quibusdam visum est, ideò in præsenti permissum in promissione arrarum iuramentum apponi posse, vt liceat eo mediante vltra decimam partem bonorum pro arris promittere, renunciando dictæ. l. secundæ prout aliqui ex nostris voluerunt tenere, isthæc tamen intelligentia nullo modo satisfacit, tum quia legem nostram in casu permisso promitti arras censendum est loqui, tum etiam quia neque iuramen-
1 to validatur † promissio arrarum vltra decimam bonorum partem, vt licet videre ex latè dictis per conciuem meum Doctorem Guterrium, in repetit. authent. sacramenta puberum nu. 44. C. si aduersus vẽ. neque credẽdum est legem nostram aliud velle, sed ideò permittere in arrarum promissione iuramẽti appositionem, *quia* alienatio perpetua ex bonis sic promissis fit & interuenit, quo casu lex nostra permittit promissionem & obligationẽ iurari, & post

post hæc vidi sic consideratum per conciuem meum Guterrium, in tract. de iuramento confirmatorio, part. 1. cap. 14. nu. 3. vel melius dicerem, sic placuisse legislatori declarare, vt omnis dubitationis scrupulus vitaretur

LEX. XIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Laicus malitiose declinans forum seculare patitur nostri text. pœnas.

IBi, [maliciosamente,] putà quia nulla causa motus est ad declinandum, nisi tãtum, vt dilatetur iudicium & pars contraria vexetur & molestetur, secus vero si ex aliqua causa iusta vel apparente moueatur, putà quia se clericum allegat primę tonsuræ, non tamen potest omnes qualitates requisitas probare vt fori priuilegio gaudeat quia tunc non puniretur nostri tex. pœnis, sed. l. 3. tit. 4. lib. 1. supr. quælibet enim causa etiam bestialis excusat à dolo & malitia, lex que nostra tunc loquitur quoties
1 malitiose † declinatur forũ seculare, prout in eius propositum post hæc considerauit conciuis meus Guterrius in dict. tract. de iuram. confir. 1. part. c. 2. num. 27. vbi nu. 28. alia ad eam considerat, ex quibus infero minorẽ excusari à pœnis nostri textus eo quod in minore vigintiquinque anno-
2 rum † dolus de iure non præsumitur, sm̃ gl. vbi omnes in. l. vbi exigitur. ff. de edẽd.

Ibi, [pusiere,] sed an si procurator nomine domini opposuerit declinatoriã cõtra nostri text. dispositionem punietur do-
3 minus †, & videbatur dicendũ quod sic, ex notabili doctrina Bar. in. l. siquis iniquum. §. si procurator. ff. quod quisque iuris, asserentis, quod si statutum punit opponentẽ exceptiones & non probantem, vel declinantem iurisdictionẽ iudicis, punitur pœna illius statuti siue per se siue per procuratorem id fecerit, & hanc doctrinam communiter approbant DD. ibi teste Socino, nu. 6. & Claud. col. 2. & tradit late Ias. in repet. l. si is qui pro emptore. nu. 353. cum pluribus sequentibus. ff. de vsucapio. ergo & idẽ in propositũ videtur asserẽdũ, quod quidem verũ credo quoties ad id procurator haberet speciale mãdatum, vel si generale dominus ipse ratificasset, & cõsensisset, prout Bart. loquitur vbi supra, & se ipsum in. n. 3. declarat, de quo latius diximus in. l. 10. gl. 1. ad finẽ supra isto tit. & lib. obstat tamen huic doctrinæ, alia eiusdem Barto. doctrina cõmuniter etiã approbata in l. siquis idq;. ff. de iur. om. iud. teste Orosc. ibi col. 573. n. 45. & Ias. vbi sup. n. 361. sci-
4 licet quod si statutum aut lex † loquitur in personã, prout hic, nõ cõprehenditur mãdans, & licet speciale dederit mãdatũ dñs non teneatur, ergo destruitur prima communis, id tamẽ vt euites, declarabis secũdã hanc Bartoli doctrinã, scilicet ꝙ tunc mãdans non teneatur si verba lex aut statutũ in personam dirigat, quoties lex aut statutum vnicam imponit personalitatem, putà
5 qui personaliter vel suis manibus † id fecerit, puniatur, tũc enim qui facit tantũ tenetur, non vero mandans, quia tunc lex meram respicit personam facientis, non vero mãdantis, secus vero si lex generaliter prohibeat, tũc enim & mandãs tenetur, prout in nostra lege verificari põt, ibi qualquier lego nuestro subdito, ita declarat Orosc. vbi supr. & latius Ias. vbi supr. n. 373. cum sequentibus aliquibus, & num. 376. hanc declarationem communẽ testatur, & alijs etiam modis declarat secundam hanc Bartoli doctrinã, prout & facit Orosc. vbi sup.

Ibi, [en perjuyzio,] & sic neq; partes volẽtes possent iniuste effugere tribunal seculare, cuius forũ ipsi sortiuntur, quia laici sunt, & causa profana, ex dictis per glos & DD. maxime Feli. & ibi eius additio. n. 1. litera. a. in cap. si diligẽti, de for. cõp. & in. l. si quis in conscribẽdo. C. de epis & cler. imo & iniuriã facit iudici declinans eius forũ in
6 iuste †, sm̃ tex. in. l. litigatores. ff. de arb. & gl. neq; in. c. placuit. 11. q. 3. & qui potestati resistit Dei ordinationi resistit. c. qui resistit. 11. q. 3. ideo & merito per nostrũ tex. punitur huius eius dispositioni cõ t radicẽs.

D LEX

LEX. XIIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Iudices ecclesiastici non possunt capere laicos neque incarcerare, neque in eorum bonis executionem facere, sed tantum eis licet brachiũ inuocare seculare contra laicos rebelles & contumaces iustis mandatis ecclesiæ non parentes.

IBi, [nos qremos,] sicut enim rex vult iurisdictionem seruari suam, ita & ecclesiasticam seruandam iubet, in.l.5. titul.3. lib.1. supra. sunt etenim distinctæ potestates & diuersæ, & vna alteri tenetur honorem seruare in suo respectu, ne saltim manus mittat vna in messem alterius, nam id non licet, vt in cap. cũ ad verũ.96.dist.ca. nouit.versi.non putet aliquis.de iud.ideo adinuicem sese iuuare debent, & tenẽtur cap.dilecto, in fi.de sen.excom.in.6. & in notabili quæstione firmat Bellenzinis, in tract.de chari.sub fi.in.56.quæst. quem allegat Mantua.in obseruatio. legalibus lib. 10.c.2.de brachio seculari, & Pala.Rub.in repet.ca.per vestras.§.sed est pulchra dub. num.15.&.16.fol.81.de dona.inter.imo & inter ipsosmet iudices seculares idẽ obtentum est vt se inuicem iuuare debeant si
1 necesse fuerit, ideo vnus alterius † sententiam exequi tenetur si requisitus fuerit, secundum text.in.l.à DiuoPio.§.sententia. ff.de re iud.&.l.1.titu.27.part.3.& alia iura in propositũ allegata per Couar.in practic.cap.10.n.2.vers.sed. & apud iudices, vbi de ijs cum vers.seq.agit.late, & in cap. 11.etiam, & sic inquit Bar.in.l. vni. in princip.ff.siquis ius di.obtempe.quod etiam inter seculares iudices potest vnus implorare auxilium alterius potentioris, refert Nicol.Arelatẽsis de hæret.quæst.19.nu.10. cumq; vna alteri sese debeat adiuuare, nõ debet ecclesiastica iurisdictio inter seculares super rebus profanis manum mittere, neque eos exequi, neque incarcerare, nisi recta via & debito modo auxiliũ brachij secularis implorando, cũ arma ecclesiæ cẽsuræ & excommunicationes sint, quibus cũ procedere potest, eisq; non sufficientibus per captionem personarum & executionẽ recurrendo ad secularem iudicem quatenus ad hæc suum impartiatur officium, idque recursos, Hispanè appellamus.

Ibi, [ni encarcelar sus personas,] hinc colligenda communis illa conclusio venit iure ciuili itidem asserta, & itidem ex iure canonico, ex cap. postulasti, de homici.& ca. postulasti. de Iudæis & c.1.de offi.ord. allegatis adhoc per Didac.Perez.l.48.in finali additione lib.8.ord.pagin.396.col.1. & per Rojas de hæret. in specialibus fidei.singulari.108 quod iudices ecclesiasti
2 ci in quibus casibus contra † laicos procedere possunt, de quibus in.l.sequentiin gl. y pidan, & tractantur vltra Aufred.in Clement.1.de offi.ord.sub tit.de potest.ecclesiastica, per Iul.Clar. lib.5.pract.crim.§.fi. q.37.per totam.non licet eis personas laicorũ capere, & incarcerare, neq; in bonis eorũ executionem facere, nisi per inuocationem brachij secularis, & adhoc text.noster notabilis est, & illum in hoc allegauit Couarru. in dict. capitu.10.pract. quæst. numer.2.& Auend. cap. 1.præt.numero 22.&.23.lib.1.& Auiles.capit.20.prætorum verbo, vsurpan, in prin.folio.189.& nouissimè Villalob.. in ærario suo mille com.opi.litera.p.nume.299.& Pal. Rub. in.d.repet. ca. per vestras.§.sed est pulchra dubit.nume.17.fol.81.& hanc de iure ciuili testantur communem opinionem plures relati per Couarr.vbi supra.& Clarum in.d.q.37.num.8.& testatur per plura Aresta, sic pronunciatum fuisse Boer. decision.227.nume.11.remittitque se ad decisionem.56.& est in decisione.69.& probatur ex.l.pupillus.§.territorium.ff.de verborum significat. eo quod territorium non habent, nec prehendendi, vel submouendi facultatẽ, magistratibus quibusdam Romanis non dissimiles, qui vt Gellius ait, libro.12. vocationem habebant non prehensionem, & sic nec sequestrant neque excutiunt mobilia territoriũ respicientia

cientia secundum Rebuff. in dict. §. territorium pagin. 1061. vides tamen ex text. nostro approbatam esse & absque dubio procedere conclusionem nostri text. imo & probari videtur ex cap. 3. sessionis. 25. de reformatione in Concilio Tridentino facta, dum ibi dicitur per suos proprios aut alienos, quasi verbũ illud alienos ad districtionem laicorum & pignorum captionẽ referatur & per eos sint facienda, quibus de iure permissum est fieri, & hanc testatur etiam communem conclusionem Aufred. in Clement. 1. de offic. ord. titul. de potest. ecclesiastica super laicis in. 1. fallen. fol. 38. colum. 3. & 4. & late fundat sic dicens, vti in regno Fráciæ Carolus à Grassalis, lib. 2. Regali. Francorum iure. 10. per totum vbi & inquit per arrestum parlamẽti Parisiensis decisum fuisse, nõ esse admittendum episcopum succesionensem ad probandum se esse in possessione capiendi clericos etiam solutos, vel coniugatos in habitu & tonsura virtute iurisdictionis spiritualis, & sic multo minus laicos capient, quanuis clericos solutos in habitu & forma à Concilio Tridétino requisitis vt gaudeant fori priuilegio posset optime ecclesiasticus in nostra Hispania capere & incarcerare prout quotidie fieri videmus, alij autem clerici minorum ordinum, quos secundum concilium quoad fori priuilegiũ vt laicos reputamus, non possent capi per ecclesiasticos, sicut nec meri laici super profanis, secundum conclusionem communem supra relatam, cuius conclusionis prima ratio esse poterit, vel quia episcopus
3 non habet territorium † secundum Oldraldum consil. 17. maximè in Francia vbi extra suas ecclesias & illarum septa territorium non habent, & sic non possunt exequi sententias suas in temporalibus, neque facere inuentaria bonorum temporalium laicorum nec capere clericos etiam non coniugatos, secundum Cassan. in consuetudi. Burg. rub. 1. de iustices, glo. mesiers §. 6. numer. 90. fol. 68. versi. aduerte etiã. & Carolum de Grass. dict. iure. 10. colum. penultima, & ex eadem causa episcopus non habens iurisdictionem temporalem
4 non potest habere officiales † armatos, secundũ Abb. in. c. significasti. de offi. deleg. quanuis Decius ibi & Barba. de præstantia cardinalium, part. 5. part. 2. num. 18. contra teneant & ibi Barba. tractat, quibus est licitus vsus armorum, si ergo territorium iudex non habet, nimirum quod laici, qui in territorio regis existunt, capi & incarcerari per episcopum & eius vicarium non possunt, neque in bonis laicorum exequi etiã in delictis vbi de iure cognoscere possunt, nisi per brachij secularis inuocationẽ cum extra territorium suum nullus iudex audiri debeat, argum. cap. 2. de const. in. 6. & in. l. fi. ff. de iur. om. iud. & text. in cap. 1. de sepulturis. quas ob res neque iudici regio licet seculari, licitum est propria authoritate executionem in bonis in alieno ter-
5 ritorio † sitis facere, nisi cum literis requisitorijs, & eis mediãtibus, secundum tex. in l. à Diuo Pio. §. sentẽtiam. ff. de re iud. quẽ adhoc allegat Suarez in. l. post rem. 8. q. circa iudicem pag. 350. nu. 1. ff. de re iud. & Orosc. in. d. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. col. 596. neque in personam alieno in territorio existentem licet absque literis ijs requisitorijs debita forma missis manum mittere, vt diximus in. l. 3. titu. 2. lib. 1. supra. cũque ex hac causa & ratione captio secularium, vel executio in bonis eorum per episcopum, vel eius vicarium fieri non possit, per iudicem secularẽ fieri debet, vt inquit text. in authen. clericus. C. de episcopis & cler. text. in. c. licet ex suscepto, ibi præcipue quæ forũ seculare contingunt, de for. cóp. & alia iura allegata per Boer. d. decis. 69. nu. 7. in fin. quæ licet ita sint, suos tamẽ clericos potest episcopus & eius vicarius capere & in carcerem mittere etiã absque inuocatione brachij secularis, secundũ Couar. d. c. 10. nu. 2. vers. 4. non est, communem asserendo, ex tex. in. c. cum episcopus de offic. ord. in. 6. & refert Clar. vbi supra, & probatur ex sess. 25. Concil. Trid. de reform. ca. 2. pag. mihi. 278. in paruis, & hæc est prima ratio nostræ conclusionis & dispositionis nostræ legis, vel secunda ratio esse poterit, scilicet, quia sunt distinctæ iu-
6 risdictiones † secularis & ecclesiastica secũdum Boer. vbi supra, num. 11. secularis ad coercendos laicos, ecclesiastica vero ecclesiasticos, ideo vna in aliam non debet mittere manũ, vel quia & tertio secundũ Couar. in. d. c. 10. n. 2. in prin. in iure sæpissimè sit expressũ, q̃ quoties ecclesiastic⁹ iudex d̃ crimine aduersus aliquẽ laicũ cognoscit, vbi de iure ei licet post decretas canonicas

censuras ipsisque minime sufficientibus ad coerctionem, tunc auxilium à iudice seculari implorandum est, quasi non alia sit aduersus laicos iudici permissa coercendi potestas, quam quæ censuris consistit, ea vero non sufficiente, ministerio iudicis secularis est peragenda, sicuti ex capit. 1. de offic. ordina. & ex alijs ibi allegatis deduci asserit Couarruuias, arma enim ecclesiarum censuræ sunt, hæc tamen eadem cum dicta videtur, ideò applaudet potius prior ratio, ex quibus manet nostra conclusio roborata, & Placencia nostra executoria in contradictorio iudicio obtinuit ecclesiasticum iudicem non posse laicos incarcerare, nisi in tribus tantum criminibus, videlicet, hæresis, sodomiæ & stupri prout & infra dicemus, quidquid vbique aliud seruari asserat Rojas in singularibus fidei singulari. 198. in fine.

Quæ quidem conclusio, sic declarata limitatur primo ex supradictorum doctorum assertionibus, vt non procedat, quotiescumque consuetudine legitime præ-
7 scripta † obtentum esset, quod iudex ecclesiasticus habens alicuius causæ cognitionem aduersus laicos posset eosdem capere ac carceri tradere, vsus enim hic erit omnino seruandus, secundum Couarruuiam dicto capit. 10. numero. 2. versiculo primum ibi, & Auendan. capit. 1. prætor. numero. 22. libr. 1. consuetudine enim ius hoc acquiri potest, secundum Palacium Rubium in repetitione capit. per vestras. §. sed & pulchra dubitatio, numero 27. cum duobus sequentibus folio. 82. & Clar. vbi supra dict. quæstion. 37. numero. 8. vbi hanc testatur ab vtriusque partis fautoribus receptam sententiam: sicque inquit ipsemet Couar. vbi supra Carolum quintum Romanorum Imperatorem Hispaniæque nostræ Regem, licet pluries ab eo peteretur, nunquam tamen voluisse hanc improbare consuetudinem. Extat tamen dubium circa huius consuetudinis introductionem, num ad eam introducendam & acquirendam regis scientia &
8 pacientia † requiratur, cum per. l. 6. quam vbi supra Auendan. allegat, quæ iam est. l. 1. titul. 15. infra isto libro, iurisdictio possit præscriptione acquiri, etiam non existente principis scientia, secundum quod ne q; in inducenda hac consuetudine scientiam hanc requisi asserendum videtur, ipse tamen Auendan. vbi supra relatus & secutus per Villalobos in ærario mille com. op. litera. p. numero. 299. in nostro casu contra teret, imo quod scientia principis in hac acquirenda & introducenda consuetudine requiratur, tum quia hoc in casu iurisdictio acquiratur priuatiuè per ecclesiasticos ad regiam iurisdictionem, idque cum sit maximum præiudicium, nimirum si scientia illius, cuius iurisdictio præscribitur, requiratur, prout & tenuit Palacius Rubios vbi supra, numero. 35. cum pluribus sequentibus folio. 82. in mag. vbi ampliat, tum etiam, quia ex quodam capitulo curiarum de Toledo, anni. 1525. posito pro lege immediate sequenti, scientia principis in tali casu requisita videtur, ibi sin nuestra sciencia y paciencia, & sic tenendum videtur, ego tamen si licet in ijs meam proferre sententiam teneo, non solum in introducenda & acquirenda hac per ecclesiasticos consuetudine scientiam & patientiam regis contra quem acquiri prætenditur requiri, verum & data scientia tali & patientia non valere præteritam cõsuetudinem & præscriptionem ante legis sequentis promulgationem, inductam, & acquisitam, nam licet noster doctissimus Couarru. vbi supra testetur ab inuictissimo nostro Carolo quinto nunquam concessam fuisse improbationem huius consuetudinis, quod valde miror ipsum asseruisse, tamen per dictum capitu. fin. Curiarum de Toledo ann. 1525. quod ponitur in lege immediate sequenti, reprobatur expresse similis consuetudo, si quæ aderat ante illius capituli promulgationem, tanquam absque scientia & patientia regis inducta, si tamen deinceps aliquam probaretur cum eius scientia & patientia introductam esse consuetudinem, valida erit talis consuetudo, & de hac post illius capituli promulgationem introducẽda consuetudine credo absque dubio Couarruuiam intellexisse, dum per legem aliquam asignauit non esse damnatam similis consuetudinis introductionem, neq; voluisse Carolum quintum eam improbare, non vero de præterita ante illius legis diuulgationẽ, nam hæc ibidem damnatur tanquam sine regis scientia & patientia introducta, & sic teneo hodie

hodie per similem consuetudinem per iudices ecclesiasticos post illius capituli promulgationem introductam, vel imposterum inducendam, cum scientia & patientia regis acquiri ius ipsis ecclesiasticis iudicibus laicos incarcerandi & exequendi
9 eorum bona, † idque ex dicto capitulo & sic ex. l. sequenti probatur tam per argumentum à contrario sensu, quam per argumentum à cessatione rationis, quorum quodlibet validum esse in iure reperimus, item & quia consuetudine acquiri potest, ciuilis iurisdictio etiam per ecclesiasticos, probatur in. l. 4 titulo. 3. lib. primo supra. vbi diximus, & sic prima hæc limitatio nostra vera est, & tenenda, scilicet, quod si consuetudine legitime præscripta & introducta ad iurisdictionem acquirendam cum scientia & pacientia principis sit ius acquisitum per ecclesiasticos iudices capiendi & incarcerandi laicos contra quos procedunt, & exequendi eorum bona, seruanda est talis consuetudo, cum nulla lege improbata reperiatur, sed potius permissa, vt vides data scientia & patientia regis contra quem præscribitur, vt dictum est, ea enim deficiente non solum præterita consuetudo post illius capituli promulgationem introducta reprobata eo mediante censetur, verum & futura, sed scientia dicta & patientia adhibita tantum præterita ante capitulum illud reprobatur, non vero futura, vt dictum est. Est tamen verum quod sufficiet si in loco vbi similis consuetudo venit inducenda regius iudex consuetudinis illius præten-
10 sam † introductionem per ecclesiasticos & patiatur & non contradicat, prout communem testatur Domin. Anton. Menes. in l. si quas actiones, numero. 56. C. de seruitut. & aqua. & Burg. de Paz in. l. prima Taur. numero. 233. & Balbus de præscriptio. 2. par. 5. par. principalis. quæstione. 4. numero. 4. folio. 115. in paruis. quanuis Palacius Rubios, in repetitione capit. per vestras, versiculo, sed est pulcra dubitatio. 2. numero. 39. folio. 82. in magnis, contradicat, & sic sufficiet, pro interruptione huius consuetudinis contradictio cuiuslibet subditi regis nomine, prout Deo volente dicemus in. l. 1. in glossa. o otros, titulo. 15. infra isto libro, vbi & in gloss. baste, disseremus an regis scientia & patientia requiratur in iurisdictionis præscriptione à laicis inducenda, & hæc notanda, quia singularis in theorica & practica. Vlterius & secundo legis nostræ cõclusio limitatur vt non procedat, quotiescumque iudex ecclesiasticus legitime ad-
11 uersus laicum aliquem criminali † iudicio vel sententiam tulerit, vel cognitionem, & examen culpæ ad punitionem institue rit; tunc enim iure poterit ipsum laicum capere & in carcerem mittere, prout probatur ex text. in capit. attendendum. 17. quæstione. 4. vbi expresse probatur, quod si carcer in pœnam delicti detur, tunc iure optimo potest laicus incarcerari per ecclesiasticum iudicem eum condemnantem in pœnam carceris temporalis aut perpetuæ, q probatur ex text. ibi, Dũ postquã dixit text. ille, & carceri tradatur, inquit & prosequitur loquẽdo disiũctiuè, aut exilio perpetuæ dãnationis seruetur, exilium aũt nunquã nisi in pœnã imponitur, ergo & carcerẽ text. ille in pœnã imposuit, similis est text. idem probans in capit. contra idolorum. 26. quæstione. 5. ibi, si vero liberi inclusione digni, districtamque sunt in pœnam dirigendi, quem adhoc allegauit Ioan. Orosc. doctissimus præceptor meus in. l. imperium columna. 544. in principio litera. i. ff. de iurisdictio. omn. iudic. cum
12 enim contra sortilegos & diuinatores † iudex ecclesiasticus procedere possit, secundum text. illum in dict. cap. idolorum teste Abb. in cap. cum sit numero. 26. de foro comp. & dicit text. illum non esse alibi additio eiusdem Abb. in cap. 1. numer. fin. de apostatis, iurisque canonici text. ille sit, intelligendum est loqui quoad forum & iudicem ecclesiasticum & cum sic loquatur est text. ibi expressus hanc probans limitationem. Quæ tenenda est licet Roma. & Sapia. per Oroscium vbi supra allegati, velint contra eam tenere & male, & secundum hanc limitationem debet intelligi quorundam opinio volentium tenere contra nostri textus communem conclusionem suffulti authoritate dictorum iurium canonicorum, in hac secunda limitatione per nos allegatorum, imo quod ecclesiasticus poterat laicos incarcerare, quorum opinio debet intelligi quoties carcer in pœnam delicti per sententiam imponitur, cum iura quæ pro se do-

ctores ita tenentes allegant, quæ quidem sunt in hac secunda limitatione allegata ita loquantur, vt vidimus, & secundum quotas quas allegant intelligendi sunt vt verum dicant. Aliter enim falsum assererent, & hanc secundam videtur tenere limitationem D. Couarru. in dict. capit. 10. numero. 2. versic. 2. quoties. Vlterius & tertio limitatur nostra communis conclusio,
13 vt non procedat quotiescunque † agitur de crimine hæresis, vel simili, tunc enim licitum est iudici ecclesiastico capere laicos delinquentes in eo, & in carcerem mittere ex text. in capit. excommunicamus. 2. ad fin. de hæret. capit. vt commissi eod. titulo in. 6. Clementina. 1. §. sanus &. §. porrò de hæret. quos ad hoc allegat Palac. Rubios in dicta repetitione capit. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio numer. 22. cum sequentibus folio. 81. & ita vtitur & practicatur cuius quidem limitationis occasione iudices ecclesiastici ansam accipiunt, vt & in alijs delictis hæresim sapientibus laicos incarcerent & capiant, prout est in incestu quod hæresim sapere probat text. in. l. 7. ti
14 tulo. 20. libr. 8. infra eo. † qui per annum excommunicatus persistit qui quidem suspectus de hæresi reputatur, secundum Palacium Rubium relatum & sequutum per Couarru. in cap. alma mater. 1. part. §. 7. numero. 11. & Symancas de instit. Cathol. titu. 27. numero. 4. vbi inquit id, ex capit. 3. in fine sessionis. 25. de reformatione in Concilio Tridentino probari, licèt secundum eos tunc non vt hæreticus punitur ob eam solam causam, sed ad purgationem indicendam condemnatur, nisi vocatus ab inquisitoribus propter heresis huius suspitionem comparere noluerit, ob id-
15 que † excommunicatus sit, nam tunc si per annum persistit in excommunicatione, vt verus hæreticus punitur, vel quando purgationem indictam velut impœnitens & pertinax subire noluerit, sed adhuc in excommunicatione permanserit, secundũ Couar. & Symanc. vbi supra, & tunc etiã in confiscatione bonorum condemnandus est secundum Ioan. And. in cap. 1. de homicid. in. 6. & decisio Capellæ Tolos. 365. & additio. Marginal. decisio. 2. eiusd. Capellæ. Sic & eodem modo blasphemũ solent iudices ecclesiastici incarcerare, vt pote, quia blasphemia hæresim sapit, secundum Boerium decisione. 110. nu. 2. quod quando sit tradit melius Auend. capit. 5. Præt. num. 11. & 12. lib. 2. & ob sui graui-
16 tatem blasphemia crimen † contra naturã reputatur, secundum text. in. l. 4. tit. 4. par. 2. ex quibus capitur regula, scilicet quod iudex ecclesiasticus laicum contra quem iuridice procedit incarcerare non potest, nisi in casibus à iure expressis, quam addes ad plures regulas quas posuimus in. l. titul. 1. lib. 2. supra ideoque in hac Placenciæ ciuitate, regia executoria in contradictorio iudicio ciuitas obtinuit iudicem ecclesiasticum laicos incarcerare non posse nisi tantum in tribus casibus, scilicet pro hæresi, sodomia, & stupro, eo quod in stupro ad matrimonium concluditur, in ciuilibus tamen executionem pro condemnatione ciuili in bonis laicorum iudices ecclesiastici nullo in casu facere possunt nisi ad requisitionem iudicis laici, secundum Couar. d. c. 10. num. 2. versic. 3. illud erit, nisi & in ijs consuetudine legitimè præscripta aliud obtentum sit, prout in prima diximus limitatione.

Ibi, [Braço seglar,] de quo in. l. sequenti plura dicemus annuente Deo, in gl. y pidã.

L E X X V.

SVMMARIVM LEGIS.

Ecclesiastici fiscales & alguacelli laicos capere, aut in eis vel eorum bonis executionem facere non possunt, nisi per auxilium brachij secularis & ipsius implorationem sub nostri textus pœna.

Ibi, [Pueda prẽder ni prenda,] vt. l. supra proxima latè dictum remanet.

Ibi, [Por ninguna causa,] Sed an generalia hæc verba excludent casus & limitationes

nes ad legem præcedentem similem no-
stræ per nos appositas sub eadem lege su-
pra proxima, & videbatur quod sic, nam
lex nostra nõ distinguit, & ideo neque nos
distinguere debemus, ex l. non distingue-
mus. ff. de arbitris. & qui totum dicit nihil
excludit cap. sicut Romanorum. 19. distinct.
nihilominus tamen contrarium est tenen-
dum, tunc quia lex nostra generaliter lo-
quens deberet dictis casibus in l. supra pro
xima descriptis limitari, & declarari cum
generalitas per specialitatem declaretur
& derogetur, aliquando in cap. generi, de
regulis iuris in 6. & quia lex generalis nũ-
quam censetur casus speciales derogare
ex gloss. celebri & communiter approba-
ta in l. 1. C. de silentiarijs lib. 12. præsertim
cum limitationes illas iuris canonici dispo
sitionibus comprobauerimus, & ideo per
legem nostram corrigi, vel alterari nõ est
dicendũ, esset enim alias cõtra libertatẽ ec
clesiasticã, quodãmodo disponere, & ge-
nerales leges de habilitate sunt intelligẽdę
vt l. vt gradatim. ff. de mun. & honori.

Ibi. [Y pidan y demãden auxilio del bra
ço real a las dichas nuestras justicias segla-
res,] qui quidem illud impertiri tenentur
1 si iuste & iuridice † petatur, prout & pro-
batur ex text. in l. 59. in fin. titul. 6. part. 1.
& ex gloss. & DD. præsertim Alciato, in
capit. perniciosam super gloss. publicum,
extra de offic. ord. & ex late dictis per Cal
caneum consilio. 118. & Matth. Afflict.
in procemio const. Sicil. in principio ipsius
procemij rubricarum, num. 28. & latius nu
mero. 42. in fi. cum sequentibus, & ibi eius
additio alios plures & plura allegat, & pro-
batur hoc assumptum ex capit. cum ad vi-
rum. 96. dist. ca. quoniam de offic. ordina.
cap. principes seculi. 23. quæst. 5. tradit Ale
xand. consil. 130. in causa Strazarolum, co
lum. 1. volum. 4. tuncque implorandum
2 est auxiliũ hoc brachij secularis, † & impar
tiẽdum, si imploretur, quoties necesse est,
& ordo iuris ad eius implorationem est
seruatus, ac etiam remedia ecclesiastica de
finiunt, vt probatur ex cap. 1. & cap. quo-
niam de offic. ordin. & cap. cum non ab
homine, de iudic. capit. 1. de stat. mona. in
6. cap. inquisitionis. de hæret. cap. 2. verbo
& si necesse fuerit, de maledicis, quæ iura
ad hoc allegat Mantuanus, in obseruatio-
nibus legalibus, libr. 10. capit. 92. de bra-
chio seculari, & communem testatur Af-
flictis vbi supra numero. 44. & Rolandus
Valle consilio. 37. numer. 5. volumine. 1.
& probatur etiam ex text. nostro, ibi, Los
quales se impartan quanto con derecho
deuan, & ex text. in dicta l. 59. in fin. titu.
6. part. 1. & ibi gloss. Gregoriana iura ca-
nonica adhoc allegat, & ex text. in. l. 6. ti-
tulo. 4. libro. 1. supra, & fuit opinio Oldral
di. 89. incip. episcopus, relati per Afflictis
dict. numero. 44. & per Marantam in dispu-
tatione. 1. numero. 26. & Rebuff. in 3. to-
mo. const. Fran. titul. de contumacia & de
fectu artic. 13. gloss. vna, numero. 40. &
melius per Palac. Rub. in dict. repetitione
capit. per vestras. §. sed est pulchra. numero
17. & Villadiego de hæreti. prauit. quæ-
stione. 19. numero. 9. & per Auiles capit.
20. Prætor. verbo, vsurpan. numer. 16. vbi
ponunt quæ sint hæc quæ præcedere de-
bent brachij secularis implorationem, de
quibus & per Rolandum Valle vbi supra,
& Afflictis vbi supra num. 44. & hæc in or
dinario procedunt iudice, in delegato ve-
ro dubium est an possit brachium seculare
3 implorare † sine speciali mãdato, nõ enim
posse in dict. cap. inquisitionis, notat Ar-
chid. & alij allegati per Mantua. vbi supra
vbi allegat Ioan. And. in cap. vt officium
in fi. de hæret. in. 6. asserentem ita curiam
seruare. Rebuff. tamen vbi supra num. 39.
etiam id delegatis permissum asserit quan-
tumuis in literis delegatorijs non exprima
tur, quod tamen fortassis fundari posset,
eo quod solet in literis de consuetudine
apponi facultas hæc implorãdi dictum bra
chium seculare per delegatos, si opus fue-
rit, & sic ea quæ sunt consueta apponi ap-
posita censentur, quãuis nõ exprimãtur
& secundum hæc est communis iam opi-
nio secundum Couar. in pract. cap. 10. nu.
1. in princip. quod circa hęc idem sit in de-
legato, quod est in ordinario, prout cõmu
nẽ testatus est etiã Nauar. in repetit. c. cũ
contingat. in. 16. causa. rem. 2. de rescrip.
vbi idem dicit in executore, & eo relato
post hæc nouissimè Menoch. in de retinẽ
da possessione. 3. remedio num. 359. & 2.
sequentibus, vbi & ponit aduertẽda per se-
cularem à quo imploratur auxiliũ, & rece
ptiorẽ testatur Roland. consil. 37. num. 1.
volum. 1. & an per talem delegatum de-
beat prius implorari auxilium ordinarij ec

clesiastici, an vero posit directe secularem
requirere, vide per Menochi. vbi supra nu-
mero. 360. & per Rolandum Valle consil.
37. num. 6. lib. 1. vbi per totum illud con-
silium optime tractat de hac inuocatione
huius auxilij, & de pœna secularis recusan
tis auxiliũ præbere ecclesiastico implorãti;
vide Menoch. de arb. iud. cent. 5. casu. 452.
Sed est quæstionis num secularis hic iu-
dex requisitus per ordinarium, vel eccle-
siasticum delegatum posit petere se infor
4 mari velle ex actis † coram ecclesiastico re
quirente factis, num rite & recte proces-
sum fuerit, an vero statim teneatur imper-
tiri brachium suum, & primo videtur dicẽ
dum posse iudicem secularem petere pro-
cessum ecclesiastici requirentis, & interim
denegare auxilium, nã si præsupponimus
non esse auxilium hoc impartiendum nisi
omnibus rite & recte per ecclesiasticum
seruatis, & deficientibus remedijs canoni
cis, ergo ad hæc inspicienda demonstran-
dus & exhibendus est processus, & sic cau
tos iudices facere sæpe per aliquos consul-
tum videmus, & hanc tenuerunt opinio-
nem legistæ omnes, & ex ijs Bal. in l. in cri
minali. num. 4. C. de iurisd. omn. iud. rela-
tus per Didac. Perez hic col. 790. in princi
pio. Contrariam tamen tenuerunt omnes
Canonistæ in dict. capit. pernitiosam. vbi
Alcia. num. 111. & vtranque opinionem
examinat late Maranta, in dict. disputatio-
ne. 1. & communẽ testatur Villalobos in
suo AErario mille cõmunium opinionũ,
litera. i. num. 159 & Nauar. vbi supra. hæc
tamen Canonistarũ opinio quotidie ser-
5 uatur in practica, nisi crimen sit mistum †
ita quod non sit mere ecclesiasticum, quia
tunc debet fieri copia processus, secundũ
Alciat. vbi supra numer. 119. vel appareat
euidenter & in promptu de iniustitia petẽ
di brachium seculare impartiri, secundum
Roland. consil. 37. num. penult. & fin. &
consilio. 34. numero. 11. eod. volum. &
6 sic si secularis videt, vel scit esse appellatũ †
non tenetur exequi interim quod non cõ
stat friuolam esse appellationem, vel si scit
actum esse de nullitate & ex processu cõ-
stare, secundum Nauarrũ vbi supra, & Ro
land. dict. consil. 37. num. 11. cum sequen
tibus. Sed si crimen non esset mixtum, sed
mere ecclesiasticum, ita quod secularis de
eo cognoscere non posset, tunc nullo mo
do posset secularis secundum dictos Do-
ctores petere copiam processus, neque dif
ferre executionem brachij petiti, & idem
crederem in ciuilibus mere ecclesiasticis:
7 & sic in crimine † hæresis tenetur omni-
no secularis requisitus brachium impertiri
etiam si processus non ostendatur vel ap-
pellatum sit & non delatum appellationi,
vel iuste vel iniuste procedatur, ex tex. for-
mali in cap. vt inquisitionis. §. prohibemus.
de hæret. in. 6. vbi dicitur quod crimen hę
resis ex quo est mere ecclesiasticum, iudex
secularis nec directe, nec indirecte potest
se intromittere, sed nuda & pura executio
spectat ad iudicem secularem requisitum
per iudicem ecclesiasticum, & hoc expres-
se firmant Abb. Sicu. & Anchar. & Imol.
in cap. 1. de offic. ord. & idem Abb. in cap.
fi. de statu regula. & plures alij relati & se
cuti per Afflictis in dicto prooemio consti.
Siciliæ in princip. num. 46. contra Bart. ibi
relatum, & pro hac opinione asserit ibidẽ
esse quandam extrauagantem Federici Im
peratoris, quam habent inquisitores sub
bulla papali, & pro hac opinione est text.
iure nostro regio sic probans in. l. 2. titulo.
26. partit. 7. dum per verbum debent, ibi y
ellos deuenles dar pena, quod verbum ne
cessitatem importat, loquitur lex illa, quan
tumuis Villalobos vbi supra in omnibus
alijs quibuscumque criminibus eam intel-
ligat, sed fallitur, specialis enim casus est in
crimine hæresis vt vides, & hoc quia mere
ecclesiasticum crimen est, vt diximus, &
probat text. & ibi glos. in dict. l. 2. titu. 26.
partit. 7. & sic constituit regulam in con-
trarium in casibus mistis, quanuis etiam in
ter non mista crimina plus specialitatis cõ-
stituatur in hæresis crimine, vt pote, quia
in non mistis alijs quam hæresis crimini-
bus, si de iniustitia cõstet, vel appellatũ est
vt diximus, posit secularis petere videre
processum, in hæresi vero nullo modo, vt
diximus, & tenent DD. supra relati, & vl-
tra eos Simancas, in de institutio. Cathol.
titulo. 36. de iudic. secul. numero. 4. cum
sequentibus. & Aufred. in Clement. 1. de
offic. ordi. titul. de pot. secul. super eccles.
person. regula. 4. fallen. 27. fol. 36. & Cas-
saneus in consuetud. Burgund. rubrica. 1.
§. 8. numero. 14. folio. 86. & hæc frequen-
tius teneri asserit Orosciꝰ in. l. magistra-
tibus columna. 58. ff. de iurisd. omn. iudic.
& te-

& tenet Rebuf.in 2.tom.constit.tit. de literis requisit.in princ.num. 20.vbi & tūc inquit, iudicem negligentem impartiri officium dictis inquisitoribus hæresum priuandum iurisdictione sua, cum parum ab heræsi distet, inquitque post hæc regulā
8 constituendo, scilicet, quod iudex † secularis tenetur absque aliqua cognitione impartiri officium suum requisitum in omni casu de quo non potest cognoscere, quia mere ecclesiasticus casus est, quæ singularis regula est, & loquendo circa aliqua quam circa hæresim, limitari potest ex supra dictis, primo si euidenter appareat de iniustitia, vel nullitate processus ecclesiastici requirentis, vel appellatum sit & delatum, vel non denegatum appellationi, vel, si extra iudicialiter quid præciperetur, secundum Nauar. vbi supra. si nō constaret de iustitia requirentis. Ex quibus & alia desumi potest regula † scilicet
9 cet quod in casibus mixtis siue criminalibus siue ciuilibus, potest secularis requisitus non impartiri officium suum ecclesiastico requirenti nisi prius appareat omnia rite & recte acta fuisse, neque aliud remedium ecclesiasticum requirētem habere, & sic potest intelligi opinio legistarum & iuradicentium non indistincte sed iuris ordine seruato esse impartiendū brachiū hoc, nisi timeretur de potentia, vel fuga laici capiendi ex dictis per Abb in ca.quoniam in fi. verbis de offi.ordi & hanc secū dam regulam tenent relati per Afflictis, vbi supra num.47. vbi à num.45. cum sequentibus per conclusiones supradicta prosequitur, & omnia eius dicta & aliorū doctorum reducuntur ad dictas duas regulas, & limitationes supra relatas, & hæc de iudice ecclesiastico requirente, secu-
10 laris vero iudex † ecclesiasticum compellere non potest vt ei auxilium impartiatur, sed superior ipsius ecclesiastici adeundus est, vt eum compellat, secundum Villalobos in dicto ærario litera.i. numero 165. & Auiles.cap.20.præt. verbo vsurpan.num.21. communis secundum Couar.in pract.cap.10.num.1.versi.eadem ratione, vbi corrupte allegat Altiat. Debuit enim eum allegare in num. 123. & tunc secularis ipse debet ostendere processum bene formatum, secundum Afflict. vbi supra num. penul. & fi. Est etiam notandum
11 quod si iudex laicus in præstando † dicto auxilio excedit, ad superiorem laicum recurrendum est, & idem præstat requisitus auxilium iuris, si vero præstat auxilium facti, vel iudex requisitus requirendo grauat partem, appellatio est proponenda ad superiorem iudicis requirentis auxilium, vt per Bart.in l. à diuo Pio.§. sententiam. ff. de re iud. De quo meminit Aufred. in additione capellæ Tolosanæ decision. 411. qui videndus est, & Rebuf. 1. tom. const. Fran.tit.de senten.execut.arti.7.gloss.13. num.4.5.& 6. vbi exemplificat. Finaliter notandum est quod in casu in quo secularis potest denegare auxilium suum imploratum per ecclesiasticum iudicem vsque dum videatur an iuste sit petitū, si nihilominus coerceatur per ecclesiasticum per censuras & excommunicationes debet cō
12 parere † coram eo & petere, quod reuocet mandatum suum & censuras & absoluat eum eò quod non tenetur de iure impertiri brachium suum petitum vsquequo videat iuste petitū fuisse, alias vero si aliud fiat appellabit secularis hic conquerens se de censuris ad papam & proponet appellationem in forma protestando nullitatem & auxilium regium de la fuerça, & per modum defensionis regiæ iurisdictionis faciet hæc secularis iudex requisitus, & ex chancellaria regia illius districtus afferet regiam prouisionem ordinariam in gradu de fuerça solitam concedi directam iudici illi ecclesiastico vt absoluat eum & appellationem concedat, alias quod absoluat per.60.dies & remittat processum originalem chancellariæ ipsi, vbi determinabitur an vim fecerit, & hæc diligentes iudices in dictis casibus tenentur facere, nā & sic regia iurisdictio defenditur, nullum tamen iudicem vsque nunc vidi hæc faciētem, sed indistincte contra laicos impertiuntur brachium seculare ecclesiastico illud imploranti etiam in istis casibus, & multoties iniuste, eo quod secularium horum iudicum res agitur propter particularia eorū cōmoda & iura à laicis illis captis percipiēda, ipsi tamē videbūt, & de hui' brachij secularis imploratione vltra supra dictos DD. tractat Belluga, in speculo principum rub.11.§. tractandum. & Ancha. in repeti. ca. ea quæ 11. quæst. in princ. de regul. iur. in.6. & alij plures relati per Parid. de puteo

teo, in tract. syndicatus verbo brachium, & qualiter puniatur secularis nolens impertiri brachium suum petitum per ecclesiasticum vide Menoch. in de arbitrar. iudicum libr. 2. centuria. 5, casu. 452.

Ibi. [porque aquella,] data ergo sciẽtia & patientia principis & præterita & futura consuetudo legitimo præscripta tempore valebit, neque hoc negat lex nostra, imo permittit, prout in glos. 1. limi. 1 legis supra proximæ diximus, & iterum in l. 1. verbo baste, titu. 15. infra isto lib. 4. alia deo volẽte dicemus, & hæc pro toto hoc titulo sufficiant, vt ad alia deueniamus.

Sequitur Titulus II.

De las demandas que se ponen en juyzio, ansi en las audiencias por caso de corte, como fuera dellas.

ET cum in hoc libro. 4. de iudicijs & eorum processibus, & actis tractandum sit, ideo post titulum præcedentem vbi coram quibus iudicibus lites proponendæ sunt in effectu declaratur, sequitur iste de petitionibus & libellis proponendis, quorum virtute iuditium incipitur & in esse proponitur.

ET pro huius tituli introductione aliquã breuiter annotanda duxi: eritque prima annotatio scilicet, scire quid sit libellus qui demanda Hispane nuncupatur, & respondeo, quod libellus † est scriptura breuis petitionem actoris continens contra aduersarium necessario inferens & concludens. l. ampliorem. §. 1. C. de appellatio. authenti. de exhibend. reis. §. sancimus collatione. 5. iuncta glos. libellum, quæ est magistra & de iure regio est. l. 12. titu. 9. part. 4. & l. 40. tit. 2. part. 3. qui quidem † libellus duplex est, accusatori⁹ videlicet & ciuilis, accusatoriusque est qui descriptio nũcupat. c. legum. 2. quæst. 1. de quo in præsenti non est agendum, conuentionalis vero seu postulatorius, & sic ciuilis est, qui in causis ciuilibus porrigitur, secundum tex. in cap. 1. §. fi. & ibi gloss. de libelli oblatione, authenti. de litigiosis. §. si vero. Authentica de exhibend. reis. §. illud quoque sancimus. & iste talis quandoque dicitur petitio, vt in ca. 1. vt lit. non cont. ca. dudũ 2. §. licet, de electio. & sermone Hispano demanda, vt in l. 3. titu. 10. part. 3. escrito o peticion nuncupatur, & quamuis de iure ciuili libellus & petitio differant, secundum Puteum in tractatu syndicatus verbo libellus num. 5. folio. 321. & Ferraram in practi. in forma libelli in acti. reali gloss. quali s. tamen per legem nostram regiam 10. titu. 17. lib. isto infra in nihilo differũt † libellus & petitio cum secundum legẽ illam. 10. in ipso libello petitio adsit, & in effectu ideo libell⁹ præsentatur quia in eo aliquid petitur, ex hoc enim libellus dicitur quia petitum continet, & sic communi & vulgari sermone libellus ipse petitio vocatur, neque aliqua differentia bona potest hodie considerari inter libellum & petitionem, sed promiscue vtimur vtroque vocabulo, nisi volueris dicere libellum vocari narrationem casus & clausulas cõmuniter apponi solitas, petitionẽ autem id, quod in effectu in eo petitur, quę tamen petitio sub ipso libello continetur, ideo & merito libellus totus petitio vocatur, imo & proprius petitio quam libellus, cum principaliter libellus præsentetur ad aliquid petendum, narratio autẽ casus & clausulæ quasi quædam accessoria, & præambula ad petitionem iudicentur: isthæc tamen de nomine sunt, ideo grammaticis relinquenda. Secunda vero erit adnotatio scilicet, quod libellus hic siue petitio quinque debet † cõtinere, quis, quid, à quo, coram quo iudice, & quo iure, vt patet ex dictis legibus partitarum, & ex glos.

1 (margin, at "pondeo, quod libellus †") — 2 (margin, at "4. & l. 40.") — 3 (margin, at "† libellus & petitio") — 4 (margin, at "titio quinque debet †")

glos. libellum in d. cap. 1. de libelli oblatione. Quis, videlicet, nomen actoris petentis. l. in tribus. ff. de iud. l. si procuratorem eodem tit. tex. noster ibi, y antes que el autor, & ibi, que el autor ouiere presentado, & hæc clara res est, quid scilicet, res quæ petitur, quę quidem exprimenda est in libello & petitione cap. 2. de libelli oblatione. l. si rem. ff. de rei vind. l. 4. istius tit. infra. tex. in d. l. 10. titu. 17. infra isto li. 4. ibi cōteniendose toda via en la demanda la cosa que el demandador entendio demandar, & sic libellum generalem posset
5 iudex ex officio † etiam parte non petente repellere, secundum Auenda. d. resp. 1. numer. 19. & probari videtur in l. 4. infra isto titu. nisi in casibus ibidem exceptis. A quo, scilicet, nomen rei à quo petitur, l. fi. C. de edend. d. l. in tribus. d. l. 10. tit. 17. infra eodem. Corā quo id est nomen iudicis. d. l. 40. tit. 20. part. 3. licet iam nomen iudicis in libello specifice non apponatur neque exprimatur, sed tantum dicitur coram vobis compareo, ipsi tamen tabelliones causarum in actis ipsis & præsentatione petitionis nomen iudicis vel saltim officij apponunt, & exprimunt, scilicet, tale die & anno coram illustri domino correctore, vel eius locum tenente comparuit Petrus & præsentauit libellum hunc, & petitionem, &c. Quo, scilicet, quo iure causa, vel actione, quia causa quæ inferenda est in libello, est fundamentum litis ca. fi. de libell obl. l. edita. C. de edend. ca. verus. §. causa de verb. sig. & quamuis causa inferenda sit, actio tamen, & remedium quo
6 petit † non est necesse iam exprimi, ex tx. in cap. dilecti filij de iud. & ibi omnes, & glos. libellum in d. §. sancimus. tenet Bart. in l. 1. in princ. num. 18. ff. de edend. & ibi Ioan. Orosci. colu. 720. versic. 30. dicit ita consuetudine seruari, & communem testatur Ias. in ead. l. edita nume. 1. quam & tenet idem Abb. in cap. tua nobis num. 10. de decimis contra Fabia. & Alexan. in d. l. edita contrarium tenentes & male, nam vltra quod est contra communem, ex l. 10. tit. 17. infra eod. vanæ iam subtilitates & iuris scrupuli & appendices excluduntur, non enim sicut antea cadit à causa qui cadit à syllaba, sed secundum veritatem, & ea attenta proceditur, licet libellus peccet in forma etiam substantiali, ex quibus cum hæc quinque debeat libellus continere & facti veritatem & narrationem, petitionemque, & hominum memoria labilis sit. l. peregre. ff. de acqui. pos. cap. tertio loco de probatio. & sententia secundum petitā sit proferenda, clarissime infertur, debere li-
7 bellum † in scriptis per partem præsentari secundum glo. in c. 1. de libelli oblatione, n ā si mutaretur in aliquo citius facilisque apparebit per scripturam eiusquam si scriptus nō esset, secundum glos. in cap. quo iure. 8. distin. & probant leges partitarum in principio huius rubricæ allegatæ maximè. l. 4. versi. otro si tit. 16. par. 3. & dicitur in scriptis proferri quoties non in actis per notarium inseritur, sed in forma & cum clausulis suis per partem pręsentatur, sicut appellatorius libell' dicitur in scriptis proferri, quoties non in actis per notarium scribitur, sed cum per appellantem de per se & in forma proponitur, secundum Marantain pract. tit. de appellatio. num. 127. pagin. 578. in paruis. & Auiles cap. 7. præt. gloss. 1. num. 4. hæc tamen licet antea pro
8 cederent, hodie vero † ex. l. 10. tit. 17. infra isto libr. 4. siue in scriptis præsentetur libellus, siue in actis proponatur per notarium, putà dicendo tali die mense & anno comparuit coram domino iudice Petrus, & petijt à Ioanne talem rem suam, vel quid aliud, & petijt Ioannem ad ipsius rei restitutionem condemnari, &c. sufficit & procedit talis libellus nisi per partē aduersam petatur, quod libellus in scriptis in forma & de per se pręsentetur, & iudex ipse sic iubeat fieri, tunc enim debet in scriptis præsentari, secundum dictam. l. 10. ita nouissime disponētem & probantem, idque ex arbitrio iudicis pendet, non vero illud, quod libellus neque vno neque alio modo pręsentetur: nam si causa est maioris summæ quam. 400. marapetinorum siue in scriptis siue in actis debet libellus & petitio proponi, ex. d. l. 10. & ex ex. in l. 19. titu. 9. lib. 3. supra in causis. 400. marapetinorum & minoris summæ nullum libellum requirente, quasi in maioris summæ negotijs requiratur, vt diximus, & probatur ex cap. 1. & per totum de libelli oblatione. Socin. in regu. 253. libellus. prout ex Auenda. resp. 1. nume. 15. colligitur, & ex Didac. Perez. l. 11. titu. 11. col. 805. litr. 3. ordin. & Auiles vbi supra nume. 4. & Menochi.

noch. de arbitrar.iudic.lib.1.quæst.18.nu
mero fi. & quod in causis.400. marapeti-
9 norum qualisqualis petitio † requiratur, cõ
muné testatur Villalobos in suo AErario
mille communi.opinio.litera.l. num. 155.
& 166. & ibi Olanus in cõcordia Antino
miarum dicta litera.l.num.33 sed ex illa.l.
19. nullus requiritur, vt ibi dixi in causis
summæ. 400. marapetinorum & minoris
valoris, sed tamẽ maioris & in maioris sum
mæ causis arbitrariũ est iudici an in scriptis
vel in forma proferatur, nó vero q nullus
proferatur, hoc enim nó probat.d.l.10. tit.
17.inf.hoc lib.quidquid & male velit dice
re Olanus vbi supra in epilogo legũ partita
rũ correctarũ in cap. circa leges.3. partitæ
num.15.ex quo infert ipse Auend.vbi su
pra nume. 17. quod cum in causis maioris
valoris.400. marapetinorum qualisqualis
petitio requiratur, & sic figura iudicij attẽ
ta procedendum sit, non esse procedendũ
10 ab articulis † & positionibus, & sic intelli-
ges illud, quod inquit Maranta in pract. ti-
tul.de libel.oblatione.num.17.pag. 398.
in paruis, quod ante datam citationem ad
reum debet libellus proponi, & iudex illũ
videre, vt deliberet an sit iustus vt super
eo procedatur, nam id verum erit, cum in
figura iudicij proceditur, & sic tunc neq;
ab articulis, & iuramento rei incipiendum
est, si tamen absque figura iudicij esset pro
cedendum, vt in causis.400. marapetino-
rum & minoris summæ vbi nulla petitio
requiritur in scriptis, neque in actis, tunc
ab articulis incipi posset, vel si causa esset
summaria & præparatoria, vt quoties petẽ
da est executio aliqua contra hęredem al-
terius potest peti vt iuret an sit hæres, &
ita procedunt quæ dicebat Maranta vbi
supra nume. 18. pag. 191. distinctionis.9.
& Auiles.cap.36. Præt. gloss. summarias,
num.4. & secundum hæc male Auend.cõ
tra se vbi supra numer.16.conclus.2.cum
non sit contrarius si sic eum intelligas &
concordes, quam cõcordiam reperi post
hæc sensisse dominos de rota, in nouis.2.
de rescriptis, & Oldrad.consil.243.in cau
11 sa tamen, hæresis indistincte in scriptis †
est libellus proponendus, secundum Sy-
mancas, de instit.Cathol.titul.4.de accusa
tio.num. fin. & an libellus appellatorius à
sententia interlocutoria, vel diffinitiua pro
ponendus hodie sit in scriptis in dict.l.10.
glossa titul.17.infra eodem Deo dante di
cemus.

Tertia vero in propositum huius rubri
cæ erit adnotatio, scilicet, quod libelli di-
12 uersimode † & secundum varietatem re-
gionum & stilum & consuetudinem pa-
triæ cuiuslibet, vel potius aduocatorum,
formãtur & ordinantur, nã in regno Ara-
goniæ, Cataloniæ, Valentiæ vbi sunt di-
uersæ consuetudines, & sic diuersa iura ser
uantur, diuersimodè petitur, in nostra ve-
ro Hispania aliter, in qua cum regium no-
strum ius sit seruandum, & non ciuile, ei
contrarium in multis, eadem forma libel-
landi seruatur, ideo mutatis mutandis se-
cundum consuetudinem regionum facili
ter in nostris & in alijs partibus libelli for-
mari poterunt in lingua ibidem circa hæc
vsitata, vt inquit Rebuf. in. 2. tom. const.
Franc.titu.vt cont.& testam.sent.& alij ar
tic.1.gloss.2.num.7. & aduertit Did. Per.
in.l.1.titul.4.libr.3.ord.colum.895.in fi-
ne cum principio sequentis, & cum sequẽ
tibus aliquibus plures aduertentias circa
hæc aduocatis conuenientes ponit, quæ
per ipsum videri possunt, cum prę mani-
bus habeatur.

Quarta ergo erit adnotatio, scilicet, q
in libellorum compositione pauca & non
13 superflua † verba exponenda sunt, & inse
renda, nam plerumque in multiloquio er-
ror contingit.ca.sit rector.45.distin.quia
melius est pauca non inutiliter effundere,
quam in multiloquio aures hominũ præ-
grauare. l. in tantum. §. contrarium. C. de
vet.iur.enucleand.ideo glossa.in dict. au-
thent.de exhibend. reis verbo sancimus,
format petitionem hoc modo. Peto codi-
cem, quia emi per actionem ex empto, &
postea dicit quod omnia alia quæ in libel-
lis ponuntur superflua sunt, nisi sint ad spe
cificationem rei petitæ.l.tamen. 40. titul.
2. part.3. ponit aliam formam libellandi &
breuem etiã, quia moderni breuitate gau-
dent, tu tamen aduocate, vt & in titu. 16.
de los abogados, libr.2. supra diximus, non
sis ita nimis breuis, quod iustitiam partis
tuæ allegare omittas, dum tamẽ, ne super-
flua alleges, sed illa tantum quæ pro conse
quenda iustitia necessaria sunt, & eorum
nihil inallegatum relinquas, sed si viginti
diuersa iura & rationes habueris pro parte
tua fundanda, vel defendenda dum ne ea-
dem

dem vel contraria sint, omnia hæc intenta bis, non est enim hæc superfluitas, fortassis enim pars tua vnam actionem vel defensionem tantum probabit & alias non, & vna ratio mouebit vnum iudicem, quæ alteri futilis & insulsa videbitur, vt inquit Abb. nu. 6. & Anto. de But. in cap. per tuas qui fil. sint legit. & ideo non sine mysterio regulam iuris habemus, pluribus defensionibus quemlibet vti permittentem vt in. c. nemo de reg. iur. in. 6. ex quib' inquit Cę
14 pola, cautela. 67. quod aduocatus † non sit ita breuis, quod partem dánificet prout ex breuitate facilius quam ex superfluitate damnificari potest, in clausularum tamen appositione substantialium nulla superfluitas dari potest, idcirco eas apponere in libello non omittas, & licet non vitiaretur libellus si non apponerentur, nunquá tamen obliuiscendæ sunt, quæ clausulæ vt perfecte omnia habeas, cum de libellis titulus noster tractet, hæ sunt.

Est igitur prima libellorum clausula salutifera, quæ in eorum primis versiculis apponi solet dicendo, fulano como mejor
15 a lugar de derecho † parezco ante v. m. ista enim clausula vtilis & necessaria est ad libellum sustinendum & interpretandú eo modo quo de iure melius valet e potest secundum intentionem actoris, de qua clausula late tractatur per Iass. in. §. omniú numer. 151. institu. de actio. & Alexan. consi. 7. num. 4. volu 3. & Felin. in cap. cú super Abbatia nume. 11. cum tribus sequétibus de offi. delegat. & succincte per Maran. in pract. titu. de libel. oblatio. numero 10. pag. 396. in paruis, & est tantæ efficacię hæc clausula quod licet probetur, rem petitam ex alia causa deberi, quam ex ea quæ in libello deducta fuit, adhuc ex illa qua ap apparebit deberi, fiet códemnatio, operaturque, vt si libellus procedere non possit vt offertur, procedat vt melius procedere poterit, ex mente Areti. in. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. & Ias. vbi supra. num. 151. in. fi. & Feli. vbi supra. & hoc maxime attenta. l. 10. tit. 17. lib. 4. isto. vbi de ijs latius deo volente dicemus, & si non ignoro contra aliqua ex dictis tenuisse Arium Pinel. in. l. 2. C. de rescind. vend. 3. part. c. 3. n. 29. fol. 148.

Secunda igitur libellorum erit clausula, quæ apponitur post narrationem ca-
16 sus, illa scilicet, Porque † pido a v. m que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste para el vencimiento de esta causa, vel sicut mei moris breuius dicere, porque pido a v. m. sin me obligar a prueua superflua ni a mas de la necessaria, de qua quidem clausula late tractatur per Marant. in. d. pag. 396. nu. 11. operaturq; quod licet is, qui destinauit apponere, & apposuit multa in libello omnia in eo deducta teneatur probare, ex tex. in. l. actor. C. de probatio. & in gloss. se adstringit in ca. licet causam extra de probatio. late Felin. in cap. 2. num. 27. cum sequentibus pluribus de rescript. & hoc si omnia in libello apposita necessaria sunt ad intentionem fundandam, secus alias si ad vnum tantum effectum omnia tendunt, quia tunc sufficit vnum eorum probari, & verificari, secundum Capiti. decisio. Neapoli. 140. numer. 2. causæ enim plures possunt hoc modo in libello cumulari & vnam probare sufficit, secundum Bart. in. l. 2. C. de fid. inst. lib. 10. si tamen clausula hæc apponat quátuuis simus in casu in quo ad omnia in libello deducta probáda quis adstringeretur, mediante hac clausula sufficiet vnum probare ad victoriam sufficiens, neque succumbet proponens si omnia non probauerit, & sic ex huius clausulæ virtute inquit Anton. Gom. tom. 3. cap. 11. nume. 6 versiculo secundo etiam limita. quod licet alias in libello hora & dies commissi criminis per partem libellum proponenté inserantur, quæ si non probentur, cadet proponens à causa: si tamen clausula hæc sit apposita, quanuis non probetur dies neque hora, non cadet, prout & tenet Feli. in. d. c. 2. nu 33. de rescrip. vbi dicit quod per dictam clausulam non obligatur eam proponés nisi ad necessaria, prout & nouissime inquit Padilla, in. l. cum virum num. 45. 46. & 47. C. de fidei com. & num. 43. aliam declarationem annectit, & de hac clausula traditur etiam per Iass. in. d. §. omnium nu. 161. inst. de actio. & Maranta vbi supra, & inquit Pinel. in. d. l. 2. C. de rescind. vend. 3. part. cap. 3. nu. 29. fo. 188. quod per eam licet petatur ex vna causa & probetur ex alia fiet condemnatio ex probata, ibi tamen contrarium tenet, & in. d. l. 10. titu. 17. infra eo. lib. latius deo volente dicemus.

Quarta

Quarta vero clausula libelli est, conde-
17 ne al dicho fulano a que me de y pague † lo que ansi me deue, &c. & hæc est cõclusio ipsius libelli & petitionis, & in qua consistit virtus eius & modus agendi, secundum gloss. & Innoc. in cap. super literis de rescrip.. & voluit Abb. in cap. ex parte, numero. 5. de for. comp. & Bald. in l. edita. n. 55. & 56. C. de eden. Imo. in l. Cornelianum. §. stichum. ff. de lib. legat. & conclusio hæc de necessitate requiritur, secundũ communiorem opinionẽ teste Ias. in dict. §. omnium. num. 135. & 137. instit. de act. quod in tantum verum est & procedit, quod si vnum narratur in libello & aliud apponatur & petatur in conclusione eius, potius debet attendi conclusio hæc quam casus narratio, vt per Innoc. in dict. cap. super literis & per Ias. dict. §. omnium num. 130. sed si in ista conclusione actor petat partẽ aduersam cogi & compelli illud petitum
18 soluere, & non petat † quod adhoc condemnetur, libellus talis nõ procedet, secũdum Bart. in l. si cum nulla. ff. de re iud. plures tamen & melius contra eum tenent, secundum Maran. dist. 9. num. 16. pag. 191. & per Iass. vbi supra num. 139. vbi contra Bart. dicit esse communiorem & veriorẽ opinionem, quæ quidem per dispositionẽ text. in d. l. 10. titul. 17. lib. isto infra approbata est, habes tamen notare quod in criminalibus nulla conclusio de necessitate in libello requiritur, sed sola narratio sufficeret, secundum Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior num. 5. ff. de ijs qui not. infam. & in alijs pluribus locis relatis per Ias. in d. §. omnium num. 137. vbi & ponit fundamentum huius conclusionis, crederem tamen, ex dict. l. 10. idem procedere posse in ciuilibus, dum tamen constet ex libello quid peti prætenditur, & certe postquam sic dixi vidi assertum per Auendan. resp. 1. num. 18.

Quinta clausula solet & per aliquos apponi, scilicet, y ansi condenado le compela y apremie por todo rigor y remedio de derecho con su persona y bienes cumpla y pague, &c. de qua per Ias. d. §. omnium numero. 139. sed nihil operatur, ideo rarissime apponitur.

Sexta clausula est, Para lo qual y en lo necessario el officio de v. m. imploro, & hæc quotidie in libellis apponitur, & est multũ necessaria: estque notãdum officium iudi-
19 cis esse triplex, † mercenarium, nobile, & mixtum prout declarat Bart. in l. 1. nu. 12. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi moderni & late Fel. in cap. 2. colum. 4. extra de offi. iud. & Iass. in §. præterea num. 39. inst. de act. officiumque hoc iudex nunquam, nisi petatur, interponit regulariter secundũ Bar. vbi supra & DD. maxime Ripã in l. 4. §. hoc iudicium. ff. de damn. infect. & in l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. & ideo semper hac de causa in libello interpone clausulam hanc, qua mediante censetur petitum, & sic impertiri per iudicem debet, & an à iudice im-
20 pertiente † officium suum non imploratum possit appellari, vide melius quam alibi per conclusiones per Felin. in cap. exceptio. num. 2. cum. 4. sequentibus. ff. de exceptio. & in quibus conueniant officium
21 iudicis † & actio, & in quibus differãt, vide vltra Bart. in l. 1. num. 10. ff. de iurisdic. omn. iud. & per Purpurat. ibi num. 92. cũ sequentibus, & Orosc. ibi per Iass. in princ. num. 54. cum pluribus sequentibus instit. de actio. & aliquid in materia officij iudicis implorati ponit Bern. Diaz in pract. cano. cap. 143. & est notandum quod semper in dubio in genere, & non in specie est officium iudicis implorandum, in restitutionibus, in quibus officium nobile ab aduocatis debet implorari, quod loco actionis succedit, vt per Ias. & Angel. late in. §. rursus instit. de actio.

Septima clausula salutifera est, super qui-
22 bus omnibus peto ius & iustitiam † mihi ministrari, de qua tractatur per Marant. in pract. pag. 396. num. 9. & copiose per Iass. in dict. §. omnium, num. 147. cum duobus sequentibus, & per Abb. & eius additio. in cap. 2. num. 52. de ord. cogn. quorum eius effectuum vnus est scilicet, quod super non petitis à parte, si tamen ex eodem fonte procedant, potest iudex cõdemnare, & impertiri officiũ suum virtute huius clausulæ, secũdum Capiti. decisio. Neapol. 10. ad fin. & Auend. respon. 1. num. 18. versi. & istud pre maxime, & Ias. dict. num. 147. videturque ea mediãte petitionem in qua apponitur referendã esse ad omnia, quæ possunt in processu, vel causa comprehendi, secundum Anto. Gom. tom. 3. Variar. cap. 13. nume. 22. versic. tertio facit quia, per eamque inquit idem Anton. Gom. in

eod.

eod.tom.cap.11.num.6.versi.tertio limi
ta.quod licet non probetur dies neque ho
ra commissi criminis non cadetur à cau-
sa, prout & tenet nouissime Padilla in. l.
cum virum num.48.C.de fidei com. eaq;
23 mediante, videtur intentatum † remediū
possessorium, & petitorium etiam si tantū
de possessorio concludatur, dum tamen
narratio facta vtrunque comprehendat
& comprehendere possit & respicere, se-
cundum Iass.in.l.naturaliter.§. nihil com
mune nu.191.ff.de adqui.pos.& ibi Rip.
numer.199.per text.in cap.2.in princ. de
ordi.cogni.extra. & notat Gramma.de-
cisione Neapolita.15.num.1.cum.3.se-
quentibus, & nouissime Menoch.in tract.
de recup.pos.in præludijs num.16.&.17.
& Róland.Valle.consi.41.in. 8.volu.3.&
Euerar.in sua centuria locorum loco.36.
ab effectu eorum quę simul requirūtur
adesse, in fine pag.306.in paruis, vbi & te-
net quod mediante hac clausula quanuis
petatur ex vna causa & probetur ex alia,
fit condemnatio in causa probata, quod &
tenet Capitius decisio.Neapo.96.nume.
8.vbi & de hac tractat clausula, & iterum,
decisio.10.nume.22. & Abba.additio in
cap.1.num.2.de offi.deleg. idque verum
est si ex eodem fonte procedant cum peti
tis, secundum Capiti.d.decisio.10.nume.
24.& Auend.resp.1.num.22. nam si con
traria essent super contrarijs nihil prodes
set dicta clausula, secundum Rip. vbi sup.
nume.178. vbi cum sequentibus limitat
hoc, præsertim inquit non procedere quo
ties proceditur sola facti veritate inspecta,
quia tunc inpropriatur libellus vt euitetur
à contrarietate maxime dicta clausula exi-
stente: quæ quidem & alium operatur ef-
fectum, mihi tamen non applaudentem,
24 scilicet, quod licet iuramentum † calum-
niæ bis peti debeat, vel aliquid substantiale
iudicij, ad hoc vt si non concedatur redda
tur nullum in contrarium actum: tamen
si hæc clausula apponatur sufficiet semel
peti, & idem operabitur ac si bis petitum
esset, secundum Dida. Perez. lib.3.ordin.
col.808.in fi.& iterum col.952.in medio
eod.lib.quod est optimum ad l.10.tit.17.
infra eod.ex.& tamē illa mihi nō applaudet,
cum per casu bis requiratur iuramenti pe-
titio, vt iudicium reddatur nullum, si non
adimpleatur, operatur etiam clausula hæc
aliū & notabilē effectū, scilicet quod per eius
appositionem petitum videtur iuramen-
tum suppletorium in defectum plenæ
probationis, secundum Abba.in cap.fi.§.
fi.num.fi.de iur.iuran.quem referendo se
quitur Deci.in consi.252.num.3.contra
rium tamen tenet Iasso.in repetitione.l.
admonendi num.316.ff.de iur.iuran.quia
iudex non debet officium suum non pe-
titum impertiri, & hanc communem vide
tur testare cum Bart.Iass.ibidem dicens
debiliter locutum fuisse Abbatem, quem
tamen voluit saluare Ripa.in.d.l.4.§. hoc
autem.num.99.&.100.ff.de damn.infect.
scilicet, quod cum hæc clausula solum ad
contenta in libello videatur se referre, nō
vero circa ibidē nō expressa, prout tenent
plures relati per Menoch.vbi.sup.nu.17.
nullo modo extēdetur ad iuramenti sup-
pletorij delationem, nisi dictum fuerit &
petitum ius & iustitiam ministrari & offi-
cium impertiri super deductis, & deducē
dis ac emergentibus, incidentibus & cō-
nexis ac singulis eorum, tunc enim sup-
pletorium iuramentum censetur petitum
& offerendum est quamuis expresse non
petatur, & ita hac de causa pluries in causis
magnis propono clausulam hanc in libel-
lo. Est tamen notandum quod clausula
hæc non operatur circa ea, quæ repugnā
tiam continent, secundum Alexan.consi.
110.numer.2.volu.5.& alia de hac septi-
ma clausula tradit Abba.& eius additio.in
cap.1.num.2.de offi.deleg. & Puteus in
tractatu syndicatus verbo sententia. cap.
4.num.10.versic.aduertendum, cum se-
quentibus & Corneus consi.46. in causa
volun.3.

Octaua clausula est y las costas pido
y protesto, de qua tradit Maranta in pra-
ctica pagi.397.num.12.& Bernar. Diaz
in pract.cano.cap.fi.& desumpta fuit clau
sula hæc ex capit.finem litibus de dol.&
contum.& cap.calumniam.de pœnis, &
l.eum quē temerè.ff.de iud.& ex.l. properā
dum cum suis.§§. C.de iudi. & ibi Iasso.
maximè.in.§.sin autē alterutra, & ex.l.8.ti
tul.3.parti.3.& necessario apponenda est
25 † vt expensarum condemnatio fiat, nam
expensę per partem petendę sunt, alias si
non petantur iudex non tenetur condē-
nare in expensis, & quamuis tunc non con
demnet, non dicitur facere iniustitiam,
neque

neque facit litem suam, secundum glo. ordinariam & ibi Abb. in cap. cum sit generale num. 5. de for. comp. & Iaf. in l. admonendi lectura. 1. num. 16. ff. de iur. iur. Alexã. Iaff. & Moderni in dicto. §. sin autem alterultra, & idem Iaf. in. §. omnium. numero. 145. & 146. insti. de action. vnde infertur
26 quod non potest appellari à iudice † non condemnante in expensis non petitis, secundũ Rotam nouam. 353. & in meis est. 47. sub titul. de appel. quæ omnia sunt vera in expensis factis ante litem contestatam, secus in factis post, quia in his etiam, nõ petitis tenetur iudex condemnare, vt per Rotam vbi supra, secundum communem citatam ab Anton. de Tremolis in addition. ad Bonacursium in practi. titul. de recusatio. num. 4. verbo ratificari, & regulariter victus victori in expensis est condemnãdus vt in dict. l. eum quem temere, & in authẽ. de iudicijs §. oportet. collat. 6. & in cap. calumniam de pœnis, & in dict. §. sin autem alterultra, iunctis late traditis per Socin. in tractatu fallentiarum, regu. 139. cum sequentibus. 2. & Lanfrãcum in cap. quoniã contra, verbo expensæ num. 1. cum sequẽ
27 ti. de probatio. nisi litigans esset † Monachus, qui quidem præsumitur habuisse iustam litigandi causam, & ideo non debet in eis condemnari etiam si succumbat, secundum gl. non fecissent in cap. 2. de nou. oper. denuntiat. & glo. similem in cap. de præsentium. 16. quæst. 1. & in cap. expedit 12. quæst. 1. quas sequitur Hypoli. in. l. 1. §. ad quæstionem. num. 8. ff. de quæstion. Florianus tamen relatus per Socin. vbi sup. contrarium tenet & verius, sed si nullas fe
28 cit expensas, veluti quia † gratis habuit aduocatum, vel ipsemet erat aduocatus, tũc nullæ sunt ei soluendæ expensæ, secundũ glo. notab. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen. singul. secundum Iaf. in dict. §. sin autem alterultra num. 14. & glos. Gregorij in l. 21. titul. 2. part. 3. & Didac. Perez. lib. 3. ordi. colum. 1311. in princip. & est communis opinio, secundum Boer. decisio. 210.
29 num. 3. & idem est si habuit iustam † litigandi causam, quia neque tunc debet in expensis condemnari, vt. l. qui solidum. §. etiam de leg. 2. gl. in auth. de iud. §. oportet collat. 6. & glo. in dict. cap. finem litibus. verbo expensas, de dol. & contum. & in. c. sacro. verbo, probabilis ad fi. de sententia excom. & nouem cõclusiones ad cognoscẽdum iustam causam litigandi ponit Iaf. in dict. § *sin autem alterutra num. 8.* & Lãfrancus vbi supra & nouissime Menochi. lib. 2. quæst. arbitra. centuria. 2. casu. 175. quibus omnibus addendum, quod etiam
30 is, qui non est iudex causæ principalis † poterit esse iudex ad condemnandum in expensis, secundum glo. communiter receptam in dict. cap. fin. de rescrip. verbo in expensis, pro qua est text. notabilis in Clem. 1. de rescript. singularis secundum Abb. in cap. 2. num. 16. de dol. & contum. & in. c. cum dilectus in. 3. num. 1. de præb. & in. c. fin. num. 14. de rescrip. imo & si commo-
31 dum sportularum † iudicem respiciat poterit ipsemet cognoscere an sua sit iurisdictio, secundum Bart. & plures alios relatos per Oros. in l. ex quacũq. ff. de in ius voc. colum. 642. & ita seruat consuetudo, secũdum Petr. Costali. in l. fi. ff. de iurisdi. om. iud. contra gloss. prouintiæ in l. de iure. ff. ad municipa. nisi salues eam ex dictis per Abb. in cap. ad audientiam. 1. num. 10. de appellatio. & per Auend. in. c. 18. præt. n. 2. versi. nec videtur. lib. 1.

Nona & vltima clausula solet in libellis apponi dicendo, y juro a Dios y a esta † q̃ no lo pido de malicia, in primis tamen libellis & petitionibus apponitur tam in ciuilibus quam in criminalibus causis & præsertim in criminalibus, nam cum in eis, eo ipso, quod quis succumbit præsumatur calumniari, vt in. l. 1. C. de aduocat. diuers. iud. & in cap. qui non probat. 4. quæstio. 3. per quæ ita tenet glossa magistra in dict. c. finem litibus, verbo expensas. de dol. & cõtuma. per iuramentum supradictum exclu
32 ditur præsumptio † hæc calumniæ, licet succumbat, vt per tot. C. de iur. iur. propter calum. dan. & in cap. 1. & cap. cæterum de iuram. calum. & in. l. 2. titul. 11. part. 3. Est tamẽ verum quod licet iuramentum
33 hoc in libello † non apponatur non vitiabitur libellus, neque ex omissione eius debet pars cõdemnari, nisi per iudicem iubeatur iuramentum simile prop. omi in libello, nam tunc iurare tenetur, vel à parte cõtraria petatur, secundum text. in dict. l. 21. titul. 11. partit. 3. potestque iudex ex officio partem compellere ad præstandum, secundum Ripam in. l. 4. §. hoc autem. num. 50. ff. de damn. infect. vel nisi tractetur de causa

causa hæresis, nam tunc tenetur pars accusans tale iuramentum facere, secundum Symancas de instit. cathol. titulo quarto. de accusatio. numero. fin. vel in libello oppositionis, contra executionem, secundum text. in. l. 2. titulo. 21. infra isto libro quarto, vel cum petitur executio, vt per text. in. l. 9. titulo. 21. infra eo. vel in casu. l. 3. titulo septimo, libro. 9. infra, vel in accusatione ex. l. 14. titulo primo, partita septima, & praxi receptum affirmant relati per Olanum, in concordia antinomiarum litera. i. numero. 81. Est tamen quæstionis num iuramentum hoc excuset partem
34 iurantem à condemnatione † expensarum, & dicendum est quod non, secundum Bartolum in dicta. l. eum quem temere. ff. de iudic. & Socin. in regula. 181. & 183. communis secundum Lanfrancũ, in dicto capitu. quoniam contra, verbo expensæ, numero. 8. de probatio. & Didac. Perez libro. 3. ordin. columna. 1310. in medio, reprobata glossa contrarium tenẽte in capit. in primis verbo expendisse. 2. quæstione. 1. & gloss. in dicta authent. de iudicijs. §. oportet, colla. 6. & glossa in dicto capitulo finem litibus verbo expensas, quarum glossarum opinio contra communem videtur approbata per text. in. l. 8. titulo. 22. parti. 3. & eam adhoc notat gloss. Gregorii in verbo, la jura, & Villalobos in sua antinomia iuris ciuilis & regij litera. i numero. 26. nisi legem illam partitæ intelligas vt illi communi opinioni non obstet, vt procedat nisi ex processu constaret de temeritate litigantis iuramentum simile facientis, nam tunc nihil iuramentum excusaret, cum. l. illa hæc non excludat, sed tantum à præsumpta calumnia excusare iuramentum affirmet, prout ibi declarat gloss. la jura, & Villalobos vbi supra & Olanus vbi supra numero. 82. & 83. qui tandem inquit hoc arbitrio iudicis relinquendum, prout communi praxi Hispaniæ receptum asserit, & illi legi abrogatum testatur ex Couarruuias in capit. 27. practi. quæstion. numero. 1. & idem asserit ipsemet Olanus in Epilogo legum partitarum correctarum num. 57. ex quibus habes clausulas salutiferas & consuetas in libellis apponi, quibus quidem proposita facti narratione faciliter poteris quemlibet libellum formare, & pro tyronibus in hũc modum formatur.

35 Petrus † vicinus talis loci, omni meliori modo quo possum, coram vobis, domine iudex, compareo, & dico Ioannem mihi esse obligatum in decem ducatis ratione cuiusdam equi, quẽ ipsi vendidi tali termino iam lapso pro equo ipso soluendis, quę quidem quamuis ab eo pluries petij, soluere non vult, ideoque peto à vobis quod se perta hac relatione pro vera in eo quod ad victoriam causæ sufficit, (vel vt ego soleo dicere, non me adstringendo probationi superfluæ) condemnetis eum vt mihi decem illa soluat compellendo eum ad hoc omni remedio & iuris rigore, ad quod & ad necessarium, officium vestrum imploro, & super præmissis & eorum annexis incidentibus, dependentibus & emergentibus peto mihi ius & iustitiã ministrari omni meliori modo quo possum, & expensas peto & protestor & iure peti sine malitia, & hæc est breuis & salutifera libellandi forma, tam in ciuili quam in criminali. Solent tamen aliqui addere clausulam illam saluo iure addendi & diminuendi, quæ quidem clausula nihil operatur, & ideo neque vtitur neq; practicatur, secundũ Abb. in. c. inter dilectos. numer. 10. fol. 102. de fid. instrum.

Ego tamen in causis grauibus soleo attẽta noua dispositione. l. 10. tit. 17. infra isto
36 lib. 4. apponere in fine libelli, † item peto vt in progressu causæ seruẽtur omnes termini iuris, partes & causam ad probandũ recipiendo cum termino competente, & suo tempore causæ illius publicationem faciendo cum dilatione iuris, & copiam processus & probationum dando, & quod ad sententiæ prolationem citatio & causæ cõclusio præcedat, & omnia alia seruẽtur substantialia tam de iure quam stillo & cõsuetudine & statutis requisita sub protestatione nullitatis si aliter fiat, nam si hæc specifice non petieris, lege illa. 10. attenta quantumuis non seruentur, nulla aderit nullitas, ideo attendendum hoc est præsertim in causis grauibus, & hæc pro rubrica sufficiant, neque extra eius propositum tibi videantur, concernunt enim materiam eius & salutifera sunt aliquando.

(?)

LEX I.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter actor curiam adiens aliquid petiturus, por caso de corte, se debet habere, declarat. l. nostra ex qua desumitur practica quotidiana proponendi libellum & petitionem per casum curiæ.

IBi, [Su caso de corte,] & qui priuilegio hoc vti possunt, refert text. vbi Deo volente dicemus in. l. 9. infra titulo proximo.
1 cognoscereque posse per casum curiæ † est de regalibus, vt inquit text. in. l. prima tituli supra proximi, neque alius quam rex habet hanc cognoscendi formam, neque alio modo potest quis extra forum suũ in curia conueniri in prima instantia, nisi aliud expresse permissum reperiatur.

Ibi, [Con la informacion,] hoc est enim
2 regulare, q vbi limitata est iurisdictio † siue ex parte iudicis, siue quia partes non possunt ad talẽ iudicẽ recurrere nisi in tali, vel tali causa & negotio, nunquã cognoscitur, nisi prius constito saltum per summariã informationẽ casum illũ cõprehẽdi sub iudicis illius potestate & commissione, alias nihil valet quod agitur secundum Curci. Iunior. consilio. 124. numero. 6. communem hanc asserentem opinionem, quem adhoc refert Villalobos in suo ærario mille communium opin. litera. i. nume. 269. sic ad legem nostram applicans, & ante eũ Auiles capit. 29. secretæ syndicationis in gloss. condemnar. numero. 3. fol. 289. & faciunt in simili tradita per Rebuff. in tertio tomo constit. Franc. titulo de contumacia artic. 9. glossa, vna, numero. 7. cum sequenti. pagina. 121. in magnis, & est notandum, quod ex hac præstita informatione debet plenè constare casum intentatum esse de casibus curiæ, nam licet text. noster informationis verbo vtatur, non est ex hoc intelligendum semiplenam sufficere informationem, sed plenam adesse debere, cum ex ea parti contrariæ plenum & irreparabile præiudicium inferatur, quo
3 casu plena † requiritur probatio quantũuis causa, vel informatio summaria sint, ex Bart. doctrina ita tenente, in. l. 1. §. fi. col. 1. ff. de præto. stipul. quem sequũtur plures relati per Marant. in pract. 4. p. de ord. iud. 9. dist. de iudi. ord. & summario, n. 46. pag. 198. in paruis, & Lanfran. in. c. quoniã cõtra falsam, tit. de causa delegata & summaria. nu. 11. fol. 155. in paruis & dicemus iterũ fauente Deo, in. l. 3. tit. 13. gl. penul. inf. isto lib. 4. neque verba sequẽtia nostri tex. ibi, haga juramento q̃ cree y entiende q̃ tiene testigos, &c. quicquã ijs obstant, nã hæc verba non ad informationem casus curiæ præstandam referenda sunt, sed ad petita in libello & petiõne, vt ex ijs clare patet, & notandum quod ideo hic dicitur informationem summariam prȩstari, quoniã ordinariæ dilationes iudicij omittunt, itẽ & partis cõtrariæ citatio, nõ requiritur
4 partem aduersam citare in præstatione † huius informationis, eo q post pars aduersa potest probare contrariũ, & petere pronuntiare casum propositũ nõ esse de corte secundũ Mesiam in pragmatica del pan, conclusione. 1. gl. 1. num. 44. fol. 18.

Ibi, [jurare q̃ nueuamente,] idem in simili disponitur in. l. 1. ad fi. tit. 5. ĩ isto li. idẽ que in secũda instãtia statutur. p. l. 3. tit. 9. inf. eo li. traditq́; Coua. in pract. c. 20. n. 8. vbi & concludit, q vsque ad conclusionẽ
5 in causa admittuntur † instrumenta in qualibet instantia, imo & post conclusionẽ vsque ad sententiã si alia non superest instantia, vt ibi per eũ, vbi & inquit q ad interponendũ iuramentũ nostri tex. speciale requi-
6 ritur mandatum † neq; sufficeret generale datum ad iurandum de calumnia.

Ibi, [Le cite para todos los autos,] practica hæc processit à dicto Bal. relato per Ias. in. l. qui ante Kalendas, nu. fi. de verb. obli. in citato, quilonge abest an posit ad omnes actus citari, & Alex. in. l. liber. §. 1. n. 5. fol. 77. ff. de verb. obli. & faciunt dicta per Capitiũ, decis. Neapolit. 139. & an citatio
7 generalis ad totam causam † fieri posit & valeat, vt compareat singulis diebus & horis vsque ad sententiam inclusiue, tradit & optime Maranta in practica titulo de citatione num. 118. pag. 378. in paruis, & Rebuff. 3. tom. const. Fran. tit. de domicilij electio. art. vni. glo. vna, nu. 46. vbi per totum

totum illum titulum de domicilij electu, de materia hac quam plurima tradit, à quo si vellem plurima furari possem & transcribere, mei tamen instituti, vt in progressu operis videbis, nõ est, plura enim alia volumina implerem si id facerem: & de ista nostri text. citationis forma agit etiam Speculator. 2. parte titul. de citatione. §. viso, numero. 5. & Montaluus in l. 1. glossa. 2. titulo. 3. libr. 1. fori, & hæc est communis conclusio, & practica quoties aliquis absens, & in loco iudicij non existens, vel ab eo recedens citandus est, secundum Marantam dicto num. 118. Est tamen verum quod si citatio hæc fieret ad omnes actus
8 † etiam ad diffinitiuam cum comminatione sufficienti sufficeret, etiam si citatus nõ esset de longinquis partibus, prout communem restatur Iafred. Balbus decisione. 42. relatus per Villalobos, in suo ærario mille communium opinio. litera. c. numero. 78. vbi id intelligit, verum data contumacia partis & comminata sententia, & hoc est quod principaliter noster text. in ijs verbis, cite para todos los autos, &c. disponit, & an citatus si sua putauerit interesse teneatur † comparere, & si non com 9
pareat, reputabitur contumax, dic quod non, secundum Franciscum Marcum, decisione Dalphina. 493. & in l. 5. verbo, en todas, infra titul. proximo, iterum Deo volente dicemus & alios allegabimus. Et an citatus ad vnum actum & contumax existẽs cẽseatur in alijs cõtumax, vide Rebuf. in. 3 tom. const. Fran. tit. de cõtuma. artic. 8. glo. 2. per totam.

LEX II.

SVMMARIVM LEGIS.

Siquis per casum curiæ per procuratorem suum adhoc missum curiam adit, quam nam formam seruabit, & quid sit reo notificãdum in curia conuento, & quid ipse reus tunc seruare teneatur, declaratur in præsenti.

IBi, [Dexar procurador,] quemadmodũ & in actore supra. l. proxima dictũ fuit per legislatorem, sic & inquit text. noster seruandum cum reo conuento, ex quo potuit fortassis procedere regia prouisio concessa procuratoribus tribunalium regni ciuitatum & Villarum, quæ officia hæc emerũt ab inuictissimo nostro rege, quatenus nullus per personam aliam quam suam propriam, vel alicuius ipsorum procuratorum posset in iudicio cõparere pro actibus causæ faciendis, & ordinandis, & sic per famulum suum neque alium personam nullus admittitur pro causa sua agenda, sed tenetur omnino vnum ex procuratoribus ijs nominare, qui quidem ita pauperes & diuites excoriant, vt plerumque & quasi semper annatam litium & earum interesse capiunt, & plus mercedis quam aduocati accipiunt, quod esset medendum, vel tassando eorum pro labore salaria, vel strictè præcipiendo vt officia hæc consumerentur, prout petitione quarta curiarum de Madrid, anni. 1573. permissum fuit ciuitatibus fieri, nullum imposterum horum, neque alterius officij publici vendendo, nam quantumuis vendere de iure licitum esset, non tamen expedit, neque decet, prout experientia compertum habes, quis enim emit iam officia hæc nisi abiecti & viles, & qui pro vno nummo quadruplum sperant lucrari, & rectorum officia quis nisi qui mercantias negotiationum causa habet, putà arietes, boues, armenta & alia id genus quibus cum deuastant montes publicos & defensas populorum, & nullus, qui contradicere audeat, reperitur, ideo iure optimo rex noster inuictissimus ijs officiorum publicorum emptionibus portas clausit, quas nunquam imposterum pro bene gubernata republica & machina regni aperiri expedit, neque decet, neque conuenit.

Ibi, [bien instructo e informado.] Alias enim non dicetur mandatum sufficiens habere, ex text. & ibi notatis in capit. 1. de appella. in 6. Bald. in l. illud. §. fin. ff. de minor. & Rebuf. in concordat. regn. Fran. 1. part. titulo. de electio. deroga. in rubrica gloss. & sufficiens, pag. 75. in mediocri impressione.

LEX III.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter & per quos procuratorum mandata declaranda sunt sufficientia, ne iudicia illusoria & nulla reddantur, declarat l. nostra, & quod tabelliones in processibus exempla mandatorum inserant apud se eorum originale retinendo.

IBi, [Que se hazen processos baldios,] quod maxime vitandum est, interest enim reipublicæ ne fiant iudicia illusoria, & frustratoria, & ne partes expensis & laboribus vexentur, secundum textum in capit. causamque de iudic. & l. si prætor. ff. de iudic. & ideo licet in causis criminalibus vbi pœna corporalis, vel infamatoria venit imponenda velit reus defensionibus re-
1 nuntiare, † non debet iudex id pati, nam si fieret lata sententia posset reus omnia annullari petere, & sic esset pronuntiandum, ex glo. in l. vbi pactum inter hæredẽ ff. de pact. tradit Anto. Gom. tom. 3. c. 13. num. 33. ad fi. & Hypol. in pract. §. examinanda nu. 33. ideo adhæc debent iudices aduertere, vt sic processus substantientur, quatenus ne de nullitate argui posint, sed an si maritus tãquã procurator vxoris adesset in iudicio nullo ab vxore habito man-
2 dato † an sustinebitur processus ex capite quia maritus in casu in quo sine vxoris mãdato cõparere nõ poterat in iudicio, dicendum est, quod non, ex Romano, consil. 346. quem refert addition. Barto. in l. 1. §. sed si ff. de verb. oblig.

Ibi, [Diziendo que son bastantes,] similis tex. in l. 24. tit. 16. lib. 2. sup. & ideo te-
3 netur procurator † siue actoris siue rei procuratorium suũ exhibere & tradere illius exemplũ l. licet. C. de procurat. alioquin nõ recipitur agere, vel defendere volens. c. 1. de procurato. sed dñs tanquã cõtumax cõdenatur, teste Bart. in l. 1. in fi. ff. quod cuiusq; vniuer. nom. refert alia dicendo singula in Rebuf. in 2. tom. const. Fran. tit. de liter. & lator. art. 3. glo. vni. n. 7. cũ sequentibus aliquibus vbi n. 8. an testibus probari posit, & plura singularia circa hæc tractat Otau. Vestrius, & eius additiona. in pract. Romanæ curiæ lib. 4. c. 5. vbi curiose loquitur, & idẽ Rebuff. in. 3. tom. tit. de contum. & defectu artic. 3. glo. 1. nu. 2. cum sequent. ali-
4 quibus, & debet esse procuratoriũ † in publicam formã redactum, secundũ Alex. ad Bar. l. si quis inficiatus. ff. depositi. notat Rebuf. in d. 2. tom. tit. de cõtract. testam. arti. 3. glo. 5. & tex. noster hic ita probat, sufficiet tamen in iudicialibus quandocunq; de eo doceri, secundũ Rip. in c. cũ m. nu. 137. de const. & Vātius de nullitatibus processus. nu. 155. cũ sequenti. & quanuis antea iudex ipse tenebatur pronuntiare procuratorium legitimũ bonum, vel inualidum, secundũ Rebuff. in d. titu. de contu. & defectu, artic. 3. nu. 3. ex l. tamen nostra nõ ita id generaliter procedit, sed tũ demũ cũ aduocatis dissentiẽtibus, id in dubiũ vertitur, hæcq; omnia in ipso processus ingressu litiganda & determinanda sunt, prius enim debet legitimari persona petẽtis & eius cõtra quẽ petitur, secundũ Ias. in rubr. C. qui admitti, & Rebuf. in. 1. tom. const. Fran. in procemio glo. 5. n. 149. in quacunq; enim
5 causa quantũcunq; summaria † requiritur legitimatio personæ cõparentis, secundũ Marant. in pract. 4. par. dist. 9. nu. 38. pag. 196. & Hypol. hoc ampliantem in l. si quis nec quæstio. num. 7. fol. 92. in paruis. ff. de quæst. & è nostris Auil. in c. 36. pręt. verbo summarias. n. 8. fol. 228. & Rebuf. in. d. 1. tom. tit. de senten. execu. art. 9. gl. 2. n. 32. & Ias. in. d. rubr. & Lancello in tract. de attẽtatis. 3. p. c. 28. n. 36. pag. 462. sine actione enĩ nemo experit. tx. l. si pupilli. §. videmus ff. de neg. gest. inhabilis & partẽ nõ se mõstrãs sine actiõe experit, ergo expelli debet etiã ex officio parte nõ petẽte, sm Rip. in l. 4. §. hoc autẽ. nu. 51. ff. de damn. infect. & optime per D. Anto. Menes. in l. vbi pactũ num.

numer. 10. & 12. C. de transactio. pagin. 173. vbi hanc communem testatur, potestque iudex cogere procuratorem ostendere mandatum †, vel facere fidem de eo, vel cauere de rato, secundum Ripam in dicto. §. hoc autem, numer. 49. pro quo tex. nostrum considerare poteris, & post hæc examinat Minchaca, controuers. illustriũ frequentium libr. 2. cap. 16. numero. 1. & sequenti. actaque à non habente mandatum facta nulla sunt, & hæc nullitas non censetur sublata per dispositionem text. in l. 10. titul. 17 infra isto libr. vbi ibidem dicemus Deo volente. Est tamen aduertendum quod ex dispositione l. 20. titulo. 5. partit. 3. etiam si procurator non habeat mandatum, si tamen per partem aduersam

7 non opponatur † & causa & iudicium prosequatur vsque ad finem valebunt acta, neque annullari hac de causa poterunt, quoniam censentur approbata per partem nõ opponentem defecta mandati, vt tenet Boerius decisione. 171. numer. 19. & 20. imo & quod plus est quod si primo prote-

8 status sum non consentire in personam † aduersarij procuratoris neque illum improbare, si tamen postea sponte cum eo litigauerim videor personam suam approbare, nisi in quolibet actu protester quod non approbo, secundum Bartol. in l. licet. nume. 3. C. de procurat. & in l. inter quos §. alieno. ff. de damn. infect. facit l. si proponas. §. hæreditaté. ff. de in offic. testam. Bal. consil. 498. circa primum col. 2. volum. 2. refert & sequitur Rebuff. in. 2. tom const. Franc. titul. de liter. dilator. artic. 3. glo. vnica num. 10. plurima enim operatur taciturnitas, quoniam quantumuis contra præ-

9 sumptionem † iuris & iure non admittatur probatio in contrarium, parte tamen non opponente & tacente, opponitur & admittitur, secundum Ripam. l. naturaliter §. nihil, num. 72. ff. de acqui. poss. & faciũt dicta per Hypol. in pract. §. sequitur num. 14. & Felin. in cap. fraternitatis num. 6. de testib. sic & licet contra sententiam in rem iudicatam lapsam non admittatur probatio in contrarium nisi per partis confessionem, secundum Alciat. de præsumptio. in argumentis. 2. part. numero. 1. & sequenti. pag. 14 in paruis, si tamen pars tacuerit admittetur talis probatio contra sententiã secundum Alciat. vbi supra, num. 9 quem admodũ si petita executione alicuius sententiæ & facti, opponatur de eius iniustitia & probetur, super iniustitia est pronuntiãdum si per partem non opponatur, cum de facto probatio super iniustitia admissa fuit, secundum Innocent. relatum per gl. in l. 13. titul. 22. part. 3. in gloss. 2. & alibi latius dicemus infra hoc lib. sic & solennitatem extrinsecam præsumitur interuenisse si per partem aduersam non opponatur, secundum Anton. Gom. tom. 2. capit. 11. num. 17. ad fin. & Alexand. ante eum in l. sciendum, num. 18. ff. de verb. oblig. item testes non rite examinati probant si nõ opponatur vt per Bern. Diaz in regul. 753. sic & appellatio omisso medio admittitur, etiam in casibus vbi alias nõ admitteretur si per partem nõ opponatur, secundũ Couar. in pract. cap. 4. num. 9. & faciunt dicta per Feli. in cap. super. §. porro num. 13. de offic. deleg. & fideiussor potest si non opponatur ante principalém conueniri, secũdum glo. primeramente in l. 9. tit. 12. par. 5. aliaque quam plurima quæ taciturnitas operatur refert Guido Papæ, decisio. 221. quem refert Boer. decisio. 344. num. 1. & tradit Hypol. in dict. §. sequitur nu. 8. cum pluribus sequentibus, sic & ex. d l. 10. titu. 17. infra isto lib. quantumuis substantialia iudicis omittãtur non redditur iudiciũ nullum si expressè per aduersam parté non petatur seruari, ergo nimirũ si idé in nostro casu dicendũ sit vt valeat iudicium actum cum procuratore non habente mandatũ si per partem aduersam non opponatur de defectu mandati, néq; posset tũc iudex talem procuratoré ex officio reppellere, & hanc communem testatur Imol. in c. cum in iure peritus num. 25. de offi. deleg. relatus per Dñm Ant. Menes. vbi sup. nu. 12. Imol. tamen ibi nõ dicit cõmuné, sed Feli. in c. causamq; col. 2 ante fi. de iud. nu. 1. & ibi in tribus casibus soluat glos. & cõmuné contrariũ tenenté, hæc tamen q̃ iudiciũ valeat placet, quã & omnes voluisse tenere asserit Boer. decis. 171. n. 21. imo ibidé de iure hãc testatur cõmunioré opinioné etiã vbi de clericatu probãdo agitur, quãuis in Francia contrariũ asserat practicari, & tũc sentẽtia lata cõtra ipsummet procuratoré sine mãdato agenté exequetur, sm̃ D. Anto. Menes. vbi sup nu. 12. vbi pro hoc tex. vnum allegat, & est melior text. vbi notat

Alexand. numero. 1. &. 2. in. l. si se non obtulit. ff. de re iudi. nisi in casibus in qui-
10 bus † sententia non potest exequi contra procuratorem, nam in illis quanuis non opponatur de defectu mandati non valebunt acta per procuratorem carentem mã dato, & poterit iudex ex officio tũc repellere procuratorem illum, secundum Do. Anto. dict. numero. 12. vbi inquit casus tales describi per Bart. & DD. in. l. licet. C. de procuratori. & tunc non obstabit dict. l. 20. partitarum, quoniam si bene inspiciatur, tunc inquit valere acta per procuratorem sine mandato agentem, quoties antequam per partem aduersam de hoc opponatur dominus ipse ratificat acta per procuratorem illum nomine ipsius domini in iudicio, in alijs vero casibus vbi sententia cõtra talem procuratorem exequi potest, valebunt acta illa parte contraria non opponente de defectu mandati, ex dicta cõmuni, & quia acta illa nõ sunt nulla ipso iure, sed annullanda veniunt, vt patet ex. l. nostra, & ideo taciturnitas partis non opponentis nocebit ei, quæ tamen taciturnitas non noceret si acta illa ipso iure nulla essent, secundum Felinum in dicto capit. fraternitatis. numero. 6. de testibus. Neq; obstat. l. nostra probans pro nullo iudicandum id quod sine mandato actum fuerit, quia intelligitur, si per partem contrariam opponatur, & sic ex dicta. l. partitarum & communi supra dicta lex nostra declaratur, non est enim censendum per generalitatem nostri text. specialem dispositionẽ illius legis partitarum & communis dictæ opinionis tolli & corrigi, sed potius contrarium est asserendum ex gloss. communiter approbata in. l. 1. C. de silenciar. lib. 10. & quia quando vnum statutum loquitur
11 distincte, † aliud vero indistincte, secundum indistincte loquens non tollit distinctionem primi, secundum Bald. relatum & secutum per Rebuff. in. 1. tom. constit. Franc. titu. de constit. in procemio, glossa. 5. numero. 129. opposita tamen exceptione defectus mandati, si non demonstretur mandatum ante præstitũ nulla erunt acta, quod adeo verum est, quod quanuis oppo
12 sitione hac facta ratificentur per dominũ † omnia acta facta absque mãdato, nihil operabitur ratificatio talis, ex text. in. l. licet. C. de procurat. quem ad hoc allegauit gl. in dict. l. 20. & ex text. ibi à contrario sensu si bene inspiciatur probatur, & quia ratificatio in præiudicium iuris iam acquisiti nihil operatur, & sic venit declaranda. l. nõ
13 eò minus †, C. de procuratori. & eius regula, scilicet quod sententia lata pro procuratore minoris nõ legitime constituto valet & tenet, nam illud verum est & procedit, nisi per partem aduersam oppositum fuerit de illigitimitate procuratoris & minoris & defectus mandati, nam tunc nihil valebit sententia illa etiam in fauorem minoris lata, secundum Ias. in ead. l. non eo minus nu. 1. & gl. in. l. 3. tit. 5. par. 3. sic intelligẽdo tex. ibi cõcordantẽ cũ. d. l. nõ eo minus, neque obstant tradita per DD. in. l. cum ij. §. eam transactionem. ff. de transact. & per glo. ibi, scilicet, quod gesta inutiliter in fauorem minoris valida sunt, si ipse minor velit ea approbare, quia intelligi pos-
14 sunt dummodo † ipse minor approbet ea antequam per partem aduersam de nullitate eorum actum sit, secus vero si postquã de nullitate actum est, quoniam tunc neque in fauorem minoris valebunt, & sic nouissime limito text. illum, & ibidem eius argumento tradita per gloss. & DD. quem certe post sic reperi intellectum per Arium Pine. in. l. 1. 3. parte. numero. 33. C. de bon. mater. & sic venit intelligenda glossa in dicto. §. eam transactionem, quam licet in sua doctrina communiter approbatam dixerit Ias. ibi numero. 2. & plures eam sequentibus refert D. Couarru. in pract. capit. 28. numero. 10. versi. quod si rerum, simpliciter tamen intellecta, prout iacet glossæ illius opinio reprobata est communiter, & contra eam est communior opinio, secundum Orosc. in eod. §. eam transactionem. n[illegible]. 4. nam nisi minor approbet sententiam illam in suũ fauorem latam nulliter, & velit supplere solennitates omissas, approbatioque hæc & suppletio fiat antequam per aduersam partem de nullitate opponatur, nihil proderit minori sententia illa nulla, neque valdari poterit, vt ex supradictis patet, insanabilemque vocat nullitatem hanc defectus mandati, additio Octauian. in practic. Cancellar. à pos. libro. 5. capite. 13. nu-
15 mero. 14. Et an possit quis constituere † plures procuratores, vide per Alciatũ in l. 4. §. Cato. numero. 177. ff. de verbo. oblig.

oblig. Est tamen notandum, quod si dominus sciat Titium in iudicio ejus nomine 16 causam tractare † & non contradixerit, videtur illi mandatum dedisse & ratificare gesta ab eo nomine suo, secundum Innoc. in cap. ex parte decani. de rescrip. relatum per Suarez in titul. de las deudas, quæst. 1. in fin. de cuius dicti veritate videndus est omnino Alexand. in l. sæpe nu. 87. & 88. ff. de re iud. vbi more suo veritatem examinat: quæstionis tamen est, num si in libello adsit clausula illa, peto mihi ius & iustitiã exhiberi super præmissis, omni meliori modo & forma, &c. de qua in rubric. huius tituli diximus, censebitur imploratum officium iudicis, vt quamuis aliud non pe-17 tatur, iudex teneatur † illud impertiri & sic repellere procuratorem agẽtẽ sine mãdato, & si non fecerit sit nullus processus, ac si per partem de defectu mandati opponeretur, & dicendũ est quod non erit nullus processus, eo quod dicta. l. partitarum. 20. titul. 5. part. 3. expressam oppositionẽ defectus mandati requirit ad nullitatem processus intentandam, ex dictis in rubr. in propositum dictæ clausulæ, item quia cum non opponitur censetur partem approbare personam agentem & acta processus, & sic non est censendum virtute illius clausulæ ab hac recessisse approbatione, cum præsumptio approbationis nobilior sit & efficacior, ne iudicia illusoria reddantur, & quia ex. l. 7. titul. 17. infra hoc libro 4. omissis substantialibus iudicij non causatur nullitas in processu nisi per partem bis petatur substãtialia illa seruari. Quæ tamen debeat continere mandatum, vt sufficiens sit, declarat Christophorus Bractėrius, de substantialibus procuratorij per totum, & per nostros Hispanos Valde Peñas, Diego de Ribera, & Monterroso, in suis notulis scripturarum publicarum.

Ibi, [Los repelan, y a los tales procuradores,] verba hæc aduocatis ipsis habentibus & debentibus mandata partium examinare referenda sunt, nõ vero iudicibus applicanda, prout ex præcedentibus & subsequentibus verbis clare colligitur, vt sciant iudices, quod quantumuis ex officio possent agentem sine mandato repellere, vt dictum est: nõ tamen tenentur, ni-18 si per aduersarium opponatur † defectum mandati, alias enim iudex non tenebitur & si non repellat agentem sine mandato, tenebitur tamen aduocatus, vt lex nostra nouissime disponit, & bene, ne aduocatis occasio præbeatur subterfugiendi iudicij, & lites protrahendi, & vt ab hoc onere releuentur iudices examinandi, scilicet mandati, qui quidem alijs iustitiæ ministerijs sunt intenti.

L E X IIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Libelli & petitiones in iudicio proponendæ clarè & distinctè proponendæ sunt, secundum quod in l. nostra disponitur & declaratur.

1 IBi, [Sean ciertas.] Debet enim libellus † esse clarus, certus, & concludens petitionem agentis, per quam demõstratur species futuræ litis sine aliqua incertitudine, alias non valeret. l. 1. ff. de edend. capit. fin. vbi Ancharran. 4. notab. numero tertio, de lib. oblat. l. 25. titulo. 2. partita. 3. text. hic, quem ad hoc alia iura allegando & ex eo alia inferendo refert & allegat Didacus Perez. l. 1. titulo. 4. libro. 3. ordin. glossa, puesta, versiculo secunda regula, columna. 897. in fin. cum sequenti. & Rebuff. in tertio tomo constit. Franc. titulo. de dilatio. articu. 2. glossa. 2. numero. 1. & sequentibus. probatur etiam ex text. in. l. 10. titul. 17. infra isto libro quarto, ibi conteniendo se toda via en la demanda la cosa que el demandador entẽdio

demandar, clare enim in libello de intentione actoris eum proponentis constare debet, prout communem testatur Curtius Iunior, in consilio. 149. numero. 6. quod nulla alia meliori ratione fundari potest, nisi vt reus posit discernere an expediat ei litigare, vel non, & quo remedio se posit iuste defendere, sentētiaq; certa, prout fieri debet, pronuntietur de perpetitis, prout in d.l. 10. probatur. Ibi, sobre que se pueda dar cierta sentēcia, ex quibus verbis infertur etiā hodie sententiā debere esse cōformē libello, prout in eadē. l. 10. Deo volēte dicemus, in glo. sobre. Est tamen verum
2 quod porrecto † libello generali & incerto, si super eo feratur sententia, & pars nō opposuerit de ineptitudine libelli illius, potest sententia sustineri, secundum Didacum Perez vbi supra, colum 899. versiculo libellus autem, quam receptiorem sententiam testatur Dom. Anton. Menes. in l. cum proponas, numero. 10. pagin. 96. C. de transactio. nam cum pars non opposuerit, approbasse videtur libellum, & per cōsequens sententia super eo lata valida erit ex ijs, quæ diximus in. l. supra proxima, & itidem quoniam licet alias in caussis summarijs libellus generalis admittatur, hoc
3 est verum & procedit parte contraria † nō opponente, secus alias, secundum Marantā in. l. is potest, numero. 197. ff. de acquir. hæred. & eund. Marantam in practic. dist. 9. pagin. 190. in paruis, numero. 13. libelli enim ineptitudine non obstante iudex potest pro actore iudicare, secundum Boeriū decisione. 42. numero. 19. fol. 50. 1. part. licet si iudex vellet posset libellum hunc generalem repellere, & iubere, vt specifice proponeretur, & hoc verum crederem si talis libellus generalis & ineptus ex tali generalitate & ineptitudine redderetur obscurus, ita quod male ex eo intētio actoris colligeretur. Sed si licet libellus gene-
4 ralis esset & † ineptus colligeretur ex eo intentio actoris petentis, ita quod posset super eo ferri certa sententia, vt inquit dicta. l. 10. titul. 17. infra isto libr. tunc etiam parte de generalitate talis libelli opponente, procederet libellus ille, secundum Marantā in dicta. pagin. 190 numero. 13. & Meneses. in. l. 1 numero. 35. C. de iur. & fact. ign. & hoc dum tamen ex libello illo posit reus colligere intentionem actoris, vt defendere se posset, aliter enim reo petente declarari talem libellum vt sciat se defendere, si iudex essem sic iuberem fieri, ne reus indefensus remaneret, prout lege illa. 10. attenta voluit Villalobos in sua antinomia iuris ciuilis & regij verbo libellus, numero. 10. 11. & 12. & sic declarabis legem nostram, verbo, y que no se reciban, vbi & repetemus Deo volente, & sic intellectus Villalobos, non meruit reprobari per Olanum eius commentatorem & cōtradictorem in concordia antinomiarum, verbo libellus numero. 32. quia lex quam pro se Olanus allegat patitur hanc declarationem, præsertim attenta dict. l. 10. titul. 17. infra hoc eod lib.

Ibi, [La ley de partida,] quæ optima est in hoc & est. 15. titu. 2. part. 3. vbi Gregor. leges ciuiles allegat.

Ibi, [pidiere restitucion,] in ijs verbis probatur clarisime interdicto restituto-
5 rio etiam ciuiliter intentato † mensem & annum spolij esse apponendos, vt per Roman. consil. 191. de quo late tractat Menochi. in tractat. de recup. pos. remedio 1. nu. 430. cum pluribus seq.

Ibi, [y en que lugar,] nā locus delicti in libello declarādus est, secundum text. vbi Bart. in. l. libellorum. ff. de accusatio. & in l. iniuriarum. 2. ff. de iud. l. prætor edixit, in princip. ff. eod. tit. l. 14. titu. 1. par. 7. debet
6 enim in criminalibus expresio temporis † & loci delicti fieri, secundum Bellonū cōs. 63. num. 2. alias non valebit libellus etiam parte non opponente, secundū eund. Bel. ibi. & Roma. consi. 191. nu. fi. & Alex. l. 1. num. 30. & 31. ff. de edend. etiam si cōsuetudo sit in contrarium, secundum Gome. in princip. num. 44. inst. de actio. & n. 45. & hoc nisi probabiliter accusator ipse ignorare posset locum vel mensem delicti, nam tunc non vitiabitur talis libellus, quātumuis locus, vel mensis in eo non declaretur, secundum Alberi. in dicta. l libellorum relatum & secutum per gloss. 4 in dicta. l. 14. imo & in casu in quo locus declarandus est, si non est ita publicus, sicut platea, debet declarari per confinia, vt. l. forma. ff. de censibus, quod tamen non ita strictè in practica seruatur, prout & Rebuff. in. 3. tomo const. titu. de dilatio. artic. 2. gloss. 2. numer. 19. asseruit significans locum solum absque confinijs declarari sat esse,

esse, sed si de alio loco probaretur debe ret sequi absolutio, secundum Cepol. de seruit. vrb. præd. cap. 24. num. 8. cum. 3. sequentibus, & Anton. Gom. tom. 3. capit. 11. num. 2. Crederem tamen quod cum dicta. l. 10. tit. 17. infra isto libro sola facti veritate inspecta procedendum sit, dum tamen de delicto & de delinquente constet per legitimas probationes, quantumuis de loco delicti non constet, vel probe-
7 tur de alio loco quam in libello † expresso, nihil obesse in practica quin condemnatio fiat prout. d. l. attenta inquit Anton. Gom. tom. 3. cap. 11. nume. 1. &. 6. in fin. & faciũt dicta per Iass. in. l. ita stipulatus. §. Chrysogonus numer. 33. fol. 174. ff. de verb. oblig. & plures alios relatos per Villalobos, in ęrario mille com. opinio. litera. l. num. 161. vbi & inquit quod neque requi
8 ritur † lege illa attenta quod constet de tẽpore commissi criminis, sicut neque de loco, in hæresis tamen causa nulla loci, vel tẽporis declaratio facienda est, secundum Syman. de inst. cathol. tit. 4. numer. 9. vbi nume. 10. limitat. Supra dicta tamen, quod dicta. l. 10. attenta nullam iam loci aut temporis declarationem requiri, intelligenda veniunt primo modo nisi per partem aduersam pro exoneratione sua & innocentia probanda petatur horum declaratio, nã tunc fieri debet vt in gloss. sequenti dicemus. Secundo modo nisi tempus & locus sint causa cõmissi criminis, putà quia in tali loco, vel tali tempore quid faciens deliquit & puniendus est; si tamen alio loco, vel tempore id faceret, non delinqueret neque puniretur, nam tunc omnino probandus est locus, & tempus alias absolueretur reus, prout est doctrina Bart. in. l. nõ solũ. §. sed vt probari. ff. de nou. op. nunti. cuius doctrinam sequitur totus mundus secundum Iass. ibi num. 5. & sequitur Abba. in capi. auditis numer. 28. 29. &. 30. de præscriptio, & Cępola de seruit. rusticorũ cap. 9. num. 15. & Tirach. plures referẽs. de nobilit. cap. 37. num. 75. &. 76. & Iuli. Clarus in pract. crimina. § fi. quæst. 56. nu. 3. & Anto. Gom. d. cap. 11. num. 4. & iterum in cap. 1. num. 63. ad fi. & Auend. cap. 13. præt. num. 8. in fi. lib. 1. Hipoli consi. 2. num. 2. cum pluribus sequentibus, & quoniam tempus est de substantia vide Alex. relatum per Laufr. in pract. capi. 8. nu. 26. fol. 66 in paru. Et an ad impugnandum testamentum vsurarij sit necesse locum &
9 tempus † extorsionis vsurarum apponere vide Bal. consi. 94. li. 1.

Ibi. [en q̃ año y mes,] similis tex. in. l. libellorum ff. de accusatio. & d. l. 14. titu. 1. par. 7. & ibi glos. Gregoriana & tex. in. l. 2. tit. 20. lib. 4. for. quę iura alia plura congerens allegat Anto. Gom. tom. 3. cap. 11. num. 1. cum sequentibus & Didac. Perez in. d. l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. col. 900. in princ. versi. sexta regula: dies tamẽ cõmissi criminis tunc de necessitate explicandus est,
10 quoties reus accusatus hoc petit † pro defensione suæ personæ probanda, puta quia vult negatiuam coarctatam loco & tempore probare, secundum communem assertam per Anto. Gom. d. cap. 11. nume. 5. quanuis ipse ibidem contrarium tenere voluerit contra quem hanc magis communem asserendo opinionem, & ab ea nõ esse in iudicando & consulendo recedendum tenet Dida. Perez. d. col. 900. in medio. & Iulius Clarus in pract. crim. §. 1. quæst. 12. nume. 13. sufficiet tamen tunc diem ab accusatore declarari quauis illam non probet, secundum Clarum ibidem. Est tamen verum quod posset opinio Anton. Gom. procedere quoties iusta causa
11 † non declarandi diem adesset, puta si ex declaratione timeretur dies subornationis testiũ, reusq; ipse in declaratione diei variaret, nunc hac nunc illa die alibi existere asserendo, vel esset vir potens & cauillosus, vel consuetus testes corrumpere, vel actor ipse de die non recordaretur & ita iurat, tunc enim non compelleretur diem commissi criminis declarare, secundum Clarum. d. num. 13. in fi. cautus tamen debet esse actoris aduocatus ne diem commissi criminis in accusatione declaret absque cõpulsione iudicis, ne si forte dũ vnũ diem declarat & de alio probet succumbat, vt aduertit Dida Perez. d. col. 900. in fi. & Anto. Gom. d. ca. 11. num. 6. & Meneses in. l. cum virum num. 45. &. 46. C. de fidei com sed tantum dicat quod in die, vel nocte talis mensis & anni & in tempore, quo ex processu apparebit Titius tale delictum cõmisit, tunc enim nihil periculi accusatori resultabit, vt inquit Menesius vbi sup. n. 49 vel vt ipse ibi inquit num. 47. apponat clausulam, non me adstringens ad

superflua & tenet Clarus vbi supra numero. 14. Verum tamen est, quod siue dies appositus in accusatione probetur, siue non dummodo de delicto constet condemnabitur reus, secundum Anton. Gom. dict. num. 6. & Clarum dict. num. 14. nisi dies esset de substantia ad delictum inducendum, vt supra glo. proxima diximus, & tenet Clarus dict. num. 14.

Vlterius notandum est, quod cum in lege nostra in criminalibus libellis tantum modo certas solennitates esse exprimendas disponatur, non requiritur iam apponi
12 filateriam illam † & verbositatem antiquitus apponi solitam per verbosos aduocatos, scilicet, presidiendo en la yglesia de Dios nuestro muy sancto padre, y reynando en estos reynos el Rey Don Philippe nuestro señor, y siendo v. m. su juez en esta ciudad, &c. & hæc enim superflua iã sunt, neque apponi necesse est, sed solum modo in lege nostra declarata, secundum quod in ijs glosis remanent limitata & intellecta, imo & solum verba consueta sufficiunt, premissas las solennidades del derecho, maxime attenta. l. 10. titulo. 17. infra isto lib. quæ & in criminalibus, vt ex ea patet etiam loquitur, pro quo & faciũt tex. in. l. 5. tit. de las accusationes. li. 4. fori. & tx. in. l. 14. titul. 1. partit. 7. vbi nihil de alijs solennitatibus disponitur, quanuis gloss. 2. in ead. l. 14. & Didac. Perez. vbi supra dicãt quod *de consuetudine nomen regis appo*nitur, falluntur, nam si quæ aderat suo tẽpore consuetudo circa hoc, inoleuit iã hisce temporibus & ab vsu recessit, imo & in casu in quo in aliquo loco dictæ solennitates in libello accusatorio apponerentur, sufficeret vnam tantum earum exprimere cum dictione, &c. nam sub illa omnia, quæ
13 de † consuetudine solebant apponi comprehenderentur, secundum Bart. num. 3. & Ias. 7. in. l. gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & post. & notandum quod idem in causis criminalibus, vbi pœna corporalis erat imponenda requirebatur apponi de iure ciuili, idem in actione famosa erat expri-
14 *mendum, † etiam si ciuiliter intentaretur* secundum Bart. in. l. viro. ff. solut. matrim. & communem ex Socin. consil. 109. titu. 3. testatur glo. in. l. 2. titul 9. partit. 4. teste Villalobos, in ærario mil. com. opin. litera. l. nu. 165. hodie tamen vt diximus, in nullo delicto etiam grauissimo apponitur alia solennitas, quam illa, præmissis iuris solennitatibus necessarijs, quidquid in famoso delicto dixerit gloss. 2. in dict. l. 2. titul. 9. partit. 4. nisi aliud in eo speciale dispositũ reperiamus prout in adultero reperitur. In eo enim apponi solent, & vna solennitate specificata ponitur dictio, &c. cum clausula y premissas las solennidades de derecho necessarias, & sufficit: sed attento iuris rigore, vel vt melius dicam, æquitate & veritate attenta quanuis nulla solennitas, vel clausula præmissis, &c. non apponeretur non erit illusorium iudicium, sed veritas attendatur, iuris enim appẽdices vitandi sunt gaudentque breuitate moderni.

Ibi, [Que no se reciban y que se repelã,] *cum verba hæc ad iudicem dirigantur*, ex legeq;. 10. titu. 17. infra isto lib. in libello res certa contineri debeat, ibi conteniẽdo se toda via enla demãda la cosa, &c. merito quod si libellus generalis & incertus sit, iu-
15 dex possit illum † repellere ex officio suo etiam parte contraria non petente, secundum Auend. resp. 1. num. 19. ineptũ enim libellum potest iudex ex officio repellere, secundum glossam in. l. 1. ff. de offic. asses. & l. 2. C. vt *nemo priu.* quas & alias allegat Rip. in. l. 4. §. hoc autem. nu. 45. ff. de dam. infect. vbi num. 46. inquit quod etiam libellum contra consuetudinem, aut statutum potest iudex ex officio repellere, imo *& dentibus illum lacerare, secundũ Dom.* Anton. Menes. in. l. vbi pactum. nume. 21. pag. 177. C. de transactio. cuius rationem reddit Ripa vbi supra, ne iudicia sint illusoria, & partes inanibus vexentur laboribus & expensis, siquidem si ex *incerta* & gene-
16 rali narratione colligi non potest, † quæ sit quantitas, vel res quæ petitur, libellus erit nullus, secundum Bald. in. l. edita. nu. 22. & in repetitione Paduana. num. 63. C. de edend. sed si colligeretur quid petitur, tunc potest optime iudex ferre super petitis certam sententiam, non vero excludere libellum, prout in glo. supra proxima diximus, & tenet Maranta in pract. pag. 398. *num. 16. & Clarius pag. 190. in* paru. nu. 13. & 14. & Bald. dict. num. 63. & ita intelligendum & declarãdum est quod inquit Villalobos, in sua antinomia iuris ciuilis & regij litera. l. num. 12. & ita text. in. l. 1. ff. si mensor. fal. mod. dix. per quem glo. 1. ibi inquit

inquit libellum ineptum reijciendum, declarat & intelligit Bart. in l. 1. in princ. numer. 19. ff. de edend. vbi Ioan. Orosci col. 720. versi. 40. hanc veriorem & receptiorem esse opinionem testatur & tenuit Marantia in pract. 3. part. 6. partis tit. de sententia numu 68. & 69. pag. 514. vlterius notandum est quod tunc libellus incertus & alternatiuus iuriciuili attento erat reijcien-
17 dus, quoties declaratio incertitudinis † vel alternatiuę erat in potestate creditoris, secus vero si debitoris tantũ, secundũ Bart. in l. vbi autem non apparet: §. illud. ff. de verb. obli. & ibi communiter docto. teste Anto. Gom. tom. 2. c. 11. n. 40. in fi.

Ibi. [como sobre herencia,] in petitio
18 ne enim hæreditatis libellus generalis † & incertus procedit, secundum tex. in l. non possumus. vbi glos. idem in sententia dicit. ff. si pars hæred. pet. l. hæreditas. ff. de acquirend. hæred. l. 4. & l. si quo tempore ff. de peti. hæred. quas ad hoc allegat Rebuff. in 3. tom. const. fran. titu. de dilatio. articulo 2. gloss. 2. nume. 8. vbi nume. 9. idẽ esse asserit si agatur actione in factum ex re iudicata, vel si quis petat rem satis suis limitibus limitatam, vt ibi per eum num. 10 & idẽ quod lex nostra disponit & tex. in l. 26. t. 2. part. 3. qua ratione satis erit libellũ petitionis hæreditatis iudici offerri absque rerum hęreditariarum expressa mentione. quo quidem libello eum proponens petere debet se pronuntiari hæredem & declarari ad eum pertinere hæreditatem petitã, damnarique aduersarium ad restitutionẽ omnium rerum ad hæreditatem illam pertinentium, prout ex multis iuribus tenuit gloss. Bart. & omnes in l. 1. ff. de edend. quem & alios ad hoc allegat Couar. in practi. quæst. capi. 12. numer. 1. vbi ipse late de hac hæreditatis petitione tractat, & an detur cõtra titulo possidentẽ, de quo p Ant. Gom. l. 45. taur. n. 153. cũ pluribus sequẽt.

Ibi. [lo mismo pidiendo, arca, o baniol, fardel, o maleta,] similis est tex. in l. 15. titulo. 2. part. 3. & tex. in l. 1. §. si cista. ff. de positi: vbi glos. optime verbo deposita, inquit quod tunc necesse esset probare res, quę in tali fardello arca vel maleta existebant, quanuis in libello non essent declarandæ, de quo & tradit Bart. in l. in actionibus col. fi. ff. de in lit. iurando, & ibi Iass. num 41. vbi tandem concludunt & testatur ibi Iass. esse communem opinionem, quod si cum arca, vel fardellus, vel quid
19 simile deponitur †, penes aliquem traditur clausa & signata, post vero cum restituitur traditur aperta, tunc iuramento ipsius deponentis probabuntur res, quę ibidem clausæ traditæ fuerant, prout & testatur Anto. Gom. tom. 2. c. 7. num. 2. & probat tex. singularis in hac materia in l. si quãdo. C. vnde vi. & in l. 11. tit. 15 libr. 4. for. & text. in l. 2. tit. 11. par. 3. versi. e tal iura como esta, & l. 9. tit. 10. par. 7. & tunc probato quod cista illa, arca, vel maleta fuerũt tradita clausa & signata & reddita postea aperta per depositarium iuramẽto ipsius deponentis probari poterunt res ibidem contentæ & ęstimatio earum secundum supra dicta iura & docto. & d. l. 2. titu. 11. par. 3 licet secundum Iass. in d. l. quanuis. num. 27. per aduersarium poterit probari res illas non valere tantum quantum per dominum earum iuramẽto assertum est, sic & videmus quod probato surto, vel fa
20 comano iuramento partis † statur super scripturis amissis & tenore earũ, secundũ Afflicti. decisio. Neapo. 13. num. 10. Est tamen notandum quod iuramentum hoc præstandum per deponentem erit verita-
21 tis † non vero affectionis quando propter difficultatem probationis præstatur propter dolum ante sententiam commissum, secus vero si propter rẽ aliquã dubiã vt certa efficiatur, secundum glo. l. videamus. §. iurare verbo ex magna. ff. de in lit. iur. & Bart. in l. 3. §. in hac. num. 6. ff. commod. qui videndus est pro horum declaratione & Ferrara. in pract. in forma libelli in actione reali. §. in florenis num. 10. in fi. & Imol. in. cap. extra quod metus causa. & vide. l. 5. titu. 11. par. 3. & tradit Abb. in. d. c. fin. aduerti tamen debet quod si depositarius ipse, secundum Iass. vbi supra nullam
22 culpam † in rerum illarum amissione habuit, & ita probetur, vel etiam si de culpa cõstaret, appareret nullum dolum habuisse depositarium hunc puta quia arca illa cista, vel fardellus signata erãt signo leui, & tali, qui faciliter apperiri poterat, vt dicit Anto. Gom. vbi supra, non stabitur iuramento deponentis, dolus tamen in dubio tradita cista, arca, vel fardello apertis præsumatur contra depositarium, nisi contra ipse probauerit, ex dictis & similibus proba-

bationibus. Omnia autem supradicta intelligenda sunt eo modo, quo locuti sumus, scilicet quoties arca cista, vel fardellus signata & clausa traduntur in custodiam, vel depositum prout ex text. nostro apparet, ibi en guarda, & tradit Anto. Gom. vbi supra, secus enim esset si secundum eum ibi, quis poneret cistam, vel balisiam aut far-
23 delluum† in domo mea, vel camera mea me sciente, & patiente, quia non est depositũ si relicta domo vel camera aperta dominus ipse cistæ aut balisiæ, vel fardelli recedat, & res ibidem inclusæ furatæ sint, tũc enim non tenebor ego dominus domus, vel cameræ nisi aliquid contra me probetur, vel ex officio tenerer ad custodiam vt in caupone & domino nauis, quia inter nos non præcesit tractatus ex quo ad custodiam teneat, prout tenetur hospitator ex titulo, nautæ caup. stabul. & text. l. 26. & 27. tit. 8. part. 5. & l. 7. titu. 14. par. 7. & gloss. ibi. & tradit Auend. cap. 8. præt. num. 4. lib. 2. & Rebuff. 2. tom. const. Franc. titu. de hospitibus per totum, quem vide, & Parisium optime in consil. 74. volũ. 1. & Clarum in lib. 5. senten. §. furtum num. 27. vbi inquit quod in hoc casu cum traditur balisia clausa & redditur aperta nõ est necesse q̃ caupo sciret res, quæ in balisia erant, neque obstat l. 26. titu. 8. part. 5. ibi con sabiduria, quia illa lex loquitur, quoties cauponi vel nautæ non traditur balisia clausa, sed tantum immittitur in hospitio, vel naui: tunc enim secundum illam legem. 26. scientia nautæ vel cauponis requiritur rerum ibidem contentarum, vt teneatur pro furto earum ab alijs facto, nos vero loquimur quoties ipsi nautæ, vel cauponi traditur balisia clausa & reddit eam apertam, tũc enim tenetur quanuis rerum ibidem contentarum notitiam non habuerit, de se enim cõqueratur, qui noluit scire & inquirere res, quæ ibi essent, ex doctrina Abb. c. innotuit num. 9. de electi. & Ias. l. si res obligata nu. 40. de legatis primo, quid tamen si ponitur res in hospitio & datur clauis cameræ
24 hospiti, si furentur res ibidem† inclusæ an tenebitur hospitator, vide Auend. vbi sup. & gl. fi. in d. l. 26.

Ibi, [jurare,] similis est text. l. 1. §. si quis argentum. ff. deposit. & text. in dicta. l. 15. in fi. titul. 2. part. 3. & per dictum. §. si quis argentũ, inquit Ioan. And. relatus per Abb. in cap. 2. num. 7. de lib. oblat. quod si
25 per ignorantia nominis, vel rei petitæ† standum est iuramento libellantis.

Sequitur Titulus Tertius, De los emplazamientos.

ET cum superiori titulo de libelli oblatione dictum sit, qui quidem libellus porrectus debet parti contra quam porrigitur notificari & citari ad satisfaciendum libello illi, ideo immediate post titulum præcedentem sequitur noster titulus de citationibus, & quanuis soleant pluries citari partes, & citatione facta libellum & petitionem proponi, vt licet videre ex Rebuf. in. 3. tom. constit. Franc. titul. de publicatione attestation. num. 13. & 14. id tamen in casibus leuibus fieri solet, non vero in grauibus, & ita inquit ipse Rebuf. ibidem in titu. de citationibus in arti 3. glo. vnic. nu. 1. & sequent. vtilius esse quod in citatione libellus inseratur, prout & in. l. 1. huius tituli dicemus Deo volente, & in dicto titulo de publicatione attestati. ponit ipse Rebuf. succinctè modum & ordinem procedendi in iudicio.

QVa sic continuatione præmissa antequã textualia aggrediamur pro huius rubricæ exornatione pauca prius præ-
1 mittenda esse duxi. Primo quid sit citatio† & in hoc vt breuitati consulamus Didac. Perez hic colum. 813. refert duas citationis diffinitiones, quæ per ipsum videri possunt, & ante eum per Rebuff. in. 3. tomo const.

const.Fran.tit.de citatio.in prefatione.n.20.&.21.vbi nume.22.cum sequentibus pluribus tradit quo iure sit inuēta citatio, & ex inde plura infert per ipsum videnda ne alienos transcribamus labores, quotu-
2 plexque sit citatio † tradit Didacus Perez vbi supra.col.816.quæstio 4.vbi in duplicem conuertit, realem, scilicet, & personalem, realis est, quæ alio nomine personalis vocatur eo quod persona capitur, verbalis vero quæ solo verbo fit, & hæc est propria citationis distinctio, Maranta tamen in pract. verbo citatio nume.50.pag.363. inquit sex esse species citationis, scilicet, realis, verbalis, & quæ fit per literas, & quę per editum & alia proclama, & alia per cāpanam, seu tubam, ego tamen meo iudicio rectius dicendum esse puto cum priori distinctione, scilicet, citationem distingui inter realem & verbalem, vt dictum est, & realis fit per apprehensionem personæ,
3 verbalis vero fit † vno ex sex modis & formulis, aliquādo enim fit solo verbo & hęc cōmunius habetur in pract. aliquādo vero per literas, & hæc solet etiā quotidie fieri in negotijs pendentibus in aliqua ex cancellarijs & locis distantibus à populis vbi citandi viuunt, aliquando & tertio fit per proclama, vel per edictum, vel per vtrunque simul vt quando absentes delinquentes vocantur: aliquando vero citatio fit per pulsationem campanæ, vel tubæ alicuius. & certe, postquam hæc consideraui & scripsi, vidi Rebuff. sic considerantē in dicto titulo de citatione in præfatione num.45.cum pluribus sequent. & Meno. de arbit.iudi.centur.5.casu.463.& de recup.pos.rem.8.num.101.vno tamen siue alio nomine nuncupentur nihil interest ad citationis vim, sed mos regionis in forma citandi seruandus est. Postrema tamen citationis forma, scilicet, per campanam,
4 vel tubam raro † fit ad citandum aliquem, nisi quando concilium ciuitatis, vel aliqua multitudo hominum est congreganda, vt inquit Rebuf. vbi supra num.106.& 107.
5 citatioque ista verbalis † aliquando, hominis mandato, aliquando vero iussu legis fit, vt licet videre ex Dida. Perez vbi sic colu. 816.in fi. cum sequenti, vbi inter has duas citationis formas differentias ponit quas desumpsisse credo à Rebuff. vbi supra nu. 47.cum sequent. aliquibus. Quo autem iu-
6 re sit inuenta † citatio, vltra Dida. Perez vbi sup.& Rebuff. vbi supra videri potest per Maranta.in pract.4.part.distin.9.nu. 9.pag.188.& iterum in titulo de citatione.nume.3.pag.353.in par.& Afflict. decisione.245.num.10.vbi dicunt de iure diuino esse inuentam citationem, ex authoritate illa Genesis.3. quod Deus ipse Adamum transgressorem præcepti diuini iam factum noluit condemnare nisi eo vocato & audito, ex quo per supra dictos infertur citationē à principe tolli non pos-
7 se, † sed potius in vnoquoque actu ex quo præiudicium alicui inferri potest præiudicandum, esse omnino citandum prius, ex l.de vnoquoque.vbi docto.ff.de re iudic. vbi plura traduntur, & præsertim, quod ad
8 sententię etiam interlocutoriæ (præiudicialis tamē) pronuntiationem citationem esse necessariam, vt, & per Orosci.in.l.nec quicquam.§.vbi decretum.nume.58.col. 430.ff.de offi. proconsul. vbi ex hoc infert plura: imo neque valet actus si alia ho-
9 ra, quam hora † citationi præfixa fiat, secundum Hipol.in.d.l.de vnoquoque numer.45.neque attenta dispositione.l.10. tit.17.infra hoc libr.4.citationis forma & obligatio censetur sublata neque etiam ea attenta procedi potest contra non citatū neque inauditum secundum Auend.resp. 1.num.10.vbi ipse inquit quod neque cōsuetudine tolli potest citatio, quantumuis in regio consistorio dicat ipse sine citatio-
10 ne † procedi ad sententiæ diffinitiuæ prolationem, eò quod hunc senatum tanquā deum cognoscere asserat, propter quod secundum cōscientiam sententiare potest secundum Rebuff. in concor. Regni Fran. in prohemio in glo. summas pag.8.versi. decimoquinto & in.l.fi.ti.17.infra eo. iterū declaratius dico vbi & sicut hic dubito & cōtrarium audio fieri, nam si Deus ipse cui nihil est absconditum, & apud quem hominis sapientia stultitia iudicatur, & pro tali habetur, noluit ipsum Adamum inauditum & incitatum condemnare, cur debet posse aliud facere hominū senat⁹ qui & tam multum errare potest? homines enim
11 sunt, & quia in summarijs † etiā procedi nō potest nisi partibus citatis, secundum Capitu. deciu Neapoli.1. cur & in grauibus, quæ communiter in regio senatu tractantur, non requiremus citationem? nisi dicamus

mus secũdum, quod inquit Capiti. ibidem nume.36. quod vbi quis citatus esset ad se defendendum, & auditus fuisset, posset princeps & eius senatus supremus ferre sententiam absque alia citatione, quanuis in causis grauibus etiam partibus auditis ad sententiam diffinitiuam partes ipsę citã tur, & num.37. inquit itidem ipse Capitius
12 quod si partes sunt præsentes † vel procuratores eorum, dum pronuntiatur sententia nulla citatio ad pronuntiationem requiritur, inquit enim Bald. relatus per Rebuf. in dicto titulo de citatione in pręfatio.nu. 54. fatuum esse iudicem habentem partẽ, vel testem in conspectu suo, & iubentem nuntio vt citet, neque tunc citatio est necessaria, prout crebriorem testatur Orosc. in l.1.num.4.ff.de in ius voc.colum.621. quod tamen verum aliqui intelligunt in ijs, quæ ad processum pertinent, in quibus terminis DD. loquuntur, secus vero si agatur de prolatione sententię, quoniam tunc non sufficit præsentia nisi constet de citatione & præcedentia eius, vt per glossa. in Clemẽ. sæpe, verbo ad id de verb. signi. & per Bart. in extrauaganti ad reprimendũ, verbo super dicto crimine, & Cumanum consil.7. visis in princi. & Decium in cap. ecclesia sanctæ Mariæ de const. alias sentẽtia erit nulla quasi parte non citata & istud verius asserit Ronchegallus in tractat. de duobus reis constitu super l.4. nume.23. & sic in audientijs ecclesiasticis fieri solet, citantur procuratores præsentes ad pronũtiationem sententiæ & statim pronuntiatur facta citatione & non ante: in iudicijs vero secularibus si procuratores præsentes sunt in negotijs leuis præiudicij pronuntiatur sententia præsentibus procuratoribus, & statim eis notificatur, in grauibus vero citantur prius, prout in iudicio ecclesiastico, & ita consulo faciendum ne partibus ansa præbeatur calumniandi iudicia, sed num ad relaxationem iuramenti obtinendam ad effectum agendi, vel excipien-
13 di tantum citatio partis † aduersæ requiratur, & in hoc in varias itum est sententias, nam doctores citati per Didac. Perez hic colum.824. quæst.16. tenent citationem requiri, & quod hæc est cõmunis opinio, alij autem quam plures tenent contrarium, & quod hæc est magis communis opinio, vt attestatur Matthæus Afflict. decisione 220. num. 10. imo & tunc etiã inuita parte concedenda est talis relaxatio, prout tenent plures relati per Castillo, in l.64. Taur. num.72. & Couar. lib. 1. Var. cap.4. num.5. versic. tota igitur de quo & late agitur per Tiraquel. in tract. res inter alios act. limitatione.30. vbi eam aliquibus modis declarat, & nouissime post hæc cõciuis meus Doctor Gutierrez in repetitione authent. sacramenta puberum, nu.111. cum aliquibus sequentib. & hæc secunda practicatur opinio quotidie in iudicijs & tribunalibus ecclesiasticis, nã si inuita parte contraria concedenda est relaxatio hęc nulla est necessaria citatio vbi defensio nihil operatur, vt Deo volente dicemus in l. 2. titul.13. versic. restituya a la parte, infra isto lib. Ex quibus cum ita necessaria sit par
14 tis citatio solet appellari fundamentũ † iudicij tam in diffinitiua quam in interlocutoria sententia, prout communem testatur opinionem Anton. de Tremolis relatus per Villalobos, in suo ęrario mille com. opin. litera c. num.59. vbi cum pluribus sequentibus hæc ampliat & limitat. & sic ci-
15 tatio de processu † dicitur, secundum Lãfranc. in cap. quoniam contra titulo de citationibus, num.1. pag.20. in paru. extra de probatio. & Maranta in pract. titul. de libel. oblatione, num.14. pag.397. aliud esse in libelli porrectione asserit, scilicet quod libelli porrectio non est de processu iudicij, nam per solam libelli oblationem non
16 dicitur † iudicium cęptum, vt in l.1. & ibi glo. titul.7. part.3. licet à communiter accidentibus citationem libellus & petitio partis præcedit, vt iudex possit deliberare an super deductis in libello procedi possit secundum Marantam vbi supra, num.17. pag.398. & ideo non sine mysterio titul. de libellis & petitionibus præcedit nostrũ titulum de citationibus in nostra hac recopilatione. Sed an citationem præsumendũ
17 erit † interuenisse ad pronuntiationẽ sententiæ quãuis in sententia non dicatur & Didac. Perez hic col.825. quęst.18. inquit quod citatio nũquam præsumitur nisi probetur cum sit quid facti, ex. l. sciendum & ibi DD. ff. de verb. obliga. nihilominus tamen in citatione ad sententiam proferendam reperio communem opinionem testari Ias. in l. si se obtulit. §. condemnatum num.8. ff. de re iud. relatus per Villalobos in

in suo ærrario mille commu. op. litera. c. numero. 75. quod præsu mitur in dubio citationem precessisse, quamuis de ea mentio non fiat, & hanc magis communem dicit Alex. in. d. l. de vnoquoque nu. 4. ff. de re iud. & hoc propter præsumptionem sententiæ quod iusta fuerit & iuridicè lata, & ne illusoria reddantur iudicia. Et an requiratur noua citatio si pro prædecessore

18 † facta fuit, tradit gloss. emplazar in. l. 5. ti. 22. par. 3. plures tamen casus vbi cita-
19 tio non † requiritur tradunt relati per Villalobos, vbi supra & Dida. Perez, hic col. 815. in fine, & casus vbi quis citari non po-
20 test † vide per glos. per tex. ibi in l. 2. titu. 7. part. 3. & effectus citationis describit Rebuf. in dict. tit. de citatio. in præfatione num. 115. cum sequent.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM LEGIS.

1 *Terminos in citationibus in, curia audientijs & chancellarijs regijs solitos apponi, lex nostra declarat & determinat.*

Ibi. [de termino de treynta dias ,] citatio enim certituidinem & terminum vt va-
1 leat † debet continere, vt probatur ex. l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. quem tex. & alia plura iura ad hoc allegat Rebuff. in concordata Regni Fran. 1. par. rub. de const. gloss. terminum pag. 51. in mediocri impressione, vbi testatur quod hanc opinionem probat consuetudo, quã & plura allegando allegat Boheri. decisi. 235. per totam, & quotidie sic videmus vti & practicari, quanuis Speculator relatus per Rebuff. vbi supra. & per Marant. in pract. tit. de citatione num. 65. pag. 367. contrarium vti asserat, cuius opinionem communem dixit Iass. in. l. liber homo. §. 1. nume. fi. fol. 147. ff. de verb. obliga. qui conatur inter has opiniones vnam apponere concordiam, quam & refert Dida. Perez hic col. 822. quæst. 12. & glossator Grego. in. l. 11. tit. 7. par. 3. in gloss. 1. quæ quidem concordia quia non placet omitto describere, in vtroque enim membro ipsius concordiæ doctores assignantes & tenentes secundam opinionem asserunt valere citationem absque termino & quod tenetur sic citatus comparere quam primum potest, quam & communem etiam testatur Matthæ. Afflict. in const. Sicil. li. 1. rub 90. num. 6. opinionesque has contrarias refert etiam Præpositus in cap. cum parati num. 12. & 13. de appellatio. supra dictamque Iasonis concordiam testatur communem Lanfran. in ca. quoniã contra falsam, ti. de citatio. num. 19. fol. 23. in paruis, deprobati. ex generali tamen cõsuetudine videmus iam in omni citatione terminum apponi, & de stillo omnium curiarum sic approbatum habemus, neque iu-
2 dex, vel parlamentum † secundum Rebuff. vbi supra. in. 3. tom. constit. Fran. tit. de contumacia arti. 2. gloss. vna numer. 1. debent concedere contumaciam, vel defectum nisi constet de die assignata, & ita ex text. nostro & ex. l. 7. tit. 7. par. 3. consuetudine habetur approbata, & in citationibus curiarum sic etiam apponi terminũ videmus, & maxima ratione fundatur, nã quomodo contumacia accusari posset nisi terminus assignetur in citatione, imo &
3 terminus debet esse competens ad † comparendum alias non arctabit citatum etiã ad comparendũ post terminum, secundũ Bart. per text. ibi. in d. l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. & Abba. in cap. cum dilecti col. penul. de dol. & contum. quem & alios refert Rollandus, consi. 39. nume. 27. libr. 1. horam tamen apponere neces-
4 se non est † sed hora solita causarum est comparendum, secundum Marant. vbi supra. num. 66. & Præpositũ vbi sup. nume. 14. de quo & an locus sit in citatione inserendus, remanet dictum in. l. 4. tit. 9. lib. 3. supra in glos. y en lugar, & an si dies termini

5 mini cadit † in diem feriatam valeat citatio vel transeat in diem sequentem, tradit Maranta vbi supra num. 120. cum. 3. sequent. pag. 379. & Didac. Perez dict. lib. 3. ordin. colum. 820. quæst. 8. & de consuetudine habetur quod transit in diem sequentem. & an dies termini computetur in termino alio in loco diximus, & tradit Didac. Perez vbi supra col. 827. quæst. 26. & practicam solitam haberi in huiusmodi citationibus describit Maranta in d. pag. 367. num. 67.

6 & modos citandi in nostro regno † breuiter & succincte inserere consentaneũ duxi vt præmanibus habeantur. & à maioribus tribunalibus incipiendo, est primus citandi modus ille, qui habetur in supremo regis senatu & regijs chancellarijs, comparens enim actor dicit, quod intendit se mouere & mouit litem contra talem potentẽ & magnatem, & super tali re & per casum curiæ, ideo petit literas & prouisionem citationis offerendo informationem de casu curiæ, & instrumẽtis præsentatis, vel oblatis probationibus, secundum quod in. l. 1. supra titulo proximo dictum est, & habito pro notorio casu hoc curiæ, datur prouisio de emplazamiento regio sigillo signata, quæ quidem si expeditur contra magnatem titulum habẽtem mittitur cum ea vn portero de consilio, qui rex armorum vocatur, vel datur alguazellus aliquis, secundũ quod optime inquit Celsus in reperto. leg. reg. verbo emplazamiento, vers. 1. & vers. 38. vbi quid prouisio hæc continere debeat, declarat, citatusque virtute talis regiæ prouisionis habet terminum nostræ legis, qui quidem si intra illum non comparuerit per se vel procuratorem suum puniri poterit pœnis legis. 14. infra hoc titul. & lib. & hoc si persona citata non est ecclesiastica, sed secularis, nam si ecclesiastica esset puniretur pœna. l. 13. infra eo. nisi haberet iustum impedimentum, prout in dicta l. 14. dicemus fauente Deo. Si vero citan-

7 dus non est magnas, sed miles † aliquis particularis, quem timet pars citare, datur sibi alguazellus, qui cum eo ad citandum vadit, sed si non est ita potens neque timetur de eius citatione, ipsimet parti traditur prouisio regia, vt cum ea coram aliquo tabellione & testibus, citatio fiat in prouisione ipsa specificata, eiusque prouisionis notificatio ponitur à tergo ipsius prouisionis per tabellionem ipsum cum die, mense & anno & testium adhibitorum præsentia & cum nominibus eorum: Et terminus citationis in hisce regijs prouisionibus insertus vnus est, & peremptorius, vt patet ex. l. infra proxima: sed cũ partes in curia vel chancellaria præsentes existunt, verbo tenus per ostiarium citari solent, qui vocat partem stantem extra ostium: eademque forma citandi seruatur per alios iudices curiæ & chancellariæ, scilicet por alcaldes de corte, del crimen, o de los hijos dalgo, secundum quod magis consuetum est fieri consuetudine, vel stillo, eademq; forma solet adhiberi cũ per appellationis viam vel in gradu de fuerça absque testimonio, vel cum eo datur prouisio compulsoria, & citatoria, vt exemplum & transumptũ processus detur à tabellione aliquo parti appellanti in processu illo, ad prosequendam ipsam appellationem, & vt pars appellata citetur ad prosequutionem litis in gradu appellationis, vel de fuerça, quo quidem in gradu de fuerça originaliter ad curiam vel chancellariam processus trahitur, & partes comparent per se vel procuratorẽ suũ ad allegandum de iustitia sua cum commi natione & tribunalis assignatione si intra terminum in prouisione regia declaratum non comparuerit citatus per se vel procuratorẽ suum, quæ cum præmanibus quotidie habeantur & omnibus pateant nihil est amplius in eis immorandum: cum autẽ, vt ad incæpta redeamus, citatio facienda

8 est iussu † inferiorum iudicum in ciuitatibus, villis & territorio eorũ practica hæc habetur, nam aut citatio hæc facienda est in ciuitate ipsa vel villa vbi iudex præsidet, aut extra, in territorio tamen suo, & priori casu fit multipliciter, aliquando enim & primo fit voce viua à iudice ipso & hæc dupliciter fieri potest, primo modo quando iudex sedens pro tribunali ore proprio citat & vocat partem præsentem, & ista cita-

9 tio, quæ per iudicem ipsum fit † valet & arctat citatum ac si fuisset citatus per tres denũtiationes, vt in l. cessante. C. quomodo & quando iud. & in cap. 1. de re iud. tradit Abb. in lectu. c. ecclesię S. Marię. num. 8. de constit. idem Abb. in capit. quoniam Abbas. nu. 2. de offic. deleg. & in cap. 2. numero. 2. de testibus, & Rebuff. in. 3. tomo const. Fran. titu. de citatio. in præfatione, num.

num. 15 & 53. & hunc illius legis, cessante, vocat communẽ intellectum Ab. in d. nu. 8. & procedit etiã si ipsemet iudex nõ dicat ꝙ peremptorie citat, secũdũ Bar. in l. si finita. §. Iulian⁹. n. 4. ff. de dã. inf. adeo vt idẽ sit si à nũtio præsente tamẽ iudice sit facta citatio hec, sm̃ Ias. in l. si procuratori. n. 3. ff. de verb. oblig. fol. 110. inquit tñ Rebuf. d. nu. 53. ꝙ fatuus est iudex, qui dũ habet partẽ vel testem in cõspectu suo iubet nũtio vt illũ citet. Alio & secundo modo fit hæc citatio per iudicẽ scilicet, quando pronũtiat sententiã interlocutoriã in præ
10 sentia partiũ, vel procuratorũ †, quoniam tunc ore proprio videtur citare partes, putà cũ ad probationẽ partes recipit cũ termino cõmuni & citat partes ad videndum iurare testes, hoc enim sufficit, neq; alia requiritur citatio nisi notificatio huius actus. Secunda vero est citatio, quæ fit per apparitorẽ executorẽ, vel nuntium iudicis, vt in l. omnes. §. verũ si apparitor. C. de episc. & cler. l. fi. C. de iudi. cap. cũ parati, de appell. c. prudentiã de offi. del. & hæc magis vsitata est, vt in l. 3. infra eo. patet: tertia vero citatio est, quæ fit per violentiã quoties quis inuitus personaliter ad iudicẽ ducitur, ex tex. iuncta doctrina doctorũ maxime Ioã. And. in ca. Romana. §. cõtrahentes, de for. comp. in. 6. ibi, trahere coram se, quotiescũque quis super re parui valoris conuenitur, nam tunc statim vocatur personaliter coram iudice, vt ibidẽ disceptetur & finiatur lis, vel cum aliquis vocatur à iudice pro informatione alicuius rei facienda: tũc enim apparitore ipsi iubetur quod absque illo non redeat coram iudice. Alio & quarto modo fit citatio per partem ipsam actricẽ petentem, & fit cum sigillo iudicis, vt per Bartol. in l. 1. ff. de seruis fugi. & in l. eum qui. §. si epistolam. ff. de furtis, & eund. Bar. in l. iuste posidet. ff. de acqui. pos. refert Iason. in §. quadrupli nu. 32. insti. de acti. qui modus citandi in audientia Scholastica Salmantina vtitur & practicatur multoties, & probatur ex l. 6. titu. de los emplazamientos lib. 2. fori. ibi por su carta de juez o sello conocido, de qua citationis forma mẽtionẽ fecit gl. singularis in. ca. significauit, de appella. allegata ad hoc per Rebuf. in d. præfatione, dicti titu. de citatio. n. 65. & de hac sigilli citatione quasi nunquã vtitur in foro seculari, secũdũ Rebuf. vbi sup. n. 66. nisi in casu in quo ij, fam citationẽ procurans esset multũ pauper, & citandus inueniri nisi difficulter non posset, tunc enim solet aliqñ concedi cũ maxima tñ difficultate, & iuste ne ad arma partes deueniant. Alio & quinto modo fit citatio scilicet per tabellionẽ notificantẽ libellũ vel ex mandato iudicis parti alicui absenti à præsentia iudicis ipsius, vt cõpareat corã iudice, vel ad videndũ iurare testes partis alterius, ex c. circũ celliones. 23. q. 5. ibi si illorũ notarijs. l. quãuis. ff. de in ius voc. l. libert⁹. 2. eo tit. nã quãuis eadẽ. l. libertus, dicat ꝙ libel-
11 lus nõ habet vim † citationis, & ita tenet gl. fi. & alibi diximus, libelli tñ notificatio per tabellionẽ facta vim citationis habet, vt vult gloss. 1. in ea. l. libertus, & Orosc. in l. 1. in princ. ff. de in ius voc. n. 4. col. 621. de qua quotidie vtitur sm̃ Rebuf. vbi s. n. 70. præsertim cũ pars, cui notificãdus est ille libellus abest à ciuitate illa & loco vbi præsentatur, tuncq; notificatur libellus cũ mãdato iudicis facto vt intra certũ diẽ per se, vel procuratorem suum compareat ad respondendum, vt l. 16. titu. 1. partit. 7. probatur & in l. 1. titu. de los emplazamiẽtos lib. 1. fori: solet etiam & quando citandus abest à loco iudicij per solum mandatum iudicis citari ab aliquo ex tabellionibus loci illius, intra territorium tamẽ iudicis ipsius vbi citãdus viuit, pedaneis iudicibus illiusmet loci directum, in quo continetur, qualiter corã ipso domino iudice cõparuit Petrus & petijt à Ioanne vicino ipsius loci talem rem, quod compareat ad se defendendum per se vel procuratorem suum intra talem terminum & si comparuerit audietur, alias procedetur in causa in eius absentia vsque ad sententiam inclusiue & tassationem expensarum, & signantur ei strastus iudicij & tribunalis secundum formam consuetam, & vocatur mandamiento citatorio cõ asignacion de estrados, de quo in l. 1. in fin. sup. eo. & aliquãdo in ipsomet mandato inseritur tenor libelli, & si extra territorium iudicis citantis citandus viuit mittitur cum requisitoria, & facta notificatione & à tergo ipsius mandati vel requisitoriæ apposita trahitur ad iudicium vt in termino accusetur contumacia, & si citatus tunc nõ comparuerit, poterit actor eligere viã primi & secũdi decreti, ex text. & ex materia in. c. qm̃ frequẽter, vt lite nõ

cont. & l. 1. titu. 8. & l. 10. tit. 23. partit. 3. & in titu. de los assentamientos, infra isto lib. & ibi latius dicemus Deo volente; & tunc eligitur hæc via si citatio est facta in persona & causa est maioris valoris sex centum marapetinorum secundum text. in l. 15. titu. 8. libr. 2. supra & eligitur tunc hęc via, vt reus tædio affectus veniat responsurus. l. is cui in principio. ff. vt in poss. leg. vel potest petere actor ipse q in lite procedatur ac si citatus comparuisset, vt probatur in l. 1. titu. de los assentamientos, infra hoc libro, quæ lex quotidie in audientijs practicatur. Est tamen notandum quod iã solo vno mandato cum cõminatione proceditur ad aliquam dictarum formarũ exercendam & adimplendam, nam dicta comminatio & tempus in tali mandato præfixum citatio ad comparendum pro peremptorio termino habetur, & idem operatur, secundum text. in l. infra proxime sequenti, iubentem vnum tantum iam terminum in citationibus sufficere, & sic sufficit vnã tantum contumaciam accusare, vt ibidem diximus, nisi iudex aliud viderit expedire. Et sic ex supradictis quoad nostrũ tex. elicitur vnum quod debet continere citatio scilicet quod in ea terminus est apponẽdus alia vero quæ debet continere, vltra quod in progressu tituli huius apparebũt, videri poterũt per Lanfranc. de Oriano, in c. quoniã cõtra tit. de citatio. n. 10. fol. 21. in paruis, & per Did. Perez hic col. 827. q. 25. & Maran. in pract. tit. de citatione. n. 51. cum 6. seq. & Præposi. in c. cũ parati. n. 11. de appel. extra, & Rebuf. in dict. tit. de citation. Ibi, [pero si pareciere,] ex verbis ijs & seq. probatur clarissime, q licet termini iuris dati & assignati à lege neq; abbreuiari neque prolongari possint, quia nemini indultũ à lege beneficiũ est auferendum, ex regula, indultũ, de reg. iur. in 6. Adeo vt licet pro regula traditum sit, nullo casu licere iudi-
12 ci terminũ iuris † diminuere nisi in casibus à iure expressis, prout tradit Aretinus, relatus per Did. Perez, lib. 3. ord. co. 869. ver. quid autem erit. & columna. 901. versic. de la ley, per totum, ex causa tamen abbreuiari & prolongari poterit terminus iuris statutus cum ministerio iudicis, vt probatur ex text. nostro, & communem testatur ipse Didacus Perez, vbi supra, col. 870. versic. huic autem, & tradit Lanfran. in ijs terminis, in dict. titu de citatio. nu. 16. fol. 22. & Auiles cap. 3. iudiciũ syndicatus gl. 3. num. 15. fol. 266. causaq; ipsius iudicis arbitrio ex text. nostro committitur.

Ibi, [considerada la calidad,] quia citationis terminus congruere debet, vt citatus
13 cõparere possit † ne inutilis citatio reddatur, secundum Matth. Afft. decis. 124. nu. 3. citatio enim nimis arcta & angusta non
14 est valida †, secundũ Specula. in 2. par. tit. de citatio. §. cõtra, n. 12. & Rebuf. in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod int. prof. 3. notab. nu. 2. & quando terminus dicetur nimis breuis, vide per glo. & Abb. num. 7. in cap. 1. de dilationibus.

LEX II.

SVMMARIVM LEGIS.

Termini citationũ iam peremptorij sunt, vnicaq; tantum accusatio contumaciæ sufficit.

IBi, [peremptorio,] eo dictum, quia causam seu disceptationẽ extinguit. 24. q. 3. de illicita, & l. & tertium. ff. de iudi. & notandum quod licet ad huius peremptorij incursum, & verificationẽ vltra alios modos, quibus mediantibus inducebatur & causabatur peremptorium per text. & ibi gloss. & DD. in l. ad peremptorium. ff. de iudic. enumeratos, & ex capit. consuluit, & ibi DD. de offic. delega. & in l. contumacia. ff. de re iudi. vbi Alex. & ex Didaco Perez, hic colum. 1119. in principio cum sequen. & Lanfranc. in dict. cap. quoniam contra, titul. de citatio. num. 14. fol. 22. in
1 paruis, extra de probatio. vnusq; † principalis terminus peremptorius inducebatur per tres denũtiationes & citationes per interualla nõ minus decẽ dierũ factas, vt l. per interualla. ff. de iud. & in l. cõsentaneũ, & l. tres denuntiationes. C. quo. & quãdo iud. siue esset post litem contestatam, prout dicta l. per interualla loquitur; siue ante litem

tem contestatam, secundum Abb. in cap. 1. numero. 7. de dilatio. propter quod lites in infinitum protrahebantur, per legem tamen nostram vt sit litium finis, statutũ est, quod deinceps in citationibus non sint necessariæ tot citationes ad peremptorium inducendum, neque tot contumacias accusari, sed quod vnus tantum terminus
2 pro † peremptorio termino sufficiat, & vnica tantum contumaciæ incusatio, & sic quod in casibus in quibus antea trina requirebatur citatio, prout in rebus magni præiudicij asserebat Innoc. requiri, relatus & secutus per Abb in dict. cap. consuluit, numero. 11. de offic. deleg. & Hypol. in. l. de vnoquoque num. 128. cum. 3. sequentib. ff. de re iud. iam vnica tantum citatio peremptoria sufficiat, & vnicam tantum accusari contumaciã sat sit, prout in pœna & ad eius incursum asserit Gregorius Lopez l. 17. tit. 1. part. 7. verbo, plazo, relatus per Villalobos in suo ærario mille com. opin. litera. c. numero. 84. quicquid ibi ipse Villalobos velit contrarium tenere, & in pri-
3 mo itidem & secundo decreto † vnicam tantum peremptoriam citationem sufficere, & vnicam eius contumaciam accusari, asserit Didacus Perez vbi supra, col. 1121. quod non solum in iudicibus superioribus verum & in inferioribus verum credo lege nostra attenta, nam si in maioribus hoc statutum reperimus, inferiores, qui practicam & styllum eorum insequi debent, superiorumque actio inferiorum debet esse instructio, cur & idem seruare non tenebuntur? certe non video congruam inter hos iudices differentiæ rationẽ, quidquid Did. Per. ibidẽ velit inter eos distinguere, præsertim cũ tex. noster, & l. 1. tit. de los assentamiẽtos infra hoc lib. indistincte cũ omnibus loquãtur iudicibus, generalesq; sint earũ dispositiones, & quanuis lex nostra in dicto cũ superiorib⁹ iudicibus loqui videatur, eius tamen ratio generalior est dicto, & omnes comprehendens, & ideo dictũ & dispositio extẽdi debet ad id, quod rationis est, & sub rationis generalitate cõprehenditur, cum ratio ipsa sit anima legis, ex. l. regula. §. fi. ff. de iur. & fac. ign. & ex dictis per Euerardũ in cẽturia locorũ loco à ratione legis larga & ampla, in principio maxime cum fauorabile sit, publiceque intersit lites abbreuiari, & quia nisi legem nostram in omnibus iudicibus loqui intelligeremus de superfluitate legislator argui posset cum in superioribus tribunalibus & iudicijs vnicam tantum sufficere contumaciam accusari dispositum reperiamus, ex. l. 51. titul. 4. libr. 2. supra, & ita teneo ijs attẽtis vnicam citationem peremptoriã & vnicum peremptorium terminum, & vnicam contumaciam accusari sufficere, nisi in casibus vbi aliud expresse per leges nostras dispositum reperiamus, vt in. l. 2. titul. 10. infra eo. & similibus, si quæ sunt aliæ, neq; obstabit supradictis si quis dixerit citationẽ esse de iure diuino introductam & inuentam, & de iure naturali quoad defensionẽ, & sic per principem tolli non posse, nam id quidem fatendum est si in totum tollatur, sed vt abbreuiẽtur & limitentur termini & formæ citationis, quæ quidem iure ci-
4 uili † positiuo introducta sunt, secundum Alberi. & relatos per Rebuf. in 3. tom. consti. Franciæ titu. de citationibus, in præfatione, n. 26. optime per principem abbreuiari possunt, vt ibi per eund. Rebuf. n. 36. ex quibus, & ex. l. nostra quoad iudicia secularia cessat iam doctrina glo. in Clem. 1. versic. 3. de vita & hon. cleri. asserentis vnicam non sufficere monitionẽ distinctã in tria dierum interualla, quoties à iure trina monitio requiritur, quam gl. sequũtur plures relati per Coua. in c. alma mater. 1. p. §. 9. nu. 5. cessat enim hæc doctrina quoad iudicia secularia in quibus vnica citatione totum peremptoriũ terminũ cõprehẽdis & omnes tres citationes requisitas distinctim fieri reassumis & resoluis in vnicã perẽptoriã, & ita in practica obtentum videbis. Est tamen optima, noua & singularis quæstio hæc mea opinione attenta, nunquid re-
5 quiratur † vt perẽptorius citationis terminus dicatur, ꝙ expresse in citatione terminus assignetur pro perẽptorio, vel apponatur aliud verbũ quo mediante terminus citationis perẽptorius censeatur, & videtur ꝙ nõ, quia alias de superfluitate posset noster tex. argui, nã de iure cõmuni & ciuili, etiã vbi pœna veniebat imponẽda in qua citationes & termini requirebãtur, vt incurreretur, vt dictũ est adhuc vnica tantũ citatio perẽptorie facta sufficiebat, prout magis cõmunẽ opinionẽ testatur Matth. Afflict. decisio. Neapolit. 289. num. 6. & 7. & tradit Hyp. in. d. l. de vnoquoq;. n. 127.

ff. de re iudicata: item etiam quia in summarijs & si nō apponatur verbum perēptorie adhuc censetur citatio peremptoria, secundum Marantam, in practica titulo de citatione, numero 72. pagin. 370. in paruis, omnis vero causa attenta. l. 10. titulo. 17. infra isto libro. 4. ex qua sola facti veritate inspecta procedendum est, censetur summaria, ex dictis per eundem Marant. in. l. is potest, numero. 196. pagina. 843. ff. de adquirenda hæreditate, ergo ne superflua nostra lex reddatur, fatendum est, quod & si in citatione non apponatur verbum peremptorie, vel aliud verbum peremptorium terminum reddens, terminus citationis peremptorius censendus sit: Ego tamen contrarium teneo, imo quod etiam hodie vt terminus peremptorius sit & pro tali reputetur debet in citatione apponi verbum peremptorie, vel aliud vim perēptorie significans, nam tex. noster solum venit ad disponendum, vt licet antea tres citationes requirerentur, sufficiat tamen hodie vnica tantum citatio & vnicus terminus, peremptorius tamen, non ergo vult lex nostra, quod hodie omnis terminus peremptorius censeatur, nā alias & terminus perēptorius iudicaretur ille, qui alias non requirebatur, quod peremptorius esset & pro tali assignaretur, & sic iam nihil de peremptorio esset tractandum, quod dicendum non est, item quia lex nostra loquitur per terminum peremptorium, ergo requiritur apponi, vt eius dispositio procedat, sicut antea requirebatur quod apponeretur pro peremptorio, vt talis reputaretur, secundum Marantam dicto numero. 72. & notat Bartol. & DD. in. l. si finita. §. Iulianus nume. 4. ff. de damno infect. & Gregorius Lup. in. l. 17. titul. 1. partit. 7. verbo, plazo, sic declarando text. ibi vt communes doctorum opiniones non corrigat, & sic declaranda est d. l. 51. tit. 4. lib. 2. supra. Nec obstat quod hanc tenendo opinionem posset text. noster argui de superfluitate, quia satis est vt superfluitas euitetur, quod lex nostra disponat vnicum terminum sufficere vbi alias de iure differentia erat inter DD. an sufficeret, vt in casu posito per Afflict. vbi supra, & in primo & 2. decreto & similibus. non obstat etiam illud, quod in causis summarijs non est necesse apponi terminum peremptorium mediante verbo illum denotante, nam illud posset procedere cum causa vere summaria est, sed nō omnes causæ summariæ sunt, nam ex illa. l. 10. titu. 17. infra eodem non censetur dispositum summarias omnes hodie causas esse, ea etenim attenta, etiam hodie sicut antea termini iuris seruātur, & partes audiuntur, nec lex illa causas summarias reddit, sed tantum ea quæ sunt de iuris appicibus resecat, ita q̄ non perdat litem qui cadit à syllaba, neque vanæ scrupulositates attendantur, & sic per consequens cessat hoc fundamentum primæ opinionis, alias enim fide illius legis 10. intentione esset causas omnes summarias reddere, verbū de plano & sine strepitu & figura iudicij adiungeret, per quæ verba omnes solennitates sublatæ censerētur, & secūdum solum merum ius gentiū esset procedendum, secūdum Marantam in practica. 4 part. dist. 9. num. 8. pag. 188. in paruis. quam quidem clausulam cum lex illa non adijciat, sed tantum veritatē in sententijs attendendam esse disponat iudiciorum forma seruata, nihil huic secundæ & meæ opinioni fundamentum dictæ legis 10. obstabit; Nam & quoties proceditur
6 simpliciter † non censetur peremptorium sublatum, secundum Felinum in capit. consuluit, numero. 8. de officio delegati, & sic non est dicendum legem nostram velle non esse necesse in vnica citatione iam adhibenda vti verbo peremptoriè, vel simili, sed potius totum contrarium est asserendum, & ita videmus vti & practicari quotidie. Ex quibus & ex lege nostra cessat iam dictum glossæ, quoad tribunalia saltim secularia, in Clementina. 1. versiculo tertio de vita & honestate clericorum, asserentis, vnicam non sufficere monitionem in tria distinctam dierum interualla, quoties à iure trina monitio requiritur, quam glossam sequuntur plures relati per Couarruuias in capit. alma mater. prima parte. §. nono, numero quinto, cessabit etenim hæc doctrina glossæ quoad iudicia secularia & sufficiet vnica peremptoria monitio in tria dierum interualla distincta prout hodie fit.

7 Ibi, [accusar] & sic contumaciæ † incusatio requiritur vt citatus contumax dicatur, alias non dicetur talis, & si non cōpareat, vt dicemus Deo volente in. l. 1. in

in glossa, que sea, titulo quarto, infra proximo, imo & in tempore & sic die & hora constitutis & consuetis debet accusari cōtumacia, vt reus citatus contumax dicatur, secundum AErarium mille communi. opinionum. litera.c.numero. 86. hanc communem asserendo opinionem, nam si tunc non accusetur remanet edictum circunductum, vt in.l. 5. infra eodem, & ex eo quod dixi hora, non intelligas horam in citationibus secularibus constitui, sed intellige hora solita, quæ quidem, vt alio in loco diximus, constituta censetur in citatione, & si non exprimatur.

Ibi, [mas de al fin del termino,] ex his verbis probantibus vnicam tantum in fine termini sufficere accusationem contumaciæ, patet non esse iam in iudicijs necessariam disputationem quæstionis illius
8 tactæ per Bartol. † numero. 3. Iass. 5. & 6. & modernos alios in. l. qui ante Kalendas ff. de verborum obligat. quærentes si in vno termino tres assignentur & constituantur termini putà sex dies, duo pro primo, duo pro secundo, & duo pro tertio, & toto peremptorio termino, si reus comparet in primo & secundo termino, actor tamen non, in tertio vero compareat actor & non reus, an reus contumax dicetur, in quo discrimen erat inter Doctores, Iaco. Aret. & Spec. & aliquibus alijs asserentibus, reum esse contumacem, Bartol. verò contrarium asserentem scilicet non reum, sed actorem contumacem fuisse, idque secundum, Iassonem vbi pra, numero quarto, tenent omnes moderni, ipse vero Iass. ibidem ex Bald. resumit inter has opiniones concordiam textui nostro adaptabilem, scilicet, quod aut tres denunciationes factæ sunt continuatiuè absque medio interuallo, & tunc sit vera opinio Iacobi de Aretio. & Speculatoris, scilicet, quod si reus intra terminum cōpareat & non in fine, quando actor comparuit, reus ipse contumax dicatur, quia licet reus citatus possit intra terminum cōparere, tenetur tamē actorem tunc citare, alias autem actor contumax non diceretur si in fine termini compareat, secundum Paulum in dict. l. qui ante numero. 4. & ex text. nostro probatur clarissime, dum vnū tantum terminum peremptorium assignandum continuatiue proponit, & quod in fine eius contumacia accusetur, quasi si secus fiat nihil agatur, ergo tunc reus debet comparere, non vero ante, alias actore citante comparente reus contumax iudicabitur, aut vero citatio per diuersas vices emanauit, licet sub vno termino, vt in casu pro quæstione proposito, & tunc vera sit & procedat opinio Bartoli, quasi secundus & tertius terminus, datus censeatur, si in primo, vel in secundo reus non comparuerit, si tamen in primo, vel in secundo reus compareat, actor vero non, licet in tertio reus non compareat, sed actor, non reus sed actor contumax iudicabitur, cumque secundum legem nostram & practicam communem vnus terminus assignetur, & sic omnes sex dies vel nouem cōtinuatiue pro vno termino, in fine eius debet reus comparere vt contumax non dicatur, non vero in principio, vel in medio, alias contumax reputaretur actore in fine termini contumaciam rei incusante. Sed
9 an si dies finalis † termini sit feriata transibit in sequentem non feriatam citatio, & terminus eius, dicendum est quod sic, secundum Marantam in practica pagina 379. numero. 120. & 123. & tractat Didacus Perez hic columna. 820. quæstione 8. & Boerius decisione. 235. numero. 3. dicendo ita de consuetudine & stylo curiæ Romanæ vsitari & itidem in omnibus regni curijs, & chancellarijs, & iudicijs, vti credo communiter, & ideo si citatus compareret coram iudice in ipsamet die feriata non expectando ad non feriatam, debet iubere vt in sequenti nō feriato cōpareat, quod si adhoc non aduertisset, & actor in sequenti non feriato contumaciam accusaret, non debet reus contumax reputari, sed debet in lite procedi, ac si tunc & reus ipse comparuisset, procederetur, habes tamen notare, quod in nego-
10 tijs executiuis † & criminalibus, si dies feriata, est feriata in honorem hominum, quod tunc debes comparere, nam termini horum negotiorum procedunt continuatiue, & dies feriati in honorem hominum expeditionem negotiorum non impediūt, quod notabis cum fueris citatus para remate vel in absentia propter crimen vocaris.

Ibi, [y que no se ayan de attēder,] prout iure partitarum ex. l. 10. titulo. 7. partit. 3.

attẽdebatur quod per. l. nostram secundũ glo. del plazo ibidem, sublatum vides; & iure optimo ne partes dilationibus molestentur, & lites protrahantur, prout & tenet Didacus Perez hic colum. 820. quæstione. 8.

Ibi, [pleytos criminales,] nam & in criminalibus, possunt citationis modi abreuiari, dummodo non auferantur substantialia defensionis, secundum Rebuffum. 3. tomo constitutio. Franc. titulo de citatione in præfatione, numero. 36. quæ non auferuntur, etsi, vbi de iure ciuili tres requirebantur citationes vnica tantum peremptoria interueniat, vt probat tex. hic,
11 in criminalibus enim etiam vnica † citatio peremptoria pro omnibus sufficiet, secundum Baldum communiter approbatum contra Cyn. & alios relatos per Feli. in cap. consuluit, num. 15. de offic. delegati, de quo nouissime tractatum post hæc mea scripta vidi, per Clarum in libr. 5. selectarum sententiarum, quæstio. 31. versic. sed hic quæstio. in. §. fin. hoc tamen verum intelligo, contra delinquentem præsentem, secus vero erit, si contra delinquentem absentem procedatur, contra eũ enim vnus tantum terminus peremptorius non sufficeret, sed tres termini & tria proclamata, & edicta requiruntur, secundum. l. 4. titulo. 10. infra isto libro, quæ nouam formam & dispositionem in hoc ponit, quæ quidem ad vnguem, vt ibidem Deo volente dicemus, seruanda est, & quod in casu illius tres denuntiationes, & citationes requirantur, tenet Auendanius Responso. 15. numer. 3. & antinomia iuris. litera. a. correctione tertia, prout ibi latius in glossa, por tres, dicemus, & hoc sublimita in iudicibus ordinarijs inferioribus, in superioribus enim vel in delegatis, sufficit in fine vltimi termini accusari contumaciam, vt in dicta. l. 3. verbo, rebeldias dico.

LEX III.

SVMMARIVM LEGIS.

Per quem qualiter & quando citatio fieri debeat, siue intra, siue extra ciuitatem facienda sit, & quid debet continere citatio in præsenti lege declaratur, & pœna si aliter fiat.

IBi, [por solo el pedimiento de las partes,] non enim potest aliter fieri citatio,
1 nisi partis † petitio adsit, secundum Matheum Afflictis in constitutionibus sui libri. 1. rubr. 90. numo. 1. & Hypol. in. l. de vnoquoque, numero. 113. ff. de re iudicata, & aliter facta citatio nihil valet, secundũ eum ibi, & probat ex lege, ad perẽptoriũ. ff. de iudicijs. & ex capit. 1. extra de iudic. Rip. in dict. cap. 1. de iudicijs, numero. 20. vbi limitat aliquibus modis, præsumitur tamen ad partis petitionem citationem factam, eo ipso quod in processu appareat citatam esse partem, secundum Cassaneũ in consued. Burgund. titulo de iustic. §. sexto, folio. 67. numero. 65. & ibi ponit tres casus vbi valet citatio facta per non petentem.

Ibi, [portero, pregonero, ni emplazador,] Ecce quomodo diuersis nominibus nuntius hic nuncupatur, & tamen idem officium reputatur, idemque iure ciuili repetimus dictatum, nam aliquando nuntius hic vocatur executor, vt in. l. fina. C. de iudicijs & l. fina. C. de sportul. & aliquando apparitor vt in capit. tua. de homicid. & C. de apparitoribus libro. 10. & aliquãdo officialis, vt in authentico de defensoribus ciuitatum. §. ex prouinciali & in text. hic, ibi ni otro official, aliquando nuntius, capit. prudentiam, de officio delegati y aliquando Cæsariani, & Catholiciani. l. penultima, & fina. C. de bonis proscriptorum, aliquando ministri, capite. si homicidio, & capite si ministri. trigesima tertia, quæstione quinta, aliquando porterij, capit. cum olim. de priuilegijs. & l. 31. stylli, de quo & tradit &

& Cassaneus in consuetudibus Burgund. titul. des iustices rubr. 1. §. 6. nume. 1. text. hic ibi, portero, Speculator in. 2. part. titu. de citatio. §. sequitur. num. 5. sermone vero nostro Hispano vocatur, andador, emplazador, executor, hombre de justicia, cursor, en las chancillerias portero, en las audiencias ecclesiasticas nuncio, hosque apparitores proprios debet habere curia & debent esse iurati in principio officij, & quod realiter facient officium citationis, & relationis, secundum Matthæum Afflictis in constitutio. Burgund. libr. 1. rubr. 90. numer. 2. & isti tales, siue vno, siue alio nomine nuncupentur, debent esse liberi non serui, quia officium eorum publicum est, vt patet ex text. nostro, quod quidem
3 officium publicum † per seruum expediri non potest. l. in his officijs. ff. de regulis iuris, ex quo infertur contra iudices mittentes seruos suos ad citandum aliquem, quod non valet talis citatio, nec ex inde potest ad capturam procedi, neque ad expensarum condemnationem: & si per seruum hunc citatus citationi non compa-
4 reat. Officialesque † hi vbi viget consuetudo, prout hic Placentiæ per consistoriũ ciuitatis elliguntur, vel per aliquem ex ipsius consistorij rectorum, cui elictio hæc committitur, & cessante hac consuetudine per curiam, aut per iudicem ordinariũ eliguntur, secundum Ioannem Anton. de Sancto Georgio. in capit. cum parati, num. 21. cum duobus sequentibus de appellatio. vbi num. 23. inquit, quod nisi eligantur, sicut consuetum est elegi, nõ possunt citare neque ad citandum sufficiet commissio eis per iudicem data, ideoque officialis talis executor vocatur, quia est persona publica citans, & officialis, per quem litis executio, & ipsius causæ præparatio iubente iudice expeditur. l. ea quidẽ iuncta glossa. 2. C. de accusatio. cap. cum parati de appellatio. exequitur enim lites, & causas præparat, & facit partes in iudicio comparere, testesque cogit vt ad iurandum & declarandum compareant, & reliqua facit, quæ causis expediendis proficiũt & necessaria sunt vsque ad earum finem. l. ante penult. & l. fin. C. de iudicijs. l. 1. C. de sportul. authen. de iudicijs. §. his qui, & ideo virgam deferre possunt & solent in loco vbi præsunt, non vero extra, secundum Rebuffum in dict. 3. tomo constitutio. Fran. titul. de citation. artic. 1. gloss. 1. numero final. & per citationem eorum interrumpitur præscriptio, licet hoc simplex libelli oblatio non faciat, vt per Dom. Antonium Menesium late in. l. si aquam, numero. 75. cum pluribus sequentibus. C. de seruitutibus & aqua, & exequutorum seu apparitorum vsus antiquus est, vt patet ex Rebuff. constitutio. Franciæ titul. de citatione in præfatione. num. 84.

Ibi, [que tenga cargo de emplazar,] alij ergo, quam officiali publico & solito cita-
5 re cõmitti non debet † neque iuberi quod citet, vt videtur etiam tex. idem probans. l. 1. titul. 7. partit. 3. ibi por omes conoscidos, & ibi glo. ita vult. & tradit Bart. relatus per Cassaneum, vbi supra, numero. 5. & ibi, num. 2. quærit quis creet hos nuntios & nu. 9. qui possint ad hoc eligi, Nemoque absque apparitore & legitimo modo citandus est, secundum Rebuffũ. 3. tomo dict. titu. de citatione in præfatione numer. 83. alias secundum eund. ibi nu. 66. iuste appellandi causa nuntijs & viatoribus ijs præberetur, neq; valeret citatio, & hæc est cõmunis obseruãtia regulariter, vt per nuntios solitos, & iuratos & seruientes curiarum citationes hæc fiant, secundũ Marantam in pract. de citatione, nume. 42. & 43. pag. 362. in paruis, licet secundũ eũd. ibi, nu. 44. possit iudex si velit alium quem velit adhoc eligere, & committere ei citationem, imo quod plus est asserit, scilicet,
6 quod ipsimet parti † potest iudex committere vt aduersarium citet, sicut & potest parti licentiam capiendi possesionem prębere propria autoritate, illum executorem in sua causa constituendo, quod & videtur tenere glos. in. l. miles. §. qui iudicati verbo miles. ff. de re iudicata. iuncto text. ibidem, voluit Bart. in. l. si finita. §. Iulianus nume. 21. ff. de damno infecto, & Salicet. in. l. si vt proponis, num. 3. C. quomodo & quando iudex. Ias. in. l. iuste possidet. numero. 14. ff. de acquirend. possesion. vbi numero. 19. ita omnes tenere inquit, & in. §. quadrupli, numero. 32. instituta de actionibus. & Socinus relatus per Hypolitum in. l. de vnoquoque numero. 158. ff. de re iudi. & sic cõmunem testatur opinionem Cagnol. in. l. non est singulis. n. 6. ff. de reg. iur. relatus per Clarum, in lib. 5.

selectarum sent. §. fin. quæst. 28. versi. pen. quod potest captura personæ cōmitti parti offensæ, dum modo non requiratur causæ cognitio, & fiat sine armis & resistentia, ipse tamen Clarus consulit iudicibus, vt ab ijs cōmissionibus abstineant, ne scandala succedant, ergo si in criminalibus, vt offendens capiatur hæc est cōmunis opinio, in ciuilibus fortiori ratione creditori committi potest citatio, dū tamē creditor ille factus nuntius probet, & ostendat cōmissionem citationis per scripturam, secūdum Angel. in. l. vt perfectius. n. 11. C. de anna. excep. & videtur tex. pro hoc in. l. 1. ff. de seruis fugit. tenet etiam Franc. Curt. in. l. iubere cauere nu. 15. ff. de iur. om. iud. nam neque nuntio publico absque literis creditur, vt in gloss. sequente dicemus, & ideo parti citanti sine literis non est credēdum, secundū Præposi. in cap. cū parati. n. 29. extra de appella. Reperio tamen quod Specul. in tit. de citatione. §. sequitur. n. 2. & 3. tenet cōtrariū & verius esse dicit, imo quod parti committi citatio non possit, cū forte nō citauit aduersariū, & dicet se citasse, vel pars aduersa ei nō crederet, vel quæstioni & rixę inter eos occasio prębéretur, & hęc Spec. opinio per tx. nostrū videtur approbata, cū per aliū quā per publicū nūtiū fieri citationes nō permittat, aliter enī nō valerent tanquā factæ contra legis formā & ordinē & morē solitū, quo casu non valēt, neq; citatus nō cōparens poterit dici cōtumax, secundū Boe. decis. 255. in fi. & Did. Per. hic. col. 821. q. 11. & probatur etiā hæc Spec. opinio, ex tex. in. l. 1. tit. 7. p. 3. ibi, o por sus omes conocidos q̃ son señaladamēte puestos para esto, ꝙ adeo ibi. gl. noua. verbo, o por, verū dicit ꝙ neq; vnus
7 iudex posset † cōmittere nūtio alterius iudicis ꝙ aliquē citaret, cū ipse illū ad citādū deputatū nō habeat, sed iudex ille alius, & voluit Rebuf. vbi sup. in art. 1. gl. 1. n. 4. & Ias. in. d. §. quadrupli. nu. 31. inst. de acti. & hoc vti video & practicari, nisi in casu in quo pars citāda, est persona, quæ solet esse in cāpo & eremo, & causa est parui valoris, & petēs pauper, tūc enī ipsimet parti solet cōmitti citatio cū literis citatorijs inscriptis latis, & corā testibus debet tūc earum notificatio fieri per partē ipsis literis demōstratis & lectis: & tres casus vbi parti potest prębéri cōmissio citandi ponit Rebuf. in d. 3. tom. const. Frā. tit. de citat. in præfatione, nu. 77. cū. 3. sequē. aliter enim parti nō est credendū nisi literas ostēdat, vt per Rebuf. ibi. nu. 86. cū. 3. seq. delegatus tñ principis nō tenetur citare per nuntios, sed pōt
8 cōmittere † cui voluerit citationē, secūdū tex. in. c. pastoralis. §. itē cū totū, vbi Abb. n. 3. de offi. del. nō tamē potest per vocē præconis delegatus citare sm̄ Rebuf. vbi supra nu. 75. ꝙ tamē nunquā vidi vti, sed potius contrariū, ad vocē enim præconis citantur delinquētes absentes, & præsentes etiā debitores ciuilas aliqñ, & in delegato à principe hoc est, secus tñ esset si ab inferiore, secūdū cōmunes doctrinas relatas per Oros. in. l. 2. n. 3. cū seq. col. 535. ff. de iur. omn. iud. Est tamē notandū ꝙ per tabellionem
9 causæ pōt optime † notificari citatio, quia & ipse officialis publicus censetur ad citationū harū notificationes faciēdas, prout tenet Spec. relatus per Præpo. in. d. c. cū parati n. 27. extra de appel. & Rebuf. vbi sup. d. 3. tom. tit. de citatione, in pręfatione. nu. 70. vbi à num. 53. vsq; ad 80. inclusiue de ijs tractat, & ideo & tex. noster. cū de nuntijs loquitur & de tabellione etiā mentionē facit, ibi, ningū escriuano ni portero: solet tñ in propositū dubitari, nū tali nūtio &
10 apparitori † citanti aliquē credendū sit, & in hoc distinctione proceditur, scilicet, ꝙ aut agitur, an tali nuntio & apparitori citāti debeat pars citata credere & dicendū est ꝙ si est publicus & talis per quē citationes possunt & solent fieri, soli eius verbo credendū est, etiā absq; literis iudicis, secūdū gl. per certū in. c. prudētiā. de offi. del. quā & alias similes ad hoc allegat Marā. in pract. vbi sup. n. 45. & hoc in loco & iurisdictiōe vbi apparitor gerit officiū, non vero extra, secundū Rebuf. vbi sup. art. 1. gl. 2. n. 3. & sic de cōsuetudine creditur nūtio publico etiā de cōmissione, quā ad citādū habet, secundū Rolan. cons. 94. n. 14. vol. 2. imo & tunc & circa alia creditur tali nuntio, putā quā die partē citauit & in quo loco, vt in sequente mēbro patebit, nā & de ijs debet ipse nuntius referre, vt sciatur an in loco cōgruo citationem fecerit, secundum Bald. relatū & secutum per Præposit. in. ca. cum parati num. 5. de appel. quod tamen de loco verum intelligerem si de hoc interrogetur nuntius, non alias, quia tunc sufficit dicere, quod citauit: sed si interroget ur quo

quo in loco, tenetur id declarare & ei credendum est, & præsertim credetur si talis nuntius portat publicè signa, quæ tales nuntij & apparitores deferre & portare solent, putà virgam aliquam grossam cũ sigillo in fine eius apposito, prout hic Placentię portant, & in alijs partibus, secundum Marant. vbi supra numer. 43. & Rebuf. d. titul. de citatione articul. 1. gloss. 1. nume. 5. & debere portare insignia aliqua vt cognoscantur asserit Bart. in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. relatus per Iass. in §. quadrupli nume. 25. inst. de action. & Afflictis in constitu. Sicil. libr. 1. rubri. 96. nume. 6. in prin. rubr. videtur enim aliter priuatus quidam sine signo &, ideo ei resisti posset, secundum Iass. vbi supra. & Puteum infra allegandum, & per sigilla hæc & similia cognoscuntur, secundũ Puteum de syndicatu verbo nuntius. c. 1. n. 1. fol. 338. in paruis. & hoc est primũ distinctionis membrum, quod sex modis limitat Præposi. in d. ca. cum parati nu. 28. cum. 3. sequentibus. de appella. Aut verò & secundò agitur nunquid facta citatione credendum sit nuntij relationi dicentis partem citasse, & in hoc dicendum est, iure communi ciuili credendum esse ei quatenus tangit eius officium, non autem crederetur si diceret commissionem habere nisi eam ostendat, prout communem testatur Alciatus, de præsumptio. reg. 3. præsumpti. 14. nume. 9. quem refert Villalobos in ærar. mille opi. com. litera. n. numer. 63. & communem testatur Niconicius relatus per Didacum Perez hic, col. 827. in princ. & hoc verius & receptius est, secundum Oroscium super. ff. vet. col. 429. nume. 51. & iterum in l. 1. §. cura carnis, num. 6. col. 374. in princ. ff. de offi. præf. vrb. de quo latè agit Tiraquel. de vtroque retractu titu. 1. §. 8. in gloss. 9. per totam, & Menoch. de arbitra. iudi. lib. 2. centuria. 2. casu. 112. numer. 1. cum sequent. & tunc etiam vt superiori membro dixi, quod huic adaptari debet, credetur ei etiam de alijs citationem concernentibus,
11 scilicet, qua die † & quo loco citatio facta sit, & an in persona, vel domo, imò & secũdum Deci. in cap. cum parati numer. 13. de appellatio. creditur nuntio dicenti aliquẽ missille in possessionem, prout ei in commissione fuerat mandatum, vt mitteret: credetur itidem nuntio huic asserenti bona, quorum præstitit possessionem esse illius, cuius esse ipse in relatione asseruit, quod dictum laudat, & extollit Alex. relatus per Decium vbi supra. vbi & ipse inquit, quamlibet negatiuam porbari posse per discussionem & relationem nuntiorum, putà si referat, bona non adesse mobilia, vel non inuenisse citatum in domo, neque in populo, de quibus & per Altiat. in tract. præsumpti. reg. 3. præsum. 14. nu. 4. & 5. & qualiter nuntius tenetur facere mentionem, & relationem citationis vide per Rebuf. vbi supra art. 5. gl. 5. & relatio ipsa est de substantia iudicij, secundum Præpos. in cap. cum parati nume. 35. extra de appel. vbi cum. 4. numeris sequent. limitat hoc quatuor modis, quæ tamen temperãda sunt vt procedant quotiescunque pars ipsa citata non negaret citationem, secus vero si negaret, & diceret se non fuisse citatum, nam tunc licet Deci. & Altia. relati per Orosci. in l. solent. §. vbi decretum. nu. 52. &. 53. col. 426. in fin. ff. de offic. proconf. & per Villalobos, in dicta litera. n. nu. 64. dicant communem esse opinionem, quod tunc nuntio ipsi referenti se citasse, & non parti contradicenti credendum sit, nisi nuntius vilissimus esset, prout esse potest vilissimus quisque, secundum Bar. in extrauag. ad reprimen. verbo nuntium,
12 imo & ipsi † nuncij viles reputantur, secũdum Marant. vbi supra numer. 43. pagin. 362. in paruis. & Rebuff. vbi supra. artic. 1. gloss. 2. nume. 1. & citatus esset persona honorata, tunc citato crederetur, alij vero communem testabantur secundum Oroscium. d. numer. 53. col. 426. in fine, cũ prin. sequen. arbitrio iudicis relinqui, cui crederetur, iure tamen nostro regio nodus hic solutus est, ex l. 1. tit. 7. partit. 3. scilicet quod si pars neget citationem, nõ creditur nuntio dicenti se citasse, nisi duobus testibus probet citationem esse factã: & hoc si talis nuntius sit tribunalium inferiorum, nam parte negante debet fieri probatio quod legitimæ citationes præcesserunt, secundum Frederi. de Senis, consil. 165. secutum per Abba. consi. 84. num. 2. vol. 2. idemque in suo regno vti, asserit Math. Afflict. in consti. Sicil. libr. 1. rubri. 96. nume. 5. quamuis Guido Pape, decisi. 557. asserat aliud, vti in curia delphinali

propter iuramentum à nuntio præstitum:
si vero sit nuntius curiæ, huic de styllo abs
que teste creditur, secundum Oroscium
vbi supra, num. 53. colum. 430. & Didac.
Perez, hic col. 827. versic. item hodie, qui
ita debet intelligi, scilicet cum negatur ci-
tatio, aliter enim male loqueretur, sic &
eodem modo intelliges. l. stylli allegatam
per Oroscium dict. colum. 530. num. 55.
litera. i. probantem soli nuntio regis credi,
nam debet intelligi, adhibito tamen vno
teste ipsius citationis deponente, si per ci-
tatum negetur citatio, & sic illa lex decla-
randa est ex dict. l. partitarum, cum in dict.
l. stylli non disponatur quando negatur ci
tatio, sed generaliter disponitur nũtio cre-
di, ideo per leges speciales debet declarari,
& tunc probata citatione pars eam negans
punienda est pœna. l. 8. titul. 7. partit. 3. &
nuntius itidem si falsum dixit punietur, se
cundum quod inquit Rebuff. vbi supra. ar-
ticul. 5. glo. 5. num. 5. & 6. & Cassaneus in
consuetud. Burgund. titul. des iustices. §. 6.
fol. 71. num. 6. Et testes ij non debent esse
alij apparitores, quia vnus pro altero fal-
sum deponere posset, nam vt adagio fertur
muli mutuo se scabunt, secundũ Rebuff.
in dict. titu. de citatio. artic. 1. glo. 2. nu. 2.
sed debent esse testes idonei. Et quid si nũ
13 tius fecit relationem quandam in scriptis †
postmodum vero attestatur, quod illam
falso fecit an sit postmodum illi standum,
quod sit falsa tradit optime Cassaneus vbi
supra in. d. §. 6. in verbo de Leurs apertz.
fol. 71. Et an credendum sit nuntio referẽ
14 ti partem † citatam dixisse nolle venire, vi
de per dictos DD. maximè per Præposit.
in dict. cap. cum parati, num. 44. cum seq.
extra de appellat. & Caballinum in tracta.
de euictionibus. §. 3. num. 101. Est etiam
aduertendum, quod debet nuntius refer-
re se citasse specialiter declarando modum
ab eo seruatum in citatione, videlicet ad
quid citauit partem, & an in persona, vel in
domo, & qua die, secundum DD. allega-
tos per Didacũ Perez, hic col. 827. quæst.
24. debetque de eius relatione & commis-
sione apparere in actis, quia est de proces-
15 su, & ideo in die feriato † non potest fieri
relatio hæc, secundum Marant. in practic.
titu. de citatione, num. 54. & 55. pag. 364.
adeo vt secundum eum ibi si non reperia-
tur relatio hæc scripta in processu non va-
let citatio, neque sententia, neque contu-
max citatus reputatur. & propterea inquit
ipse ibidem num. 56. quod si iudex primo
16 pronuntiauit contra † contumacem, &
postea recepit nuntij relationem, senten-
tia & processus sunt nulla, poterit tamen
secundum eum ibi. numer. 57. relatio hæc
fieri soli notario actorum absque iudicis
præsentia: verumtamen est, quod si relatio
17 hæc † scriberetur in processu, esset vero
deperdita, & testibus probaretur hoc,
sufficeret, sicut & cum commissio perdita
est, sufficit eam testibus probare, secundũ
Puteum, de syndicatu, verbo nuntius cap.
1. num. 1. in medio, & Præposi. in dict. ca.
cum parati, num. 28. de appella. vbi & qua
liter enim relatio per nuntium facienda sit
ne acta corruant, probat & tradit late à nu
mer. 53. cum. 4. sequen. licet hæc hodie nõ
solere iudices inquirere, (prout & nos vi-
demus non inquiri) asserit Rebuff. dict. ti-
tul. de citatione art. 2. gloss. 3. numer. 25.
& de ijs late tractat Hypol. l. pater. nu. 46.
vsque ad 62. ff. de quæstio. Nuntio tamen
dicenti se à citato iniuratum vel verberatũ
18 non est credendum, † vt inquit Afflict. lib.
1. const. Sicil. rubr. 90. nu. 2. in fine & Me-
noch. de arbit. iudicum lib. 2. centur. 2. ca-
su. 112. num. 12. cum sequen. & hanc ve-
riorem testatur opinionem Alciat. de præ-
sumptio regul. 3. præsumpti. 14. num. 6. ni
si secundum eum ibi concurrerent aliquæ
bonæ coniecturæ pro dicto nuntij, quo ca
su posset iudex illi tantam fidem adhibere,
quod sufficeret ad torturam, aliter enim so
li nuntio in hoc non creditur, quia est ex-
tra onus officij sui, & inimicus citati prop-
ter iniuriam & est causa sua propria, ideo
per testes alios probandum est, secundum
Præpositum in dict. cap. cum parati, num.
43. de appel. imo & in delictis non leuibus
19 non creditur † nuntio posito ad denuntiã
dum maleficia asserenti se aliquos vidisse ri
xare & delinquere nisi probetur, sed si deli
cta hæc leuia essent, puta si vidit ludentes,
si arma portantes denuntiet, tunc ei credẽ
dum est, secundum Puteum, de sindicatu,
verbo nuntius. cap. 3. nume. 3. fol. 341. &
Oroscium in dict. §. vbi decretum, col. 34.
in principio, vbi dicit tunc probationem
in contrarium admitti. Ex quo ipse Oros.
infert dispositum esse in nostro regno sal-
20 tuarij assertioni credendum † de damno

dato in vineis, frumentis & syluis, licet cõtrarium tunc probari possit per denuntiatum, secundum eum ibi, hanc communẽ asserẽtem opinionem: verum tamen crederem quod si propter ludum, vel delationem armorum grauis esset denunciato pœna imponenda, tunc nõ crederem etiã de ijs soli nuntio, vel etiam si leuis esset prima pœna, quo ad futura pœnam augeret, præsertim si pars pœnæ ei applicanda foret, prout considerat Puteus, vbi supra. d. verbo nuntius cap. 2. nume. 1. fol. 339. sed si leuis esset pœna, neque talis, quæ futura respiceret, tunc credetur ei, secundum Puteum ibi cap. 1. nume. 1. in princ. fol. 338. secundum quæ debent intelligi, quæ ipsemet dixit in d. cap. 3. illius verbi nuntius, & quid si plures nuntij ij sint dicentes eis vim illatam, tradit Altia. vbi supra. nume. 7. & Parisi. d. cap. 2. num. 1. & de ijs vide late Casan. vbi sup. rub. 1. des iustices. §. 7. lamende. num. 25. cum sequent. pluribus fol. 76. cum sequent. in antiquis. & an nun-
21 tius si impeditus est † possit suam commissionem alij committere, tradit Præpo. in. d. cap. cum parati numer. 23. vbi inquit quod sic, dum tamen alij nuntio publico committatur, de quo pro nunc dubito nisi id fiat de licentia iudicis & vide Bal optimè in cap. cum dilecti, de dolo & cont. Et
22 contra offendentem nuntium iudicis † vel eius literas lacerantem, vide Bal. in ca. ex literis, in fine, de offi. dele. quem refert gloss. fin. in. l. fi. titu. 1. part. 2. vbi & quid de offendente vicem regum vel vicarium episcopi. Post hæc autem scripta multo iã tempore vidi Mincha. controuersiarum vsu frequen. lib. 2. ca. 24. de ijs differentẽ.

Ibi. [sin que primeramente le sea espresamente mandado,] citare enim quis non
23 potest realiter † neque verbaliter nisi ad hoc habeat expressum mandatum iudicis & superioris, ex tex. in. l. neminem. C. de exhib. reis, in authẽ. de quæstoribus. §. si vero aliqui, quæ iura ad hoc allegat Puteus, de syndicatu, verbo nuntius cap. 1. in princ. fol. 338. & Rolan. Valle. consil. 94. num. 9. vol. 3. tex. est etiam expressus pro hoc, & ibi gloss. mandado, dicta iura allegat in. l. 7. tit. 7. partit. 3. & tradit Dida. Perez, hic col. 818. versic. 5. quæro, & plures relati per Dueñas, in regula. 97. & per Marant. in pract. titu. de citatione numer. 51. pag. 363. & iterum pag. 366. nume. 61. de citatione reali tractat, & num. 6. reddit ad verbalem, de quibus per supra dictos DD. & per Iass. optimè, in. §. quadrupli numer. 12. inst. de actio. vbi num. 34. tradit qualiter puniatur nuntius citans verbaliter & realiter absque iudicis commissione, & num. 15. & 16. alia de ijs prosequitur, ne-
24 que sufficit vna generalis commissio † ad citandum, sed oportet habere pro omnibus & singulis, quibus exequitur singulares commissiones, secundum Bart. & alios relatos per Casan. in consuet. Burgun. tit. des iustices. §. 6. fol. 66. num. 63. vbi per totum illum. §. plura de citationibus, & de nuntijs iis annectit, & ibidẽ in eodem nu. 63. & 64. inquit in ciuilibus præsumi commissionem & mandatum eo ipso, quod nuntius publicus est, licet tutius dicat esse de commissione constare, nam & non præsumi inquit Præpo. in. d. ca. cum parati nume. 23. de appellat. de quo per Roman. consil. 497. & communem testatur Aretin. consi. 33. & Feli. cap. quoniam col. 5. de probati. & additio Octauiani Vestij, in practi. cancel. Aposto. lib. 4. cap. 4. nu. 23. quã communem ampliat & limitat Ripa. in. c. 1. col. 44. extra de iudic. Et adeò vera hęc sunt, quod citatio aliter facta saltim in criminalibus nullius est momenti, prout cõmunem testatur Villalobos in suo ærario mille com. op. litera. c. num. 81. & probatur in. l. 7. titu. 23. infra isto libr. imo & specialis debet esse hæc commissio, neque generalis, vt dixi, sufficeret secundum Didacum Perez, vbi supra, de quibus, & per Ripam vbi supra num. 85. cum. 4. sequen. & Matth. Afflict. lib. 1. consti. Sicil. rub. 96. num. 49. neque nuntio sine literis citanti credendum est, secundum tex. in. l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. text. in. l. 1. C. de mandat. prin. quibus adde Plateã in. l. probatorias nume. 4. C. de diuer. offi. lib. 12. & Feli. in cap. cum in iure numer. 6. de offi. delega. & intellige non solum ad realem citationem specialem iudicis commissionem requiri, sed & ad verbalẽ
25 † tantum prout communem testatur Ripa, vbi supra. 86. & satis ex text. nostro probatur, licet secundum aliquorum opinionem, vt iam diximus, de consuetudine sufficiat generalis commissio, ità quod eò ipso quod quis electus est in nuntium publicum

blicum censeatur ei data & concessa licētia citandi saltim verbaliter cum opus fuerit, & ideo secundum Marantam vbi supra pag. 364. nume. 52. & Ias. in §. quadrupli, num. 34. instit. de actio. in ciuilibus nuntij & cursores ij ad petitionem tantum partis citare possunt, absque iudicis speciali commissione, & sic videmus quotidie fieri in ciuilibus, vt inquit Rebuff. dicto titul. de citatione artic. 2. gloss. 4. numero. 9. & Ripa dicto num. 86. & Clarus lib. 5. selectarum §. fi. quæst. 31. num. 4. & consuetudine obtentum inquit Rolan. consi. 32. num. 20. & 21. libr. 1. dum tamen ad talem verbalē citationem in ciuilibus faciendam parua aut nulla causæ cognitio requiratur, vt inquiunt Roland. vbi supra, & Præpos. in dicto cap. cum parati. num. 75 & melius omnium per conclusiones declarat Aretinus in dict. cap. 1. de iudicijs, fin. notab. & hoc verum est, si citationes hæc faciendæ sunt intra ciuitatem & locum iudicij, non vero si extra illum, quoniam tunc quantumcūque citandi essent de iurisdictione loci illius, non posset nuntius absque speciali cōmisione iudicis exire ad citandum & citare, secūdum Rebuffum vbi supra dict. tit. de citatione, in præfatione, num. 67. & in artic. 1. glo. 1. num. fin. & glo. 2. nume. 3. debetque cum commissio requiritur de tali commissione in actis apparere & in processu constare, neque credendum est nuntio dicenti se eam habere quanuis secundum Marantam, vbi supra. pagina. 364. numero. 52. de consuetudine tolleretur in quam pluribus locis, vt quando sunt nūcij publici & generales credatur eorum relationibus, quod citauerunt de commissione iudicis licet ex actis hoc nō appareat, & hæc consuetudo sufficiet, secundū Præpositum in dict. cap. cum parati, nume. 28. præsertim si partes non contradicunt, neque negant se citatos, quia tunc cum veritas sit attendendá reiectis apicibus iuris. ex l. 9. titul. 17. infra eo. credetur nuncijs ijs, & talis cōsuetudo erit obseruanda, quem-
26 admodum de consuetudine creditur nūtio scribenti examinationē testium vel aliū causæ articulum & dicenti sibi fuisse commissum, secundum Rebuff. in dict. titu. de citatione art. 4. gloss. 1. num. 4. pag. 82. licet secundum eum ibi communis sit in cōtrarium, & contra has consuetudines plurimum obstat lex nostra, quæ specialem requirit iudicis commissionem, & contra quam nulla consuetudo valere deberet, vt diximus in l. 3. titul. 1. libr. 2. supra, & quia citare iurisdictionis est, ex text. in Clemē. pastoralis, de re iudi. & cap. Romana. §. cōtrahentes, de foro compet. in. 6. & sic per alium, quam per iudicem ea, quæ iurisdictionis sunt, exerceri nō possunt, ita quod quanuis antea in ciuilibus dubium esset, num specialis commissio ad citandum requireretur, sicut in criminalibus, vt apparet ex dictis per Clarum in dict. §. fi. quæst. 31. versic. vnum autem, ex lege vero nostra nullus locus dubitandi relinquitur, sed potius clarum est iam in ciuilibus, sicut in criminalibus requiri specialem commissionem ad citandum reiecta distinctione illa causæ cognitionis, prout tenebat Roman. consil. 497. nu. 8. & aliter citatio facta nulla sit, neque citatus comparere teneatur ex. l. fin. C. de exhib. reis, & in hac glo. dictum remanet, & tenet Hypo. in. l. de vno quoque num. 115. ff. de iudi. & sic vnum de principalibus requisitis citationis ex tx. nostro erit, quod de speciali commissione iudicis fiat, neque consuetudo vlla aliquid operetur contra legis nostræ dispositionē quod est optimū & singulare vt scias suo tempore allegare, quāuis vereor nihil profuturum in locis vbi dictæ consuetudines seruantur, iudices enim ijs consuetudinibus inhærent, sa isque commissum asserūt eo ipso quod in publicos nuntios sunt electi, & sic declarandam legem nostram asserunt, vt suis consuetudinibus consulant & prouideant, imo potius voluntaribus, in casu tamen in quo dictæ consuetudines seruarentur, tunc essent seruadæ quotiescumque, vt diximus supra hac glossa, ad citationem illam verbalem faciendam nulla causæ cognitio requireretur, quia tunc cū sit simplex citatio, puta ad comparēdum, nulla esset necessaria specialis commissio iudicis, sed generalis illa citandi nuntio publico data sufficeret, vt fieri posset tunc citatio illa, vt inquit Hypol. in dict. l. de vnoquoque num. 115. ff. de re iud. & Bonifatius, in sua peregrina. legum partitarū verbo citatio. quæst. 2. gloss. 3. incipienti. vnū tamen, & quam plures adhoc refert Dueñas, dicta reg. 97. limi. 2. & tradit Iass. in. §. quadrupli num. 14. & 15. instit. de action.

& additio Alciati in d. Reg. 3. præsumpti. 14. num. 8. pag. 269. in paruis, ex Bal. in l. si quando. quæst. 12. C. de testibus sic cõcilians opiniones, & sic etiam posset limitari lex nostra saltim vt dicta consuetudo saluetur, secundum quam conciliationem sic video vti & practicari in hac Placentiæ ciuitate, intra ciuitatem ipsam nõ vero extra: alijs modis limitare poteris supra dicta ex dictis per Dueñas & Ripa. vbi supra. Ex quo inquit Innocen. in cap. quoniam contra, versi. citatur, extra de probatio. quod si de relatione nuncij publici appareat sufficit, licet de commissione nõ constet, quẽ refert additio. Bart. in l. athletas. §. 1. in 1. additione. ff. ad l. Cornel. de falsis vbi inquit qualiter puniatur nũtius curię aliquẽ citans sine mandato. Et an ad commissionem hanc concedendam in casu vbi requiritur debeat iudex eam concedens pro tribunali tunc sedere, vide per Præpositum in d. cap. cum parati nume. 27. de appellatio. Sed an si in actis appareat de citatione & relatione nuncij asserentis se citasse, pręsumetur quod præcesserit commissio iudicis de citando, tradit Hypoli. vbi supr. nu. 118. satis ex dictis patet quod non, cum etiam in actis debeat de cõmissione constare, neque nuntio ipsi asserenti eam habuisse credendum sit, prout anteà dictũ remanet, vbi ex Altiato & alijs hanc diximus communem opinionem, procederet tamen in casu in quo per partem aduersam de defectu commissionis opponeretur, secus vero si de tali defectu non opponatur, quia tunc sufficeret si de relatione nuncij in processu constaret, vt inquit Innocen. vbi sup. qui sic est intelligendus, ne dictæ communi opinioni contrarietur:

27 Item nota q vbi summariè † est procedẽdum, ptout in executiuis proceditur, tunc defectus commissionis non vitiaret processum secundum Roman. consi. 498. secutum per Deci. consi. 449. numer. 15. & cum per l. fi. tit. 17. infra eo. lib. secundum veritatẽ, & sic summariè sit procedendũ, etiam si hodie commissio citandi in processu deficeret nihil obstaret, & sic multoties de commissione non curatur, quod est nouum ad dictam. l. fin. vlterius no-

28 ta quod commissio † citandi vel mittendi in possessionem nuntio facta, non spirat morte iudicis eam concedentis, secundũ Orosci super. ff. vet. col. 566. numer. 64. communis secundum Couar. in practicis quæst. cap. 11. num. 2.

Ibi [fuera del lugar,] intra territoriũ tamen iudicis iubentis citare intellige verba hæc, extra territorium enim non potest quis alium citari facere, ex tex. & eius materia, in l. fi. ff. de iur. om. iud. & ex l. 7. tit. 4. par. 3. & l. 9. tit. 9. par. 1. vbi & probatur quod subditus extra territorium episcopi excommunicantis existens non potest excommunicari per episcopum intra territorium suum existentem, quod adeò verum dicit Abba. relatus per Marcum Antonium, in suis institutionibus canonicis, tit. de offi. leg. col. penul. in medio quod neque ab excommunicatione illata legatus absoluere poterit etiam de consensu iudicis vbi ille excommunicatus absoluendus viuit, neque itidem poterit quis eius subditum delinquentem, & propter delictum relegandum vltra territorium

29 † suum exulare & relegare, secundum Bal. in l. executorem num. 126. C. de executio. rei iudi. Bar. in l. relegatorum & ibi Bal. ff. de inter. & releg. & facit optima l. 5. & pen. ti. 31. pa. 7. vbi probatur aliũ quã regem à toto regno relegare non posse, & ibi gloss. 1. infert quod neque iudices curiæ poterunt nisi in casibus à iure permissis. Nunquid tamen sicut verum est iudicem extra territorium suum exercere iurisdictionem non posse, erit idem, vt

30 neque verbaliter † aliquem etiam subditũ suum extra territorium existentem citari iubere possit, quæ quidem quæstio ita difficilis reddita est, quod omnes asserunt, noua decisione Imperatoris egere, & communiter in ea tres casus distinguũtur vt procedamus resolutiue prout aliqui è nostris processerunt scilicet, quod aut iudex de causa cognoscens requirit iudicem territorij vbi citandus habitat, vt eum citari faciat & citet per nuntios & cursores suos, vel tabelliones territorij iudicis requisiti, & hoc optime fieri põtest ex l. 1. §. 1. ff. de requir. reis, & ita Mediolani fieri asserit Clarus lib. 5. selectarum sent. §. fin. quæst. 31. nume. 19. quem admodum si de re in alieno existente territorio tractetur, executio in re illa facienda, debet fieri per nun-

31 tium illius territori vbi res sita est † ex mandato iudicis ipsius territorij, cum literis

teris

teris requisitorijs iudicis de causa rei illius cognoscentis, ex tex. in l. à Diuo Pio. §. sententiam Romæ. ff. de re iud. tradit Couar. in pract. cap. 10. nu. 2. cum sequen. & Anton. Gom. tom. 3. cap. 9. num. 4. & Suarez l. post rem. 8. quæst. incipi. circa iudicẽ pag. 350. num. 1. & Oroscius in. l. cum quædã puella. colũ. 595. ff. de iur. om. iud. & hæc est concors & vera opinio, secundũ eund. Orosc. in. l. fin. col. 598. num. 9. ff. eo titul. quam & tenet Rebuff. 1. tom. const. Fran. titul. de literis oblig. artic. 3. glo. 3. num. 8. & de hoc primo membro nulli dubium: Aut vero iudex de causa cognoscens capere vult subditum suum extra suum territo
32 rium existentem, & hoc neque ei licet † nisi cum literis requisitorijs, ex tex. in. l. quis sit fugitiuus. §. itẽ Celsus, verbo adduci. ff. de ædil. edic. *imo & si de facto capiatur* ante omnia relaxandus est, debetque poni in pristinum statum quasi spoliatus naturali libertate, secundum Anto. Gom. dict. cap. 9. num. 4. tom. 3. variarum, imò neq; tunc duci potest ligatus ad locũ vbi captus fuit, sed liber, ita quod possit fugere si velit & se defendere, debet relinqui, secundũ Hypol. in pract. §. aggredior num. 33. & § attingam num. 25. & diximus in. l. 3. titu. 2. libr. 1. supra. & qualiter puniatur iudex in alieno iudicans territorio vide per Auiles cap. 1. prætorum glo. 1. num. 6. fol. 20. & l. 7. titu. 4. part. 3. & in hoc nihil est dubitãdum. Aut vero & tertio iudex vult subditum *suum in alieno territorio existentem* verbo tantum citare, mittendo adhoc apparitorem, & cursorem suum vt eum citet & in hoc an fieri possit pendent difficultates, & opiniones, Cyno, & communiter legistis tenentibus, quod possit id fieri, secundum Angel. in dict. l. fi. ff. de iur. omn. iud. per text. in. l. omnes. §. si vero apparitor, vbi Bart. & alij notant. C. de episco. & cler. & Cæpol. in dict. §. item Celsus, nu. 3. *Canonistis vero contrarium asserenti*bus per tex. in Clem. pastoralis. de re iudi. teste Claro, in dict. quæst. 31. num. 20. & quanuis Angel. & Bald. teste Oroscio. in dict. col. 598. num. 11. satis impudenter asserant, tex. illum dictæ Clemen. pastoralis, ex errore canonistarum processisse, inconsiderate tamẽ id affirmarunt, cum tex. in. l. 1. §. præsides. ff. de requir. reis, concordet cum dicta Clemen. pastoralis, & ideo melius dici poterat illum §. præsides, processisse ab errore legistarũ, vt inquit Mõtaluus, in. l. 4. titu. 3. lib. 2. fori in glo. fi. col. 5. in principio, vbi de ijs late tractat, in qua tandem difficultate & opinionum varietate communis concordia & approbata distinctio adhiberi solet, ex Bart. teste Orosc. vbi supra, & Didaco Perez, hic colũ. 816. versic. in oppositum, & Villalobos in ærario mille com. opin. litera. c. nu. 77. & Maranta in pract. titu. de citatione, num. 40. pag. 361. & Lanfranc. in cap. quoniam cõtra, tit. de citatio. num. 23. fol. 24. in paruis de probatio. scilicet quod si sub vno eodẽque principe & domino territoria iudicis iubẽtis citare, & illius vbi citãdus viuit existunt, tunc procedat prima opinio legistarum, si vero territoria hæc sint sub diuersis dominis & *principibus*, *procedat secunda* opinio canonistarum, quam distinctionẽ & concordiam probare vult Didacus Perez vbi supra per illam. l. 4. titu. 3. lib. 2. fori quæ mihi nihil in propositum probat, licet glossator ibi in verbo, fagan, col. 3. in medio, idem teneat per illam, probat etiam ex l. 5. tit. 2. lib. 3. ordi. quæ est iam. l. 7. infra isto titul. nostro. & lib. 4. quæ quidem lex etiam mihi nihil probat, prout ex ea clare videbitur, & ideo licet distinctio hæc cõmunis & concordia approbata sit, quam & refert Clarus dict. quæst. 31. versic. posset forte, nouiter tamen subtiliterque mihi tenendum videtur quod iam hodie legibus *nostris regijs attentis, indistincte sit tenenda* canonistarum opinio, scilicet quod in alieno territorio iudex alterius territorij nõ possit citare per suum apparitorem etiã verbaliter absque literis requisitorijs, quantumuis territoria illa sint sub potestate vniusmet principis & domini si iurisdictio illorum territoriorũ diuisa est & determinata per se, videmus enim iam, vt in proposirum inquit Rebuf. in. 2. tomo const. tit. de literis requisitorijs, in principio, iurisdictiones cuilibet magistratui in sua prouintia assignatas, & sic non dicitur iam vna prouintia, quanuis vnum habeat dominũ, distinctę enim sunt prouintiæ per præsidatus, secundum Afflictis in const. Sicil. libr. 1. rubr. 92. num. 6. & 7. ita quod, vt inquit Vergilius, diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet, cumque iurisdictiones & territoria distincta sint, distincta etiam debet

esse

esse citatio, quæ iurisdictionis est vt patet ex d. Cle. pastoralis, & ex c. Romana. §. contrahentes, de foro comp. in 6. eo enim sunt distincta territoria vt iurisdictiones cognoscantur, sicut enim dominia rerum de iure gentium sunt distincta. i. dist. cap. ius gentium. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, ita & iurisdictiones per regna principatus & prouincias sunt distinctæ, singulis ipse regibus, ducibus, siue magistratibus sit per ministrāda iustitia deputatæ, per quos iura reguntur. vt. ff. de origi. iur. l. 2. §. post originem, cum sequent. istisque regibus ducibus & magistratibus specialiter prohibetur, ipso naturali iure vetante, ne alterius iurisdictionem vsurpent, vel violent, sed suis terminis sint contenti, vt. 6. quæst. 3. scriptum & c. seq. & 8. Deute. 19. non assumes & transferes terminos proximi tui, quos posuerunt priores, & Prouerbio. 22. & iura per principatus & regna iurisdictiones hac ratione diuiserunt, vt publicum bonum promoueretur, nec enim aliter humani generis conseruatio alia poterit ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret, vt inquit tex. in ca. ad hoc 89. dist. magnaq; resultaret confusio, mundusque totus scandalis & dissensionibus consumetur. 3. quæst. 6. vltra prouintiam. & ca. vnaquæq; cum sequent. & 14. quæsti. 1. peruenit, quælibet enim prouintia & regnum naturaliter desiderat suam iurisdictionem qua tuentur se communitates hominum in suo esse formali politico, & iurisdictio suum & proprium desiderat territorium sicut seruitus fundum secundū Bal. in. l. 3. ff. de offi. Præsid. ex. l. fi. C. vbi & apud quē. terminatur namque iurisdictio territorio vel limitibus ciuitatis, prouintiæ, vel regni vt in. l. fi. ff. de iur. om. iud. ergo extra territorium suum iudex nihil exercere potest ex. d. l. fi. & cap. 2. de const. in. 6 Item hæc mea opinio probatur ex tex. in. l. 7. tit. 4. part. 3. quę quidem licet prima facie in citatione reali loqui videatur, quæ fit per capturam personæ, vel rei apprehensionem, tamen etiam in verbali si bene inspiciatur loquitur, prout ex ea patet ibi. e aun deuen mucho guardar que no juzguen en otra tierra, que no sea de su juzgado, ni prendan ni apremien ome ninguno, ponderando dictionem illam, no juzgen en otra tierra, iudicatur enim etiam quando iubetur citationē fieri in alieno territorio ergo verba hæc de citatione verbali intelligenda sunt, præsertim quia si aliud diceretur, verba sequentia, ni prendan ni apremiē, superflua forent cum iam de eis per illa verba, juzguen, dictum esset, si hæc verba, juzguen, de reali tantum intelligerentur citatione, & quia dictio illa sequēs, ni, Latine nec, copulatiua negatiua est, vt dixi in. l. 10. tit. 1. supra isto lib. copulæ autē ea est natura, vt diuersa copulet, secundū gloss. & Bar. in rub. ff. de iur. & fac. ig. cum quę ibidem, ni prendan, de reali loquatur citatione in præcedentibus, ni juzguen, de verbali loquitur iurisconsultus, & cum ibidē lex generaliter loquatur, generaliter est intelligenda, siue territoria sint sub eodem Principe siue sub diuersis principibus vel dominijs, maximē cū vt ex illa met Partitarū lege patet, in vno eodēq; regno loquit, ibi, no auiēdo mandamiēto del Rey, ecce ergo, quomodo in eūdem met regno loquitur, & nihilominus lex illa prohibet in alieno iudicari territorio siue verbaliter, siue realiter procedatur, igitur est ibi tex. expressus supradicto modo ponderatus probans meam cum canonistis opinionem reiecta illa distinctione & concordia doctorum supra assignata, ita quod iam nullo liceat modo realiter neque verbaliter citare subditum in alieno territorio existentem, nisi cum literis requisitorijs, & sic videmus quotidie fieri & practicari, & sic lex nostra declaranda est, in ijs verbis, quæ nunc commentamus, & sic per senatum fuisse iudicatum asserit Rebuff. 3. tom. const. Fran. tit. de citatio. articu. 1. glo. 1. n. 2. & Mara. vbi sup. d. n. 40. & Cla. vbi sup. n. 20. & tenet Afflict. in const. Sicil. li. 1. rub. 96. nu. 5. & 20. reiecta illa finali parte distinctionis Bar. & communis sint nē sub eodem principe territoria nec nè, & non est ab hac practica recedendū, secundum Clarum. d. quæst. 37. num. 20. versi. posset forte, & Ioan. Gracian. in regulis suis & fallen. regu. 491. nisi in partibus vbi aliud per constitutionem aliquam permissum expresse haberetur, prout habetur Neapoli, teste Matthæo Afflictis, in constitutionibus Siciliæ lib. 1. rub. 90. nu. 7. neque huic opinioni aliquid obstat. d. lex. 7. infra isto lib. sed potius per argumē

tum

tum ab speciali videtur pro hac opinione, & sententia facere, nam ideo ibi permittitur citari posse subditum in alieno territorio existentem, cum literis citatorijs ipsius iudicis citantis, & cum eius apparitore & nuntio, quoniam citandus ille, maliciose ne citaretur, neque conueniri posset in territorio suo, in alienum se transtulit territorium, ideò nimirum si ibidem mitti possit vt citetur per apparitorem sui iudicis, à quo aufugit, ne coram eo conueniretur, vt ex verbis illius legis. 7. patet, ibi por su voluntad y por no cũplir, ponderando copulatiuam illam, y, qua mediante malicia ibidem consideratur & ponderatur, multum, & voluntas iudicium subterfugiendi, quibus malitia & voluntate cessantibus considerare poteris tex. ibi pro hac mea intelligentia & *opinione*, vt scilicet non possit citatio etiam verbalis fieri in alieno territorio subdito citantis, nisi mediantibus literis requisitorijs, cum opinione Canonistarum, quam reperio etiam tenuisse Rebuff. vbi supra in prin. numer. 1. sequent. & iterum gloss. 3. nume. 11. dicti tituli, de liter. oblig. 2. tom. const. Fran. vbi cum numeris sequent. limitat eam: nisi dicamus sequendo legistarum opinionem & quorundã itidẽ Canonistarũ legistarũ sequentium, quod illa lex. 7. par titarum non loquitur in verbali citatione, sed tantum in reali, illudque verbum, ni juzguẽ intelligatur, quoties iudex personaliter *in alieno territorio iudicare vult*, secus vero si per suum apparitorem missum per eum à prouintia sua subditum suum in aliena existentem citari faciat, nam tunc cum in suo territorio iudicet, neque per citationem verbalem territorium alienum turbetur, optime poterit citatio hæc fieri, nam executio illius nuncij non est actus iudicialis, secundum Abb. hanc opinionem dicentẽ in. c. fi nu. 41. & 42. de foro comp. vbi & inquit communem esse sententiam quod subditus alibi existens extra territorium excommunicari potest per iudicẽ domicilij, & probat hoc dicta. l. 9. titu. 9. par. 1. & secundum hæc lex illa. 7. istius nostri tituli generaliter sit intelligenda & indistincte, vt approbet communem opinionem legistarum, & Bartoli concordiã & casum magis dubium decidat, & non displiceret respõsio hæc & legistarum opinio, nisi supra proximã canonistarum opinionem vbique audirem & viderem praticari in hoc regno, excepto regno Neapolitano vbi per statutum aliud, *vt diximus*, statutũ reperim', teste Afflictis in d. rub. 90. num. 1. libri. 1. constit. sicut & si cõsuetudo similis adesset, & hæc seruaretur, nam & consuetudine induci potest vt extra territorium iudicetur secundum text. in. l. 3. §. fi. ff. de offi. consulibus, ad hoc notitũ per Orosciũ, in dicta. col. 598. in princi. & hæc in inferioribus iudicibus procedunt, respectu quorũ diuisa sunt dominia & territoria, etiam sub vno principe existentia, respectu vero supremorum iudicum, qui sub regio nomine in toto regno citant cum cursoribus & apparitoribus alguazellisque suis, vel ciuitatum & locorum tabellionibus aliud est. Rex, *enim omnium* prouintiarum sui regni, & dominij dominus & ordinarius est, & hæc esset verior concordia inter dictas canonistarum & legistarum opiniones. Est etiam alia & non minus singularis quæstio, scilicet, num de
33 partium consensu † poterit quis ius dicere & iudicare in alieno territorio & iurisdictione, & in hoc alijs quamuis dissentiẽtibus, frequentius omnes cum Bartolo tenent quod optime poterit, dum tamen ordinarius iudex loci non dissentiat, teste Oroscio, in. l. Præses puintiæ col. 445. n. 2. ff. de offi. præsid. & tenet Petr. Costal. in. l. omnes. ff. de offi. procons. & leg. extat tamen quædam. l. 7. titu. 4. parti. 3. quæ
34 solum consensum partium † non vero iudicis loci requirit, nec obstabit si dixeris legem hanc loqui, non cum vt iudex hic extraneus ordinarius in alieno iudicat territorio, sed cum tanquam arbiter, vel arbitrator, tunc enim de partium consensu poterit, etiam nullo iudicis ordinarij loci illius tacito vel expresso consensu requisito, nam secundum glos. in ea. l. 7. verbo sino, arbiter capere personam, vel executionem suæ sententẽtiæ facere non potest, ergo de ordinario iudice lex illa. 7. intelligenda est nisi dicamus per legem illã hodie probari, iudicem compromissariũ posse capere & incarcerare, prout eam ad hoc allegauit Auendan. cap. 1. prætorum num. 29. versi. & quod iure regni lib. 1. & tunc solus partium litigantium consensus sufficiat, vt & in alieno territorio inter eos iudex

iudex hic compromissarius iudicare possit, quasi secus sit, si vt ordinarius iudex procedat, quia tunc vltra partium consensum, consensum etiam saltim tacitum iudicis illius territorij requiri, asserendũ videtur, vt inquit Oroscius, in l. finali, col. 598. ff. de iuris. om. iud. & Maranta, in practica, titu. de citatione pag. 361. nu. 41. & fuit Pauli Castrensis, in l. dedi. §. fi. ff. de cõditione causa data, quanuis Auendaño. c. 5. prætorum. n. 4. versi. quinimo, lib. 1. ex dicta. l. partitæ velit, quod etiam de tacito consensu iudicis illius territorij, & partiũ id fieri nõ possit, vel dici potest illã partitæ solũ cõsensum partiũ exprimentẽ suppleatur per cõmunẽ illã, vt & consensus etiã tacitus iudicis territorij requiratur, vt in eo loco arbiter itidẽ vel arbitrator iudicare possint, hæc tñ suppletio mihi nõ applaudet, tũ quia lex illa non distinguit, tũ etiam quia si lex illa id voluisset, non fecisset differentiam, an quis in alieno territorio vt ordinarius iudex iudicaret, vel tanquam arbiter vel arbitrator, vt priori casu non solum partiũ consensus, sed & iudicis illius loci saltim tacitus requiratur, in secundo vero casu solum partium cõsensus sufficiat, & sic vera videatur cõclusio illa de Auendaño, quod quidem sicut illa lege attenta applaudet, ita & displicet ipsa Auendañi opinio cum arbiter vel arbitrator sententiam suam non exequatur, neq; personam capiat alicuius, sed tantũ ad petitionem & requisitionem eius, vel partiũ iudex loci, vbi capiendus vel exequẽdus viuit & moratur, capit, vel exequitur, & tunc satis dicitur ipsum arbitrum capere, vel exequi, cum ad requisitionẽ eius hæc fiant & exequantur, & nisi legem illã sic intelligas dicere poteris istud, de incarcerando personam, vel exequendo arbitrũ vel arbitratorem sententiam suam nunquam admissum fuisse, neque admitti, sed per mediam iudicis ordinarij loci personã sententia arbitri vel arbitratoris exequitur, vel persona capitur & incarceratur, & sic quo ad hoc tantum illa doctrina Auendañi, procedat in. d. n. 4. vers. quinimo, non vero quo ad hoc vt iudicet inter partes super re aliqua, hoc enim de partiũ consensu iudex alterius territorij facere poterit procedendo tanquam arbiter, vel arbitrator, secus vero si tãquã iudex ordinarius vellet iudicare, tunc enim nõ solũ partiũ litigãtiũ cõsensus requireretur, verũ & iudicis illius territorij, vbi iudicat saltim tacitus, quæ oĩa vt noua & singularia notãda sunt, & maiori deliberatiõe digna.

Ibi, [Le den por escripto,] Hic habes iam text. optimum probantem quod quãuis non requiratur vt citatio fiat in scrip-
35 tis, imo ex iudicis arbitrio hoc pendere † debet tamen in actis scribi, vt de ea appareat & constet, vt est tex. in. c. cum dilecti, in versi. si spectantibus, & in versic. viua voce, de dolo & contu. tradit Marant. cum suis limitationibus, in pract. d. tit. de citatione, n. 74. pag. 371. in paruis, à quo desumpsisse credo Dueñas, regula 75. de quo & plura tradit Speculator in tit. de citatione § iam de citatione in princ. quanuis de consuetudine habemus iam non requiri in actis de commissione apparere, si per nuntium publicum sit facta citatio, secundum additionat. Octau. Vestrini practica chancellariæ Apostolicæ lib. 4. c. 4. num. 23. & hoc cum intra ciuitatem facienda est citatio, si vero extra ciuitatem, vel
36 locũ † tunc in scriptis facienda est, sicut ante requirebatur fieri cum extra prouintiã fiebat, & tunc nomina citandorum in scriptis tradenda sunt ipsi nuntio, ex tex. nostro. Est tamen notandum quod tũc, quãdo citatio in scriptis fieri debet, vltra iudicis cõmissionẽ, causam etiam citandi con-
37 tinebit † citatio ipsa, vt probat tex. hic ibi declare la causa, & nomina citandorum, vt diximus, & alia etiam ponit Speculator vbi supra num. 1. & Maranta, vbi sup. nu. 73. & Dida. Perez hic col. 827. quæst. 25. quæ obseruanda sunt in citatione, & tres partes debet continere citatio cõmissionẽ iudicis, executionẽ, & relationẽ nuncij, secundũ Deciũ c. qm̃ cõtra. n. 25. de proba. & Rolan. consil. 47. numer. 65. vol. 2. Insuperq; si talis citatio fiat de mandato iudicis delegati totus tenor cõmissionis eius & rescripti est inserendus in citatorio, sm̃ Spec. & Marant. vbi sup. pag. 371. & Dueñas vbi supra limitatione. 1. & Oros. in l. ex quacũq;. n. 4. & 5. col. 641. ff. si quis in ius voc. nõ ier. sed an si ps vellit q̃ sibi ostẽ-
38 datur cõmissio † originalis, erit ei ostẽdẽda, vel sufficiet tenorẽ eius ostẽdere, & in citatorio inseri, tradit Speculator vbi sup. nu. 17. & Latius Abb. Panor. c. prætera.

G de di-

de dilationibus, Felinus in. c. quod super his extra de fide instrum. sed an in tali citatione siue per ordinarium siue per delegatum iudicē lata, inserendus erit tenor libelli & petitionis partis petentis, tradit optime Cynus in aut. offeratur. C. de litis cōtestatione. & gl. in. c. præterea, extra de dilationibus, & gl. fazer in. l. 1. tit. 7. p. 3. & Angelus in. §. tripli. vers. quero, cum vna cū citatorio institu. de actionibus, & Iul. Clar. lib. 5. selectarū sententiarū. §. fi. q. 31. versi. nunquid in citatione, & in hoc mihi dicendum videtur, quod si intra ciuitatē & locū citatio facienda est, nō est necesse tenorē libelli in ea apponere neq; inserere sed sufficit partē per cursorē citari vt cōpareat tali die ad petitionē talis, vel petitio ipsa & libellus ei notificetur & prouisio ꝑ iudicē ad libelli illius præsentationē, si vero extra ciuitatē & locū citatio faciēda est si per ipsum nuntiū publicū loci illius citatio fit, sufficit tali nūtio præberi mandatū in quo cōtineantur nomina citandorū & causa citationis, & ita procedat tx. hic, ibi le den por escripto los q̄ vuierē de emplazar firmado del nōbre del escriuano, por el qual le d̄clare la causa porq le māda emplazar, si tamē citatio cōmittatur tabellioni, vel iudici loci vbi citandus degit. Subjecto tñ iudici citāti & intra eius territoriū, vel si extra cū suis literis requisitorijs, tunc in citatione totus libelli inseritur tenor, sm̄ gl. in. d. l. 1. tit. 7. p. 3. tū quia aliquādo tot rationes & iura in libello allegantur, quæ per relatione in citatione cōprehendi nō possunt, tū etiā vt citatus videat an expediat sibi cedere, vel cōtendere, & defensionibus suis vti posit si quas habet, mandatūq; hoc & literæ citatoriæ tam ipsius tabellionis subscriptione signatur, q̄ ipsius iudicis expedientis, prout cōsiderat & bene Did. Per. hic col. 824. in princ. & ita vtitur, & sic tex. noster copulatiue non vero disiunctiuè prout loquitur, loqui debebat, & sic credo disiunctiuā hic quoad hoc copulatiue poni, ibi, firmado de su nōbre, o de su escriuano, nam pro copula dictionē illam, o, ponendam judico, prout sæpissimè in iure apponi solet.

Ibi, [Los que vuiere de emplazar, & sic nomina citandorū exprimenda sunt in citatione, & notandum, quod si in nomini-
39 bus † eorū erraretur, nihil valeret citatio secundū Hipol. in. l. de vnoquoq; n. 194. ff. de re iud. quē vide. ponit enim in proposítū cautelam quandā, & notandū etiā q̄ citatio specialis debet esse specialiter tale,
40 vt tales † declarando non vero generalis vt omnes, secūdū Rebuf. optime in. 2. to. const. Fran. tit. de restitutio. art. 1. gl. 13. n. 1. & 3. cū seq. & in gl. vlt. nu. 3. cū seq. alia prosequitur, vbi specifica mentio, & monitio requiritur.

Ibi, [Declare la causa,] Causa enim in citatione inscriptis lata inserenda est, prout probant plura iura. l. 2. §. legatis. ff. de iud. l. 2. si quis in ius vocatus nō ierit, gl. c. si episcopus. 3. quæst. 2. & in. c. cum contumacia de hæret. in. 6. Rebuf. in concordata Reg. Fran. rub. de constitutio. verb. causas pag. mihi. 52. & idem in regno suo asserit statutum Marant. in pract. titu. de citatio. num. 37. pag. 370. & tenet Specula d. tit. de citatione. §. cum de citatione. n. 1. & voluit Auend. vbi tex. nostrum ad hoc considerat in tract. de primo & secūdo decreto. num. 4. fol. 19. col. 4. in fi. & tenent alij per me relati in. l. 3. gl. en la qual, titu. 10. infra hoc lib. & probat tex. & ibi gl. l. 1. tit. 7. part. 3. & hæc est communis cōclusio, etiam iure antiquo attento, secundū Inn. relatū & secutū per Clarū, lib. 5. recep. sent. §. 1. q. 31. versic. quæro nunc, reiecta distinctione Abb. per eum relati, an ad partes remotas necne fieret citatio, vt primo causa insereretur, secundo non, quæ distinctio per tx. nostrū destruit, nihil circa hoc distinguentem, sed q̄ tantū si extra ciuitatē fiat inserenda causa est, imo & tunc
41 & causa † iurisdictionē iudicis citantis cōcludens inserenda est, alias nō tenetur citatus cōparere, sm̄ Fel. in. c. cū in iure. n. 4. de offic. de leg. de quib. & per Hipol. in. l. de vnoquoq; nu. 144. ff de re iud. & est vtile causam inserere in citatione secūdū Rebuf. 1. to. const. Frā. tit. de literarū obl. art. 6. glos. 4. num. 1. & 2. vbi num. 3. inquit hodie in practica citationes non esse ipso iure nullas & si causa in eis non inseratur, possent tamen ad partis citationem annullari & annullabuntur, maxime ex tex. nostro qui & eas nullas esse vult si bene inspiciatur, si tamen citatio intra ciuitatem & locum iudicij facienda sit, cū tunc non requiritur de necessitate inscriptis fieri, posset & absque causa intimari, & dari, se-

ri, secundum Marantã, vbi supra. nu. 69. pag. 369. & ita procedit quod inquit Matth. Afflict. in decis. 294. n. 2. dicens veriorem esse opinionem nullam causam in citationibus ordinariorum requiri, quod intelligi potest cum intra locum iudicij citatio facienda est, secus si extra & si glo. a fazer derecho, in. l. 1. titu. 7. part. 3. velit etiam intra locum iudicij inserendam causam in citatione per tx. ibi qui mihi nihil probat, & ideo in citationibus faciẽdis intra locum iudicij nulla solet inseri causa secus si extra, quia tunc inserẽda est, licet si non inseretetur crederem & adhuc tũc citatum arctari, saltim ad comparendum & allegandum non teneri comparere nisi caussa in citatione inferatur & ad allegandum de eius nullitate ob hanc causam, nõ vero in negotio principali tenebitur allegare neque respondere, si causa citationis non intimetur, nã & ad allegandum priuilegium clericatus ad declinandum forum seculare debet clericus citatus comparere, vt per Bart. & DD. in. l. ex quacũque. ff. si quis in ius vocatus non ierit, vbi Orof. n. 9. col. 642. in princ. inquit quod in dubio citatus venire debet, & tunc de ijs allegare poterit, & ita faciendum iudico, in hæresum tamẽ causa citatio verbalis siue intra locum siue extra fiat causam continere non debet, secundum Symancas de inst. Cathol. tit. 44. n. 12.

Ibi, [sea en si ninguno,] etiam si non opponatur, cum ipso iure ex his verbis annullatio fiat, & hoc nimirum est, quia cum citatio præter stilum & morem solitum fit
42 nulla † est secundum Boer. decis. 235. in fi. & Did. Per. hic col. 821. q. 11. & Rebuf. 3. tom. titu. de contumacia, art. 7. glo. vna num. 4. & tũc omnia post facta nulla sunt quandoquidẽ citatio illegitime facta fuit secundum Hippoly. in. l. de vnoquoque num. 37. cum pluribus seq. ff. de re iud. licet tamen nulla sit ipso iure, requiritur & adhuc tunc declaratio nullitatis, vt in alio loco dicemus & ideo citatus debet ad hoc petendum comparere ex dictis in gl. supra proxima, & quia si quis illegitime citetur, si citatio ad eius notitiam peruenit ita eum arctat, sicut si legitime citaretur, secundum Roland. Valle consi. 47. n. 22. volu. 2. vbi num. 26. hoc intelligit si potuit venire postquam sciuit neque fuit impeditus, imo & teneo, quod si citetur quis ad vnam horam, vel locũ, & ibidem, vel tunc non fiat actus ille ad quem citatus est, actus ipse est nullus, secũdum Roland. Valle cons. 37. nu. 9. vol. 1.

LEX IIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Citans alium in curia, vel chancellaria, si casum curiæ non probauerit, punitur pœna sex mille marapetinorum cum duplicatis expensis.

IBi, [que si alguno,] hic considero text. clare probantem, citationẽ debere fie-
1 ri † ad partis instantiam, & petitionẽ, vt & probat tx. in. l. ad peremptoriũ. ff. de iudi. & tex. in. c. proposuisti. de for. compet. & plura alia ad hoc allegat Hippoly. in. l. de vnoquoque num. 113. ff. de re iud. & alij quos citat Didac. Per. hic colum. 823. q. 14. & Auend. de primo & secundo decreto. nu. 4. post principiũ, vbi tex. in. l. 3. sup. proxima pro hoc allegat, ibi, declare la causa, dum ibi verbum illud declare ad partem petentem referre vult, pro quo est melior text. in. l. 1. titul. 7. partit. 3. tradit alia allegando Lanfrancus, in cap. quoniam contra num. 11. fol. 23. in paruis de
2 probatio. vbi inquit nullam † esse citationem si ad partis petitionem nõ fiat, prout & tradit Didac. Perez vbi supra & Marant. in pract. titulo de citatione. nu. 115. cũ sequenti. pag. 378. & Dueñas reg. 96. vbi allegat Rip. in. cap. 1. de iud. num 20. eam quinque modis limitantem, est tamẽ notandum quod si de citatione in proces
3 su appareat, semper præsumitur † facta ad partis instantiam & petitionem, secundũ Capiti decis. 5. Neapol. nu. 19. & Fell. & eius additio, in. c. 1. nu. 1. de iud.

Ibi, [Y vsare de ella,] quasi secus si eá nó vteretur, quia tunc non incurretur pœna nostræ legis, & sic in hoc casu pœnitêtiæ locus erit, vt ex his verbis patet, & credere admitti vsque ad litis contestationem, imo & vsq; quo declaretur an sit bene declaratum esse casum curiæ, necne, & super incursu huius pœnæ sententia proferatur, esset locus pœnitentiæ ex his quæ diximus in l. 10. tit. 1. sup. isto lib. in glos. diez mil marauedis, & est notandú, quod si dubium extiterit an ille sit casus curiæ excusabitur quis ab incursu huius pœnæ nostræ legis, cú lex nostra malitiam & dolum partis citationé talem nácìscentis cósideret, non vero si malitia cessante casum curiæ quis proposuerit de iure dubium, an sit talis necne.

LEX V.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter citari faciens alium & non comparens in termino citationis debet in expẽsis condemnari, & tassatio harum expensarum quomodo tunc erit facienda, in præsentiarum declaratur & hoc pro sumario sufficiat.

IBi, [Y el emplazado paresciere,] Alias enim citato non cóparente, neq; citationem prosequente nó erit locus nostri text. dispositioni, & si tunc neque citari faciens non compareat, nam vt eius cóclusio procedat debet citatus in termino cóparere, & citationis contumaciá accusare neq; sufficeret comparere si contumaciá citantis nó accusaret, vt dispositio nostri tex. procederet, nam alias non dicitur citari faciens contumax, sed tantú adductú & sic citatio circunducitur, secundú Rebuf. in 3. tom. const. Fran. titu. de contu. art. 7. glos. vnica, nu. 9. & iterú in eod. tit. in princip. artic. 1. gl. vni. imo & non sufficit tunc cótumaciam † hanc accusare, nisi & licentiatus citatus eá accusans recedat, secundú Alex. in l. si finita. § Iulianus. nu. 25. ff. de dam. infect. fol. 49. & Rebuf. vbi supra. art. 5. gl. vni. n. 22. nam maior est cótumacia in comparendo & recedẽdo absque iudicis licentia, quam in non cóparẽdo, nisi ad vnú tantú actú quis citatus sit, vel quando stetit donec iudex discessit de tribunali & accusauit contumaciam, secúdum Abb. in c. consuluit, nu. 7. de off. de leg. & Alex. vbi supra. & alios relatos per Dueñas in reg. 153. limitatione. 1. & 2. vbi tandem ipse in 3. limitatione hoc sublimitat quoties aduersarius accusaret contumaciam recedentis ante terminum, vel non comparẽtis, vel nisi propter aliquod repentinum impedimentum illicentiatus quis recedat, quia tunc non est contumax secundú Dueñas vbi sup. limitat. 5. & Rebuf. 3. to. consti. Fran. tit. de contu. in præfatione. nu. 15. in fi. Dum tamen secundú Marant. in pract. 6. p. titu. de contu. nu. 1. pag. 386. in paruis die sequenti cópareat postquá repentinum illud impedimentú cessauit, absque alia citatione, si tamẽ neque reus neque actor compareat in termino citationis, tunc remanet terminus circunductus & citatio iterum de nouo facienda est vt in glos. sequenti videbis, idẽque esset si citatio inualida fuisset, ná túc potest quis illicentiatus recedere, secundum Roland. consi. 39. nu. 12. lib. 1. quid vero erit, si quis peremptorié citetur termino. 6. dierum, duo dies pro primo, duo pro. 2. duo pro. 3. & compareat reus citatus in primo & secúdo termino, actor vero non, in tertio vero actor & non reus compareat, quis erit contumax, diximus in l. 2. supra isto tit. & lib.

Ibi, [Y prosiguiere el emplazamiento,] hic habes tx. expressú probátẽ q & si reus citatus compareat in termino si contumaciam nó accuset, & sic prosequatur citationem nihil aget, licet contumax reus talis tunc non reputetur, prout communẽ testatur Alex. relatus per Villalobos, in suo ærario mil. com. opi. litera. c. nu. 86. nam contumaciæ accusatio requiritur, prout vltra Rebuf. in. 3. tom. const. Franc. tit. de contum. art. 1. gl. 1. n. 1. cum pluribus sequentibus. ponẽté ampliationes & limita. dicemus Deo volente, in l. 1. tit. 4 glos. que sea, infra. isto lib. imo & debet in tempore accusari, aliter vero nihil actum erit quemadmodum & reus tenetur citatus hora debita comparere, secundum eund. Rebuffum vbi supra in præfatione, numero. 16. pro quo facit, nam hic est stillus tribu-

tribunalium vt accusetur contumacia, secundũ q de iure dispositũ erat, si ergo nõ accusetur, contra stilũ citatio censetur facta, & per consequens est nulla, secundũ Angel. l. fi. C de canone largitionali. lib. 10. & sic nulla datur contumacia, secũdũ Boer. decis. 235. in fi. & Roland. cons. 39. n. 9. & 28. lib. 1. & Did. Per. hic. col 821. q. 11. & Maran. in d. tit. de contum. nu. 1. & Rebuf. 3. to. tit. de contũ. art. 7. gl. vni. nu. 4. & probat tex. in l. 9. in fi. verbis inf. isto tit. & lib. & Orosc. l. de quibus. n. 37. & 38 ff. de legib. Hypol. l. de vnoquoq; n. 36. & seq. ff. de re iud. & Rolan. Valle cons. 47 n. 54. vel. 2. & citatione existente nulla omnia quæ sequuntur nulla etiã sunt, secundũ Rolan. vbi sup. n. 11. & de styllo quid operetur & quomodo probetur & an deroget iuri, vide per Octauia. decis. Pedam. 22. n. 3. cum seq.

Ibi, [Y no paresciere el emplazador,] quia non solũ reus in termino citationis debet cõparere, sed etiã actor ipse qui fecit citare, vel procurator suus, vt in l. & post ædictum. ff. de iud. notat Alex. in l. si finita. §. Iulianus. n. 25. ff. de dã. infect. fol. 49 & tunc, secundũ tex. ibidẽ si actor vel citari faciens nõ cõpareat, circunducitur ædictũ non ipso iure sed per cõparentis rei petitionẽ, secundũ Abb. in c. consuluit. n. 7. fol. 88 de offic. deleg. & præsens citatus potest tunc petere circunductionẽ termini, & se absolui à citatione & cũ iudicis licentia recedere, secũdũ Did. Per. hic col. 821. q. 10. secũdũ quẽ, põt tũc iudex remittere cõtumaci, & expectare eũ in diem sequentẽ, neq; pars aduersa poterit cõtradicere, q & tenet Bal in l. qui ante Kalen. n. 3. ad fi. & ibi Ias. n. 6. ff. de ver. obli. & Alex in l. de vnoquoq;. n. 7. ff. de re iud. & Abb. optimè in d c. cõsuluit. n. 7. & Rebuf. in d. 3. tom. tit. de cõtumacia art. 4. gl. vni. n. 2. vbi. n. 3. hoc limitat nisi aliter se haberet cõsuetudo, vel stillus, de quo & per Alex. bene examinantẽ in l. si finita. § Iulianus. n. 25. fol. 49. ff. de dã. infect. & nouissime post hec tradit Menoc. in tract. de arbitrarijs iudicũ lib. 2. cent. 1. casu. 45. vbi & inquit maiorẽ esse cõtumaciã actoris citantis & nõ cõparentis citationi, quam rei, expensas tñ tunc factas, si reus ipse citatus expectat, ex lege nña soluendæ sunt, licet tunc cùm ex iussu iudicis licet in diem sequentẽ expectare si cõparet citari faciẽs, in diem sequentem, credere solũ deberi expensas illas factas propter expectationẽ illã, nõ vero alias, de quibus & Hipol. in d. l. de vnoquoq;. n. 195. cũ seq. ff. de re iud. vbi & inquit cũ Bal. in d. c. consuluit, q eò ipso q iudex nõ pronuntiauit, sed distulit, censetur prorogasse, est tñ notandũ q si ædictũ, & sic citatio remanet circunductũ per actoris absentiã, & contumaciã ex integro agendũ erit & de nouo reus citatus conueniendus, secundũ Rebuf. vbi sup. in præfatione. n. 2.

Ibi, [En todas las costas,] contumax
3 enim † licet causam non amittat regulariter propter contumaciã: condẽnatur tñ in expensis ex tex. in. l properandũ. §. sin autẽ. C. de iud quẽ ad hoc limitando regulã hanc allegauit Dueñas in reg. 152. verbo. cõtumax, q adeò verũ est q antea
4 quam expensas has † reficiat exaudiri non debet nõ solũ in illa causa, verũ neq; in alia ex text. in. c. actor. de dol. & contu. lib. 6. de quo per Maran. in d. pract. & Speculo aduocatorũ, d. tit. de contumacia. n. 15. in 15. pœna cõtumaciæ, pag. 390. in paruis, & melius quã per ipsum per Hipol. in d. l. de vnoquoq;. n. 197. cũ seq. ff. de iud. vbi nu. 199. hoc amplat etiã ad minorẽ contumacẽ, & nu. 200. idẽ in reo q in actore asserendũ dicit, pro quo est tex. hic, & tex. in. l. 8. tit. 7. part. 3. in fi. vers. l. 1. & ibi idẽ idẽ in criminalibus esse inferit, ipse Hipol. vbi sup. & latius de ijs agit Rebuf. in. 3. tom. const Fran. tit. de expẽ. dam. & int. art. 5. gl. vna. n. 37. cum seq. q adeo verũ est, q condemnatio & taxatio harum expensa-
5 rum potest fieri absque partis † citatione secundũ Bal. relatũ per Marã. vbi sup. tit. de citatione. n. 34. pag. 360. in paruis. & glo. todas in l. 8. titu. 7. part. 3. licet ab hac expensarũ condẽnatione pars condẽnata appellare poterit secũdum eund. Marã. in d. pract. & Spec. aduoca. tit. de appel. n. 280. pag. 622. in paruis, si tñ vltra hanc expensarum condemnationem pars contumax
6 deberet aliqua multcta puniri citandus † omnino esset, neque absq; citatione mulctari posset, secũdũ Hipol. in d. l. de vnoquoq;. n 191. & gl. tien, in l. 8. titu. 7. p. 3. Dũ tamẽ nõ sit notorius & manifestus cõtumax, nã talis etiã mulctari poterit absq; citatione, secũdũ cõmunẽ assertã per Vil-

lalobos, in suo erario mil.com.op.litera.c. nu.273. de quo & Deo volente dicemus in l.14.gl.2. infra isto tit. & lib. est tamen
7 bene verũ q̃ si iusta causa † allegaretur per contumacẽ propter quã cõparere nõ potuit in termino citationis, nõ poterit condẽnari neq; in expẽsis, quia licet iusta causa litigandi non excuset contumacẽ ab harũ expensarũ condẽnatione secundũ Couar. nunc episcopũ Segobiensem meritissimũ & supremæ curiæ prætorio præfectũ & Hispaniæ lumẽ in pract.c. 27. n. 3. ver.fi. & Rebuf.in.3.tom.const.Fran.tit. de expensa.dã.& inter.art.8 gl.vni.n. 2. iusta tamẽ causa nõ cõparendi bene excusat, secundũ eundẽ D. Coua. ibidẽ, & Rebuf. vbi supra & art. 5. gl. vni. nu. 60. & à n. 58. causæ aliquæ per eum ibi proponuntur, quę conclusio, & probatur ex l.14.j. isto tit. & lib. de quibus causis & traditur per Hipol in.d.l. de vnoquoq;.n. 192. & 193. & vna ex ijs causis ponitur per Marã. vbi sup. tit. de contumacia. n. 1. ad fi. pag. 386. in paruis, scilicet, quãdo in termino citationis curia nõ regeretur propter iudicis absentiã, licet tũc secundũ eum ibi tenebitur citatus comparere die sequẽti absque alia noua citatione, hæc tamen intellige procedere, quoties quis specialiter ad aliquid dandũ, vel faciẽdũ citaretur, secus vero si generaliter citetur si sua putauerit interesse, nã tunc cũ citatio hæc fit volũtaria, & si non compareat nõ punitur pœ
8 nis † contumaciæ, secundũ Marani.d. tit. de contum. n. 36. pag. 394. ex Bald. in. c. 1. col. 5. de mil. vas. qui cõt. est, & ex decis. 2. & 24. Neapol. & Francis. Maran. in decis. Delphina. 493. Dubitari tamen potest num expensarũ nostri tex. condẽnationẽ debet pars, cuius interest, petere, vel an iudex parte nõ petẽte, poterit condẽnationẽ hãc facere ex officio suo, & resoluimus dicendũ est, q̃ potest iudex ex officio etiã
9 parte nõ petente † condẽnationẽ harum expensarũ facere, cũ regulariter hoc vt iudex facere possit, vt patet ex dictis p Rip. late in l.4.§. hoc autẽ. n. 81. cũ quatuor sequentibus. ff. de dã. infect. & facit tx. in l. 1. tit 14. lib. 3. for. ibi. Demande a la parte, *in quantũ verba hæc iudici dirigũtur* nulla facta partis petitione, & ita tenet Reb. vbi sup. n. 45. neq; obstat, q̃ secundũ legẽ nostrã pars debet expẽsas iurare, nã i.l. etiã ci potest, iure præcipiẽte fieri, etiam nulla partis petitione, pro expensarũ cõdẽnatione, præcedẽte, licet tñ hæc ex officio suo iudex implere possit, nõ tamẽ tenetur fa-
10 cere † si nõ vult, nisi pars petat vt faciat, secundũ Bar. in. l.4.§. hoc aũt. n. 9. ff. de dã. infect. & Bal. in. d. l. properandũ §. siue autẽ alterutra. C. de iudi. Sic intelligẽdo gl. in l. fi. C. quando prouocar. nõ est necess. volentẽ iudicẽ teneri hoc facere, nã pcedit si à parte petatur, secus alias, de quo late tradit Rip. vbi sup. & Abb. in. c. finẽ litibus. n 4. de dol. & contu. vlterius notãdũ est, q̃ solutis ijs expensis, & cõdẽnatione hac expensarũ propter contumaciã facta, quãuis post, snia in lite illa pro cõtumace hoc condẽnato feratur, nõ poterit cõdẽ-
11 natus † talis expẽsas has repetere, quas ꝑpter contumaciã soluit, sm̃ Bal. in. l. nõ ignorat col. fi. C. de fruct. & lit. exp. & Rebuf. in. 3. to. const. Fran. tit. de expẽs. art. 5. gl. vni. n. 57. imo & q̃ plus est, pœna pe-
12 cuniaria soluta † pro contumacia cõmissa in vna causa criminali nõ cõpensabitur in pœna ipsius criminis, sm̃ Præpos. in. c. reprehensibilis. n. 4. de appel. q̃ optimũ est ad. l. 3. tit. 10. inf. isto lib. quid tñ si quis citatus trina citatione sub vna tamẽ, assignã-
13 do ei † in ea duos dies pro primo, & duos pro secundo, & duos pro tertio termino, cõparuit in tertio termino, nõ vero in primo neq; secundo an condẽnari debeat in expẽsis primi & secũdi termini, in quibus non cõparuit, & in hoc cõem opinionẽ testatur Alex. in. l cõtumacia. n. 18. fol. 185. ff. de re iu l. q̃ sic, quæ quidẽ cõmunis, attẽta. l. 2. s. isto tit. & lib. in fine termini accusandã esse contumaciã iubente, tũc demũ procedet, nõ cũ sub vna & eadẽ citatione tres termini cõtinẽtur, scd̃m dictũ quæstionis exẽplũ, sed tũc demũ quoties vnaqueq; citatio de per se fit, puta si quis citetur vt compareat intra tres dies, & eo non comparente assignentur ei alij tres, in quibus si contumacia accusata, prout in primis tribus, non compareat, alij tres vltimi assignantur, tunc enim si ad tertiũ illum terminum citatus hic cõpareat, cõdemnandus est in expensis primæ & secũ*dæ citationũ*, secundũ communẽ illã, pro qua sic intellecta considerari potest tex. in. l. 3. tit. 10. inf. isto lib. alias nisi sic intelligatur dicta cõmunis opinio, destruetur p tex.

rex.in.d.l.2.sup. isto tit. & lib. nā vt ibi māximus cótumax nó dicitur, nó cōparēs primo & secūdo terminis sibi vnica tantū citatione inclusis, si tertio termino ibidē inclusoque pio, secūdū d. illā scđam accusanda est contumatia, cōparuerit. Est tamen & alia quæstio in nostri tex. propositū an sicut expēsæ debētur propter cōtumatiā nō cōparendi, debebūtur & dāna ex hoc
14 incursa † & resultantia, & dicēdū videtur q nō eo, q lex nostra solū expēsas soluendas iubet & appellatione expēsarū nō veniūt dāna, sm̄ tex. in. c. in nostra de iniur. notabilē sm̄ Romā. singul. 342. & Boer. decis. 52. n. 3. & 5. fol. 69. 1. p. neq; appellatione dānorū veniūt expensæ, sm̄ gl. pragmaticæ Sanctio. 2. to. tit. de friuol. app. §. quodq; gl. dānorū fol. 49. in paru. in. 2. to. & Rebuf. in præfac. l. vnicę. C. de sen. quę pro eo q int. prof. nu. 57. vbi & an idē sit in materia fauorabili declarāt, & cū numeris seq. an appellatione pretij, vel interesse expēsæ veniāt, dictū etiā. c. in nostra, ad supradictā cōclusionē, vltra supradictos singularē reddit Ias. in d. l. 1. § hoc autē iudiciū n. 17. ff. si quis ius dicēt. nō obtēp. De quo optimè vltra supradictos tractat nouissime Burgos de Paz, in procemio legū tauri, n. 147. vsq; ad. 162. & ita voluit tenere gl. noua, in. l. 8. gl. 1. tit. 22. p. 3. nā si scđm gl. illā mouens litē iniustā nō condēnatur in dānis victori obuenientibus, & si dāna hæc sint, quia propter litē illā victor officium suū nō exercuit, & eodē modo mi-
15 nus soluētur, † quæ in rebus illius qui cōtumacia accusat, facta sunt dāna, sm̄ gl. mirabilē & ibi Bar. in l. 1. ff. de alie. iud. mut. caus. fac. quā ad hoc mirabilē reddit gl. d. l. 8 hæc enī nō sunt dāna intrinseca litis, sed extrinseca, quæ quidē hoc casu nō veniūt prout tenet Bonifa. in sua Peregrina legū partit. verbo expensę, q. 4. in gl. expēsis ad
16 fi. q. 7. vbi inquit q si causa † litis absuistiā domo, & interim fures derobauerūt domū nō tenetur victus ad dāni illius resartionē, sic & testi abducto ad testificandū nō resartiūtur dāna ei obueniētia ex incursu latronū, sm̄ Bal. in. c. 1. extra de testi. & gl. pragmaticæ sanctionis vbi sup. nihilominus tñ contrariū tenendū in hoc casu credo imo & q etiā debebūtur dāna propter cōtumaciā obuenientia, in hoc enī dif-
17 ferunt expēsæ debitæ † propter cōtumaciā, ab expēsis debitis propter victoriā in debitis enī propter cōtumaciā veniūt & soluēda dāna propter ipsam cōtumaciā obueniētia, q nō est in expēsis debitis ratiōe victoriæ, prout crebriorē opinionē testatur Ias. n. 4. & Soci. 3. in. d. l. 1. §. hoc iudiciū, adnotāte ibi, Ioa. Oros. n. 5. & 6. col. 619. vbi à n. 3. ponit alias differētias inter expēsas debitas rōe cōtumatiæ vel victoriæ & gl. pragmaticæ sanctionis vbi supra neq; huic opinioni obstrat tex. noster. loquēs in expēsis rōe cōtumaciæ debitis & dāna ex cōtumacia obueniētia iubēs solui neq; taxans, nā vel id fit, eo q dāna nisi probētur taxari nō possunt, vel quia nō est cēsendū id q est de iure soluendū prohibuisse solui liquidatione dānorū facta, vel pro dānis ijs centū morapetinos solui lex nr̄a iussisset, sic in effectu dāna soluūtur, & p cōsequēs tx. noster p hac nr̄a opinione facit, & si Burgos de Paz vbi s. n. 154. huic nr̄ę legi nō satis faciat, & idē q dāna debeātur tenet Rebuf. in. d. ti. de expē. dā. & in ar. 5. n. 55. & idē in expēsis retardati pcessus inqt glossator ille pragmaticæ sanctionis, vbi sup. qui optime loquit in p positū, & in expēsis factis ante diffinitiuā in causa appellationis, idē esse asserit, vt & damna tūc deleātur, & ibi additio ponit qualiter probētur dāna, & expēsæ, & nota q in casu in quo appellatione expēsarū venirent
18 dāna, veniēt etiā expēsæ † patrimoniū diminuētes, ex. l. q dicitur. ff. de inpēs. in re dot. fact. q ad hoc allegat Mesia. in prag. tasse pā. cōclusio. 2. n. 88. sed an vltra expēsarū cōdēnationē & circūductionē edicti cōtra actorē citātē nō cōparētē citationi imponendā puniet actor ipse cōtumax alia pœna, & videt dicēdū, q nō, q actor ipse nō citat; sed aliū citari facit, ergo non tenetur alijs pœnis, q in lege cū eloquente cōtētis, lex q;. 147. eod. quo ad reū citatū nō vero quo ad actorē citātē loquitur, vt ex verbi. eius manifestissime patet, nihi-
19 lominus tñ teneo q actor † ipse citās & cōtumax vltra nr̄i tx. pœnā puniri & poterit, nō pœna. d. l. 147. eod. sed pœna. l. 8. titu. 7. part. 3. quæ vt ex ea patet, tam in actore q in reo loquit, & ita contumax reputatur actor, nō veniens, sicut & reus, & sic pœna illi legis partitarū puniri poterit actor

 con-

contumax vltra nostri text. condemnatione, licet alijs poenis, quas reus citatus contumax puniretur, non punietur actor ipse contumax & non comparens, secundum Marant. in pract. tit. de contum. nu. 35. peg. 394. in parti. neque poena dictae l. partitarum censetur per nostrum correcta cum lex nostra limitatiue non loquatur, neque exclusiuè, legisq; illius. 8. dispositio, specialis sit, quae per aliam generalem non est censendum corrigi, cuius veritas depēdet ab illa quaestione, quam examinauimus in l. titu. 1. glos. supra lib. 2. an cēseatur poena legis nouioris correctiuè, vel cumulatiuè apponi ad poenā legis antiquioris.

Ibi, [En venida,] pro declaratione horum verborum, vide Octauianum decis. Pedam. 46. num. 9.

Ibi, [Tasse lo primero,] expensas enim in quibus contumax, vel victus victori cōdemnatur taxandas esse iure compertum
20 est, vt tandem † praemissa taxatione victor iuramentū praestet, se vere impedisse quantitatem illam, quae per iudicē fuerit definita, secundum glos. in c. finem litibus, de dol. & contum. quam & alias similes ad hoc allegat, Coua. in pract. c. 27. num. fi. idemq; quoties propter contumaciam condemnatio expensarum fit, seruādum esse in tassatione talium expensarum per legem nostram statuitur, prout probatur ex text. ibi adnotante glos. demande in l. 1. titu. 14. lib. 3. fori, licet male haec obseruentur, nam solum pars praebet memoriale expensarum, & in fi. eius iurat, q expensae ibidem declaratae verae sunt & ei debentur, & tunc iudex videt memoriale illud, & copiam eius dari parti aduersae prouidet & cum eius respōso si iustę sunt iubet solui, sin minus diminuit eas, & cōdemnat in solutione earum spensarum, quae sibi iustę visae sunt, neq; amplius pars iurat, quae quidē practica fortassis habuit originem à dicta l. for. & à l. 3. tit. 22. inf. isto lib. prius iubentibus partem declarare quas expensas fecerit, qua declaratione facta, videt memoriale & declarationem expensarum partis, & si iustae visae sunt iudex iubet partem illam iurare, quod verae sint & ei debentur, sin minus moderatur eas, & pars iurat spensas illas, secundū moderationem illam sibi deberi, & ei soluuntur, & haec est melior practica, quam illa, quae quotidie in moderandis ijs & tassandis spensis habetur, antequam iudex memoriale spensarum tasset & videat, pars iurat vera esse ibidem contenta, nam secundum hanc practicam, periurijs maxima ansa & occasio datur, & ideo tassatio spensārum à iudice facienda, secūdum l. nostrae dispositionē, iuramentū partis praecedere deberet, prout probatur ex text. nostro, ibi, tasse lo primero el juez, & ibi, pero q sea tassado primeramente, & ex dicta l. for. & supradictis. & ad haec maximè iudices aduertere deberent, vt sic fieret, non vero prout fit & male prius iurantem partem tot expēsas fecisse, & post iudex moderatur eas, & hoc modo partes plerumque etiam sub iuramento illo asserunt se expēdisse plusquam vere & realiter expēderint, & idem in Francia seruari asserit Rebuf. dict. tit. de expens. art. 5. num. 10. & ideo consulo formam l. nostrae & similium seruandam omnino. Alia de expensis ratione contumaciae tradit Rebuff. in dict. 3. tom. const. Franc. titul. de expens. artic. 5. glos. vna. num. 34. cum sequentibus, & in art. 8. glos. 1. num. 23. & 30. Ponit duas differentias inter expensas debitas ratione contumaciae, vel ratione victoriae, de quibus supra diximus in hac lege.

Ibi, [Por los daños,] vide Octauianum in dicta decis. Pedamon. 46. numer. 9. & sequentibus.

Ibi, [Segun el estado del emplazado,] expensae enim secundum qualitatem liti-
21 gantium † soluendae sunt, & taxandae, vt probat text. hic clare, & asserit vidisse dubitari Petrus Costalius in l. quaero. ff. de iur. doti. Rustico enim non sic, sicut nobi-
22 li soluendae sunt, quia rusticus non debet venire equestris, neq; vt equestri, soluendae ei sunt, secundum glo. eum oportere, in l. idemque. §. labeo ait. ff. mandati, quā ad hoc allegat Didac. Per. lib. 3. ordi. col. 753. in fi. cum principio sequentis, & iterum in col. 765 in medio, & Palac. Rub. in rubr. §. 11. nu 9. de don. inst. & Rebuf. in 3. tom. Const. Fran. titu. de expens. art. 5. glos vna, num. 8. tradit & Feli. in c. cū omnes, num. 32. de consti. Rustici enim non solent equestres, sed pedestres venire, &

re, & consuetudo eorum attendenda est secundũ illá glo. sicut & eorum non sunt cibi delicati, neque eis vtuntur, sed caseo cepis & fabis, secundum gl. in. l. seruis vrbanis, in princip. verbo cibarijs, de leg. 3. sermo enim relatus ad personam debet intelligi, secundum conditionem personæ ad quam refertur, secundum text. in. l. plenum. §. equestri. ff. de vs. & habitatione, latè Hippoly. in rubr. de probatio. fol. 9. in paruis, col. 1. cum pluribus sequẽ. ver. pro quibus etiã n. 13. cũ aliquibus sequẽtibus; Rusticus enim in testem adductus nõ debet equestris venire, neque vt tali, ex dictis expensæ sunt taxandæ. Pro quo considero text. in. l. quoniam liberi. C. de testi. in fi. ibi. sumptus competẽtes, & sic si citatus est rusticus, & expensæ propter contumaciam citantis tassandæ sunt vt rustico, & sicut pedestri, si verò nobilis sit vt equestri, secundum dispositionem nostri tex. ibi. (con tãto que nõ sea mas de el emplazado con otro compañero de mula) quæ verba de nobili, & sic equestre solito venire secundum status conditionem intelligenda sunt, nam qualitas personæ in hoc attendenda est, secundum Fel. vbi supra. & Reueré. Cou. in pract. c. 27. n. fi.

LEX VI.

SVMMARIVM LEGIS.

Pœna aliquem malitiose citari facientis in præsenti lege statuitur & quomodo contumax non dicitur comparens antequam iudex recedat ab audientia, vel si compareat in vltima diei audientia, si duæ in eadem die fiunt.

IBi, [Maliciosamente,] nemini enim do-
1 lus † & malitia sua patrocinari debet imo ei obesse, ex text. in. l. verum. § hoc quoque. ff. pro socio, glo. in l. titio in princip. ff ad municip. Bald. in. l. si in fraudem. C. delegat. Speculat. de arbit. §. 8. versicu. quid ergo si se num. 55. & de citio. actio. §. 1. versic. ex premissis, imo & malitijs ipsis obuiandum est, neque eis est via aperienda, secundum text. in. c. sedes de rescript. l. in fundo. ff. de rei vend. tex. in. l. 15. titu. 7. part. 3. Speculat. dict. tit. de arbi. nu. 55. maxime si malitiæ hæc litigantium sint, quas litigantium malitias omnino cõpescendas esse ius asserit, vt est text. in Cle. 1. & ibi Card. de sequest. pos. & fruct. malignantes enim exterminandi sunt, & ad obuiandum malitijs ijs nullum melius remedium quam pœna, mali enim formidine eius oderunt peccare, iuxta illud, oderunt peccare boni virtutis amore, mali vero formidine pœnæ, secundum textum glos. & DD. in. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 2. tit. 1. part. 3. Propter quod lex nostra iustissime malitiosis pœnam imponit, malitia
2 enim impunita remanere † non debet. l. si longius. §. filius & ibi. Bartol. ff. de iud. & qualiter malignitas alicuius probetur tradit Ang. in auth. de monach. §. 1. & §. cogitandum colla. 1.

Ibi. [Fasta que el alcalde se leuantare de el audiencia,] similis est text. in. l. diuus. ff. de in int. rest. quem ad hoc huic cõclusioni ampliationes & limitationes ponendo allegat Rebuf. 3. tom. const. Franc. tit. de contumacia, & dese. art. 5. glo. vna. nu. 2. cum aliquibus sequentibus vsque in finẽ & nos habemus etiam similem text. in. l. 4. in medio titu. 22. part. 3. ex qua quidẽ sumitur optima limitatio huic nostræ, scilicet quod tunc demum sufficiat comparere antequam iudex † recedat, cum ipse
3 citatus debens comparere tempore citationis ei factæ dixit se venturum, vel nihil dixit, sed tacuit. Secus vero si dixit se nolle venire, quia tunc & si veniat iudice sedente pro tribunali nihil agit, sed contumax reputatur, & ideo si tunc cum veniat condemnatus erat, habet necesse appellare à condemnatione, quod non est in illo, qui tacuit, vel dixit se venturum, quia veniende iudice sedente pro tribunali, licet iam cum venit condemnatus esset, debet reuocari condemnatio, quod nulla alia ra-

tione nisi quia ille, qui dixit se nolle venire reputatur ex tunc verus contumax, nec audiri debet si veniat post condemnationem factam, cum non esset credendũ quod veniret ille, qui similia verba protulit, & est notandum quod hæc dictio nostri tex. fasta, quæ latinè, prousque nuncupatur, in præsenti ponitur inclusiue, nam alias mens legis nostræ offenderetur itaque iudex debet iam recedere ab audientia cum citatus comparet, vt contumax reputetur, quoniam licet iam negotia finirentur, sufficit tamen tūc comparere. De
4 qua dictione vsque quam plura in iure scripta reperies, per DD. relatos per firmarium Bertachi. in suo copioso repertorio verbo, vsque & de ea late tractat Bart. in l. meminisse, num. 6. ff. de offi. proconf. & in l. pronus §. 1. de leg 3. Bal. in auth. hoc amplius col. pen. & fi. C. de fidei commis. DD. in l. à castigato. C. de nup. & perfecte eius materiam declarat Bart. in. d. l. nus. §. 1. secundum additio. Abb. num. 4. in cap cum dilecti de d. l. & contuin. Cui tamen aliqua sunt addeda ex Bal. in auth. hoc amplius, secundum Ioan. O. osc. in l. meminisse § 1. col. 436. num. 1. ff. de offic. proconf. & quam plures de hac dictione vsque tractātes an exclusiua, vel inclusiua sit, refert Tiraq. de retract. lin agiel §. 1
& iour. gl. 11. numero. 66. pagin. 216.
Item ex verbis nostri text. in quantum ex eis probatur quod si antequam iudex recedat, non appareat citatus dicitur contumax, colligo vnum notabile, scilicet quod licet citatus & comparens illicentiatus recedat, ex quo nihil egisse videtur, vt in l. supra proxima remanet dictum, tamen si expectetur vsque ad finem audien-
5 tiæ, sufficit, neque est tunc necesse petere licentiam recedendi, quia satis data censetur si iudex recedit, secundum quod dicemus Deo volente, in l. 1. tit. 7. gl. mag. in requisito. 4. infra isto lib. & ideo solent & ita practicatur accusari contumaciæ in fin. audientiæ, cum iudex vult recedere & assurgere à tribunali, quo facto & recedēte iud. ac sufficit, vt incurrat citatus cō tumaciam, licèt tunc citans non petat licētiam recedendi, quod secus esset si in principio, vel in medio audientię contumacia accusaretur, & statim illicenciatus eam accusans recederet, quia tunc non incurretur contumacia per citatum non comparentem, vt in dicta gloss. magna dicemus, & ibi alia l. huius nostri libr. remanet dictum. & tradit Ias. in. l. qui ante Calend. numero. 5. ff. de verb. obl. vbi hoc notabiliter limitat.

LEX VII.

SVMMARIVM LEGIS.

Iudex vnius loci potest citare in loco extraneæ iurisdictionis reum maliciose se ad illum locum extraneum transferentem.

IBi, [Por no cumplir,] de quo tamen debet per informationē cōstare prius & antequam citatio hæc discernatur contra subditum in alieno territorio existentem, alias enim extra suam iurisdictionē citare iudex hic non posset, vt in l. 3. glo. fuera, supra isto titu. dictum remanet, & ad ibi dicta me remitto, & sic de malitia huius transferentis se in alienam iurisdictionem debet constare, scilicet quod absentiam & fugam in alienum territorium fecerit ob euitandam citationē & ne conueniri posset in loco vbi degebat, & conueniri poterat, nam cum circa hūc casum iudex hic limitatam iurisdictionē habeat ex text. nostro conueniendi & citādi subditum fugientem in alienum territorium ne citari neque conueniri posset merito, si prius de qualitate hac, iuxta huiusmodi citationem iurisdictionem citandi tribuēte, constare debeat per informationē, vel alio modo secundum quod diximus, in l. 1. versic. con la informacion, titu. 1. supra isto lib. & cum ante cœptum iudicium fugit

git citandus, secus vero si cœpto iam iuditio fugeret, nam tunc satis constat de malitia hac & sic tunc informatio hæc non requireretur, prout voluit glos. in l. 4. tit. 3. lib. 2. for. verbo fagan colu. 4. in princi. & vltra hoc intelligitur in fraudē sequē absentasse, si semel fuit citatus personaliter, vel si se absentauit post promissionem de iudicio sisti, vel si tenetur in eodem loco facere residentiam vt maritus cum vxore, clericus in ecclesia, secundum Bal. & Angel. in l. 1. nu. 3. C. de anna. excep.

Ibi. [Por su carta.] sed num verba hæc de literis requisitorijs intelligentur, an vero quod absque literis requisitorijs iudex hic in casu nostri tex. cum sola commissione & literis eius possit iubere citari reum talem fugientem malitiose in alienam iuridictionem, & citatio talis directe (vt ita loquar) fieri possit per cursorem, vel nuntium suum, & videtur quod literę requisitoriæ requirantur & sic indirectè citatio hæc fiat mandato iudicis loci vbi citandus fugit, nam extra territorium suum quis citare non potest subditum suum nisi cum literis requisitorijs, vt in l. 3. huius tit. versi. fuera de el lugar, dictum remanet, & ita legem hanc voluit declarare Ioannes Gracian. in suis regul. & fallentijs regula. 491. in contrarium tamen videtur imo quod in hoc casu pernū tium ipsius, iubentis citare, fieri possit citatio hæc directè cum literis solummodo ipsiusmet iudicis citantis, pro quo facit nam alias nisi ita intelligeremus faciendū esse, de nihilo deseruiret tex. noster. Cū idem in perplura alia iura dispositum haberem', neq; maliciosus litigās esset peioris cōditionis, quā non dolosus & malignus. item & quia hæc opinio probatur clare ex tex. nostro, ibi, aunque esten en lugar de otra iurisdiction, & hoc in odium illius maliciose in alium locum se transferē tis ne conueniri, vel citari posset, vt dixit tex. in princ. ibi. y por no cumplir derecho.

Ibi. [De otra iurisdiction], intelligi potest, siue iurisdictio illa extranea sit sub eodem principe, siue sub diuerso principe & rege, cum vtroque in casu aliena iurisdictio dicatur, à iurisdictione iudicis citantis, & noster tex. indistincte & generaliter loquatur, imo & proprius de aliena iurisdictione sub diuerso & alieno principe existente intelligendus videtur noster tex. cum ea proprius aliena dicatur iurisdictio, quam ea quæ sub eodem principe, & rege adest sub diuersis tamen territorijs, vt in l. 3. versi. fuera, supra eodē diximus. Vlterius notandum est legis nostræ dispositionem ita locum habere, siuè citandus se transferat in alienam iurisdictionem post litem contra eum motam, siue antequam moueatur, mouere tamen eam actor volebat, & dum ad hoc se præpararet cōueniendus & citandus aufugit in alienam iurisdictionem, vt conuentionem, & citationem subterfugeret, imo in hoc secundo casu legem nostram intelligendo, prout & intelligi debet, non potest argui de superfluitate, sicut posset si in primo tamen casu, scilicet, lite iam mota, intelligetur, cum in hoc ex l. si postea quā ff. de iud. & ex l. 12. ti. 7. par. 3. idem prouisum esset antea, sicut & impræsenti prouidetur, scilicet, vt & in aliena iurisdictione vbi se malitiose transtulit, vt iudicium iam inchoatum, vel inchoandum, subterfugeret, citari posset per iudicem & deeius mandato, qui de causa illa cognoscit, vel cognoscere habebat, sicut & videmus, quod si quis post malefitium cō missum efficiat clericus ne à iudice laico & seculari puniri posset, nihil sibi hoc prodest quin ab ipso iudice seculari puniri & coram eo conueniri possit, vt late traditur per reuerend. Couar. in pract. c. 32. n. 4. & Anto. Gom. de delict cap. 10. nu. 5. & Auend. cap. 22. præt. nume. 12. libr. 1. & Did. Per. lib. 3. ord. col. 744. in fin. cum sequenti. ad quos de veritate huius puncti te remitto, maxime per dominum Couar. optime de his differentē, & an fideiussores teneantur eum tunc coram seculari iudice præsentare, vide Card. in Clem. 1 in princip. quæst. 9. de censibus. & sic declarabis tex. in l. iuris ordinem in fi. C. de iurisd. omn. iud. qui contrarius nostro tex. & supra dictis videbatur, vt non procedat quoties malitiose & causa subterfugiendi iudicium, quis in alienā se transfert iurisdictionē. Quid tamen si citatus coram iudice domicilij non comparuit, sed inde discessit

trans-

transferendo domicilium alio in loco extraneæ iurisdictionis, & dum ibi conuenitur excipit, quod de hoc fuit alibi cõuentus, quod ibi finiatur causa, nunquid
2 † audietur in hoc? & communem dicit Aufredius, in additio. ad decisio. 377. Capellæ Tolosanæ, quod non audietur & bene.

LEX VIII. & IX.

SVMMARIVM LEGVM.

Vnusquisque regulariter in suo foro conueniendus est, neque trahendus ad curiam nisi in casibus, & à personis in iure & his legibus expressis.

IBi, [ante los alcaldes de su fuero,] actor
1 enim † regulariter forum rei sequi debet, ex text. in. c. cum sit generale de foro comp. & capit. si clericus laicum eod. tit. vbi glos. plures concordantias allegat, & est text. in. l. iuris ordinem. C. de iur. om. iud. text. etiam in capit. Romana. §. cõtrahentes & §. fi. ibi coram se, de foro comp. in. 6. & hanc regulam limitat. 11. modis, tex. in. l. 32. titu. 2. partit. 3. & ibi gl. Gregoriana, & Socin in. reg. 10. actor regulariter, & quinquaginta fallentias ponit Speculator titul. de comp. iud. §. generaliter, num. 1. vsque ad. 36. quarum aliquas etiã adduxit Alex. Cosæus, in dict. l. iuris ordinem, quos post reperi relatos per Dueñas, in reg. 21. & aliqui casus fallentiæ ponuntur in l. nostra supradictæ Regulæ, & vide. l. 4. tit. 3. part. 3. alios casus ponentẽ, præsertim illum de reperto in curia regis, de quo tractat Suarez. l. post rem. q. 8. incipienti circa iudicem, numero. 19. & sequenti pagina. 454. & Couar. in pract. c. 5. per totum.

Ibi, [Que son estos.] Quos refert text. in. l. 5. titu. 3. part. 3. & text. in. l. 23. tit. 9. part. 2. & optime Couar. in pract. cap. 6. & 7. & Didac. Perez hic in libr. 3. ordin. col. 764. in medio, & Guido Papæ, decis. 566. num. 1. fol. 164. in paruis, & eius additio. & Monteroso in pract. crim. & ciuili. tractatu. 5. de los casos de corte. fol. 75. cum sequenti & Matth. Afflict. decisio. 257. & in const. Neapol. lib. 1. rubr. 37. n. 14. cum pluribus sequentibus, vbi & quæ rit, quid in ecclesijs, & quid in causa criminali, & quid si iure cello agant, & alia plura bona dicit & tractat in propositũ, aliũ casum ponit Abb. in. cap. Nicolao, col. 2. de appel. relatus per Anto. in. cap. veniẽs de renuntiatione, & Auend. cap. 1. præt. n. 32. in. 13. causa lib. 1. & in dictionario,
2 verbo, Corte, scilicet quando pars † iurat non posse consequi iustitiam in partibus, quo casu cum quodam modo iste oppressus videatur, ei rex subuenire vult, vt probatur in. l. 1. C. quãdo nup. int. pup. & vid. in hoc tamen casu crederem & iuramentum hoc partibus debere iustificari, saltim aliqua informatione, prout inquit Auẽd. in dict. 13. causa, Alium & casum curiæ refert text. in. l. 5. tit. 13. infra hoc lib. in fine illius legis. Alius itidem erit casus, qui & sub verbis nostri text. comprehendi potest, ibi tregua quebrantada, scilicet in sal-
3 uaguardia † data per regem vasallis, vt nõ offendantur à dominis, nam si dominus de facto eos offendat est casus curiæ quasi videatur treguam illam rumpere, secundum Auend. cap. 11. præt. num. 4. lib. 1. alium casum colliges ex tex. in. l. 12. in fi. infra isto titul. & lib. & alium in. l. 3. tit. 1. libr. 5. infra. Est tamen notandum in propositum nostri text. quod siquis de mul-
4 tis † criminibus accusatur, inter quæ est vnus de his casibus, potest de omnibus in curia accusari, secundum A Erariũ mill. comu. op. litera. i. num. 269. quod tamen verum intelligerem si vnum delictum ab alio annexum, vel dependens esset, secus alias, nam tunc pro delicto in curia propo nendo ibidem conuenietur, pro alijs vero in suo foro, cum tunc continentiam causæ diuidi, dici non posit. Est tamen optimum dubium, num si aliqua ex miserabilibus personis, quæ possunt primo motu

vt

(vt ita loquar) causam suam ad curiam de-
5 ferre, semel causam suam † incepit corā
iudice ordinario loci, qui de illa cognos-
cere poterat, pœnitere post poterit & pe-
ti causam ipsam in curia tractari, & videba
tur dicendum quod non, quia vbi semel
ceptū est iudiciū ibi debet finiri, secundū
text. in l. vbi ceptum. ff. de iud. quem ad
hoc, alia iura inferendo allegat Didacus
Perez in l. 1. tit. 1. glos. rub. colū. 743. ad
fi. cum. 3. sequentibus lib. 3. ord. & quia
lite cepta videtur ius iudici de ea cognos-
centi acquiri & ei quædam quasi iniuria
fieri, auocando causam ab eo, cum auo-
catio causarum in iure maxime odibilis
reputetur ex dictis per dominum Co-
uarr. in pract. cap. 9. & hanc voluit tene-
re opinionem gloss. in l. 1. verb. excede-
re. C. quando nup. int. pup. & vid. & Co
uarr. in pract. cap. 7. nume. 5. versicu. ter-
tius vbi casus & latius in versi. penult. il-
lius cap. nihilominus tamen contrarium
tenet in hac quæst. Matth. Afflict. in con-
stitu. Sicil. rub. 37. nume. 36. quem sequi-
tur & refert Silua nuptialis, in verb. in du
bio quomodo iudicandum, lib. 6. nume.
38. fol. 243. in paruis, eo quod per cōsen-
sum, hunc miserabilis hæc persona renun
tiare non potuit priuilegio suo vt infra di
cam & ibi id limitat ipse Silua nisi cum mi
serabili hac persona esset adiecta alia non
miserabilis, nam tunc secus iudicandum
dicit, de quo & per alios tradit, vt & hanc
tenēdo opinionē, nō obstat regu. dictæ
l. vbi ceptum, quia non procedit quoties
potest per priuilegium declinari forum,
secundum Feli. in cap. ex tenore numer.
18. falle. 6. de rescrip. vbi à numer. 15. cū
pluribus sequentibus plures fallentias po
nit illi legi vbi ceptum neque iniuria ali
qua fit iudici coram quo inceptum ne-
gotium fuit, cum id iure permittente fiat
& nemini facit iniuriam qui vtitur iure
suo, & quamuis aliquando hæc mihi pla-
cuerit opinio, in practica tamen non ad-
mittitur & sic vidi iam regiam prouisio-
nem in cancellaria Pinciana concessam
cuidam mulieri viduæ vt lites suas ad can
cellariam deferre posset, & ibidem ipsa
conueniretur & nō alibi, dum tamen ho
nesta esset, neque aliquis ex casibus infra
gloss. proxima relatis vbi dicto priuilegio
non gaudet occurreret, & præser-
tim quod lis illa super qua dicto priui-
legio gaudere vidua illa volebat, non
esset cepta & lis contestata super ea co-
ram inferioribus iudicibus. Sed an si misera
bilis persona cōuenitur per aliquem co
6 ram suo indice domicilij †, an ipsa misera-
bilis persona conuenta poterit forum il-
lud declinare, & petere causam ad curiā
remitti, tradit optime Dominus Couarr.
in pract. cap. 7. numi 5. Sed num vidua, mi
nor aut pupillus, vel alia miserabilis per-
7 sona poterit vti priuilegio † hoc auocan-
di causam ad curiam contra aliam misera
bilem personam, simile priuilegium ha-
bentem, & in hoc dominus Couar. d. ca.
7. num. 3. late loquitur & concludit pro
parte negatiua q nō poterit, quia habent
istæ hæ personæ priuilegiū ne extra forū
suum trahantur quo ad primam causa-
rum cognitionem, secundum text. in l.
vni. C. quando nup. int. pup. & vid. adno
tante ex text. illo Matthæo Afflict. in d.
consti. Sicil. lib. 1. rub. 37. nu. 14. vbi cum
pluribus sequentibus plures quæstiones
annectit in hac materia, & ibi opinionē
hanc tenet, & eum referendo sequitur
Mesia in l. de Toledo in 10. fundamen-
to 2. part. numer. 13. & Couarr. in d. ca.
7. num. 2. ad fi. & in minore & in alia mi-
serabili persona quod extra proprium fo-
rum quo ad primam causarum cognitio
nem neq; in curia conueniri possit pro-
bat optima l. 41. ti. 18. par. 3. & ideo rema
net hæc quæstio clara, sed an persona ec-
clesiastica habebit hoc priuilegium pro
bonis ecclesiæ eligendi forum magnæ
curię, vide Marth. Afflict. decisi. 257. nu.
1. & Couar. vbi sup. d. c. 7. n. 3. ponentē
practicam & stillum.

Ibi [viudas y huerfanas,] etiam si ta-
les diuites sint secundum dominum Co-
uarr. in pract. cap. 6. nume. 2. & gloss. 1. l.
41. tit. 18. par. 3. & Dida. Perez hic sub
lib. 5. ord. col. 768 in fi. cum sequenti, li-
cet in quantum ipse ibidem generaliter
dicit idem intelligendum esse in alijs per
sonis miserabilib', secundum rectam ser-
monis rationem, declarabis verum esse,
dum tamen talis miseralitas non detur
propter paupertatem, quia cum pauper-
tas reddat eam miserabilem, si diuitias
præ-

præsupponeremus habere, cessaret pau-
pertas & per consequẽs priuilegium hoc
propter paupertatẽ cõcessum, quia cessan-
te causa priuilegij cessat priuilegiũ, ex. c.
suggestũ de decimis, & ex dictis ꝑ Tiraq.
de cessante causa. 1. part. num. 263. in alijs
vero miserabilibus personis, præterquam
in paupere, & si diuites sint procedet no-
10 stri text. priuilegium. Sed an vidua † ma-
ritum habens, sed inutilem puta, quia cap-
tus est ab hostibus, vel exulatus, aut in tri-
remes damnatus gaudebit hoc priuilegio
dic quod sic cum Feli. & alijs relatis à do-
mino Couar. in d. c. 7. col. 4. & Mesia vbi
supra nu. 12.

Est tamen notandum, quod vidua quæ
maritum occidit, non gaudet hoc priuile-
gio, secundum Couar. dict. capi. 6 pract.
quæst. num. 3 in fin. neque ea, quæ inho-
11 nestam † vitam agat, secundum eund. Co-
uar. ibidem cap. 7. num. 1. neque illa vidua
quæ cum collegij Mercatorum Burgen-
12 sium & similium ex legibus regijs † con-
sules & iudices consulares habentis esset,
super rebus mercantiam tangentibus cau-
sam agit, vel super eis cõuenitur, nam ne-
que hæc priuilegium in his habebit, ex
text. nostro ei concessum, secundum tx.
in l. 1. §. fi. tit. 13. supra lib. 3. neque itidem
personæ istæ priuilegium habebunt simi-
13 le nisi causa quæ † agitanda est, vel agita-
tur sit valoris plusquam decem mille ma-
rapetinorum, secundum text. in l. 11. inf.
isto titu. & lib. & tradit Dominus Couar.
dict. cap. 7. num. 3. versic. hoc tamen, itẽ
& in l. 12. infra isto tit. & lib. reperies aliũ
casum vbi cessat nostri text. priuilegium.
Item & in l. 11. tit. 14. lib. 9. infra est alius
casus vbi cessat nostri tex. dispositio. Est
etiam notandum quod vt locum habeat
casus curiæ, debet prius de eo per informa-
tionem constare, secundum quod in l. 1.
verbo por la informacion, titu. 2. sup. isto
lib. dictum remanet, & probatur. Et an
14 huic priuilegio possint personæ † hæ re-
nuntiare, tradit Villalobos in suo ærario
mil. com. opin. litera. i. num. 269. & vide-
tur quod sic, quia fauori quis renuntiare
potest, cuius tamen contrarium & forte
verius ipsemet tenuit cum Bal. & Greg.
Lup. ab eo relatis in suo dicto ærario, d. li-
tera. i. dict. num. 269. & tenet Rebuff. in
primo tomo. const. Fran. titul. de sen. pro-
uisio. artic. 3. glos. fi. num. 38. vbi per totã
illã glos. tractat quæ sint personæ istæ mi-
serabiles, & quibus gaudeant priuilegijs,
& alios modos quibus curia regia cognos-
cit in prima instantia, tradit & ponit ipse-
met Rebuff. in secundo tomo, titulo. 11
arti. 7. glo. 1. versiculo notandum cũ seq.
ibi, [Y personas miserables], & quæ
sint istæ vltra Matth. Afflict. dict. const.
Sicil. lib. 1. rub. 37. & Rebuff. dict. artic. 3.
glos. fi. tradit Dominus Couar. pract. quæ-
stio. cap. 6. & 7. & idem Matth. Afflict.
decisione. 257. & hos & alios allegat no-
uissime Anton. Grauatius in addition. ad
Octau. Vestrium in practic. chancellari.
lib. 3. cap. 9. in 1. additio. & Sylua Nuptia-
lis. d. lib. 6. titul. quomodo in dubio iudi-
candum pro communi opinione. nu. 27.
cum pluribus sequentibus, & inter has
personas pauperem enumerat, & quis ta-
lis dicatur, declarat Couar. dict. cap. 6. nu.
3. & Didac. Perez lib. 3. ordin. col. 764.
cũ. 2. sequentibus, & est optima l. in pro-
posito in l. 20. titul. 23. & ibi glos. inquit
tamen Couar. vbi supra versic. pauper au-
tem dicitur, iuxta communem huius reg-
ni vsum pauperem vocari, qui non habet
in bonis tria millia quadrantum seu mara-
petinorum, quod & vtitur & secundum
hoc pauper quis iudicatur quo ad hoc, &
itidem quo ad excusandum eum ab expen-
sarum solutione tanquam pauperem, &
secundum hoc vera erit illa opinio in hoc
casu, quę habet quod omnis officialis, qui
suo officio victum & laborem quærit, si
nulla bona habeat, saltim, quæ valoris sint
pluris quam illorum trium mille marape-
tinorum, pauper dicetur, secundum Iass.
in l. si constante. num. 147. ff. solut. mat.
& Bald. in l. si quis ad declinandam. C. de
episcop. & cler. Pro quo contra Castillo
l. 6. taur. verbo, en todos. fol. 52. pag. 2.
pondero tex. optimum in l. 2. tit. 17. p. 6.
col. 2. in fi. ibi, otrosi el que, quæ expressa
videtur pro hoc, & quia deficit qualitas il-
la bonorum dicti valoris, & sic miseri ad-
uocati, qui iam tantum, in quam pluribus
locis victum & vestitum, & satis parsimo-
niæ si iuste officium gerunt, habent, si
aliunde bona neque redditus habeant, at-
tentis expensis magnis, quas facere pro
statui

ſtatus ſui ſuſtentatione tenentur, pauperrimi vocari iure optimo poterunt, ijs attentis, prout attendenda ſunt, & conſequẽter tanquam pauperes hoc priuilegio vti poſſent, ſicut & in alijs perſonis, earũ ſtatu attento, aſſerit Dida. Perez. d. colu. 765. in medio, & ſic etiam in hoc caſu iudicis arbitrium verſari poſſet, & attendi, prout de iure attendendum erat communior opinio, teſte Dida. Perez vbi ſupra: niſi in caſu quo facultates taſſatę ſunt, ſecũdum gl. d. l. 20. titu. 23. parti. 3. prout ex communi ſtilo & practica quoad noſtram materiam taſſatum in valore bonorum trium mille marapetinorum aſſerit Coua. vbi ſupra, licet & attendi deberet & tunc ſtatus perſonarum, nam non cogendi ſunt & ponendi in ſtatu, quo mendicare oſtiatim neceſſum ſit: nam tunc pauperrimus iudicari debet, ſecundum DD. in ca. Odoardus de ſolutio. & text. in l. 5. titu. 8. part. 1. licet & aliquando iſti oſtiatim mendicantes ditiores ſint alijs, qui diuites reputantur: cum neque honorem, neque ſtatum cogantur ſuſtentare, & oſtiatim quotidie mendicando fardellos & burſas adimplent, intellige etiam pauperem hoc priuilegio gaudere, niſi paupertas ad hunc effectũ

15 procuretur, namque tunc nihil proderit, ſecundum Meſsia in prag. pan. concluſio. 1. numero. 9. 10. & 11. & voluit Couarr. d. c. 6. num. 3. verſicu. ſed ſiquis dũ ibi ſe remittit ad ca. 16. n. 9. li. 2. var. Ibi. [Sobre hazer en que pueda ſer conuenido,] & quis caſus ſit iſte ſuper. l. 23. gl. des que dexan. tit. 7. li. 3. ſup. dictum: e periẽs in. l. 9. ibi. y no ſus lugares teniẽtes eam in hoc allegat Auenda. ca. 3. prętor. nu. 5. verſicu. limita lib. 1. vbi ponit plures perſonas, quæ licet per ſe poſſint officia exercere, non tamen per ſubſtitutos.

LEX. X.

SVMMARIVM LEGIS.

Regiæ alicuius cancellariæ iudices & auditores, cauſas ſuas, vxorum vel filiorum ſuorum quo ad primam cauſarũ cognitionem ſiue agant, ſiue ſe & ſuos defendant & tuentur, non poſſunt deferre ad regiam cancellariam vbi præſunt.

IBi. [Ordenamos,] eam in ſua concluſione conſiderauit & allegauit Didacus Perez in. l. 1. tit. 2. libr. 3. ord. colum. 830. ad. fi. vbi eam intelligit, vno modo, ſcilicet, quod procedat eo caſu ꝙ priuilegium non poſſet competere auditori ratione aliqua, quia appareret de fraude & cauſa fatigandi ſeu moleſtandi, alias ſi eſſet res pertinens vxori, vel filijs conſtitutis ſub poteſtate patris auditoris, quod cauſę eorum haberent priuilegium mariti vel patris ex. l. ſciendum. §. legati. ff de lega. cuius quidem intelligentiam & ſi inſpexi & attente intelligere procuraui, nunquam tamen eius intellectum neque intentionem percepi, aut ſi percepi falſam eam reputo, nam aut præſupponit author, auditori nullum priuilegium cõpetere, ſed malicioſe caſum curiæ procurare, & tunc nihil eſt cur intelligentiam hanc præmitteret, cum nihil dubitationis haberet, & ex. l. 4. ſupra iſto, remanet impoſita pœna malitioſe procurantibus caſum curiæ intẽtare, aut præſupponit filijs ipſis & nõ patri cõpetere, & tunc neq; poſſunt cauſam filiorum tractare in curia propter prohibitionem noſtri tex. & ideo ego aut non percipio eius mentẽ, aut falſam, ſalua eius pace, & capitis inuentionẽ reputo, & ſic vt noſter text. aliquid operetur intelligo eius diſpoſitionem procedere etiã in caſu, quo alias ſi iſte auditor, nõ eſſet talis, competeret ei priuilegium vocandi ad curiam, tunc enim propter impedimentum iudicaturæ & audientiæ & officij eius, nullo poterit modo ſiue ſuam, vel filiorum ſiue vxoris cauſam, quibus & priuilegiũ hoc alias competebat ad curiam, vel cancellariam ipſam vbi reſidet auocare, & ratio prohibitionis manifeſtè patet, quia ipſi quaſi iudices in cauſa propria viderentur, & niſi ſic tex. noſtrum intelligas,

telligas, de nihilo deseruiret dubio, & patet clare ex summario nostri text. vbi asseritur in hoc legem nostram præcedentē corrigere, vbi eis permittebatur causas in prima etiam instantia ad châcellarias auocare. Neque obstat si dixeris istud dicto meo intellectui multum obstare; hoc sufficet modo, quoniam si lex nostra processit ad correctionem legis præcedentis, & in præcedenti permittebatur ipsis auditoribus eo quod auditores essent causam auocare ad châcellariam, illud solum videtur correctum, & sic si ex alia causa, quam ex ea quod auditor quis sit competat priuilegium hoc ipsi auditori auocandi causam ad curiam non censeatur correctum; imo & tunc possit, & sic possit intelligi, quod Didac. Perez vbi sup. dixit, quia hęc obiectio ex toto eliditur, ex verbis sequentibus nostri tex. etiam causas filiorum, vel vxoris ipsius auditoris prohibentis ad curiam deferri quoad primam instâtiam, sed de filijs vel vxore lex præcedens nihil dixit ergo intelligenda est lex nostra, etiam si aliunde, quam ex eo quod pater, vel maritus esset auditor, competeret priuilegiũ hoc, adhuc tunc non cõpetat ex eo quod auditor sit châcellariæ ipsius vbi alias causa illa deferenda foret, si tale officium ibidem non haberet, nisi dicamus satis censeri causam filiorum, vel vxoris ipsius patris vel mariti censeri in d. l. proxima comprehēdi, cum ex timum filij & patris dicatur & vxoris mariti, sed adhuc non satisfacit, ideo applaudit mihi multum meus intellectus ad istum text.

Ibi, [Ni hijos,] sed num de constitutis sub patria potestate intelligenda sunt hæc verba, an vero & de emancipatis, & meo videri de constitutis tantum sub patria potestate intelligenda sunt, nam si ipsos auditores in quibus tex. hic; ibi ni trayan, non posse trahere causas has ad curiã vbi præsunt & residens, pro quibus filijs potest pater in iudicio adesse nisi pro constitutis sub eius potestate, quia pro emancipatis non possunt in iudicio adesse, sed ipsi de per se poterunt, quod non possunt constituti sub patris potestate, saltim in causis ciuilibus, prout alio in loco latius remanet dictum, & ideo crederem filium emancipatum auditorem alicuius chancellariæ cum alias competit priuilegium auocâdi curiam posse litem suam propriã in curia & chancellaria, vbi pater suus est auditor & residet quo ad primam etiam causarum cognitionem auocare, & hoc mihi videtur legem nostram prohibere, de quo tu latius cogitabis, nam licet vtraque sit causa filiorum, non ita stricte procedit ratio prohibitionis quoad filiũ emãcipatum, sicut quoad filium sub patris potestate constitutum, cum emancipatus ipse per se litem prosequatur, pro filio vero familias & sub potestate patris constituto pater ipse.

LEX XI.

SVMMARIVM LEGIS.

Pro quantitate decem mille marapetinorum & abinde inferius non potest quis citari ad curiam vel chancellariam quoad primam causarum cognitionem.

Ibi, [De diez mil marauedis,] etiam si personæ volentes petere curiam sint de miserabilibus, secundum Dom. Cou. in pract. cap. 7. num. 3. versic. hoc tamen, quod statuendi, vltra rationes in nostro text. expressas, forsan ansam præbuit l. 7. titu. 18. infra isto lib. tribuens iurisdictionem rectoribus ciuitatum in causis ciuilibus in instantia appellationis valoris decē mille marapetinorum & minus existentibus, ne iurisdictioni liorum rectorum prę iudicaretur, quod & patet, cum tempore, quo iurisdictio horum rectorum ciuitatis per leges antiquiores extēdebatur solum ad summam sex mille marapetinorum, idem quoad summam illam statuebatur, quod nunc quoad summam decem mille per text. nostrum nunc statuitur, & secundum

dum l. nostram limitabis text. in l. 1. supr. isto lib. titu. 1. vt ibidem in gloss. de impedi, diximus. & in l. 8. & 9. in glo. biudas iterum retulimus in isto titu. 3.

LEX XII.

SVMMARIVM LEGIS.

Tabelliones populorum ad petitionem hic nominatorum non possunt citari per casum curiæ, neque per literas regias vt ostendant protocola sua, sed per iudices ipsorum populorum ad hoc compellendi sunt, nisi iudices ipsi circa hoc negligentes fuerint.

IBi, [Otras personas que de nos tienen cargo,] non ergo excludit text. hic miserabiles personas, & quæ ius adeundi curiam habent, si interesse demonstrādi eis protocola per tabelliones excederet valorem decem mille marapetinorum, nam tunc rectè coram curia & literis regijs ad hoc citari possint per tales miserabiles personas.

Ibi, [que entonces puedan ser emplazados,] & hoc nimirum nam si ob negligentiam iudicis secularis, potest pro implemento iustitiæ ecclesiasticus adiri, secundum textum & eius materiam in capit. licet, de foro compet. quanta cum maiori ratione poterit ob talem negligentiam adiri superior ipsius iudicis secularis negligentis, ob negligentiam enim talem acquiritur iurisdictio ei, qui alias iudex non esset, secundum Auendan. cap. 1. præto. numero. 31. versiculo, decima causa attributiua libro. 1. vbi & ipse inquit quod
1 propter dominorum † negligentiam, potest rex committere alteri causam vertentem in territorio & dominio talium dominorum, vel ipse cognoscere si vollit, imo & propter hanc negligentiam potest ipse rex dominos ipsos iurisdictione sua priuare & ad regem reuertitur, secundum gloss. por, in l. 2. titu. 1. part. 2. & secundum eundem Auend. cap. 5. præt. nu. 4. in principio lib. 1. vbi num. 12. vers. & eodem, inquit quod ex hoc posset dominus rex cognoscere & supplere in prima instantia, extra casus curię in terris dominorum inferiorum, & probari videtur in. l. 1. titul. 1. supra isto lib. 4. hæc tamen negligētia talium dominorum probatur & percipitur, secundum eundem Auen. num. 12. versic. negligentia autem, & in dict. num. 31. si moniti dominiinferiores per literas incitatiuas, quæ difficulter concedi debent, secundum text in. l. 32. titul. 4. supra lib. 2. iustitiam ministrare neglexerint, quia sine monitione negligentia non incurritur, secundum eund. Auē. cap. 1. num. 31. in fin. lib. 1. & circa nostrū text. negligentem iudicem dicerem esse cum bis & ter requisitus per partem, nō vult tabelliones incarcerare neque pœnis compellere ad demonstrandū protocola, & multa mala quæ negligentia adfert & commoda diligentia refert Gomeci. in regul. Chancellariæ, de triēnal. poss. post quæstionem. 28. in epilogo casuum negligentiæ.

LEX. XIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Qua pœna puniantur personæ ecclesiasticæ nollentes venire ad vocatum, & rogitum regis.

M Ibi,

IBi, [Tercero llamamiento,] sed nonne vnica sufficit citatio & vocatio? cū
1 ad conuincendum parem, vel inferiorē † vnica sufficiat etiam extraiudicialis citatio, secundum glos. in capit. si episcopus 18. dist. quam approbat Abb. in cap. cum causam. & ibi Feli. ad fin. de offic. del. vbi Deci. num. 5. dicit eam communiter approbatam, de qua latius quam alibi tradit idem Feli. in cap. ex literis, colum. 4. nu. 7. de constit. & habemus similem gl. ver. requisierint in Clemen. 1. de hæreti. latè Hippoly. singul. 53. & Bal. in l. fi. §. cum igitur, num. 13. C. de iur. de lib. Abb. in cap. ego enim num. 4. de iur. iur. & fatendum quidem, hoc est, quia tamen respectu sacerdotij, quod prælati & ecclesiasticæ personæ habent, in suprema dignitate constituti dicuntur & maiores rege ap-
2 appellari † possunt, secundum DD. maximè Deci. in cap. cum parati de appel. cum Christus vocet sacerdotes Christos suos, imo & dij vocantur aliquando, vt alio in loco dictum remanet, merito si ter vocari debere iubeat noster text. nam cum superior citatur, vel vocatur, non vnica tan
3 tum sufficit citatio, vel vocatio, sed trina † requiritur, secundum glos. in dict. Clementina 1. & Felin. in dict. capit. ex literis, numero. 8. per text. in capit. 1. de supplend. negligenti. prælat. in nouellis per quem idem tenet Bald. in cap. 1. si de inuest. feud. int. dom. & vas. in vsib. feud. cōmunis, secundum Marcum Antonium Baberium, in repet. l. si ex legati causa. 1. part. numero. 4. ff. de verbo. obliga. ideo noster text. trinam vocationem requirit.

Ibi, [segun que son obligados a venir,] licet enim clerici non subijciantur regi
4 etiam si temporalia † habeant ab eo, secūdum Innocentium & Abb. in cap. solitæ de maiorit. & obed. id verum est quantū ad iudicandum eos & sic quoad iurisdictionem, quantum vero ad vocandum eos pro re & negotio regi, vel regno pertinente, potest rex eos vocare & tenentur obedire & venire ad regis † vocatio-
5 nem, quoniam regibus parendum est, & honor eis per omnes adhibendus, vt. 1. Petri. 2. & l. 15. titulo. 13. partita. 2. & optima. l. 65. titulo. 5. partit. 1. & sic ratione domicilij dicuntur subditi regis, secundū Gregor. Lupum. in l. 4. titulo. 15. part. 4. in glos. mag. ad fi. & quod ad regis vocationem teneantur venire probat etiam. l. 2. & 8. titul. 7. part. 3. Rex enim honorari debet, & obediendum est ei, prout aduertit optime Reginaldus Polus, in suo libro contra Henricum Octauum Britaniæ Regem, pro ecclesiasticæ vnitatis defensione, lib. 1. fol. 9. in princip. in ijs, quæ ad
6 regis † officium pertinent, ex quadam figura filiorum Israel hoc deducens, qui quidem captiui sub rege Babylonico viuebant, quibus non hoc solum adeo præceptum fuit, vt regi obedirent, sed vt libri Hieremiæ ostendūt, etiam graue supplicium irrogatum, eò quod regi Nabuchodonosor parere recusarent, obediebant enim regi externo in ijs quæ ad regis officium pertinebant, sed cum ille idē rex iussissent eos statuam Auream adorare, quod præceptum fines excedebat regiæ potestatis, tunc potius habuerunt qui optimi erant, inter filios Israel, in fornacem ardentem conijci, quam ei præcepto regis obedire; quorum voluntatem sic Deus approbauit vt illesos ab igne conseruaret, vt habetur Daniel. 3. sic & regi per omnes obediendum est libenter in ijs, scilicet, quæ ad regium & imperatorium munus spectarent, vt optimè inquit Deci. consil. 72. nume. 3. in fin. & 4. Princeps enim in eos tantum rectè imperat, quos commode potest administrare, vt inquit Soto lib. 4. de iust. & iur. q. 4. artic. 2. colum. 2. in fin. cum sequenti. & sic inquit Sanctus Thom. in. 1. 2. q. 96. artic. 4. relatus & secutus per Suarez in. l. quoniam limi. 2. legis regiæ, num. 14. ad fi. pag. 144. quod obediendum est regi in ijs, scilicet, quę ad potestatis ordinem pertinent, & notat Naua. in Man. c. 25. n. 9. prout credendum est reges Christianos iubere quæ sua sunt & eis pertinent, non vero in alijs se intromittere, & in ijs, quæ eis pertinent iubet tex. noster obediendū regi, & ad eius vocationem personas ecclesiasticas teneri venire, & obedientiam præstare, imo & inquit optimè Innocentius in cap. cum parati. de appellat. & Alexand. consil. 124. vol. 1. quod si Archie-
7 piscopus vocet aliquē † episcopū vel aliū

præ-

prælatum ad conſilium, vel ad cauſam, & rex ſuus ante vocationem Archiepiſcopi, ſiue poſt, eundem epiſcopum vocauit, ceditad ſe, licitè poteſt epiſcopus ad regẽ venire & mandatum Archiepiſcopi intermittere, pro quo eſt optimus text. in cap. epiſcopus. 18. diſt. quem text. ad hoc allegauit Carol. Graſſal. lib. 2. Regal. Franc. iur. 13. per totum; eſt enim vt ibi ipſe inquit generale pactum ſocietatis humanæ principibus obedire. cap. quæ contra 8. di. vbi ſcripturam & dicta ſanctorum ad hoc allegat.

Nam regi honor deferẽdus eſt, & hoc verum eſt & procedit niſi Archiepiſcopus ipſe epiſcopo illi mandaret vt non obſtante regis vocatione ad eum veniret,
8 quia tunc ſecus eſſet, papæ ita tamen vocationi ſemper obediendum dicit Innocẽ. ibidem non obſtante vocatione regia, tã ratione honoris quàm iuriſdictionis. 11. q. 3. qui reſiſtit, & vide DD. in cap. cum parati ſupradict. maxime Præpoſit. ibi. nu. 15. 16. & 17. de iſto dict. Innocẽtij, diſcutientes, & Damaſus in Brochardicis ſiue regulis canonicis, regula. 70. & Guido Papæ deciſio. 443. inquit, in curia Gratio napolitan. Sic cum dicto Innocentij deciſum fuiſſe, & iterum in deciſio. 276. & cũ hæc ita ſe habeant nimirum ſi regis vocationi teneantur obedire perſonæ eccleſiaſticæ & eius prouiſionibus & mandatis, prout iubetur in l. 29. titu. 4. lib. 2. ſupra, & probat text. in d. c. ſi epiſcopus, & in d. c. cum parati de appel. & alia iura adducta per Didac. Perez hic col. 857. & notandũ eſt, quod ſecundum ſupradicta intelliges
9 gloſ. † in c. tributum 23. q. 8. dicentem epiſcopos ſubditos eſſe regi, non quoad iudicium, ſed quoad obedientiam & vocationem ab eo eis factam, & tunc in ijs quæ ad regem ipſum ſpectarent & pertinerent, prout Chriſtiani reges attendere debent, vt in alijs ſe ſe non intromittant, neque ad alia epiſcopos ipſos & eccleſiaſticas perſonas vocent, neque vocari faciãt, regiſque preces mandata iudicantur, vt diximus. l. 1. in fine. titulo. 1. ſupra hoc lib.

Ibi, [Que pierdan las temporalidades,] nam cum in ipſius regis territorio, & ab ipſo rege temporalia hæc poſsideant, vt & diximus in l. 6. tit. 1. ſupra eod. lib. nimirum ſi eis priuari per regẽ ipſum poſsint,
10 immo & clerici rebelles ſuo regi † & qui nollunt à violentijs deſiſtere, quas inferunt regis ipſius vaſſallis poſſunt à regno expelli, ſecundum Auend. ca. 6. præt. nu. 22. lib. 2. & diximus ſupra in. l. 4. in gl. fi. titu. 3. ſupra hoc lib. vbi vide dicta, & pœna hæc ſolet communiter apponi in regijs prouiſionibus perſonis ijs eccleſiaſticis miſsis, neque meo videri cenſetur per eam derogatum pœnæ alteri in ſimili caſu impoſitæ per. l. 8. tit. 7. parc. 3. cum derogatiue text. noſter non procedat, ſed potius eſt cenſendum augeri per noſtram legem, pœnam illius. l. 8. q. dependet à q. illa quã in tit. 1. lib. 2. ſup. l. 3. in glo. y por las quales, examinauimus, quando per plures leges diuerſa pœna imponitur in eodẽ negotio, an cenſeatur apponi correctiuè, vel cumulatiuè, & hæc lex quoad clericos loquitur, ſequens verò quoad laicos, & de
11 fidelitate regibus † & principibus obſeruãda & de puniendis ijs perſonis eccleſiaſticis, quæ contra eos aliquid machinantur, optimè tractat Guilliel. Durand. de modo Concil. General. celebrand. rubrica. 71.

LEX. XIIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Non comparens citationi virtute regiarum literarum factæ incurrit pœnas in ipſiſmet literis contentas, niſi cauſam aliquam ex declaratis in præſenti probauerit adfuiſſe.

IBi, [No mostrare testimonio de escriuano publico,] & sic citato incumbit
1 onus probandi, quod comparuerit † in termino citationis, secundum textum nostrum, sed an sufficiet hoc testibus probare, & videtur quod sic, quia parem vim habent testes & instrumenta, vt in. l. in exercendis. C. de fid. instr. in contrarium videtur text. hic testimonium publicum tabellionis requirés pro probatione hac, & cum hoc requirat testes non debens sufficere, ex gloss. solennim capit. 3. de censib. in. 6. nihilominus tamen primam credo veriorem, quod & per testes probari posit, cum probationem hanc testium, legem nostram exclusisse non sit censendum, maxime si citatus esset minor, mulier, vel persona rustica, qui à cómuniter accidentibus ad hæc testimonia capienda non aduertunt, debent tamen citati tunc certiorare causæ tabellionem, qualiter comparent citationi, & si cum opus fuerit fidem & comparitione hac facere, tabellio ille qui testimoniú dare debebat mortuus fuerit, testibus probari poterit comparitio hæc ad terminum citationis facta, nam si tabellio ille viuit, quandocumque opus fuerit poterit testimonium tale præbere, & sic testium probatio ad hoc necessaria non erit, & secundum hæc credo primam opinionem veram.

Ibi, [Incurra en las penas,] ad quarum pœnarum impositionem & condemna-
2 tionem faciendam † citatio partis condemnandæ requiritur, secundum gloss. in. l. 8. titulo. 7. partita. 3. quia docere potest de impedimento & tunc excusabitur secundum glossam ibi, & text. hic si ta-
3 men esset notorium, † vel manifestum nullam excusationem habere, vel esset notorius, vel manifestus contumax, tunc nulla citatio requiritur etiam ad hanc pœnam imponendam, secundum communem assertam per Villalobos in suo ærario mill. com. opi. litera. c. numero. 273. ex Aretin in cap. 1. núm. 62. extra de iud. cumque pœnæ in literis ipsis regijs expressæ imponendæ sint, nulla iam requiritur earum taxatio, inquitque gloss. dict. l. 8. quod cum antea pœnæ hæ iudici citanti applicarentur, & per textum nostrú applicatio hæc sit ablata iudicibus & cameræ regiæ facta, quædam antiqua præstatio ipsis iudicibus assignata est in pœnis fiscalibus, para ayuda de costa, & eo relato tenet post hæc nouissime Olanus in Antinomiarum concordia in Epilog. legum partitarum correctarum, numero. 34. Sed num vltra pœnas in ipsis prouisionibus & literis regijs insertas non comparenti, imponetur & pœna per. l. 8. titu. 7. partit. 3. imposita etiam ijs personis, & veritatē huius quæstionis decerpes ex quæstione illa de qua in. l. supra proxima in glossa. fin. remissiue mentionem fecimus.

Ibi, [Le fue quitado el emplazamiento por el que le fizo,] si verba hæc, por el que le hizo, ad iudicem réferas, habes tex.
4 quod solus consensus † iudicis citantis sufficiat, licet & partis etiam requirat consensum. l. 7. titulo. 7. partita tertia, si vero verba hæc ad partem citationem petentem & citari facientem referas, quod verius credo, non requiritur iudicis citare mandantis consensus, & si per legem illam. 7. etiam ipsius iudicis consensus requirebatur, & sic vtroque modo. l. illa. 7. per legem nostram corrigatur, nisi vellis nostram ex illa supplere, siue vno, siue alio modo verba hæc referas, nam vt euitetur legum correctio suppletio est adhibenda cum non sit nouum, leges posteriores per priores & è contra intelligi & declarari licet quia lex nostra nihil amplius requirit, quam consensum partis citantis, secundum meum & veriorem, (meo iudicio) intellectum, consensum etiam iudicis requiri non credo, cum parti, non iudici intersit ita principaliter, citatum comparere, ideo illius, cuius principaliter interest consensus est expetendus, & hoc dummodo vt in gloss. sequenti. dicemus, consensus hic intra terminú citationis præstetur, non vero eo elapso, vel dic, quia lex illa partitarú, túc requirit cósensum iudicis & partis dilationi cócesse, vt si in termino dilatato pars nó cóparuerit, pro cótumace habeat, si vero ad sit pro

rogationi solummodo partis consensus, tunc quantumuis pars non compareat in termino prorogato, nõ habebitur pro contumace, sed tantum incurret pœnam inter partes tempore prorogationis signatam, & hic illius legis verus intellectus.

Ibi. [Antes que se cumpliesse el termino] his verbis declarantur præcedentia prorogationem, vel sublationem termini consensu partis citantis, fieri posse probantia, dum tamen talis citatio per eum auferatur intra terminum citationis, non verò eo elapso, quasi tunc non est quid prorogetur, neque tollatur, in quo approbatur opinio Specul. ita asserentis, reprobata opinione Bal. contrarium dicentis, relatorum per glo. con consentimiento, in dict. l. 7. tit. 7. partita. 3. vbi glos. veriorem opinionem illam Bald. asserebat, & male, & per legem nostram iam vides Speculatoris approbat opinione, illam Bal. reprobari & maxima ratione, quia cum lapso termino citationis nihil est q auferatur pro pœnisq; illis in citatorio impositis per non comparitionem citati in termino, ius ipsi fisco acquisitum sit, merito si non licet partis voluntate consensu suo pænas illas fisco tollere, licet citationem posset, quia ius alteri quæsitum absque facto eius ab eo auferri non potest, ex reg. l. id quod nostrum, de regul. iur. & l. fi. ff. de pactis, & pluriũ iuriũ similium, & quia in pœna quæ venit applicanda fisco eius fauore † committitur mora re ipsa, ab eo qui non impleuit factum intra tempus, in quo commodè potuit implere, argumen. tex. in l. in minoribus, C. in quibus cauf. in integ. rest. non est nec. ad hoc allegati, per Ant. Gom. de delict. capit. 9. numer. nono, in medio cumque pœna ipsa lapso termino citationis incurratur, etiam ipso iure, ponderando verba nostri tex. ibi, incurra, quæ quidem vltra quod executiua sunt, præsentis temporis iudicantur, merito si consensus partis citationem auferentis, lapso eius termino, quo ad pœnas illas fisco non præiudicetur, item & quia quotiescunque consensus alicuius requiritur † intra certũ tempus, sufficit ratihabitio si intra illud tempus interponatur, secundum text. in l. bonorum. ff. rem rat. hab. quam commendat vltra alios complures Anton. Gom. tomo primo, capit. primo, nume. tertio. & tomo secundo, cap. vndecimo, numero. 30. ad fi. vbi plura ex hoc infert, quod est optimum ad leges retractuum, scilicet quod si quis meo nomine retrahat rem aliquam, sufficit ratificare retractum illum meo nomine factum, dum tamen ratificem intra nouem dies per leges retractui asignatas, & intra illos diligentias necessarias fecerim.

5 (left margin, beside "da fisco eius fauore")

6 (left margin, beside "sus alicuius requiritur")

Ibi. [Si vuo embargo] hoc enim iuri & æquitati conforme est vt citatus non valens comparere propter impedimentum

7 excusetur, secundum tex. in l. 2. & 11. titulo septimo. & ibi glos. l. 12. tit. 23. p. 3. & faciunt dicta per Tiraquel. de retract. linagiel. §. 3. glos. 4. numero quinto & sexto. & per text. in l. 27. tit. 11. par. tertia. & l. 37. tit. 11. partita quinta. Impe

8 pedimentumque † sufficiens erit, si ad maius tribunal vocatur, nam tunc à contumacia minoris & inferioris iudicis citantis excusatur secundum Marant. in pract. tit. de contu. numero quarto, pag. 287. puta si citatus à iudice aliquo seculari, vel etiam ab episcopo, vocetur ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quia ad eos tenetur antequàm ad alios venire, secundum Symancas de inst. cathol. tit. 44. nu. 13. Et ideò si clericus propter causam spiritualem vocaretur à Papa, licet prius sit vocatus à Rege, tenetur ire ad Papam, neque in eadem causa ob hoc contumax potest iudicari, cùm ad suum tribunal vocatus ierit. l. contumacia. §. contumaces. ff. de reiud. notat Damasus in suis regulis canonicis, regula. 70. Citatus enim à di-

9 uersis iudicibus † digniori & maiori in iurisdictione, vel de grauiori causa cognoscenti obedire tenetur, secundum glos. penulti. in. l. secunda. §. finali ff. de cust. reorum. & text. in l. contra pupillum. §. finali. ff. de re iudicat. & ex. l. secunda, titulo septimo, partita tertia. & ex alijs allegatis per Did. per. lib. 3. ord. colu. 820. questione. 9. & vide DD. maximè Præposit. numero. 18. & 19. in cap. cum parati. de appe. impedimentaque alia sufficientia refert. & l. 11. ti. 7. p. 3. & iura alia

supra allegata, & Guido Papæ decisione 276. numero. 1.&.443. nume. 1. & Maranta vbi supra, numer. 2. cum. 4. sequentibus pag. 386. in paru. insti. de contum. & Hippolyt. in. l. de vnoquoque, nume. 147. & 148. ff. de reiudicat. & Rebuf. in 3. tom. const. Fran. tit. de contumacia in præfatione, numero. 9. cum sequenti. & iterum in eodem tom. titu. de expens. dan. & int. articulo. 5. glos. vna. numero 58. cum sequenti. & ante eos Bart. in. l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Trebel. Ponit aliam excusationem non comparendi, scilicet cum quis ad locum non tutum citatur, prout & probat. d. l. 11. & Maranta vbi supra, tit. de citatione, numero fin. imò & tunc secundum Bart.
10 vbi supra citatio est ipso iure nulla † si manifeste locus tutus non est, prout & tradit Corneus consi. 131. volumine. 4. fol. 112. & Ripa in tracta. de peste, tertia parte, secundæ partis, numer. 1. cum pluribus sequẽtibus. De quibus impedimentis & excusationibus tradit idem Rebuf. in dicto tertio tomo const. Fran. titu. de excusatio. numero. 30. vsque ad. 51. & post hæc vidi Mesiam in. l. de Toledo, 14. fundamento secundæ partis, nume. 3. cum pluribus sequentibus tractantẽ, hæc tamen intellige procedere, nisi impedimentum hoc & excusatio procurata sint, ad effectum subterfugiendi citationem,
11 nam tunc non sufficit † neque excusat allegatio impedimenti, secundum text. Bart. Ias. & alios in. l. 2. §. finali. ff. qui sat. dar. cog. vbi Ias. se alibi latiùs dixisse asserit, & tenet Rebuf. in dicto titulo de excusatio. nume. 49. & optimè Barba. cons. 57. præclare scribitur, col. lib. 1. & faciunt plura, quæ allegat Mesia in prag. tassæ pan. conclu. 1. nu. 9. cum tribus seq. vbi allegat Tiraq. de retract. linagi. §. 35. glos. 4. n. 28. vbi. n. 29. id in impedimento expresse asserit, vel si culpa im
12 pediti prouenit impedimentum, † quoniam neque tunc excusaret, vt. l. fideius. §. 1. ff. qui sat. cog. notat Roman. cons. 9. & additio capellæ Tolosanæ. 359. & Bote. in tract. de synodo episcopi. 2. p. n. 64. & si hoc de culpa non ita pro vero affirmo, eò quod æquitas & iustitia attendenda est, vt in proposito inquit Matth. Affli. decisio. 289. nu. 25. & 26. nam & si quis esset expulsus sua culpa à loco vbi debet
13 residere in beneficio adhuc capit † fructus eius, imò & distributiones dummodo ad istud non sit ordinata, prout communem testatur Parisi. consi. 32. nu. 19. lib. 4. & Calderi. cons. 17. de preb. ex. c. quia diuersitatẽ de concessio. preb. & dixi latius in facti contingentia, & tenet Gometius in. q. 14. infra alleganda, pag. pen. in paru. in vers. secundo quia quando. Sic exemplificans in simili casu & sic declarãs Romanum & sequaces, vel si secundum Bote. ibi. n. 65. non fuit adhibita diligẽtia vt impedimentum cessaret, cùm si fecisset cessasset, vt & per Rebuf. in tract. de pacif. pos. n. 400. in noua impressione, & Gometi. in reg. de annal. posses. q. 14. vers. pro contraria. & limitat duobus modis hoc Bote. vbi supra, prout & in hac glos.
14 dicemus, vel si nimis se arctauit, quia † cũ potuisset venire non venit, sed lapso aliquo tempore & successit impedimẽtum tunc, nam eo in casu non excusatur secundum aliquorum opinionem, sed secundũ aliorum restituetur ad se excusandum, quod æquius & benignius asserit Lucas de Pena in. l. finali. C. de commeatu, libro. 12. Neque itidem friuolæ excusationes aliæ sufficerent, sed vrgentes, & quæ in iure reperiantur expressæ, vt in dictis legibus patet, & in. l. 2. ff. de in ius vocand. & in. l. vir bonus. ff. iudicat. solu. licet illæ quæ
15 metũ inducũt, † etsi nõ talẽ, qui cadere posset in constantẽ hominẽ, sed in leuiorẽ hoĩem iustè excusationes dicũtur, secundũ Bonif. in sua pereg. leg. partit. ver. citatio. q. 5. ver. a contumacia, fol. 84. col. 4. in prin. qui de hoc videndus erit, & quoniam lectura eius non ita præ manibus habetur, allegat ad hoc glos. in. l. ex consensu. §. eum qui. ff. de app. vbi & glos. illa di
16 cit quod obliuio excusat, † contra quam & melius tenet Bart. ibi, nisi obliuio causaretur ex infirmitate memoriæ, de qua constaret, vel ex longi temporis cursu, vt per Bal. in. l. ea quæ, colum. 3. numero. 5. C. quomod. & quando. iud. qui de ijs vi
17 dendus est. Item non erit necesse † probare diligentiam quæ etsi facta fuisset, nil prodesset secundum Boheri. decisio. 40. nu. 7. & Bote. vbi supra. & Ripa de peste, fol.

fol. 11. nume. 20. sed num impedimen-
17 tũ & excusationẽ probare † necesse erit? & dicendum est quòd sic, ex tex. in l. 11. tit. 7. parti. 3. & ex dictis per Matthæum Afflict. decisione. 76. nu. 2. qui pro huius quæstionis declaratione videndus est, imò & probandum est plus, scilicet, impedimentum fuisse causam immediatam non comparendi in termino, secundum Rebuf. in dicto tit. de excusatio. nume. 67. & tradit posthæc Messia in d. l. de Toledo in. 14. fundamento, secundæ partis. numero. 18. &. 19. sed per quem debet impedimẽti probatio fieri? Dic quòd per allegantem illud, secundum Rebuf. in concord. reg. fran. in rub. de collatio. §. 1. pag. 33. in prin. in mediocri impressione, & Præposi. in. c. ex ratione, num. 7. extra de appel. & ibi eius additio, & vide regulam. 18. insertam post Soci. regulas. Et qualiter tunc probabitur impedimẽtum, dic q in casibus in quibus aliud nõ est ex-
18 pressum arbitrio iudicis † relinquit, prout communiorem testatur Alex. in l. quæsitum. n. 4. ff. de reiud. Sed an per iuramen-
19 tum ipsius impediti † sufficiet probare, & vltra Rebuf. in dict. tit. de excusatio. nu. 62. cum pluribus sequentibus. & Cassan. in consuetud. burg. rubr. 4. §. 20. glos. en quelle. num. 5. cum seq. fol. 189. Dicendum est, quod quando agitur de probando impedimento, ad obtinendam secundam dilationem, vel ad probandum quòd exceptio de nouo peruenit ad notitiam, quæ probatio fit summariè, tunc sufficiet solum iuramentum, vt est text. in capit. pastoralis, in fi. de exceptio. quem ad hoc allegat Maranta in pract. 4. p. 9. distin. de iudicio ordinario & summario. nu. 82. pag. 205. in paruis. & quia vbi agitur de modico præiudicio solo iuramento probatur, secundum Anan. consi. 1. col. 1. in fi. & Afinium in practi. ciuili. §. 7. capit. 5. limi. 59. n. 11. fol. 78. Ad alia verò an per iuramentum probetur impedimentum, sunt opiniones inter doctores, alij per testes debere probari asserentes, & tunc per testes singulares potest probari non tutus accessus, secundum Papazonem in adnotationibus ad decisiones rotæ nouas in additio. ad. 5. decis. de rescrip. fol. 4. alij verò per iuramentum posse probari contendunt, ex. l. scire. §. sufficit. ff. de excusatio. tut. prout tradit Lanfran. de Oriano, in pract. tit. de dilatio. nume. 10. Alij autem non per iuramentum solum, neque per testes singulares tantummodo, sed secundum quod iudicantis arbitrio visum fuerit esse impedimentum probandum, ita quod in arbitrio iudicis eius probatio pendeat inspecta grauitate, vel paruitate præiudicij, & qualitate impedimenti, scilicet, an in loco fuerit longinquo remoto, & solitario, nec ne, inspectaque itidem qualitate personæ impedimẽtum allegantis, vt & ijs & alijs, quæ benè iudex inspiciet, decernat an sufficiet iuramentum, vel alia maior probatio requiratur, & hæc vt dixi communior est & approbata opinio, secundum Alexand. vbi supra, quem referendo sequitur glos. probanda in dicta. l. 11. titulo. 7. partita 3. & Orosci. in dicta. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. colum 69. in principio. & videtur tenere Ioan. Henri. de voris, in dicto tractatu, de synodo episcopi, in secunda parte, n. 62. & vide Guido. Papæ, decisio. 64. & nouissimè post hæc vide Menochium de arbitrar. iudi. lib. 2. Centuria. 2. casu. 118. has opiniones referentem, & in casu, quo per iuramentum posset probari impedimentum, semel tantum & non pluries id liceret secundum glos. dictæ. l. 11. & Paul. Castren. in. l. veluti. ver. hæc vox. ff. de edend. & in. l. fin. ff. de ferijs. Est tamen verum, quod si impedimentum esset no-
20 torium, † vt quia non tutum esse accessum notoriè constet, tunc sufficiet notorij allegatio, neque alia requiretur probatio, secundum Ripam, vbi supra, numero. 18. licet impedimentum itineris, & non tuti accessus, vel aliud quodlibet, non excusat, si per aliam viam potuit ire
21 securus. † & sic vitare impedimentum, & non iuit, neque euitauit, secundum Bart. in. l. imperator, de appellationibus, vt ibi, & in authentico, de ijs quæ ingredi, ad appella. probatur, nam si vitari potest impedimentũ aliquo pacto prodesset, minimè si non vitetur, secundũ Bal. in l. sed etsi per prętorem. §. 1. ff. ex qui. cau. maio. quem & alios allegat Messia. in. l. de Toledo. 14. fundamento,

2.partis num.19.non enim dicitur impe-
22 ditus qui facile impedimentum † remouere potest.l. qui potest facere. ff. de reg. iur. l. quibus diebus: ff. de cond. & dem. notat Molina de primo gen. Hispaniæ li. 4.cap.10.num.8.part.2.fol.190. verum
23 tamen est quod in casu † quo iuramenti probatio sufficeret, admittetur probatio in contrarium ex late dictis per Tiraq. de retract.linagi.§.4. glos.1.num.1.cum sequentibus, vbi num.7. id in impedimenti materia asserit,& Casane.in dict.fol.189. vbi col.4. & sequenti istud de iuramenti probatione limitat sex modis, sed an sufficiet probare impedimentum, vel itidem etiam probari debeat adhibitam fuisse dili
24 gentiam in veniendo, † & sic vt cessaret impedimentum, & non potuisse venire, & communiter DD.cum Bartol.in dict. §.quod diximus, testantur, omnia hæc debere probari, prout ibi testatur Oroscius, col.692.numer. 1.& Boerius decisione. 40.numero.5.testatur hanc esse tam legistarum quam canonistarum communem opinionem, & tenet Matth. Afflict. decis.29.& Specul.de actio.& peti.§.4.vers. sed episcopus,& Bote.in dict.tract. de synod.dict.numer.65. vbi hoc duobus modis limitat, alias enim affectatum & crassum posset dici impedimentum, quod vt diximus, non excussaret, imo & probari etiam debet impedimétum fuisse causam immediatam quare venire non potuit, secundum quod in hac gloss. dictum remanet,& tradit Menoch.vbi supra, num. 6. &.7.sed an vltra quod adhibitam fuisse diligentiam vt impedimentum cessaret, debeat & probari missum fuisse excussatorem, & pendet determinatio huius dubij à decisione alterius, num scilicet impedi-
25 tus teneatur mittere excussatorem † & comparere ad effectum proponendi exceptionem loci non tuti, nam si teneatur, tenetur probare misisse, si vero non tenetur mittere, neq; probare missum fuisse tenebitur, & in hoc Ripa in tractatu de peste.dict.3.parte. 2. partis, num. 18. vsque ad.33.exclusiue, fol.100. cõstituit tres casus in citato ad locum non tutum, qui vt breuitati consulamus per ipsum videri possunt, ego enim cum glossa, deuelo, in dict.l.11.titulo.7. partita 3.per tex. ibi dicendum credo, quod in omnibus impedimentis non tenetur quis mittere excusatorem, nisi tantum in casu, in quo locus nõ esset tutus, eo quod inimici citati ibidem aderant, citatumque ipsum reptatum habebant, tunc enim secundum.l.illam. 11. in fin. tenetur impeditus ex hac causa excussatorem mittere, ex qua quidem lege desumitur, vt neque in casu in quo non tenetur quis mittere excussatorem, neque itidem teneatur mittere pro
26 curatorem †, & si citatus fuisset impeditus, vt compareret per se, vel per procuratorem suum, secundum gloss. pero si, ibidem, nisi tantum, in quo citatus esset impeditus ex graui infirmitate, & duratura, nam tunc teneretur mittere procuratorem, & in dubio vt inquit glos. dict. l.11. præsumitur infirmitatem esse duraturã, & ideo in tali dubietate semper mitte pro
27 curatorem, nam impedimentum citati † in dubio debet reputari perpetuum, secũdum Imol.in.l.quæsitum.ff. de re iud. & Alexã. in.l.2.§.2.ff.si quis cautio.& ideo cautius feceris si procuratorem miseris, & excussatorem: nam vltra quod impedimentum censetur duraturum. l. illa. 11. non ita limitatiue loquitur, quin in alijs casibus, quam ibidem expresis eius dispositio non procedat, imo & inquit Villalobos in suo ærario mill. comm. opi. litera.c. numero. 87. quod ex lege quadam fori ibi per eum allegata tenetur impeditus mittere excusatorem, & quamuis posset dici legem illam seruandam, vbi vsitata fuerit eius dispositio, tamen de iure habemus supradicta, scilicet quod in impedi-
28 mento perpetuo † debet mitti substitutus, etiam in casu quo alias non esset mittendus, prout & tradit Rebuf. in concor. reg.Franc.titulo de collatio.§.1.glo. impedimento, pagi.32.colum. 2.in mediocri impressione disputaturque late per DD.in capit. 2. de procurator. an procurator sit mittendus in hoc casu, vt & per Bald.in cap.1.quo temp.mil.inv. sib.feud. & Bart.in.l.is qui reus.ff. de pub.iud. qui & Abb.in.c. cũm dilecti.n. 13. de dol.& contum. latè & Alexan. in.l.2.§. si quis in iudicio.ff.si quis cautio. & in.l. si quis instituatur.§.fi.post glo.ff.de hæred.inst. inquiunt, procuratorem esse mittendum

per

per impeditum, quòd & in procuratoribus decortes procedere inquit Orosi. in d. §. si quis in iudicio. col. 690. vbi optimè & succinctè hæc declarat tam in actore quàm in reo, & communem tradit doctrinam, & idem etiã esse in causa electionis, tradunt Innocent, & Hostiens. in ca. cum inter. de electione, & Bal. in Margarita in versi. impeditus. glos. in capit. cupientes. §. quod si per viginti, de electio. in 6. & Alex. in. d. §. si quis, & ideo inquit gloss. in dict. cap. cum super de testib. cogend. quod si quis ad deponendum citetur per ecclesiasticum sub pena excommunicationis, & citatus ipse propter impedimentum non comparuerit, neque miserit excusatorem, quod licet quoad Deũ nõ sit excõmunicatus, quoad eccle siã tamẽ sic, & sic cõstito de legitimo impedimento debet absolui de facili, secundum Iuli. Clar. in pract. crim. libr. 5. §. fi. quest. 26. in fi. & ibi hanc cõmunem cũ gl. illa testatur & Bote. de synodo episc. 2. parte. nume. 73. cum sequentibus quas obres ne sis in conflictu opinionum, &
29 difficultatum, semper in casibus † vbi procurator non est admittendus, mitte excusatorem, in alijs vero & excusatorem & procuratorem, vt si non te excusatum reddat iudex, saltim tanquam procurator excusator ille compareat, prout & hæc etiam refert Henricus Debote in. d. tract. de synodo Epis. d. 2. par. num. 68. cum. 4. sequentibus & Rebuf. in. d. titul. de excusatio. num. 68. cum. 10. sequentibus vbi à nu. 1. vsq; ad. 30. plures de exsatoribus quæstiones annectit, & ibi optime disserit an excusator teneatur afferre procuratorium, vel credetur ei, & nume. 98. & sequen. alia ponit quæ debet excusator aduertere, est tamen verum quod si impedimentum esset notorium nullo in casu teneretur impeditus mittere excusatorem, prout communem testatur Boheri. decisi. 40. numer. 7. & eum ad hoc allegat Villalobos in. d. ærario litera. c. n. 88. Sed est aliud & nõ minus singulare dubium, an in casibus in quibus quis non tenetur mittere excusatorem, neque pro
30 curatorem tenebitur nè protestare † de impedimento illo, in loco vbi adest cum citatur, & ibi impedimentum superuenit, & in hoc ripa vbi supra ponit opiniones in nu. 21. cum. 4. sequentibus Bohe. tamen dicta decisione. 40. num. 6. inquit quod Bart. in. d. §. quod prediximus quẽ asserit Alex. & Iass. & modernos, ibidem sequi, tenet quod nisi consuetudo sit in contrarium, vel. l. requireret, vel impeditus vult actum facere coram alijs, quibus tenebatur vt inquit Rebuff. vbi sup. nu. 57. non est necesse de impedimento protestari, pro quo faciunt dicenda in. l. 11. gloss. 3. titu. 18. infra isto lib. & hanc communem testatur Cagnolus in. l. in omnibus numer. 15. ff. de reg. iur. & Villalobos in ærario com. opin. litera. A. num. 214. applicans ad dictam legem. 11. titu. 18. infra eod. & hanc tenet Aymon Craueta consi. 253. numer. 5. nisi secundum eum ibi, ageretur de probando impedimento per solam protestationem, secus si per alium modum esset probandum; nam tunc non esset necesse protestari, & si Ripa vbi supra, velit in hoc dubio distinctione vti, quam & sequi videtur Matth. Afflict. decisio. 50. nume. 4. & 5. de quo & tradit Rebuff. d. titu. de excusator. numer. 51. cum. 10. sequentibus, & Maranta in pract. tit. de appellatio. nu. 219. pag. 602. Bote. d. 2. par. nume. 66. & Calanç. in consuet. Burg. rub. 4. § 20. gloss. en que le. numer. 1. & 2. fol. 189. vbi & aliqui ex his tenẽt esse necesse protestari, & ideo ad euitãdas opiniones certius facies, si protesteris de impedimento coram honestis viris, & coram iudice loci, si copia eius adsit, secundum quod consuluit Boher. vbi supra num. 8. & Maranta, & Ioa. Boeri. vbi sup. numer. 66. & 67. & Tyraquel. de retract. linag. § 9. gloss. 3. numer. 19. & Rebuff. dict. titu. de excusat. num. 59. protestando quod nisi locus esset infectus, vel aliud tale impedimentum adesset compareres ad citationem, & quod ita protestaris, & petis testimonium de hoc coram iudice si adest, & si non corã tabellione & honestis personis, qui quidẽ omnes si deficiant, in animo tuo protestationem hanc facies, vt si forte post iuramento impedimentum sit probandũ iurare, possis qualiter propter hominis defectum in animo tuo protestationem hanc fecisti, licet & si non protesteris, dũ

H 5 tamen

tamen doceas de impedimento, nihil obstaret, quia veritas attendenda est, & protestatio eius quòd nil releuat, nihil operatur, neque est necesse eam facere, vt per Rip. vbi sup. nu. 26. & Gomeci. in reg. de triennali poss. q. 57. & ideò in Frãtia praxis obtinuit, quòd nõ est necesse protestari, secundũ Rebuf. in d. tit. de excusat. n. 54. abundans tamẽ cautela non nocet, ideò protestationem facies si poteris, imò & longè tutius ages si protesteris coram iudice citante, quòd vlterius non procedatur, stantibus huiusmodi impedimentis, alias ex tunc ab huiusmodi vlteriori processu, & tacita præmissorum reiectione appellas, prout tamen in quadam causa fieri consului, & consuluit Messia in l. de Toledo. 14. fundamento, secũdæ partis. nu. 17. sed an sufficiat semel protestari, vel
31 debeat † semel & bis protestatio hæc fieri, vltra Marant. vbi supra, tradit Tiraq. vbi supra. nu. 23. & idem Tiraq. in. l. boues. nu. 2. 3. & 4. ff. de verb. signif. & vt euites prolixitatem bis & plus protesteris, & plura de impedimentis annectit additionat. repertorij Feli. in ver. impeditus, per omnes versiculos illius verbi. & nota quòd cùm impedimentum probare volueris semper articulabis vltra articulos necessarios, quòd impeditus consueuit esse
32 homo veridicus, † & fidelis, & diligẽs reputatus, secũdum Alex. conf. 53. volu. 2. nimiumq; te non adstringas, neque arctes ad comparendum citationi in fine termini, nam si nimium te arctaueris, & cùm potuisses in principio termini cõparere noluisti nisi expectare in termino vt in fine citationis compareres, & tũc non potuisti, non excusaberis, ex tex. & ibi glos. & DD. in c. cùm in veteri, in fi. de electione. & Alex. in. l. 2. §. 2. ff. si quis cautio. & Decisio. capellæ Tollosanæ. 302. & ibi additio. & glos. ouo. l. 11. tit. 7. p. 3. & dicitur illum se arctasse, qui confidit se posse excedere metã itineris limitatã, non si adhuc superat sibi vna dieta cùm superuenit casus impediens, secundũ Ang. & Alex. in. d. §. 2. per glos. in c. cupientes. § cæterum ver. octo dies, de electione, in 6. & Ioan. And. in reg. imputari, in mercurialibus, quẽ vide, & Bald. in. l. 1. de dilatio. num. 3. item nec si superuenit casus mortis, secundũ glos. in Auth. de triẽt. & semis. §. illud. secundum Alex. vbi sup. & Din. in. c. ex trãsmissa de præscriptio. Sed pro complemento quærendum est,
33 an impedimento tali cessante tenebitur citatus † comparere absque alia citatione, an verò sit de nouo citandus, in quo inter DD. magna adfuit dissensio, & de hoc vide glos. ver. luego. l. 37. tit. 11. par. 5. &
34 an qui restituitur pro impedimento † restituatur pro rata temporis impedimenti an ad totum tempus. vide Tiraq. in. l. si vnquam. ver. reuertatur. nu. 421. C. de reuocand. donatio. & an nõ fatalia currãt debeat sæpius requiri iudex vt sententiet, vide optimè Octauianum decisio. Pedamo. 12. per totum.

Ibi. [Legitimo impedimento] quòd dicatur legitimum impedimentum tradit licet in aliud propositum, Rebuf. in concord. reg. fran. tit. de collat. §. 1. glos. impedimento, col. 3. & hæc pro lege hac sufficiant. & vide. l. 1. tit. 7. part. 3. & in principio huius legis, diximus, & nota quòd non sufficeret remedium procura-
35 tum, sed noceret † potiùs, vt per Roland. consil. 47. nu. 36. cum sequentibus aliquibus, lib. 2. vbi id declarat.

LEX. XV.

SVMMARIVM LEGIS.

Nullus tenetur ad citationẽ personaliter comparere, sed sufficit per procuratorem, literæque citatoriæ iubentes personaliter comparere sunt nullæ, & subreptitiæ, neque adimplendæ sunt, nisi vbi Regi conueniret aliter fieri, & per regiũ consilium visum, approbatumque fuerit, quòd intelligendum est conuenire quoties tales literæ subscriptæ fuerint saltim à tribus ex regio consilio.

Ibi.

Ibi. [Para q̃ parezca personalmēte,] nullus enim in causis pecuniarijs & ciuilibus prout legem hanc loqui intelligendum
1 est, potest compelli vt personaliter † cōpareat. Imo etsi iuberet, q̃ psonaliter cōpareret adhuc non tenetur citatus, ex tex. in l. fi. C. de procurat. & ex text. in cap. querelam eod. tit. & l. 1. ff. eod. titu. & text. in capitu. 1. de iud. lib. 6. de qua regula videndus est Bern. Diaz & alij relati per Dueñas regu. 95. & aliquid per Guidonē Papæ decisi. 255. & 445. & Ferrara in pract. in forma responsi reicon. decla. gloss. 1. colum. 4. in princ. & eam etiā ampliat & limitat aliquibus modis Dida. Perez libr. 2. ord. colum. 352. in fi. cum duobus sequentibus, & est similis tex. de iure regio in l. 3. ti. 7. parti. 3. quæ limitat regulam hanc vt in criminalibus non procedat, secundum quam. l. 3. non valet citatio facta ad domum vt reus in ciuilibus teneatur personaliter comparere, sed sufficiat mittere procuratorem, prout ex illa lege asserit Dida. Perez libr. 3. ord. col. 825. in fin. ex hoc inferens, quod lege illa partitarum attenta possit quis iam in domo sua citari, saltim vt teneat mittere pcuratorē in correctionem. l. plerique de in ius voc. & similium iurium, domū suam vnicuique pro tuto refugio concedentium, quam equidem correctionem ex lege illa non inducendam credo, sed intelligendam vt cesset correctio, secundum gloss. ibidem in gloss. penult. quod ibidem ipse citatus aditum præstitit nuntio ad domum suam vt ipsum in ea citare posset, quod patet cum ipsamet lex partitarum, domum tutissimum refugium vocet, & sic correctionem inducere noluit, sed intelligendum est aditum præstitum nuntio per citatum, quem quidem si nō præstitisset ipse citatus non poterat nuntius ingredi domum, sed ad ipsam domū partem citare quasi persona non reperiatur, & sic cessat dicta correctio illius. l. partitarum ad. l. plerique, & similes.

Ibi. [Saluo si entendieremos que cumple a nuestro seruicio,] vel nisi ipsemet ci-
2 tatus † sciret melius veritatem, quā procurator suus ex. l. 22. titul. 5. partit. 3. & ex. l. fin. & ibi gloss. & DD. C. de procurat. vel si Dn̄s est legalior, quia procurator est rixosus, vel rabula, vt inquit Maranta. in. l. si actor nume. 62. ff. de procurat. & iterum num. 63. & tradit Didacus Perez, vbi supra. d. libr. 2. ord. colu. 354. & Ferrara vbi supra. vbi hoc intelligit ipse Dida. Perez, nisi procurator haberet mandatum speciale ad sic, & ad sic respondendum, quia tunc etsi Dn̄s legalior esset & procurator rixosus, vel rabula nō teneretur personaliter comparere, & hoc nisi natura causæ domini præsentiā requireret, ex. d. l. fin. C. de procurat. & in cap. si clericos de sent. excomu. in 6. & infra. l. 2. titulo. 7. gloss. instructo eod. lib. Deo volente dicemus. Quid tamen, erit in procuratore in rem suam, nūquid debebit cogi cedens actiones ad personaliter comparendum, si per debitorem
3 † petatur vt compareat personaliter, in aliquo ex dictis casibus si cedens reputetur legalior cessionariusque rixosus & non verax reputatur, & in hoc, inquit Bald. in. l. fi. C. de procurat. quod aut est procurator in rem suam ex parte actoris, & tunc dominus non est interrogandus de eo, quod sit decisiuū quæstionis, quia sicut non potest pacisci, ita neque confiteri, aut est procurator in rem suam ex parte rei, & tunc, quia talis procurator non tenet in præiudicium actoris, potest interrogari dominus principalis & sic cedens in dictis casibus, & facit prǽiudiciū reo ipsi procuratori in rem suam, secundum Bal. vbi sup. & in. d. gloss. inst ructo iterum repetemus.

Ibi. [no incurran] quia citatio nulla
4 † non reddit quem contumacem, secundum Matth. Afflict. decisione. 182. nu. 4. & decisi. 366. nume. 16. & Auend. de primo & secundo decreto, part. 1. nume.
5 16. in princ. imo & citatio facta † contra stilum & consuetudinem curiæ, non cōstituit in contumacia, secundum Boheri. decisione. 235. in fi. & Did. Perez. lib. 3. ord. colum. 821. quæst. 11. & Rebuff. 3. tom. titu. de contum. articul. 7. gloss. vna nume. 4. nam stillus curiæ & cancellariæ ius facit, & ideo stilo curiæ prætermisso nihil valere debet citatio, & quod ius faciat similis curiæ stillus & plura de stilo di-
6 cenda † asserit Burg. de Paz in prohemio legum tauri numer. 227. vsque ad. 234.

&

& sic cum nulla reputetur talis citatio, neque citatum contumacem reddat, etiã si ipse citatus ad talem citationem compareat personaliter nihil operabitur citatio, neque reualidabitur per comparitionem, expensasque itineris citatus ipse ab ipso iudice eam citante personaliter in causa ciuili contra nostri tex. dispositionem recuperare potest si voluerit eas petere, prout asserit quidam Diego de Ribera in suis notulis Tabellionum in ordine iudiciali ibidem inserta, fol. 94. versic. no se puede per quandam l. 30. Stilli, quę tamẽ vbi eius vsus seruatur practicari debet, imò & vbi non vteretur, sic esset practicandum, cum de iure iudex iniquè & contra ius aliquid faciens teneatur, non solum ad expensas, sed & ad damnorum resartionem abinde prouenientium, vt per totum. C. de pęn. iud. qui mal. iud. & in tit. de oblig. quæ ex quas. delict. nas. inst. & in alijs iuribus. Sed difficulter declarabitur tunc nulla citatio, quia per cõparitionem habebitur pro valida. Sed est dubitationis quid si forte quis in causa ciuili iubeatur personaliter comparere per se, neque adijciatur, vel per procuratorem suum, prout moris est ponere, an talis citatio erit nulla, vel saltem citatum arctabit,

7 † vt per procuratorem compareat, quasi illa oratio, vel per procuratorem, cum de consuetudine soleat apponi in similibus citationibus causarũ ciuilium, apposita tunc censeatur, & probari videtur ex tex. in. l. 3. tit. 7. par. 3. & certè si lex nostra ita expresè non prouideret, prout prouidit annullãdo citationem contra eius dispositionem factam, tentari posset citationem illam valere, intelligique tunc clausulam solitam poni, vel per procuratorem tuum, quia clausu-

8 la † consueta apponi apposita censetur, etsi non declaretur ex tex. in. l. fin. C. de iur. emphit. tradit Felin. in. c. cum. m. n. 6. de const. & per alios DD. relatos per. Did. per. lib. 3. ord. col. 1070. in prin. tamen quia lex nostra reddit suspectam talem citationem, prohibetq; aliter quàm est in ea declaratum non esse faciendam, alias annullat eam, & in hoc casu inutilis redderetur, neque suppletio consuetudinis apponendi clausulam illam aliquid in hoc casu operabitur, alias. l. nostra & eius dispositio, frustratoria redderetur, & nullius effectus, & quia si contra consuetum modum clausulæ ponantur, redduntur suspectæ, secundum. Suarez allegatione 27 fol. 193. pa. 2. vers. ex alio probatur. Ibi. Saluo si las. Ad hanc limitationẽ aduertere debes, ne forte constituaris in contumacia si personaliter tunc non cõparueris.

De. l. 16. ff. nostri tit. Did Perez super ea parum immoratur in col. 856. & nos quoque parũ & nihilũ immorabimur, solum allegatione. l. 9. tit. 7. p. 5. & . l. 118. in quaterno gabellarum quę ponitur pro lege. tit. lib. 9. inf. ponentium pęnas gabellarij plus debito exigentis, & hęc pro toto hoc titulo sufficiant.

Sequitur Titulus IIII.

De la contestacion de las demandas.

ET quia post libelli productionem & notificationem eius & citationem factam vt ei respondeatur, & satisfiat per partem contra quem proponitur, necessariò debet sequi responsio rei. Cumque de his superioribus duobus proximis titulis actum sit, meritò annectitur & sequitur noster titulus & rubrica de litis contestatione, quæ quidem litis contestatio

1 † est principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eam secuta responsio, prout colligitur ex. c. 1. de lit. contr. & . c. dudum, el. 2. de electione. c. prout. de dol. & contum. c. cum causam de iuram. calum. l. 19. tit. 4. l. 2. & 3. tit. 10. par. 3. l. 1. stilli. quæ iura ad hoc allegat Did. Per. hic colum. 661. in princip. & probatur ex. l. 1. nostri tit. Dum ibidẽ statuitur à die porrecti libelli in nouem dies debere reum respondere, & litem

con-

contestari, ex quo sequitur quod cum libellus coram iudice prius præsentetur super negotio de quo agitur, iubendo lex nostra ei respondere debere reum, manifeste colligitur nostræ diffinitionis approbatio etiam in lege nostra, qualiter autem, & per quæ verba fiat litis contestatio, & qui sint eius effectus, & quæ eam impediant, ex prosecutione nostri tituli apparebunt, & de effectu litis contestationis fecit vnum tractatu Rebuf. de effectu litis contesta. inter tractatus suos.

L E X I.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter & quando sit contestatio litis facienda & sub qua pœna, in præsenti lege declaratur & statuitur.

1

IBi. [abreuiar los pleytos,] properãdum est enim ne lites fiant immortales ex. l. properandum in princ. C. de iud. & tex. in capit. finem litibus de dolo, & contu. & l. terminato. C. de fruct. & lit. exp. & l. non distinguemus. §. quæsitum. ff. de arbit. & sic vtile esse rei publicæ † vt lites cito expediantur notum & manifestum & ad oculum quotidie videmus, patrimonia enim lites exhauriunt vitam & honorem consumunt, & quod magis dolendum est, animas & adeò apud bonos odio lites habentur, quod hominem litigiosum contemnendum & prauæ fidei & opinionis esse asserũt, & ab eo tanquã à peste fugiendum, imo & quod plus est quod ab ipsismet tabellionibus, & procuratoribus quod mirandum est, odiosus reputatur & fastidiosus & importunus, cumque Reip. expediat diuites ciues habere quietos & pacificos, nimirum si à iure lites execrentur, & eis finem imponendum asseratur, ex quo inquit Bal. in ead. l. properandum in princ. numer. 4. partes in contrarium pacisci non posse, prout ex eadem lege properandum in princip. probatur iuncta. l. 2. §. sed quia veremur, de iuramento calum. cum ea, quæ iuri publico intersunt, pactis priuatorum renuntiari non possunt, secundum text. in l. ius publicum. ff. de pact. ex hac que etiam causa inquit idem Bal. in ead. l. properandum numer. 2. in princ. posse † iudi-
2 cem in causa statuere terminum ad opponendum, & articulandum, & probandũ, & probatum habendum, ad instrumentaque producendum, & ad excipiendũ & replicandum & similia, quod tamen ego non facerem ex sola causa lites abbreuiandi, nisi & alia causa concurreret, puta malignitas litigantis alicuius solum dilationem procurantis, prout pluries videmus, vel paruitas causæ litis dilationem nõ pateretur, vel ex alia probabili causa, quam discretus iudex considerabit, alias enim nisi causa existente, terminos iuris non dimitterem, licet non augerem; iudex enim minister, non vero dispensator vel melius legis dissipator & distructor debet esse, non sicut aliqui iudices, quos ineptos reputo faciunt, qui etiam in causis criminalibus ita breuem terminum assignant, quod partes ipsæ etiam actores & accusatores non possunt intra illum terminum intentiones suas probare, nulla alia causa ad abbreuiãdum legis terminum se fundantes, quam ex voluntate sua, & vt inimici litium, & reorum accusatorum videantur, cum eis fauere deberent, & terminum se defendendi solum cum tribus diebus assignant, & eis elapsis ex tunc habent causam pro conclusa, & ad sentẽtiæ pronũtiationem eunt, & aliquando innocentes condemnant, quod fugiendum iudico, medium enim tenere debemus, neque lites permitti in longum protrahi, neque vt iustitia partium indefensa remaneat, ne dum breuis esse laboras obscurus fias, secundum Rebuf. in l. vni. C. de sent. quæ pro eo quod inst. prof. notab. 2. per tot. pag. 3 61. cum causa tamen vt dixi, vel quia iurisdictionis

nis & commissionis terminus iudici finitur, liceret & litē abbreuiari & terminū vnum tantum pro probatione facienda, & pro probato habendo & instrumento producendo & pro conclusione assignari vt dicebat Bald. vbi sup. relatus per Auiles in cap. 3. iudi. synd. gl. 1. n. 15. fol. 265.

Ibi, [En los pleytos,] notanda & ponderanda sunt verba hęc generalia, vt cum tex. in ijs verbis generaliter loquatur, in-
3 telligas in omni lite † & causa legem nostram intelligendam nisi vbi specialiter contrarium dispositum reperiremus, generaliter enim in omni causa lis debet cōtestari, siue sit de pecunia, siue de statu, siue de iure ciuitatum, siue de iure priuatorum, siue sit causa petitoria, siue possessoria, vel hypothecaria, confessoria, vel negatoria agatur, imo & plus est in causis etiam fiscalibus, publicarum functionum ordo iudiciarius est seruandus, prout omnia hæc asserit Bald. per text. ibi in dict. l. properandum in principio num. 2. 6. notab. C. de iud. in omnibus enim iudicijs etiam possessorijs, litis contestatio requiritur, prout communem testatur Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 165. ff. de adqui. poss. & Alex. consil. 66. num. 10. volumine. 5. & contrarijs, quæ adesse poterunt, respondent ipsi maximè Ripa in eod. §. nihil num. 185. & Fran. Aretin. consilio. 109. & Specul. tit. de offic. om. iud. §. fin. num. 15. & Bereng. Fer. in dict. §. nihil quæst. 3. princ. & Bar. in extrauag. quom. in cri. læsæ maie. proced. verb. summariè, quos allegat Didac. Perez hic col. 865. & AErari mil. cō. opi. Baptistę de Villalobos litera. l. num. 183. nisi in pos-
4 sessorio † edicti Carboniani, prout communem testatur Corras. in dicto. §. nihil, versic. ex prædictis num. 37. vel nisi sit periculum in mora, secundum eund. Corras. ibidem num. 172. hanc etiam & communem asserentem & alias duas limitationes ponentem circa hæc possessoria iudicia, circa quæ tradit etiam Ripa, vbi supra num. 182. & Alexan. num. 95. cum duobus sequentibus in dict. §. nihil. & Ias. in l. si is qui temporali numer. 8. ff. de iur. iur. & Alexand. consil. 2. num. 10. lib. 3. imo
5 & quod plus est in ipsamet † instantia appellationis requiritur contestatio litis si vtraque pars sit præsens, secus si vna est absens, nam tunc non requiretur ex text. l. fi. §. illud. & ibi Ang. C. de temp. app. tradit Deci. & alij relati per Didac. Perez hic colum. 865. quæst. 6. & Soci. regul. 240. lite non contestata in causa appellationis, & sic potest declarari l. 5. titul. 26. part. 3. imo & quod est fortius quod neq; ad sen-
6 tentiam diffinitiuam procedi potest † lite non contestata, ex text. in d. l. fin. §. illud C. de temp. appel. & per totum extra vt lit. non cont. nisi in casibus positis per Socin. reg. 239. lite non cōtestata, & Maria. in c. 1. quoniam frequenter vt lit. non cōt.
7 licet ad decretum † interponendum litis contestatio non requiratur, secundum gloss. in l. Sancimus. §. cum autem. C. ad trebel. quam ad hoc allegat Orosc. super ff. veteri, col. 429. num. 46. tunc enim & si eligatur via probationis parte citata nō comparente nulla requiritur litis contestatio, vel eadem si eligatur via decreti interponendi, secundum text. in l. 1. tit. de los assentamientos infra isto lib. quæ ita debet in decreto tantum intelligi, non vero generaliter, prout eam intelligebat Villalobos in sua Antinomia iuris ciuilis & regij, in litera. l. num. 15. sic neque ad in-
8 terlocutoriam † litis contestatio requiritur, secundū Bal. in auth. si omnes. n. 5. C. de dil. ab hac. absu. si tamē ab illa interlocutoria appelletur in casu vbi liceret appellari, & in illa instātia appellationis, bene requiritur litis cōtestatio etiā si quis sit cōtumax, secundum Firmia. Bertachi. in suo copioso repertorio verb. litis contestatio. in quibus versic. 14. bene tamen verum crederem iam l. fin. titu. 17. infra eo. attenta q̄ si per partem non peteretur quod absque litis contestatione non procederetur ad sententiam diffinitiuam, quod & si absq; ea sententia diffinitiua proferretur valida foret, eò quod secundum legem illam substantialia & si omittantur, aliqua partium non petente vt seruentur, nihilominus valida est sententia, & ita illius legis argumento est intelligenda gloss. in l. fin. titu. 26. part. 3. & dicta per Auend. Resp. 1. num. 4. Vlterius & in tantum litis con-
9 testatio requiritur, quod etiam in causa † nullitatis principaliter intentata debet adhiberi litis contestatio, secundum Specu. & alios

& alios relatos per Didac. Perez hic. d. colum. 865. versic. an in causa nullitatis, itidemque neque testes recipiendi sunt lite non contestata, vt in cap. quoniam frequenter & ibi DD. vt lite non cost. & c. veritatis de dol. & cont. l. 2. titu. 16. part. 3. quod tamen fallit in multis casibus positis per Soci. regula. 242. & in dict. l. 2 cum. 5. sequentibus titul. 16. par. 3. & in remedio legis diffamari. C. de ingen. & man. si actor differt agere, secundum Anton. Gomez. tom. 3. cap. 1. numer. 19. & 21. ex eadem radice procedit quod
10 & vbi agitur de fœdere matrimonij † neque testes recepi, neque sententia ferenda est absque contestatione, cum ambæ partes sunt præsentes, secundum Coua. in. 4. cap. 8. §. 12, numer. 6. part. 2. vbi hãc ex Decio cõmunẽ testatur opinio. licet ipsemet Couar. contrariam teneat, & cõmunem eam asserat contra Deci. ex tex. in clementina dispendiosam de iudi. & clemen. sæpe de verb. sig. vbi non requiritur isthęc contestatio in correctionẽ cap. accedens in. 2. vt lit. non cont. & ca quoniã. §. porr. eod. ti. & idẽ secũdũ eũd. Cou. vbi supra si agitur quoad thori sepa
11 rationem † necessaria est litis contestatio etiam altero litigantium contumacẽ ex text. in capit. 1. vt lit. non cont. quem ita communiter DD. intelligere asserit ipse dominus Couarr. vbi supra & plures amplicationes & limitationes ad prædictam regulam decerpes ex doctoribus supra relatis, & ex relatis per Bertachi. d. repertorio verb. litis cõtestatio, in quib' casibus fiat. Est tamẽ notandũ q in causis, in quibs litem contestare non est ne-
12 cesse censetur facta contestatio per interpositionem primi actus; qui solet sequi litis contestationem, secundum Didacum Perez. hic col. 861. quęstio. 1. hodie tamen vt diximus in hac gl. ex l. si. tit. 17. infra eod. testes examinari & sentẽtia ferri potest lite nõ contestata si per actorem non petitur vt contestetur prout ex ead. l. si. clarissime patet, secus vero petesiretur.

Ibi. [que la demanda fuere puesta] intellige parte contraria, vel eius procuratore tũc præsente, vt pæna confesi locũ habeat alias enim nisi pars cõtraquã ppo nitur, vel eius procurator fuerit pręsens tempore propositionis libelli, non habebit locum pœna confesi ob defectum litis contestationis intra terminum nostrę legis factæ secundum Villalobos in suo ærario mille communium opi. litera A. numer. 3. versi. & nota circa legem. 1. in prin. & licet ex lege nostra, id requiri videatur inquantum in ea non reperimus verbum aliquod notificationem petitionis requirens, sed tantũ quod à die propositę petitionis currunt nouem dies litis contestationis, quasi tunc præsupponat partes debere esse pręsentes, id tamẽ in practica requiri non videmus, sed potius q dies ij à die notificationis currũt, itaquod si partes tẽpore propositæ petitionis præsentes non sunt, iubetur petitionem notificari reo, qua notificatione facta abinde currunt nouem dies, vt intra eos teneatur litem contestare alias declaratur pro confesso & pro tali habetur etiam si tempore petitionis propositæ præsens ipse reus vel eius procurator nõ extiterit, & cum in vtroque casu eadem ratio detur non est constituenda differẽtia ad pænam confesi propter contestationem omissam incurrendam, fuerit reus præsens nec ne tempore propositæ petitionis, neque ex verbis nostri tex. cõtrarium assumendum est maxime dicta practica communi hæc declarante, & præsertim attenta. l. sequenti, probante non requiri præsentiam actoris ad contesta-
13 tionem faciendam, ergo neque rei tempore præsentionis libelli, nam æqualitas in iudicijs est seruanda. verum tamen est quod si libellus esset ineptus tali ineptitudine intelligo quod ex eo intentio aliqua fundari non possit, neque verificari quid peteretur, vel contineret notoriam iniustitiam, vel esset præsentatus à procuratore non ostendente mandatum, & illud non acceptante si ostenderet, non incurretur in aliquo horum casuum pœna confesi ob omissam contestationem, secũdum Montal. in suo repertorio, verbo cõtestati, gl. à die propositæ quam sic intelliges vbi & alijs modis hæc declarat. ibi. procurador, & sic & litis contestatio p procuratorẽ fieri potest prout de iure ciuili erat dispositum, quod per procura

to-

14 torem, † tutorem, vel administratorem poterat fieri, secundum Speculat. 2. part. titul. de lit. cont. §. sequitur videre fol. 84. sed an lite contestata per procuratorē suf ficiet in prosecutione causæ dominum
15 citare † ad testes producēdos, vel ad alios actus in iudicio faciendos, vel debet idem procurator citari, tradit Boer. decis. 285. per totam & Maranta in. l. si actor, nu. 6. &. 7. ff. de procuratori. ad fi. suæ practicæ & Ripa in. l. furioso. nume. 9. &. 10 ff. de reiud. sed an procurator compelli potest
16 litem suscipere † & dominum defendere vide text. & ibi DD. in. l. non cogendū ff. de procurat. & glo. cojan, in. l. filius familias §. fi. eod. titul. & l. 21. titul. 5. partit. 3. & ibi gloss. defender, & Bertachi. in repertorio in verb. procurator agit, versic. 3. & 4. & hoc quando est ante litem contestatam, nam lite iam contestata per procuratorem omnino cogi potest, ad prosequendum & defendendum, secundum Bartolum in. l. mutari in principio. ff. de procurator. per tex. ibi.

Ibi, [Sea tenido,] ex his verbis clare probatur, omnino reum teneri litem contestari, verbum enim hoc tenudo, à verbo teneor teneris deriuatur, quod necessitatem importat, & obligationē, & sic quod quadam iuris necessitate quis obligatur, & *tenetur* litem contestari actore petente, & per consequens, ex text. nostro cessare iam, asserendum videtur, difficultates & doctorum dissensiones, nū quis tene-
17 retur præcisse litē contestari, † iure enim ciuili aderat autoritas gloss. verbo. locum in auth. qui semel. C. quomod. & quando iud. quam sequebatur Bart. in. l. si finita. §. idem Iulianus, num 16. ff. de dam. infect. dicēs eam mirabilem pro opinione quod quis præcisse non tenebatur litem contestari, neque ad hoc cogi poterat, quam gl. etiam sequebatur Bald. consil. 361. lib. 4. & tunc erit remedium, secundum gloss. illam contra nollentem contestari vt procedatur ad primum decretum, secundum Bart. vbi supra. & in. l. 1. nume. 19. de lit. cont. & in. l. non videtur. ff. de re iud. & in. l quoties. §. quod si reus. ff. de noxalib. actio. gloss. & Bart. idem in. l scire. §. scire. nu. 2. ff. de excusatio. tutor. vbi Nico. de Neapo. dicit quod iudex debet præcipere reo, quod contestetur litem alias quod procedetur contra eum, tanquam contra contumacem, prout & tradit Abb. in ca. fi. §. fi. num. 8. &. 9. vt lit. non cont. & in cap. penult. num. 28. de iuram. cal. & Feli. in cap. cum olim, num. 1. de testib. & tunc sentit Specul. in titu. de lit. cont. §. 2. vers. quid si peto, num. 20. & ibi Ioan. And. in additio. ad eum, quod tunc cū sic reo præcipitur, lis nō habetur pro contestata, Bal. tamen relatus per Alex. in. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. contra tenet, imo quod tunc pro contestata habeatur ex longa mora rei nō contestantis, & sentit glo. in. l. constitutionibus. ff. de actio. & pbl. & inquit Paul. relatus ab Ale. vbi supra se audisse à Bal. in voce, quod ipse Bal. audiuit à Bart. in dict. §. qui iniuriarum probari, quod lis habetur pro conte-
18 stata quando reus † per calumniam desistit hoc facere etiam ad effectum perpetuādi actionem, quod Paulus ibi dicit nō esse verum & male, secundum Alex. vbi supr. & Bal. in. l. more. C. de reiuēd. & Cyn. in. l. sicut. C. de præs. 30. ann. & hæc est cōmunis, scilicet quod si cauillationibus rei lis non contestetur habebitur pro contestata, & censentur producti omnes effectus quoad transmissionem, & perpetuationem actionis, secundum Ias. in. l. si eum. §. 1. numer. 9. ff. si quis cautio. sed an si pars vellit quod reus omnino litem contestetur,
19 † compelletur ipse reus, nam ex dict. gloss. in dict. auth. qui semel relata est vna opinio, quod non compelletur, quasi procedi possit ad primum decretum, vel itidem ad viam probationis, secundum tex. in. l. 1. titu. de los assentamientos infr. isto lib. vel quod lis habeatur pro contestata, vt dictum est, & pro hac opinione videtur facere nostrum text. in quantum imponit confessi pœnam contra reum intra 9. dies non contestantem litem, quasi lex hæc pœna hac cōtenteretur, neque amplius contestationem requirat, & sic ad eam faciendam non esse reum compellendum si nollit contestari, & hanc testatus est cōmunem Ludouicus Bologni. in dict. §. Iulianus. num. 78. relatus per Didac. Perez hic colum. 863. quæst. 4. præsertim si absque contestatione potest esse parti bene consultum, vt tenet Felin. vbi supra. con-

trarium

trariam tamē opinionem, imò quod quis compelli possit litem contestari præcisse actore hoc petente, tenent Bald. Cuma. & Pau. in dict. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obl. & Alexand. in dict. l. si finita. §. Iulianus, numero. 20. ff. de dam. infect. & Paul. Cast. consil. 213. inquit se mirari de Bart. quod sequatur glo. dict. auth. qui semel, cum sit contra casum. l. 1. §. quid er go. ff. de vent. insp. & contra tex. in. l. quo ties in princip. ff. de noxal. actio. & quia iu dicium redditur in inuitum ex text. in. d. l. inter stipulantem, vbi Alex. num. 5. inquit in tantum, teneri reum litem conte stari, quod & si absque contestatione esset consultum actori permissionē in possessionē, adhuc lis contestanda esset acto re petente, & hoc esse verius testatur, quod & Bald. in. l. 1. C. de lit. cont. significat, & in dict. l. quoties & in dict. auth. qui semel, num. 14. & 15. & But. in cap. 1. de lit. cont. licet Ang. & Imol. in dict. §. si stichum. dict. l. inter stipulantem, & Feli. vbi supr. velint quod si per missionem in possessionē sit consultum actori non est quis compellendus contestari litem, volendo has opiniones contrarias sic concordare, id tamen non est verum, quia imo & tūc debet lis contestari actore petente, quia iudicium redditur in inuitum, & sic hanc secundam opinionem, quod actore petēte omnino reus teneatur litem contestari testatur communem Maranta, in practica, titulo de lit. contest. numer. 8. dicens tunc capta persona & pignoribus reum compellendum litem contestari, & communem dicit Bolog. vbi supra & hæc opinio approbari videtur ex text. in. l. 10. titulo. 3. part. 3. vbi gloss. Gregoriana, ita tenet, & idem Gregorius Lupus in. l. 3. verbo, o non, eo titulo. 10. parti. 3. & hāc videtur noster text. in ijs verbis, quæ cōmentamus probare, dum per verbum necessitatiuum loquitur, neque obstat ponderatio supra de lege nostra pro contraria opinione facta, scilicet quod lex hæc pœna confessi contentatur, quia illud verū si per partem id solum petatur, nam absq; *eius petitione, imo & accusatione contu*maciæ in non contestando intra terminū nostræ legis, iudex non declarabit pro cō fesso, quam quidem petitionē si actor præsentare non vult, sed quod omnino reus compellatur litem contestari, omnino cōpellēdus erit hoc facere, neque fauor pœnæ confessi actori competens in eius dam num debet redundare, vt omnino hoc nō vero litis contestationem petere debeat, contra. l. quod fauore. C. de legibus, imo & fauori huic potest actor renunciare & petere litis contestationem, & quia cum in odium rei hæc pœna confessi introducta sit, posset forsitan ex contumacia & dolo suo fructum consequi, quod permittendum nō est, ponamus enim prout iam in facto vidi, quod Petrus emit à Ioāne bona quædam vinculata, Ioanne vero mortuo successor illorum bonorum vinculatorum & maioratus, succedere habēs secundum maioratus & vinculi constitutionem & ordinationem, petit bona illa vinculata à Petro emptore, qua de causa hęredes Ioannis venditoris pro implemēto & satisfactione illorum bonorū maioratus dederūt alia bona sua illi successori, & sic in modum permutationis fuit similis contractus celebratus, vt ex illis bonis per hæredes ipsius Ioannis venditoris successor maioratus petens bona eius vendita per Ioannem satisfactus esset, Petrus vero emptor non est contentus cum hoc eo quod forte successore hoc maioratus, mortuo, eius successores in eodem maioratu nollent huic concordiæ & pacto stare, imo eo non obstante petent bona vinculata, quæ ab eius prædecessore ipse Petrus emit, qui quidem successores gloriātur bona illa ad eos pertinere ex vi maioratus, & quia ex hac causa alienari non potuerunt, quare Petrus ipse emptor horum bonorum petijt quod ipsi prætendentes se successores illorum bonorum intra breue tēpus ex remedio legis petant ꝙ voluerint, & data petitione & eis notificata, propter illū alterū contractū per hæredem Ioa. venditoris cū successore maioratus gestū, in vim bonorū vinculatorum huic Petro venditorū alia æquiualentia & fortassis meliora bona, cōcedētes & assignātes, nolūt in iudicio cōparere, neq; aliquid *petere, neq; litē cōtestari, sed potius tacet*, Petrus vero emptor, quia fortassis successores alij illorū bonorū vinculatorū ei vēditorū nollēt stare cōcordię illi ꝑ heredes

I Ioannis

Ioannis cum successore maioratus factę petit quod omnino iudicium illud suscipiatur, & litē contestētur & prosequātur, num compellentur ad hoc & tenebūtur facere, & certe crederem, quod sic ex dictis, quia litem contestare quis compellendus est, & quia aliter ex contumacia commodum reportaret, & damnum obueniret actori, quod non est ferendum, ideo liti adsistere debet, & prosequi, vt actori huic consultum sit; secundum hāc secundam opinionem quam tenendam credo, cui quidem neque itidem obstat dicta.l.1.titul. de los assentamientos, lib. isto infra, tum quia inter eam & nostram quindecim differentias constituit Auēd. in tractatu de primo & secundo decreto, numero.4.5.&.6. tum etiam, quia illud procedit quoties actor eius remedio vti vellet, sed si non vult, sed contestationem omnino fieri equidem reus compellendus est per personæ & pignorum captionem ad litem contestandam, & quia cum ex.l.fin.titulo.17.infra isto libro, substantialia iudicij, prout est litis contestatio, si petantur seruari, omnino seruanda fuiſt sub nullitatis pœna, omnino ne reddātur iudicia illusoria; actore petente litis contestationem, compellendus est reus illam facere, alias essent acta in contrarium facta nulla, secundum dictam.l.fin. prout &
20 antea l de iure ciuili nulla erant, litis contestatione omissa, secundum communē assertam per Auenda. respons. 1. numer. 21. adeò vt neque per partium consensum remitti possit, secundum communē assertam per Did. Perez hic colum. 862. quæstione. 3. & tradit Matth. Afflictis, decis. 283. numero. 3. & .4 à litis enim cō testatione incipit iudicium, secundum Orosc. super. ff. veteri colum. 621. num. 13. ex quo dubitatur quotidie num per litis contestationem desinat res esse integra, vel per citationem, de qua per Orosc. vbi supra columna 562. numero. 25. & sic sicut antea erat necessaria litis contestatio, sic & hodie omnino fit si per partem petatur fieri ex dicta.l fin. titulo. 17. infra isto libr. quidquid in contrarium vel lit. Auendaño responso. 1. numero. 21. qui intelligi potest, si per partem non petatur litem contestari, nam tunc non erit necessaria & valebit iudicium per partis taciturnitatem, vt valere tunc voluit Gracianus, in regula. 163. numero. 20. & regula. 266. in fine, qui ita debet declarari: aliter enim ex dictis contra eum esset tenendum parte vero eam petente necessaria & omnimodo facienda est per reum, nam id quod actor petit seruandum est, secundum text. in.l.fi.titul. 26. part. 3. vbi gloss. quæ ita debet declarari, maxime si petatur fieri litis contestationem, secundum text. ibi, & secundum supra dicta si per actorem petatur vt dixi, prout & voluit idem Auend. vbi supra nu. 4. & ideo si reus citatus non compareat, & pars citans accusata contumacia vellit eligere viam probationis, neque petat litem omnino contestari, valet equidem sententia lata lite non contestata ex.l.1.titulo de los assentamientos infra isto libro, ita adnotante Villalobos, in antinomia iuris ciuilis & regij litera.l.numero.15. parte vero petente omnino litem contestari contestanda est, ex dicta secunda communi opinione, quam iure regio attenta dicta.l.10.titulo.3.partita.3. tenet in nostrum propositum antinomia iuris ciuilis & regij, dicta litera.l. numero. 18. in causa ta-
21 men † hæresis nulla, & quare requiritur contestatio, vide per Symanc. in de inst. cathol. titul. 64. nu. 20.

Ibi, [Conosciendo o negando,] hic habes tex. optimum & nouum probantem,
22 quod licet antea † pluribus modis fiebat litis contestatio, puta si dicebatur, nego narrata prout narrantur, & petita, prout petuntur, secundum Bart. in. l. si dubitet creditor. §. ita demum. ff. de fideiuss. & ibi Imol. & Alexand. in. l. etiam. §. 1. ff. solut. mat. & Didac. Perez hic alios allegando in columna. 861. in fin. quæstione. 2. & text. in. l. 3. titul. 10. partita. 3. & alijs pluribus modis, de quibus per Speculat. titu. de lit. cont. & per Bertachi. in suo repertorio verbo, litis contestatio qualiter fiat per totum, hodie tamen ex. l. nostra in
23 nostro regno, † solum fit litis contestatio, per verba negatiua, puta nego, vel per affirmatiua cōfiteor, prout tenet ex nostris Greg. Lup. relatus in dicta. l. 3. verbo, o non, quamuis in glossa, non son, aliud velit, contra quem eum referendo

tenet

tenet Didacus Perez dict. quæstione. 3.
& Villalobos in sua antinomia iuris ciui-
lis & regij, litera. l. num. 17. & probat. l.
10. titul. 3. & l. 3. titul. 10. partit. 3. & l. 2.
titul. 6. lib. 2. for. & sic neque postulatio,
24 neque libelli editio † contestationem fa-
ciunt, sed vera & simplex narratio conté-
dentis contradicentis, secundum text. in
l. res in iudicium. C. de lit. cont. Sed an ille
25 qui opponit exceptionem videatur lité †
contestari, & late tradunt DD. relati
per Didac. Per. hic colum. 868. verbo, co
nosciendo, & tradit Hostien. in cap. pru-
dentiam distin. 5. de offic. deleg. per oúd.
in cap. per tuas, de appel. quem refert Bo-
nifa. in sua peregrina legum parti. verbo
litis contestatio in gloss. non debere, fol.
289. colum. 3. in fin. vbi distinguit, quod
aut opponitur talis exceptio ad impedié-
dum litis contestationem, & tunc exci-
piens non videtur litem cótestari, & ideo
ille, qui opponit exceptionem declinato-
riam ratione iudicis, vel personarum, vel
ineptitudinis libelli, (vbi admittitur secú-
dum ius nostrum) non dicitur litem con
testari, quod & probo, ex. l. 1. infra titul.
proximo, dum ibi inquit tex. quod propo
sita declinatoria debet etiam in simul lis
contestari, ergo per declinatoriam con
testata non censetur, qui est optimus tex.
ad hoc per neminem vsque adhuc consi-
deratus, idemque dicendum credo & si
opponatur exceptio rei iudicatæ, transa-
ctionis, vel iuris iurandi ad impediendum
processum, vel litis ingressum, vel aliæ si-
miles exceptiones litis ingressum impe-
26 dientes, quas enumerat † Bartol. in l. se-
pulchri. ff. de sepul. viol. & in l. cum quæ-
rebatur, numero. 3. ff. iud. sol. & Maranta
in practica titu. de exceptio. per tot. & Fe-
lin. in capit. exceptionem de exception.
columna. 9. versic. circa peremptorias cú
pluribus sequentibus, numero. 34. & se-
quentibus, text. & ibi DD. in capit. 1. de
lit. cont. & text. in l. nam postea in princi-
pio. ff. de iure iurando, & in l. elegánter. §.
si quis post. ff. de cond. indeb. & Bonifac.
vbi supra in dict. gloss. non debere, versic.
item quæ sunt. & per Marc. Ant. Blan. in
tract. de compromis. sub titul. de except.
impedient lit. ingres. sub. 4. quæstio. vo-
lumine. 3. tractatuum diuersorum docto-
rum. & additio Capellæ Tolosan. 29. &
Marti. de Fan. in tract. de exceptio. in pr.
lit. ing. & Bart. Socin. consil. 38. volum.
1. puta exceptio de non agendo ante dié,
secundum Ias. in l. eum qui. §. qui ita, el. 1.
nu. 15. post medium fol. 87. ff. de verbo.
oblig. adhuc enim isthæc exceptiones nó
impediunt litis contestationem, quod an
iure nostro procedat dicemus Deo volé
te in l. 1. infra titu. proximo in glos. y que
en este mismo, aut vero opponitur excep
tio ad impediendam condemnationem,
& tunc secundum gloss. in dict. l. res in iu
dicium. C. de lit. cont. inducitur litis có-
testatio per oppositionem talis exceptio-
nis, cum per narrationem actoris & excep
tionem hanc rei inducatur litis contesta-
tio, quod tamen lege nostra attenta neq;
procedere credo, imo indistincte tenen-
dum iudico, nisi verba nostri text. appo-
nantur in appositione cuiuscúque excep-
tionis, scilicet negare vel confiteri petitio
nem actoris, non inducit litis contestatio-
nem per appositionem cuiuscunq; excep
tionis etiam peremptoriæ, prout in perép
toria tenent Bal. Cor. & alij relati per Ma
rantam practica titul. de lit. cont. est nu-
mero. 5. cum intra nouem dies lex nostra
iubeat litem per dicta verba nego vel con
fiteor contestandam, & intra alios. 20. se-
cundum l. 1. infra titul. proximi, exceptio
nes peremptorias opponendas, ergo se-
quitur manifestè quod nisi antea conte-
statio facta fuerit, per appositionem ha-
rum peremptoriarum exceptionum non
induci, nisi in ipsarum exceptionum pro-
positione petitio actoris negetur, vel con
fiteatur, prout quotidie fieri videmus, &
tunc sufficit, vt litis contestatio facta cen-
seatur, alias enim non censetur facta, nam
lex nostra requirit expressionem verború
nego vel confiteor, & nisi hec apponatur
non censetur facta litis cótestatio per quá
cunq; oppositionem exceptionis post li-
belli petitioné propositú, neq; equipollés
túc censetur impleri, quá loquidem lex
nostra pro forma substantiali, hæc requi-
rat, cum disponat & modum inducat li-
tem contestandi, aliter quam per ius có-
mune erat dispositum, quo casu for-
27 mam † substantialem inducit, secun-
dum Rebuffum, in concordantijs rega.

Franc. rubr. de forma man. apost. in princi. pagin. 153. & Deci consil. 612. nume. 2. quem refert Tellus in l. 3. Tau. 2. part. nume. 16. & Auend. respons. 14. in fi. & tūc per æquipolens impleri non potest, secundum Rebuf. vbi supra. & Boer. decis. 1. n. 44. & Seguram in. l. vnum ex familia. §. sed si fundum, num. 14. de leg. 2. & Auē. vbi supra. & si non potest, licet proponatur quælibet exceptio peremptoria, vel talis, per quam antea litis contestatio inducebatur, nō inducetur hodie, nisi aliquod ex dictis verbis, nego vel confiteor, petitionem actoris ante, vel sub ipsa propositione exceptionis apponatur, & sic ex eodem fonte infertur, quod licet de iure animus litis contestationis præsumeretur, tā in reo, quam in actore, secundum text. in cap. 1. de lit. con. hodie tamen lege nostra
28 attenta, nō præsumitur nisi † expresse demōstretur per verba hæc nego, vel confiteor, per quæ contestationem faciendam lex nostra iubet, expressum que non dicitur, quod colligitur ex coniecturis, vel præsumptionibus, secundum Auend. in titu. de las excepciones, num. 40. fol. 155. & in num. 43. versic. neque obstat, respōdet quidam contrario, quod formari poterat, & sic de consuetudine & practica cōmuni videmus litis contestationem fieri, qua quidem consuetudine existente nunquam præsumitur animus litem contestādi nisi expresse de eo constet, secundum Socin. in reg. 241. limitat. 1. vbi sic limita. dict. cap. 1. de lit. cont. extra. Sed num ad inducendam litis contestationem debet
29 negari factum, † vel sufficiet ius negare, & in hoc Innocen. in dicto capit. 1. de lit. cont. & Speculator. dict. titul. de lit. cont. §. 1. vers. sed nunquid per responsionem num. 18. dicunt quod siue quis neget factum prout cōtractum, siue ius & sic obligationem, quia dicit se non teneri inducitur litis contestatio, nisi in criminalibus, vbi respondendum est super facto, non super iure, vnde debet dicere accusatus de homicidio, non occidi, non autem debet admitti responsio, nō sum culpabilis, quia respicit ius, secundum Bart. in l. 1. §. accusationem. ff. ad turpil. in hoc tamen reiecto casu criminali in quo non datur hæc ficta confessio & si lis nō contestetur, non
30 quod respondeatur, quia in criminalibus † contumax non habetur pro confesso, secundum Bald. in l. 1. C. quomod. & quādo iudex, num. 10. in primo casu, scilicet in causa ciuili, siue negetur ius vel factū, dum tamen directe respondeatur petitioni actoris, & per verba nego, vel cōfiteor, bene inducitur litis contestatio, quia si libellus se fundat in iure licitum est contestari litē ius negādo, si vero in facto principaliter se fundet, factum est negādum, prout contractum, & sic respondendo directè per text. hic ibi, derechamente, contestatio fiet. Est tamen notandum quod non semper per confessionem fit contestatio, nam si confessio fit causa declinandi iudicium, & ideo reus nollebat clarè litem contestari non fit litis contestatio, vt ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. cum me absente, vbi est gloss. ordinaria aut dubitatur, & tunc recurrēdum est ad distinctionem glossæ in dicta l. res in iudicium. C. de lit. con. quod aut fit in figura iudicij, scilicet oblato libello & fit litis contestatio, aut non in figura iudicij, & non fit, secundum Bal. in ead. l. res in iudicium, quę est prima illius titul. C. de lit. cont. relatū per Bonifa. vbi supra fol. 290. colum. n. 2. in principio, quod non placet, nam vt in principio huius glossæ dictum remanet per exceptionem declinatoriam non contestatur lis. Item est notandum, quod si ip-
3 se actor non opponat, & incuset reum † non contestatum fuisse litem intra terminum nostri text. & secundum formā eius neque habebit locum pœna confessi, neque ex hoc iudicium nullum reddetur tum quia vt alio loco diximus, incusatio contumaciæ, requiritur ad pœnam aliquam incurrendam, maxime confessi, vt alio loco infra dicemus, tum etiam, quia & si substantialia litis omittantur, prout est litis contestatio nisi per partem petatur quod obseruetur, & sine eis non procedatur, non redditur iudicium nullum, secundum textum in l. finali, titulo 17. infra isto libro, eo quod parte non petente consensisse videtur, ex late dictis per Iass. in l. admonendi ff. de iure iurando, num. 11. cum quatuor sequentibus, & alio in loco latius diximus, tum etiam quia iudex non tenetur regulariter impar-

tiri

tri officium, sicuti non peritum, vt per DD. in l. 4. §. hoc autem. ff. de damn. infecto.

32 Ibi, [Hasta nueue dias] iure ciuili † solet allegari, dandum esse ad hanc contestationem faciendam terminum viginti dierum, secundum textum in auth. offeratur. C. de lit. contest. quod tamē per textum nostrum correctum aliqui asserunt, prout asserit Villalobos in sua antinomia iuris ciuilis & regij, litera. l. numero. 14. Videtur tamen ex authent. illa non prouideri terminum ad contestandum, sed tantum ad deliberandum prout asserit Bart. in l. de die in principio. numero. 2. in fin. ff. qui sat. dar. cog. cum deliberationi terminus non assignabatur, per l. 8. titulo. 2. partita. 3. & sic ille terminus viginti dierum potius conuenit termino. 20. dierum per. l. prima infra titulo proximo dato ad exceptiones peremptorias proponendas, quam ad litis contestationem faciendam, nisi dicamus quod cum illa authentica, offeratur, ponatur sub titulo de litis contestatione, secundum quam rubricam debet intelligi lex sub eam situata, terminus ille viginti dierū datur ad litem contestandam, & deliberandum an sit cedendum, vel contendēdum, & hoc modo per legem nostram quantum ad contestationem faciendam, terminus ille viginti dierum restringitur ad nouem dies, & quantum ad deliberandum dies illi viginti currunt à die nono litis contestationis, secundum l. 1. tituli infra proximi, cum illi viginti dies dentur ad proponendas exceptiones peremptorias intra quem terminum reus potest deliberare an ei expediat cedere, vel contendere, sed num dictio hæc, hasta, latinè vsque nostri textus inclusiue, an exclusiue ponitur in eo, ita quod ipse nonus dies comprehendatur in termino, necne, & dicendum est quod inclusiue

33 ponitur, † & sic nonus dies ipse computatur in termino, quia quotiescumque hæc dictio vsque apponitur vt terminus, qui sub tempore terminato potest contineri, vt promitto dare centum vsque ad Kalendas Iunij, tunc ponitur inclusiue, vt l. eum qui. §. eum qui. a. ff. de verbor. obligationibus. l. ad diem & l. qui ante Kalendas. ff. eodem titulo, nisi resultaret prauus & absonus intellectus, puta si statuo terminum ad comparendum vsque ad diem dominicam, tunc quia illa die non potest comparere censetur stare exclusiue, secundum Bartolum in l. pronus §. 1. columna penultima ad medium de legat. 3. qui latissimè loquitur & distinguit, de hac dictione vsque, & perfectè ibidem ponit eius naturam, secundum Additio. Abb. in capit. cum dilecti numero. 4. versiculo, vsque de dolo & contumacia, & tractat diffusè idem Bartol. in l. meminisse in principio. ff. de offic. procons. licet ei aliqua sint addenda ex Bald. in authentica hoc amplius. C. de fideicō. pen. & fin. columna, secundum Oroscum in dicta. l. meminisse, columna. 436. numero. 1. ff. de officio procons. & de ea etiam tradit latè Ferrara in practica in forma quando testes producuntur ad perpetuam rei memoriam, glossa fin. hic tamē terminus diei non comprehendi & contineri potest sub termino terminato, imo & fauor maximus actoris citantis vertitur in hoc, cui quidem actori in principio litis fauendum est, ergo intelligendum est inclusiue stare, ita quod ipse nonus dies cōprehendatur sub termino illo. Sed an & dies ille in quo notificata fuit petitio reo, vel eius procuratori, computabitur in termino illo nouem dierum, & huius dubii decisio dependere videtur à quæstione illa, num dies termini computetur in ter-

34 mino, † de qua latè agitur per Didacum Perez lib. 3. ordinam. columna. 827. quæstion. 26. per totum, vbi refert duas communes contrarias, sed communis est illa quod cōputetur in termino, prout Deo volente dicemus in l. 9. titulo. 11. lib. 5. infra in glossa, desde, quæ tamen communis opinio, quoniam limitatur vt non procedat quoties dies termini incipit à præpositione à vel, ab vel, ex tunc enim non computatur, secundum glossam magnam in medio in capit. 3. de prob. in. 6. & glossa à die in Clementina, sicut. de appellatio. quam sequitur Abb. Perus. & Decius, in cons. 1. super eo, col. 2. num. 17. de appellat. & Castillo in l. 64. Taur. numero. 82. latissimè Tiraquellus de vtroque retract. titulo primo. §. primo, gloss. 11. per

 totam

totam per quem latissimè quãdo dies termini computetur in termino, Alexand. & Iass.in.l.2.ff.si quis cautio.& Salicetus in.l.à colligato milite.C.de nuptijs, & tenet in dictionibus à vel ab vel ex Ioa. Anton.de Sancto Georgio, præpositus in.d. cap.super eo,el.2.num.24.de appel.vbi ipse inquit quod de consuetudine, in iudi tijs dies termini non computatur in termino, & eodem modo in præsenti videbatur dicendum non computandum dié termini in termino, cum apponatur dictio à vel ab, quandoquidé dicit, de el dia, id est à die, & sic quod dies ille in termino non computetur, nam præpositio illa à vel ab vel, ex vt dictum patet exclusiua est, secundum dictos DD.maxime Tyraquel. num.51.& 52.vbi supra.& Afflict. in constit.Sicil.lib.1.rub.59.de offi.secreti, in princip.num.2.fol.212.tamen, quia verba nostræ legis, ibi del dia, iunctis verbis alijs, hasta nueue dias, videtur idé importare, ac si latine diceretur, ab hinc vsque ad nouem dies, tenendum censeo, diem illum in diem termini computari, cum hæc etiam sit approbata distinctio inter illas communes opiniones contrarias, scilicet, quod aut iudex dicit do tibi terminum trium dierum, aut dicit, do tibi terminum hinc hinc ad tres dies, vel ab hinc vsque ad tres dies, priori enim casu dies termini nõ computatur in termino, secundo vero casu sic, & ita loquitur tex. noster, prout & loquitur, text.l.2.tit.17. infra isto lib.4.& probatur Clare in.l.1.in fin.titu.18 infra isto lib.qui tex. loquitur secundum Membrum secũdum huius distinctionis, & ideo ibidé & in nostro, dies termini in termino computatur, quam distinctioné approbatam esse testatur Oro sci.in.l.1.num.8.colum.688.ff.si quis cautio.& ita de consuetudine & practica cõmuni, videmus noué dies nostræ legis numerari ab ipso die notificationis libelli, & scientiæ eius, licet & tunc negandũ non

35 credo terminũ † hũc de momẽto ad momentũ currere, ex.l.3.§.minoré.ff.de minor.quia vertitur fauor actoris, & odium rei, secundũ glos.ex egerit, in.c.cum in cũctis de electione, & ideo hora notificationis deberet apponi, cũ ratione vnius horæ posset nasci dubitatio, vt notatur in.c. si eo tempore de rescrip.in.6.per Bal.in.l. imperator.ff.de stat.hom.Montal.l.3.tit. 10.p.3.& quia cũ hęc sit pręscriptio iuris, vt refert idem Montal.in.l.7.titu.11.lib. 2.for.vers.est & alia præscriptio noué dierum, de momẽto ad momentum currit, secundũ gl.d.c.cũ in cunctis, & ideo hora notificationis apponẽda esset, cũ ratione vnius horæ posset nasci dubitatio circa id ꝙ fit, vt not.in.c.si eo tẽpore de rescri.

36 in.6.in nouela, ratione enim vnius horę † vnũ instrumentũ dicitur prius altero.l.si ex pluribus.§.fi.& ibi gl.ff.de solutio.notat Montal.in repertorio legũ regni, parte contestatio, verbo vsq; ad.9.dies, quæ tamé, si nõ apponatur, (& sic alleganti terminũ nõ esse lapsum incũbit onus probãdi, imputareq; sibi debet, cur horã nõ apponi fecit) à principio diei notificationis fit dinumeratio & totus dies ille numeratur, & si in fine eius notificatio libelli fieret, si tamé probari posset hora notificationis ab inde dinumeratio per momenta fieri debet, & spectãdũ est tũc vltimũ momentũ horũ noué dierũ, ad contestationẽ faciendã, imo & si certũ esset, ꝙ nõ restabat tẽpus intra quod contestare reũ litem posset, adhuc totius tẽporis lapsus spectãdus est, secundũ Ias.in terminis nostris ita asserenté, in.l.in illa stipulatione.n.2.& 3. ff.de verb.obl.& Did.Per.lib.3.ord.col.

37 878.in fi.res enim adiecta † cõditioni negatiuæ suspendit executionẽ vsq; ad vltimũ momentũ tẽporis, secundũ tex.in.d. l.in illa.quã allegat Bal.in.l.2.C.si pen.appel.mors int.& Alex.in.l.dié functo.col. fi.ff.de officio assessor. faciumq; quæ de matre non petito filio tutore intra annũ tamen morienti, cũ ita paruũ tempus anni illius restasset, quod intra illud peti nõ poterat, quod non ex hoc priuabitur mater illa filij illius successione, cum vltimũ temporis illius momentum esset expectandum, secundum Antonium Gomez l.15.Tauri.numero.penultim.& fin.& in tomo.2.capit.11.nume.2.& numero.

38 35 nam quando † opus fieri debet lapsus totius temporis requiritur, secundum Bartolum in.l.stipulationes non diuidun tur, numero.29.ff.de verborum obligationibus.& Doctores.5.optime, maxime Iasson.numero.17.fol 137 in.l.cum stipulatæ

pulatus sim mihi à proculo. ff. de verbo-
rum oblig. Est etiam notandũ, quod etiã
39 nostra † potest fieri litis contestatio, se-
cundum Bonifacium in dict. peregrina le-
gum, particularum verbo litis contestatio,
in princip. glo. 1. fol. 289. & an terminus
40 hic nouẽ dierũ abbreuiari possit † late tra
dit Didacus Perez hic col. 869. vers. quid au
41 tem erit, & an contra minorẽ † currat ter
minus hic nouẽ dierũ, vide Auen. in l. 1.
tit. de las contestationes, nu. 6. post respõ
sa sua fol. mihi. 121.

42 Ibi, [Continuos,] & continui † dies di
cuntur, qui postquã notificatio petitionis
fit reo, vel eius procuratori, vel ad notitiã
eorum peruenit, (quoniã præsentes præ-
sentationi eius fuit dñs vel pcurator eius)
currunt, feriati siue nõ feriati, & in absen
tia vel præsentia rei, vel procuratoris eius
quod patet ex. l. sequenti etiã in die feria-
ta permittente litem posse contestari, &
si potest continuos esse hos dies, intelligẽ
dum est, cũ hoc sit proprium dierũ conti
nuorum, secundũ gl. continuum in Cle.
1. de in integrum restitutione: sed oppo-
ni potest optimè, nonne in dubio omne
tempus iuris intelligitur esse cõtinuum,
cap. 1. & ibi Ioan. And. de vita & honest.
clericorum in 6. c. laudabile, cum glo. de
frigidis & malef. ficiat. bene per Alexan. in
rubr. de diuersis & temporalibus præscri
ptionib. & per Auend. alios referentem,
in c. 5. prætorum, nu. 21. in princip. lib. 2.
& Anton Gomez tom. 3. Variar. c. 8. n.
2. & sic tempus. 30. dierum blaspheman-
43 tibus iure nostro regio constitutum, † de
bet esse continuum non interpellatũ, se-
cundum Auen. c. 5. per totum. nu. 21. in
princ. lib. 2. vbi plures alios allegat de hoc
tractantes, & Anton. Gom. d. tom. 3. c.
1. num. 3. & in dubio quilibet actus dispo
situs in iure debet esse continuus, secun-
dum gl. in rub. ff. de diuersis & temporal.
præscriptio. tx. in l. cum hæres §. stichus
el. 2. ff. de statu liber. tex in l. fina. §. signã
tem. ff. de publican. & vectigalibus, iun-
ctis notatis per Dominicũ in 6. & ibi om-
nes in. d. c. 1. de vita & honest. clericorũ
in 6. & per Bernard. Diaz in pract. crim.
canonica. c. 26. & per Ant. Gom. vbi sup.
si ergo quodlibet tempus iuris in dubio
continuũ esse intelligitur superflua sunt
verba nostri tx. declarantia dies hos nouẽ
continuos esse, quod tamen dicendũ nõ
est, quoniam plura alia noua statuuntur
in tex. nostro, per quæ omnis superfluitas
euitatur, & ne detur causa dubitandi, an
dies isti deberent esse continui, quæ qui-
dem causa dari facile posset, si inspicere-
mus dicta Bal. in. l. 1. ff. de diuersis præscri
ptionibus, & Ant. Gom. vbi sup. & vt om
nis dubitationis occasio tollatur, verba
hæc, continuos, apposita & expressa fuere
ad differentiam temporis vtilis in iure dã
ti, quod quidem tempus non currit in die
bus feriatis, prout patet ex gl. continuum
& ibi DD. 5. in Clem. 1. de in integrum
restitutione & ex DD. supra relatis, & sic
ex supradictis maxime ex Alexand. in. d.
rubr. ff. de diuersis & temporalibus præ-
scriptio. potest constitui regula, scilicet ꝙ
omne tẽpus à iure pręfixũ continuũ repu
44 tatur † nisi expresse reperiatur dispositũ
quod sit vtile, & sic est alia regul. vbi non
est nec datur locus nisi in casibus à iure
expressis.

Ibi, [Y si no respondiere,] Quid tamen
si nihil respõdeat, dic idẽ, quia satis dicitur
non respondisse, qui nihil ad interrogata
45 respondit, & sic siue nõ respõdeat, siue †
cauillationibus reus se subterfugiat vt litẽ
non contestetur pro confesso habebitur,
vt sup. glo. sea tenido, in hac l. diximus, nõ
enim debet esse melioris conditionis con
tumax in non respondendo, quã ille qui
respondit, sed nõ sicut debet, licet de iure
ciuili ex l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de vẽtre
inspiciendo adnotante Bald. in l. 1. C. de
litis cõtestatione & in auth qui semel. C.
quomodo & quando iudex non habeba-
tur pro cõfesso, sed cõpellebatur ad litis
contestationẽ faciendã per personæ, vel
pignorũ captionẽ, & mulcta in dicta, ꝙ qui
de fortasis hodie procederet si actor nol
let reũ pro cõfesso declarari, sed vellet om
nino litẽ contestari, nã tũc supradicto mo
do cõpelli ad hoc potest, secundũ ꝙ in d.
glo. sea tenido, dictũ remanet, alias vero
directe respondendũ est sine plica, secũdũ
Bar. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb.
obligati & in l. 1. ff. de vulgari, sub pœna
confessi, vt ibi & hic: requiritur tamen,
quod petitio, seu actio, nec non & litis
46 contestatio † fiat coram competente

iudice, alias habebitur pro non facta, secũ-
dum glossam & Fab. in. l. si pater. C. ne-
de statu defunctorũ DD. in. l. si pupillus
ff. de verborum obligationibus, & idem
si tempore oblationis libelli non erat iu-
dex, post vero sic, vel è contra, vt in cap.
vt debitus honor, in principio de appella-
tionibus, notat Montal. in reper. suo legũ
regni parte contestatio verbo directe.

Ibi [Que sea auido por confiesso,] pon
dera dictionem illam, sea, quæ executio
nem denotat, & sic confessionem hanc fi
ctam inducit, vt patet ex dictis per Tiraq.
in repetitione legis si vnquam verbo re-
uertatur, num. 216. cum aliquibus sequẽ
tibus. C. de reuocandis donationibus, &
ex his notare poteris vnum effectum hu-
ius fictæ confessionis, quem & alios effe-
ctus eius refert Didacus Perez in præsen-
ti columna 863. cum sequentibus & Ma
ranta in practica titul. de litis contestatio-
ne, num. 9. Est tamen verum quod si libel
47 lus est ineptus, † ita quod ex eo non po-
test colligi quid petatur, quanuis reus cõ-
tra quem proponitur super eo contesta-
tionem non faciat non habebitur pro cõ
fesso, sed reseruatur ad diffinitiuã, & tũc
si appareat ex probatione quid petatur, &
debeatur, pronuntiatur pro confesso, &
fit condẽnatio, quod deducitur ex dictis
à Bart. in. l. si debitori. ff. de iudicijs & Mõ
tal in. l. 2. titulo de las respuestas, lib. 2. fo-
ri, licet & tunc pro confesso non declara
retur, si fortè in culpa non fuit in non cõ
parendo, vt potè, quia ex libello proposi-
to nõ perciperetur quid petebatur. Est etiã
notandum, quòd rigor hic nostri textus
& pœna confessi apud suprema tribuna-
48 lia non seruatur, sed potius explosus est
teste D. Couar. rub. relato per Auen. res-
pons. 1. num. 21. & per Didac. Perez hic
colum. 875. in fi. & per practicã Monter.
in sua practica ciuili & criminali 5 tracta-
tu. fol. 82. cap. de la practica tocante quan
do los juezes dan por confiessos, & Ma-
tien. cap. 30. in dialogo relatorum. 3. par.
cap 44. in fine, licet secundum Didac. Pe-
49 rez, vbi supra inferiores † iudices rigorẽ
hunc obseruare tenentur, quia inferiores
leges obseruare debent, secundum eũ ibi
& Auiles. cap. 1. per totam glo. derecha-
mente, num. 18. folio. 38. etiam in instan-
tia appellationis, secundum Auend. resp.
2. num. 6. conclusione. 11. & ideo hæc fi-
cta confessio in instantia appellationis co
ram inferioribus iudicibus appellationum
tractandæ durabit: licet si instantia appel-
lationis coram supremis iudicibus verte-
retur, non duraret ex dictis: & sic posset
intelligi dictum Pauli Castrensis de quo
in hac. l. dicemus, & in. l. 1. titul. 7. infra eo
dem asserentis in consil. 141. quod hæc
ficta confessio non durat in appellationis
instantia, nam id verum esset si à principio
ad supremos, non si ad inferiores iudices
interponatur appellatio, licet & ego & si
iudex inferior appellationum essem, & si-
mile negotium apud me tractaretur, sal-
tim in casu quo nulla alia expectaretur in-
stantia ex sola hac ficta confessione con-
demnationem factam non auderem con-
firmare, sed potius absoluerem reum ab
instantia iudicij reuocando sententiam il
lam: maxime si ex parte ipsius rei aliqua iu
stificatio pro sua intentione appareret, ne
que aliud pro actore esset quam hæc ficta
confessio ex qua condemnatio facta fuit,
ne fortasis innocentem ex rigore hoc cõ
demnarem, sed liberũ ius partibus rema-
neret litem iterum inchoandi, nam cum
nulla alia remanet sentẽtia proferẽda mul
ta fieri licet, quæ facere alias nõ liceret, tu
tamen cũ similis casus occurrerit latius co
gitabis: si tamen plene reus probauerit ex
quo constet confessionẽ hanc fictã falsam
esse sine dubio reũ absoluerem, quia vt in
hac gl. dicemus licitũ est contra eam pro
bare, item nota quod hæc ficta confessio
50 non transit † contra hæredes secundum
Montal. l. 1. tit. 6. lib. 2. fori, & relatos per
Rojas in specialibus fidei, singulari 69. nã
morte soluitur ficta cõfessio, secũdũ Ioã.
And. in additioni ad Spec. tit. de accus §.
1. quẽ & plures alios allegat Sebastian. de
Medi. in tract. mors omnia soluit. 2. p. cõ-
clusio. 25. vbi n. 71. limitat, nisi ipso iure
imponatur, licet tunc posit hæres eã præ
textu erroris reuocare, vt per eũ ibi. n. 73.
sed an ficta confessio post sententiã reuo
51 cari † posit, tractat Ant. de Butr. in. c. fi.
de confessis. quẽ & alios ad hoc refert Af
flictis in constit. Siciliæ. 2. p. rub. 3. n. 39.
Est tamẽ quæstio optima an incusatio par
52 tis requiratur vt in pœnam confessi reus †
non

non respondens neque litem contestans infra terminum nostræ legis incidat, & sine dubio teneo, quod sic requiritur, quia cum propter contumaciam in non respondendo & contestando intra nouem dies incidat reus non contestans in hanc pœnam, prout ex text. nostro probatur ibi. sea a vido por confesso por su rebeldia, non potest dici contumacia adesse, nisi incusatio partis adsit ex text in. l. properandum. §. 1. C. de iudicijs vbi Alexan. & Bald. numer. 4. notãt, idem Alexan. & doctores in. l. contumacia. ff. de re iudi. & Iasson in. l. qui ante Kalendas numer. 6. ff. de verborum obligation. & Octauian. in decisio. pedemont. 3. num. 2. & 4. vbi ita tenet, & ex dictis per glossam & Bartol. numer. 9. in. l. si finita. §. Iulianus, maxime Alexan. nume. 24. ff. de damno infecto. & ideo dixit Angelus in. §. idem iuris colum. penult. & §. appellantur colu. 2. institutis de exceptionibus, & Cepola cautela. 166. relati per Rebuffum in. 3. tomo constitutionum Franciæ titu. de contumacia & defect. artic. 13. gloss. 1. numer. 3. procuratores & aduocatos debere esse cautos vt in termino accusent contumaciam, & procurent vt iudex pronuntiet absentẽ contumacẽ, debetque secundũ eũdẽ Rebuffum ibi. articul. 2. glo. vna. numer. 2. iuridice de contumacia constare priusquam pronuntiet partem esse contumacem, alias nihil fiet, & faciunt pro hac opinione late adducta per eundem Rebuf. in dicto titu. de contumacia articu. 1. per totum vbi numer. 11. id verum esse dicit quod contumacia debet accusari, etiam si
53 statutum † vel consuetudo diceret quod non comparentes in termino essent cõtumaces, & in terminis dicti statuti, ita cõsuluit Ancharra. consilio. 97 & Alexan. consi. 92. num. 11. volum. 1. allegati per additionem Alexandri. in. l. si finita. §. Iulianus num. 24. litera. f. ff. de damno infecto, imo & debet tunc contumacia accusata, licenciatus eam accusans recedere secundum Bartolum in dicto. §. Iulianus ibi. num. 11. cum quo secundum Bolognimum ibi. colum. 16. in fine communiter DD. transeunt, & late tradit ibi Alexãder in dict. §. Iulianus numer. 25. & 26.

& in titul. de los emplazamientos supra isto libro satis per nos remanet dictum, sed de consuetudine Pedemontana hoc non requiritur secundũ Octauia. decisio. 3. Pedemonta. num. 2. Neque itidem in nostra Hispania vidi seruari, vt licẽtiatus recedat, & quod sic appareat in actis sicut & sufficit actorem non comparere, quauis reus illicentiatus recedat vt terminus remaneat circunductus, de quibus & p̃ Hypolitum in. l. de vno quoque numer. 123. ff. de re iudicata, facitque text. in. l. 2. ibi. accusar titul. 3. infra isto libr. & tex. in. l. 2. ti. 10. infra isto libro. 4. vbi & in gloss. rebeldias iterum dicemus, imo & in termino & sic in die finali nouem dietum debet accusari contumacia hæc, ex his, quæ diximus in. l. 5. gloss. 1. titu. 3. supra isto libro: statuta enim & leges imponentes necessitatem iudicibus aliquid faciendi intelliguntur parte petente & accusante; secundum Iass. in lectura legis admonendi num. 16. & 18. cum sequentibus. ff. de iur. iuran. & Didacum Perez libr. 4. ordinamenti colum. 1274. & ita in proposito nostro quod accusatio contumaciæ requiratur tenuit Didacus Perez dicens ita practica receptum & bene, in præsenti col. 871. versi. est tamen dubium, cum sequenti. de quo & in. l. 1. glos. si el juez in. 4. requisito tit. 7. infra hoc libr. dicemus latius. Neque obstat quod vbi pœna ipso iure incurritur non est opus hominis ministerio, secundum Rojas de hæreti. 1. par. nume. 248. quia hic pœna confessi tunc demum incurritur cum accusata est contumacia & non ante, vel responde melius vt per Petrum de Ancharran. consilio. 97. latissime partem hanc fundantem, quidquid velit Hippolytus in dicta. l. de vnoquoque numer. 126. & Rolandus Valle. consil. 90. per totum volu. 3. velut dicemus in dicto. 4. requisito. respondere poteris, quærendum etiam est quod remedium dabitur reo huic intra terminum † no-
54 stri tex. litem non contestanti, & ex hoc in eius pœnam incurrenti, & dicendum est, quod aut quæris de remedio antequã pro tali confesso reus ipse declaretur: nã vt in hac. l. dicemus Deo volente declaratio requiritur, & tunc remedium adhi-

beri potest, scilicet quod antequam decla retur reus iste pro confesso compareat coram iudice, & verbis quibus contestatio fit eam contestetur, & in simul exceptiones alleget, quas habet pro se, & in suam defensionem allegare potest & ad illarũ probationem petat se admitti & purgare moram, vt in glo. aunque no sea iusta eodem dicemus, & tunc si probauerit intentionem suam tali probatione, qua mediãte pateat iustitia fouere, tunc ei nihil obstabit ius acquisitũ ex contestatione omissa, in termino faciendo. Si vero quæris, de remedio postquam pro confesso quis est declaratus & virtute confessionis illius fictæ condemnatus in petitis, tunc remedium erit appellare à condemnatione & declaratione fictæ confessionis: cum fictus contumax admittatur appellans vt per Didacum Perez, hic columna. 871. & 873. versiculo. dubitatur insuper, & in instantia appellationis assumere potes onus probandi aduersus confessionem illam fictam, & allegandi contra, si iuste & recte declaratio facta non fuerit, & tunc constando de tua intentione plene, (parte contraria nihil contra te probãte) reuocanda erit condemnatio contra te facta & pro libero iudicandus eris, & ad cautelam reuocabis confessionem illã fictam tanquam erroneam & ex probatione per te facta error constabit, prout pro cautela tradit Hippol. in l. 1. §. si quis vltro num. 93. fol. 53. in paruis. ff. de quæstionib. nam si propria & vera confessio reuocari potest prætextu erroris, secundum DD. in l. error. C. de iuris & facti ignorantia, imo & confessio resultans ex in

55 strumento † publico & guarentigio prætextu erroris reuocari potest, secundum illustrem admodum Dominum Anton. de Padilla in d. l. error num. 23. C. de iuris & facti ignor. dum ibi allegat Anton. de Butr. declarantem id quod ipse ibi dicit & tenet Xuarez in l. post rem notabili. 3. n. 12 in princip. ff. de re iudicata, & Vitalis de Cãbanis in tractatu clausularum clausula non errore ductus nu. 39. pag. 286. in paruis vbi à n. 38. ponit quæ requiruntur vt cõfessio reuocari possit, de quo & per Lucam de pena in. l. erratis de Castrensi Peculio lib. 12. colum. 4. in fi. vbi ponit qualiter probabitur error contra cõfessionem, à fortiori & poterit reuocari confessio ficta prætextu erroris, prout tenet Domi. Anto. de Menes. vbi supra in dicta. l. error, nu. 18. & Vitalis de Cambanis vbi supra, num. 43. & 44. vbi optimè loquitur, & cum reuocari possit hoc remedio vti poteris, scilicet appellando à cõdemnatione, & in ipsa appellationis instãtia & libello grauaminum reuocando cõfessionem illam fictam, & omne quod ex vi illius confessionis fictæ visus est confiteri, & petendo admitti ad erroris probationem & restitutionẽ ex clausula generali si qua mihi, &c. ex cautela hoc peten-

56 do, nam & in causa † appellationis potest doceri de errore, secundum glo. acabado, l. 5. titul. 23. part. 3. & glo. i 8. titu. 6. part. 3. nam licet data sententia non reuocatur confessio erronea, si tamen appellatione sententia talis suspensa sit, licebit eam reuocare secundum Dominum Antonium de Padilla Meneses in dict. l. error. nu. 38. & 39. & 41. & Gregor. Lopez vbi supra & sic assumẽdo hoc modo in te onus probandi intentionem tuam optimè audiri poteris & audiendus es, aduersus condẽnationem illam virtute confessionis fictæ contra te factam, prout expresse, licet nõ ita, tenet Didac. Perez hic colu 875. vers. inquirendum est, & iterum. 872. in fine. & 827. in medio & Villalpando in. l. 22. titul. 1. part. 7. conclusione. 3. num. 7. & 8. vbi num. 7. in fine inquit, quod ita se habet communis canonistarum, & legistarum opinio & est in fol. 28. & tenet Auẽdaño in de. 1. & 2. decreto in princip. in num 5. folio. 520 late Menchaca duas cõmunes contrarias ponens tomo. 1. de successionum creatione. §. 23. num. 25. vbi concordiam inter eas ponit, placet tamen supradictum remedium & iuridicum credo, vel item in appellationis gradu poteris docere non recte esse processum ad declarandum te pro confesso putà quia deficit accusatio contumaciæ vel quid simile, ideo poterit reuocari declaratio confessionis vel per viam nullitatis intra. 60. dies, idem poteris petere coram iudice ipso pro confesso temet ipsum declarante, sed an si ab hac condemnatione & declaratione confessionis fictæ, & condemnatione in peti

tis

tis virtute dictæ fictę confesſionis facta non appelletur, ſed tranſeat in rem iudicatam condemnatio hæc, erit dare ali-
57 quod † remedium reo huic condemnato, & crederem quod duo remedia adhiberi posſunt, primum erit, ſcilicet, quod cum ſententia & condemnatio facta virtute huius confesſionis fictæ ſit facta ex pręſumptione ex ficta illa confesſione reſultante & per conſequens non tranſeat in rem iudicatam, vt in gloſſ. ſequenti dicemus Deo volente, poterit optime condemnatus hic comparendo coram iudice & relationem illius condemnationis faciendo, reuocandoque confesſionem illam vt erroneam, & aſſumendo in ſe onus probandi errorem ſufficienter contra eam, & qualiter petita per actorē vera relatione carebant, & caruêre, (& petendo ad hoc reſtitutionem ex clauſula generali ſi qua mihi, &c. ad maiorem cautelam) petere ſe ab illa & àpetitis liberum pronuntiari, confesſionem illam & condemnationem virtute eius factam nullam pronuntiando, & reuocando eā prout expreſſe in ſententia lata ex probationibus priuilegiatis tradit domi. Anto de Padilla in. l. error nume. 44. C. de iuris & facti ignor, & in ſimili ſtatuto ita aſſerit Cepola. conſili. criminali. 29. nume. 24. quem refert & ſequitur Mesſia. in. l. de Toledo in reſponſo ad ſecundum fundamentum primæ partis numer. 44. ad hāc noſtram. l. applicans, vel per viam nullitatis intra. 60. dies, agere poteris contra cōdemnationem virtute illius fictæ confesſionis factam, tam ex non ſeruato debito modo procedendi quam ex iniuſtitia in condemnatione illa contenta, te innocenter condemnato, prout probare intendis, & placet mihi hoc remedium. Vel aliud erit remedium in hoc caſu, ſcilicet, quod reus condemnatus adeat iudicem eccleſiaſticum per viam denuntiationis euangelicæ aſſerendo qualiter talis virtute condemnationis iniuſtæ contra te factæ propter fictam quandam confesſionem retinet rem tuam cum peccato iniuſte, vt compellatur à peccato exire & conſequentiam rem illam tuam iniuſte & cum peccato detentam tibi reſtitui, tunc enim audiri debes ratione peccati, & ne aduerſarius tuus in peccato tali exiſtens & animam perdat, & cum aliena locupletetur iactura, & veritas per fictionē confundatur, ſecundū Bald. in. l. ſi quis iniquum. ff. quod quiſque iuris. & tenet Montal. in ſuo repertorio in verb. præſcribitur actio perſonalis, colum. 2. aſſerens quod contrarietas ſtatuti non poteſt eneruare naturalem rationē, abolere veritatem, neque iuſtitiam, per. l. 1. ff. de vſu fructu & . l. eas. ff. de capitis deminutione: vbi & inſuper dixit quod ſtatutū per quæcunque verba loquatur, ſiue diſponendo, ſiue fingendo, non poteſt ipſam iuſtitiam abolere in quantum datur denuntiatio euangelica ratione peccati, ſecundum Innocen. in cap. quæ in eccleſiarum de conſtitutio. & Bartolum in extrauaganti ad exprimendum verbo denuntiationem. Bald. in. l. nō dubium. C. de legibus. & idem in propoſito noſtræ legis aſſerit Montalb. in ſuo repertorio in parte conteſtatio colum. 1. & ſic per denuntiationem euangelicam audietur reus hic ex dicta tantum ficta confesſione condemnatus prout expreſſe tenere videtur Alciatus in de præſumptionibus in argumentis ſecundæ partis cap. 1. numero. 8. pagin. 18. in paruis vbi & inquit quod tunc & per examinationem teſtiū audietur pars, etiam contra propriam cōfesſionem, & erat hoc optimum remedium, eo tamen inter laicos vtendum nō iudico propter diſpoſitionem. l. 10. titu. 1. ſupra iſto libr. Cum habeamus remedium ſupra proximum, omni tamen alio remedio deficiente hoc denuntiationis euangelicæ vti poſſet, cum lex illa. 10 loquatur & procedat in caſu quo remediū coram ſeculari iudice inter laicos intentandum remanet, non vero nullo exiſtēte iam remedio petendi coram ſeculari iudice, nam remedio deficiente, dicta denuntiatione euangelica abſque metu pœnæ vti poſſe crederem, alio tamen exiſtēte remedio propter iudicum & latrunculatorum cauillationes iudicem eccleſiaſticum non adirem.

Ibi. [por ſu rebeldia,] quæ vere, non ficte contrahi debet vt pœna hæc cōfesſi
58 † locum habeat ſecundum Baldum in. l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. ff. de

re-

re iudicata & Iasonem numer. 3. ibi, & Auend. in tractatu primi & secundi decreti num. 9. in fin. fol. 120. & Alexandrum in l. eum qui num. 9. C. de procuratoribus & plures contumaciæ pœnas prosequitur Rebuff. in 3. tom. constit. 6. Franc. de contum. & de defectu art. 13. glo. vnica num. 4. cum seq.

Ibi, [Y si assi no respondiere.] siue dominus, siue procurator cum de ambobus dixerit, & sic eodem modo secundum legem nostram tenetur procurator respon-
59 dere † sicut dominus tenetur, & si aliter distingueret, text. in l. 3. titul. 10. part. 3. & cum procuratori notificatur libellus rigor nostræ legis procedit, secundum Auend. dicto tractatu de primo & secundo decreto, num. 6. distinct. 6. quod tamen in chancellarijs regalibus id non vsi asserit nisi ipsi parti notificatio fiat, & an in minore procedat ibidem m. 5. differentia, numero 5. & 6. declarat, de quo nos plura Deo volente dicemus in l. 2. gl. fin. & tit. tul. 7. infra eod. lib.

Ibi, [Aunque no sea dada la sentencia contra el sobre ello,] confessione enim
60 facta per reum † non requiritur tela iudicij, vt probat. l. 1. & 2. ff. de confessis, neq; apritudo processus, vt in cap. 1. & 2. de accusationibus in 6. & etiam data ipsius processus nullitate ex defectu extrinseco vt per Felin. in cap. qualiter & quando, el 2. §. licet de accusationibus & in cap. Pisanis de restitutione spoliatorũ vbi per Ab. optime num. 9. & Hipoolytum singulari. 20 incipit in confessi, & Felin. vbi sup. ponit regulas & fallentias, idem Felin. in cap. at si clerici colum. 1. de iudicijs, sed idem Felin in dict. cap. qualiter § licet in limitatione. 5. & in dict. cap. at si clerici in principio num. 1. in confessione ficta hæc
61 non procedere † asserit, sed tantum in vera & expressa, prout declarat Socinus Iunior consil. 11. num. 4. volumine. 2. nam licet confessio hæc ficta sit iudicialis & solemnis, secundum Aretin. & Baldum relatos per Ioannem Baptistam de Villalo. in suo tractatu litera a. num. 3. columna ante penultima in fine, tamen admittitur, vt in hac l. remanet dictum reus ad probandum contrarium & ad manifestandum innocentiam suam si id petat, & ideo tela iu-

dicij expectatur post fictam hanc confessionem, nam non habetur fictus hic confessus, ac si vere in iudicio & expresse confiteretur, secundum Baldum & alios relatos per Hippolytum in practica. §. postquam numero. 2. & ibi in numer. 3. & alijs cõtrarias rationes allegat, est tamen verũ, quod licet sententia non requiratur ad incursum pœnæ huius confessi, requiritur tamen declaratio, per quam declaretur reũ obmisisse simpliciter petitus, licet aliquando declarationem hanc sententiam diffinitiuã referimus, secundum Hippolytum in practica. §. postquam num. 37. & 38. cum aliquibus sequentibus in rubrica, numer. 26. cum aliquibus & post Ancha. Cornelium de Fallis, & quod in sententia diffinitiua possit utrumque fieri, tenet Alexan. id manifeste. num. 4. fol. 271. ff. de iure iurando, & post hæc vidi sic tenuisse, & vt notabile commendasse Rolãdum à Valle consil. 9. num. 38. volum. 1. nam nunquã dicitur quis talis, nisi pronuntietur pro tali, secundum Socinum relatum per Hip-
62 polytum vbi supra, pœna enim quamuis † ipso iure imponatur, prout hic ac huc tamen requiritur declaratio incursus pœnæ ex cap. cum secundum leges, de hæreticis in 6. quem tex. ad hoc allegat Didacus Perez in libro 3. ordinamenti columna. 924. versic. dubitatur præterea, & tenet Abb. in cap. penultimo. num. 26 de iuramento calumniæ & Barto. in l. 2. §. quod si actor numero. fin. de iureiurando, propter calumniam, & additio Bartoli in l. penultima numero. 12. de dignitat. lib. 10. & Abb. additio in cap. si diligenti. nu. 9. litera. f. de foro competenti Bald. in auth. qui semel. C. quomodo & quãdo iudex. & Antonius Gomez tomo. 3. cap. fi. nu. 3. & Hippolyt. late in practi. §. aggredior num. 105. cum pluribus sequentibus. idẽ Hippolytus consil. 52. nu. 20. & 21. libr. 1. & Lanfrancus in cap. quoniam contra titu. de responsio. num. 14. versic. limitabis istud dictum folio. 47. colum. 1. in paruis, & hæc est magis communis opinio, secundum Tiraquellum in repetil. si vnquã verbo reuertatur numero. 400. C. de reuocand. donatio. licet contrarium, vt patet ex Tiraquel. ibidem num. 398. nõ desint qui dicant communem, & tenet Roland.

Ian. Valle. conf. 90. num. 20. libr. 3. prima tamen quod declaratio requiratur, & si pœnæ incursus ipso iure fiat est magis cõmunis & ideo tenenda, quam & tenet tic omnia iura mundi ipso iure pœnam imponentia declaranda asserẽs Thomas Grammaticus decisione. 15. nume. 8. cũ aliquibus sequentibus: pro qua est tex. expressus meo videri in. l. 10. titu. 9. infra libro. 5. vt ibi eum ponderabo, & tex. in. l. 5. tit. 11. eodem libro. 5. vt ibi dicemus Deo volente. Est tamen verum meo iu-
63 dicio quod ad hanc declarationem † faciendam partis citatio non requiritur secundum Hipolytum in. l. de vno quoq; num. 89. ff. de re iudicata, & habes aditionem & decisionem. 400. capellæ Tolosanæ & ibi suus additionator, & Tiraquellum vbi supra. numer. 404. alios allegantem, maxime Felinum limitantem hoc vno modo quamuis gloss. in pragmatica sanctione. 2. tit. de pacificis possessoribus. quod si talem in versiculo declaret, & Grammaticus vbi supra. numero 12. & 13. & ex dictis per Gigantem de pensionibus quæstione. 78. numer. 5. teneant ad hanc declarationem faciendam citationem partis requiri, sed ibi vt patet loquitur in declaratoria facti, non vero iuris, & ideo contrarium non tenere dici
64 potest. Est tamen necesse declarationẽ † hanc factam notificari parti contra quam declaratio fit vt ab ea appellare possit si voluerit, nam secundum glossam dictæ pragmaticæ sanctionis vbi supra ab hac declaratione † appellari potest prout te-
65 net additio dictæ decisionis. 440. Tolosæ & ibi additio allegat Felinum in. c. Rodulphus de rescriptis latissime hoc prosequentem, quidquid Montalb. in repertorio versiculo contestatio in fine velit aliud & maledicere, & quod appellari possit tenet Ripa in. l. hæredes in principio numer. 28. ff. de vulgari, nam causa allegari potest quare non debeat pro tali declarari vt ibi per Ripam, potest tamen concordari ex dictis per eos maxime per additionem dictæ decisionis. 400. vt tũc non licet appellare, quoties notorium & euidens est pœnam cõfessi incurrisse, & sic nullam defensionem competere, secus vero alias. Ex dictisque inferri potest optime, quod cũm declaratio hæc incursus pœnæ confessi sit facienda, quod si pars non contestans intra nouem dies antequam declaretur pro confesso moram
66 purgando, † litem contestatur, euitabit declarationem hanc, & sic confessi pœnã cum vsque tunc exequtionem factam à lege dici non possit, ideo mora purgari potest prout tenet Cinus in. l. 2. §. quod si actor. C. de iure iurando propter calumniam dando. & Abb. in cap. fi. nume. 19. de iuramento calumniæ & Baldus in ca. 2. de milite vassallo qui cont. est in vsibus feudorum. & Curtius in tractatu de positio breui. loco 6. quos post hæc scripta reperi relatos & sequutos per Ripam in. l. si in insulam nu. 89. ff. de verborum obligatio, & Lanfrancum in cap. quoniam contra titu. de responsionibus num. 14. folio. 47. in paruis, quemadmodum & nõ declarans positionibus, vel non debito modo declarans, si antequam declaretur
67 pro confesso declaret †, non habebitur pro confesso, secundum Francum in ca. fin. de confessis in si. lib. 6. vbi idem dicit, & si declaretur, appellatum tamen esset à tali declaratione, & suam contumaciam excusset, imo & si in hoc casu teneremus exequtionem pœnæ confessi à lege factam esse ante dictam declarationem: cum tex. noster sententiam non requirat ad incursionem pœnæ, sed ipso iure incurri probet, adhuc tũc vsque ad senten-
68 tiam declaratoriam posset morã † purgare contestando litem ante declarationẽ cum ex hoc ius actoris deterius non redderetur, quandoquidem nondum est pœnæ confessi declaratio facta, quo casu vt in hac gloss. dicetur mora purgari potest, etiam vbi executio à lege facta est, item quia nullum est translatum domi-
69 nium in aduersarium rei petitæ † ex incursione huius pœnæ, quo casu mora purgari potest, secundum Iassonem in. l. si in insulam numero. 32. ff. de verborum obligationibus, ex quo & si ante declarationem hanc factam reus ipse non contestãs
70 litem infra nouem dies moriatur †, ficta hæc confessio, & pœna eius non transit in hæredes ipsius rei non contestantis dũ viueret infra nostræ legis terminum secundum Hipolytum in dicto. §. postquã num.

numi 46. & Didacum Perez hic colum.
869. nisi in tribus casibus, de quibus ibi
per eum & ita tenet Alexander in. l. ma-
nifeste numer. 9. & 10. folio. 171. ff. de iu
reiurando, & Lanfrancus in cap. quoniã
contra tit. de responsionibus nume. 15.
folio. 47. in paruis de probationibus &
additionator Bartoli in. l. transigere nu-
me. 19. litera B. C. de transactionibus. &
Socinus consilio 11. num. 2. & 11. volu
minis, ex eo quod ibi inquit quod facta
declaratione transit ad hæredes declara-
tio, quasi secus ante, & idẽ voluit ærariũ
mille communium opinionum litera A.
num. 3. columna penultima in principio,
allegando Alexandrum in dicta additio
ne ad Bartolum in dict. l. transigere qui
Alexãd. & hæc ratione hac fundantur,
scilicet q cũ contumacia delictum sit se
cundum Hippolytum vbi supra nu. 52.
incursus huius confessionis fictæ prop-
ter contumaciam in nõ contestando litẽ
pœna est ipsius delicti contumaciæ, vt
ex tex. nostro patet, & cum pœna sit, an
71 te declarationem. † incursus eius nullo
modo ad hæredes trãsire potest actiue ne
que passiue, ex tex. in. l. 25. titu. 1. par. 7.
& l. 2. titu. 2. par. 7. si lis non est conte-
stata cum defuncto, secundum iura illa &
ita arguit etiam Abb. in d. capit. penult.
num. 26. extra de iuramento calumniæ,
& secundum gloss. ansi, in ea. l. 25.
ficta confessio non habeat vim litis conte
stationis, sicut habet vera ideo ad hære-
des pœna confessi trahi non potest
propter non contestatam litem infra ter-
minum nostræ legis, cũ pœna vt dixi in
hæredes nõ trãseat, neq; iudex ex officio
72 suo † poterit contra delinquentis hære
des ad pœnam illam procedere, quia cum
officium iudicis loco partis succedat si
pars non potest neque ei competit ad
hoc actio contra hæredes delinquente
moriente ante litis contestationem, ne-
que iudex poterit, imo neque pro publi-
co commodo vt delictum puniatur pote
rit, quia vbi non nascitur actio ciuilis par-
ti, neque reipublicæ competit actio vel
inquisitio criminalis secundum Hippoly
tum consilio. 53. numero. 12. volumine
1. & tradit Antonius Gomez tomo. 3.
cap. 1. num. 84. cum pluribus sequenti-
bus & vide. l. 3. titu. 15. parti. 7. de iure ta
men canonico secundum Antoni. Go-
mez vbi supra numer. 85. tenerentur hæ-
redes quatenus ad eos peruenit, & conue
niri possent coram iudice ecclesiastico
per denuntiationem euangelicam etiam
si sint laici & in terris imperij, facta tamẽ
73 dicta declaratione † contra reum cum
confessum declarando propter omissam
intra terminum nostræ legis litis conte-
stationem, tunc non admittitur purga-
tio quia cum tunc censeatur facta execu-
tio à lege non admittitur moræ purgatio
secundum Bartolum in. l. si insulam nu-
mer. 19. ff. de verborum obligationibus.
communiter approbatum secundũ Elan
dum columna. 9. Iassonem numero. 31.
Alexand. 33. & Crotum. 61. Ripam. 82.
ibidem, & Franciscum de Aretio consi-
lio 94. Decium consi. 15. Petrum Pau-
lum Parisium cons. 19. num. 222. volu-
mine. 2. pro quo est gloss. ipso facto in cle
mentina. 1. §. quia vero. de statu mona-
chorum. glo. priuatus in. c. licet canon &
ea. cõmissa de electione in 6. quia cum
tũc facta hac declaratione, si admitteret
purgatio moræ, ius actoris ex ea quæsitũ
irreuocabiliter fieret deterius, non est ad
mittenda moræ purgatio, quia illa Barto
li doctrina in dicto nume. 19. tunc demũ
locum habet si per purgationem moræ
ius actoris deterius fieret, secus alias, quia
tunc etiam executione facta à lege ad-
mitteretur moræ purgatio secundum
Alexandrum dicto num. 33. limitatione
11. & Curtium Iuniorem in d. l. 2. §. si
actor colum. penultima. C. de iure iuran
do propter calumniam dando, per. l. man
cipiorum post medium. ff. de optione le-
gata, vnicam ad hoc, secundum Alexan-
drum & Curtium vbi supra & per gloss.
non obstante in clementina sæpe de ver
borum significatione, & hoc est quod di
cit Hippolytus in practi. §. aggredior nu
mer. 105. & in consilio 52. nu. 23. quod
reus ante declarationem pro confesso
est confessus reuocabiliter eo quod pur
gare potest moram, post declarationem
vero irreuocabiliter quia eam purgare
non potest, vlterius notare debes quod
74 hæc declaratio confessi † cõtra reum fa-
cta nunquam transit in rem iudicatam cũ
sit

sit lata ex probatione præsumpta & pri-
uilegiata secundum Hipolytum in pra-
ctic. oppotrune num. 24. & 25. late Ias-
sonem in repetitione legis admonendi
n. 38. 43. 44. 45. & 304 ff. de iure iuran-
do. vbi & limitationes ponit. Iterum &
pro complemento huius glossæ notan-
dum est ex singulari dicto Cepolæ caute
la. 189. scilicet quod si actor non appella
uit eo quod reus non fuit declaratus pro
75 confesso, non possunt † iudices appella-
tionis, ad quos actor ipse à principali sen-
tentia contra eum lata appellauit, declara
re pro confesso reum propter non conte
statam litem in prima instantia non decla
ratum, nam cum ob hanc causam non re
periamus interpositam appellationem ni
mirum si super hoc iudices appellationis,
maxime si inferiores sint (vt iudices de re
gimiento in causis decem mille morape-
tinorum & minoris valoris) intromittere
se non possint. Sed num ficta hæc con
76 fessio propter non contestatam † litem
& pro tali declarata, durabit in secunda
instantia, & videtur quod sic, nam omnia
acta in prima instantia durant in causa ap-
pellationis, inter easdem partes, ergo &
cõfessio hæc durare deberet, item quia par
ui momenti esset in 1. instantia reum ex hac
causa pro confesso declarari, nisi in secun
dam instantiam esset confessio hæc du-
ratura, in contrarium tamen imo quod
hæc ficta confessio ex lite non contestata
inducta non duret in secunda instantia,
tenet Paulus Castrensis consilio 141. vi
sa quadam inquisitione colum. 1. fol. 67.
pro quo facit nam cum secunda instantia
sit alia quàm prima, & sic nõ dicatur cau
sa appellationis eadem cum prima, secun
dum Rotam antiquam. 25 numer. 1. de
procuratoribus & decisio. 4. antiquã nu.
2. de caus. proprietatis & possessionis, ni
mirum si ficta hæc confessio non duret
in causa appellationis, eò quod ficta con-
77 fessio † in vna causa non facit fidem in
alia, secundum Corneum consilio 211.
littera G. parte. 3. & notat additionator
Bertachini, in repertorio suo verbo pro-
curatoris confessio, & Abbatis additio in
cap. per inquisitionem, litera H. numero
10. & 12 de electione, confessioque in
78 vna causa facta, † tunc præiudicat in alia,
cum est clara, non vero si tacita, aut im-
plicita, secundum Capit. decisione. 71.
numer. 5. & quia vt & alio in loco diximus
in hac. l. & in. l. 1. titu. 7. infra isto li-
bro dicemus, (Deo volente) in glossa fin
car confiesso, & tenet Couar. libro. 1. va
riarum cap. 1. numer. 8. in fine domini su
periores, qui de gradu appellationis cog
noscunt, de hac ficta confessione non cu
rant, licet vt ibi dicemus contra tex. ibi-
dem hoc videatur, & licet apud superio
res & supremos iudices de appellationis
causa cognoscentes dictum hoc Pauli
procedere posset, apud inferiores verò,
& sic apud iudices de regimiento, & si-
miles in appellationis instantia cognoscẽ
tes, dubito an dictum Pauli seruaretur,
sed potius lex nostra, prout iam seruari
vidi, & seruare tenentur iudices inferio-
res ad vnguem, vt in hac. l. dictum rema-
net, & aliquando vidi etiam in contrariũ
sententiari nõ curando de hac ficta confes
sione in secunda instancia propter litem
non contestatam in prima inducta, de
qua quidem tunc non curarem quoties
vltra eam ex parte actoris contra reum
cõfessum nihil aliud probaretur, ex quo
eius intentio iustificari posset, & colora
ta videretur, maxime si ex parte rei aliqua
adesset probatio pro se, tunc enim ab ob
seruatione iudicij eos absoluerem, saluo
ambobus iure suo, pro petenda, & prose-
quenda, (si voluerint de nouo) iustitia.

Ibi. [no respondiere al dicho plazo]
Ex hoc videtur tex. clarus, quod contu-
macia procuratoris † non contestantis li
79 tem in termino nocet domino etiam an-
te litem contestatam cum eo, cuius tamẽ
contrarium videbatur dicendum cum an
te quàm procurator litem contestetur,
per quam contestationem dominus litis
efficiatur & vna persona cum domino,
secundum text. in. l. procuratoribus & in
l. nulli cum gloss. C. de procurato. & in
l. si procurator la. 2. in glos. penultima &
in. l. fin. ff. de doli exceptione, non pote-
rat domino præiudicare, sicut & non ha
betur dominus pro confesso si procura-
tor eius noluit respondere positionibus
domino ignorante, si lis non erat conte-
stata secus si lis esset contestata, secundũ
Felin. in cap. 1. num. 17. vt lite non con-
testata

testata, & dicemus Deo volente in l. 2. titul. 7. glo. El procurador, infra isto lib. 4. his tamen non obstantibus contrarium in l. nostra dispositum est & reperimus quoad pœnam confessi incurrendam per dominum propter litem in termino non contestatam per procuratorem eius, & eius clara est ratio, scilicet, quia cũ in materia legis nostræ procurator hic censeatur constitutus ad litem contestandam si per contumaciam eius non contestantis in termino litem domino non posset præiudicari ante litis contestationem de nihilo, videbatur deseruire procuratoris constitutio, item necessario dicendum esset reum personaliter in causa ciuili teneri cõparere saltim vsque ad litis contestationẽ factam per eum & esset contra tx. in l. 15. sup. titul. proximo, in causis ciuilibus reũ comparere per procuratorem posse permittentem, hæc tamen intelligerem in casu quo procurator ipse mandatum acceptatum haberet, tunc enim si non conteste tur litem intra nostræ legis terminum incurret dominus pœnã confessi, alias enim si non acceptasset mandatum ex aliqua iusta causa, tunc eius contumacia non præiudicaret domino cum procuratorem nõ haberet, licet contumacia in non mittendo procuratorem in tempore citationis ei noceret, quasi non comparuisset, & in expensis condemnari posset tanquam nõ comparens citationi & ad litem contestãdam deberet de nouo citari, si actor contestationem fieri peteret intra terminum nostræ legis, & sub eius pœna, secus vero si aliam viã, vt probationis, vel primi & secũdi decreti eligeret, quia tũc in ea procederetur acsi reus in termino citationis nõ comparuisset: & quando contumacia procuratoris domino noceat, vltra dicta per nos in l. 10. titul. 1. supra isto lib. videnda sunt quæ dicemus Deo volente in l. 1. tit. 7. infra isto lib.

80 Ibi, [Sea restituydo,] siue sit minor, mulier, aut rusticus litem intra terminum nostræ legis non contestantes, cum in his quæ ad rigorem iuris conseruandum statuta sunt, minor, mulier, aut rusticus non excusentur, vt latius dicemus, annuente Deo in l. 2. verb. fincar, confesso, titul. 7. infr. isto libro. Iuuabuntur tamen hæc personæ sicut & aliæ maiores remedijs de quibus in glossa, sea auido por confiesso, in l. hac per nos actum est.

Ibi, [Maguer que diga que el procurador no tiene de que pagar,] iure commu ni ex text. in l. pro inde. §. sed procuratori ff. ad l. Aquiliã, & ex alijs iuribus hic per Didacum Perez colum. 876. in principio allegatis, cõtrariũ statuebatur, imo quod tunc dominus admittebatur procuratore non existente soluendo etiam ad appellãdum, vt in dict. l. 2. titul. 7. infra isto libro latius dicemus Deo volente in glossa, su procurador, & sic nostra lex in hoc correctoria est iuris ciuilis & tanquam talis vltra casum in quo loquitur non extendenda neque amplianda est, & sic est hic casus specialis in quo procuratoris contumacia in nõ contestando, ita nocet domino quod etsi procurator non sit soluẽdo domino interesse, dominus ipse nõ audiatur neque restituatur propter hoc, & qualiter hæc lex differat à lege. 1. titul. de los assentamientos infra isto libro tradit Auend. in tract. de. 1. & 2. decreto. n 45. & 6. vbi & alia bona in nostræ. l. ꝓposito adducit.

LEX II.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter, quo loco, die, & coram quo tabellione, & an in absentia actoris possit fieri litis contestatio, in præsenti lege statuitur.

Ibi, [En cada vno de los dichos nueue dias,] ita quod non est necesse finem termini expectari, sed in quolibet die nouem dierum potest lis contestari, quod nimirum est cum & absente ipso actore litis contestatio fieri possit & actoris præsentia

tia ad hoc non requiratur, licet totus terminus nouem dierum debeat labi, vt pœna contestationis locum habeat, vt supra lege proxima dictum est.

Ibi, [quier sea feriado o no,] cuius quidem ratio esse potest, quia confessio par-
1 tis recipi potest † in iudicio etiam in die feriato, secundũ Bal. & alios relatos per Did. Per. hic in col. 878. in fi. in glo. 1 huius legis, vbi allegat Marantã & Felin. ponentẽ plures casus vbi die feriata procedi potest, si ergo cõfessio fit die feriata, nimirum ergo si & litis contestatio eodem die fieri possit, cum assimiletur confessioni affirmatiuæ vel negatiuæ, quæ per litis contestationem, secundum legem supra proximam fit negando, aut confitendo, sed nũ iam quod die feriata fieri possit litis contestatio, intelligendum erit de die feriata in honorem hominum tantum, an de feria-
2 ta in honorem † Dei. Et respondendum tantum in prima hominum die loqui legẽ nostram, non vero in secunda die in honorem Dei introducta, in qua quidem litis contestatio fieri non poterit, ad quod probandum do instantiam, scilicet, quia libelli porrectio fieri potest die feriata in
3 honorem † hominum ex lege miles. §. sexaginta. ff. de adulterijs, in die tamẽ feriata in honorẽ Dei non, secundũ Feli. in c. fin. n. 9. de iud. quam magis communẽ testatur opinionem Maran. in pract. tit. de libelli oblatione. nu. 13. pag. 397. in paruis, si ergo produci non potest libellus in die feriata in honorem Dei, quę libelli productio & porrectio non est de processu iudicij, secundum Maran. vbi sup. nu. 14. quãto minus fieri poterit litis cõtestatio, quę non solum de processu, sed de substantialibus iudicij iudicatur, vt supra lege nostra dictum remanet, item & ex alio hæc confirmatur opinio, scilicet, quia in l. 35. titu. 2. part. 3. vbi ponuntur actus qui possunt fieri die feriata in honorem Dei, non ponitur iste litis contestationis, ergo, & hãc opinionem in litis contestatione, quod in die feriata in honorem Dei fieri nõ possit tenere videtur gl. magna in. l. 1. C. de litis contestatione, & vera mihi videtur & tenenda, bene tamen crederem quod si terminus nouem dierũ finiretur in die feriata in honorem Dei, tunc in ea posset fieri litis contestatio, argumento tx. in. c. fi. de iud. probãtis quod si iurisdictio finitur in
4 die feriata in honorẽ Dei, † tunc in ea possit fieri pronuntiatio, & alia acta, quam sequitur Abb. ibi & Specul. relatus & secutus per Marantã in pract. 8. p. tractatu de actorũ editione. nu. 37. pag. 483. in paruis. de qua in. 1. tom. harum constitutionũ latius memini, vel saltem vsq; in diẽ sequentẽ transibit tempus, sed quia cõtinui sunt hi nouem dies, vt in. l. supra proxima diximus, melius feceris si in die illo feriato contestatus fueris, & in sequente non feriato, præcedentẽ in feriato contestationem factam ratificaueris, sic & noctu potest sententia pronuntiari, secundũ Hipp. in pract. §. 1. n. 10. propter periculũ in mora, & ideo multoties iudices de regimiento in causis decẽ mille marapetinorum in die feriato etiã in honorẽ Dei, & noctu pronuntiant, imo & examinantur testes per partes, si terminus labit, sic & litis cõ-
5 testatio † noctu fieri põt sm̃ gl. noctis & ibi Innoc. in. c. consuluit. de offic. delega.

Ibi, [El demãdador presente o no,] hic approbatur opinio dominorum de rota, Abb. & aliorum relatorũ per gl. in. l. 3. tit.
6 10. p. 3. dicentium posse contestationẽ † fieri absente actore, licet contrariã opinionẽ antea tenuerunt Bar. & Spec. relati per gl. ibi, & licet cum Bar. dixerit cõmunem Imola per gl. ibi relatus, & per Villalo. in sua antinomia iuris ciuilis & regij, litera. l. nu. 16 per nostrã tamẽ legẽ contrariũ dominorũ de rota vides approbatũ, & ita tenet glo. illa & Villalo. vbi sup. debet tamẽ tũc sm̃ legẽ nostrã per reũ cõtestãtẽ, primo die sequente actori notificari qualiter cõtestatio facta est, & corã iudice præsentari, aliter enim si super cõtestationẽ litigatum fuerit soluet expẽsas hæc non adimplens; non tamẽ declarabitur pro cõfesso.

Ibi, [Ser auido el juez,] nota tx. singularẽ cõtra pract. hic Placentiæ & fortasis alibi seruatã, & male per litigantes & tabelliones, scilicet, ꝗ quotidie partes litigãtes corã ipsis tabellionibus nõ inquisito iudice (cũ copia eiꝰ faciliter haberi posset) litẽ cõtestãtur, cũ deberet cõtestari ex his verbis
7 † corã ipso iudice & tabellione, si iudex haberi potest, ꝗ si nõ posset, tũc corã tabellione solum sufficeret contestationẽ face-

re & coram domo, vel palatio ipsius iudicis, prout & de iure communi dispositũ est, secundum Spec. in titu. de litis contestatione. §. nũc tangamus. fol. 84. 2. partis & text. nostro approbatum vides, quem quidem notabis, vt scias litem contestare, & partem tuã consulere pro contestatione facienda, & scias obijcere contra contestationem aliter factam & petere pro confesso partem declarari, si secundũ tenorẽ nostræ legis non contestetur, cum par sit non contestare, vel inutiliter & nulliter, & idem est, iudicium rei & actus inutilis, sicut nulli, vt in. c. nihil & inutile de reg. iur. in. 6. ad quæ non video communiter per partes neque tabelliones aduerti, nul-
8 laq; est enim contestatio † aliter facta, secundum Specul. vbi supra, ex text. in cap. at si in princip. de iudicijs, & de consuetudine, ad nostram, & C. si à non competẽte iudice. l. fi. & 11. q. 1. in clericorũ, est tamen verum, quod lege nostra attenta (si bene inspiciatur eius finis) sufficiet si in absentia iudicis fiat contestatio & in absentia partis, si post die sequente coram iudice demonstratur, secũdum quod in gl. supra proxima dictum est.

Ibi, [Ante el escriuano que tuuiere la demanda escrita,] Ex his etiam verbis cõfunditur quidam partium & procuratorũ abusus litem coram alio, quam tabellione causæ contestantium, etiam si ab ipso causę tabellione petitio actoris scripta sit, quo casu debet cõtestari coram eo, & nõ coram alio quod quam male fiat, lippis & tonsoribus patet, (vt vetus est prouerbiũ) ergo ad. l. nostræ dispositionem attendẽdum putò, nã cũ hæc de nouo introducat omnia in ea contenta de forma substantiali intelliguntur, secundũ Auend. respons. 14. in fi. & Deciũ relatum & sequutũ per Tellũ in. 2. parte. l. 3. Tauri. nu. 16. & quia quoties lex noua disponit modũ faciendi actum aliter quã de iure cõmuni erat expressum, omne in. l. illa dispositũ censetur pro forma, secundũ Rebuf. in concordata regni Franciæ in rub. forma mandati apostol. in princ. pag. 153. quæ quidẽ forma ad vnguem seruari debet secundũ Boer. decis. 1. n. 40. vbi nu. 44. inquit, ꝙ nec tũc per ęquipollens sufficit talẽ formã seruari secundũ Rebuf. vbi supra & facit illud Se gura in. l. vnũ ex familia. §. sed si fundũ. n. 14. de leg. 2. & acta in contrariũ nulla sunt secundũ Barth. Soc. conf. 33. nu. 6. vol. 1. imo etsi in minimo deficeret forma illius actus vitiaretur, secundũ addit. Segu. ibi. n. 9. ideo ad hæc aduertendum iudico per partes, & procuratores, & per eorum aduocatos.

Ibi, [De las casas donde mora el juez,] intellige si ipsius iudicis copia haberi non põt ita faciliter, & tẽpus contestandi labe retur, & finiretur, alias enim si copia iudicis haberi potest, corã eo debet cõtestatio fieri: vt supra. gl. ser auido diximus, aliter enim nisi sic intelligas & declares legẽ nostrã, sibi ipsi contraria videri potest, ideo per sequẽtia, prę cedẽtia verba intelligẽda sunt, sed oblitus sum quęrere, nũ inscrip-
9 tis debet fieri contestatio, vel sufficeret † si verbo tantũ fiat, & in hoc Abb. in. c. 1. n. 11. de litis contest. dicebat fieri debere inscriptis, tamẽ per. l. 3. tit. 11. p. 3. sufficit solo verbo fieri, & ita ex. l. illa colligit, dũ libellũ inscriptis proponi, probat non esse necesse, sed sufficeret verbo proponi, & in actis per tabellionẽ scribi, ergo & idẽ in cõtestatione dicendũ est, cũ æqualitas in iudicijs seruãda sit, & videt id ex nostro tx. colligi posse, cũ nõ requirat inscriptis fieri litis cõtestationẽ, quasi velit verba tãtũ fieri posse, dũ tñ per ipsum tabellionẽ in processu inseratur, & ponatur qualiter tali die corã eo & dño iudice, vel in tribunali (si haberi nõ potest iudex) & corã talibus testibus talis reus litẽ talẽ cõtestatus est, negãdo vel cõfitẽdo petitionẽ actoris & ex. l. fi. tit. 17. j. hoc lib. idẽ probari põt.

Ibi, [dezir al demãdador el primer dia,] ꝙ iure optimo dispositũ est, vt sciens ipse actor contestationẽ iã factã esse possit petere iustitiæ implementũ, vt breuiter exceptiones per reũ proponatur nẽ lis in lõgũ protrahatur, sicut & appellato debet intimari, appellationẽ factã fuisse, & interpositã, vt appellatus sciat à quo tẽpore tẽpus appellationis currat & iustitiã suã petat, & prosequatur, scdm tx. in Cle. 1. de appel. quẽadmodũ & citatus, vel obligatꝰ soluere aliqd certo die, si illo die non põt soluere, vel cõparere citatiõi, tenet die sequẽti id facere, vel quãto prius poterit, secundũ tx. in. c. cũ dilecti. de dol. & contu.

SEQVI-

SEQVITVR TITVL. V.

De las exceptiones dilatorias y peremptorias y recouenciones que ponen los reos a las demandas.

ET quia post litis cõtestationẽ de qua supra. titu. proximo dictũ, vel itidẽ si mul cũ ipsa contestatione solẽt partes exceptiones dilatorias vel perẽptorias oppo nere, & plerũq; in ipsarũ exceptionũ perẽ ptoriarũ propositione recõuentiones pro ponere, ideo post titulũ sup. proximũ se quitur, titu. noster vbi de his omnibus tra ctatur, qui quidẽ tit. præsens exceptiones in dilatorias, & perẽptorias diuidit, quasi differãt inter se, cũ primę solũ litẽ differãt non tamẽ perimant actionẽ & petitionẽ, secũdæ vero perimant: & vt sciatur, quæ sint vnæ, & quę sint aliæ, sciẽdũ est primo quid sit exceptio, de cuius verbi diffinitio ne vidẽdus est Rebuf. in tract. exceptionũ quẽ posuit sub arbore exceptionũ in prin. ff. noui & Did. hic col. 992. in fi. cũ seq. &
1 habes notare exceptiones † suapte pro pria natura procedere ex æquitate secũdũ Messias in pragm. taxæ panis. 1. conclus. nu. 96. ex. l. qui æquitate & ibi gl. ff. de do li exceptione, & sic inquit intelligendũ es se tx. in. l. penul. ff. de consti. pecun. & l. si quis cũ aliter. ff. de verb. oblig. & ꝙ scribit Bart. in l. 1. ff. de vaca. mune. & Alberi. in l. plane. ff. de peti. hæred. & Signorol. cõs. 139. dicentes æquitatẽ esse matrẽ exceptionis. Estq; exceptionũ vna species diui sa inter dilatorias, & perẽptorias exceptio nes, de quibus in nostro titul tractatur so lũ modo, ideo de eis tãtũ tractãdũ iudico, quia de alijs exceptionibus tractat Rebuf. vbi sup. & Lanfran in. c. qm̃ contra tit. de except. extra de proba. & vt à dilatoriis in cipiamus, de quibus præmittit noster tit.
2 dilatoria exceptio est † quę differt causam non tamẽ perimit negotiũ principale, vt ꝓbat tx. in. l. 9. tit. 3. p. 3. harũq; dilatoriarũ exceptionũ triplex cõsideratur species ꝑ Marã. in pract. 6. p. 9. mẽbro. 1. p. n. 1. pag. 414. in paruis tit. de except. in quarũ num. ibi ponit exceptionẽ excõmunicationis,
3 & nõ recte, quia est alia species † de per se vt ipse ibidẽ dicit, quæ anomala vocatur, quasi nec dilatoria, neq; perẽptoria, dilato ria nõ, quia potest opponi in quacũq; par te iudicij, vt est tex. in. c. 1. de excep. lib. 8. ꝙ non est in dilatoria, quæ quidẽ ante litẽ contestatã debet opponi, vt. l. exceptionẽ C. de probat. ca. pastoralis de except. l. 1. istius titul. nostri, perẽptoria etiã dici non pôt, q̃a nõ perimit negotiũ principale cũ perẽptoriæ natura sit illud perimere vt in l. 3. ff. de except. & inf. dicetur, ergo iure opto excõicationis exceptio anomala di citur, & tertiã speciẽ exceptionũ consti tuit, sm̃ Marã. vbi sup. & Rebuf. vbi sup. n. 8. est tñ notandũ ꝙ omnis exceptio quæ
4 nõ perpetuo, sed ad tẽpus † impedit est di latoria, sm̃ Bart. in l. 3. ff. de except. allega tũ ad hoc per Rebuf. vbi sup. n. 9. in fi. vbi cũ pluribꝰ numeris seq. plura de dilatorijs annectit exceptionibꝰ, & an exceptio spo lij sit dilatoria, vide Villalo. in ærario mil. com. opi. litera. E. nu. 158. & harũ dilato riarum exceptionũ late agit Matth. Affli. in constitutionibus Siciliæ lib. 2. rubr. 18. de exceptio. dilatorijs vbi plures in propo sito earũ annectit quæstiones. & hæc quo ad primam partẽ nostræ rubricæ, & quid sit perẽptoria in gl. sequẽte prosequemur.

Ibi, [peremptorias,] quæ ideo vocãtur q̃a perimũt rẽ de qua agitur, vt inquit im perator. in. §. appellãtur instit. de excep. l. 8. & l. 11. tit. 3. p. 3. cõgruentiusq; sm̃ Re buf. vbi sup. n. 25. dici possunt elisoriæ sm̃ Vbertũ ibi per eũ allegatũ. quẽ tñ ipse Re buf. optime ibidem reprehendit, quia pro prius perẽptoriæ vocãtur ab imperatore, & à DD. nostris peremptoriarum quæ ex
5 ceptionum † quin triplex species reperi tur, personæ, obligationis, iudicij, pœnæ, & accusationis, quas species prosequitur Rebuf. ibidem à n. 26. vsque ad. 34. inclu siue, vbi & ipse, num. 24. ponit aliam esse quasi peremptoriam, quæ cõtra testes op ponitur, de qua per text. in l. 11. tit. 3. p. 3. & quia non directe, sed per obliquũ testes reprobando, & ꝓbationẽ actoris, perimit

K 2 nego-

negotium, ideo quasi peremptoria vocatur, quæ & vsque ad conclusionem in causa, sicut peremptoria opponi potest iure ciuili, licet iure regio ex titul. 8. infra eodem tempus magis limitatum ad hoc assignetur, cum contra testes & actoris probationem opponitur quasi peremptoria hæc exceptio, sicut & in nostro text. ad peremptorias ipsas opponẽdas terminus restringitur, de qua exceptione contra testes opponenda an esset peremptoria tractabat, lapsus allegatione. 82. num. 10. & an exceptio perimens processum & red-
6 dens illum retro † nullum sit peremptoria, ita quod post litem contestatam opponi possit, tradit Bart. in l. quanuis indubitati finali col. C. de adulter. & à quo iure sint inuentę exceptiones tradit Didac. Perez hic colum. 1010. quæst. 6. appellationeque exceptionis notare debes, pro-
7 priè peremptoriam † exceptionem contineri, secundum illustrem D. Ant. de Padilla in l. 1. num. fi. C. de iuris & facti ign.

Ibi, [Y reconuenciones,] quæ quidem species exceptionũ sunt, secundum text. in l. papinianus. § si filius. ff. de minoribus. Bald. in l. si constante. 2. col. vers. item. n.
8 6. C. de compensat. Estq; iudicium † reconuentionale in quo deducitur secunda conuentio, quæ fit ex aduerso per reũ cõtra actorem, de quo loquitur dict. l. papinianus & auth. & consequenter. C. de sententijs & interloc. om. iud. & totus tit. extra de mutuis petitio. tradit Maran. in practica. 8. dist. principali in princ. titul. de iudicio conuentionali & reconuentio. pag. 138. in paruis cum pluribus sequentibus, vbi num. 1. dicto modo diffiniuit iudiciũ hoc reconuentionale, quod quidem quãdo proponi debeat in l. 1. huius tituli dicetur. hęc pro rubricæ declaratione sufficiant.

LEX I.

SVMMARIVM LEGIS.

Exceptiones declinatoriæ, vel peremptoriæ, quando proponendæ, probandæque sint, & scripturæ ad earum præsentandæ probationem in præsenti declaratur.

IBi, [Allegando pendencia,] hic habes text. clarum probantem, quod litis pẽ-
1 dentia, dicitur exceptio † declinatoria, quoniam cum text. in verbis seq. infra loquatur per dictionem, [o otra declinatoria,] quæ dictio (o otra) est repetitiua similium, secundum Bald. in l. conuenticulum. C. de episc. & cler. loquendo post de declinatoria, intelligendũ est necessario, præcedentem exceptionẽ litis pendentię declinatoriam iidẽ esse, nimirumq; hoc est, quia opposita litis pendentia corã iudice, eo quod coram alio lis pendebat, non potest iudex ille corã quo opponitur, procedere vlterius, ne continẽtia causæ diuidatur, reusque pluribus iudicijs vexetur, nam primo vbi cęptum est iudicium finiri debet, ex l. vbi cęptum. ff. de iudicijs, iudexq; secularis non debet procedere quãdo scit quæstionem verti coram iudice ecclesiastico, ex eo quod habetur in cap. tuã de ordine cognit. etiam si coram ecclesiastico solum tractetur de absolutione à iuramento, secundum Matth. de Afflict. decis. Neapolyt. 30. per totam, vbi hoc declarat, quoties hæc litis pẽdentia esset pręiudicialis causæ principali, non alias, vt puta si petita absolutione à iuramento interposito in quodam instrumento publico executiuo, ipsius instrumenti coram seculari petatur executio, quia cum obligationis instrumentum exequi possit absq; iuramento illo, non obstabit tunc illa litis pẽdentia, quia liti principali præiudicialis nõ iudicatur, sicut obstaret si ei præiudicialis esset, vt per Afflict. ibid. tãtũ enim obstat
2 & operatur quo ad impediẽdũ † processũ exceptio litis pẽdentiæ, quantũ exceptio rei iud. vt l. fundi & l. fundũ. ff. de except. rei iud. continẽtia enim causæ diuidenda nõ est, scd'm Afflict. decis. 354. & ibi opti-
3 me nu. 5. & nu. 13. prosequitur quot † modis

dis dicetur causæ continentiam diuidi, &
ideo inquit noster text. litis pendentiam
allegatam esse declinatoriam exceptionē
cum impediat, secundum iudicem de lite
corā alio prius cœpta cognoscere, & quā-
4 do dicitur cœptam † esse litem cum pri-
mo iudice, tradit Afflict. decis. 120. num.
13. & 14. in quo communis resolutio est
quod ad hoc vt iudicium cœptum dicatur,
& litem pendere, vt attentata reuocētur,
sufficit citatio, vt probari videtur in Cle-
mentina. vt lite pendente, notat Socin. se-
nior in consil. 38. vol. 1. nu. 8. quo ad hoc
vero vt lis mota dicatur, litis cōtestatio re
quiritur, secundum Villalo. in suo ærario
mill. com. opi. litera. L. num. 189. & quot
modis dicatur litem pendere, vltra Afflic.
vbi sup. tradit optime Ferrar. in sua pract.
in forma responsi rei conuen. glo. excep-
tionē fol. 35. quem refert Rebuf. in tract.
de exceptio. nu. 50. habesq; notare quod
licet antea iure ciuili exceptio hæc litis pē
dentiæ, ne continentiam causæ diuidere-
tur post litem etiam cōtestatam propo-
ni poterat, secundum Matth. Afflict. dict.
decis. 354. num. 8. & 9. nostra vero lege
attenta, non poterit, sed ante litem conte
statam est iā proponenda, & intra nostræ
legis terminum, sicut alia quælibet decli-
natoria debet proponi: & an surreptio de
tur in rescripto, si in eo litis penden-
5 tiæ † mentio non fiat, tractat Afflictis di-
cta decis. 230. num. 13. & an exceptio li-
tis pendentię posita reddit acta nulla, vide
Afflict. dict. decis. 354. nu. 1. cum seq.

Ibi, [O otra declinatoria,] puta ex defe
ctu iurisdictionis, quia iudex causæ illius
incompetens est siue ratione rei, siue per
sonæ, vel quantitatis, vel ex alia quacunq;
causa defectus, hic procedat, ex pluribus
6 enim causis † iudex incompetens dicitur,
de quibus per Cardinalem in Clementin.
2. q. 3. vt lite pendente, & Ferra. in forma
declinatoriæ gl. neq; fuisse, col. 2. vbi col.
4. ponit & tractat materiam declinatoriæ
6 circa iudicem delegatum. Declinatoria †
enim ante litem cōtestatam est proponē-
da text. in. ca. inter monasteriū extra de re
iud. & in. l. fi. C de exceptio. & in. l. excep
tionē. C. de probatio. notat Abb. & Dec.
nu. 11. & DD. in. c. pastoralis. de except.
& Lanfranc. declarando in. c. quoniā con
tra in versic. recusationes in princ. & Ma-
ranta in pract. titu. de appellatio. nu. 25. &
74. nisi secūdū eos ibidem de nouo esset
orta, vel ad notitiā partis nōdū veniret, dū
tñ postquā orta est, vel ad notitiā partis
peruenit, nō sit factus actus aliquis, secus
si fieret, quoniā idē esset ac si ante litē con
testatā esset orta, & habita esset notitia de
ea, secūdū Dec. in eod. c. pastoralis. n. 17.
de except. & hoc verū credere nisi in casi
bus alijs positis per Hippo. in. l. siquis nec
quæstio. n. 22. & 34. ff. de quæst. vel vt in
fine huius gl. dicemus, nō esset prorogabi
lis iurisdictio talis iudicis. Est tamen notā
dum, quod licet iudex sit incompetēs re-
spectu causæ principalis, tamen non est re
7 spectu accessorij † & incidentis, & ideo
condemnare poterit in expensis & inter-
esse, vnde sequitur, quod siquis impetrat
aliquem delegatum per falsum rescriptū,
licet ille sit iudex incompetens, quia res-
criptum falsum est, nec potuit sibi dare iu
risdictionem, tamen potest illum impetrā
tem in expensis condemnare, & etiam ip-
sum incarcerare, & idem in eo qui temere
addit iudicem incompetentem, secundū
Felin. & alios relatos per Maran. in pract.
4. p. 8. dist. de iudicio competente & incō
pe. nu. 2. & 3. pag. 181. in paruis, nisi iste
talis condemnandus in expensis esset cle
ricus, & iudex incompetens esset, quia se
cularis iudex erat, tūc enim etiam quoad
expensas tenetur remittere iudici ecclesia
stico competenti ex dictis per Iuliū Cla-
rum lib. 5. practicæ criminalis § fi. q. 36.
versic. est autem, vbi optime tradit an cle
ricus citatus per secularem teneatur com
parere, saltim ad allegandum priuilegiū,
8 nota tamen, quod suspectus † de fuga si
capiatur per iudicem incompetentem,
non est relaxandus etiam si petat vt rela-
xetur tanquam à non suo iudice captus,
secundum Xuarez optime, in titulo de
los emplazamientos sub. §. sed attende
quod numero. 47. pag. 468. quod est op-
timum & singulare. Et an siquis in instru-
mento dixerit quod vbique locorum pos
9 sit conueniri, † poterit declinatoriam al-
legare, vide Ferraram in dicta practica in
forma declinatoriæ, dicta glossa nec fuis-
set in principio, folio. 26. & de hoc
adest hodie pragmatica noua Madricij

 facta

facta per Philippum secundum Regē nostrū, anni. 1573. quę dicitur pragmatica de las summissiones. Notandum etiā est,
10 quod exceptio declinatoria cōpetens † principali, non cōpetit eius fideiussori, seu cessionario, ex. l. sed & si restituatur. §. 1. ff. de iudicijs, quod alibi non esse, asserit Roman. singulari, verbo, fideiussor, relatus per Matth. Afflict. decis. 206. sed si iudex omnino esset incompetēs causæ alterius,
11 quam illius de qua cognoscit, † tunc si in alterius causæ cognitionē se intromitteret, posset exceptio incompetentiæ quandocunq; allegari, secundū Bald. in. l. exceptionē. nu. 15. & ibi addi. C. de proba. notat Lanfran. in. c. quoniā cōtra verbo recusationes. n. 5. in addi. incipit. Tu dic, vbi pro cautela hæc ponit, vt taceatur vsque ad sententiā, in foro tamē conscientiæ ab hac cautela dicit ibi abstinendū, & ita intelligit hoc de incompetentia Abb. in. ca. pastoralis, num. 16. & ibi addi. de except. & in gl. infra sequenti, iterū dico, vbi allego Couar. ita tenentē, & tradit per cōclusiones Dec. in eo. c. pastoralis, nu. 11. & in glo. seq. alia de declinatoria dicemus, & ibi allego Couar. Hipp. & Did. Per. idem tenentes & declarātes, & sic inquit Dec. ibi quod si iurisdictio nō esset prorogabilis, puta quia est iudex ex cōmisione limitata procedens, non vero esset iudex ordinarius loci, tunc enim quandocunq; opponi posset, quia commisionem seruare iudex ille tenetur, & quidquid cōtra, vel præter facit, nullum est, vt per Mesiam in. l. de Toledo. n. fundamento. 2. partis, num. 1. cum seq. & iterum in. 15. fundamento. 2. part. nu. 1. & seq. & nota quod licet sententia nulla posit per partes in
12 vim pacti validari †, vt per Mesiam in. l. de Toledo. 6. fundamento. 1. partis. num. 6. dum tamen secundum Abb. consil. 61. numer. 6. volum. 1. postquam est lata per partes ex certa scientia approbetur, tamē si est nulla ex defectu incompetentiæ iurisdictionis, nec in vim pacti approbari poterit, secundum Aret. in. c. at si clerici in princip. col. 5. de iudicijs.

Ibi, [Nueue dias,] vt enim iudiciū substantialiter procedat, & ne actus aliquis inutiliter fiat, prius de declinatoria agendum est, & proponēda venit, & sic legitimanda persona iudicis, cum frustra partium personæ legitimarentur, si iudex esset incompetens, vel inhabilis, vel aliquo medio eius iurisdictio elidi posset, & ideo
13 ante omnia † de eius persona legitimandā trāctandum esset, secundum Baldum in. l. fi. C. de iudicijs vbi in propositum nostrum inter alia dicit, quod licet sit de necessitate, quod ante omnia in litis prosequutione, legitimentur tres personæ, scilicet iudicis, actoris, & rei, vel eorum procuratorum, quia in istis consistit figura iudicij, vt in. l. quidam referunt. ff. de iure codicillorum. l. non ignorat. C. qui accusare non possunt. cap. forus de verborum signi. tamen istorum trium prius debet interuenire legitimatio personæ iudicis, & ideo dicit quod rectus ordo iudicij est, prius opponere contra iudicem quam cōtra litigantes, prout & tradit Hippolytus in. l. siquis neque quæstio, num. 16. 18. & 19. ff. de quæstionibus, fol. 93. in paruis, & Felin. in cap. inter monasterium, num. 4. de re iudicata, folio. 133. & Couarr. in practica cap. 26. num. 2. & Rebuff. in dict. tractatu de exceptionibus, numer. 11. & quia prius debet legitimari persona iudicis, ideo debet prius allegari per partem eius declinatoria & iurisdictionis defectus, intra nouem dies lege nostra attenta, licet iure ciuili etiam vltra nouem dies & plures licebat declinatoriam allegare, dum tamen ante litis contestationem allegeretur, debebatq; ante litis contestationem, ideo proponi declinatoria hæc, ne reus in iudicem consentire videretur nō suum, secundum textum in. l. præscriptiones fori. C. de exceptionibus cap. cum inter monasterium de re iudicata, quæ & alia ad hoc allegat Didacus Perez hic columna. 981. in princip. quemadmodum, & quælibet alia exceptio dilatoria ante litis contestationem opponi de iure debebat, secundum text. in capit. pastoralis de exceptio. glo. in. c. quoniā cōtra in verbo exceptiones de probat. text. in. l. pomponius. §. rati de procurator. quem ad hoc allegat Maranta in practica pagina. 416. in paruis, sexta parte membro. 9. de exceptione, numero. 7. vbi numero. 8. & 9. hoc duobus limitat modis, & repertoriū Felini in verbo exceptio dilatoria regulariter

lariter non est proponenda, & sic recusatio iudicis in foro canonico opponenda est ante litis contestationem, nisi de nouo postea causa talis superueniret, secundum Bartolum & Alexand. & Ioan. de Imol. in l. quidam consulebant. ff. de re iudica. notat Marantain practica. 12. distinctione, numero. 6. & in titulo de appella. nume. 25. pagin. 558. & nume. 74. pag. 563. in paruis. quod adeo verum est, 14 quod si exceptio † declinatoria non apponatur in prima instantia ante litis contestationem, neque in secunda opponi potest, prout communiem testatur Iason relatus per Villalobos in dicto suo ærario mille communium opinionum, litera. E. nume. 149. vbi vsque ad numerum 154. inclusiue limitat eam, sed non in appellationis instantia non deductam dedeam, & non probata probabo, & fatendum quidem est, sed id procedit in termino ab homine statuto, secus in termino statuto à iure, vt hic, quia tunc si intra illum terminum non opponatur, non potest opponi etiam in secunda instantia, secundũ Rebuff. ita in terminis nostris asserentem in 2. tomo constitutionum Franciæ titu. de rescriptis artic. 3. gloss. 4. numero. 13. ideoque nec in secunda instantia licet dilatoriã in prima omissam opponere: imo quod plus est quod puniretur aduocatus si tale quid faceret, nam aduocatus non opponens dilatoriam exceptionem ante 15 litem contestatam † si post velit eam opponere punitur in vna libra auri, vt probat text. in l. penultima. C. de exceptionibus, Maranta dicta pag. 416. numero. 10. & sic si intra nostræ legis terminum nouem dierum dilatoria hæc non opponatur cum vsque ad illos nouem dies, secundum. l. 1. titul. supra proximi, lis sit contestanda, nullo modo post opponi poterit, & hæc est vera conclusio & tenenda ex text. nostro, quam aliquibus limitat Villalobos dicta litera. E. num. 149. vsque ad 154. & 13. modis limitat eam Felin. in c. exceptiones. num. 11. cum pluribus seq. de exceptio. & remissiue Socinus in reg. 126. exceptio declinatoria, & Bart. in l. quidam consulebant. ff. de re iud. & Dueñas regul. 263. & Padilla. l. 1. numero penultimo. C. de iuris & facti ignorã. in mil lite inquit se sustentare contra regulas cõmunes post litem contestatam admitti exceptionem dilatoriam, tũ communem regulam sequere, & an si per errorem non apponatur in termino, post admittetur quis ad hanc declinatoriam & dilatoriam exceptionem opponendam, in hac gl. di16 cemus, & an minor, † & vidua, & rustticus, declinatoriam in termino non allegãtes restituantur ad eius oppositionem & allegationem lapso termino, tradit Matthæus Afflictis in constitutionibus Siciliæ lib. 1. rubr. 27. num. 24. & an dilatoria modici præiudicij si in termino non opponatur, quod non restituitur minor, neque ecclesia ad eam opponendam, notat Decius alios allegando in cap. pastoralis, num. 18. de exceptionibus, & sic idem erit in declinatoria, prout post hæc reperi discepttatum per Molinam de primogenijs Hispaniæ lib. 3. cap. 13. numer. 60. & 61. fol. 102. partis. 2. & tradit Oroscius in l. de die. §. si seruus, num. 2. cum sequentibus col. 663. in fi. cum seq. ff. qui satisdare cogantur, & sic declinatoria l. penult. infra isto titu. concedente restitutioné minori ad opponẽdas exceptiones post terminũ, & cum (vt ad institutũ redeamus) dilatoriarum omnium principalior sit declinatoria iudicis, & quæ primo debet proponi. ex. l. fi. C. de exceptio. ideo prius de ea noster tex. (quã de alia) verba sua profert, 17 nam si alia priusquam declinatoria † opponeretur, et si dilatoria esset, illa alia prius proposita excluderet vtiq; remediũ allegandi declinatoriam, neq; posset vlterius declinari, secundũ Bart. & DD. in l. quidã consulebant. ff. de re iud. allegatos per Marant. vbi sup. d. pag. 414. titul. de excep. n. 5. cũ per oppositioné alterius, cuiuslibet etiam dilatoriæ exceptionis, quã declinatoriæ, iudicis personã, eam proponens, approbasse videatur, cũ tacite posśit multis 18 modis † approbari persona iudicis, secũdũ Hipp. in d. l. si quis neq;, quęstio. n. 23. fol. 93. in paruis. ff. de quæstio. imo & ꝙ plus est etiã si declinatoria prius opponeretur, & nihilominus iudex in causa processerit 19 si non appellatur † censetur in iudicem consensum esse & à declinatoria proposita recessum esse, secundũ Ferrar. in pract. in forma declinatoriæ, gloss. neque. co-

lumna. 2. ex traditis in cap. si à iudice, de
appellationib. in. 6. & in cap. ex parte ex-
tra eodem titulo, & per Bald. in. l. 1. C. de
ordine iudiciorum, nam per quemcunq;
20 actum † ante litem contestatam factum
ad petitionem actoris verè tacitè vel ex-
presse propositum, iurisdictio iudicis pro
rogatur, secundum Villalobos in dict. æra
rio, litera. I. numero. 273. communem
ex Aretino capit. 1. de iudicijs, num. 71.
asserendo, & hoc nisi declinatoria illa red-
21 dat retro iudicium nullum, quia tunc †
non censetur, in iudicem partem eam nõ
opponentem & actus facientem consen-
sisse, imo & post sententiam tunc oppo-
ni posset, secundùm Couarruuiam in pra
cticis capit. 33. numero. 2. versiculo secũ-
do illud, & Abb. in cap. pastoralis, nume.
16. de exceptionibus, & in glo. supra pro
xima dixi, putà in clerico; qui etiam cum
iuramento non potest consentire in nõ
suum iudicem, nec renuntiare foro, vt in
cap. si diligenti de foro competenti, tradit
Dominus Couarruuias, vbi supra. & in ca
pit. quamuis pactum in initio. 2. partis, nu
mero. 9. quia adest omninò defectus iuris
dictionis, ideo in quacunque parte iudicij
opponi potest, secundum Bartoli addit.
in. l. si expressim. ff. de appellatio. numer.
12. litera. G. tradit Didacus Perez hic co
lumna. 981. in fine, vel si causa agitetur in
instantia. 2. apud iudices limitatam iuris-
dictionem habentes, nam si causa est ma-
ioris summæ, & si non declinetur eorum
tribunal, non censetur, prorogatam iuris-
dictionem, vt (Deo volente) dicemus in
l. 9. titul. 17. infra isto lib. ideo, & tunc dẽ
nullitate hac & in ipsa executione senten
tiæ talium iudicum opponi poterit, alias
autem nisi prius opponatur declinatoria
intra nostri text. terminum, & intra illum
probetur, veram esse eius oppositionem,
post opponi non poterit; est tamen ve-
22 rum quod multoties iudices † in ipso ter
mino probatorio causæ principalis reser-
uant eam probandam declinatoriam, &
super eam in fine causæ pronuntiandum;
quod licet male fiat, tamen quia partes ta-
cent, & consentiunt, & non appellant, fie
ri per iudices sic potest; & reseruationes
hæ validæ sunt, secundum Rebuffum in
tractatu de exceptionibus, numero. 10.
& repertorij Felini in verbo exceptio fo-
lio. 47. columna. 4. versicul. finali, vbi op
time loquitur & in simili idem in regio
prætorio fieri testatur Molina lib. 4. pri-
mo genijs Hispaniæ cap. 4. numer. 40. &
23 41. & an exceptio loci † non tuti, quæ
dilatoria est, possit post litem contestatã
opponi, vide repertorium illud Felini ver
bo exceptio loci non tuti, folio. 47. col.
4. ad finem: habes tamen notare quod per
24 fideiussionem † de iudicio sisti, vel iudica
to soluendo, neque per satisdationem pre
stitam non videtur quis in iudicem con-
sentire, secundum Bartolum in. l. si con-
uenerit. ff. de iurisdictione omniũ iudicũ
relatum, & secutum per Hippolytum
in dicta. l. siquis nec quæstio, numero. 28.
folio. 93. in paruis. ff. de quæstionibus,
quam opinionem frequentiores tenere,
testatur Oroscius in. l. si conuenerit, col.
592. in princip. ff. de iurisdictione om-
nium iudicum, quia iudex non per fidei
iussionem hanc, sed per litis contestatio-
25 nem aditus † dicitur, secundum eundem
Oroscium ibi, & hoc nisi sponte quis fi-
deiussionem hanc præstaret, nam tunc
censetur declinatoriæ renuntiare, secun-
dum Hippolytũ in dict. l. siquis nec quæ-
stio, numero. 27. folio. 94. ff. de quæstio-
nibus, dum tamen sciens se non teneri ad
eius præstationem præstet eam, tũc enim
sponte eam offerens videtur in iudicem
consentire; secus vero si ignoranter, nam
tunc secus dicerem, vt ibi per eund. Hip-
poly. de Marsilis, & sic intelligo concor-
diam Alex. in. l. quidam cõsulebant. n. 24.
ff. de re iud. prout ipse ibi intelligit, & de-
clarat, aliter enim iuridicam non crederẽ,
vt pote, quia destrueret dictã communẽ,
& in dubio crederem scienter præstari, tã
quam in iure hoc consistat, nisi sit minor,
vel rusticus, miles, aut fœmina, secũdum
Alex. vbi sup. vel nisi & secundo, secundũ
Hippol. ipsum ibi, nu. 29. satisdaretur co-
ram iudice vt reuocet tenutã, quam quis
detinet ex. 1. decreto, nã per satisdatio-
nẽ censetur in iudicem consentire, ac pro
inde declinatoriã allegare nõ poterit, in-
quitq; ipse Hipp. ibi. n. 33. & 35. & Oros.
26 vbi sup. quod per constitutionẽ † procu-
ratoris ad respõdendũ corã iudice, vel ad
disputãdum super exceptionibus, vel per
petitio-

petitionem copiæ libelli ab aduersario
producti, non censetur quem declinato
riæ renuntiasse, vbi & numer. 34 ponit
alium casum vbi post litem contestatã
opponi potest declinatoria, & DD. alios
num. 35. maxime Felinum, in capi. cum
inter. de re iudicata, & Lanfrancum. §. de
his tractantes allegat. Item nota quod
27 in criminalibus etiam post litis † conte-
statione potest declinatoria opponi, se-
cundũ repertoriũ Felini in verbo excep-
tionem dilatoriam proponens folio. 48.
colum. 1. vbi hæc & alia proponit opti-
ma in propositum, & an per purgatione
28 contumaciæ, si ea purgata † velit pars
declinatoriam opponere poterit tradit
Matth. Afflict. in constitutionibus Sici-
liæ lib. 1. rubr. 97. §. 1. numer. 11. sed nũ
in princ. libelli debet apponi exceptio
hæc incompetentię cum protestatione
29 quę solet fieri quod ante omnia † decla
retur super incompetentia ad hoc vt al-
legatio deinde dilatoriarum ei non ob-
stet, an vero sufficiet & si in finem libel
li allegetur cum protestatione dicta, &
in hoc Didacus Perez hic colum. 981.
versicul. 1. dubitatur, cum tribus sequen
tibus ponit distinctionẽ distinguendo
duos casus, scilicet quod aut nulla com-
petit iurisdictio iudici tali, & tunc & si
in principio non opponatur, poterit
quandocunque opponi, prout & tenet
Hippolytus, in d. l. si quis nec quæstio
nume. 34. ff. de quæstionibus, & in hac
glos. iterum dixi, aut vero competit iu-
risdictio, & tunc aut habens proponere
declinatoriam, eam omisit scienter &
tunc lite contestata vel lapsis nouem die
bus nostræ legis opponi non potest, se-
cus vero si ignoranter & per errorem,
quia tunc, & post opponi poterit, in du-
bio tamen scienter omisisse credendum
est, si in iure, vel in facto proprio, vel ꝙ
quis indagare tenetur accidat, intelligo
rem, secundum Felin. in capit. inter mo-
nasterium nume. 9. extra de re iudicata,
tradit Alexander in l. si per errorem nu
mer. 7. ff. de iurisdictione omn. iudi. glo.
2. in l. 15. titul. 22. partit. 3. dum ad Spe-
culatorem se remittit, nisi ex personæ
qualitate aliud suaderi posit, vt inquit
Felin. vbi supra & Alexand. in l. quidam
consulebant num. 24. ff. de re iudicata,
puta in rustico ignorante, qui quidẽ per
errorẽ censendũ est omisisse nisi ꝓbare
tur esse ita sagacem quod hoc intellige-
bat, & sciebat, sicut & in rustico sagace
contractum illicitum faciente præsumi-
tur scienter fecisse illum, secundum
Thom. Ferrariens. cautela. 17. & cum
scienter omissam esse præsumatur, non
30 sufficiet † solum iuramentum, quod de
nouo ad notitiam peruenit, ex dictis in
cap. nulli de electione in. 6. tradit Abb.
in cap. pastoralis extra numer. 8. de ex-
ceptionibus, id tamen lege nostra atten
ta verum crederem, quoties verisimili-
tudo adest de scientia rei ipsius, super ta
li exceptione, puta quia publicum erat,
secus alias quia tunc iuramentum suffi-
cit ad probandum de nouo ad notitiam
peruenisse, nisi expresse probetur con-
trarium vt per Abb. vbi sup. licet si in iure
consistat error, non desint qui teneant
etiam rusticum & mulierem tunc non
excusari, cum iura scire teneantur,
vt inquit Decius in dict. capi. pastoralis
nu. 19. de exceptionibus, & hæc proce
dere intelligendum est quo ad hoc, an
ante litem contestatam opponi hæc ex
ceptio posit, si tamen & in ipso libello
contestationis opponatur exceptio hęc
declinatoria quantumcunque in fine li-
belli opponatur, cum protestatione ta-
men, quod non intenditur in illum con-
sentire nisi in quantum de iure locus
est & potest, & quod ante omnia hanc
proponit declinatoriam, & petit super
ea pronuntiari, quantumcunque in eo-
dem libello litis contestatio præposita
fuerit siue scienter, siue ignoranter, op-
time proposita censetur, quia proposita
protestatione illa quod prius super ipsa
declinatoria censeatur cognosci, & cog
noscatur, & pronuntietur, optime pro-
positum esse, & iuridicum censendum
est, ex dictis per Baldum & alios relatos
per Hippolytum, in d. l. si quis nec quæ-
stio numer. 24. ff. quæstionibus & Felin.
in capi. cum M. nume. 66. cum quatuor
sequentibus de constitutionibus & De-
cium in cap. pastoralis numer. 11. versi.

adde tamen, extra de exceptionibus, & hoc dummodo dicta protestatio supradicto modo facta sit, alias nihil ages, secundum Hippolytum, numero. 27. ibidem, & iterum in l. de vnoquoque nume. 146. ff. de re iudicata, & Præpositum in capit. solicitudinem, numero. 71. & 72. de appellationibus, & Rubeum in repetitione legis non solum §. mortem. num. 174. de noui. ope. nuntiatione, relatos per Didacum hic colum. 983. in fin. & Rebuffum in. 3. tomo de constitutionibus Franciæ titulo de contumacia artic. 2. gloss. vna, numero. 21. & 22. vbi ponunt formam opponendi declinatoriam, quæ notabis, vt scias eam proponere, & contra eam opponere, si perperam proposita fuerit, maxime quoties hodie secundum textum nostrum, exceptiones aliæ dilatoriæ, & litis ingressum impedientes proponendæ sint, insuperque in fine propositionis declinatoriæ, addes quod per actum illum vel perquencumque infra lite illa durante faciendum non intendis in iudicem consentire, neque ab illa declinatoria recedere, sed q. in vnoquoque actu insuper protestaris declinatoriam propositam esse, & si non exprimatur, acsi de verbo ad verbum exprimeretur, alias enim nisi ita protesteris, fecerisque post aliquem actum absque protestatione, quod à declinatoria illa non intendis recedere, videris ab ea recessisse, secundum Felinum in dict. cap. cum. M. numero. 68. & 69. & nota quod à sententia qua quis pronuntiat se iudicem esse, vel

31 non esse appellari † potest, secundum tx. in l. 3. titul. 18. infra isto lib. vt & ibi Deo volente dicemus, & si non appellasti actus post gestus à iudice illo se pro tali pronuntiante & si talis non esset, validus erit, secundum Bertachini additionem in repertorio in verbo forus versic. 10. per totum, vbi late loquitur, & an exceptio excusionis

32 nis † sit dilatoria vel peremptoria, dic quod est dilatoria, & ideo intra nouem dies debet allegari, non vero post secundum côciuem Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio. 1. parte. cap. 23. numero. 14. & 15.

Ibi, [Y que eneste mismo termino,] hic habes text. expressum disponêtem quod licet apponatur per reum conuentum alia qua ex exceptionibus impedientibus litis ingressum, quæ referuntur per DD. per me relatos in l. 1. supra titulo præcedenti in glossa conosciendo, per oppositionem quarum exceptionum, & cuiuslibet earû iure ciuili quis non tenebatur respondere petitioni actoris, quia litis ingressus impediebatur, secundum textum in. l. apertissime. C. de iudicijs, & text. in cap. suspitionis de officio delegati, & contestationem litis facere non erat necesse, secundum Hostiensem, in cap. veniens, de renuntiatione & additionem Capellæ Tolosanæ. 29. quæ & iura alia ad hoc allegat & Marâta in pract. 4. part. distinctione. 20. de iudicijs præiudicia, & non præiudicialibus, numero. 17. pag. 260. in paruis litisque contestatio impeditur, secundum Bartolum in l. cum quærebatur numero. 3. ff. iudicatum solui, hodie tamen

33 † ex text. nostro non impeditur processus, quin debeat vlterius, & super principali in simul cum declinatoria, & sic cum exceptione impediente litis ingressum, procedi, imo & procedendum est, prout ex text. nostro verbis clarissimis probatur, ne sit causa si aliud fieret lites differendi, fortasis enim si declinatoria, vel exceptio alia litis ingressum alias impediens non probaretur neque locum haberet, esset necesse denouo super principali procedere, quod nô est, cum ex text. nostro in simul cum eadem negotio principali agendum est, & ita per text. nostrum asserit glossa magna in medio legis. 3. titul. 10. part. 3. & glossa. 1. in l. 5. infra eodem titul. 10. part. 3. per text. etiam expressum in l. 10. titul. 3. partit. 3. & ibi glossa per quem, & ita tenet Villalobos in sua antinomia iuris ciuilis & regij litera. E. num. 10. & ita videmus fieri & practicari, & quia hoc modo, & ab ipsa declinatoria denegata, & à principali negotio, si in eo & pars grauata sit in simul appellare potest, quamuis ipsemet Gregorius Lupus in. l. 11. titu. 3. part. 3. aliud velit, dum specialitatem in hac exceptione incompetentiæ iurisdictionis inducere vult, quasi aliud esset in alia exceptione impediente litis ingressum, sed fallitur, nam in quacunque lex nostra loquitur, & procedit indistincte, licet si ipse iudex voluerit super declinatoria pronuntiare, constando de ea

ea intra nouem dies nostri text. poterit si certum est eam competere, puta quia in promptu est eius probatio, prout & iure ciuili dispositum erat, vt patet ex Bartolo relato per Repertorium Felini in verbo, Exceptiones delatoriæ. folio 48. col. 2. in principio, & hoc ne partes inanibus expensis molestentur, pro quo facit dictum Didaci Peretij libro. 3. ordinamenti. col. 870. in fine cum sequenti, colum. 871. in principio. & sic procedit illud Gregorij Lupi in dicta. l. 11. & tenet expressè gl. 1. in. d. l. 10. tit. 3. part. 3. secus vero si altiorē indaginem requireret talis exceptio litis ingressum impediens, nam tunc ad diffinitiuam reseruatur secundum Felinū Reperto. vbi supra. & Bartol. in. l. cum quærebatur. ff. iudicatum solui, & sic Molina, referens quæ sint quæ requirant altiorem indaginem, in loco infra allegando concilliat leges Partitarum, quæ contrariæ erāt, ex quo per eundem Molinam in eodem loco scilicet, in de primogenijs Hispaniæ libro. 4. capit. 9. nu. 41. & 42. asseritur in
34 Regijs † conuentibus inualuisse styllum vt apposita simili exceptiōe fiat prouisio, vt eam proponens litem contestetur, & ad diffinitiuam reseruatur pronuntiatio super exceptione illa, cum principali negotio, prout in declinatoria supra dictum fuit in hac. l. in gloss. supra proxima, & idē in oppositione contra testes & instrumēta proposita, inquit glossa dictæ. l. 11. Bene tamē crederem posse intelligi id quod dixit Gregorius Lupus in. d. l. 11. Alio etiam modo, scilicet quoties opponeretur exceptio litis pendentiæ, vel alia declinatoria, quæ taliter impediret processum, q̄ si super ea non pronuntiaretur non posset negotium principale expediri. Tunc enim prius super ea esset pronuntiandum quàm super principali procederetur, & hoc est quod inquit Barth. Socin. consil. 38. nume. 7. volumi. 1. quod quando sit, negotiorum experientia aliquando docebit, & ita tenet gloss. in. l. 11. titul. 3. part. 3. Sic etiam exceptio contra testem ali-
35 quem opposita † non impedit litis ingressum & progressum super negotio principali, secundum glo. 1. in. d. l. 11. titul. 10. part. 3. quāuis pro text. ibi aliud ante nostram legem seruaretur. Sic & lege nostra iam attenta censetur litem contesta-
36 ri, si proposita declinatoria † negetur petitum, licet antea secus esset, vt patet ex dictis per Didacum Perez hic col. 866. quæst. 14. & tenebat Abb. in cap. si clericus. in fine. de foro competen. relatus per glo. 3. ad finem. in. l. 3. titul. decimo. partita. 3. nam cum ex. l. nostra & l. 1. supra titul. proximo, per verbum nego sit contestatio facienda, eo ipso q̄ negatur petitum censetur contestatum, etiam si declinetur iurisdictio, præsertim cum ex text. nostro debeat fieri litis contestatio etiam opposita declinatoria vt vides, & sic quo ad forum seculare hoc sine dubio est, licet quoad ecclesiasticum forum, & dicta per Abb. & Didacum Perez, vbi supra obseruantur & obseruabuntur, vbi aliud de styllo & consuetudine non esset introductum: habes tamen notare q̄ propter con
37 tumaciam perdit † quis priuilegium allegandi declinatoriā & dilatoriam peremptoriasque exceptiones, dum tamē super ijs exceptionibus pronuntietur, secundum Deci. consil. 107. col. 1. & quomodo tunc declarabitur, declarat Rebuf. in tomo. 3. consti. Frān. tit. de contumacia. arti. 8. per totum. de ijs agit, & nu. 10. sic declarat, & cum alijs limitat, licet in iudicijs in quibus agitur de veritate inspicienda, non ita strictè hęc obseruabuntur, neque obseruanda forent, sed alia pœna esset contumax comparens post contumaciam puniendus. Ex quibus itidem nota-
38 bis q̄ per solam declinatoriæ † exceptionem non contestatur lis, vt diximus in. l. 1. tituli præcedentis, in glo. conociendo, & hac ratione lex nostra iubet in simul cum declinatoriæ propositione litem cōtestandam. [Ibi, Baste allegarlo] hic habes text. probantem q̄ notoria licet non
39 indigeant probatione †, indigent tamen allegatione, vt inquit glo. in Clem. appellanti. de appellationib. Doct. in cap. 2. vt lite non cont. cōtra gl. ibi, Cardi. in Clem. 1. quæst. 22. de foro compe. Barto. in. l. 1, ff. de exceptio. nisi quando notoriū esset locum non esse tutum, quoniam tunc neque allegari necesse est, secundum Innocent. in cap. præterea. de dilatio. & ibi Docto. q̄ pro nunc non affirmo. Item habes hic text. in ijs verbis approbantem opinio

nem

nem Bald in l. 1. C. quom. & quando iudex. & in l. non dubium. C. de legib. & Ang. & Alexan. in l. 1. ff. de exceptio. & Aretini in l. necessarijs. col. 3. ff. de acqui. hæred. dicentium quòd exceptio notoria
40 † quamuis probatione non indigeat, indiget tamen propositione, ita tenet Bertachi. in repertorio. verbo, notorium probatur. in fine. cōtra Specul. de iudice deleg. §. 7. versic. item si est suffraganeus, & de citatione. § 1. versic. sed quid si citatus, & pro limitatione dictæ Clemen. appellanti, vide Felin. in cap. cum ordinem. nu. 11. de rescript. & Couar. in cap. Raynuntius. §. 11. num. 3. de testam. & glossam illam dictæ Clementinæ dicit communiter approbatam Ias. nume. 12. Orosci. col. 658. in princ. l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisdare cogan. idem Orosci. in d. l. illicitas. §. veritas. col. 454. in fine. ff. de offic. præsi. & Didacus Per. in 7. quæst. procem. ad l. ordi. primæ partis.
41 [Ibi, Veynte días] Iure ciuili tēpus † proponendi exceptiones peremptorias arbitrarium erat, secundum Villalobos, in sua antinomia Iuris ciuil. & Reg. litera. L. nu. 9. & idem erat de iure Partitarum, ex tex. & ibi gloss. dat. in l. 8. titul. 3. part. 3. & iure Canonico iuxta c. de testibus, cum gl. fin. recepta, extra de testib. notat Nauar. in cap. acceptam. in procemio, num. 5. de restit. spol. poterantque vsque ad sententiam proponi, non verò post, secundum text. in l. peremptorias. C. sent. resc. non posse. notat Dida. Perez, hic col. 1008. nisi speciali priuilegio, vt l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & ibi Doct. moderni, maximè Menesius nu. 1. Ex lege tamen nostra restrictum est tempus proponēdi exceptiones has peremptorias ad viginti vsq; dies numerando à die litis contestationis, & sic terminus viginti dierum ex auth. offeratur. C. de lit. contest. ad contestandum datus ex text. nostro ad propositionem exceptionum peremptoriarum & præiudicialium mutatus est. Et an terminus hic viginti dierum per iudicem prorogari,
42 † vel abbreuiari possit, pendet ab illa quæstione, de qua iam alibi diximus, num terminus legalis progari vel abbreuiari possit, de quo vltra à nobis dicta reperi post modernum Mesiam, in apparatu ad l. de Toledo 14. fundamento. 2. partis nu. 21. plures allegantem & plura dicentem, & hac in quæstione, causa existente communis & vera opinio est, teste Ias. in l. 2. nu. 30. ff. de re iudi. quòd prolongari, vel abbreuiari possit, idque ex iudicis pendet arbitrio, prout quotidie videmus, deberet tamen saltim verbaliter causa exprimi in cōcessione prolongationis vel abbreuiationis. Est tamen verū, quòd in casu in quo terminus hic viginti dierum abbreuiatur,
43 abbreuiatio hæc † non excludit partem, quin termino huius abbreuiationis lapso non possit has excepciones proponere, nam equidem poterit, sed efficit abbreuiatio talis, vt facilius & breuius terminus probationis assignetur, sed an erit necesse appellare, vel sufficiet contradicere abbreuiationē, vel prolongationem, vide Bertachin. in repertorio suo, verb. dilatio etiā. versic. 43. Et nota quòd exceptio impediens litis ingressum si ante litem contestatam
44 non opponatur †, potest post opponi in modum exceptionis peremptoriæ secundum Abb. in cap. Pastoralis. col. 3. de exceptio. relatum & secutum per gloss. in l. 9. part. 3. titul. 3. & in l. 8. eiusdem tit. 3. par. 3. inquit glo. quòd nonnullæ exceptiones in termino peremptoriarum proponi possunt, sufficietque secundum gl. 1. in ead. l. 8. proponere exceptiones peremptorias infra terminum nostræ legis quamuis ad hoc aduersarius non citetur.
45 [Ibi, Prejudiciales,] quæ quidem † solent opponi contra actoris personam, vel procuratoris sui, dicendo eum esse illegitimum, vel seruum, vel huiusmodi ad repellendum eum ab actione proposita, secundū Dida. Perez, hic col. 1007. versi. præiudiciales sunt, vbi allegat plures doct. de ijs præiudicialibus exceptionibus tractātes, vltra quos traditur etiam per Marant. in pract. 4. par. dist. 20. de iudi. præiud. & nō præiud. licet & in terminis nostri tex. præiudicialis exceptio verificari potest aliquo ex illis modis, quibus præiudicialem exceptionem nasci dicitur, puta si causæ aliquæ ita se contingant, quòd sententia lata in vna parit præiudicium in alia, vt per Barthol. Socinum, consil. 58. nu 7. volum. 1. vel alio ex modis traditis per Ias. in §. præiudiciales. Instit. de actio. quarum præiudicia-

dicia-

dicitur excepcionum propositioni lex nostra terminum assignat sicut & peremptoriis, & sic praeiudiciales hae exceptiones non impediunt litis ingressum, neque progressum, vt nouissimè post haec mea scripta vidi per Olanum in sua concordia Antinomiarum Iuris ciuilis & regij litera E. num. 16. sicut neq; impediunt aliae exceptiones, quae alias impedirent ingressum litis, sed opponendae erunt † in vim
46
exceptionum peremptoriarum, nisi in promptu de eis constaret, quoniam tunc statim impedirent, secundum gl. in l. 10. tit. 3. part. 3. & sic quamuis ante litem contestatam opponenda erat exceptio impediens litis ingressum, vt rei iudicatae, tamen durante lite potest opponi in vim peremptoriae, secundum glo. finalem in fin. in l. 7. titul. 18 part. 3. & voluit gloss. in l. 9. titul. 16. part 3. & exceptionum impedientium litis ingressum aliquas commemorabant Barth. Socin. in d. consi. 38. & Doct. in c. 1. de lit. cotest. in 6. & melius omnium Angel. Aret. in §. actionum Instit. de actio. versi. quaestio quando actor vult, vbi ponit 42. exceptiones.

[Ibi, No sea oydo, ni admitalo a la alegar, ni oppoñer.] Idem iure ciuili statutū erat, vt lapso termino per iudicem assignato ad oppositionem & propositionem peremptoriarum exceptionum, vlterius proponi † non possent, secundum Bart. in l.
47
mancipiorum. num. 3. col. 2. ff. de optione lega. Saly. c. in authen. at qui semel. col. 2. C. de probatio. & alios relatos per Didac. Perez, hic colum. 1021. versi. est praeterea, alias enim frustra termini assignatio fieret, & de nihilo deseruiret, prout ipse Didacus in col. 1020. versi. post lapsum, inquit idemq; iure Regio statutum erat, secundum tex. in l. 9. in fine. titul. 3. part. 3. & gloss. ibi non deue: ita notat, imò non sufficit intra hunc terminum factum probare, nisi & exceptio ipsa proponatur anteà, secundum glo. in l. 8. titul. 3. part. 3. sufficeret tamen secundum eam ibi narrare factum ex quo resultet exceptio. Et an in criminalibus proponendae sint exce-
48 ptiones & defensiones † intra terminum nostri text. gloss. in d. l. 8. inquit quòd sic, mihi tamen non placet, neque communi practicae & styllo, quia & post nostri text. terminum opponi possunt per reum accusatum vsque ad conclusionem in causa, ex l. vnius. §. cognituri. ff. de quaestio. & tenet Rips in l. admonendi. nume. 49. ff. de iurejur. haec tamen nostri tex. regula fallit in multis casibus positis & relatis per Dida. Perez, hic d. col. 1021. & 1022. & itidem post rem iudicatam opponi possunt exceptiones multae peremptoriae, de quibus per Doct. praesertim Menesium, in l. 1. C. de iur. & fact. ign. num. 30. cum aliquibus antè & post, quarum prima fallencia & singularis erit ex text. in l. 22. titul. 11. libr. 5. infra, scilicet in exceptione
49 † Macedoniani, quae quidem & post nostrae legis terminum opponi poterit, imò & in ipsa executione sententiae contra minorem latae virtute obligationis contra dispositionem illius l. 22. contractae, cum iudicium reddatur retro nullum, quonia obligatio ex eadem et lege 22. nulla est, & cum nullitas sit notoria ex inspectione instrumenti, etiam aduersus tres sententias opponi posset, secundum Menes. & Didac. Perez, vbi supra. Item & secundo non procedit text. noster & eius conclu-
50 sio, in exceptione †, quae de sui natura inest ipsi actioni, vt in pactis incontinenti appositis, vel in ijs, quae tacitè intelliguntur, & insunt ex natura contractus, nam licet in termino non allegentur, sufficit postea in allegationibus eas allegare, secundum Suarez in l. postrem. versic. sed pro euidentia numer. 40. pag. 516. col. 2. in medio. & Didac. Perez hic col. 1010. versic. quid autem. & iterum in d. col. 1021. & idem si ex aspectu & rei euidentia constaret possessa de iustitia opponentis, ex dictis per Tiraquel. optimè de retroct. lin agier. glo. 1. §. 4. num. 37. cum seq. vel si ex processu resultaret, vel esset talis, quòd quamuis non opponatur, tenetur iudex ex officio ad eam attendere, cum secundum veritatem iam sit sententia proferenda, secundum Villalobos, in aerario mille com. opi. litera. E. num. 160. & tenet Tiraquel. vbi supra nu. 40. & Messia in l. de Toledo, in 20. fundamento. 2. partis, nu. 12. cum sequent. aliquibus, sicut in executiuis si ex
5 instrumentorum lectione † constat de exceptione executari, licet non allegetur per eum, non est executio facienda, si ex-

ceptio

ceptio illa est sufficiens ad impediendam
executionem secundũ Alex. in l. 4. §. con
demnatum. nu. 8. ff. de re iudi. & Auend.
c. 16. prætor. nu. 11. in medio, lib. 1. & Sua
rez in l. post ré. pag. 330. in prin. & iterũ,
pag. 326. cũ seq. plura notabilia in proposi
tum dicit, & Mesia vbi supra. Item non
procedit nostra conclusio respectu tertij
alicuius pro suo interesse comparétis, nã
eius respectu lapsus termini 20. dierũ no-
52 stri tex. nihil impedit, quin terti' ipse op
ponere posit exceptionem, quam habet,
nam equidem poterit, secundũ Felin. &
Barbat. in c. super eo. de offi. dele. Gome
zium in c. cũ in multis. nu. 93. de rescript.
in 6, allegatos per Villalobos in Antimo-
nia Iuris ciuilis & Regij, litera. E. nu. 9. Et
53 si an minor. 25. annorũ admittetur ad ex-
ceptiones proponendas lapso termino no
stri tex. Didac. Perez, hic col. 1009. versic.
quæstio vtrũ iure speciali, inquit q sic, ex
glo. cõmuniter approbata in l. postquã li
ti. verbo, nulla ratio. C. de pactis. nam per
generalem prouisionem nostri text. non
censetur speciali restitutionis derogatum
vt alibi dicemus laté, & quia licet quis nó
admitteretur per remediũ ordinariũ, ad
has proponédas exceptiones lapso termi-
no, per officij tamen implorationẽ admit
tetur petẽdo, vt iudex se informet de tali
exceptione, secundũ Hippoly. in pract. §.
opportune. nu. 55. & 57. & Lanfranc. in
c. qm̃ cõtra. de except. nu. 9. fol. 35. in par
uis, extra de probat. & ad hãc limitationẽ
debet Aduocatus attendere, nam est opti
ma ad nostrũ text. & prodesset multũ ad
hanc implorationẽ petendã, habere iudi-
cem fauorabilem, & cum maioribus con
cedatur à fortiori minoribus cõcedetur,
si remedio restitutionis vti noliat, nam si
vellent possent, vt dictũ est, & probatur
ex l. 5. j. eod. punirētur tamẽ talis minor
ex l. 6. j. eod. pœna ei imposita si non pro-
baret exceptionẽ illam, ex vi restitutionis
proponendam. Est tamẽ optima & noua
quæstio num. l. 9. tit. 17. j. hoc lib. atten-
55 ta l, qua disponitur solã facti veritatẽ esse
attendendam, admittetur indistincté qui
libet reus ad opponendas peréptorias ex-
ceptiones lapsis. 20. dieb' nostri tex. quan
uis nullam causam alleget ad excusationẽ
negligentiæ, & videtur asserendũ, q non
admittãtur, quia lex illa. 9. circa terminos
legales partibus assignatos nihil disponit,
neq; prouidet, tum quia lex illa vt cõmittẽ-
dendam veritatẽ, cum processus est iam
sententiari paratus, non vero cum proce-
ditur in iudicio circa fulminationem pro-
cessus, prout ex verbis illius legis patet, tũ
etiam quia non est censendum legem nõ
strã corrigere. Nihilominus tamen cõtra
rium credo asserendũ, imò q dictæ exce-
ptiones etiam lapsis. 20. diebus sint admit
tendæ sub protestatione, q in eis & super
eis etiã terminus probatorius censeatur
assignatus, idq; sola hac ratione sufficeret
probare scilicet, q cum terminus proba-
torius sit vtriq; parti cõmunis, si pars peti
ta, & sic reus non posset opponere tunc
exceptiones has, probare non posset, nõ
enĩ sufficit factũ probare, si factũ ipsum an
teà propositũ nõ sit, vt pars aduersa cõtra
factũ illud, & sic cõtra exceptiones defen
dere se posit, ergo vt vtraq; pars probare
posit super exceptionibus illis necessariò
fatendũ est, opponi posse exceptiones su-
per quibus probationes ipsæ fundẽtur: itẽ
quia quomodo veritas in processu appare
re posset, nisi reus defensiones suas pro-
poneret & probaret, & parti aduersæ no-
tificatæ forent, pro quo facit in argumen
tum l. 5. ad finẽ. tit. 9. j. isto lib. tuncq;, ne
hac de causa detur occasio non proponẽ-
di exceptiones has in termino, eas nõ pro
ponentem condemnarem in expensis re
tardati processus, non enim debet ppter
hoc actor ipse nouis expensis grauari: itẽ
exceptiones super iure naturali fundatæ
sunt, vt probat text. in Clem. sæpè. de ver
bor. signific. quia defensio rei in eis consi
stit, naturalia tamen quæ sunt, tolli non
possunt, neque immutari, vt in §. sed natu
ralia. Instit. de iure natu. gent. & ciu. ergo
neque per text. nostrum immutatum est
censendum, neque defensionem subla-
tam. & sic poterunt exceptiones hæ op-
poni lapso termini, prout in aliud proposi
tum tenore videtur Ferrara in practi. in
actione reali glo. summari, in fine, & ex-
presè in nostris terminis tenet Doctissi-
mus Couarruuias in Practic. Quæstio-
num. capit. 26. numero secundo. versic.
primo: & apud superiores sic esse stylũ
lum fatetur Modernus Olanus, in suo
Epilogo

Epilogo legum Partitarum, in. 3. partita, nu. 20. quamuis ipse ibidem dixerit per inferiores non admitti styllum hunc, & male, nam & apud eos admittitur quotidie stylus hic, & Practica curiæ, apud inferiores seruanda est, omnis enim eorum actio nostra debet esse instructio, satisque videtur legem nostram contentari, q in expēsis retardati processus condemnetur reus si negligens in hoc fuerit, non verò vt ita strictè verba nostri text. amplectamur, vt omnino reus excludatur à defensione, & sic à propositione exceptionum suarum, & ita vidi pluries admitti & allegaui & feci, quicquid vellit Nauarrus vir alioqui doctissimus, in procem. capit. acceptam. num. 5. de resti. spol. cuius opinio posset procedere quoties post publicationem attestationum reus exceptiones proponeret, & peteret admitti ad probandum super eis, tunc enim nisi esset persona priuilegiata, nullo modo esset admittendus. Potest tamē iudex reijcere exceptiones,
56† quas malitiose propositas esse apparet, vel præsumit, secundum Innoc. post glo. in cap. post electionem. de conceß. præb. relatum per Mesiam in l. de Toledo in 14 fundamento. 2. partis nu. 26. & 29. inquit præsumptionem adhoc debere esse vehementem.

Ibi, [Por las consideraciones susodichas,] scilicet, quia de nouo venit exceptio hæc in notitiam rei, prout iure quando ipse reus asseruit, tunc enim admittendæ sunt, sicut & post litis contestationē admittitur quælibet dilatoria exceptio, quæ de nouo peruenit in notitiam rei, secundum D. Couar. in Practi. c. 26. nu. 2. per totum, hoc intelligentem & restringentem vno modo, quem refert Villalobos, in suo ærario com. opin. litera. E. nu. 151. cum. 2. sequent. neq; dicta per text. nostrum vetantur aut negantur, immo permittitur, dum lex nostra se refert ad. l. 1. tit. de las demandas. supra isto lib. quę fuit prima lex legum de Madrid, quarum quidem hæc nostra fuit octaua, & ex illa. l. 1. cum iuramento partis iurantis de nouo ad suam notitiam peruenisse admittitur reus ad opponendas exceptiones post terminum, ergo & illud etiam censetur legem nostram disposuisse, cum ad illam se referat, idemq; erit si pars iurauerit dubitasse, an anteà exceptiones illæ illi competerent, secundum Castillo in l. 2. Tauri, verbo, de las dichas leyes, versic. ex quo notanter infero, per text. in l. fin. §. sinautem dubius. C. de furtis, probantem, ita parti dubitanti, sicut ignorāti & erranti succurri, tūcq; si eas reus iurās ignorasse non probauerit, punietur in expensis retardati processus, sed in casu in quo eas non ignorabat, sed ex negligentia omisit eas proponere in termino, quamuis post terminum intra dies probationibus asignatos opponi posint & sint recipiendę; secundum meam opinionem, quæ fuit anteà Domini Couarr. vt glos. præcedenti dixi, siue exceptiones has proponens probauerit, siue non, adhuc tunc in expensis retardati processus propter hoc, debet cōdemnari, eò q negligentia in hoc plus debet damnificare partem, quàm ignorantia, & dubietas, & secundum hæc non est necessarium examinare quæstionem illā glossæ finalis in l. 9. tit. 3. part. 3. quærentis, quid si postquàm reus iurauit de nouo ad suam notitiam prouenisse exceptiones illas, & sibi concessus est terminus ad eas proponendas & probandas, & hac de causa proposuit eas, appareat quòd prius sciuerat eas sibi competere, an reijciendæ sint ipsæ exceptiones & probationes earum, nam ex dictis dicendum est q non, cum & absque iuramento proponi possent, ratione tamen periurij incursi & retardati processus eum in expensis retardationis condemnarem & in alia etiam pœna, vt alijs esset exemplum & ipsi reo supplicium.

Ibi, [En las costas del processo retardado,] De quibus in l. nō ignorat. C. de fructi. & lit. expen. & in ca. finem litibus. de dolo & contu. c. ex literis. eod. tit. cap. cæterum. c. fin. extra de rescriptis. & tūc in damnis etiam propter hoc obuenientibus esset condemnādus, nam & in expen
57 sis debitis ratione retardati† processus, cætera damna considerantur, secundū text. in l. ignorat. C. de fruct. & lit. expen. notat Oroscius in l. 1. §. hoc iudicium. nu. 6. col. 619. ff. si quis ius di. nō obtem. & Bal. in capit. exceptionem. de exceptio. Sic &
58 ille, qui differt† producere instrumētum solutio-

solutionis vel alterius instrumenti rele-
uans eum à petitis non debet audiri, illud
post producendo nisi refectis expensis,
quibus sua tarditate vexabit aduersarium,
secundum Bald. in capit. exceptionem. in
princ. de exceptio. quem & alios, & alia
referendo refert Hippolyt. in pract. §. di-
ligenter. nume. 203. & Deci. optimè con
sil. 241. vbi quærit an idem sit in clerico,
qui distulit allegare clericatum, dum co-
59 ram † seculari conueniretur, vbi & exa-
minat an tunc coram ecclesiastico expen
sæ retardati processus peti poterũt, ideq;
dicerem in subtrahente aduersario proba
tiones testium, vel instrumẽtorũ, propter
quod succubuit aduersarius, tenetur enim
talis subtractor ad interesse, damna & ex-
pensas, secundum gloss. fazerle. in l. 35.
titul. 14. part. 5.

Ibi, [Reconuencion,] quæ est & dici-
tur secunda conuentio, quæ fit ex aduer-
so per reum contra actorem, de qua loqui
tur lex cum Papinianus, & auth. & conse
quenter. C. de sententijs, & totus titulus
extra de mut. petit. istudque melius reme
dium iudicatur ad elidendum ius, & peti-
tionem actoris, quàm compensationem
intentare, cum compensatio ita demum
locum habeat si ex vtraq; parte debitum
sit liquidum, vel cum non compensatur
quantitas ad speciem, vel econtra, secun-
dum Marant. in practi. 4. parte. 6. dist. de
iudi. conu. & reconuẽ. num. 2. pag. 139.
ideòque in text. nostro remedium hoc re
conuentionis datur, vt plenius reo ad de
fensionem suam consulatur. Remedium-
60 que † hoc reconuentionis licet iure anti
quo in principio litis ante litis contestatio
nem causæ conuentionis debebat propo-
ni, quia tunc vera dicebatur reconuẽtio,
& pari passu procedebat cum ipsa conuen
tione, secundum glos. & exordio, in Cle-
men. sæpe. §. verum. de verb. signifi. & cõ
munem hanc testatur opinionem Maran
ta vbi supra, num. 5. & Lanfranc. in c. quo
niam contra. titu. de causa del & sum. nu.
41. fol. 164 in paruis, de probatio. tamen
per legem nostram post litis contestatio-
nem proponi potest, dum tamen fiat pro
positio hæc intra. 20. dies, ad opponendas
exceptiones assignatos, & nõ posteà, pro
positaque intra nostræ legis terminum
61 reconuentione in simul cum ipsa conuen
tione super reconuentione procedetur,
eademq; sententia ambæ terminabũtur,
licet prius in ipsa sententia de conuentio-
ne mentio facienda sit, & sic possent in-
telligi doctrinæ Bartoli, dicẽtis, prius pro
nuntiandum super conuentione, nempè
in authen. & consequenter, col. 2. versic.
item dictæ causæ. C. de sent. & sic intelle
xit Bar. Maranta vbi supra nu. 8. pag. 140.
probaturque in capit. 1. de mut. petit. vbi
probatur, vna sententia conuẽtionem &
reconuentionem esse terminandas, & ita
vtimur quotidie in practica, & vnus met
processus super eis fit, dum tamen recon
62 uentio non sit † præiudicialis ad conuen
tionem, quia si esset, super ipsa reconuen
tione prius asset pronuntiandũ, putà si in
casu proposito per Bartho. Socin. consil.
38. nume. 7. volumi. 1. sicut si opponatur
contra actorem petere non posse, quia
seruus est, tunc prius de hac exceptione
esset tractandum quàm super conuentio
ne procederetur, secundum text. in l. 5.
titul. 10. part. 3. quod an lege nostra stan
te procedat super ea dictum videbis. Est
tamen aduertendum quòd secundũ Ma-
ran. vbi supra nume. 9. pag. 141. tunc de-
mum tenetur iudex super vtraque, con-
uentione, scilicet & reconuentione, pro-
nuntiare, quoties de vtraq; pariter liquet,
secus vero aliàs, quoniam tũc super liqui-
da pronuntiaretur non vero super illiqui
da, sed si ambæ liquidæ essent super amba
bus erit pronuntiandum, aliter verò ap-
pellari posset, secũdum Maran. vbi supra
nume. 10. habesque in hac materia notare
regulam generalem, scilicet, quòd recon
63 uentio † coram quocunque iudice op-
poni potest, qui prohibitus expressè non
reperitur, per regulam text. in cap. cuius
in agendo. 3. quæst. 8. & l. cum Papinia-
nus in fine. C. de senten. adnotante Ma-
ran. vbi supra num. 11. & erit hæc alia re-
gula, vbi non datur locus nisi in casibus à
iure expressis, quam addes alijs pluribus
per me positis in l. 2. titul. 1. libr. 2. supra.
Sed an & coram delegato, sicut & coram
64 ordinario poterit reconuentio † opponi,
& in hoc Maran. vbi supra nu. 11. 20. &
52. pag. 141. inquit, quòd sic, dum tamẽ
delegatus ille ad instantiam vnius partis
sit im-

sit impetratus, nam tūc ille, qui eum impetrauit non debet dedignari contra se eundem iudicem habere, sed si de consensu ambarum partium impetraretur delegatus ille, tunc non habebit locum corā eo reconuentio, prout cōmunē testatur distinctionem Gometius in.c. dispēdia. nu. 33. de rescript. in. 6. quem ad hoc allegat Villalobos, in sua Antimon. Iuris ciuil. & Regij litera. R. nu. 2. & iterum in ærario com. opi. eadem litera. R. nu. 12. contrarium inquiens videri determinatū in hoc 2. casu per. l. 20. tit. 4. par. 3. nisi eam intelligamus secundū dictam distinctionem, prout intelligi debet, & ex finalibus verbis ipsiusmet legis id clarè colligitur, & notat Villalobos, in. d. nu. 12. & benè, de consensu tamen ambarū partiū posset de-
65 legatus ille † , secundū illam. l. 20. cognoscere de causa alia, quàm delegata, in hocque casu non habebit locum cōmunis illa relata per Maran. vbi supra. num. 12. pag. 142. quæ habet q coram arbitro non habet locum recōuentio, quia nō procedit si aliud ex consensu partium fiat, & disponatur, sicut & delegatus, si per ambas partes esset impetrat' ad causas inuicē motas inter se, posset & de eis cognoscere, vel si ad mouēdas impetratus esset, cum declaratione q siue conueniendo siue reconueniendo cognosceret. Et an coram iudi-
66 ce prorogato † , vel appellationis, vel ad vnam tantum speciem causarum constituto habeat locū reconuentio, tradit Maran. vbi supra, nu. 14. cum. 10. seq. vbi & à nu. 27. cum pluribus seq. prosequitur, in quibus possit causis opponi reconuētio, & à nu. 47. prosequitur quæstionē illam, num in criminalibus habeat locum recon-
67 uentio † , quæ maximè conducet ad declarationem l. 4. tit. 10 par. 3. & l. 4. tit. 1. par. 7. Adest tamen in proposito examināda optima & singularis quæstio, num scilicet in via executiua habeat locum exceptio reconuentionis, & sic reconuentio
68 † ipsa, in quo Maranta, vbi supra, nu. 30. pag. 152. inquit q non, duobus tantū fundamentis, primò quia in confessum nullæ sunt partes iudicis nisi in condemnando, prout hoc fundamēto hanc etiam tenuit opinionē Barth. Soci. cōsi. 41. n. 6. vol. 1. vbi. n. 9. ex hoc inqt in recognitiōe priuatæ scripturæ, iterim q tractat an recognoscēda sit, esse locū reconuētioni, recognitiōe th facta & virtute ei' petita executione, nō, quia tūc idē est q in instrumento guarētigio executato, vbi recōuētiōi nō est locus, quasi executatus cōfessus sit, & in eū nullæ sint partes iudicis nisi in cōdēnādo. Secūdò mouet Marā. d. nu. 30. alio fundamēto, scilicet, quia qn agit ex deposito nō habet locū recōuētio, quasi depositum habeat executionem paratam, ergo neq; quando agitur ex instrumento executiuo, hæc sunt Marantæ fundamēta ad hanc tenendā opiniōnē: alijs etiam fundamentis tenet eam etiam Auend. c. 30. prę to. nu. 6. lib. 2. & iterum in tit. de las excepciones. nu. 51. in prin. & sua fundamēta sunt hæc, primò quia in causa summaria non datur reconuentio, secundo quia cū agitur officio iudicis non habet locum reconuentio, & sic ijs quatuor fundamētis dicti Doct. tenēt hanc opinionē q in executiuis non habet locum reconuentio: contrariam tamen opinionem, imo q habeat locum si intra decem dies oppositioni assignatorum per. l. 2. tit. 21. infra isto lib. liquidatur reconuentio, fundari posse videtur ex sequē. Primò quia omnis exceptio legitima, quæ intra illos decem dies ab illa. l. 2. assignatos probari potest & liquidari admittēda est, prout ex eademet. l. 2. probatur, vt ibi & in. l. 1. illiusmet tituli. 21. dicemus, sed si reconuentio, quę de iure ciuili, canonico, & Regio nostro, vt hic patet, legitima exceptio est, liquidari potest intra illos decem dies, quare non admittetur, sicut aliæ legitimæ exceptiones essent admittendæ. Secundò quia de iure habemus, q quotiescunq; reconuentio tendit ad impugnandā conuētionem
69 † tunc in vim exceptionis admittit, & super vtraq; pronuntiari debet secūdū Bar. Alex. & Bal. in. l. viro. nu. 5. ff. sol. mat. neque huic opinioni obstat primū Marantæ fundamentum scilicet, quòd in confessum nullæ sunt partes iudicis nisi in condemnando, quoniam illud verum quoad exequendum, si tamē post executionem remanet tempus determinatum à iure allegādi exceptionē aliquā, cur opponi nō poterit, cū in executiuis possint plura & diuersa remedia simul & semel intentari,

secundum Bar. relatum per Didac. Perez
in l. 4. tit. 8. lib. 3. ord. col. 1081. in prin. &
sic nō obstat primū fundamentū Maran-
tæ, cui fundamēto si standum esset, neq;
aliæ legitimæ exceptiones essent admittē
dæ, ꝙ tn̄ est falsum. Igitur, neq; itidem se-
cundū Marantæ fundamentū, de deposi-
sito obstabit, quia nimirum est si in eo ali-
quid speciale cōstituatur, cū depositū sta-
tim manu armata restituendū sit, adeò vt
neq; exceptio dn̄ij opponi posset per de-
70 positariū † ad impediendā depositi resti-
tutionē, secundū Bar. & Bald. in l. si quis.
C. depositi, per tex. ibi & probat tex. in l.
5. tit. 3. par. 3. & Bar. in l. cōmodare. ff. cō
mod. Imò & furi deponenti, vel commo
danti restituendū est, secundū Saly. in d.
l. si quis. & facit lex, nam etsi fur, in princ.
ff. cōmod. aliàs est si cert. peta. neq; itidē
cōpēsatio per depositariū opponi potest,
secundū tex. in l. fi. C. de cōpens. & Bart.
& Bal. in d. l. si quis. Abb. in c. 2. de depo-
sito, per tex. ibi, etiam si depositū sit tan-
tum confessetū, & sic reuera non factum,
secundū Pet. de Suza, & Paul. Cast. in cō-
sil. incip. viso puncto supra scripto, & sic
nimirū si neq; reconuētio cōtra depositū
opponi possit hisce de causis, non vero ex
eo quod executionē paratā habeat, nam
hoc nō sufficeret, & ex specialibus nō est
arguendū ad generalia, non etiā obstabit
fundamentū primū Auend. ꝙ in summa-
rijs nō habet locū reconuentio, nam hoc
generaliter intellectū nō est verū, sed tūc
demū procedit, cum reconuētio ipsa sum
mariè expediri nō potest sicut conuētio,
sed si ambæ cōuentio & reconuētio sum
mariè expediri possunt, tunc etiā in sum-
marijs locus est reconuentioni, secundū
Abb. nu. 17. & 18. Felin. nu. 3. in c. 1. de
mutuis petitio. tradit Maran. vbi supra, nu
me. 29. recōuentio tamen si est talis, quæ
posset in via executiua liquidari, quare nō
admittetur, quemadmodum & aliæ exce
ptiones admittuntur & liquidantur in ter
mino decem dierum, certè nulla potest
dari congrua differētiæ ratio, & sic idem
ius statuendum est in reconuentione, ꝙ
in alijs exceptionibus legitimus statuitur,
præsertim quia quoties causa est summa-
ria quoad dilationes breuiores & iudicij
ordinatoria, vt in executionis instantia,
tunc reconuentione à conuentione su-
mit priuilegium, secūdum Abb. in d. nu.
18. vt in vtrisq; summariè procedatur: nō
obstabit etiam secundum Auend. funda-
mentum scilicet, ꝙ vbi iudicis officiū im-
ploratur non habet locum reconuentio,
quoniam vltrà ꝙ contrarium est tenen-
dum, secundū Maran. vbi supra, pag. 150.
nu. 27. & Ias. in l. 1. nu 8. ff. de iuram. iud.
& cōmunē testatur Orosceius in l. si idem
cum eodē. nu. 3. col. 581. ff. eod. tit. in via
executiua nō ex solo iudicis officio proce
ditur, sed ex actione viæ executiuæ com-
petentis, igitur cessant omnia fundamen
ta primæ opinionis, & hanc secūdā tenē
dam esse videtur, cum Didaco Perez in
d. l. 4. tit. 8. lib. 3. ord. col. 1081. in prin. al-
legante Deci. & alios, neq; mihi displicet,
sed applaudet potius, solum tamen vnum
fundamentum videtur vrgere pro prima
opinione, scilicet, ꝙ actor, qui reconueni
tur per exceptionis viam non habet tem-
pus nostri tex. ad exceptiones proponen
das aduersus reconuentionē illam opposi
tam, & sic hoc modo tempus contestatio
nis per legem sequentē assignatum in re-
conuentione, & tempus viginti dierū ad
opponēdas exceptiones peremptorias re
stringeretur & coarctaret, & de causa or
dinaria, put est recōuētionis fieret summa
ria & executiua, sed huic fundamento re-
sponderi poterit faciliter, tū quia, vt dictū
est recōuentio assumit priuilegiū à causa
conuentionis, cui adiungitur, tū etiā quia
in manu actoris recōuenti est prorogare
terminū executiuū, vt possit ꝑponere ex
ceptiones contra recōuentionē, & ꝓbare
eas, vt inquit Alex. relatus & secutus per
Suarē. l. post rē. versi. quarto limita. nu. 8.
pag. 303. ff. de re iud. prout & fieri asserit
& practicari practi. Mōterroso, in sua pra
cti. tit. de la via executiua, fol. 38 pag. 2. in
med. Si ergo actor exequēs pōt petere ꝓ-
rogationē hanc, de se querat si cū posset
hoc remedio vti, noluit, præsertim quia si
cut ipsemet reus executatus intra decem
dies recōuētionē suā probat, quare & nō
probauit etiā actor exceptiōes suas cōtra
recōuētionē, circuitusq; litiū vitādi sunt,
& cū cōstat agendū est, ex iuris brocardi-
co, hodie constat hodie agatur, non ve-
rò est permittendum, quod ipse exequēs
recu-

recuperet petitam in via executiua, & post reus executatus reconueniens via ordinaria prosequat̃ petita in recõuẽsione, iuxta illud q̃ de Iudęo dicitur, solue mihi quod debes nunc, & si tibi aliquid debeo, pete, & ideo͂ hæc secunda opinio mihi plus placet & sustentabilior est, & verior, licet iudicibus difficilis, nec potest dici recõuentionis exceptionẽ altiorẽ requirere indaginem, siquidẽ reus ipse eã opponens intra terminũ executionis vult eã probare
71 & tenetur, dicũturq; tunc † exceptiones incótinenti probari, neq; altiorẽ requirere indaginẽ, quoties intra terminũ à iure assignatũ instantiæ & processui probantur, secundũ tex. in. l. sìis à quo. vbi Doct. ff. vt in poss. leg. not. Bart. & alij relati per Molinam de primog. Hispan. lib. 3. c. 13. nu. 16. benè tñ verum credere q̃ si recon uentionis causa difficulter tractari posset
72 † cum ipsa conuentione in via executiua facta, tunc licet subtilitate iuris attẽta, ambæ vna forent determinandæ sententia, æquior tñ opinio est, q̃ tunc vnaquæque de per se terminetur, secundũ Io. And. ad Specul. tit. de reconuentione. §. videndũ. in additio. incip. nos autem, & sic si exceptio reconuentionis difficulter posset expediri cum via executiua, tunc illa æquitate attenta reseruaretur reconuentio in aliud iudicium, & executio procederet in suo esse, putà si actor pro probanda intentione sua contra reconuentionẽ habet testes extra Regnũ vel vltra mare, neq; aliter potest se exonerare & de hoc iudici constiterit; secus vero si probationes in prõptu & faciliter potest habere, tũc eñ etiam in via executiua reconuentionem admitterẽ, nam & in extraordinarijs causis habet locum reconuentio si potest seruari forma paritatis in processu, vt optimè inquit Bald. in. c. cum venisset. nu. 12. de iudic. & secũdũ hæc possent dictæ opiniones cõcordari nouissimè vltra omnes, quæ omnia sunt singularia & non sic per aliquẽ, quẽ viderim, digesta, licet iudicib' difficilima intellectui & opinionib' eorũ.

Ibi, [A las presentar,] & qñ sint præsentãda remissiuè dicemus in gl. 1. legis seq.

Ibi [Haziendo juramento,] & sic iuramentũ solum sufficiet, nã ignorantia vel
73 scientia † iuramento eã allegantis probatur cum in animo consistat, & in consistẽtibus in animo statur iuramẽto, secundũ gl. vsus, in. l. 1. ff. de itin. act. priu. & glo. in §. sed istæ quidẽ. Inst. de actio. quã ibi oẽs sequũtur maximè Ias. n. 88. cum pluribus seq. & Gomezius nu. 41. col. fin. & glo. l. 1. C. de seruit. & aqua. & in. l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. glos. in. c. significasti. in. 1. de homic. & ibi Feli. nu. 1. cũ seq. ponit tres limitationes huic glo. & Soci. in reg. 99. incip. conscientia, tradit Hippol. in Rubr. n. 121. C. de probatio. & latissimè Curtius in repeti. l. admonendi. nu. 29. ff. de iureiurã. & Anto. Gomez. has glo. allegando, de delictis. c. 3. nu. 26. & 37. Et casus in quibus statur
74 † iuramẽto alicuius refert Cassanæus in consuet. Burg. fol. 60. versic. 16. nu. 176. & Alciatus de præsumptio. regul. 3. præsumpt. 16. & ibi Additio alia allegat, ignorare autem, vel scire in animo consistit, ergo nimirum si iuramento probari posse, noster text. asserat, de nouo ad notitiam peruenisse exceptionem peremptoriam, vel præiudicialem post viginti dies, quanuis Domini de Rota, prout refertur in Felini repertorio, in verb. exceptio peremptori an sit admittenda, fol. 46. aliud velint dicere in hoc casu, de quo & traditur per Abb. in capit. pastoralis. num. 6. & sequentib. de exceptio. nisi secundum eum ibi verisimilitudo aliqua scientiæ esset in contrarium, vel negligentia aliqua dari posset, quare non sciuit, vt ibi per Abb. per Abb. nume. 23. & melius Decium numer. 7. vel probaretur contrarium, vt inquit Ias. in dict. §. sed istæ nume. 93. & 94. Est tamen notandum quòd si per procuratorem iuramentum hoc præstandum
75 est † speciale mandatum debet ad hoc procuratori ipsi mitti, argumento dictorum per Couar. in Practicis Quæst. capit. 20. num. 8. versic. est tamen.

Ibi, [Que nueuamente las ouo,] hic videtur tex. p̃bãs, q̃ quãuis tex. c. pastoralis. de excep. ibi adnotãte Dec. nu. 5. p̃bari videat̃, nõ sufficere iuramẽtũ ad p̃bandũ exceptionẽ nouiter ortã, hic tñ videt̃ tex. p̃bãs ad hoc iuramẽtũ sufficere, nihil enim aliud verba hæc, nueuamẽte las ouo, importare vident̃, q̃ ortũ nouũ exceptionis.

Ibi, [Ni sabia dellas,] ex ijs verbis & pręceden-

cedentibus nota, quod sicut exceptio nouiter orta pôt opponi, sic & exceptio, quæ nouiter venit ad notitiã, & ita paria sunt
76 quid nouiter † originari, & originatũ antiquitus esse nouiter tñ ad notitiam deuenisse, vt hic est casus, & in c. pastoralis. de exceptio. vbi Deci. nu. 18. & in c. vt circa. de elect. in 6. & intellige exceptiones his post litem contestatã opponi posse, si tunc ortæ sunt, vel ad notitiam peruenerunt, dum tamen aliquis actus factus non sit per ortum & notitiam earum, secundũ Deci. in d. c. pastoralis. nu. 17. Item in
77 tellige nisi post conclusionem † in causa oriantur, vel in notitiam peruenerint, quoniam tunc non admittentur, prout communẽ testatur Couar. in pract. c. 16. nu. 2. & Villalobos in ærario suo litera E. nu. 51. cũ duobus seq. & secundũ hanc communẽ declarabis nostrum tex. aliter enim in plurimũ obstat communi huic, & hæc declaratio ad legem nostram ex dicta cõmuni omnino facienda est, quoniam ex l. pen. huius nostri tit. & lib. approbari videtur, dũ ibi probatur, minores etiam tunc demum ad proponendam exceptionem restituendos, si ante conclusionem in causa id petant, non vero si post.

Ibi, [Ni las pudo auer,] & ibi, que hizo sus diligencias, volens enim vti exceptione post terminũ à lege statutũ, dicẽs eam nouiter ad notitiam eius peruenisse, non est audiendus, nisi ipse fecerit diligen
78 tiam & indagationẽ sufficientem †, iuxta notata per Ant. & Abb. post glo. in c. pastoralis. de except. & tradunt moderni in l. de die. §. si seruus. ff. qui satisd. cog. & Socin. Iunior, consil. 23. nu. 5. vol. 1. probabitur tñ ex tex. nostro per iuramentũ partis se fecisse diligentiam hanc & inquisitionem, & non potuisse scire exceptionẽ vsq; nunc, nam si aliqua negligentia imputari posset, non proficeret, secundũ Couar. d. c. 26. nu. 2. Sic intelligendo contra
79 rium tenentes. Et quid si iurauit † prius non sciuisse de exceptiõe illa, & appareat post quod sciuit, quid fiet, vide per gloss. no deue. l. 9. titulo. 3. part. 3. de quo dixi supra in glo. por las. vbi quid de dubietate esset, diximus.

LEX. II.

SVMMARIVM LEGIS.

Lapsis viginti diebus per legem præcedentem aßignatis ad proponendas exceptiones peremptorias & præiudiciales, actor & reus habent terminum à lege nostra statutum ad replicandum, & præsentandum instrumenta, respondendum reconuentioni per reum opposita.

IBi, [Para presentar las escripturas que acerca dello tuuiere,] quo tẽpore &
1 vsq; ad † quod tẽpus anteà & nunc hodie etiã iure Regio attento instrumenta sunt præsentanda, vide per Couar. in practi. c. 20. nu. 8. & Dida. Perez in l. 6. tit. 11. lib. 3. ordi. col. 1165. vbi limitationes ponit, & Rebuf. in 3. tomo cõsti. Fran. tit. de partiũ productio. art. 3. Et an possit per iudi-
2 cem fieri præceptũ † ad petitionem vnius ex partibus, quod intra certũ tempus instrumentũ, de quo est facta mẽtio, altera pars producat, aliàs quod quãuis post præsentetur tale instrumentũ nullum effectũ producit, dicendũ est quod sic, ex Bar. in l. 1. §. edẽda. ff. de edendo. & in l. si appellationem. C. de appel. & Afflict. in cõstit. Sicil. lib. 2. Rubr. 48. nu. 29. in fin. & Did. Pere. vbi s. Fallẽ 4. & Burgos de Paz Iunior, in quæstio. suis. q. 5. n. 21. & 22. potest enim cogi pars instrumẽta præsentare si ea habet, & probationes facere si timetur de calũnia, secũdũ Paris. d. de syndi. verb. cõcordia. nu. 3. fol. 212. Et an sufficiet, instrumẽta co-
3 rã tabellione † præsentari, dic quod nõ, sed corã iudice præsentanda sunt, secũdũ D. Couar. d. c. 20. nu. 6. in fine. Sed quid si instrumenta præsententur ante litẽ contestatã, debebũt nè vt probẽt repræsentari in ter
4 mino probatorio †, & Frederic. de Senis, cõsi. 160. quẽ & alios refert Hippol. sing. 170. inquit, quod sic, lege tñ præcedente attenta contrariũ est tenendũ. Sed si in principio causæ præsentata non sunt, possunt

vsque

vsque ad sñiam produci, secundũ Bal. rela tum & secundũ per Iasinum in d. l. ita nu. 27. C. de eden. vbi hoc dicit esse verũ etiam si iu
4 dex incepisset legere sententiã, sed non dum dixerat absoluo, vel condemno. Inquit in singulariter idem Baldus c. exceptionem de exceptio. ꝙ differens malitio
5 sa producere instrumenta vsq; ad finem litis non auditur nisi refectis expensis, & hæc dicuntur retardari processus, vt ibidem inquit ipsemet Bal. & probatur ex lege præcedente. Et quid si inueniatur in-
6 strumentũ nõ productũ an possit secundum illud iudicari, & dic ꝙ non, secundũ Ias. in d. l. 1. §. editiones. col. fi. ff. de eden. secutũ ꝑ Rebuf. in. 3. tomo cõst. Frã. tit. de partium productione, art. 1. nu. 3.

Ibi, [De nueue dias,] sicut enim ꝑ præcedentem titulũ, in l. 1. statutus fuit terminus nouem dierũ, vt reus ipse litem cõ testetur super conuentione contra eum proposita, sic & actori ipsi terminus alius nouem dierũ per legem nostrã statuitur, vt super reconuentione litem contestare possit, argum. dictorũ per Barto in l. Papinianus. §. si filius. ff. de inof. testam. & quia iudicia debent esse partibus æqualia. Et si actor reconuentioni non respondet, non
7 auditur super cõuentione ꝑ per eũ proposita, vt per Maran. in pract. tit. de iudi. conuen. & reconuen. nu. 7. pag. 140. Imò & nostris legibus attentis ita poterit actor non cõtestans reconuentionẽ intra hos nouem dies pro cõfesso declarari, sicut & ipse reus posset si cõuentionem in termino non contestaretur, in reconuentione enim reus ipse actor iudicatur, vt. ff. de exceptio. l. 1. & de probatio. l. in exceptionibus. in prin. ergo idem ꝙ in conuentione dicendum est, non enim debet licere actori, quòd reo licitum non existit, ex regula non licet, de regul. iur. in. 6.

Ibi, [Con juramẽto que nueuamẽte,] simile statuitur in l. præcedente. & tradit Afinius in practi. §. 23. limit. 3. & sic præsentatione horũ instrumentorũ de nouo repertor retractum abitur, & elidetur intentio partis contra quam producuntur, quæ fortasis non elideretur, si non producerentur, sic & sentẽtia lata ex juramẽ to decisiuo retractari potest virtute scripturarũ de nouo repertarũ secundũ text. & materiã in l. admonẽdi. ff. de iur. iur. & tex. in l. in. post med. & l. 25. tit. 11. par. 3. & idẽ si allegaret ꝙ nõ habuit facultatem
8 ꝑducẽdorũ instrumentorũ, nã tũc ꝑ in integrũ restitutionẽ ex clausula gñali habita facultate ꝑducẽdi admittet̃ ea producẽs, secũdũ Bar. in l. 1. n. 4. C. de sent. aduersus fis. lat. ret. lib. 10. & ibi Additio: vbi & ponit practica hoc petẽdi, scilicet ꝑ dictã restitutionẽ ex clausula gñali, si quæ mihi &c. secũdũ Bar. vbi s. & cõem ĩ ead. l. admonẽdi. vt testat̃ ibi Pet. Costalius. & Ias. in lect. n. 6. & meli⁹ ꝑ eũdẽ Ias. in repe. eiusdẽ l. admonẽdi. n. 49. qđ tñ in iuramẽ
9 to necessario ĩtelligẽdũ est, cũ defert̃ in iudicio à iudice parti, tũc enim superueniente ꝓbatione deberet retractari snĩa virtute illi⁹ iuramẽti necessarij lata, quia reperit̃ lata ꝑ ꝓbationẽ nõ integrã absq; facto partis, & ita põt intelligi opinio dictiũ, ꝙ vbi defert̃ iuramẽtũ actori põt ꝓbari contrariũ, put tenuerũ Innoc. in c. fi. extra ꝙ metus causa. & ꝓbat gl. in l. fi. ff. de in lit. iur. & Roman. in d. l. admonẽdi. & Ang. in l. qui vas. in princ. ff. de furt. & Dñic. in c. 2. de tẽp. ordi. in. 6. & allegat eũ Ias. in d. repe. l. admonẽdi. n. 306. & hãc testat̃ cõem Casialup. in ead. l. admonẽdi. & Curtius ibi, & ꝓbat̃ ex tex. in l. 25. tit. 11. par. 3. q̃ loquit̃ in iuramẽto hoc necessario à iudice parti delato, & tex. in d. l. 15. eo. tit. & partita. versi. otrosi el. in hoc eodẽ iuramẽ to debet intelligi, secũdũ qđ ibi intelligit gl. falladas. & ꝙ ita loquat̃ patet, cũ in principio constituerit casum quoties à parte parti defert̃ iuramẽtũ, & solũ cõstituit dispositio quædã in modũ sallẽtiæ, & versiculus ille, otrosi. el. 2. simpliciter loquens, nõ est sẽtẽtia pręcedẽtiũ, sed dispositio de ꝑ se, quę debet intelligi secũdũ supradicta in iuramẽto necessario, qđ defert̃ à iudice parti, & secũdũ qđ loquit̃. d. l. 25. vt in eo etiã snĩa lata virtute talis iuramẽti, admittat̃ ꝓbatio in cõtrariũ ad ei⁹ retractationẽ ꝑ instrumenta, vel itidẽ ꝑ testes de nouo reperta, vt inquit gl. in d. l. 15. verbo, por cartas, cũ timor subornationis tũc cessat: sed si iuramentum defertur à parte parti, tũc snĩa lata virtute illius iuramenti nullo mõ retractat̃ ꝑ instrumẽta de nouo reperta, cũ ex vi integræ ꝓbatiõis lata sit, & ita ꝓcedit alia opinio cõis dicens simpliciter,

sententiam ex vi iuramenti à parte delati prolatã retractari nõ posse virtute nouarũ probationũ, prout tenebat glo. ex magna in.l.videmus.§.iurare. ff. de in litem iur. quã sequebatur Bar. in d.l. admonẽdi. & ibi Ias. nu. 304. cõmunẽ testabatur, & tenet Ant. de Butr. in.c.fi. q̃ metus causa, nã hæc verà est opinio, cum vt dixi, à parte parti iuramentum defertur, & ita dixit Abb. in.c.quia propter.§.illud.num. 3. de elect. & probatur optimè hæc distinctio per tex. in.d.l. 25. & nisi legem hanc habèremus ita declarantẽ, certè lex illa. 15. nimis generaliter loquebatur, & videbatur indistinctè approbare primã opinionẽ, cõmunẽ, sed quia.d.l. 25. sic distinguit, lex illa 15. & dictę cõmunes opiniones, secũdũ distinctionẽ illã sunt declarãdæ & concordanda, quæ libuit in præsenti scribere, quia fortasis alibi nõ dabitur locus, & nõ sunt extra materiã nostræ glossæ, cum sicut prima cõmuni attenta per instrumẽta de nouo reperta eliditur actio sentẽtiæ latæ virtute iuramenti necessarij à iudice parti delati, sic & nostra lege eliditur intentio actoris vel rei per instrumenta de nouo reperta.

Ibi, [Sin otro auto de conclusion,] hic habes tex. clarũ probantẽ, conclusionẽ in
10 causa per partes fieri nõ esse necessariũ, neq; de substãtia iudiciorũ, sed de ordine, prout tenet Maranta relatus per Azebed. Resp. 1. nu. 9. cuius tñ contrariũ tenebat Didac. Perez in.l. fi. tit. 4. lib. 3. ordin. col. 950. in fine, vbi leges ordinamẽti ad hoc allegabat. & clarius idẽ Didac. Perez in.l. 6. tit. 11. lib. 3. ordin. col. 1167. in medio, quas tñ leges in nostra Recopil. nondũ reperi translatas, eius tñ opinio probari potest per text. in Rubri. tituli. ℈. proximi, sed prima opinio magis placet, & secundũ eã elapsis terminis iuris lis pro cõclusa habetur, secundũ tex. in.l. fin. ℈. tit. proximo, & sic quãuis omittatur conclusio per partes non redderetur iudiciũ nullum, nam ab ipsa lege pro conclusa habetur, ex dicta.l. fin. de quo & latius dicemus in.l. 10. titul. 17. verbo, y concluso. infra eod. lib.

LEX III.

SVMMARIVM LEGIS.

Instrumentorum per partes productorũ cuilibet parti copia danda est absque die & consule, sed quando de falso redarguuntur, originaliter sunt tradenda.

IBi, [Que de suso,] scilicet, in legibus supra proximis. Et qñ de iure instrumẽta præsentada sunt, remissiuè diximus in.l. præcedẽte ex Couar.c.20. Pract. nu. 8. ibi sede copia, de omnibus enim in causa productis reddenda est regulariter co-
1 pia † parti petenti contra quã producuntur, vt in.l. 1. §. edenda. ff. de edendo. in.l. is apud quem. C. de edendo. cum similib. & nedum instrumẽtorũ, sed etiam allega-
2 tionum † & cõsiliorũ in iure, si hæc apud acta producantur, ad hoc vt iudex nõ circunueniatur per falsas opiniones, nã si de supplicatis & allegatis Principi est danda copia parti, multo fortius de allegatis iudici, argum.l. si quis obrepserit. ff. ad.l. Cornel. de fal. & in.l. 1. C. si ex falsis allegatio. nulli enim defensionis facultas denegãda est, vel auferenda, vt.l. defensionis facultas. C. de iure fisci lib. 10. quæ quidem defensio in editione actorum cõsistit, secundum Maran. in pract. 6. part. tit. de actorũ editione, num. 46. vbi cum seq. aliquibus hæc limitat & declarat, editione enim & copia instrumentorũ & actorũ parti contra quam producuntur data, quàm plures euitãtur malitiæ & technæ, vt inquit tex. in.l. 112. titul. 18. part. 3. & quia vt ibi inquit text. eò ipso q̃ acta in iudicio formãtur efficiuntur cõmunia. Sed an copia totius instrumẽti edenda est, vel illius tantũ
3 particulæ †, quæ præsentatur p producentẽ ad eius vtilitatẽ & damnũ aduersarij, & dicendum quòd si ad defensionem suam aduersarius petit, tota copia instrumenti edenda est, secundum Bart. in.l. tutor qui reper-

repertorium.col. fi. ff. de admin. tut. si ad acusationem, vel petitionem faciendam contra producentem, tantum illud quod pertinet ad eius vtilitatem debet edi, secũdum gloss. r.d.l. 112. tradit D. Couar. in practi. c. 20. nume. 7. & Oroscius in l. 1. §. edenda, ff. de edendo. nu. 3. col. 725. q verum est quoties contra ipsum producentem instrumentum agendum est, sed si
4 contra ipsum instrumentum † arguendo illud de falso, tũc totum debet edi, etiam si vnius tãtum particulæ præsentatio fiat, secundum text. in l. 113. titul. 18. part. 3. secus vero aliàs, secundum illam l. 113. quæ ita intelligenda est, vt non obstet primo membro dictæ distinctionis. Quid ta
5 men si is, qui produxit instrumentum † in iudicio existimans sibi prodesse, animaduertit nihil sibi profuturum, & petat instrumentum hoc tolli à processu & sibi restitui & tradi, an audiendus erit, & in hoc receptum vsu apud Delphinates testatur Guido Papæ, relatus per D. Couar. vbi supra nu. 7. in præiudicium aduersarij non posse pœnitere, quia postquam in iudicio illud produxit, effectum est cõmune vtriusque partis, & sic absque consensu ambarum partium reddi non debet illud producenti & præsentanti semel in iudicio, licet fauori suo ex tali instrumento resultanti posset pars ipsa illud producens renuntiare, idque tenet etiam Rupelanus relatus & secutus per Orosc. vbi supra nume. 2. quicquid in contrarium vellit tenere Azo, pro eum relatus. Benè tamen verum est, q si pars aduersa impugnaret præsentationem illius instrumenti, posset tũc illud producẽs reuocare productionem, secũdum Boeri. decis. 252. nu. 4. & idem secundum eum ibi si re integra renuntietur productioni.

Ibi, [Traslado sea simple y sin dia mes ni año,] similis est text. in l. 112. titul. 18. part. 3. regulariter enim licet acta iudicij cum die & consule edenda sint, secũdum tex. & ibi gl. loca. in c. qm contra. de probatio. petereq; eorum editionem quilibet potest, cuius interest. l. in fraudem §. neq; instrumenta. ff. de iure fisci. per argumentum ab speciali, imo & tertius iurans sua interesse id petere posset, secundũ Ang. in l. Prætor. §. 1. ff. de edendo, editio tamẽ
6 instrumentorum in iudicio productorũ absq; die & consule facienda est, secundũ iura prædicta, & tex. in l. 1. §. editiones. ff. de edendo. & l. 2. §. diem. ff. quemad. test.
7 aper. licet nomina testium † instrumenti illius edenda sint, secundũ gl. el dia. in d. l. 112. tit. 18 part. 3. & communẽ testatur Alex. in d. §. editiones. nu. 20. quãuis tex. in ead. l. 112. contrarius huic cõmuni opinioni videatur expressè probans neq; nomina testium tunc edenda, & ex illa lege cõmunis illa destruitur, & miror q gl. ibi hoc non considerat: sed simpliciter cõmunem illam refert, & cum eo trãsit, & hæc vera sunt nisi de falso redarguenda sint in
8 strumenta † illa, nam tunc integrè sunt edenda & cum die & consule, secundum tex. nostrũ in præsenti, & tex. in d. l. 112. & tex. in l. optimum. C. de cont. & com. stipul. etiam si is, qui petit sibi edi instrumenta, diem & consulẽ redarguere de falso velle, nõ declaret, sed simpliciter dicat, q vult ea de falso redarguere, non em tenetur declarare in qua parte redargutionem hanc de falso constituere vult, secundum Bal. in l. fin. C. de fide instr. nu. 2. & glo. traslado. per tex. ibi in d. l. 112. & per tex. nostrum in præsenti, quem adhoc ibi considerat, & ita vtitur, quicquid in contrarium vellit dicere Orosc. in d. §. editiones. nu. 3. etiã si tunc pars ipsa redarguẽs de falso instrumenta nõ se obliget ad pœnam talionis, contra Speculatorẽ, relatũ per Orosc. vbi supra, & gl. traslado. in d. l. 112. quia pœna talionis, secundũ eos ibi non est in vsu, & tunc secundũ Orosc. in d. nu. 3. si nõ probauerit falsitatem, debet puniri pœna extraordinaria, idq; iure optimo & ratione fundatur, sicut & illud, q alieni instrumenti copia danda nõ est, nisi ei, cuius interest. Item & secundo reddẽ-
9 da † sunt instrumenta cum die & consule, quoties aliter deliberari nõ posset per partem cõtra quam producitur, an debeat cedere vel cõtendere, secũdũ Bart. in d. §. editiones, vt in exẽplo per eũ ibidẽ posito creditorum inter se contendentium, quem alij sequutur secundum Orosci ibi nu. 5. allegantem Alexan. nu. 14. Zasi. 8. ibidẽ ita asserentes, & idem tenet glo. traslado. in d. l. 112. sed si absque die & consule deliberari posset, nullo modo tenetur pars

edere instrumenta cum die & consule, se
cundum text. in dict. §. editiones, & no-
strum hic, & dict. l. 1 1 2. Debet tamen in-
strumentum alienum cum die & consule
edi actori ad adiuuandam intentionem
suam. l. Titius. l. creditor. ff. de actio. emp.
Alexan. num. 5. & 1 5. in dict. §. editiones.
& ad replicationem fundandam. l. penult.
§. fina. ff. ad leg. Falcid. l. plures. C. de fide
instrum. reo verò actor edere tenetur, vt
exceptiones fundet. l. fin. C. de edendo. l.
dissoluta. C. de condic. sine causa. text. in
l. præcedente, si benè inspiciatur, reus ta-
men ad intentionem fundandam edere
instrumenta non tenetur. l. qui accusare.
& l. fina. C. de edendo. nisi adsit causa, ex
l. 1. & 2. C. de edendo. cum similibus, ad-
ductis per Felin. in capit. 1. nu. 1 2. de pro-
bationib. & probatur ex. l. 20. in princ. tit.
2. part. 3. refert Burgos de Paz Iunior, in
quæstionibus suis quæst. 5. nu. 1 0 ad finē.
vbi inquit, quòd hodie indistinctè actor
10 † & reus compelluntur edere instrumen
ta. Debet itidem edi instrumēta cum die
& consule integra, quoties quis tanquam
procurator, vel administrator alterius cō
paret in iudicio, quoniam tunc instrumen
11 tum illud procuratorium integrum † &
cum die & consule edi debet, secundum
text. in dict. l. 1 1 2. sicut & quoties instru
menta communia fuerint cum die & con
sule edenda sunt. l. procurator. C. de edē-
do. l. si quæ. ff. famil. hercisc. & ideò acta
iudicij integrè parti ea petenti edenda
sunt, secūdum dict. l. 1 1 2. quoniam com-
munia sunt, quē tex. allegat Auend. c. 1 0.
prætor. nu. 7. libr. 1. ad probandū quæ pro
priè acta dicantur & hoc dummodò com
munia quoad dominium talia instrumen
ta sint, vtrique parti, vt hæreditatis, socie-
tatis, & diuisionis, secus si ad alterum iure
dominij, ad me verò iure vtilitatis perti-
neant, cuiusmodi instrumentum est, quo
te emisse à me fundum probatur, id enim
absque die & consule edetur, secundum
12 Innoc. in cap. 1. de probatio. Hodie † ta-
men secundum Ferraram in pract. in for-
ma petendi copiam instrumenti, gloss. 1.
fol. 6 1. semper copia instrumētorum tra-
ditur cum die & consule & nominibus te
stium & tabellionis indistinctè, & ita vti-
tur & practicatur in iudicijs quotidie &
iure optimo, vt veritas pateflat, præser-
tim cum contra instrumēta adsint & alia
quàm plura obiecta alia quàm falsitatis,
putà q non sunt publica, neque authenti
ca, vel sunt abrasa, simulata, & alia plura
contineant relata per Ferraram, vbi supra
in forma opponendi contra instrumenta,
glo. 1. cum. 4. seq. & sic practica in hoc di
spositionem nostri text. & similium abo-
leuit. Sed an instrumentis à me productis
13 in iudicio † aduersarius meus vti poterit,
& posse concors Accursij & omniū sen-
tentia est in. d. §. editiones. etenim simul
atque edita sunt communia fiunt, secun-
dum Bald. in. c. præterea. col. 3. de dilatio.
notatur in. l. si veteres. C. de fide instr. &
in. l. 1. §. edēda. ff. de edendo. approbasseq;
14 pro se & contra se † is videtur, qui ea edi-
derit, secūdum eundē Bal. in. c. præsenti.
col. 1. de testibus. & Boeri. decis. 2 5 2. nu.
4. fol. 5 0. part. 2. & Grammat. decis. 1 0 3.
nu. 8 4. quod intellige secundum Grāma
ti. ibi, id esse verum quod approbasse vide
tur producens instrumentum etiam con
tra se, in ijs scilicet, in quibus instrumen-
tum illud facit fidem, non vero in illis in
quibus fidem non facit, nam in eis nō in-
ducitur tacita confessio, & sic in enuntia-
tiuis non faciet fidem contra producen-
tem, vt tenet Felin. in. c. si cautio. nu. 34.
de fide instr. & alios sequentes Felin. re-
fert Ias. in. l. si cui. §. 1. nu. 1 6. de lega. 1. vbi
allegat Abb. contra Felin. tenentem, eò
15 q producens instrumentum † videtur fa
teri omnia ibidem contenta esse vera, ità
vt nihil opponi possit, secundum gloss. in
l. 1. §. editiones. ff. de edendo. notat Ro-
landus consi. 2. nu. 1 1 6. volum. 1. de quo
tamen videndi sunt Doct. per Ias. vbi su-
pra, & eius additionatorem allegatos, &
videbimus iterum in. l. 1. verb. en dichos.
16 tit. 8. infra eod. Quid tamen si edens † in-
strumentum protestetur se eatenus ede
re quatenus pro se facit & non vltra, & li-
cet variatum in hoc sit, secundum Ias. in
d. §. editiones. col. fi. receptior opinio vi-
detur secundum Zasi. ibi col. pen. eiusmo
di protestatione aduersarium non onera
ri, posseque adhuc instrumento illo vti
contra edentem, hocque iudex non sup-
plebit, nisi à parte illa aduersa petatur,
& pro se illud instrumentum acceptetur,
eritque

eritque in hoc casu protestatio hæc non inutilis, quæ noua Zasij declaratio est, relata & secuta per Oroscium, in eodem. §. editiones numero. 8. colu. 724. fundarique potest ex materia. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & ideò pars illa contra quam instrumentum tale producitur debet esse cauta, vt protestetur se velle vti eodem instrumento in illis partibus quæ faciunt contra producentem, & poterit hoc protestari, & proderit, quoniam effectum est commune, ita Rebuff. in dicto. 3. tomo constitut. Franc. titul. de partium productione artic. 3. num. 2. & 3. & Dec. optimè in cap. cum venerabilis, nu. 22. de exceptio. vbi optimè declarat, quando producens instrumentum, vel libellū videatur fateri ibidem contenta, & quid si enuntiatiua verba in illo inseruntur. Et an instrumenta in iudicio producta dican
17 tur esse de actis, † vide Marant. in practica 6. par. 10. distinctione, siue actu, de actorum editione, numero. 1. cum. 2. sequentibus, pag. 473. & an eo, contra quem instrumentū pars producitur petente, vt totum sibi edatur, sit ei hoc denegandum, crebrius esse asserit Orosc. in dicto. §. edenda, numero. 3. colum. 725. integrum tūc edendum esse: Est tamē circa dicta aduertendum, quod si instrumentum produ
18 ctum cum dicta protestatione † sit factū inter easdem personas & partes, tunc etiā si à parte contraria non acceptetur, dum tamen non reprobetur, facit fidem cōtra producentem, secundum Octauianum decis. Pedamont. 39. nu. 26.

Ibi, [Redarguir de falso,] & in hoc casu si originale talis instrumēti præsentatum in processu, fuerit ad petitionem partis illud præsentantis abstractum & recuperatum, remanēte eius transumpto in processu cū citatione partis aduersæ, (prout fieri debet cum petitur, secundum Couarruuiam in practica, capit. 21. numero. 6.) nullam fidem facit copia in ipso processu remanens, sed omnino originale edendū est, secundum Baldum in. l. final. versicu. venio ad notabilia, numero. 1. C. de fide instr. & ibi per Barto. in. 2. not. dicentem quod tunc ad pœnam talionis debet se obligare, quod tamen de talione non vtitur, vt in hac lege dictum est. Et ex ijs verbis nostri textus poteris notare, quod nō est necesse dicere, quod redarguis instrumentum de falso in tali parte, sed generaliter ipsum de falso redarguere satis est, vt diximus iam. Sed an cum instrumentum
19 redarguitur de falso, possit † illud producens dicere, se nolle eo vti, tradit Abb. & eius additio. in cap. præsentium, numero. 10. extra de testibus, folio. 63. & ibi gloss. & alij, & Capiti. decis. 67. numer. 6. & 7. & 8. & Anton. Gomez. l. 83. Tauri, numero. 6. in fine. Sed an è contra dicens fal
20 sum † instrumentum (propter quod eo vti non potest, secundum Bartolum in. l. post legatum, numero. 6. ff. de ijs qui. vt indig.) poterit post dicere illud esse verum, & eo vti velle, tradit Bartol. vbi sup. numero. 9. vbi ponit cautelam ad hoc, & refert Iason in l. naturaliter. §. nihil, num. 76. ff. de acqui. pos.

Ibi, [Originales,] Quæ tamen originalia sint hæc, quæ tunc (cum de falso instrumenta redarguuntur) edi debent, dubitari poterat, scilicet an esse deberent originalia ipsa, quæ in protocolo tabellionis remanserunt, an verò transumptum originale in processu semel præsentatum & recuperatum dimissa eius copia, & in hoc succinctè dico quod si copia instrumenti præsentati in processu dimissa redarguitur de falso tunc sufficit transumptum per partem recuperatum edi: nam & illud originale dicitur, secundum glossam fin. in. l. 114. titulo. 18. partita 3. & Moran. in practica, titul. de actorū editione, num. 3. Sed si originale hoc ponens partem existens, & in processu præsentatum redarguatur de falso, tunc originale in protocolo notarij remanens edendum est, & sic de vtroque originali supradicto modo, verba hæc nostri textus intelligi possunt. Et cuius expensis
21 editio † actorum sit facienda, tradit Maranta vbi supra, numero. 54. & 55. pagina. 485. & Boer. decisione. 303. numero 7. & 8.

LEX. IIII.

SVMMARIVM LEGIS.

A sententia, in qua domini de consilio vel de chancilleria super declinatoria coram eis allegata vel quolibet eorum se esse vel non esse iudices pronuntiant, nulla supplicatio, nullitas, remedium vel recursus aliquis locum habet neque admittitur.

IBi, [En los del nuestro consejo,] quod quidem introductum credo propter authoritatem magnam consilij regij vel chancellariæ, & integritatem eorum in iudicando, & nulla alia congruentior ratio excogitari potest, secundum Auenda. in tractatu, de secunda suppli. cum. M.D. duplis, num. 1. cum sequentibus. & ideò in eis hoc speciale statuitur, nam in inferioribus iudicibus aliud est, vt videre licet ex l. 3. titul. 18. infra isto lib. quæ in inferioribus intelligitur, in quibus non tanta integritas præsumi potest, & quanuis sententia lata super non esse vel esse iudicem sit interlocutoria, appellari tamen ab ea apud inferiores potest, secũdum illam. l. 3. quoniam maximi præiudicij est & grauaminis irreparabilis, secundum Auend. vbi supra num. 1. & ratio rationis est eò quod inferiores maximè auidi sunt iurisdictionum, & propter cupiditatem hanc faciliter se iudices esse pronuntiabunt, ideò ab eis tũc appellare licet, quæ quidem cupiditas iurisdictionum apud superiores dari nõ potest, & ideò ab eis ex lege nostra tunc nõ supplicatur, & hæc vltra eum poterit esse alia ratio ad legem nostram quam si iugas cum prima ratione supradicta, optimam constitues ad textum nostrum rationẽ.

Ibi, [Nullidad,] etiam notoria vel incompetentiæ, quandoquidem supplicationis remedium per legem nostram tollitur, quo casu & supradictæ nullitates cẽsentur sublatæ, ex. l. 4. titulo. 17. infra isto libro, vbi dicemus in glossa prima, Deo volente.

LEX V. & VI.

SVMMARIVM LEGVM.

Ante conclusionem in causa per viam restitutionis minor, vniuersitas vel alia persona, cui de iure conceditur restitutio in integrum, ad opponẽdas exceptiones nouas admittitur, dum tamen semel tantũ concedatur restitutio hæc, & cum denegatione alterius restitutionis: obligetque se talis persona ad pœnam si exceptionem illam non probaberit. Alia vero persona ad similia non admittetur, nisi tantum per partis confessionem probare velit.

IBi, [Nueuas,] non intelligas de illis, quæ nouiter emergunt (quoniam has quicunque etiam non priuilegiatus proponere poterit quolibet tempore, vt in. l. 1. supra eo. probatur, & diximus) sed de illis verba hæc intelligenda sunt, quæ ortæ erant ante conclusionem in causa & parti constabant, nondum tamen erant propositæ, & sic nouiter nunc proponi intenditur, has enim solum persona priuilegiata per viam restitutionis in integrum proponere poterit, nõ vero alia, vt probatur in. l. 5. titu. 9. infra eo. vbi nouæ exceptiones vocantur, quæ in secunda præsentantur

tur instantia, quæ tamen in prima non fuerunt præsentatæ, neque oppositæ, & sic ibidem solummodo cōsideratur noua exceptionum oppositio, non verò quod nouiter ortæ sint, & ex consequenti facit lex illa pro dicta nostra declaratione: sed & instari potest, nam nonnè maiori etiam conceditur, vt posit facta etiam publicatione nouam opponere exceptionem, solū iurando, quod nunc de nouo peruenit ad suam notitiam, vt probat dict.l.5. si ergò ita est, prout est, quare hic in minore speciale quid statuitur, & dicēdum est quod ideò hic speciale hoc in minore statuitur, quia specialitas non consistit in eo, quod de nouo ad suam peruenisset notitiā, sed in eo tantum quod quamuis antea minor hic & priuilegiata alia persona sciret exceptionem illam sibi competere, & ita probaretur, & nihilominus eam in tempore non opposuit, posit nunc per dictam viā restitutionis admitti ad opponendam exceptionē hanc lapso etiam tempore opponendi illam, prout in.l.1.gloss.no sea, supra eo. diximus, quod secus erit in nō priuilegiata persona, quæ quidem, si probetur quod habuit notitiam exceptionis & non opposuit eam in termino, lapso eo non admittetur ad iurandum non sciuisse, & quamuis iuret non audietur, cum cōtrarium probatum est, & sic nouitas hæc nostri text. solummodo quoad propositionem consideratur post lapsum terminum, non verò quoad ortum, vel ignorātiam eius, aliter enim nihil specialitatis esset in nostro text. constituendum in minore, & simili persona priuilegiata, prout ex dict. l. 1. & ibi dictis colligitur. Est tamen notandum, quod si iis esset super re modica & modici parte iudicij non concederetur dicta restitutio, vt dixi in.l.1. verbo nueue, supra eo. si benè memini, mulieri tamen ex eo quod mulier sit, nisi minor fuerit non concedetur restitutio nostri text. ex dicendis per nos Deo volente, in.l.3.verbo, que tenga, titu. 8. infra eod.lib.

Ibi, [Vna vez tan solamēte,] simile probat text. vbi dicemus in verbo, se le deniegue in.l.3.tit.8.infra eod. lib. & ex ijs verbis & præcedentibus limitari potest text. in.l.1. supra eod. post viginti dies prohibens exceptiones peremptorias & præiudiciales proponi, nam non procedet quoad personam minoris & similis priuilegiatæ personæ, nam quo ad has personas dispositum est per legem nostram posse opponi exceptiones has etiā illis viginti diebus elapsis petita per eas in integrum restitutione, & tunc vt aliquid plusquam in maioribus statuatur, (nam maiores id etiā possent, secundum quod diximus in. l. 1. supra eo) poterūt id minores & similes facere, etiam si illarum exceptionum antea notitiam habuissent, nullis retardati processus refectis expensis, nam cum lex illa generaliter loquatur non censetur legem nostram specialiter disponentem corrigere, articulo doctrinæ communis gl.l.1. C.de silenciar.lib.10.&glo.fin.in l.postquam.C.de pactis, quas sequitur alius allegando Orosc.l.1.col.207.nu.33.& 34. ff.de constit. princip. & in.l.sed & posteriores colum.161.versic.2.ff.de legibus, gloss.menos.l.56.titulo.5.partit.5. Messias in.l.de Toledo.6.fundamento.2.par. num.17.cum sequentibus, & in nostrum propositum, ita tenendo allegat illas glos. Didacus Perez, hic colum. 1009. versic. quæro vtrum, licet textum nostrum, pro hoc non consideret, de quo miror, & quāuis dixerimus in.l.1.sup.eo. maiores etiā admitti ad exceptiones has proponendas lapsis illis.20.diebus, & ex text. nostro in hac.l.5. si bene inspiciatur, probatur, adhuc tamen tunc speciale quid datur in minore & simili priuilegiato scilicet, vt ij etiā facta publicatione testium admittantur per in integrum restitutionem ad allegandum & probandum eas, maiores tamen non admitterentur facta publicatione ad allegandum & probandum tales peremptorias & præiudiciales exceptiones, & hoc est aliud speciale talium personarum priuilegiatarum.

Ibi, [Otra restitucion,] intellige similē ad opponendam exceptionem post terminum lapsum. Secus vero si ad alium actū, vel punctum restitutio hæc peteretur in eadem etiam causa, nam tunc bene concedetur talis restitutio, si probetur læsio & minor ætas, nam verbum, otra, est repetitiuum similium, secundum Bald.in.l. conuenticulam.C.de episc. & cler. ergo

de

de simili restitutione, non vero de differenti verba hæc intelligenda sunt, & ita etiam loquitur totus titulus. C. si sæpius in int. res. post. & probat optima lex. 6. in medio, titulo. 19. partit. 6. nam restitutio
1 in vna causa † concessa tunc demum non potest in eadem iterato peti, quoties circa eandem rem petitur, prout communē testatur Mauritius relatus per Villalobos in ærario mil. com opin. litera. R. nu. 78. sicq; intelliges l. 3. titu. 8. & l. 5. titu. 9. infra isto lib. denegantes bis restitutionem concedi in causa aliqua, nam debent intelligi super eodemmet articulo, sed super diuersis similibus articulis bis & plus potest peti & concedi minori & simili personæ priuilegiatæ: sed an procedant hæc siue restitutio sit denegata, quia non probatum de læsione, vel de ætate, tangitur in dict. l. 6. in glo. otra.

Ibi. [Para ser recibido a prueba,] ergo si non est necessaria probatio ad manifestandam exceptionem illam per quemcunq; proponi poterit etiam lapsis illis viginti diebus. l. 1. supra eod. quia cessante causa propter quā propositio exceptionis post illum terminum denegatur, scilicet dilatio litis ex probatione causanda, debet cessare legis dispositio ex tx. & materia in c. cum cessante, de appel. & sic considerari potest, hic esse text. probantem, quod exceptio, quæ inest ipsi actioni, vel quæ ex actibus processus apparet & constare potest, ad cuius manifestationem nulla probatio requiritur, etiam lapso termino legali proponi poterit, prout in l. 1. sup. eo. diximus, verbo, no sea oydo.

Ibi, [por cōfesiō de la parte,] hæc enim probationis forma nunquam regulariter
2 exclusa † censetur, neq; ex ea lis prolongetur amplius quam pars cōfiteri debens voluerit confessionē suā prolongare, de se pars ipsa conqueratur, quæ tantum dilatat litem quantum confessionis declarationem detinet, ideòq; mirum non est, si per confessionem partis tunc admittatur probatio, nam licet contra præsumptionē iuris & iure nulla admittatur probatio in cōtrarium, vt licet latè videre ex Alciato, in tract. præsumptionū, in argumentis. 2. part. inci, i. nunc videndū est de præsumptione iuris & iure, nu. 1. cum seq. pag. 14. in paruis, & per Hippol. alios plures allegantem in rub. nu. 72. de probat. nam pro
3 priè † confessio probatio non dicitur, vt per eundem Hippo. ibi. à num. 67. vsque ad. 77. sic & post decem dies parti executatæ assignatus ad opponendum se execu
4 tioni per l. 3. titu. 21. inf. eod. potest ipse † executatus petere vti executionem petēs declaret sub iuramento, oppositis ab ipso reo, secundū Suarez in l. post rē, vers. sed est pulchrū dubiū, de quo in ea l. 3. latius dicemus, & tradit Maran. in pract. titu. de cōfes. n. 23. pag. 447 in paruis, imò & plus videtur ex lege nostra probari, scilicet, q & hoc procedat, etiā ad partis petitionē, videlicet vt & ad partis petitionē cōpellatur aduersa pars iurare & declarare petitis, quā uis aliud diceret Paul. relatus per Maran. vbi sup. contra quem ex text. hic dum ad partem verba dirigit.

In l. 6. ibi, [Cierta pœna,] quā minor, vel persona illa priuilegiata incurret si exceptionem per viam restitutionis propositam non probauerit, nisi penituerit pro positionis ipsius talis priuilegiatus, quia
5 tunc cessabit pœnæ † condēnatio, vt probatur in l. fin. titu. sequentis. & an in casu in quo debeatur pœna debebitur si parti, cui applicanda esset, nihil interesset, dicemus in l. 3. tit. 8. i. eo li. ver. se le deniegue.

SEQVITVR TITVL. VI.

De los testigos y de las prueuas, y terminos dellas y conclusion de los pleytos.

ET quoniam post citationē litisq; contestationē & propositionē exceptionū, replicationūq; partiū, de quibus in titulis præcedentibus, partes probationem allegatorum facere debent, ad fundandas suas intentiones, idque per testes & aliud quodlibet probationum genus faciunt, termino eis ad hæc concesso, quibus factis lis concluditur, ideò post præcedētes titulos, sequitur noster, de ijs omnibus tractans, vt ex eius apparet rubrica.

In rub. ibi, [testigos,] in plurali ponitur, quia

quia in ore duorum vel trium stat omne verbum, & quia regulariter duo testes ad minus requiruntur ad plenam probationẽ nisi in casibus in iure expressis. Et quid significet verbũ testis, tradit Did. Pe. in rub.
1 tit. 1 1. li. 3. ord. verbo, testigos, col. 1 1 3 3. cum. 2. sequent. vbi aliqua de testibus prosequitur in declaratione diffinitionis verbi testis, quæ per ipsum, & per DD. quos allegat videbuntur.

2 Ibi, [Prueuas,] quid sit probatio, † & quot sint probationum genera, tradit gl. in rubr. C. de probatio. & Hostien. in summa. titul. de probatio. §. 1. & Azo, in summa, quos & alios refert Didac. Perez, vbi supra, verbo, prueuas, colum. 1 1 48. cum 4. seq. & Hippoly. in rubr. de probat. & in titulis ordinarijs.

Ibi, [Terminos,] id est dilationes, &
3 quid sit † dilatio, tradit alia in propositum declarans Bald. in capit. quoniam contra, num. 4 5. & ibi Lanfran. titu. de dilatio. extra de probatio & alij relati per Did. Per. libr. 3. ordin. colum. 976. cum. 3. seq. quæ sciuisse credo à Rebuf. 3. tomo constitu. Fran. titu. de dilatio. in princ. & nc. quod
4 dilatio termini est actus † iudiciarius, secundum Specul. de dilatio. §. nunc videamus, ver. sed pone, relatũ per Maran. in pract. 6 part. actu. 8. num. 2 5 pag. 461. potestque dilatio, si à iudice datur reuocari, cancellari, vel abbreuiari antequam pars ea incipiat vti non alias secundum Villalob. in ærario mille com. opi. litera D. nu. 84. communem hanc asserentem, ex Balbo, decis. 3 3 inquit q. notandum ad l. 2. tit. 11. part. 3.

Ibi, [Conclusion de los pleytos,] ex iis verbis titulo præcedente, l. 2. glos. fin. sumimus argumentum ad probandum conclusionem in litibus non esse necessariam de quo ibi diximus. Notãdumq; est quod
5 si post cõclusionem † factam articuli per iudicẽ admittantur videtur reuocata conclusio, nisi absque præiudicio conclusionis iudex declaret articulos admittere, secundum Hippoly. in pract. §. sequens. nu. 5 2. & melius per Areti. in dict. ca quoniã contra, col. 6. & 7. & Paris. consil. 1 07. n. 1 20. vol. 3. vbi videtur contra tenere.

LEX I.

SVMMARIVM LEGIS.

Lite conclusa, iubendum est partibus vt iurent de calumnia, eisque assignandus est terminus ad probandum, secundũ tenorem nostræ legis, & si terminus debeat esse vltra marinus debet peti cum ordinario, & alia obseruari in lege nostra & sequent. tunc requisita.

Ibi, [Concluso el pleyto,] de prima intellige conclusione, quæ præsentatis duobus libellis per quamlibet partem, fit ad probandum, & si tunc partes ipsę non concludant, habetur pro conclusa causa, & iudex recipit partes ad probandum, secundum text. in l. 9. infra eod. sed si hac conclusione facta, ex allegatis per partes lis diffiniri potest, vt potè quia consistit in iure, & non in facto, hæc talis censetur finalis conclusio, & diffinitiuè debet causa determinari, sed si consistit facto, ad qᵹ factum manifestandum probatio requiritur, tunc censetur conclusionem factam ad probandum, & hæc vocatur prima cõclusio, respectu alterius faciendæ publicatione facta, de qua vltimo & finali conclusione tractat Didac. Perez. l. 6. titul. 6 libr. 3 ord. colum. 1 1 66. verbo, pleyto.

Ibi, [Que las partes jurẽ de calumnia], hic est text. probans, quod tam actor quã
1 reus facta litis contestatione † iure ciuili, & iure regio post conclusionem primam debent iurare de calumnia, ex text. etiam in cap. cum causam in fine, de iura. calum. cap. dudum. 2. de electi. notat Marant. in pract. 6. part. actu. 1. de iuramento. pagin. 4 2 3. num. 1. vbi inquit, quod adeò est substan-

2 stantiale iudicij iuramentum† calumniæ, quod non potest per partes expressè remitti, ex.l.2 §.sed quia veremur. C.de iuram. calum. & ideo si bis per partem aliquam petatur bis fieri simile iuramẽtum, & non fiat redditur processus nullus, secundũm text.in.l.9.titu. 17.infra isto lib. tradit Dida.Perez, lib.3. ord. col. 908.in fine, cum principio sequentis, tacite tamẽ secundum eundem ibidem & Maran. vbi supra, num.2. & Menoch. de arbit. iudic. lib. 1.quæst.20.per totam, remitti potest, ex text.in cap.1.de iur.calum.in.6.& ideò quia non petitur solet omitti plerumque in iudicijs, & quia à communiter acciden tibus actor ipse in libello & petitione prima iurat se ex malicia non petere, licet ab ipso reo si non petitur, non fit, & vocatur hoc iuramentum calumniæ, secundum textum in.l.23.titul.11.part.3.de la man quadra, quinqueq; debet continere per illam.l. relata, & per Maran. vbi supra, nu. 10. quod quidem iuramentum, si prout decet, fieret cum tremore & timore domini, maximè lites, dilationes ac calumniæ euitarentur, sed quia ita temerariè & inconsideratè fit, præsertim per procuratores, melius est iuramenta hæc non peti, nẽ fortè Deus offendatur partium periurijs, & hac de causa inquit Didacus Perez, vbi supra, colum.910.versi.istud autẽ, quod iuramentum hoc iam de cõsuetudine nõ seruatur in curijs secularibus regni, fortassisque, hoc erit non tam ex dicta consuetudine, quam ex omissione partium in nõ petendo, crederem enim quod si peteretur, consuetudo nihil prodesset, cũ aduersus legem nostram & alias nostri regni nõ valeat consuetudo, & sic iam in iudicijs vidi petitum & iussum effectumq;. Et ex parte rei quomodo & quando sit iurandũ de calumnia & in qua parte iudicij dispo nit dict.l.23. Et an post terminum nostræ
3 legis possit peti† vt præstetur, tradit Marant.vbi supra, & Dida. Perez, vbi supra, colum.904.cum.2.sequentib. & resolutiuè tenendum est, quod in quacunq; parte iudicij peti potest præstari ex iam dictis in hac lege, & alibi. Et qualiter puniatur reus, vel actor iuramentum hoc nollẽtes subire, tradit Marant.vbi supra, nume. 6.
4 pag.423. & de pœna† in eo se periurantis, vide Auend.cap.27.prætor.nu. nume 16.versic.3. conclusio cum sequenti lib. 2.& vide.l.2. in fin. infra titul. proximo. Et an iuramentum calumniæ excuset ab expensis, alibi videbimus. Et verba hæc nostri text. non solum de dicto iuramento calumniæ intelligẽda sunt, verum etiã de illo, quod præstari petitur ad declarationem articulorum per partes propositorum.

5 Ibi, [El siguiente,] iure tamen † ciuili quot dilationes dentur ad probandũ, tradit Lanfrancus plura alia dicens, in capit. quoniam cõtra.tit.de dilatio.extra de probatio.num.7. cum sequentibus pluribus, vbi num.5. &.6. ponit & enumerat dilationum species, inquitque dilationem ad probandum assignatam peremptoriam esse, prout frequẽtiores tenere asserit Orosci.in.l.fin. ff. de ferijs, nume. 3. col.715. vbi Iass. num. 6. cum pluribus sequentib. limitat, de quo & tradit Marant. vbi supr. n.2.3 &.4.pag.433.& Dueñas reg. 201. semelque datur, secundum Marant. vbi supra, ex text.in.l.1. C.de dilatio.& Dueñas, reg. 200. limitantes eam allegando, & ibidem Maran.pag.432.cum pluribus sequentibus, alia plura in materia dilationum annectit, & quando noua dilatio dãda sit, & Rebuff.in.3.tomo. const.Franc. titu.de dilatio.artic.11.&.12. Est tamen notandum quod dilatio probatoria semper est communis vtriusque partis, ex.l. petendæ.C.de temp.in int.rest.pet. & est continua & non vtilis, nisi quando feriæ absorberent totam, vel maiorem partem dilationis ipsius, secũdum Marantam vbi supra, numero.18.pag.435.in tantumq; dilatio est communis, vt procedat etiam si per viam restitutionis concedatur, secũdum text. vbi dicemus Deo fauente in.l. 3.titu.8.infr.eo.lib.

Ibi, [Termino de ochenta dias,] terminus hic intra portus octuaginta dierum, & vltra portus centum & viginti solum in curia suprema & chancellaria seruatur & assignatur, vt inquit per text. nostrum gloss.1.l.33.titulo.16.par.3. sed illud fortassis ante nostræ regiæ recopilationis promulgationem procedebat, hodie tamen vbicunque seruandum est, præsertim in curijs ecclesiasticis, in quibus si non conceditur

ceditur terminus nostri text. appellatur, & protestatur auxilium regale de la fuerça, & misso processu, in hoc gradu ad chãcellariam declaratur, vim fieri si terminus non concedatur, & cum nostra lex generalis sit, vbique seruanda est, licet in vnoquoque tribunali diuersi styli circa hæc reperiantur: & nota quod interim, quòd
6 dubitat † iudex an sint admittenda capitula non currit tempus probationis, secundum Baldum & alios relatos per Asiniũ, in praxi. §. 2. cap. 1 1. num. 1 0. & 1 1. & ibi alia similia adducit, & numero. 1 3. idem esse asserit si per aduersarium impediatur, impedimentumque illud tolli aliquodo non possit vt per eum ibi num. 14.

Ibi, [Para prouar y auer prouado,] hic habes tex. expressum ad hoc quod potest assignari terminus ad probandum, præsentandum testes & probatum habendum, prout & antea notabat Bald. in. l. properandum, in princip. num. 2. C. de iudic. cum causa tamen secundum eum ibi, putà si terminus iurisdictionis breuis sit, vel finiatur, vel vt liti finis imponatur, vel si in iure, ita expresse permissum sit fieri, prout in nostro text. permittitur, & iubetur, vt sit litium finis. Secundo notandum est in
7 iure dupliciter † terminum ad probandũ assignari posse, aliquando enim datur & assignatur simpliciter ad probandum, aliquando vero ad probandum, & probatũ habendum, vt hic, & inter hos terminos maxima constituitur differentia, quoniã in priori termino simpliciter ad probandum constituto sufficit testes iurare intra terminum hunc, vt possint eo elapso examinari, & vt censeantur in termino deposuisse, quia depositio & dictum talis testis retrotrahitur ad tempus iuramenti, secũdum Roma. & alios relatos per Marant. in pract. 6. part. titul. de dilatio. n. 1 9. pag. 436. & ita quotidie in practica seruari asserit, & verum dicit, & tenent alij relati per Didac. Perez. l. fin. titu. 8 lib. 3. ordin. col. 1 1 0. vers. sed tamen in contrarium,
8 imo & adsunt casus † in quibus etiam si testis in termino non iurasset, admitteretur post terminum, quos refert Bald. & relati per Additio. Bart. in. l. mancipiorum. ff. de opti. legata, imo si parte præsente vel citata, iudex probationes post terminum admisit validæ sunt & probant, secundũ Additio. Bar. ibidem, solet tamen secundum Marant. vbi supra numero. 20. assignari & dari terminum ad examinandos testes iuratos in termino iam lapso, & hoc finali termino labente amplius non examinabuntur, & est bona practica: In secũdo verò casu quando terminus ad probandũ & probatum habendum assignatur, nisi intra illum terminum testes præsententur iurentque & examinentur, † lapso il-
9 lo termino amplius examinari non possunt, quamtumuis in termino illo iurauerint, hoc enim importat hæc forma assignationis termini huius, ita asseruerũt plenè Abb. & alij relati per Maran. in dict. numer. 19. & Alexand. in authen. iubemus, num. fin. C. de iudi. & Ferrar. in practica, in forma opponendi contra testes, gloss. suntquæ. quæst. ante pen. fol. 59. col. fin. & Paul. Castr. in. l. fi. num. 9. &. 10. ff. de ferijs, & Matienço in dialogo relatoris 3. part. cap. 45. num. 3. & nouissime de his terminis tradit etiam Nicolaus Ant. in addition. ad practicam chancella. apos. Octauiani Vestri lib. 6. capit. 2. num. 59. cum seq. vbi limitat & declarat, & terminus hic habet vim cõclusionis quoad probationes facti, non vero quoad allegationes iuris, secundum Alexan. consil. 101. num. 4. lib. 2. Ex quo infertur ad. l. 7. titu. 8. infra isto lib, quod cum terminus istius
10 l. 7. sit datus † ad probandum & probatum habendum, si intra dies triginta ibidẽ concessos testes non sint præsentati, iurati & examinati, nullo modo lapsis illis. 30. diebus examinari poterunt parte contradicente, quanuis intra terminum illum iurauerint, sic & idem est in decẽ diebus viæ executiuæ concessis ad se opponendum executioni, secundum Didacum Perez, dicta column. 1 1 0. & Auenda. capi. 16. Prætorum, num. 1. &. 2. lib. 1. vbi num. 2. inquit probationem aliter factam esse nullius momenti, quod optimum ad. l. 2. 3. & fin. titu. 2 1. infra eod. quanuis tunc per partis confessionem posset peti fieri probationem hanc, & compelletur pars iurare & declarare, vt in glo. pen. l. fi. titu. supra proximi diximus, & tenet Maranta, in practica, titul. de confessione, num. 23. pag 447. sed an si pars allegat se esse impedimento

dimento detentum, vt probare non posset in termino isto dato ad probandum & probatum habendum, excusabitur, tradit succinctè Paul. in dict. num. 9. & 10. & idem Ferrara in dict. col. fin. vbi & aliā annectit quæstionē, num scilicet si testes ij examinati intra dictum terminū ad probandum & probatum habendum, nō fuerint in termino illo publicati, tenebit eorum publicatio lapso termino facta, & an tenebitur iudex ipsos publicare, & respōdit quod tenetur publicare, non tamē durante termino illo, sed eo impleto, publicatio enim testium termino probatorio durante non est facienda, sed eo elapso, secundum l. 10. infra isto tit. inquit tamen Matienço, vbi supra & non displicet eius dictum, quod si terminus hic datus ad pro
11 bandum & probatum habēdum breuis† esset, testes in termino illo iurati possent examinari eo elapso, nè propter termini defectum iustitia pereat.

Ibi, [Y para presentar,] ex styllo tamen admittuntur si præsententur etiam conclusione facta, secundum Practicum Mōterroso, in. 5. tractado cap. 3. de la contestacion in fine.

Ibi, [Puedan abreuiar,] hic est tex. probans ex causa abbreuiari vel prolongari posse terminū legalem, vt alibi diximus, & quæ sit causa sufficiens arbitrio iudicis cōmittitur, & causas aliquas refert Abb. in cap. 1. nu. 7. de dilatio. extra.

Ibi, [Testigos,] sed an idem sit si ad instrumenta trahendum extra regnum existētia, vel vltra mare petitur terminus, vt cum termino probatorio petitus concedatur, vel an cum eo sit petendus vt con-
12 cedi posit, & dicendum est † idem esse, quia testium appellatione instrumenta cōtinentur. l. 1. ff. de fid. instru. l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verbo. signi. vbi Bart. & Alciat. dicunt, hoc esse propriè & non impropriè, de quo & per Tiraq. relatum per Menoch. de arbitra. iudicum. lib. 2. centuria. 1. casu. 63. & hoc præsertim verum est verbis nostri tex. attentis & legis sequentis, ibi, para prouar, & ibi para prouança, ex quibus clarius est verbis, probationem instrumentorum contineri, nā
13 si cui committitur causa † ad probationē faciendam, potest eam etiam per instrumenta recipere, vt tenent relati per Afflictis, in constit. Sicil. rubr. 48. num. 2. lib. 2. & pro hac opinione reperio tex. expressum in cap. induciæ. §. spacium. 3. q. 3. dum disiunctiuè loquitur, quāuis in rota aliud seruari appareat ex decis. noua rotæ, de testibus in ordine. 17.

Ibi, [De seys meses,] ortum habuit lex hæc à l. 1. & fin. C. de dilatio. & à l. 33. in fin. titu. 16. part. 3. & de iure canonico habemus tex. in dict. cap. induciæ. §. spacium 3. quæst. 3. quem allegat Abb. in cap. 1. n.
14 7. de dilatio. sed an terminus iste poterit† prolongari si necesse fuerit, & videbatur dicendum quod non, tum quia lex nostra nullo remedio audiendam esse per tempus termini sex mensium petentem, tum etiam quia terminus hic præfigitur nō vt non possit abbreuiari, quia potest, vt in l. sequente patet, & not. Practicus Monter. in. 5. tract. de chancillerias. cap. 2. in princ. sed vt prolongari non possit, ex dicta l. sequente, quasi per expresionem abbreuiationis casum prolongationis excludat, sicut & excludere videbatur tex. in. l. 1. C. de dilatio. teste Abb. in cap. penult. nu. 2. & 4. de testibus, & sic quanuis ex quadam lege antiqua in hoc casu daretur expresse iudici arbitrium etiam prolongandi terminum hunc, & illa lege attenta ita dicebat Didac. Perez in l. 2. titu. 11. lib. 3. ord. columna. 1158. in fine, lex illa tamen iam non sic reperitur transcripta in lege sequēte, quæ eadem erat, sed potius omissa & exclusa videtur potestas prolongationis, per potestatem concessam abbreuiandi, & sic hæc opinio quod prolongari nō possit tenenda videtur, nihilominus tamen contrarium asserēdum credo, imò quod sicut abbreuiari, ita & prolongari poterit terminus hic, cum differentia tamen, scilicet, quod ad abbreuiationē solum arbitriū iudicis sufficiat, secundum legem sequentem, ad prolongationem vero non sufficiat eius arbitrium, sed potius maxima causa subsistente debet fieri prolongatio hęc causæ huius cognitione præcedente, & ideò non sine mysterio lex sequēs de prolongatione nihil dixit, sed tantum de abbreuiatione, non excludens tamen per hoc ius antiquum, quod ex causa prolongari posit terminus hic, sed potius illæ-

sum

sum illud relinquens, prout prolongari posse in terminis dictæ. l. 1. C. de dilatio. similis nostræ asserebat Abb. vbi supra. & gloss. in. d. l. fi. C. de dilatio. per text. expressum in. l. oratione. ff. de ferijs, cui tex. non obstat alius text. contrarius in l. fi. ff. de ferijs, nam lex hæc fin. ff. de ferijs, secundum glo. ibi communiter approbatam, teste Costalio, ibidem, nõ excludebat, quin si iusta interuenisset causa de qua constaret per causæ cognitionẽ, non ampliaretur terminus & daretur secunda dilatio, licet vnicam tantum dari per text. ibi statueretur, nam equidẽ dari poterat & prolongari, iustæ causæ præhabita causæ cognitione secundum supradicta, & probat optima. l. 3. titul. 15. part. 3. vbi glo. 3. que
15 rit, si dilatio & prolongatio hæc daretur † non præcedente causæ cognitione, esset ne ipso iure nulla, an vero esset necesse appellare, & dic esse nullam ipso iure propter verbum, non potest, necessitatis inductiuum, secundũ gl. in ca. 1. de reg. iur. in 6. & in. l. Gallus in princ. ff. de lib. & post. litẽ Ias. l. fi. 35. nu. cum seq. ff. de ferijs, in hacq; causæ cognitione huius secundę dilationis vertetur & tractabitur, an se in prima dilatione impeditũ ostendat petẽs prolongationẽ, vt in. d. l. oratione probatur, dabiturq; tũc tẽpus in quo impeditus fuit vnde si vnũ testem non potuit producere vni producendo dilatio concedetur, secundũ. l. admonendi. ff. de iureiur. text. etiam in. l. & ideò hæsitatur. ff. de verbor. obli. vbi Paul. num. 1. quã legit sub. l. si stipulatus essem, illius tituli, & si duobus testibus impeditus fuit, illis tantũ producẽdis restituetur. l. diuus. ff. de in int. restitu. l. interdum. ff. de minoribus, idq; stricto iure, æquitate tamen, vt Bart. notat in. d. l. fi. ff. de ferijs, dilationes non adeò coarctantur: eritque etiam iusta causa prolongandi terminum hunc, si ius actoris deterius non fit, secũdum gl. & Bald. in. l. si ea in fi. C. qui accusare nõ pos. & rotã nouã 30. id tamen vltimũ, & iure optimo, nisi alia iusta causa adesset, in practica nõ sufficere crederem, prout asserit gl. los plazos in. l. 34. titulo. 16. partit. 3. nam licet tunc cum prolongatio petitur termini huius, ius actoris non sit factum deterius, poterit tamen in posterum fieri si prolongatio concedatur, & satis deterioratur dilationibus & prolongationibus, & in summa secundum. l. & si post tres. ff. si quis cautio. & in. l. mancipiorum. ff. de optione legata, causæ cognitio ex varijs causis magna ex parte in facto cõsistit, ex quo ius dãdarum dilationum resultat, & ita absque dubio teneo, iusta existente causa, de qua constat per causæ cognitionem, prolongationem termini horum sex mensiũ fieri posse, neq; id ex verbis nostri text. excludi, sed potius includi & ex dictis declarari, vt subsistente iusta causa id fieri possit nam & ea, quæ ab apostolis statuta sunt, ex causa mutata fuere. c. corepiscopi. 70. distinct. & ibi Archidia. cap. non debet, de consan. & affini. quæ iura ad hoc allegat & considerat Rebuf. in tract. de nominatio. quæst. 5. num. 45. secundum nouam impressionem, & ita in effectu probare videtur lex nostra in præsenti in finalibus, verbis, quam id permittere ex magna causa intelligendum est, sic declarando legẽ sequentem, nè sint inuicem contrariæ, prout declarauimus. l. oratione, & l. fi. ff. de ferijs, & ideo inquit Abb. vbi supra, hò
16 die dilationes lias communiter † esse arbitrarias, in legeque sequente de abbreuiatione tantum fit mentio, & arbitrio iudicis relinquitur, vt sciant iudices, circa litium abbreuiationes intentos esse debere, & dilationes leges non procurare, sed potius circa eas velle manus iudicum restringere, vt tantum eis liceat prolongationem facere, quantum iusta causa existens requirit, de qua per causæ cognitionem debet constare, præsertim in tam longo sex mensium termino, non tamen vult lex ex toto iudici potestatem auferre, sed dicto modo limitare, nam & ex breui dilatione, sicut ex longa possunt partes damnificari, & ideo in vtrisque sapienter & cautè iudices debent prouidere, in vtraque enim latet Anguis in herba id est peccatum, secundum Nauarrum in manuali. capit. 25. numero. 13. & quando dari possit secunda dilatio tradunt Ias. & Doctores in. l. 2. ff. de re iudi. & notan-
17 dum quod probationes † factæ etiam nulla data dilatione validæ sunt & iuridicæ, ex. l. cum à nobis, & l. si quando. C. de dilation. communis secundum Ias. in. l. fin.

numero.52.ff.de ferijs. Aduertendumq;
est terminum sex mensium nostri text-
dari quoties factum de quo tractatur in
istis regnis contingit, secus vero si vltra-
18 mare † vel extra regnum contingeret, nã
tunc non petitur terminus hic vltramari
nus sex mẽsium, sed terminus ordinarius
vnius & duorum annorum si opus est, se-
cundum Practicũ Monterroso, in practi.
ciuili, tractatu.2.fol.11.pag.2.in princip.
& ex lege sequ. & ex nostra probari põt.
Ibi, [Depositando las expensas,] caute
fuerunt apposita verba hæc ad euitandas
malignitates petẽtiũ reduci testes de lõ-
ginquo, petens enim similẽ dilationẽ ad
testes producẽdos debet cõpelli depone-
19 re pecuniã pro expensis ipsorũ testiũ † fa-
ciendis pro eundo & redeundo, si calum
niose apparebit petijsse ꝑ text. expressum
& ibi gl. expensas, in c. statutũ.§.fi. de res-
cript. in.6. & ibi DD. & Bar. in auth. de te
stib.§.& quoniã, n.19. insuperq; iudex si vi-
derit expedire imponet pœnam aliquã pe
cuniariam parti contrariæ vel fisco appli-
candã, si calumniose apparuerit petitum es-
se terminũ vltramarinũ, puta quia per te-
stes in termino & dilatione illa præsenta-
tos non probauit id quod asserebat, secun
dũ Ancha. in c. cõstitutus.2. oppositione
extra de fideius. quẽ ibi refert & sequitur
Imol. in fi. col. vers. alia cautela, dicens in
prac. notatu dignũ, referũt & approbãdo
magnifaciunt Alex. fi. col. vers. & quid si
suspicatur, & Ias. col. pen. n.27. in. l. 1. ff. si
quis ius dic. non obtẽp. & Did. Per. in prę
senti. col. 1159. cum seq. probatq; expres
se lex nostra, & addit ꝙ poterit iudex iu-
bere, vt statim pœna illa depositetur ac de
ponatur, & idẽ erit ex lege sequente, quo
ties terminus petitur ad probãdum extra
regnũ, prout & considerat Did. Per. vbi
sup. col. 1160. idemq; in hoc termino, ꝙ
in illo vltramarino probandũ est, secũdũ
dictã. l. sequẽtẽ, quæ nostræ declaratoria
est, insuperq; necesse est, secũdũ. l. 3. infra
eod. terminũ hunc vltramarinũ vel extra
regnũ petiin simul cũ ordinario termino:
Ex quibus vt scias qñ & quomodo termi
20 nus hic vltramarinus †, vel extra regnum
petendus adhibeo tibi conclusionẽ ex le-
ge nostra & ex duabus seq. elicitã. s. termi
nũ sex mensiũ vltramarinũ, vel extra reg
nũ tunc concedi quoties petitur in simul
cũ ordinario, daturq; informatio intra tri
ginta dies qualiter testes producendi in
partib' erãt in loco vbi factũ, quod discuti
tur, contingit, & tunc iudex concedet de
positis prius per partẽ petentẽ expensis in
eundo & redeundo consumendis, pœna
que si iudici videbitur, depositata pecu-
niaria soluenda per talẽ partẽ si intentio-
nem non probauerit, & sic clarissimè col-
ligitur ex ijs nostris legibus, ad quarũ de-
cisiones iudices multum aduertere debe-
rent, nè dilationes vltra iuris terminos &
metas incautè in partium damnum & pe
riculum suarum animarum concedant.
Ibi, [ni con restitucion,] in hoc legisla
tor sapienter prouisit, aliter enĩ per gene-
ralẽ exclusionẽ remediorũ nõ censeretur
21 remediũ speciale † restitutionis excludi,
sm̃ gl. quotidie allegatã, in. l. 1. C. de silen
tiar. lib. 10. quã & similes allegat Did. Per.
in. l. 1. tit. 8. lib. 3. ordi. col. 109. vers. quæ-
ro vtrum, & ex ijs verbis nostræ legis, &
ex seq. ibi, ni de otra manera, in præsenti
cessat remediũ speciale restitutionis: Ex
quo desumo, optimã & nouã limitationẽ
& verã meo iudicio ad. l. 3. tit. 8. inf. eo. li.
concedentẽ restitutionẽ minori & simili
priuilegiatæ ꝑsonæ ad petẽdũ terminũ in
tra quindecim dies publicatiõis ad ꝓbãdũ
nã nõ habebit locũ si assignato prius ante
publicationẽ, termino hoc vltramarino
horũ sex mẽsiũ, minor post publicationẽ
vel alia priuilegiata persona petat terminũ
aliũ vltramarinũ per viã restitutionis vir-
tute illius. l. 3. nã nõ cõcedetur ei, per tex.
nostrũ sic disponentẽ, aliter enĩ plusquam
sex mẽses daretur cõtra nostri tex. disposi
tionẽ, & ꝙ vna via prohibetur, nõ debet
alia cõcedi ex iuris regulis, nisi aliqua iusta
impedimenti causa allegaretur & ꝓbaret,
nã tũc idẽ esset ꝙ in maiori, vt prolõgatio
termini fieret, sm̃ quod in hac lege dictum
remanet, dũ tñ intra illos sex mẽses prolõ
gatio hæc peteretur, eis enĩ elapsis dubi-
to an cõcederetur. Ex ijs etiã videtur ces-
sare dicta per Matth. Affli. in decis. Neap.
124. incipiente ecce datus est terminus,
vbi voluit tenere contra nostram limita-
tionem supradictam, sed eius opinio in no
stro regno non seruabitur, vt pote, quia
contra nostram legem, posset tamen pro
cedere

cedere [illegible] Matth[illegible] quod si ante publicationem nullus terminus vltra marinus vel extra regnum fuit per hanc priuilegiatam personam petitus neque concessus, sed post publicationem persona hæc priuilegiata illum petit ex causa restitutionis aduersus omissam probationem per illam l. [illegible] die publicationis,
22 tunc [illegible] concedetur optime terminus hic vltra marinus sine vtilitate termini ordinarij ante publicationem concessi priuilegiata hæc persona probationē suam facere non potest, quia congruus terminus est ad hoc concedendus, secundum dict. per Afflict. vbi sup. & tunc erit necesse etiam quod persona hæc priuilegiata petat restitutionem aliam, eo quod terminum hunc vltra marinum nō petijt in simul cum termino probatorio ordinario, prout lex.3.infra eo.requirit, nam nisi & hanc petierit restitutionem nō audiretur persona hæc priuilegiata terminum vltra marinum post publicationem intra 15. dies publicationis petens, ijs tamē duabus restitutionis petitis audiretur vtique si nullus antea vltra marinus terminus erat ei concessus, & concedetur nunc ei, dum tamen & alias nostri text. diligentias minor hic & priuilegiata persona faciat, de quibus in gl. supr. proxima, quę omnia vt noua ita & singularia & notatu digna & vera iudico. Solent tamen aliquando, secundum Practicum Montorroso, vbi supra, fol. 11. in fin. cum princ. seq. iudices iubere, vt testes in termino præsentatos durante publicatione examinentur.

Ibi, [De aliende el mar,] vel extra regnum etiam si non sit vltra mare, cum sit eadem ratio & ex lege sequēte probatur.

Ibi, [Le ponga pœna,] de quo & in hac lege iam est dictū in gl. depositando, quæ quidē pœna quatenus debeatur, in l. 3. tit. 8. [illegible] eo in gl. se le ponga, dicemus: & notā-
23 dū quod pœna hæc nūquā imponitur fiscali regis, neq; pauperi litiganti, secundū Monterroso, vbi supra fol. 13. in princ.

LEX II.

SVMMARIVM LEGIS.

Quæ per iudicem & partem aduertenda etiam sunt cum concedendus est, & petitur, quod concedatur terminus vltra marinus vel extra regnum, declarat lex nostra, & hoc pro summario sufficiat.

IBi, [O fuera del Reyno,] ampliat legē præcedentem vltra mare tantum terminum sex mensium assignantem, vt idē sit si extra regnum petatur concedi, vt in l. supra proxima diximus, & cum lex nostra hæc duo æquiparet, omne id quod statutum est cum petitur terminus vltra marinus censetur statutum si petitur extra regnum, & sic eadem requisita in quolibet eorum requiruntur.

Ibi, [Mas breue,] sed an & lōgior dari possit in l. sup. proxima diximus in gl. seys meses.

LEX III.

SVMMARIVM LEGIS.

Terminus vltra marinus petendus est in simul cum termino ordinario alias nihil agitur, & est declaratoria legum præcedentium.

IBi, [Ser concedido,] etiam si ille aduersarij non fecisset eum desertus, secundū glo. los plazos, in l. 34. tit. 16. part. 3. & ex text. nostro probatur excluiendo pac-

rem aliter facientem, & hoc nisi per viam restitutionis à minore vel alia priuilegiata persona petitæ aduersus non positum terminum vltra marinum, vel extra regnum in simul cum termino ordinario, prout in l. prima, verbo, ni con restitució, diximus dabitur enim tunc, vt ibi significauimus, eo quod per legem nostram nó excluditur restitutionis remedium: itidem & in gradu appellationis vel supplicationis † terminus hic concedetur probandum non probata in prima instantia, tunc enim si petatur in simul cum termino ordinario in instantia illa secunda concessa, concedetur & hic vltra marinus vel extra regnum terminus, secundú Monterroso, in practica. tractat. 2. fol. 11. in princi. vlterius notandum quod ex hac nostra lege cessat quæstio Innoc. proposita per Abb. in c. vltra tertiá. n. 7. extra de testi. & cautela quá ibi proponit Abb. vt quæstioni illi Inn. & eius doctrinæ locus non esset.

LEX. IIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Nullus ad probandum admittendus est illud, quo probato intentioni suæ nullú præstat adminiculum.

IBi, [Reciba la tal prouança,] non est enim illius expectandus euentus, cuius nullus sequitur effectus, ex iuris regula, frustra spectatur, de regu. iur. in 6. quam noster text. probat & habes similem text. in l. ad probationem. C. de probation. & ibi gloss. & DD. in cap. cum contingat, de offi. deleg. ad finem, & DD. & glo. in cap. dilecti. de exception. quæ & alia allegat Didac. Perez, hic colum. 1168. in fin. cum sequentib. & Montal. in l. 21. titu. 8. libr. 2. fori, & Romanus consil. 226. n. 3. & Abb. in c. fraternitatis, num. 9. de testi. Imo & instrumentum productum, quod
1 nihil releuat † non est producendum. l. 1. ff. de assessor. neque iudex hoc pati debet l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iure iur. & ibi plenè DD. & in capit. in præsentia. de probat. notat Rebuf. in. 3. to. const. Fran. titu. de partium productione. art. 1. n. 3.

LEX. V.

SVMMARIVM LEGIS.

Publicatis attestationibus nullo modo partes admittendæ sunt in prima instantia ad probandum, nisi per viam restitutionis secundum quod in l. 3. titul. 8. infra eod. libr. dispositum est.

IBi, [Despues de publicados,] idem esse in causa nobilitatis faciendum, probat. l. 17. titu. 11. lib. 12. supra, regula enim
1 in nostri text. in omnibus † causis procedit regulariter, cui est similis text. in authen. at qui semel. C. de probatio. & in. l. 34. titu. 16. part. 6. vbi glo. alia iura allegat & ampliat regulam hanc ita esse veram
2 quod quamuis dicta testium publicata † nondum per partes didicita fuerint, amplius testes alij non admittentur, per tex. ibi, dum lex illa partitarum, nondum factis publicationibus concedit alios testes produci si pars iurauerit non didicisse testificata, ergo si sunt iam publicatæ attestationes, quamuis pars testificata non didiscerit, non admittetur ad aliorum testium productionem, prout tenebat glossator Didac. hic sub. l. 6. titu. 11. libr. 3. ordin. glo. 1. colum. 1264. quam communiorē testatur

statur opinionem Ruynus, consil. 164. vol. 4. relatus per Matienço, in dialogo relatoris. 3. p. c. 46. n. 3. de quo & traditur per Lanfrancum, in cap. quoniam sup. tit. de test. depositi, nu. 42. & per Felin. in capite fraternitatis, & ibi additio, nume. 11. de testib. & additio. repertorij Felin. verbo publicatio el. 4. quamuis contrariũ teneat gl. in. c. constitutus. 2. & c. fin. de testibus, imo q̃ sola publicatio non sufficeret, si testificata nondum erant per partes visa, quam & sequũtur aliqui relati per Lanfrancum, vbi supra, & probari potest ex text. nostro ex defectu rationis eius, nam si testes produci post factam publicationẽ prohibet lex nostra, nè materia & occasio detur testes subornandi, quæ quidem occasio & timor subornationis cessat, si partes testificata etiam publicata ignorant, ergo cessat prohibitio testes præsentandi etiam publicatione eorũ facta, & sic præsentari poterunt publicatis attestationibus, nondum tamen didicitis, inter has tamen opiniones Lanfrancus vbi supra interponit concordiam quandam, quam tenendam asserit, & sequitur Matienço, vbi supra, num. 4. & antè eum Bonifacius, in sua peregrina legum partitarum, verbo testis quæst. 2. gloss. didicisse, scilicet, quod aut pars volens testes producere erat absens tempore publicationis testium, ita q̃ scire non poterat testificata, & tunc admitti posset ad testificandũ interim quod non didicit ea, aut vero erat præsens & non contradixit, & tunc secus, quasi timor subornationis tunc non deficiat, publicationique acquiescere videatur, itaquod si potest præsumi partem notitiam testificatorum habuisse, vel potuisse habere non admittatur ad testes producendos publicatione facta, secus vero alias, & hoc dum tamen, secundum Matienço, vbi supra, numero. 4. lapsus sit terminus probatorius, eo enim nondum lapso pars non didiscens testificata potest testes examinare ex l. 2. titulo. 15. partit. 3. & ex. l. 10. in fine, infra isto titulo & libr. publicatio enim nimis celeriter † facta non impe-
3 dit nouam testium receptionem, secundum Speculatorẽ & alios relatos per Matienço, dicto numero. 4. si tamen essemus in dubio an pars volens testes producere publicatione facta didiscerit testificata necnè, & tunc vtique excluderem eam si lapsus erat terminus probatorius, ne malitijs partium occasionem præberem, & iam subornationibus aperirem: cuius quidem subornationis timore, neque in gradu appellationis licet testes recipere super articulis in prima instantia productis, secundum textum in l. 4. titu. 9. infra isto libro, ad eundem finem, licet ad diuersum sic, secundum Bartolum in l. Mutianus verum debitorem, numero. 2. & 3. ff. de cond. ind. & in l. 2. numero. 2. cap. sent. res. nõ pos. & in authent. de testib. §. quoniam vero, nu. 22. vbi optimas quæstiones in nostræ legis propositũ annectit, & tenet idem Bar. in dict. auth. qui semel, n. um. 3. sic intelligendo. l. exceptionem cap. de probat. & an si testificata nõdum sint didiscita super qualitate possint testes produci & an poterunt produci super præsumptione accidentis, tradit Bonifacius in dicta gloss. didicisse, vbi & in gloss. publicatio dictæ quæstionis. 2. declarat ipse Bonifacius, coram quo fit publicatio attestationum, & quis sit effectus eius, & qualiter fiat, & quid si pars, statim
4 quod testis declarauit, perquisiuit † & sciuit ab eo quicquid dixerat, an possit in posterum alios testes examinare, Aretin. in cap licet ex quadam in. 5. notab. de testib. inquit quod non poterit alios examinare, quia iam didiscit testificata, sed si hoc esset verum & practicaretur, quot prohiberentur testes producere? certe multi, ideò neque vidi dictum hoc allegari, neq; practicari, neque vt credo in practica obtineretur cum eo. Quibus sic habitis conclusionem nostri text. limitare poteris pluribus modis, vt per Socin. reg. 403. testes publicatis, & Hippoly. in. l. 1. §. fin. numero. 6. cum sequentibus. ff. de quæst. & Augusti Berci. quæst. 37. familiari, & Curt. l. admonendi, nu. 40. ff. de iur. iur. & Feli. in. c. fraternitatis, de testi. & ibi Abb. latè, & eius addition. numero. 4. & idem Feli. cap. per tuas, eo titu. & Additio. Capellæ Tolosanæ. 373. & Villalobos in suo ærario litera. T. nu. 181. cum seq. pluribus & Afflict. & eius additio. in decis. 216. Ant. Gabriel. lib. 1. communium conclusion. titu. de testib. conclusione. 21. per totam

& vnã fallentia principalior est in causa
5 matrimoniali †, vt communnem testatur
Villalobos, vbi supra, num. 184. non tantum si pro impediendo matrimonio agatur, verum & si pro eo cõtrahendo, ex dictis per Felin. in d. c. fraternitatis, nu. 9. & Bald. in auth. nunc si hæres col. 1. C. de litigiosis, si per agẽtem pro matrimonio, testes tales producantur, vt communẽ testatur Villalob. vbi sup. n. 183. Item nõ procedit regula nostri tx. quo ad hoc vt testis
6 reddat rationem dicti sui iam publicati † si necesse fuerit eam reddere, secundũ Ant. Gomez tom. 3. c. 12. nu. 10. neq; itidem procedet, si primo testes nulliter dixerũt;
7 † possunt enim iterato produci, vt ratificentur, secundum Afflict. decis. 53. nu. 4. & ibi Addition. non tamen vt aliquid addant de nouo. Itẽ inquit Ripa, in l. is apud quem nu. fi. C. de edendo, quod virtute illius clausulæ peto mihi ius & iustitiam mi-
8 nistrari †, poterunt publicatis testimonijs alij testes de nouo produci, quod si esset verum per quam maxime limitaret regulam nostri text. verumtamen falsum esse reputo, neque in practica tenendum, aliter enim dispositio nostri tx. illusoria redderetur, & faciliter subornationi locus esset, cum quotidie dicta clausula in libellis apponatur, text. q; in cap. intimauit. de testibus, quem pro sua opinione Ripa, allegauit, nihil probat meo videri, vlterius
9 lex nostra non procedit in causa † hæresis, secundum Symancas, de instit. cathol. titu. 64. de testi. nu. 50. siue contra reum siue contra actorem producantur, secundum eum ibi: neque procedit etiam quo
10 ad † tertios alios, quam ipsos litigantes, quia tertius alius comparens pro suo interesse bene admittitur ad probãdum publicatis attestationibus, ex text. in capit. constitutus, de testib. qui quotidie practicatur, secundum Suarez, in l. post rẽ limi. 2. in fine, pag. 294 item non procedit si
11 per euidentiam facti † probandum sit, secundũ Tiraq. de retract. linagiel. §. 4. gl. 1. nu. 36. cũ seq. pluribus. Item nõ procedit
12 si per aliam † partẽ non contradicatur, secundum Ias. in repet. l. admonendi, n. 12. ff. de iur. iur. quia partes possunt huic remedio renuntiare, secundũ Bart. in l. fi. n. 9. C. de testi. & post hæc reperi Menoch. aliquas harum & alias limitationes ponentẽ, in de arbitrarijs iud. lib. 1. q. 34. sed mũ
13 data vna † dilatione ad testes producẽdos vel facta vna testium probatione, & examine licebit & ante eorum publicationẽ, alios testes super eisdem articulis producere, tradit Ferra. in pract. in forma oppo. contra tes. post pub. glo. sunt quæ fol. 59. col. 3. in fin. & ibi declarat quomodo dicatur vna dilatio vel productio, & inquit quoties datur vna dilatio decẽ dierum in qua testes examinantur, deinde datur alia dilatio, nũ & in illa examinabũtur alij testes super eisdem articulis, & intrepide dicendum est quod sic, secundũ Ferr. ibi. & probatur ex. d. l. 34. tit. 16. p. 3. & an publicatio testiũ sit de substantia iudiciorũ, dicemus Deo volẽte in. l. 10. inf. eo in gl. se pidiere, & an testes nõ publicati faciant fidẽ, vide Ber. Diaz, reg. 758. testes nõ pu-
14 blicati. Cautelam † tñ vt post publicationẽ testes examinentur, ponit Bald. in l. fi. nu. 5. C. de appel. quã defendit Alex. in l. 4. §. hoc autẽ. ff. de dã. inf. vbi Ripa. n. 74. eã declarat, & alio modo declarari potest, ex dictis per Ber. Diaz in pract. cano. cap. 143. & cautelam Baldi posuit etiã Cœpola, cautela. 166. regulariter post. Sed an fa-
15 cta publicatione poterit pars † cogi iurare de calumnia, vide optime per Octauia. in decis. 10. pedam.

Ibi, [In prima instancia,] dic neq; itidẽ in secunda super eisdẽ articulis primæ instantiæ, vel super directo contrarijs, secundum textũ in l. 4. titulo. 9. infra eo. libro. Et an si testis iterum producatur possit pe-
16 tere vt sibi legatur † primum dictum, vide per gloss. otra l. 38. tit. 16. part. 3. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. cent. 2. casu. 109. num. 12. vbi alia.

LEX VI.

SVMMARIVM LEGVM.

Testes compelli possunt dicere testimonia.

Ibi,

IBi, [De compeler y apremiar,] possunt
1 † enim compelli testes ad hoc, vt patet ex toto tit. extra de testi. cogen. & l. siquãdo. C. de testib. & text. in c. statutũ. §. proferendo, de rescrip. in. 6. & l. 35. tit. 16. p. 3. & DD. ibidẽ, & Ant. Gom. de delictis. c. 12. nu. 24. & Rebuf. in tract. de reprob. testi. n. 18. vbi quid in foro Cęsaris & quid in canonico, & huius ratio est, ne veritas occultetur, arg. tex. in cap. 1. de crim. fal. quod adeò verum est, quod laicus compelli potest per censuras ecclesiasticas dicere testimonium, vt probat text. & ibi Abb. in c. peruenit. de testi. cogend. & Didac. Perez in l. 1. titu. 3. lib. 1. ord. col. 103. in medio, & si testis, vt non testificetur, se
2 abscondit † in conscientia tenetur, secundum Nauar. in manuali. c. 25. n. 41. 44. & 47. teneturq; ad interesse litis subtrahẽtes se à testimonio, ex l. argentarius. §. fi. ff. de edendo, not. gl. in d. l. 35. imò etiam
3 si quis iurasset non deponere pro aliquo, † poterit inuitus cogi nõ obstante iuramento, quod est contra bonos mores, tex. l. 2. §. si quis iuditio. ff. si quis. cautio. Feli. in c. sup col. 11. de rescrip. Rebuf. in 3. to. constit. Fran. tit. de testi. gl. fi. nu. 2. sunt tamẽ ali-
4 quæ † personæ, quæ testimoniũ dicere cõpelli nõ possunt, inter quas est mulier pręgnans, hæc enim sicut torqueri, ita neque dicere testimoniũ cõpellitur, secundũ repertoriũ inquisitorum verbo tortura, versic. mulier prægnans, & Additio. Abb. in cap. 3. litera. B. de testib. quod tamẽ intelligit Addition. decis. 3. Capellæ Tolos. in addi. incip. tunc enim vxor, quo ad hoc vt iniuditio mulier prægnans teneatur comparere ad iurandum & declarandũ, sed vt mittatur ad domũ eius & ibi iuret & declaret cõpelli potest, id tamen non vsquequaq; placet, nisi ipsa vellit iurare, nã & in muliere non prægnante idem faciendum erat, ex c. mulieres, de iud. in. 6. ideo teneo quod neque in domo posset cõpelli mulier pręgnans iurare, præsertim si mulier timida est, nidẽ & secũdo nõ cõpellitur ferre te-
5 stimoniũ filius contra parẽtẽ, neq; vxor contra maritũ, vel sponsa contra sponsum, vt inquit addit. Capel. Tolos. decis. 2. neq; descendentes contra ascendentes, secundum tex. in l. 11. tit. 16. p. 3. optime Naua. in manuali. c. 25. n. 48. vbi cum. 3. seq. prosequitur personas, quæ ad testificandum compelli non possunt, quod non solum in criminalibus, verum & in ciuilibus. Nauar. vbi sup. hoc intelligit, idq; probatur ex. d. l. 11. quæ indistinctè & in ciuilibus loquitur iuncta. l. fi. tit. 30. p. 7. quæ in criminalibus loquitur, non enim est censendum, quod lex illa fi. corrigat. d. l. 11. sed potius sit eius ampliatio, quoad criminalia, & adeò hæc vera sunt, quod quanuis
6 veritas aliter sciri non possit, non † compelantur supra dictæ personæ testimonium dicere contra maritũ vel ascendentes, secundum Greg. in d. l. 11. arg. dict. l. fi. tit. 30. p. 7. prout & tenet & sequitur Villal. in sua antinomia iur. ciu. & regij litera T. nu. 17. & iterum in ærario litera. T. n. 160. quod tamen non vsquequaq; applaudet, nam licet priuilegiatus non cogatur testificari in criminalibus etiã iure canonico, ex tx. gl. & DD. in c. dilectus. de testi. cogen. tñ
7 quando aliter † veritas sciri non potest, cõguntur, sm Soci. in reg. 417. testificari in criminalibus, & ita deciditur in nostris terminis in. d. decis. 3. Capel. Tolos. & etiam Naua. vbi sup. d. n. 50. & Dueñas reg. 384. limi. 1. & in transuersalibus ita cõmuniter tenere DD. asserit Villalob. in. d. n. 17. & Nauar. vbi sup. n. 48. qui & in. nu si hoc intelligit quoties neq; actu, neq; habitu testes alij in actu testificando haberi poterant, ex cõmuni illa DD. declaratione, sci-
8 licet, quod tunc testes inhabiles † in defectũ aliorum admittuntur, quoties neque hãbitu neq; actu alij haberi potuerunt, putà quia actus successit in campo eremo & inhabitato, secũdũ Ber. Diaz in reg. 759. & Ant. Gabr. in suis commu. conclus. tit. de testib. concl. 7. num. 5. & 6. & additio magna, decisio. 4. Capellæ Tolos. & hæc poterit esse vna de causis quare consanguinei in causa hæresis admittuntur contra consanguineos, vt licet videre ex Symancas, in de institutio. catholic. titulo. 64. de testibus, numero 46. cum quatuor sequentibus, vel quia est fauor fidei, & hæc melior & concludentior ratio, vlterius & secundo personæ contentæ in dicta. l. vndecima, titulo decimo sexto, partita tertia, non ferunt testimonium contra personas ibidem contentas, scilicet, inuitæ & contra suam voluntatem,

9 sponte tamē & volentes † benè ferre possunt testimoniū, prout colligitur ex finalibus verbis. d.l.11.istoq; casu debet scribi in actis qualiter volentes testificantur, secundum gl.fi.in ea.l.11. sed obstare videtur tex.in.l.14. eiusdē tit.16.& part.3. vbi probatur descendentes non posse testificari pro ascendentibus, neque è contra, & est forte contrarium nisi dicamus†
10 quod hæc. l. 14. in quantum dicit quod pro ascendentibus non posint descendētes testificari indistinctè procedat, vt neque inuiti neque volentes id posint, in quantum vero illa.l. 14. loquitur vt neq; cōtra eos declaretur per dict.l.11.scilicet, inuiti, volentes tamē bene posint contra eos deponere, & non est mala respōsio, vt correctio euitetur, neque est nouum leges posteriores per priores intelligi & è contra, vel dicamus quod sit speciale in descendentibus aduersus parentes, vt neque volentes contra eos testificentur, secundum text. in.l.contra parentes. C. de testib.notat Abb.C.literas.nu. 8.de præsump.sicut & neq; vxor cōtra maritū etiā volens nō testificatur regulariter, secūdū Nauar.in.d.c.25.n.49.q quidē sunt casus speciales iure ciuili dispositi, & nō sunt cēsendi correcti per generalitatē.d.l.11.volētis personas ibi contētas posse spōte cōtra ibidē declaratos testificari, quia debet intelligi, nisi sint de exceptis à iure ciuili, vt correctionē euitemus, quā iura partitarū maximè abhorrent, & ius commune sequuntur, & ita teneo, licet gl.fi.d.l.11.nō benè dissoluerit hanc contrarietatē, imò vult correctionem inducere.

Ibi, [o criminal,] ꝙ antea remissiuè disputabat Hipp.in pract.§.diligēter.nu.182.

Ibi, [Ansi por los bienes como por los cuerpos,] cogi enim possunt pignoribus captis, & mulcta indicta, & si hæc non sufficerent, per incarcerationem personarū, secundum glo.prender, in l.35.titu. 16. p.3.imo & in exteriori foro tenentur testes se subtrahentes, secundū gl. prender, alias in verbo fazer, in. d.l. 35. sicut & in foro animæ, secūdū Nauar.d.c.25.n.41.

LEX. VII.

SVMMARIVM LEGIS.

Numerus testium per quamlibet ex partibus præsentandus super vnoquoque articulo taxatur per legem nostram.

IBi, [Treynta testigos,] infinitas enim vitanda est, secundum text. vbi Bar. & DD. maxime Rebuff. 1. notab.in.l.vnica C.de sent. quæ pro eo quod int. & in Frācia statutum est decem tantum testes examinari, vt licet videre ex Rebuf. in. 3. to. constit. Franc.tit. de testibus, & quot super vno facto examinari debe. per totum titulum, quod tamen antea iure ciuili & canonico iudicis arbitrio relinquebatur, quatenus ipse refrenaret & taxaret numerum testium, dumtamen numerus sexagenarius non excederetur, vt traditur in. c. significauit, cum similibus, extra de testi.
1 & si iudex cognouerit esse producentis† intentionem fundatam ex paucioribus, tunc adhuc eundem numerū debet refrenare, secundū tex.in.l.1.in fi.ff.de testi.& C.de testi.& c. significauerūt, extra de testib.& de offi.del.c. cū te.de quo per Spe. in tit. de teste. §. restat videre de numero testium, & per Imol.in. c. causamq; el. 1. de testib.Paul.Castr. in auth.at qui semel num.4. C.de probat.& nouissimè Menoch.de arbitr.iud.lib.2. centu. 3.casu.249. idque lege nostra nō negatur, sed potius conceditur, nam licet lex nostra numerū testium in quolibet articulo præsentandorum taxet, & moderetur, non tamē ex hoc intelligendum est, quod illum numerum non posit iudex abbreuiare, nam equidem potest, si ita viderit expedire, idque tantum disponit noster text. scilicet, ꝙ in casu in quo necesse fuerit, plures testes partes præsentare, nō posit excedi numerus nostri tx. ita ꝙ permittere plures testes examinari non posit iudex etiā ex officio, secūdū Rebuf. vbi supra.glo.7.n. 1. vbi

vbi cum seq. declarat qualiter partes pos-
2 sunt † testes instruere veritate negotij, & in glo. 8. & 9. inquit ipsemet Rebuf. q testis vltra numerum examinatus non facit fidem neque legendus est etiam si de nouo iuret pars ad notitiam suam peruenisse, & etiam si vir Sanctus esset, puniri-
que debet recipiens eum, vt ibi per eum
3 in dictis glossis; pars tamen minans † testes præsumitur, quòd habet malam causam, & eā perdet, quoniam subtrahit probationem contrario suo, secundum Rebuf. in d. tit. de testib. gloss. fi. nu. 3. Et de hac effrenata testium multitudine tractat etiam Roman. in l. si vero. §. de viro. col. 42. Fallent. 45. ff. solut. matr.

Ibi, [Iuramento,] testis enim non iura-
4 tus † non probat. l. iurisiurandi. C. de testi. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 26. Octau. in pract. can. à pos. lib. 6. c. pen. n. 6. & 34.

LEX. VIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Receptoriæ partibus concessæ ad examinandos testes in locis foraneis à loco litis (licet sint eiusdem territorij) parti aduersæ sunt notificandæ, si haberi potest, aliàs enim ante domum eius notificari sufficit: testesque producti interrogandi sunt secūdum tenorē nostræ legis, & per partes ipsas informari possunt de veritate.

IBi, [Notifique,] idque desumi videtur, ex text. in l. iudices. C. de fide instrumē. vbi Paul. Cast. melius quàm alius hoc asserit in nume. fin. scilicet, quòd de-
1 bet citari pars † cum alteri parti conceditur receptoria vel requisitoria ad examinandos testes in partibus extraneis à loco iudicij, vel cum ipsa pars citanda absens est à loco iudicij, neque ibidem habet procuratorem, qui citari possit, idq; iure optimo ex Regula. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. Sed est quæstiõis, num receptoria hæc & requisitoria debet concedi in omnibus
2 causis ad examinandos testes in loco † foraneo à loco iudicij parti eum petenti, etiam si causa sit criminalis, vel ciuilis grauis, & in hoc sicut & in multis alijs magna est inter Doctores contētio, quibusdam eorum asserentibus posse dari similes receptorias & requisitorias etiā si causa sit criminalis, idque per text. nostrum indistinctè loquentem fundari potest, & tenent quā plures Doct. relati per Auilesiū cap. 37. Prætorum glos. por si. num. 7. fol. 231. Alijs vero dissentientibus, pro quibus Auiles ibi allegat quandam. l. Partitarum, practicatur tamen prima opinio, vt in l. 28. num. 3. & 4. tit. 6. lib. 3. supra diximus ad ibi dicta me remitto, idque etiam asserit Paul. Cast. in l. si quando. nu. 2. C. de testib. & Felin. c. cum causam. nu. 25. eod. tit. & Socin. Reg. 410. & communē testatur Dec. in cap. quoniam. nu. 4. extra de testibus. idq; nimirum, nè facultas probandi restringatur, expensæque partibus minuantur, neque tunc per requisitoriā,
3 aut receptoriam † missas iudici vbi testes habitant, dicitur officium committi, sed exigi, estque text. pro hoc in. l. iudices. C. de fide instr. cuius argumento inquit Bartol. in l. Prætor ait. §. fin. ff. de edendo, q
4 si sit periculum in offerendo librum † rationum de vna prouintia ad aliam iudex debet mittere viros idoneos, qui videant illum, cumque ad hoc viri tales mittuntur, expensis vtriusq; partis mittēdi sunt, cum ab vtraque parte id petitur fieri, si vero ab vna tantum petat, [illegible] illa eas soluet, secundum Oroscium in [illegible] to. §. fina. col. 729. in prin. & cum hæc ita fieri possunt, nimirum si & in testium examinatione, dicta prima opinio practicetur & vera sit, de qua cum alibi diximus hæc nūc sufficiant, & vno vel alio modo partes citandæ sunt, vt tex. noster probat, & disponit clarè, qui in hoc singularis est.

Ibi, [Pudiera ser oido,] quod quando dicatur, videbimus in.l.fin. glos.si pudiere.tit.21.infra isto lib.4.

Ibi, [Ni los corrompan,] aliter enim &
5 corrumpentes † & corrupti incident in crimen falsi, secundum text. in.l.1.tit.7. par.7.& ibi gl.& tex.in.l. omnes.in prin. vbi gl.C.de hæret.l.culpa. de malefi. notat Rebuf.in.3.tomo cósti.Fran.tit.de testi.gl.7.nu.fin.imò si ipsi testes númos receperint etiá pro diceda veritate, peccat, cum obligatione restituendi nummos illos, secundú Nauar.in manuali.c.25.nu. 45.vbi declarás hoc, alia dicit in proposi-
6 tú, & an corruptus † possit testificari cótra corrumpentem & fidem faciat, vide tex.vbi Doct.in.c.sicut nobis.de testib.& Roland. consil. 16. volumi. 1. Beroium quæst.48.familiari.

Ibi, [Puedan hablar a los dichos testigos,] singularis est in hoc lex nostra, & per eá approbatur doctrina Bal. in.l.fin.C.si ex fal.inst.ag.& in.l.data opera.C. qui accus.nó poss.dicentis, posse parté al-
7 loqui testes producendos † vt facti recordentur super quo præsentandi sunt, & veritatem declarent, & dictum suum proferant congrua ratione, vt concludat, non tamen vt instruantur ad deponendú mutata sententia veritatis, secundum Bal.vbi supra.& alios relatos per Syluam nupti in verb.monitoriæ.nu.61.& Bal. etiam refert & sequitur Nellus in tract. de testib. nu.102.& Frácus ibi nu.23.vol.5.diuersorú Doctorum, & melius tradit Rebuf. vbi supra, tit.de testib.& quot super vno, art.vnico.glo.7.per totam, & Felin.in.c. præterea.nu.12.de testi.cogen. & an li-
8 ceat pecuniam pro vero † testimonio ferendo accipere in.l.secunda.titu.octauo. verbo, falso.in principio. infra eodem. dicemus Deo volente.

LEX. IX.

SVMMARIVM LEGIS.

Duobus libellis à qualibet parte præsentatis in lite causa habetur pro conclusa, quamuis per partes non concludatur, vt recipiantur ad probandum, vel causa diffinitiuè determinetur.

Ibi, [Aunque las partes no cócluyan,] vt in.l.1.glo.1.supra eod.diximus.

Ibi, [O por diffinitiua,] sed quomodo si prius partes recipiédæ sunt ad probandú, debet diffinitiuè pronútiari, dic quod vel quia in lite non est necessaria probatio, quia ex inspectione instrumentorú productorum causa determinari potest, vel in iuris tantum articulo tota lis consistit, vel quia id partes allegant, ad cuius probationem petunt se admitti, quo probato, nihil eos releuaret neque coadiuuaret, tunc non datur terminus ad probandum, sed potius diffinitiuè determinatur causa, prout text. noster disponit cuius decisio singularis est.

LEX. X.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter sunt concludendæ lites & pro conclusis habendæ postquam partes admissæ fuerunt ad probandum, & ex quibus modis, & quòd durante termino probatorio non est facienda publicatio processus, disponit lex nostra.

Ibi, [No diziédo nada,] putà quia pars altera non contradicit publicationi petitæ per alterá parté, vel & si contradicit, cótradictio est friuola & inutilis, nam par esset, nihil em & inutile æquiparantur in iure, sed si cótradiceret petita publicatio ex iusta causa, putà quia tm vnica dilatio ad probandú data fuit, & alia núc iusté petitur, túc impedit publicatio petita, secundú quod in.l.1.§. eod.in glo.seys meses, dictú fuit,

fuit, secus verò aliàs, quia tūc si nō contra dicatur publicatio, & vt iubeatur fieri, petat per vnā ex partibus, si pbatio aliqua facta est, sin minus lis habeatur pro conclusa, data copia huius petitionis parti aduersæ, & accusando contumaciam altera die sequente in audientia, si pars aduersa nihil responderit neque contradixerit, declarāda est lis pro conclusa, & est singularis decisio ad lites abbreuiandas, & hic est primus punctus nostræ legis.

Ibi, [Quando se recibe,] hic est secundus punctus nostri text. scilicet, quòd si partes admissæ fuerint ad probandū cum certo termino, & ad probationem faciendam receptoria, vel requisitoria dāda est, eò quòd extra locum iudicij probatio facienda est, si per partem aduersam petatur, quòd assignetur parti alteri certus terminus intra quem desumat receptoriam, vel requisitoriam & ea vtatur, aliàs quòd remaneat causa conclusa, & terminus itidem probationis remaneat denegatus, & ita prouideatur per iudicem, prout debet prouideri, & in termino illo pars alia non extrahat receptoriam vel requisitoriam, eius contumacia per aduersarium accusata, lis remanet ex tunc conclusa, quanuis terminus assignatus ad probandum cum receptoria illa vel requisitoria, tūc lapsus non sit, vt litibus finis imponatur, & caluūnijs pars non molestetur.

Ibi, [Que el termino dado acabe de correr,] de termino ad probandum per receptoriam vel requisitoriam intelligendum hoc est, non vero de dato ad extrahēdam receptoriam, vel requisitoriam, vt ex dictis in glo. præcedente apparet, & est optima limitatio verborum finaliū nostri tex. probantium, durante termino probatorio non esse faciendam publicationem, nam non procedit in dicto casu gl. præcedente declarato.

Ibi, [Recibiere a prueua con pena,] vt in l. fina. supra titulo proximo, quæ per istam nostram declaratur, scilicet, vt si cū pœna pars aliqua cum termino ad probandum recipiatur, & si in termino illo non probauerit pœnam illam luat, & pars hęc pœnituerit petijsse terminum hūc, prout ex text. nostro pœnitere potest, non habebitur statim pœnitētia intentata lis pro conclusa, sed ex petitione pœnitētiæ danda est copia alteri parti, vel quia fortassis hæc altera pars vellet dicto termino gaudere semel concesso, cum communis sit, vt in l. 3. tit. 8. infra eod. probatur, & eo vti potest etiam altera parte pœnitente, & ideò copia pœnitentiæ illius huic alteri parti danda est, vel quia fortè pars illa altera termino illo parti aduersæ cum pœna assignato durāte expensas fecit in perquirendo testes, & instrumenta, & in consulendis aduocatis, vel mittendis nuntijs ad locū vbi pars altera eam citauit ad testes cognoscendos, & vult nunc expensas repetere à parte pœnitente, quas non fecisset expensas si terminus ille non fuisset concessus, & ideò copia præbenda est petitionis pœnitentiæ, neque est statim pœnitentia concedenda nisi parte contraria citata & audita, vt inquit text. noster. Est tamen optima & singularis & noua quæstio in propositum, quid si pars postquàm pœnituit terminum petijsse pœniteat e-

1 tiam † pœnituisse, velitque quòd vlterius terminus cum pœna concessus procedat, nunquid poterit pœnitere, & credo respondendo quæstioni quòd poterit, dum tamen ius aduersæ partis deterius nō fiat, & sic reintegra existente, argumēto tex. optimi in l. 34. tit. 16. par. 3. dum ibi postquàm pars renuntiauit termino probatorio, dicens nolle amplius probare, inquit tex. quòd potest pœnitere, dum tamen iuret non didicisse testificata, neq; testium dicta tunc publicata sint, ergo & eodem modo in nostro tex. si per hanc pœnitentiæ pœnitentiam ius aduersæ partis deterius non fiat, crederem admittendam secundam hanc pœnitentiam, huius tamen secundæ pœnitētiæ aliam contrariam & similem primæ proponere regulariter nō liceret, ex tex. & eius materia in l. bones. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. maximè ex dictis per Tiraquel. ibi in Reg. nu. 40.

Ibi, [Se pidiere publicacion,] ex ijs ver-

2 bis videtur asserendum publicationē esse de substantialibus † processus, cum enim toties geminauerit text. hic verbum, publicacion, geminationem hanc aliquod mysterium censendum est operari, vt scilicet substantialis sit, & formam inducat, vt inquit in simili de geminatione Eberardus,

dus, in centuria sua in loco, à geminatio-
ne, & Messia in l. de Toledo, in 4. funda-
mento 11. partis, nu. 5. cum seq. & quoniã
si testes non publicantur, fidẽ non faciunt
eorum dicta, secundũ Ias. in l. 2. n. 2. C. de
edendo. & Bern. Diaz regul. 758. testes
non publicati, ergo si non faciunt fidem
necessaria est publicatio. Vlterius etiam
per leges nostras Regias terminus ad re-
probandos testes constitutus est, vt patet
in l. 1. titul. 8. infra eod. reprobari tamen
non possunt nisi publicatione facta, vt pa
tet ex eadem l. 1. ibi, hecha la publicació,
ergo. Item & per l. 3. titul. 8. infra eodẽ,
etiam factæ probationis per vim restitu-
tionis publicatio facienda est, ex lege quę
3. titu. 10. eod. lib. etiam in lite contra ab-
sentes delinquentes instructa faciẽda est
publicatio, igitur de substantialibus iudi-
cij est, prout inquit Didacus Perez in l. 1.
titul. 11. libr. 3. ordi. col. 1155. & iterum
in l. 10. titul. 11. lib. 3. ord. col. 1173. con
trarium tamen imò quòd publicatio non
sit de substantialibus judicij, sed de ordi-
ne, tenet Bart. in l. prolatam C. de senten.
& sic eius omissio non vitiabit sententiã,
neque processum, secundum Bartol. &
Bald. in d. l. prolatam. & glos. abiertos. in
l. 34. titul. 16. part. 3. prout & tenet Ale-
xan. in l. Diuus nu. 4. ff. de re iudi. & hanc
crebriorem testatur Menoch de arbitr.
lib. 1. quæst. 33. nu. 1. vbi ampliat & limi-
tat, & ampliat etiam si petatur vt fiat, se-
cundum Alexan. ibi. & communem testa
tur Marantam practi. in 6. parte, act. 11.
de publica. nu. 4. pag. 487. & hanc tenent
alij relati per Didacum Perez vbi supra, &
è nostris Auend. Respon. 1. nu. 8. & Ma-
tienzo in dialogo relatoris. 3. part. cap. 45.
nu. 4. relatus per Messiam, vbi supra num.
10. neque ex eo quòd in legibus nostris
Regijs fiat mentio de publicatione testiũ
censendum est, esse de substantialibus, ità
quòd eius omissio vitiet processum & sen
tentiam, neque publicatio fit ad præstan-
dam fidem depositionibus testium, secũ
dum Abb. relatum per Felin. in capit. cau-
samque. el. 1. nu. 13. de testib. præsertim
cum in secunda instantia possint reproba
ri testes primæ, quorum dicta in prima in-
3 stantia non fuerunt † publicata, secundũ
Felin. ibidem, & argumento dictorũ per
Couar. in Pract. cap. 18. nu. 5. per totum.
& ita videtur in tex. nostro probari secun
dum hanc opinionem dum in pluribus ca
sibus inquit conclusionem litis censeri fa
ctam etiam nulla facta publicatione, ergò
non est de necessitate faciẽda, item & ex
l. 3. titul. 18. infra eo. Si petitur copia pro-
cessus publicati danda est, aliàs appellari
potest, prout communem testatur Me-
nochius dict. quæst. 33. num. 4. in ordina
rijs iudicibus, si ergo appellatio est ne-
cessaria, non est nullus processus nec sen-
tentia lata, non facta testium publicatiõe:
imputet enim sibi pars, quæ non appella-
uit, vt in simili inquit text. & glo. in capit.
2. de accusationib. in 6. & hæc vltima opi
nio verior mihi videtur & tenenda, neq;
obstant leges in contrarium allegatæ, nã
quanuis in eis de publicatione mẽtio fiat,
non tamen ita fit, vt nisi seruetur corruat
sententia & processus, si pars non appel-
lat, vt in simili inquit Abb. in cap. cum 12.
& A. de re iudi. & Barto. in dict. l. probat-
tum, & Afflictis lib. 2. constit. Sicil. Rubr.
44. numer. 6. quia iudex procedendo ad
actum publicationi incompatibilem, taci
tè interloqui videtur non esse locum pu
blicationi. c. ex parte. 2. de appella. Si ergo
non appellat grauatus, illa sententia tran-
sit in rem iudicatam. c. cum dilecti. in fin.
de elect. neque obstat etiam l. 3. titul. 10.
infra eod. ponens formam substantialem
procedendi contra absentes delinquẽtes,
nam eo in casu debet omnino publicatio
fieri, eò quòd non est pars accusata præ-
sens, vt appellare possit si publico nõ fiat.
Item & quia in criminalibus causis, in qui
bus ad torturam deueniri potest, non est
4 deueniẽdum nisi publicatio † fiat ex qua
indiciorum copia reo detur, ideò facien-
da est, secundum Brunum, in tract. de in-
dicijs & [illegible]t. 2. part. quæst. 5. num. 49. cũ
duob. [illegible] col. 120. in paruis, nã aliàs esset
tollere defensionem indiciorum copiam
denegando eorum contra latè dicta per
Hippolyt. consil. 53. nu. 11. & 12. & An-
to. Gomez, tomo. 3. cap. 13. nume. 21. &
in propositum eiusdem l. 3. tenet Matien
zo vbi supra, in fin. verbis. & Auend. dict.
num. 8. neque placet concordia ab aliqui-
bus data, quòd prima procedat si per par-
tem petatur publicatio, secunda vero si
non

non potat ut, nam est falsa, & contra dicta in secunda opinione, & per Menoch. vbi supra num. 2. & Afflictis in d. nu. 6. & eodem modo non placet concordia Didaci Perez relat & secuti per Messiam, vbi supra nu. 11. scilicet, quòd si bis petatur per partem publicationem fieri, sit omnino facienda: secus si semel tantum, nam eodem morbo laborat, neque est sufficiens petitio partis ad efficiendum substancialia iudicij ea, quæ non sunt. Apud Dominos
5 † tamen de Rota secundum Matienzo vbi supra, nu. 6. & Messiam vbi supra, nu. 12. omissio publicationis vitiat & annullat processum, sed secundum Octauianũ Vestium in pract. canc. Apol. lib. 7. cap. 1. nu. 4. non consueuerunt in Romana curia cauti causarum patroni petere, vt testes publicentur, nisi in tertia instantia, & tũc nunquam nisi cum ipsa tertia sententia immineret.

Ibi, [No se hagã hasta que el termino sea passado,] idem probat l. 3. titu. 8. infra
6 eod. dilatio enim est actus † suspensiuus, & ea pendente conquiescit officium iudicis donec petiti temporis defluxerint curricula, secundũ Marantam in pract. 6. parte, actu. 2 de appellat. nu. 116. pag. 574. per tex in l. siue pars. C. de dilatio. & tex. in c. significante. extra de appel. Rota noua, de appel nu. 1. & antiqua. 37. eod. tit. nu. 2. imò & secundum eund. Maran. vbi supra. 4. parte 16. dist. de iudi. valido & inualid. nu. 47. pag. 249. & iterum in. 6. parte. 1. actu, de sententia, nu 93. pag. 528. di
7 latione pendente † iudicium factum est ipso iure nullum, pro quo est text. in l. 3. titul. 15. parti. 3. Fallit tamen hæc regula in pluribus casibus, de quibus per Soci. in Regula 93. dilatione pendente, & Præpositus in d. c. significante, nu. 10. cum seq. vbi nouem limitationes ponit, & Augusti. Beroi in c. potuit. nu. 39. cum seq. de locato, & Rebuf. in. 3. tomo cõstit. Franciæ, titul. de dilatio. artic. 10. num. 2. cum seq. & Octauianus Vestius in practic. cancel. Apost. lib. 5. c. 9. & ibi eius additio. limitat duobus modis, & in glo. 3. huius legis vnam limitationem posuimus sumptã ex lege nostra. Sed an possit iudex pen-
8 dentem dilationem † reuocare, & ad alia procedere, vide gloss. in c. prædixerat, de pœniten. dist. 1. & quid si pars, cui datur dilatio ad aliquid faciendum, dicat se nihil facturũ, an debeat expectari lapsus dilationis, vide per glo. fin. l. 2. tit. 15. par. 3. Et quid si ex dilatione remanet tantum temporis, quod intra illud, fieri nõ potest promissum, an possit agi tunc contra promittentem, vel quia non possit intra terminum restantem aliqua probatio fieri, an possit tunc publicatio fieri, vel concludi in causa si nihil est probatũ, de primo, vide glo in d c. prædixerat, de secũdo vero vide nostrum text. hic probantem durante termino probatorio non esse publicationem faciendam, neque concludendum in causa, etiam si in restante termino nulla possit fieri probatio. Quid tamen si pars dicat & petat, q̃ nõ publicẽtur testes, quia alios habet examinare & nihilominus publicatio fiat, quid erit, vide glo. 2. l. 34. tit. 16. par. 3. solent tñ, vt diximus in l. 1. in gl. antep. in fi. testes presentati & iurati in termino, in publicatiõe testiũ examinari, & ijs tot9 iste titu. remanet explicitus.

SEQVITVR TITVL. VII.

Del juramento de calumnia y posiciones.

ET cum post termini assignationem ad probandũ partes positiones proponant inuicem sibi, vt ad eas iurent & declarent de calumnia, ideò post præcedentem titulum, sequitur noster de positionibus & iuramento calũniæ tractans.

In Rubrica, ibi, [Iuramento de calumnia,] istud iuramẽtum non est idem cum eo, de quo in Rubrica supra proxima, sub l. 1. in glos. 2. dixi remissiue legem quandam Partitarum allegando, & vocaui illud, de la manquadra, sitque modis de quibus in lege Partitarum ibidem allegata cõtinetur, nostrum verò iuramentũ calumniæ,

niæ, de quo in nostro titulo fit mētio, est iuramentū de veritate dicenda, iuraturq; & declaratur positionibus per partes inuicem propositis, vel per vnam earum contra alteram, siue actor ponat eas contra reum, siue reus contra actorem, veritasq; declaranda est simpliciter & sine plica suo pœna confessi, & tidlicet hæc iuramenta diuerso nomine nuncupentur, diuersi tamen sunt eorum effectus; diuersaq; modus iurandi, & super diuersis iuratur, & differentias inter vnum & aliud iuramentum reperies per Abb. in c. pen. nu. 10. de iuram. calum. & iuramentum hoc calumniæ, de quo in nostro text. esse de iure diuino probat Menochius de arbitrarijs iudicum, lib. 1. quæst. 20. per totum, vbi & declarat non remitti per partes posse, de quo diximus in d. l. 1. gloss. 2. tituli supra proximi.

Ibi, [Posiciones,] quid sit positio, & alias tradactim quæstiones in materia positionum examinat Gyn. in l. 2. §. quod ob seruari. col. 3. nu. 22. vsque ad 26. C. de iureiuran. propter calum. dan. quem & alios de positionibus tractantes refert Didacus Perez, hic col. 910. in verbo, positiones. Inuenies quæ sunt positiones adeo, vt ponens per responsionem aduersarij ad eas factam ab onere probandi releuetur, vt licet videre per Bonifacium, in sua peregrina legum Partitarum, in verbo, positiones. gloss. positiones. fol. 66. per totam illam glossam, vbi quā plura in huius propositum annectit. Inuentaeq; fuit positiones ad faciliorem, & maiorem expeditionem, vsusque longæuus in causis admisit eas, secundum text. in Clem. sæpe. §. & quia positiones. de verb. signific. vbi glo. pro intellectu in capit. 1. de confessis. in. 6. de quibus omnibus, vide etiam Speculat. titul. de positionibus. per totum, a quo omnes desumpserunt, & an possit pars cogi diuidere positionem si est multiplex, & implicita, vide Rip. in l. 1. hæredes. nu. 26. ff. de vulgari. fol. 57.

LEX. I.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter sit positionibus respondendum, & si pars respondere debens sit contumax, quid agendum, in præsenti declaratur.

IBi, [Responder a las posiciones,] intelligeiuridicè & absq; plica, & calumnia

1 propositis, nam calumniosæ † positioni, vel extra rem propositæ nō tenetur quis respondere, secundum glos. in capit. 1. de confes. in. 6. & resolutiuè quando positioni criminosæ sit respondendum nec nè, Aufredius in addit. decisionis 69. Capellę Tolos. neq; idem tenetur quis respondere positioni turpitudinem continenti. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. Bart. in l. Marcellus. §. 1. ff. rerum amotarū. Aufredi. in addit. ad decis. 271. Capellæ Tolosa. & tunc quando is dictis positionibus non respondeatur pœna confessi non incurritur, & idem si impertinens positio sit, secundum Francum in cap. 2. de confessis. in. 6 col. 4. incerta, vel contrarietatem continens, vel responsio iuris, vel facti alieni, seu superflua, vel captiosa, vt latè traditur per Lanfran. in capit. quoniam contra. titul. de responsio. nu. 4. cum seq. pluribus. extra de probationib. & melius per Bald. in l. 2. §. quod obseruari. nu. 13. cum sequent. C. de iureiuran. propter calum. dan. & succinctè tractat Maranta in practi. titul. de interrogatione. num. 7. pagin. 404. & Rebuf. in. 3. tomo cōst. Franciæ, titul. de responsio. per credit, vel non credit, art. 6. glo. vnica. nu. 3. cum sequēt. aliquibus, vbi numer. 6. inquit responsiones has per partē factas ad positiones propositas, nō facere ius nisi inter petentem respondendi, de quibus omnibus & melius omnium traditur per Specul. in dict. titu. de positioni. §. septimo. per totum. & per Lanfrancum vbi supra, num. primo, cum sequentibus pluribus.

Ibi,

Ibi, [Por palabra,] quasi per scripturam
2 † non liceat, sed tantum verbo respondē
dum sit, maiori enim cum licentia scriptis
quàm verbo declaramus aliquid, nō enim
Epistola, vel scriptura erubescit, & ideò
satius, vt verbo potius quàm scriptura po
sitioni respondeatur, & sic non absq; my
sterio locuta est lex nostra per verbū, por
palabra, quasi per scripturā nō sufficiat, &
per partes & non per aduocatos, vel pro-
curatores calumnijs plenos respōsio fiat
in scriptis.

Ibi, [deniego, o confiesso,] Responsio
enim debet esse clara, & ideò tantum ver
bo, nego, vel confiteor, respondendum
est, vt inquit l. 3. in princ. titul. 13. par. 3.
aliàs enim si clarè non respondeatur, nō
est responsio, vt l. qui ætate. §. quòd autē:
vbi Bart. ff. de inter. actio. Bald. in c. 1. nu
me. 3. de summa trinit. & fide cath. Alcia
tus expressius in l. 1. §. si quis simpliciter.
num. 8. & cum sequen. aliquibus ff. de ver
bor. obligat. quòd simpliciter, & sine pli
ca respondeatur, vt in l. sequente. vbi &
alias dicemus volente Deo.

Ibi, [O la creo, o no la creo,] similis est
text. in l. 11. titu. 11. part. 5. Respondens
enim secundum l. illam. 11. per verbum,
3 credo †, habetur perindè ac si verè esset
confessus positionem, secundum glos. sin
gul. verbo, occultata in capit. ex literis de
iure iuran. notat Afflictis in constit. Sicil.
lib. 2. Rubri. 24. num. 5. in fine. & Decius
consil. 445. nu. 18. & Rebuf. ind. 3. to-
mo, titul. de responsio. per credit. artic. 2.
glo. vnica nu. 2. & Francum in cap. statui
mus. nu. 9. de cōfes. in. 6. & Maran. in pra-
cti. titul. depositione. nu. 14. pagi. 440. &
ita præiudicat, sicut si de veritate confite-
retur, secundum eos & Corneum consi.
186. col. 1. lib. 3. quod maximè procedit
in ijs, quæ sunt iuris, in eis enim respon-
dens per verbum, credo, affirmasse vide-
tur in responsione contenta, secundum
Gomez Arias in l. 27. Tauri, quam legit
sub l. 25. nume. 28. ex quo inquit ipse ibi-
dem, quòd si cōsultor dicit, ita credo esse
de iure, vel videtur mihi, censetur præci-
se illud affirmasse. Intelligenda tamen
sunt supradicta, secundum Francum vbi
supra. & Afflictis vbi supra nu. 6. quòd di-
4 cta responsio facta † per verbū credit non
inducit confessionem, sed releuationem
ab onere probandi, & sic non producit
actionem hæc confessio, neque excep-
tionem. Quid tamen si quis non potest
5 applicare animum † suum ad credendū,
vel non credendum an possit cogi præ-
cise respondere, & videtur dicendum
quòd si dato aliquo termino iste talis
posset se informare, est ei terminus con-
cedendus ad deliberandum, neque tunc
obstabit lex sequens terminum deliberan
di non concedens, nam potest intelligi,
nisi subsit causa, vt in dicto casu, vel quia
est rusticus simplex & idiota, vel hæres re
spondere debens, vel factum est intrica-
tum, vel multum antiquum, nam tūc ter-
minus deliberandi concedendus est, secū
dum glo. sic declaratam in c. 1. de con-
fes. in 6. secundum Marantam in d. tit. de
depositione. nu. 15. 16. & 22. pag. 440.
in paruis, & Abb. in capit. pastoralis. nu. 9.
de iudic. fol. 37. & Didacum Perez hic
sub l. 1. tit. 4. lib. 3. ordi. si autem non po-
test se informare, vt quia interrogatur su-
per vita, vel morte eius, qui erat vltra ma-
re vel est successor, tunc non tenetur re-
spondere, secundum glo. in authen. prin-
cipales. C. de iure iuran. propter calumn.
dan. tamen si iudex imperitus præcise ad
respondendum compelleret, debet pars
respōdere præmissa negatione illa, vt nō
credo eum mortuum, vel nō credo eum
viuere, negatio enim præponēda est, quia
6 negatio prius posita † significat mētis qua
litatem iuris, sed post posita significat fa-
cti existentiam, ista est cautela glo. in dict.
authen. principales, quam ad hoc allegat
Bonifacius in d. peregrina legum Partita-
rum verbo, positiones. glos. 1. in princ. &
Specul. in d. titul. depositio. §. sexto. versi.
item sine, ista tamen cautela parum pro-
dest, quia responsio præmissa negatione
non habetur pro confessione, cum non
referat se ad facti existentiam, neque rele-
uat aduersarium ab onere probandi, vn-
de responsio hæc incongrua est, secun-
dum supradictum Bonifacium, & Cur-
tium in tract. depositio. nu. 8. volumi. 4.
diuersorum: esset tamen optima cautela
pro illo, qui non tenetur respondere, co-
gitur tamen per iudicem imperitum & ca
pitosum, vt dicto modo, respōdendo nō
præ-

præiudicet sibi, neque contumax repute tur, quia respondere non tenebatur, excusetúrque à pœna confessi ex dicta iusta causa existente vt respondere statim non teneretur, hac támé causa de medio sublata non excusaretur sic respondens à pœna cófessi, quoniam tantum per verbum, nego, vel confiteor respondendum est non vero per verbum credit vel non credit, vt in lege sequente disponitur, quæ in hoc legis nostrę correctiua est, prout asserit glo. abonda l. 1 1. titu. 1 1. part. 3. & Didacus Perez, vbi supra col. 926. in fine. & miror cum Recopilator noster superflua & cótraria resecare deberet, duas contiguas & vicinas leges ita in hoc contrarias proposuerit, nisi dicamus incongruè tamen, prout in sequente lege dicemus, legem nostram loqui in inferioribus tribunalibus, sequens vero in superioribus, sed est pessima responsio, quoniá si apud superiores non licet nisi per nego vel confiteor tantum respondere, quantominus apud inferiores debet licere, ideò melius dici posset, legem nostram permittétem posse responderi per credo vel non credo, procedere iusta existente causa dubitandi, vt quia factum est antiquum, vel est hæres & successor respondens, vel rusticus idiota, sequens vero lex nulla existente causa, & vt euitemus correctionem sic esset dicendum licet sit nimia suppletio & restrictio nostræ legis & itidem sequétis, ideo quo ad hoc correctam esse legem nostram per sequentem dicendum est, & sequens restringatur, vt non procedat iusta existente causa dubitandi, vt dictum est, & in gl. 3. legis sequentis repetemus, & tenet post dictos Matth. Afflict. libr. 2. constit. Sicil. Rubr. 25. nume. 2. Sed an si verba enuntiatiua proferantur in positionibus probent, tradit optimè Vitalis de Cambanis in tract. clausularum. cap. enuntiatiua verba in positionibus. pag. 101. in paruis.

Ibi, [No la sabe,] quia in facto proprio iusta ignorantia dari non potest, neque tolerabilis est, secundum tex. in. l. quanquá ff. ad Velleia. l. fin. ff. pro suo. notat Meneses in. l. error. nu. 51. & sequent. C. de iuris & fact. ign. imo neque in facto alieno notabili & notorio, secundum Capiti. decisione. 69. nu. 15. neq; in illo, quod quis indagare tenetur, vt dicemus in. l. sequente. in gloss. 3.

Ibi, [Sea auido por confiesso,] imò & alia etiam pœna propter contéptum affici potest, secundum Alex. nu. 13. Zasi. 9. in. l. vnica. §. is videtur. ff. si quis ius dic. non obtemp. relatos per Didac. Perez in. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordi. col. 933. in prin. & videnda sunt, quæ volente Deo dicemus, in. l. 1. verbo, que sea auido. tit. 4. de la contestacion. supra isto lib. & ibi diximus quòd ipso iure pœna hæc confessi incurritur in causa ciuili, quáuis additio. Repertorij Felini, in verbo, cófessus in causa ciuili, aliud velit iure ciuili attento, debet tamen túc declaratio interuenire, vt in. l. sequéte videbimus. & not. quòd cum text. hic per verba fictionem denotátia loquatur, ibi, sea auido, appellatio locum habebit à declaratione pro confesso, vt alibi diximus.

Ibi, [Que si el juez mandare,] ex iis verbis habes primum requisitum necessarium
7 vt quis pro confesso habeatur si positionibus non responderit, vel non debito modo, & prout de iure non requiritur, nam primò requiritur, quòd per iudicem causæ ei iubeatur respondere positionibus aduersæ partis, prout & probatur ex tex. in cap. 2. de confes. in. 6. ibi iussusque à iudice, & in lege sequente, ita quòd nó sufficiat partem positiones proponere, petereq; aduersarium ad eas declarare, nisi per iudicem causæ iubeatur vt eis respondeat, prout in proposito asserit Bernar. Diaz Reg. 569. & Abb. in. c. pen. nu. 23. de iuram. cal. & ratio est quia iudex habet decernere an sint tales vt eis respondendum sit. Solusque iussus iudicis iubétis, vt respondeatur positionibus sufficiet, neq; requiritur quòd ipsa pars interrogetur, & examinetur ab ipso iudice, quia sufficiet si à nuntio, vel tabellione ex commissione iudicis ipsius examinetur, quádoquidem lex nostra aliud quàm iussum iudicis non requirit, verbaque nostri text. ibi, por el juez que responda, ad iussum iudicis, non vero ad eius examinationem & interrogationem faciendam diriguntur, nam si aliud vellet lex nostra sciret vtique addere verba aliud requirentia, prout addita fuere in capit. 2. de confess. in sexto. ibi

idno-

aittorum glos. & sic practica communi receptum valet quod tabellionibus committatur per iudices examinatio ista super positionibus, nisi ex causa graui & ipsa parte petente, vt ipse iudex & non alius examinaret partem, nam tunc teneretur iudex sic
8 facere. In Francia tamen iudex est qui interrogat & examinat partem positionibus respondentem, secundum Rebuf. in dict. tit. de respon. per credit, artic. 3. glo. vna. nu. 13. In nostro vero Regno non est de necessitate vt iudex id faciat, quicquid voluerit, Didacus Perez. l. prima. titul. quarto. libr. tertio. ordinamen. colum. 935. & nimirum si hoc ibi asseruerit, quoniam attenta contextura antiqua, nostræ legis (quæ in nostra lege resecatur) id requiri videbatur: quod cum in præsenti non requiratur, neque nos requirere debemus, sicut & sufficit reo per tabellionem, vel nuntium notificari qualiter iudex iubet, vt respondeat positionibus sub legis pœna, neque requiritur quod iudex ipse ipsi iubeat reo personaliter vt declaret, vt in simili inquit Auend. de. 1. & 2. decreto in princ. num. quinto. fol. 120. & ante eum tenuit Abb. in cap. penult. num. 23. de iuramen. calum. & Rebuf. in dicto artic. 3. glo. 1. nume. 13. & ita practicatur, nam si reus non est præsens dum iudex iubet, vt respondeat positionibus, sufficit iussum hunc ei notificari per tabellionem, & ita de iure esse asserit idem Rebuf. in dict. 3. tomo, titul. de citatio. in præfatione, nu. 59. quamuis ipse dicat in Francia vsu forensi contrarium statutum & obtentum, ex quo habes primum requisitum, scilicet, iussus iudicis.
9 Secundum verò erit requisitum †, vt pœna confessi nostri text. locum habeat, scilicet quod articuli illi & positiones quibus aduersarius respondere tenetur ponantur pro positionibus, & in modum positionum, aliter enim pœna hæc confessi cessabit, secundum Bald. in l. sicut. in fin. C. de repud. hær. & Dominos de Rota, decis. 22. in nouis, quam allegat Additio. Bald. in l. fin. nu. 5. litera. A. C. de fruct. & litis exp. & Franc. in c. 1. col. 2. de confess. in sexto. & Bern. Diaz vbi supra, Fallentia. 3. alias enim non censetur quis cófiteri quamuis articuli proponantur, vt in ... quinam Deci. & Domin. relati per Mensuarium l. cum te, nume. fin. C. de transactio. & Marant. in pract. 6. par. tit. de interrogatio. nu. 6. pag. 404. quicquid Bar. voluerit in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrogationi. maxima est enim differentia, an
10 in interrogatione † quid. proponatur, vel propositione etiá quo ad ipsam tenet partem ponentem, qui interrogans nihil po-
11 nit in esse, positiones † autem faciens cófitetur illud, quod ponit, text. ad literam in cap. si. de iureiuran. in 6. quem ad hoc allegat Addition. Repertorij Felin. in verbo positiones, & Lanfrancus in dict. cap. quoniam. supra tit. de responsio. nu. 2. & Ant. Góm. to. 3. cap. 12. nu. 4. & Marant. vbi supra d. nu. 6. & iterum in tit. de positio. nu. 6. 7. & 8. pag. 439. vbi & num. 9. hoc limitat, nisi positio sit præcedente negatione, nam tunc non censetur ponens eam confiteri, puta si pono quod casu negato quod deberem, solui, prout & tenet Ferrara. in practic. in forma respon. rei conuen. in gloss. saluis. colum. tertia. in fine, & Angelus in §. seruus. versi. quid autem. Instit. de capi. dimi. vbi se remittit ad ea, quæ dixit in Rubrica, Instit. de exceptionibus. Et ideò positio vt pœna confessi locum habeat debet poni affirmatiuè, vt pono quod Ioannes est hæres, interrogatio vero non sic ponitur, sed tantum, interrogo si Ioannes est hæres, vt per Quesadam in libro quæstionum suarum capit. 30. numer. secundo, imo & secundum Baldum relatum & secutum per Matth. Afflict. in lib. secundo constitu. Sicil. Rubrica 25. numer. tertio. Iuramento affirmandum est proponentem veras esse positiones, sic & ad positiones affirmatiuè proponendas, affirmatiuè, vel negatiuè sine plica & cautela respondendum est, vt in hac diximus lege & in sequente probatur. Et an publicatis
12 attestationibus † pati possit, vt positionibus túc ppositis rńdeatur, & asserédú est q sic, vsq; ad conclusioné in causa, secundum Rebuf. in d. 3. tom. tit. de responsio. per credit. vel nó credit. art. 3. gl. vna. nu. 5. & relatos per Lanfrá. vbi s. & Dida. Perez. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordi. col. 906. per totá cũ seq. & cómuné testatur Additio. Bald. in l. 2. §. q obseruari. C. de iure iur. pp̃ter calum.

calum.dan.nu.19.litera K. & nouissime tractat Octauianus in decisi.10. Pedamõtana, & probatur in l.2.titul.11.par.3. & quamuis Doct.ij, & dict.l.2.id dicant procedere, quoties ex officio iudicis fieret, secus si ad partis petitionẽ, nam tunc nõ liceret id petere publicatis attestationibus, secundum Lanfran. vbi supra. & Marant.in d.pagi.440.num.10. in practica tamen receptũ videmus id quandocunq; peti posse per partes ante sententiam, ne iustitia pereat, & vt veritas elucidetur, vt per Didacum Perez, vbi supra. Et an cõfessio resul-
13 tans ex tali positiõe reuocari posit † prætextu erroris, tradit glo. prouar.in l.5.tit.13.par.5. & in lege sequente, verbo, o negando, latius videbimus. Sed quid si pars legitimè probauerit, an ad eius petitionẽ poterit aduersarius eius compelli iurare & declarare de calumnia, vide latè per Didacum Perez vbi supra, col.907.

14 Tertium itidem requisitum † vt pœna confessi nostri tex. locũ habeat, est q̃ vna bina trina vicibus iubeatur per iudicẽ partem iurare de calumnia quasi vnicus tantum iussus non sufficiat ad constituendũ aliquem pro confesso, & id quidẽ fundari potest, ex eo q̃ ad contumaciam constituendam trina requiritur citatio, secundũ tex. vbi notat Alex.nu.2.in l.cõtumacia. ff.de re iudi. vbi nu.15. ipse Alex. hoc maximè procedere asserit quoties quis debet haberi pro confesso, cum sit res maximi præiudicij, prout & tenet Hippoly. in practi.§.postquã, nu.66.fol.25. in paruis. & Bal.in l.receptitia. C.de constit. pecu. ex l.Senatus.§.q̃ si tribus. ff. de iure fisci. Sic & ad ferendam sententiam, vel mittẽdum aliquem in possessionem ex primo vel secundo Decreto pluries debet citari qui præiudicandus ex eis est, & sic ter vel saltim semel peremptoriè tamẽ, secundũ Alex. in l.de vnoquoq;.§.1.nu.2. ff. de re iudi.fol.184. & hoc ex eo procedit, quia maximũ præiudicium ex ijs parti, cui tangit, generatur, ideò ter citandus est, sed quæ res est maioris præiudicij, quàm declarare aliquẽ pro confesso? cum sint, qui dicant, cõmunẽ esse opinionẽ, declaratũ
15 pro confesso † amplius nõ admitti ad probandum contrariũ, secundũ Minchac. de succes. creatio.§.25.nu.25. vbi examinat, veliam q̃ admittatur probatio in contrarium, secundum aliam communẽ veram & tenendum opinionem, relatam per ipsum Mincha. vbi supra. & per Didacũ Perez in l.11.tit.3.lib.3.ordi.col.872. in fin. & 875. & iterum in l.1.tit.4.eod. libr.3. col.927. versi. por confesso. in ipsum habitum pro confesso transfertur onus probandi contrarium, secundũ Didac. Perez in d.l.1.tit.4.col.928. vers. sed est dubiũ. q̃ quidem probare non teneretur, nisi cõfessio ficta hæc adesset, quia actore non probante reus & si nihil præstiterit absoluendus est, vt in l.qui accusare. C.de edẽdo. igitur manifestissimum est, maximũ præiudicium generari ex dicta ficta confessione, & ideò præiudicandus ex ea siue sit reus siue actor (quoniã respectu actoris etiam noster tex. procedit, cum & ipse actor respectu exceptionum & positionum per reũ oppositarum reus sit, secundum Rebuf. ita tenentẽ in d.tit. de respõsi. per credit. art.2.glo.vna. nu.4.) citandus est ter, vel semel peremptoriè tamen, præsertim cum contumacia hæc propter quã quis habendus est pro confesso odiosa itidem sit, iure q; ciuili digestorum incognita, vt patet ex dictis per addit. Specul. tit. de posit.§.1. licet iure Codicis ex l.2.§.q̃ si actor. C.de iureiur. propter cal. dã. iam cognita sit, sed adhuc tunc odiosa & in tertij præiudicium, ideòq; restringenda, & non ampliãda, vt sicut in alijs rebus magni præiudicij trina requiritur citatio, sic & in hac ficta ex tex. nostro requirat, neque alio modo pœna hæc confessi locum habeat, cum formam nouam & sic substantialẽ noster tex. inducat ex ijs quæ diximus in l.2. in gl. ante. tit.4. supra isto lib. & hanc esse cõmunẽ obseruantiam in suo regno testatur Maran. in pract.4. par. dist.5. nu.18. pagi.391. tit. de cõtumacia. & in nostro regno idẽ obseruãdũ credo, ex lege nostra, neq; sufficeret q̃ in eadem audientia iuberetur bis & ter q̃ pars iuraret de calũnia, sed requiritur q̃ in tribus iubeatur audientijs, plurimũ tñ circa hæc efficeret stylus tribunalis. Quæstionis tñ est num sufficeret vnus perẽptori⁹ iussus
16 pro omnibus †, vel cum cõminatione, an trinus supradictus requiratur, & dicendũ est sufficere vnicum perẽptoriũ iussum, nam

nam & peremptoria citatio, quanuis vnica sit pro tribus contumacem constituit non comparentē, vel non obediētem, vt probatur in l. contumacia & ibi Alexā. ff. de re iudi. idem Alex. in l. de vnoquoque. §. 1. ff. de re iudi. nam & ad sententiam, vel missionem ex primo Decreto, vel itidem ex secundo, quæ quidem grauis præiudicij sunt, vt per Bar. & Doct. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius. di. non obtē. vnica tantum citatio peremptoria sufficit pro omnibus tribus, ex l. consentaneum. C. quomo. & quando iudex. ad hoc allegata per Alexan. in d. l. de vnoquoque. §. 1. in princ. fol. 184. ergo & sufficiet in nostro casu vnicus peremptorius iussus, dum tamen vltimo eius die contumacia accusetur, vel si cum comminatione iussus ille fiat, ex eo quòd † comminando potest iu-
17 dex pœnam imponere alteri parti applicandam, si iussa pars comminata non impleuerit, secundum Alex. in d. §. si procurator. nu. 16. fol. 60. nam si pars à comminatione illa non appellat videtur in eam consentire. Item & ad pronuntiandū ali-
18 quem † pro non parte in lite vnicus tantum peremptorius vel cōminatorius iussus sufficit, quamuis hoc sit grauis præiudicij, secundum Anto. Gomez de delictis. 1. cap. nu. 25. & in practica receptum dicit Couarruuias lib. 1. Variarum. c. 18. nu. 2. & quia secundum Dominicum in. c. 2. de confes. in. 6. allegantem Alex. consilio 185. volumi. 2. si mittitur ad domum alicuius vt respondeat positionibus sub pœna confessi, si non respondet habetur pro confesso, & sic in nostris terminis quòd vnicus peremptorius iussus sufficiat, tenet Didacus Perez in l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. col. 933. ad finem. quanuis Alex. & Hippolyt. vbi supra contrarium velint. Imò & quòd plus est, quòd ex lege sequente probari videtur in hoc casu vnicum tantum iussum sufficere, quanuis non sit peremptorius, vel comminatorius, & q in hoc lex & supradicta corrigantur, secundū Dida. Per. vbi supra. col. 392. in fin. cū prosequen. & voluit gl. pen. in l. 3. tit. 13. par. 3. mihi tamē eorū opinio in hoc non
19 placet, sed teneo † vnicam monitionē & vnicū iussum sufficere, dum tñ perēptorius, vel comminatorius sit, & sic declaretur lex sequēs, vel nostra in inferioribus intelligatur, illa vero in superioribus, prout in alio proposito dixit Abb. in c. fi. nu. 2. de iudi. & in lege sequente dicemus, verbo, que estuuiere, vel loquatur lex sequēs cum iudex sua persona iubet parti præsenti, vt iuret & declaret positiōibus statim, & pars non vult declarare, tunc enim iussus hic quanuis non sit peremptorius, nec cōminatorius sufficiet, vt pro cōfesso declaretur, lex vero nostra cū parti absenti id iubetur, & per nuntiū vel tabellionē ei notificatur, nam maior est contumacia illius, qui iussus per iudicē noluit respondere, quā illius, cui per nuntium vel literas id notificatur, vt in l. 2. C. quomo. & quā do. iud. & Doct. sic distinguere solent, secundum Guidonem Papæ, in cōsil. 7. nu. 1. vbi num. 2. declarat quo remedio tunc actori prouidebitur, est tamen verum q etiam si vnicus sufficiat iussus peremptorius vel comminatorius ad incursum pœnæ confessi, non tamen quo ad hoc vt sententia & processus sint nulli, eò quòd iuratum & declaratum non est positionibus, quo ad hoc eñ bis debet peti per partem & bis iuberi per iudicem, & parti contrariæ notificari, secundum tex. vbi dicemus in l. fi. tit. 17. infra isto lib. & sic ex dictis remanet tertium requisitum, vt pœna confessi locum habeat, scilicet, quò † ter iubeatur per iudicem, vel semel perēptoriè tamen vel comminatoriè parte absente, nam si præsenti parti id iuberet iudex, & nollet pars declarare, sufficeret, secūdum intellectum supra assignatum ad legem sequentem.

20 Quartum verò requisitum est †, vt pœna hæc confessi nostri text. incurratur, scilicet, qòud in quolibet termino illarum trium citationum, vel in termini peremptorij, vel comminatorij fine, contumacia partis non iurantis, neque declarantis, vel non debito modo, accusetur, ex eo quòd contumax, & non alius pro confesso habetur & declaratur, contumacia tamen non datur nisi accusetur, ex l. eum quem temere. ff. de iudi. & ibi Doct. & ex Doct. maximè Alex. in l. properandū. §. 1. C. de iudi. & ex dictis per nos in l. 1. glo. q̃ sea auido. tit. 4. supra isto lib. ergo accusanda est, q; adeò verū est, q & inter

mino accusanda est contumacia, aliàs terminus ipse assignatus circunductus remanebit, & iterum de nouo est assignandus, secundum text. in l. & post edictum. §. 1. ff. de iudi. quem in proposito allegat Maranta in pract. 4. part. distin. 5. nu. 1. tit. de contumacia. pag. 386. & probatur in l. 8. col. fin. tit. 7. part. 3. ibi, al plazo. & in terminis, quòd contumacia sit accusanda, dicit in praxi receptum, Didacus Perez in l. 1. titul. 3. libr. 3. ordi. col. 871. & ita pro regula constitutum habemus, vt patet ex dictis per Dueñas in Regula 153. limit. 3. quòd contumacia sit accusanda in termino, & communem testatur Villalobos in ærario suo mille com. opin. litera. C. nu. 86. & iterum in litera. A. nu. 3. col. penul. quicquid ipse ibidem voluerit contrarius esse, dicens opinionem Bald. in l. si tutor. C. de inter. matri. dicentis, in termino le-
21 gis, vel statuti † minimè esse necesse accusare contumaciam, in practica receptá esse, & cum Bald. communem asserit Rolandus Valle consi. 90. nu. fi. volu. 3. nam nos non loquimur cum terminus à iure statuitur, nam per legem nostram & sequentem nullus terminus statuitur, sed iudex est ille, qui statuit eum ad respondédum positionibus, igitur cessat illa Bal. doctrina, præsertim existente dicta alia communi. opinio. quòd est accusanda contumacia in termino, & quantumuis ipso iure pœna incurratur adhuc partis petitio requiritur, secundum quòd nos alibi diximus, & tradit latè Tiraquel. in l. si vnquã. verb. reuertatur. num. 10. cum seq. aliquibus. C. de reuo. don. declaratioq; iudicis est necessaria, vt in tit. de la contestacion de las demandas & alibi dictum est, igitur accusanda est contumacia, quicquid etiã voluerit Hippol. in l. de vno quoque. nu. 126. ff. de re iudi. per ea, quæ ipse ibidem dixit in nu. 88. sed si dies ille in quo contu-
22 macia † erat accusanda sit feriatus transibit in sequentem non feriatum, secũdum Marant. vbi supra dicto titul. de contumacia. nu. 1. Imò sunt qui dicunt quòd con-
23 tumaciam accusans † non debet illicentiatus, sed cum licentia iudicis recedere aliàs nihil fit, secundum Alex. in l. si finita. §. Iulianus. nu. 24. fol. 49. ff. de dam. infect. vbi Bar. nu. 11. & ibi Bologninus cõmunem esse cum eo dicit, & idem Bar. & Ias. nu. 5. in l. qui ante Kalendas. ff. de verbo. obliga. nam illicentiatus recedens est idem acsi non comparuisset, secundum Boeri. decisio. 64 nu. 7. & Ripam in c. 1. nu. 30. cum seq. de iudi. Imo maior est cõtumacia comparentis & illicentiati recedentis, quàm non comparentis, secũdum Boer. vbi supra nu. 5. & 6. & sic cõtumax in non comparendo, vel in cõparendo & recedendo sine licentia excommunicari possunt, secundum Dueñas, Regul. 53. sufficeret tamen si compareret & in fine audientiæ accusaret contumaciam, quanuis tunc licentiam recedendi nõ peteret, quia iam finiebatur audiẽtia, ex dictis per Alex. d. nu. 24. & Dueñas vbi supra. limi. 2. & patet ex l. 6. tit. 3. supra isto lib. cum satis licentiatus discedat, qui iudice discedente discedit, ex quo inoleuit practica communis, q̃ omnes contumaciæ accusantur in fine audientiæ, & cũ iudex vult ex audientia discedere, & sic non aduertitur ad hoc recedat nè licẽtiatus accusans contumaciam nec nè, neque iam de hoc curatur, præsertim cum partes id iam nõ allegent, neque eorum aduocati, & à Practica validum est argumentũ, vt per Mantuanum, de obseruatiõibus legalibus, lib. 2. c. 19. de locis Topicis, loco 63. ex quibus quartum requisitum erit scilicet q̃ in tempore accusetur contumacia non respondẽtis positionibus in termino ei per iudicem assignato ad respondendum.

24 Quintum igitur erit requisitũ † vt pœna confessi nostri text. locum habeat scilicet, q̃ iussus per iudicem faciendus super hoc fiat parte illa, quæ habet iurare, præsente, secundum Bern. Diaz in Reg. 565. per glo. in c. 2. de confes. in 6. ita tenentẽ,
25 nam absens non † potest pro confesso declarari, secundum Bal. relatũ per Alex. in l. 1. §. si procurator. n. 10. ff. si quis ius. di. non. ob. fol. 59. & Maran. vbi supra. n. 18. pag. 391. & videtur text. pro hoc in præsenti, ibi, y se ausenta, & text. in l. sequente. mihi tamen hæc non applaudet opinio, neque requisitum hoc credo necessarium, præsertim lege nostra attenta & ponderata hoc scilicet modo, quia secundum literam eius antiquam, aderat verbum denotans & requirens partis præsentiam

tiam dum dicebatur, si la parte preguntada por el juez estando presente le fuere mandado &c. quæ quidem verba prout ex tenore nostræ legis patet, non sunt in hac copilatione translata, & iure optimo, & ex proposito censeo factum, ne daretur occasio dubitandi an partis præsentia requireretur dum iudex iubebat partem ipsam positionibus declarare, & cum text. noster verba illa inserta non habeat, sufficit, vt pœna confessi locum habeat, iudicem parti iubere, vt respondeat & declaret positionibus intra talem terminũ sub pœna confessi, etiam si pars hæc tunc temporis absens sit à præsentia iudicis, & ita retuli Auendanium, & alios supra in fine primi requisiti ita volentes, neq; huic opinioni obstant illa verba nostræ legis. Ibi, y si es ausenta, Item quia ita possunt referri ad iudicem iubentem, sicut ad tabellionem notificantem, ita quòd pars, dum ei iussus iudicis notificatur, vt respõdeat positionibus, se absentat à præsentia tabellionis notificantis, vel potest dici, q verba hæc, se ausenta, non excludunt casum nostrum cum pars est absens, sicut neque excludit illum lex sequẽs pro isto requisito considerata, & sic teneo non esse necessarium hoc requisitum quintum, & pro hac mea opinione facit etiam l. 3. istius nostri tituli, quæ est expressa, ita quòd non indiget inductione, & sic in practica video receptum, secũdum quod inquit Domini. in capit. secundo. de confess. in sexto. numer. 16. & 17. & ibi eius addition. allegat consil. Alexandi quòd si mittitur ad domum, vt respõdeat quis positionibus sub pœna confessi, si non respondet habetur pro tali, item si aliud diceremus facillter quis posset eludere iussum iudicis, & pœnam confessi euadere non comparendo coram iudice, & sic remanet hoc requisitum exclusum.

26 Sextum requisitum † vel vt melius dicam, quintum (eo quòd quintum requisitum fuit exclusum, vt supra proximè diximus) est vt pœna confessi nostri tex. locum habeat, quòd iudicii vbi similis iussus interponitur sit validum, alias enim si inualidum esset, & nullum, non reputaretur contumax neque pro confesso haberi posset, non declarans positionibus, vel non debito modo declarans, prout expressè tenet Felin in cap. ex tenore. versi. de rescripto. num. 2. fol. 103. de rescript. & Bald. in l. 2. § quòd si actor. nume. 4. & ibi Additio. C. de iure iuran. propter cal. dan. & Rolandus Valle, consil. 31. nume. 14. cum. 3. sequen. lib. 1. & Dueñas in Regula 153. limit. 4. & Lanfranc. in cap. quoniam contra falsam. tit. de positio. nu. 16. extra de probationi. vbi hoc limitat, nisi instantia, in qua reus pœnam confessi incurrit, pereat, nam tunc in alia instantia potest peti quòd reus ille pro confesso declaretur, quia contumax est obligatus conditione ex lege, quæ durat triginta annis, hæc tamen limitatio non placet, nam si perijt instantia, pereunt & omnia, quæ in illa proposita fuere & quæ ex illa sequuntur, corruente enim principali corruunt, & omnia ei accessoria, vt probatur in l. fi. ff. de constit. pecun. neque obstat quòd
27 actus nullus pœnam † meretur, ex Ripa in l. prima. numero 24. ff. de vulgari. quia pœna hæc, quòd habeatur pro confesso, non imponitur propter actus nullitatem, & sic cessat illa doctrina Ripæ, neque habet locum in nostro casu, secundum Ripam ibidem, neque obstat etiam quòd cõ
28 fessio vera † facta in processu nullo & inualido, durat in alio iudicio valido, ex tex. in l. fina. ff. de custod. reorum. quem ad hoc ita communiter Docto. tenere asserendo allegat Anto. Gom. tomo. 3. cap. primo. nu. 65. in fine. & ibidem licet con
29 tractus sit † inutilis, & inualidus, si tamẽ in eo adsit aliqua confessio probat, secundum Bart. in l. ita stipulatus. § Chrysogonus. nu. 3. fol. 56. ff. de verb. oblig. & eundem in l. certi condictio. § 2. ff. si certum peta. vbi Ias. nu. 34. 35. & 36. Asserit cum Bart. esse communẽ opinionem Doctorũ à qua in iudicando & consulendo non recedendum asserit, licet plura contra Bar. obstent, quæ ipse Ias. ibi allegat, & de illa Bartoli doctrina tractat etiam Suarez in l. post rem. 6 limitatio. num. 4. cum sequent. pag. 305. & iterum in quæst. 1. nu. 21. pag. 320. ff. de re iud. & Doctores maximè Decius, hæc limitans & declarans suo more in c. cum venerabilis. de exceptio. nume. 22. cum. 4. seq. & tunc inquit Paul. in eo. § Chrysogonus. numero. 10.

quòd non debeo agere ex illa cõfeſsione, ſed actione pro re illa competente, & in probationem eius adducere confeſsionẽ illam, licet ſi confeſsio hæc fieret coram 30 incompetente † iudice non duraret coram competente, neque probaret ſecundum Barto. & Doct. in. l. Magiſtratibus. ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi Oroſcius nu. 9. colum 384. cum Bart. teſtatur eſſe cõmunem opinionem, & tradit Hippolyt. in practi. § poſtquam. nu. 12. cum ſequen. neque executionem meretur talis confeſsio coram incompetente iudice facta, ſecundum Suarez vbi ſupra. 3. notab. nu. 31 10. licet in criminalibus indicium † faceret ad torturam, prout communem teſtatur Minchaca de ſucceſsio. §. 23. nu. 32. Si ergo confeſsio vera (vt ad incæpta redeamus) in iudicio nullo & inualido coram competente iudice facta probat in iudicio valido, ergo & hæc ficta confeſsio probabit, quamuis iudicium ex qua reſultat ſit nullum, & ſic contra noſtrum requiſitum, non inquam obſtat hoc argumentum noſtro requiſito, quoniam dicta. l. Diuus. & omnia dicta per eam, loquuntur & procedunt in cõfeſsione ore proprio facta, quæ quidem mirum nõ eſt, ſi in iudicio valido duret, nos autem loquimur in confeſsione ficta ex contumacia non reſpondentis poſitionibus reſultante, quæ multũ differt à vera, & quia in vera ſic reperim' ſcriptum & diſpoſitũ in ficta verò nõ, & ideo de ficta nõ eſt intelligendũ id quod de vera, quia eſſet procedere de minori ad maius, & aliud eſt quidem reperiri expreſſum in iure, vel reperiri, vt licet videre ex Mantuano in obſeruatio. legalibus, in centum modis ſoluendi Argumenta loco 76. pagin. 334. in paruis, cum alijs duobus locis ſequentib. & 32 aliud eſt quòd lex in vno caſu † declarando ſiue diſponendo procedat, alio verò in caſu taceat & nihil dicat, ſecundum Bart. in. l. Titia. §. Imperator. in fine. de legatis ſecundo. ita reſpondendo ad textum in. l. fœminæ. C. de ſecundis nuptijs. & iterum in. l. omnes populi. colum. 15. ff. de iuſtitia & iure. dum reſpondet pariter ad legem penult. § primo. ff. de ritu nuptia. & hinc eſt quòd ſtatuta nõ extenduntur ad caſum fictum ſecundum iuris fictionem, vt putà ſtatutum loquens de ingenuo ad ingenuum fictè nõ extẽditur, de quo in. l ſecunda. C. de iur. aure. annuli. & in terminis noſtræ fictæ confeſsionis aſſerit Socinus Iunior conſil. 11. numer. ſeptimo. & 11. volumi. ſecundo. niſi vt dixi lex vlterius procedat declarando & diſponendo, vt in. l. cum ex oratione. in principio. ff. de excuſatio. tuto. quem ſic intelligit Bartol. in dicta. l. omnes popu-33 li. colum. 19. licet ſtatutum loquens † in caſu vero habeat locum in caſu ficto ſubrogato tamen in locum caſus veri, ſecundum Bartolum in. l. poſtulante. per textum ibi. ff. ad Trebellianum. & tradit Abbas in. c. fin. col. 1. de arbitris extra, & Iaſ. in. l. ſi is qui pro emptore. num. 393. ff. de vſucapioni. in noſtro tamen caſu deficit ſubrogatio, imo & extrema habilia deficiunt, ergo diſpoſitũ in vera confeſsione vt duret in iudicio valido, quæ in inualido facta ſit, non eſt extendendũ ad confeſsionem fictam in iudicio inualido cauſatam, vt valeat & probet in iudicio valido, cum ad ſuum eſſe validitatem iudicij, requirat, vt in noſtro ſexto requiſito requirimus, nam & ſic videmus, quòd a-34 liud dicimus eſſe † in dote vera, quàm in putatiua, quia priuilegium veræ dotis, nõ extenditur ad putatiuam, ne ſcilicet obijciatur compenſatio, vt in. l. vni. §. tacuit. C. de rei vxo. acti. docet Alexand. in. l di uortio. §. finali. in fine. ff. ſoluto matrimonio. Item & quia quando libellus eſt ine-35 ptus †, propter quòd poſſet nullitas in proceſſu cauſari & dari, nulla exceptio eſt pœnalis, & ſiue reus tunc mentiatur, vel aliter calumniet, non punitur, ſecundum Baldum in repetitione Paduana. l. edita. C. de edendo. colum. penultima. numero. 115. & Iaſ. in. §. omnium. numero. 97. Inſtit. de actionibus. & Gometius in. §. ex maleficijs. numero 17. Inſtit. eodem titulo. & Caſſanæum conſilio. 38. numero. 10. Item & quia quantumuis ex inordinato proceſſu poſſet ſequi condẽ-36 natio † contra verè confitentem, ſecundum Bart. in. l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. & exhibend. reorum. & ante eum Innocentium ab omnibus ſecutum teſte Hippolyt. in practica. §. poſtquam. numer. 14. 37 Tamen ex ficta † confeſsione ex inor-

dinato

dinato processu resultante non poterit se qui condemnatio hæc, sed potius admittetur ad probandum contrarium, secundum Bartol. in l. error. num. 14. in fin. C. de iur. & fact. ign. & hoc est quòd voluit Bartol. idem in l. absentem. ff. de pœnis. quem allegat Bald. in d. nu. 14. ficta que confessio, secundum Hippol. in d. §. postquam. nu. 36. & 58. non validat processum, sicut vera validat, & sic verum est nostrum sextum requisitum, neque ei obstant supradicta.

38 Septimum in ordine †, licet in substantia sextum, requisitum erit vt pœna confessi nostri text. locum habeat, scilicet, quòd pars absque rationabili causa recuset respondere positionibus, secus verò si iustá habuerit causam non respondendi, secundum Bern. Diaz, reg. 565. in prin. & fuit Bal. in l. si filius. ff. de inter. actio. vbi quatuor requisita in hoc ponit, quę sequitur Matth. Afflict. in constit. Sicil. lib. 2. Rub. 25. nu. 3. & pro hoc. 7. requisito, est text. in. c. 2 de confes. in. 6. ibi iussusque à iudice respondere absque rationabili causa recuset, & probat text. noster in præsenti,
39 nam & procurator. Si causam haberet † excusandi se ipsum & Dominum etiam à vera contumacia procuratoris Dominus excusaretur, secundum Bald. in l. cum filius famil. §. in hac. nu fin. ff. de verb. oblig. tradit Maranta, in prac. titu. de contumacia. nu. 1. & 2. cum aliquibus seq. pag. 386. & Octauianus decisi. Pedamon 9. per totá. Imò & lapso termino potest mora purgari virtute alicui⁹ iustæ causæ, vt per Dida. Perez in l. 1. tit. 4. libr. 3. ordi. col. 934. in prin. & Maran. vbi supra. ponentem causas excusantes à vera contumacia, & à fortiori à ficta, & sic à pœna confessi, & nouissimè post hæc ita vidi assertum & relatum per don Anton. Quesada, in quæstionibus suis, quæst. 30. nu. 9. & iusta causa esset impedimentum valetudinis, vel causæ publicæ, vel ex alia arbitrio iudicis relicta, secundum Alexand. d. §. Iulianus. vel quia positiones sunt captiosæ, cauillosæ, vel obscuræ, vel dubitatiuæ, quia eis non tenetur respondere, vt in gloss. 1. huius. l. diximus, & tradit Ferrara in practi. in forma excipien. contra positio. & idem si responsum est positionibus ex errore, quia respondens inductus fuit assertione aduersarij dantis causam errori, quoniam tunc reuocari possunt, responsiones, secundum Balbum in l. Celsus. versi. nunc venio ad Barto. nu. 36. ff. de vsucapib. vbi hanc communem testatur. Ideoq; in pra-
40 ctica admittuntur † interrogatoria & positiones cum clausula, saluo iure impertinentium & non admittendorum, prout faciunt boni assessores, secundum Ang. in l. si quis libertatem. ff. de petit. hære. & in l. in speciali. ff. de rei vendi. & Bald. in l. momentaneæ. C. de ijs qui non habent. legi. personam stan. in iud. & in l. si sine. in princi. ff. de interrog. actio. quos refert Curtius in tract. de positio. nu. 28. qui & asserunt, probationes factas super articu-
41 lis † impertinentibus nullum parere præiudicium, prout communiter teneri asserit Maranta in pract. tit. de positio. nu. 23. pag. 441. Aduertendum tamen est, quòd tunc demum causa excusabit quoties alle-
42 gatur, & probatur †, imo si causa allegata est propter aduersam valetudinę, vel non tutum accessum, debet etiam probari, alium loco se excusantis substitui non potuisse, secus vero si potuit, & non fecit, quia non excusabitur secundum Bart. & Doct. maximè Alexan. in l. quæsitum. ff. de re iud. & eund. Alexan. in l. 2. ff. si quis caut. & Feli. in c. 1. vt lite non conte. verbo, excusabatur dominus nu. 4. vbi plura circa hoc dicit, & nos diximus in l. 14. tit. 3. supra isto libro, & hoc pro. 7. requisito.

Octauum in ordine, & in substantia septimum requisitum, vt pœna confessi nostri text. locum habeat, est, quòd positio-
43 nes ipsæ legantur & dentur intelligi † parti ipsi, quæ habet iurare & ad eas declarare, secundum Bald. in d. l. si filius. ff. de inter. act. & Afflictis in d. lib. 2. consti. Sicil. Rubr. 25. nu. 3. & Bern. Diaz. d. reg. 565. in prin. & hoc requisitum clarum est, & probatione non indiget, habet tamen locum hoc requisitum quoties pars vult iurare & declarare, tunc enim, vt pro confesso habeatur si debito modo non declarauerit, legendæ ei sunt positiones, secus vero si declarare non vult quoniam tunc crederem requisitum hoc non esse necessariũ, ex quib⁹ habes requisita necessaria ex parte proponentis positiones, vt nolens eis

declarare aduersarius, vel non debito modo declarans, declaretur pro confesso, quæ non sic reperies congesta, neque digesta, & sunt maximè aduertenda per aduocatos & iudices, nè inconsideratè petant & iudicent quem declarari pro confesso, quia est res maximi præiudicij.

44 Alia verò nouem requisita † ex parte iurare & declarare debetis positionibus, refert Rebuf. in d. 3. tomo constit. Franc. titul. de responsi. per credit. artic. 1. nu. 5. cum seq. quæ quidem licet probet exordinatione quàm ibidem commentatur, clarissimè tamen & ex text. nostro probari possunt, & ideò & ad ea aduertere debẽt omnes, & per ipsum videri possunt, cum præ manibus eius opera habeantur, ne aliorum dicta transcribamus cõtra nostrũ institutum, & tam actor quàm reus tene-

45 tur iurare & declarare † positionibus, & actor prius quàm reus, secundum Quesadam d. q. 30. nu. 6. & quid si quis declaretur iniustè pro confesso, & non appellat, quod remedium habebit, ex dictis in principio huius legis decerpes.

Ibi, [Que responda,] pondera dictionem hanc, nam ea attenta non est necesse disputare dubium illud Baldi in l. 2. §. quòd si actor. nu. 3. C. de iure iuran. propter calum. dan. scilicet, si non iurauit nõ incurratur pœna confessi, quamuis positionibus non respondeatur, nam lege nostra attenta eò ipso quòd est iussum positionibus respondere incurritur pœna si non fiat, nam text. noster de iuramento non meminit, sed de responsione.

Ibi, [Vna dos y tres vezes,] quod an per legem sequentẽ correctũ sit, in gl. prçcedente in. 3. requisito dictum remaner, & in lege sequẽte iterum referemus. Est tamen notandũ ꝙ quamuis tres hæ iussiones requirerentur, si statim quòd parti iubetur vt respondeat, ascendit equum, & se absentat, vnicus hic iussus sufficiet, vt in glo. se ausenta nostræ legis dicemus.

Ibi, [Razon legitima,] de qua diximus in. 7. requisito, nostræ legis.

Ibi, [No quisiere responder,] idem probat text. in l. 3. titul. 13. part. 3. & dicitur

46 nolle respondere † non solum si expresse id asserat, verum & si taceat & tacendo non respondeat, tacens enim pro negante, & nolente respõdere habetur ex text. in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de inter. actio. ideòque secundum text. ibidem contumax reputatur, quem ad hoc allegat Afflictis libr. 2. constit. Sicil. rubr. 25. nu. 5. Imò si procurator, vel hæres non respõdeat, vel taceat pro confesso habetur, ex text. in l. non solum. in prin. ff. de procurat. notat Innocen. in c. 1. de postul. præl. quibus attentis probatur in text. nostro

47 opinio Azonis, dicentis tacentem † & obscurè respondentem haberi pro confesso, vt ex ijs verbis iunctis illis, no claramente, probatur, & Azon. refert & sequitur Specul. in tit. de positio. §. nono. nu. 2. & 3. licet Tancred. secũdum eum ibi contrarium asseruerit, contra quẽ cum Azone teste Specul. vbi supra, vtitur & practicatur, & probatur etiam ex dicto. ca. 2. de confess. in. 6. & extra in. d. l. 3. & ibi gloss. pen. tit. 13. part. 3. neque obstat text. in l. qui tacet. ff. de reg. iur. vbi qui tacet, non vtique fatetur, sed tamen verum est eum non negare nam secundum Speculat. vbi

48 supra nu. 1. illud procedit † extra iudiciũ, non verò in iudicio, prout nos loquimur, nam tacens in iudicio interrogatus reputatur contumax, vnde pœnam contumaciæ sentire debet, tacens enim in iudicio pro negante vel consentiente habetur in eo ꝙ magis illi præiudicium fit, secũdum Bart. optimè in l. quæ dotis. nu. 21. ff. sol. matr. vbi Alex. latè, & idem Alex. in l. sæpe. nu. 87. in medio. ff. de re iudi. & in addit. ad Bar. in l. 1. C. de filijs fam. & quem

49 admo. pat. libr. 10. quia sicut tacens † pro negante habetur in eo in quo ei est damnosa negatio, ita & pro confitente, cum confessio ei præiudicat, secundũ Specul. titul. de positio. nu. 4. & sic habetur pro confitente, vel negante in eo in quo vtilius est eius aduersario secundum Bald. in d. l. non solum. relatum & secutũ per Marantam in l. si actor. nu. 69 ff. de procurator. sicut & si obscure respondeat est interpretatio contra eum facienda, secundũ tex. in l. 3. tit. 13. part. 3. & tex. in l. 3. titu. 33. part. 7. & sic inquit Bal. in l. siue possidetis. nu. 5. in fi. C. de probatio. ꝙ si quis arguitur de pluribus, & in dilucidatione criminum aliqua præmittit, quicquid tacuerit videtur confiteri, faciuntq; dicenda su-

da super glo. en todas, infra hac lege, inquitque Ias. in repet. l. admonendi, num. 21. ff. de iureiurand. quod si iudex facit aliquem actum praeiudicialem alicui praesenti, si iste talis non contradicit, & facit contradictionem, sci ibi in actis, siue praeiudicat, & sic ille, qui vocatur ad assentiendũ, 50 vel contradicendum † si tacet consentire videtur, secundum Auend. c. 30. praet. num. 4. lib. 2. eodem igitur modo ille, cui iubetur, vt respondeat positionibus, cum in iudicijs id tractetur, si non respondet, & sic tacet, pro negante aut confitente habetur in eo, in quo vtilis est aduersario, quod adeo verum est, quod quantuis iuret, si declarare non vult habebitur pro confesso, quia non minor est contumacia 51 cia † eius, qui non vult iurare, neque respondere, quam eius qui post iuramentũ non respondit, secundum Bald. in auth. principales. C. de iureiu. propter cal. dan. Sed an si postquam est citatus non veniat responsurus erit contumax, vide in capit. 2. de confes. in. 6. & ibi glo. & Ioan. And. & Cyn. in dict. authen. principales, & ex dictis patet quod sic, & ex. l. 3. infra eo. & ex ijs quae diximus sup. in. 3. &. 5. requisitis, & nota: quod interim quod reus nõ 52 declarat † positionibus ei per actoré propositis non currit actori terminus probatorius, secundum Asinium in praxi. §. 2. cap. 11. nu. 10. &. 11.

Ibi, [No claramente,] approbatur hic opinio Azonis contra Tancredum, vt supra proxima glo. dixi, nihil enim interest, 53 † neget quis an taceat, vel obscure respõdeat, vt probatur in. l. de aetate. §. nihil. ff. de inter. actio. &. l. 2. §. quod si actor. C. de iureiur. propter calum. l. certum. ff. de cõfes. l. 1. §. edere. ff. de edendo, & sic si pono tibi quod debes mihi decem Aureos Turonenses & tu respondes, quod debes aliquos, est ac si non responderes, arg. cap. in praesentia. de probatio. & cap. cũ clamor. de testib. pro confessoq; haberis, secundũ Spec. in dict. titul. de positio. §. 9. num. 5. nam obscura responsio contra respondentem interpretatur, vt in gloss. praecedéte diximus: ille enim; qui respondet positio- 54 ni, debet sic respondere, vt aduersarium † liberet ab onere probandi, si non negat simpliciter positionem, vt not. in capit. 1. de iuram. calum. & notat Bald. in consil. 241. quidam nomine Ias. volu. 3. ex quo colliges, quae dicatur obscura responsio, & sic contra obscure respondentem non est necesse, prout aliquando petitur, petere quod declaret suam responsionem, sed quod declaretur pro confesso, & iudex debet sic iubere, secũdum Spec. dict. §. 9. num. 9. licet melius esset petere, quod cõpelleretur declarare suã obscuram respõsionem, ne si declaretur pro confesso, causa in appellatione deuoluatur ad superiores, apud quos, vt alibi diximus non curatur de ficta hac cõfessione: Et an quis pos- 55 sit pluries interrogari super eadem † positione, vide Vitalem de Cambanis, in tracta. clausularum in clausula non ductus errore. num. 53. cum sequent. pag. 299. in paruis.

Ibi, [Por contumacia se ausenta,] similis tex. in ca. 2. de confes. in. 6. ibi aut cõtumaciter se absentat, & tunc vnus tantum sufficit iussus iurandi & declarandi positionibus, quamuis non sit peremptorius, vel comminatorius, nam versiculus hic, per contumacia se ausenta, diuersus est ab illo, vbi per text. nostrum trinus iussus requirebatur, & sic remanet hoc in dispositione iuris ciuilis, quo mediante habemus 56 quod etiam vbi trina † requiritur citatio, vnica tantum sufficit si ea facta statim citatus aufugit, & se absentat, secundũ Alexand. in. l. contumacia, numero. 5. ff. de re iud. fol. 185. neque tunc vlla alia vlterius requiritur citatio, secundum Tiraq. in tractat. res inter alios acta, limit. 10. & Marã. in practi. titul. de citatione. num. 19. pag. 357. nisi ad sententiam, secundum Hippolytum, in. l. de vnoquoq; num. 56. ff. de re iud. secundum quod intelligi potest. l. 1. titul. 11. infra isto lib. quae nullam aliam videtur requirere citationem: sic etiam posset limitari opinio Baldi relati per Alexan. in. l. 1. §. hoc iudicium, num. 10. fol. 59. ff. si quis ius dic. non obtemp. & aliorum dicentium attento iure canonico, & sic dicto capitulo. 2. de confesio. in. 6. absentem non posse declarari pro confesso, vt non procedat, quando per contumaciam quis se absentat, postquam iussus respondendi positionibus ei fuit notificatus, nã maior est contumacia in non comparen-

do, quam in non parendo, secundum Couarruuiam in cap. alma mater. 1. part. §. 9. num. 3. ergo nimirum si contumaciter se absentans declaretur pro confesso, & pōderanda sunt illa verba, por contumacia, quasi non sufficiat, post iussum notificatum se absentare, sed & quod absentia ex contumacia fiat, & sic vt non respondeat positionibus, quod ex verbis absentis decerpi potest, vel ex facto, putà si statim iussu notificato ascendit equum & fugit, & sic est necesse de contumacia cōstare, vel de præsumptione legitima eius, quia benè potuit pro expediendis rebus suis abesse, & non debet tunc reputari contumax, ad quod aduerte, vt scias defendere partē tuam, quid tamen erit si pars aliquibus po
57 sitionibus † ex propositis respondit, iudex que iubeat ne recedat antequam omnibus responderit positionibus, ille autē spreto mandato recedit ad patriam suam, num habebitur pro confesso, quam quæstionem mouet Specul. in dict. titul. de positio. §. 8. num. 4. ibique ad dicta in §. 10. numero. 3. se remittit, qui in dict. §. 10. non ponit eandem, sed differentem quęstionem eius, quam proposuit in dict. §. 8. num. 4. prout in dict. num. 3. aduertit Additio eiusdem Specul. in dict. enim §. 8. n. 4. proponit Specul. dictam quæstionem & nihil decidit ibi neq, in dicto. §. 10. & ideò ego ad dictam quæstionem nūc proposita respondeo, quod debet haberi pro confesso, tum, quia non satisfecit iudicis præcepto de respondendo positionibus, cum qui partē adimplet nihil adimpleuisse videtur, vt in alio loco primi tomi diximus, tum etiam, quia neque secundo præcepto de satisfaciendo alijs omissis positionibus satisfecit, sed potius se absentauit, quo casu intrat nostri text. dispositio, q̄ si per contumaciam absentiam fecit habeatur pro confesso, & sic pro tali declarandus est, tamen in dict. § 10. numer. 3. ipse Specul. differentem huic quæstionem assignat, scilicet, quid si positiones datę sint iusseritque iudex, nè pars recedat vsq; dū positionibus satisfaciat, pars autem postquam illis respondit & satisfecit, se absentat & recedit, si aliæ positiones post datæ siut de nouo, declarari poterit pro cōfesso in illis nouiter datis, & videbatur quod sic, quasi iussus ille de respondendo positionibus tam de datis quam de dandis veniat intelligendus, nihilominus tamen ipse Specul. in dict. §. 10. num. 3. iure optimo contrarium determinat, quia iussus ille solum ad datas, non verò quo ad dandas est intelligendus, & quia quo ad dandas non censetur se contumaciter absentasse, quoniam datis satisfecit, & iussus ille pro prima vice intelligitur, qua adimpleta si aliæ post modum de nouo præsentatæ fuerint petitiones, nouiter iubendum est responderi eis, aliter enim in eis non declarabitur pro confesso nisi facta notificatione huius iussus noluerit respondere, & si de hac secunda quæstione loquitur Spec. in dict. §. 8. nu. 4. prout censendum est loqui, quia ad. §. 10. num. 3. se remisit & sic declaratus in vtroque loco loquitur benè sin minus, male loquitur in dict. §. 8. num. 4. vt ex dictis vides, & in dict. §. 10. num. 3. bene & optimè, & ideo aduertendum est ad hæc ne æquiuoceris in ijsce quæstionibus.

Ibi, [Que en todas aquellas cosas,] & sic in qualitate etiam censetur confessus,
58 confessio enim facta † includit factum cū qualitate intentatum, secundum Bald. in l. 2. §. quod si actor. C. de iureiur. propter cal. & Franc. in capit. fin. colum. penult. in principio de cōfess. in. 6. & intellige quod omnibus articulis & positionibus tenẽris respondere, nè in omnibus confessus declareris, esse verum, nisi secundus & sequentes articuli dependeant à primo, nā tunc sufficit primo respondere, putà pono tibi quod respondeas, si est verū, quod appellaui, secundo quod appellaui in scriptis, tertio quod infra quinque dies, si negas primum articulum, scilicet me appellasse, non est necesse alijs respondere, ita optimè Francus in dict. capit. fi. colum. ante penul. de confes. in. 6. aliter enim in omnibus videris confessus, sed an & quoad contenta in positionibus, quibus pars satisfecit, habebitur pro confesso, sicut in illis, quibus non satisfecit habendus est, & dicendum est q̄ non, sed quod tantum habebitur confessus in illis, quibus non respondit, vel non debito modo, si non sint dependentes à responsis, vt dixi, & hoc probatur ex tex. nostro.

Ibi,

Ibi, [Sobre que no respondio,] & ita respondet glo. per tex. ibi in c. 2. de confes. in. 6. probaturq; etiam ex lege sequente, ibi, q̃ por qualquier parte a q̃ no respõdiere, por la manera que dicha es sea auido por confesso, en la parte de la dicha posicion a que no respondiere, vbi & infortiori termino loquitur, scilicet in vnica tantum positione plures particulas habente, nam cuilibet particulæ sigillatim respondendum est clare & aperte, secundũ nostri text. dispositionem, & sic à fortiori idem erit in pluribus positionibus, ex quo si pono tibi quod debes digestum, & codicem, tu vero dicis de digesto, in codice censeris confessus si digestum negasti, sicut, & si positio de pluribus fiat quorum aliqua sint principalia & dispositiua, aliqua incidentia, seu demonstratiua respondendo simpliciter omnia videtur cõfiteri, nam secundum interrogata intelligitur responsio. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de inter. acti. quam allegat Rebuff. in praxi benefi. pag. 187. in magnis, num. 24. ex quo ibi, num. 26. infert, quod
59 si quis petat absolui à duabus † excõmunicationibus, & papa dicat, fiat, vt petitur, ab illis duabus excommunicationibus cẽsetur absolutus, & sic respondens multiplici positioni simpliciter ad totum videtur respondisse, & totum videtur negare, vel confiteri, secundũ Bald. in l. non alienum. ff. de inter. acti. relatum per Francũ, in d. c. fi. colum. 5. vers. aduerte tamen, de cõfes. in. 6. quanuis ipse ibidẽ relinquat cogitandum, imo quanuis ad principalia respondens, quo ad alia incidentia, & demõstratiua, iure ciuili, non censebatur confessus, secundum Curtium, in tractat. de positio. num. 11. 12. & 13. tamen secundum tex. nostrum & supradicta, cum cuilibet & articulo & parti eius sit respondẽdum, in incidentibus illis, & demonstratiuis, quibus non est responsum, remanet confessus, nisi incidentia illa & demonstratiua sub articulis responsis comprehẽdantur.

Ibi, [Sea auido por confesso,] ipso iure videtur intelligendum, cum per verbum executiuum loquatur, prout in l. 1. titul. quarto, verbo, sea auido supra isto libr. diximus, & in l. sequente, verbo, de quedar, vbi & asseremus adhuc tunc declarationem requiri incursæ pœnæ.

LEX II.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter iurandum est de calumnia & respondendum positionibus declarat lex nostra, & hoc pro summario sufficiat vt breuitati consulamus.

IBi, [La causa,] siue ciuilis, siue criminalis
1 lis sit, quia etiam in criminali tenetur † reus iurare de calumnia, & positionibus respondere, vt probat tex. in l. 3. tit. 11. part. 3. quem ad hoc allegat Anto. Gom. tom. 3. cap. 12. num. 5. & Auend. cap. 27. prætorum, num. 17. vers. quæ dicta sunt, libr. 2. & Didac. Perez in l. [illegible] lib. 3. ord. columna [illegible] versibus quæ dicta sunt, atsi versicul. [illegible] tamen in fine, & ante eos [illegible] Abb. in capit. [illegible] 2. de iuram.
2 calumniæ, cum differentia † tamen quia in criminalibus nõ [illegible] in ciuilibus habet locum pœna confessi, nam quamuis in criminalibus non respondeatur, secundum nostræ legis tenorem nõ habet locum pœna confessi, quemadmodum in ciuilibus haberet, & ideò in criminalibus non sub pœna confessi, sed per capturam personæ, & mulctæ indictionem compellendus est quis declarare & iurare de calumnia, secundum Auendan. vbi supra & ante eum [illegible] singulariter Bald. in l. 1. num. 10. C. quomodo & quando iud. & in l. 1. C. de pœna iudicis qui male iudi. & Paul. Castr. in l. 2. §. quod si actor. C. de iureiurand. propter cal. dando, & optimè Capyci decisione Neapolitana. 60. vbi & idem esse testatur cũ agitur de dolo: imò & idem est in beneficialibus causis & spiritali-

3 ritualibus, † in eis enim quamuis positioni
bus non respondeatur, vel si respondea-
tur non tamen debito modo, non habet
locum pœna confessi, secundum Specul.
in titu. de positio. §. 9. Dominicum & Frã
cum in cap. fin. de confes. in. 6. Paul. in d.
§. quod si actor, vbi Fulgosius, huius do-
ctrinæ rationem assignat.

Ibi, [Secreta y apretadamente, ita quod
non coram aduocato, vel procuratore iu
rantis & declarantis, nam cũ pars sit, quæ
respondere debet, ipsa & non aduocatus
neque alius, debet respondere, secundum
Abb. in cap. pastoralis, in princip. & in fin.
de iudi. & idem quod in nostro text. esse
seruatum, & institutum in ritu magnę cu
riæ inquit Maranta in pract. titul. de posi-
tioni num. 15. pag. 446 nisi esset idiota,
vel simplex, secundum eum ibi, num. 16.
& in gl. seq. dicemus.

Ibi, [Ni termino para deliberar,] hoc
idem de iure ciuili erat statutum quoties
poterat responderi per verbum credo vel
non credo, prout regulariter, secundum
ius ciuile licebat, sed si de veritate iurandũ
erat terminus de iure ciuili ad deliberan-
dum dabatur ex. l. si postulauerit. §. quæ-
stioni. ff. de adulter. & ibi notat Barto. &
melius Specul. in dict. titul. de positio. §.
6. num. 9. fol. 91. partis. 2. & probabat etiã
text. in. l. 11. titul. 11. part. 3. quamuis cir-
ca confitentem aliter distingueret, text. in
l. 3. in princip. titulo. 13. part. 3. lege tamẽ
nostra attenta, quamuis de veritate secun
dum eam sit iurandum nullus terminus
ad deliberandum concedendus est; neq;
4 est danda † copia reo antequam respon-
deat, quia quis debet esse certus de facto
suo, secundum Bartolum Angel. & Ale-
xand. in l. cum falsum. ff. de acqui. hæred.
& Franciscum Marcum, decis. Delphin.
694. num. 4. & sic hoc respectu ius ciuile
& dictæ leges partitarum correcta manet
prout per tex. nostrũ inquit glossator, in
dict. l. 11. verbo, debet corrigi, & hoc ni-
mirum est, cum in proprio facto pars vel
procurator eius ab ea instructus, & infor-
matus ignorantiam prætendere non pos-
sint, si de eo interrogentur, nam in eo nul-
la probabilis ignorantia cadere potest, imo
præsumitur quod sit de eo certus, secun-
dum text. in. l. quanquam. ff. ad Vellei. aũ

que ad hoc & alia iura allegat, Menesius
in l. error, num. 51. C. de iur. & fac. igno.
& Orosc. in. ff. veteri col. 68. in princ. &
Marantam. l. is potest, nu. 286. ff. de acq.
5 hær. imò neque facti alieni, † quod quis in
dagare tenetur allegari potest ignorantia
secundum Ias. in. l. si res obligata, nu. 40.
de leg. 1. & Abb. in cap. innotuit, num. 9.
& 21. de electio. vel ex quo commodum
6 † resultare potest, nam & illud scire præ-
sumitur, secundum Marant. vbi supra, n.
293. vel si factum alienum sit notabile &
notorium, secundum Capiti. decis. 69. n.
15. vel nisi facili inuestigatione cognosci
potuisset, cap. innotuit. de elect. vel si fa-
ctum alienum de quo interrogatur esset
pluries discus sum cum eo, qui de illo in-
terrogatur. l. procula. ff. de probatio. l. si
patronus. ff. de confir. tut. notat Menes.
vbi supra, num. 52. tradit late Ias. in dict. l.
si res a num. 35. & Marant. in dict. l. is po-
test, num. 286. cum. 6. sequentibus anne-
ctit limitationes ad regulam, quod in fa-
cto proprio non præsumitur ignorantia,
ideoque iustè noster text. disponit quod
absque deliberatione respondeatur posi-
tionibus, neque videretur mali exempli si
terminus ad deliberandum peteretur, se-
cundum Specul. dict. num. 9. licet si æqui
tas iudicem moueret ad concedendũ ter
minum deliberandi, concedere eum pos-
7 se † credere, si per partem petatur, putà
quia factum est antiquum, vel intricatum
in quo ignorantia probabilis iudicaretur, se
cundum Menes. vbi supra & Vitalem de
Cambanis, in tractatu clausularũ, in clau-
sula, non errore ductus, num. 42. pagin.
280. in parui [illegible] & Marantam, vbi supra nu.
287. cum [illegible] sequent. & glo. quæ in dict.
l. 11. titulo. 11. part. 3. [illegible] quod dicatur fa-
8 ctum antiquum †, quidam censent esse
duorum annorum, alij vero decem an-
norum, communis tamen est opinio,
quod arbitrio iudicis hoc relinquitur, se-
cundum Ias. in l. [illegible] num. 47. C. de ser. fu
gitiuis, [illegible] Roias in
suo tract. de [illegible] nume. 87. cum
4. sequentibus & Menoch. de arbitr. iudi.
[illegible] lib. 2. [illegible] casu 6. & [illegible]
[illegible] ita posset esse factum notabile,
secundum Vitalem, vbi supra quod neq;
per decem neq; per viginti annos oblivisci

posse

posse credendum sit, vel interrogandus, esset homo multum memoriosus, & qui obliuisci non solebat de alienis, & sic multò minus de suis, & è contra si factum esset leue & qui respondere debebat, esset homo fragilis memoriæ, vel esset homo
9 rusticus simplex † & idiota, nam tunc petendo terminum ad deliberandum, imo & quod aduocatus eius esset præsens ad respondendum, esset ei concedendum, secundum Hostien. & Imol. in cap. dilecti. de iudi. quos refert Matth. Afflict. in lib. 2. constitutionum Siciliæ, rubr. 25. n. 8. & Marantam in dict. l. si actor, num. 68. ff. de procur. & in pract. titul. de positio. nu. 16. pag. 440. & Didac. Perez vbi supr. colum. 925. vbi communem testatur, & Curti. in tract. de positio. num. 13. & 14. & idem si quis interrogaretur de vita vel morte alicuius absentis vltra mare, secundum gloss. l. 2. §. quod obseruari. C. de iureiuran. propter cal. approbatam per tex. in l. 11. versic. ca si por auentura, titu. 11. partita. 3. secundum glossam, deue la. 2. ibidem, & de ijs tradunt Abb. in cap. pen. num. 6. de iur. cal. & Domi. & Fran. & alij in capit. 1. & 2. de confes. in. 6. & sic iusta causa existente petendi terminum deliberandi non procedet noster text. & cum hac iusta causa est intelligendum id quod inquit illa gloss. deue, in dict. l. 11. & quando excuset, & causet iustum errorem ignorantia in facto alieno, vel proprio, vide Balbum. l. Celsus, num. 33. cum seq. pluribus. ff. de vsucapion.

Ibi, [Sin que lo aya de mandar vna dos o tres vezes,] an in hoc corrigatur lex precedens, ibidẽ dixi in. 3. requisito, & in gl. seq. dicemus aliqua.

Ibi, [Que estuuiere presente,] ex ijs verbis collegi in. l. præcedente, in gloss. si el juez in. 3. requisito, vnum intellectum inter has duas leges, quæ contrariæ videbãtur, ideò hic non repeto, vel melius dici potest coniungendo duos illos intellectus, quos in dict. 3. requisito ad has leges
9 assignaui, nè inuicem contrarientur, † scilicet quod text. noster vnicum tantum iussum requirens procedat quoties iussus sit per superiorem parti in eius præsentia existenti, vel eius procuratori præsenti bene instructo, & informato, lex vero præcedens procedat in quantum trinum iussum requirit in iudice inferiore parti etiã præsenti iubente respondere positioni, & quod ita lex nostra loquatur cuilibet intuenti patebit, dum ponit casum specialẽ, per quem generalitatem legis præcedentis non est censendum corrigi, & tunc differentia hec inter inferiores & superiores iudices constituitur solum, quantum ad hoc an semel vel ter debeat iussus hic fieri parti præsenti, vel absenti, non vero quantum ad hoc quod respõderi possit per verbum credo, vel non credo, nã quo ad hoc dispositio nostri text. seruanda est omnino, nam si sic non esset, argueremus de maiori ad minus per verbum negatiuum, scilicet, hoc non licet respondere coram superiori, ergo neque coram inferiori, per legem tamen nostram coram superiore non licet respondere per verbum credo, sed tãtum per nego vel confiteor, ergo neque coram inferiore licebit, quantum vero ad aliud scilicet an debeat iuberi per iudicẽ ter, vel semel sufficiat, arguitur de maiori ad minus affirmatiuè, quod argumentum non procedit, secundum Euerardum, in loco à maiori, ideò nimirũ si possit dari dictus intellectus cum dicta differentia, item & propter authoritatem superiorum quorum iussus efficacior est, videtur hic intellectus permittẽdus, vnusquisque videbit quod rectius, & stylum tribunalis inspiciet.

Ibi, [Su procurador,] potest enim ab-
10 sens respondere positionibus † per procuratorem mittendo responsionem super qualibet positione, secundum Butrium in. l. fin. C. de procurat. vbi Bald. in. 2. col. hoc intelligit in causa ciuili tantum, teste Afflict. in constit. Siciliæ lib. 2. rub. 25. n. 4. sed si absque hoc speciali mandato procurator responderet positionibus, si verũ diceret domino præiudicaret, non vero si mentitur, secundum Bart. & Orosc. in l. si procurator, colum. 618. in princ. ff. si quis ius. di. nõ obtemp. & refert alios Firmarius Berta. in repertorio, verbo confessio procuratoris, & tunc in secundo casu
12 cum mentitur, † eius confessionem tanquam erroneam dominus poterit reuocare, ex text. in capi. fin. extra dé confes. vbi Abb. num. 3. notat, de quo tradit latè Vitalis

talis de Cambanis in tract. clausul. clausula non ductus errore, num. 40. & 41. pag. 288. in paruis, & Meneses in l. error, nu. 6. C. de iur. & fac. ig. & additio Capellæ Tolos. decis. 391. imo & confessio procu
12 ratoris in vna causa facta † non præiudicat domino in alia, prout communem testatur Abb. in cap. per inquisitioné. n. 12. de elect. Feli. c. 1. num. 18. vt lite non cót. Deci consil. 146. num. 15. & dicta addit. Capellæ. 391. vbi alias ponit differentias confessionis procuratoris, vel domini, & hoc præsertim si confessio est ficta, secundum Corneũ. consi. 211. litera. G. vol. 2. relatum per Bertachi. vbi supra, in versic. 6. & si hoc potest facere dominus, multo magis poterit mendosam sui procuratoris confessionem reuocare. Est tamen notandum, quod licet procurator ex text. nostro teneatur respódere positionibus, super illis tamen emergentibus, super qui
13 bus † probabiliter nó potest domino imputari culpa, quia procuratorem non instruxit, non tenetur respondere procurator, sed potest potius petere terminũ ad dominum consulendum, ita solus asserit Bald. secutus & relatus per Fran. Curt in d. tract. de posit. n. 44. sed ante eum reperio id tenuisse gl. absq; in fi in c. 2. de cóf.
14 in. 6. verùtamen est q si dñs est absens † & voluntariè cófitetur procurator, nó vero per modũ cótentiosæ iurisdictionis & sic nó cópulsus à iudice, nó piudicat dño, scd'm Addit. d. decis. Tolos. 391. vbi allegat tractátes qñ pcuratoris cófessio dño nocet. Sed est nó indifficilis quęstio inter iuris vtriusq; professores, num si procura
15 tor † sit cótumax in nó respódendo positionibus poterit pro confesso declarari & confessio hæc dño præiudicabit, in quo de iure canonico ré esse decisam videtur ex tex. in d. c. 2. de confes. in. 6. in parté affirmatiuã, scilicet q sit, & q dño præiudicabit cófessio hæc, si lis iã erat cũ pcurato re cótestata, secũdũ gl. & DD. ibi. sic tex. illũ intelligentes, quia ante litis contestationé non nocet dño ignoranti cótumacia procuratoris, cũ nondũ procurator sit dñs litis, prout & tenet Ias. in l. 1. §. si procurator, nu. 7. ff. si quis ius. di. nó ob. & Felin. c. 1. n. 17. vt lite nó contest. quia procurator ad iudicia dño ante lité cótestatã præiudicare nó pót, post lité vero contestatã poterit, vt exceptione repellatur, sm Oros. in. d. §. si procurator, col. 617. in fi. nisi tantũ quoad litis contestationé, nam quoad eã quocunq; tépore dño præiudicabit, si nó contestatur lité, vel nó debito modo, vt probat tex. & ibi diximus in l. 1. in fi. tit. 4. de la cótestació, sup. isto lib. vbi est casus specialis in hoc, & circa decisioné nostræ quęstionis, ita de iure canonico decisum habebamus: de iure vero ciuili nó ita determinatũ per legé aliquã reperiebamus, sed in opinionib' doctorũ res vertebatur, Bar. relato per Oros. vbi sup. col. 618. asseuerante, contumaciã procuratoris in nó respondendo positionibus dño nó nocere, quasi ad pronuntiandũ aliqué pro cófesso vera cótumacia requireretur, sm Bal. & Ias. in. l. si se nó obtulit. §. condénatum. ff. de re iud. & ficta contumacia, quæ contrahitur procuratore non respódente positionibus non sufficiat, ad nocédum domino, quoniã vt inquit Ias. in. d. l. si se non obtulit, in princ. nu. 17. vt quis
16 posit mulctari † ex inobedientia, & contumacia vera requiritur contumacia, non vero sufficit ficta, quæ quidé ficta, secũdũ eũ ibi contrahitur procuratore existente contumace: hæc tamé vt melius discutiantur, solutio huius quæstionis dependet à decisione alterius, nũ procuratoris contumacia dño noceat & præiudicet, † de qua per Bart. & alios in. d. §. si procurator, & in l. quãuis. ff. sol. mat. & in. l. eum qui. C. de procur. per Inno. Abb. Feli & alios in. c. 1. vt lite nó cót. optimè per Cœpolã, caute. 57. & elegáter p Oros. in. d. §. si pcura. n. 2. cũ 6. seq. col. 616. cũ. 2. seq Ego tamen prout melius patero quęstioné ex omnibus resoluã, & ad resolutioné cũ Cœpola vbi sup. præsupponendũ est, ex Bart. in. d. §. si procurator, & in. l. cũ filius fami. §. in hac. n. pen. ff. de verb. obl. qñ dicetur cótumacia procuratoris, & quãdo dñi. in quo dic cũ eis, q si cũ procuratore nihil est gestũ, cũ dño auté sic, qui quidé dñs ad illud agendũ procuratoré constituit, procuratorq; ipse nó cóparuit in termino, tunc dicendũ est dñi contumaciã nó vero procuratoris fuisse, quia cũ dño actũ est, prout & inquit Ber. Diaz in reg. 155. cómunéq; testatur Villalob. in suo ærario. mil. com. opi.

opin. litera. P. nu. 489. vbi eam declarat,
& iste est casus indubitabilis, sin autem cũ
procuratore aliquid gestũ est ipseq; cita-
tur, & nõ cõparet, hæc est quæstio nostra
nũ scilicet cõtumacia hæc in non cõparẽ-
do, vel non respõdendo positionibus do-
mino noceat, & in hoc distinguo duos ca
sus vt veritati appropinquemus, scilicet q
aut cõtumacia consistit in non faciendo
vel in faciẽdo, & licet Did. Per. in. l. 1. tit.
3. lib. 3. ord. colum. 876. versicul. & circa
hoc, ambos hos casus inculcet, differunt
tamen multum, ideo vnumquenq; pro-
sequar de per se: & quo ad primum scili-
cet cum contumacia procuratoris consi-
stit in non faciendo, Bart. in dict. §. si pro-
curator ponit vnam distinctionem Inno-
centij, quæ quidem cum communiter re
prehendatur, secundum Orosciuin, ibid.
colum. 616. num. 3. ex Soci. ibi colum. 2.
Bartolus ipse ponit vnam distinctionem
& doctrinam suam, videlicet, quod aut
procuratoris contumacia in non facien-
do cadit in delictum, aut non, primo ca-
su si in delictum cadit, aut est modici præ-
iudicij, vt mittere aliquem in possessionẽ
ex primo decreto, & tunc nocet, secun-
dum tex. in dict. §. si procurator: cuius est
18 hic communis intellectus, aut est de ijs
quæ sunt magni præiudicij vt missio ex se
cundo decreto, & tunc domino non no-
cet, ex text. in l. hoc amplius. §. fi. ff. de dã.
inf. nisi ipse dominus fuerit sciens, quę qui
dem conclusiones, vt communes ita &
non veræ sunt censendæ, secundum Cœ-
pol. vbi supra, & Orosc. vbi supra, ecce
enim, inquiũt, leuis mulcta modicum dã
num adfert, & tamẽ domino minimè ob-
est, contra obest aliquando, adeò vt sentẽ
tia diffinitiua contra dominum profer-
ri posit, vt in cap. suborta, de reiudi. ideo-
que Socin. colum. 2. Claudi. colum. pen.
teste Oroscio in dict. §. si procurator, col.
616. num. 3. reprehendi has Bartoli con-
clusiones à Doctoribus affirmant, appro-
bata secundum eos sententia & distinctio
ne Bald. & Ange. quam in locis vbi Alex.
de ea tractat, sequi videtur, & veriorẽ esse
iudico, scilicet, quod nocet contumacia
hæc procuratoris in non faciendo domi-
no in ijs in quibus ficta domini contuma-
cia sufficeret, non vero in ijs in quibus ve
ra requireretur contumacia, igitur noce-
bit quoad missionem ex primo decreto,
omnium consensu, secundũ Socin. Clau.
& Orosc. vbi supra, nocebit & secundum
omnes procuratoris negligẽtia infra quin
que dies non appellantis, prout in hac met
gloss. latius dicemus, aut si probationes in
termino non faciat, vel non producat, ta-
men neque nocebit quoad missionem ex se
cundo decreto nisi dominus sciat, & in
purganda contumacia negligens fuerit,
quam veriorem opinionẽ testatur Clau.
Socin. & Orosc. in dicto. §. si procurator,
ex text. in. l. hoc amplius. §. si cum. l. sequẽ
te. ff. de dam. infect. & ex l. si cum vsufru-
ctuario. ff. si ex noxali causa arg. sicut & il
la approbata, secundum Ias. numer. 14. in
eo. §. si procurator. & Additio. repertor.
Felini in verbo procurator si est, & Villa-
lobos, vbi supra, num. 488. propter pro-
curatoris contumaciam veram dominũ
non repelli ab appellando, nisi scientia &
negligẽtia domino imputari posit, prout
& in hac lege voluntate fauente diuina, la
tius dicemus, itidemque illa receptior, se-
cundum Claud. vbi supra, col. 2. & Orosc.
vbi supra, colum. 617. ne propter procura
toris contumaciam dominus excommu- 1
nicetur, licet Ias. in dict. §. si procurator,
num. 4. contrarium sentiat & malè, sic &
secundum communem dict. §. si procura
tor. intellectum, quantum ad mulctæ im
positionem, quamuis leuis esset, domino
non nocet procuratoris contumacia, er-
go ad propositum nostrum, cum haberi
pro confesso sit res maximi præiudicij, se
cundum Alexand. in l. contumacia, num.
15. ff. de reiud. & in hoc titulo remanet
dictum & probatum, itidemque ad habẽ-
dum aliquem pro cõfesso vera contuma-
cia requiratur, prout patet ex. l. 1. sup. eo.
& ex ibi per me dictis, tenetque expresse
Alexand. in. l. eum qui num. 9. C. de pro-
curatoribus, de primo ad vltimmũ sequi-
tur, contumaciam procuratoris in non re
spondendo positionibus domino nõ præ
iudicare, vt pote, quia vera domini contu
macia quo ad incurrendam pœnam con-
fessi requiratur, & hanc opinionem testa
tus est communem Socin. in dict. §. si pro
curator, num. 5. relatus per Didacum Pe-
rez in l. 1. titulo. 3. lib. 3. ord. colum. 868.
vers.

vel hic. quæro quatenus, quam tamen cō-
munem intelligendum est procedere, vt
ei non obstet text. in cap. fi. de confes. in
6. nisi ipse dominus fuerit sciens & negli-
gens purgare contumaciam, quoniā tunc
non procedit illa communis, sed potius
nocebit procuratoris etiam generalis cō-
tumacia, & ita intelligatur text. in dict. c.
fin. secundum Oros. dict. col. 618. num.
9. sed quia intellectus hic diuinatiuus est
in illo text. & hac ratione Ias. in eo. §. si
procurator, & melius Alexand. in dict. l.
nam qui cum. n. 9. C. de procur. tentārãt alijs
diuersis modis illum text. intelligere, qui
intellectus mihi non satisfaciunt, ideò no
viisimè & secundo dicendum est com-
munem illam legistarum opinionem as-
sertam per Socin. vbi supra, tunc demum
procedere, cum procurator ille generalis
est, tunc enim quamuis positionibus non
respondeat, domino præiudicare non po
test, qui iustam habet causam non decla-
randi, vt pote, quia deficit mandatum ad
hoc, secus tamē si specialis procurator est
& instructus, habetque speciale mandatū
ad respondendū positionibus, tunc enim
si non respondeat eis domino præiudica-
19 bit, & ita procedat & loquatur † text. in
dict. cap. fin. de confes. in. 6. nam licet per
text. ibi, vt ibi notat Domini. possit procu
rator positionibus respondere, illud tamē
verum est, si ipse procurator habeat à do-
mino mandatum speciale ad sic & ad sic
respondendum, secundum gloss. & DD.
in cap. fi. de iureiuran. Bart. in l. non solū
quibus. & præmaximè, numero. 5. ff. de
procur. tradit Imol. in l. pen. §. ad crimen
ff. de publi. iudi. quem & Maria. Socin. re
fert & sequitur Rebuf. in concordata reg
ni Fran. rubr. de electio. derog. glo. specia
li, casu. 41. pag. 75. in mediocri impressio
ne, & Matth. Afflict. optimè in const. Sici
liæ lib. 2. rub. 25. n. 4. pro quo considero
text. in l. 2. §. sin autem. 2. C. de iureiuran.
propter cal. vbi de calumnia nō potest pro
curator iurare nisi ad hoc instructus sit,
& mandatū speciale habeat, prout & pro-
bat text. in cap. fin. de iuram. calum. in. 6.
dum dicit causam non vero causas in plu-
rali, quem ad hoc allegat Meneses, in l.
præses, num. 4. C. de transac. vbi in procu
ratore ciuitatis inquit aliud esse, scilicet,
20 quod ille poterit absque speciali † mãda-
to iurare de calumnia, alius vero non, vt
probant dicta iura, imò & debet in alijs
quam ciuitatis procuratorijs fieri specia-
lis mentio causæ super qua iurandum est,
secundum Couarru. lib. 1. Variar. cap. 6.
num. 2. ad finem, & ex text. nostro id etiā
probatur, & traditur plenè per Bartol. &
Alexand. in l. qui viam. §. si alieno, ff. de
21 dam. infect. instructus † autem secundum
glo. sufficienter in cap. fi. extra de dol. &
contum. is dicitur, qui ad agendum defen
dendum respondendam constitutus est
legitimè, quia alias is, qui minus instructus
est, non dicitur sufficiens, secundum Re-
buf. in concor. titul. de electione, glo. &
sufficiens, pagin. 75. generalis tamen pro
curator quo ad hoc iurare non potest, ne
que procurator dicitur, nisi qui ad hoc spe
ciale mandatum habet, neque alius potest
respondere positionibus, ergo sequitur
manifestissimè text. illum in dict. cap. fin.
de confes. in. 6. in procuratore speciali lo
qui habente speciale mandatum ad sic, &
ad sic respondendum, qui quidem positio
nibus declarare potest, vt post hæc multū
vidi per Menoch. de arbitrar. iudi. libr. 2.
centur. 3. casu. 264. fol. 427. sed si ita spe-
ciale mandatum non haberet, sed ad iurā
dum tantum si verum dicit domino præ-
iudicat, sin minus probato errore reuoca
ri poterit per dominum eius confessio, &
si de tali procuratore specialissimo ad sic
respondendum. text. ille intelligēdus est,
prout debet, neque est contrarius dictæ
communi opinioni, quæ in generali pro-
curatore intelligenda est, vt dixi, neque
sufficiet generale mandatum in hoc casu
vel speciale ad iurandum tantum, sed spe-
ciale requiritur in causa ad sic & ad sic res
pondendum positionibus, quia tunc do-
minus ipse censetur esse contumax, cum
per procuratorem hunc sic specialem lo-
quatur, & operetur, quasi per organum, si
cut & videmus, quod licet quis nō tenea-
tur ad pœnam ex facto procuratoris, ta-
men si habet procurator ille speciale man
22 datum † incidit in pœnam per factum
procuratoris, secundum Oros. dict. col.
617. in fine, & faciunt dicta per Ias. in l. si
procurator. ff. de cond. ind. confessio quę
procuratoris habentis speciale manda[illegible]
ad

ad confitendum domino præiudicat, vt ff. de inter. actio. l. qui seruum, & l. proinde. ff. ad l. Aquiliam, & ibi gloss. & in d. l. si procurator. ff. de cond. indeb. ex speciali enim commissione domini procuratori data, ex vi speciali illius mandati, censendum est, contumaciam procuratoris, dominum velle, sibi præiudicare posse, quandoquidem & ipsa realis confessio noceret, quemadmodum & confessio procuratoris constituti ad recipiendum mutuũ in instrumento mutui facta domino ipsi præiudicat, si & ad confitendum se recepisse habuit speciale mandatum, vt contra Bartol. num. 7. l. 2. §. fi. ff. si cer. pet. tenent omnes, ibi secundum Ias. ibi, numero, 23. & alios relatos per conciuem nostrum doctorem Gutierrez in allegatione, 1. num. 29. & 30. sed in procuratore generali non damus consensum domini vt posset iurare & declarare de calumnia, & consequenter eius contumacia non nocet domino, & ideò de tali procuratore generali text. in dicto capit. fi. de confess. in. 6. non est intelligendus, sed de speciali dicto instructo & informato ad respondendum positionibus, cuius contumacia domino præiudicat propter consensum domini ad hoc adhibitum ex constitutione dicti specialis mandati, & sic text. in illo, cap. fin. non contrariatur dictæ communi opinioni legistarum: sed potius est ipsius communis opinionis declaratiuus & limitatiuus: & hunc credo illius text. verum & literalem intellectum, & sic meo videri text. illum voluit intelligere Abb. Panormit. in capit. 1. num. 30. extra vt lite non cõtestata, dum ibi dicit, & iuxta mandatum suum, ergo de speciali intelligitur, & expresse ita declarauit Ioan. Mon. in eo. capit. fin. dicens hanc esse veritatem de rigore iuris, sed ex communi obseruantia procurator etiam generalis cum mandato iurandi de calumnia, iurat & declarat, secundum Decis. Capel. Tol. 132. & ibi addicio. sed non præiudicabit domino si mentitur, vt in hac. l. diximus, & sic communem obseruantiam, si quæ adest, vel potius comunem errorem declarabis, nam declaratio hæc tenenda est, neque vidi talem obseruantiam, sic etiam intelliges l. 23. in fi. tit. 11. p. 3. dicentem procuratorem non posse iurare de calumnia, prout ibi vult gl. sus personeros, & sic remanet dicta communis optime declarata, & examinatus est primus casus, cũ contumacia procuratoris consistit in nõ faciẽdo, quamuis & in casu in quo procuratoris cõtumacia dño noceret, dñs audietur etiã non refectis expensis, data iusta causa in procuratore in non respondendo, secũdũ Octau decis. 9. Peda. Secũdus vero ca-

23 sus cũ contumacia † procuratoris cõsistit in faciendo, an dñs præiudicetur ex ea, ex omnibus DD. vbi sup. & Abb. d. c. 1. n. 27. vt lite nõ cont. & Did. Per. l. 1. tit. 3. lib. 3. ord. col. 876. vers. & circa hoc, colligo distinctionẽ. s. q aut deliquit ante susceptũ mãdatũ, vel post: si ante suſceptũ, vel etiã si post susceptũ delinquat procurator in alijs quã in ijs, quæ mandata sunt, vel cõfiteatur, nullo modo nocet dño ex tex. in l. si procurator. 2. ff. de doli excepti. siue quoad actionẽ, siue quoad exceptionẽ, dũ tñ statim q dñs sciuit, reuocet & contradicat gesta per procuratorẽ illũ, ex tex. in c. cũ olim. 1. de offi. del. qui tex. ita loquitur quod si suscepto iam mandato delinquat, etiã circa ea, quæ mandata sunt, inter actionẽ, exceptionemq; multũ interest, procurator enim ad iudicia ante litẽ contestatã domino non nocet, post litẽ vero contestatam nocebit. l. neq; tutores. C. de procurato. l. post litẽ. ff. eo. tit. vt exceptione repelli dñs possit, si tamen esset procurator ad negotia sine distinctione de dolo, eius excipi posset, si in eodẽ deliquit negotio, tex. l. apud Celsum. §. quæsitũ. 2. ff. de doli excepti. post litẽ tñ contestatã in iudicijs tunc demũ nocebit confessio, vel delictũ procuratoris si speciale mandatũ ad hoc habuerit, ex. l. qui seruum. ff. de interrogatorijs actionibus, & l. proinde. ff. ad legem Aquiliam & ibi glo. & l. si procurator. ff. de cõdictione indebi i, vel quãuis generale mandatũ habeat dñs, tamẽ factũ procuratoris ratũ habuerit, vt l. si defensor. §. 1. ff. de interrogatorijs actionib⁹ nã tũc quantũuis procurator cõfiteretur mendaciũ dño ratã eius mendosam cõfessionẽ habenti piudicabit. Secus vero alias vt supra in hac glo; remanet dictum, si tamen procurator mandatum generale tantum habuerit, neque domini rati habitio

O adsit,

aduit, imo dominus reuocat & contradi-
cit facto vel confessioni procuratoris nul
lomodo ei nocebit factum illud, neq; cō-
tumacia procuratoris in delinquendo vel
faciendo adhuc ita, cum adhoc procurator
ipse mandatum non habeat, neque hoc ei
dominum mandasse censeatur, & sic pro-
24 pter delictum † procuratoris litem calū-
niosam constituentis ipse magis sit in ex-
pensis condēnandus, non dñs, nisi dñs ip-
se sciuerit, neq; enim calūnia mandata est
l. si procurator. ff. de cond. indeb. neq; dñi
colore quæsito ex. l. non est ignotū. C. de
administ. tutorū, exerceri debet, atque ita
Clementem summū Pontif. determinasse
se ferunt, estq; ea communis opinio, secū
dum Iaf. nu. 16. in. d. §. si procurator. l. 1.
ff. si quis ius dicent non obtemp. Neq; il-
25 lud minus, si procurator per symoniam †
sacerdotium impetret, non posse eū à do
mino repetere expēsas, ex gl. in l. quæ vti
liter, in princip. ff. de neg. gest. quā ad hoc
allegat Orosc. in dict. §. si procurator, col.
618. nu. 8 & Iaf. d. n. 16. ex quibus quidē
remanet satis expedita prædicta quæstio
de procuratore contumace tam in nō fa-
ciendo, quā in faciendo, vel confitendo,
an domino præiudicet eius contumacia
in ijs, secundum quæ intelliges & declara
bis adducta per Petr. Rebuf. in. 3. to. cōsti.
Franc. tit. de contumac. in præfat. nu. 20.
cum sequent. Regius tamen procurator
26 non potest † patrimonium regis aliquo-
modo lædere, secundum Rebuf. ibidem
nu. 12. Ex qua quidem resolutione infe-
ro pro determinatione alterius quæstio-
nis, num scilicet vera contumacia procu-
27 ratoris in non appellando † à sententia cō
tra dominum lata domino ipsi noceat, ita
quod dominus non audiatur appellans, si
cut non audiretur, si ipse dominus esset
verus contumax, qui de iure non auditur
appellans vt infra dicemus, in quo ex su-
prædictis est vera, & communis resolutio
& distinctio, scilicet quod aut loquimur
in negligentia procuratoris in non appel-
lando adhibita, aut in contumacia vera ip
sius procuratoris in non appellando com
missa, priori casu propter negligentiā pro
curatoris in non appellando non potest
dominus appellare, quia cū ad hoc, quod
appellationi non sit locus, sufficiat domi-
ni ficta contumacia sinendo labi terminū
appellationi interponendæ præfixum, &
per lapsum ipsius censetur appellationi re
nuntiatum, ita quod amplius non auditur
appellans, merito dicendum est procura
toris negligentiam domino præiudicare
in non appellando, cum vt supradictum
est, vbi contumacia ficta domini sufficit
procuratoris contumaciam domino no-
cere, & pro hac itidem opinione & doctri
na facit tex. in l. 1. §. fi. ff. quādo appellād.
sit, quem ad hoc allegauit Iaf. in. d. §. si pro
curator. nu. 12. cum aliquibus seq. fol. 93.
& Matth. Afflict. decis. 344. vbi hoc limi-
tat tribus modis, cōmunemq; hanc testa-
tur opinionē Orosc. in. d. §. si procurator.
col. 616. in fi. & quia hoc casu per negligē
tiam non appellare, delictum non est, &
ideo negligentia hæc procuratoris ex su-
pradictis in hac gl. domino præiudicabit,
adeo vt etsi tunc procurator esset soluen
do, non audietur dñs appellādo secundū
Matth. Afflict. in const. Sicil. lib. 2. tit. de
restit. mulier. n. 20. nisi dñs esset minor, vel
ecclesia, quia tunc secundū cū posset age
re contra illum, ad quem peruenit interes
se ex procuratoris negligentia, imò & tūc
ex vi minoris ætatis restitui posset ad ap-
pellandū, inquit tñ Abb. in. c. 1. n. 25. vt li
te non contest. q. si dñs etiam maior vigin
tiquinq; annorū hoc casu probasset, q̄ in-
stituit procuratorem communi opinione
diligentem reputatū admitteretur ad appel
landum, quod refert, & sequi videtur Cæ
pol. d. cautel. 97. ad finē, quæ tamē Abb.
& Cæpol. doctrina in pract. nō recipietur
secundū Fel. in. d. c. 1. n. 7. vt lit. nō con-
test. & contra eā facit tex. in l. 2. tit. 18. in
fra isto lib. ibi, ni tiene de que pagar el pro
cesso del pleyto, vbi etiā paupertas procu
ratoris non excusat quin appellatio deser
ta remaneat propter omissam in tempore
processus præsentationē in gradu appella
tionis, ergo multominus excusabit domi-
nus omissam appellationē negligentia pro
curatoris etiā reputati diligētis, nec ita tē
eius paupertas. Crederē tamen, q. si tunc
procurator probasset q. non esset soluen
do litis interesse, admitteretur dñs ad ap-
pellādum à die, quo sciuit sententiā in de
cem dies iure canonico, & iure regio in
quinque, secundum text. & ibi gl. in. l. 2.

l. 2.

titu. 23. p. 3. qui tex. expressus est pro hoc & cum hac modificatione procedere poss ser doctrina illa Abb. & ita Matth. Afflict. dicta decisione vbi supra, inquit fuisse determinatum in consilio & votatum. & in practica opinio Afflict. seruabitur in suo regno, & in nostro ex. d. l. 2. tit. 23. p. 3. & additio Afflict. vbi supra ita dicit obtinuisse, quando dominus fuit absens, siue procurator sit soluendo, siue non, immo & inquit Paul. in. l. 1. §. fi. nu. fi. ff. quādo appel. sit ꝙ si procurator non est in culpa in nō appellando, ita quod contra eum non habeo regressum, potero appellare à dicto die sententiæ, quamis procurator sit soluēdo, ne alius locupletetur cū mea iactura, quòd si & dñs ipse pauper sit, ita ꝙ non habeat, vnde soluat condemnationem, tūc sine vllo dubio admittetur ad appellandū dñs, sicut admitteretur ad se præsentandū in gradu appellationis, & hoc ex tex. in. d. l. 2. ad finé. d. tit. 18. infra isto li. de quo & diximus in. l. 1. in gl. hasta, tit. 18. inf. isto lib. in fi. illius gl. Secūdo vero casu cū pro-
28 curator † per contumaciā verā nō appellat nullo modo dño præiudicatur, vt potè quia contumacia delictū est, & sic dño ex ea non præiudicatur, prout cōmunē testatur Orosc. in. d. §. si procurator. col. 617. in princ. & Curtius Iunior ibi, nu. 12. & addicionator repertorij Feli. in verb. procurator si est verus fol. 104. & Matth. Afflict. vbi supra in dicta decis. hoc intelligēs vt tunc currat terminus ad appellandum constitutus ipsi dño à die sententiæ, non vero à die notitiæ, quoniam satis est dñm appellare posse, etiam si procurator sit verus cōtumax, si talis procurator est soluēdo, prout tenet Angel. conf. 277. n. 4. & Felin. in. c. 1. vt lite non cōtest. n. 7. & fuit Spec. imo & aliorū relatorū per Ias. in. d. §. si procurator. n. 14. Sed si procurator nō esset soluendo, ij decē dies currerent à tēpore notitiæ dñi, secundum Matth. Afflī. d. decis. & Felin. vbi supra quemadmodū, & cum procurator est negligēs diximus supra, sed si procurator est soluendo, currunt illi decem dies à die sententiæ & ab illo die dominus appellare potest, & sic intelligēs Capit. decis. 139. in fi. vt in fine huius gl. repeto. Nā vera procuratoris cōtumacia non excludit dñm, quin appellare possit nulla dñi scientia, & negligentiā ex sua parte data purgādi contumaciā, & hoc non tam ex eo ꝙ contumacia procuratoris sonat in delictū, nā hoc non ita cōstitutū de iure habemus in omni cōtumacia, cōmunē eni testatur Aret. resp. 15. n. 15. solam contumaciā, de simplici & non vera intelligo esse delictū, quā ex eo ꝙ vera procuratoris cōtumacia in dño ficta iudicatur, secundū Alex. in. l. properandum §. sin autem, el 1. n. fi. C. de iud. & Ias. in. d. §. si procurator. nu. 3. fol. 93. & secundum
29 prius fictus † cōtumax bené appellat. vt per Socin. reg. 74. licet verus cōtumax nō audiatur appellando, vt per eundē Soci. reg. 73. & Boer. decis. 94. n. 9. & quis dicatur verus contumax tradit Maran. in pract. 6. part. de appel. n. 274. pag. 620. in partis, ergo & dñs fictus cōtumax appellare poterit, neq; procuratoris vera cōtumacia, vt potè, quia vera, & sic in delictū sonans, dño habet præiudicare, & an speciale mādatū ad appellandū requiratur in Francia,
30 vel sufficiat † generale ad lites motas, & mouēdas tā in prima, quā in secūda instātia tradit Rebuf. in. 3. to. const. Franciæ tit. de appel. art. 1. gl. 3. pag. 486. Est tñ etiam intransitu notandū, ꝙ in casu, in quo vera contumacia alicui præiudicat, vt appellare
31 nō possit, debet intelligi † de vera contumacia in defendēdo causam, secus de alijs putà in nō iurando de calūnia, vel in non concludendo, vel non respondendo positionibus, quia tunc bene admittitur appellatio, & si verus esset cōtumax, sm gl. fuere. l. 9. tit. 23. p. 3. per tex. ibi, qui ad hoc mihi expressus videtur. Itē & notandū, ꝙ in Romana curia non seruatur hoc de vero cōtumace, ꝙ nō appellat, qa imo appellās
32 auditur † nō obstāte vera contumacia sm Feli. in. c. 1. n. 7. vt lit. nō cōtest. refert glo. fuere, in. l. 9. tit. 23. p. 3. & Ant. Nicel. in cōcord. gl. concordia. 17. &. 18. fallē. 18. vol. 1. tractat doctorū neq; hęc praxis Romana cōtrariatur. l. 1. §. 1. ff. qn appel sit, vt aduertit Feli. vbi sup. & Ant. Nic. vbi sup. Sed vt eò, vnde digressi sum' reuertamur, ex suprædictis deriuatur alia non inutilis quæstio, scilicet, num in casu, in quo propter negligentiam, vel contumaciam procuratoris in non appellando, domino non præiudicatur, quin appellare possit,

33 current dies † dati ad appellandum à die prolationis sententiæ, vel à die scientiæ in qua quidem quæstione vera conclusio est, ꝙ si procurator non est soluendo, currunt dies appellationis à die scientiæ alias vero à die pronũciationis sententiæ, prout tenet Ang. relatus, & sequutus per Matthæ. Affli. decis. Neapol. 344. dicẽs sic decisum fuisse in senatu Neap. & decis. Capel. Tolos. 101. pro quo est tex. optimus & expressus in d. l. 2. tit. 23. p. 3. vbi in casu negligẽtiæ si procurator nõ est soluẽdo ita disponitur, si ergo in casu negligentiæ hoc ibidẽ dispositũ reperimus, vbi negligentia procuratoris dño nocet, à fortiori & idẽ dicendũ est ex tex. illo, vbi per verã contumaciã, quæ dño nõ præiudicat, procurator non appellat, vt terminus appellationis à die currat scientiæ ipsius dñi, non vero pronunciationis sententiæ vt & supra hac gl remanet dictũ, quod adeò verũ dicit prædicta gl. fuere d. l. 2. tit. 23. p. 3. & vult Maran. in pract. tit. de appel. n. 204. ꝙ neq; tunc opus sit restitutione, & dicta in appellatione interponẽda sunt itidẽ dicenda in termino ad prosequendã appellationem de iure dato, sm Ias. in d. l. 1. §. si procurator. nu. 12. ff. si quis ius dicẽt. non obtemp. de quo vltimo videnda est l. 2. tit. 18. inf. isto li. & sic cõcordari & distingui possunt opiniones contra tenẽtiũ, scilicet ꝙ imo à die prolationis sententiæ hisce casibus dies appellationi præfixi currũt, prout tenebat Spec. relatus per additionẽ repertorij Feli. in verb. procurator si est verus fol. 104. qui aillud verũ erit, si procurator est soluendo, alias si non est soluẽdo à die scientiæ currẽt, vt dictũ est, & an scientia præsumatur tradit optimè Capiti. decis. 139. vbi querit, an notificatio requiratur, & si sciat dñs, sententiatũ esse negotiũ, & videtur tenere, ꝙ sic, pro quo est, quia nõ
34 dicitur quis † scire actũ, nisi sciat eius tenorẽ, & per eũ se grauari, sm gl. in c. cõcertationi verb. scieurit de appel. in 6. per quã inquit Ias. in l. qui Romæ. §. fin. nu. 68. fol. 168. ff. de verb. obl. ꝙ dicitur aliquẽ habere scientiã alicuius rei, quoties habet scientiam facti cũ omnibus suis qualitatibus, & ibi allegat alios eã cõmendantes, neq; sufficit, secundũ eũ habere notitiã facti, nisi sciat eius modũ, & qualitatẽ, sm Io. And. Domini & Fran. in d. c. cordi. & Moli. in consuet. Paris. §. 13. gl. 12. qui notabiliter loquitur vbi ad hoc refert Feli. in c. quoad consultationem. n. 32. de re iud. & Alex. cons. 114. n. 4. vol. 2. & tenet Dec. dictã gl. cõmendans in cons. 222. n. 3. & glo. & ibi Angel. notat in l. quemadmodũ. C. de agricol. & cens. lib. 11. quo ad hoc allegat Pal. Rub. in tract. de benef. vacantib. in curia. §. fi. in fi. & sic notificatio requiritur ex
35 dictis, & quia quoties † post certiorationem requiritur factũ, nõ sufficit scire, sed & notificatio requiritur, secundũ Bart. & omnes in l. 1. in fin. ff. de actio. emp. teste Maria. Soc. Iunior. cons. 4. n. fi. vol. 2. vbi & nu. 29. & 30. idẽ prius dixit, ꝙ notificatio expressa requireretur in alio casu, quasi simili, neq; tenetur quis credere sententiã cõtra se latam, & aduersariũ appellasse, nisi productis instrumentis, vt per Ias. in l. 1. §. fi. de eo per quẽ fact. erit quem ibi allegat additio Pauli litera. B. nisi per iudicem sententiantẽ id certificetur vt ibi per illã additio.

36 Est tamen notandũ, ꝙ in casu, in quo † dñs admittitur ad appellandũ, vel prosequendũ appellationẽ propter procuratoris cõtumaciã, tenebitur dñs resarcire expensas, si quæ interim factæ sint per partẽ aduersam, vt per. 8. decis. Pedamont. 9. n. 2. quia licet propter contumaciã procuratoris dñs non mulctetur, potest tamen in expensis condẽnari, secũdũ communem relatam per Orosc. in d. §. si procurator. col. 617. & Maran. in pract. tit. de contu. num. 14. pag. 390. in paruis, dicendo con
37 tumacem † non audiri nisi refectis expẽsis, vt per Menoch. de arbitrarijs iud. lib. 2. q. 136. quod est verum, nisi iudiciũ est nullum, quia cũ tunc nulla detur contumacia, nõ sunt expensæ reficiendæ, prout alio in loco dicemus Deo volente, & quã
38 do dicetur procuratorem esse † soluendo vel non esse, tradit optime additio Capel. Tolos. d. decis. 101. & an si tutor, vel curator, prælatus vel syndicus nolunt iurare
39 de calumnia præiudicent † domino, vel ecclesiæ, tradit Abb. in c. fin. n. 21. de iuram. calum. quibus melius & clarius quã alibi remanet expeditum, quando procuratoris contumacia siue in faciendo, siue in non faciendo domino præiudicet, que notanda

notanda sunt, quia optima, & quotidiana
40 & an syndicus generalis † datus ad omnes causas, & quilibet alius habens legitimam administrationem, sicut tutores, & curatores, & pater in rebus aduentitijs filij, & rectores hospitalium iurent de calumnia vide additionem Capel. Tolos. 132. vbi & tractat, an procurator substitutus debeat iurare de calumnia, si substituens iam iurauit, & inquit quod sic, & an cedens
41 actionem † possit absoluere positiones traditas contra cessionarium vide decis. Capellæ Tolosa. 119. & ibi additio latè tractat quando confessio cedentis noceat cessionario.

Ibi, [Cõ poder especial,] cũ eo enim bene põt procurator de calũnia iurare scdm tex. in c. fi. de procurat. in 6. debetq; esse speciale, vt dño præiudicet, scilicet, ad sic & ad sic respondendũ specificando in eo, quæ respondenda sunt, prout supra proxima gl. diximus, & in seq. dicemus, dũ de instructione loquemur Deo volẽte & cũ mãdato tali põt optimè positionib' respõderi, nõ alias, & sic intelleximus in gl. sup. proxima tex. in illo c. fi. de cõfes. in 6. probantẽ contumáciã procuratoris in nõ respondendo positionibus dño præiudicare vt procedat in procuratore hoc speciali cõstituto ad sic & ad sic respõdẽdũ, nõ vero in generali, quia generalis procurator non potest positionibus respondere, neq; iurare de calũnia, vt in c. fin. de iura. calũ: in. 6. & tex. in l. 23. in fi. tit. 11. p. 3. qui in procuratore generali debet intelligi non in speciali, vt ibi optime dixit gl. los sus personeros. Specialis eñ procurator iurabit de calũnia, poteritq; etiã parti cõtrariæ referre iuramentũ, si speciale ad hoc habeat mandatũ, vel generale cũ libera, quod idẽ importat quantũ ad relationẽ hãc, sm tex. in l. 4. tit. 11. p. 3. dicit quantũ ad respondendũ positionibus cũ non solũ speciale mandatũ, sed in indiuiduo requiratur ad sic & sic respondendũ declarando ea, quæ respondenda sunt, vt dictũ est, non sufficiet generale cũ libera ex dictis per Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. procurator, nu. 4. ff. de iureiuran. & hunc
42 & alios casus † vbi speciale requiritur iuramentũ, refert Rebuf. in concord. reg. Fran. in rub. de electio. de rogatione ing. sufficiale pag. 7 1. in medio qui supra prosimo & gl. in c. qui ad agendũ. de procurat. in 6. in §. fi. & Matth. Afflic. in constit. Siciliæ in constit. si quando. & in constit. generalia iura. & Angel. Aretin. in rubr. inst. de ijs, per quos agere pos.

Ibi, [Bien instructo,] aliter enim nõ de
43 bet procurator † siue actoris, siue rei admitti ad causam, & ad respondendum positionibus, prout Franciæ fieri asserit Rebuf. in 3. tom. constit. Franc. titul. de responsio. per credit. vel nõ credit. art. 1. gl. 1. nu. 15. tit. de appel. arti. 1. gl. 3. & in eo. titu. de appellat. art. 18. gl. 1. n. 4. fol. 529. & idem Rebuf. in 1. p. concord. regni Frãciæ titu. de elect. dero. gl. & sufficiẽs. pag.
44 75. & quis dicatur † instructus tradit gl. sufficienter. in c. fi. de dolo & contum. & Bart. in l. seruum. §. publicè. nu. penult. ff. de procurat. gloss. & DD. in cap. fin. de iureiuran. idem Bartol. in l. non solum quæstione. 1. ff. de procur. & in nostrum propositum ille dicetur instructus sufficienter, qui habet speciale mandatum ad sic & ad sic respondendum declarando specifice quid & qualiter positioni cuilibet respondendum sit, & si hoc modo instructus nõ est, non dicitur sufficiens habere mandatum secundum Bartolum in dict. §. publicè, numero penultim. dicta. l. seruum. ff. de procurat. & voluit Rebuffus, vbi sup. in glo. verbo & sufficiẽs. pag. 75.

Sed est quæstio, an si pars positiones ponens velit quod pars principalis & nõ pro-
45 curator eius respõdeat positionibus, etiã si sufficiẽter procurator ille instructus sit audienda erit pars hoc petens, & dicẽdũ est, quod sic, vt potè, quia dñs melius sciet, declarare veritatẽ, arg. c. pastoralis. de iud. & eorũ, quæ tradit Socin. de ciat. art. 20. q. 15. fallent. 4. quod in hoc proposito ita tenendo refert Did. Per. in l. tit. lib. 2. ordi: col. 354. & probatur argumento text. & ibi notata in perMarum. in l. 5 f. actor. nu. 31. ff. de procurat. quod etiam actor potest reijcere procuratorem in rem suam, & velle quod dominus respondeat, quia eũ legaliorem putat, & quod melius sciet veritatẽ, prout in expresso ibidẽ notat Marã. n. 63. ex Bald. in l. fin. C. de procurato. & hoc adeo verum est, quod etsi mandatũ speciale habeat procurator, ipse adhuc

dñs compelli posset, nisi tale mãdatum sit speciale ad sic & ad sic respondẽdum, quia tunc non posset dñs cõpelli, secundũ Iacob. Butr. in. l. fin. col. 2. C. de procu. quẽ & Bart. refert ad hoc Did. Per. vbi sup. & tenet Bald. in ea. l. fin. & Matth. Afflict. in constit. Sicil. Rub. 81. lib. 1. nu. 6. & tenet Barbat. in. c. Capitulum. col. 3. de iuram. calum. Bene tamen verum est, q̃ iudex iusta causa motus etiam in hoc casu posset dominum compellere declarare positionibus, prout tenet Barbat. vbi sup. & probat text. in. l. 22. tit. 5. p. 3. quia fortasis in instructione illa in mandato illo speciali declarata, cum absque iuramento pars illã declarauerit, veritatem non declarauit, vel si declarauit nõ tã clare, vel liberius in declaratione illa procedet, quam procederet, si cum iuramento præsentialiter declarasset, neq; lex nostra hæc prohibuisse censenda est, imo permisisse, sicut permitti debet, vt veritas elucescat & patefiat, prout elucescet domino ipso principali declarante, qui melius sciet veritatem prout inquit tex. in. l. 24. in prin. tit. 11. p. 3. Sed an in casu, quo dñs ipse declarare debet, qui tamẽ à loco iudicij absens est, mit-
46 tetur cõmissio, vel requisitoria † cũ positionibus ipsis, quibus declarandũ est expẽsis partis petentis, vt dñs ipse declaret, vel expensis ipsius dñi declarare debentis, & in hoc excludo casum indubitabilẽ meo videri, scilicet quando dñs ipse misit procuratorem specialẽ sufficienter instructũ & informatum & cũ mandato speciali ad sic & adsic respondẽdum, & nihilominus pars cõtraria vult q̃ dñs declaret, vt potẽ; quia legalior est, & fidelior, tunc enim cũ parti ipsi imputari nõ posit, quoniam procuratorem instructum misit, tunc expensis petentis mittenda est talis commisio, vel requisitoria, vt pars absens contraria positionibus partis aduersæ respondeat, si vero ipse absens non misit procuratorem sufficienter instructum, & pars contraria petit, vt aduersarius eius absens iuret de calumnia, & declaret positionibus, cuius expensis hoc agendum sit, an petentis, vel ipsius absentis, qui non misit procuratorem instructum, & informatum, & in hoc casu in varias tam à Doctoribus, quam à iudicibus itum est sententias, quidam enim asserunt expensis ipsius absentis hoc agendum esse, imputet enim sibi, qui procuratorem instructũ non misit, secundum quod in lege nostra disponitur, & iubetur, & hanc in expresso opinionẽ tenuit Boerius decis. 303. vbi dicit, q̃ sic se habet stylus curiæ Metropolitanæ, & Maran. in. d. l. si actor. nu. 64. ff. de Procu. vbi hoc esse verius asserit, & Matth. Affl. in constit. Siciliæ lib. 1. rubr. 81. nu. 7. vbi refert Albericum pro & contra disputantem, & istud idem tenentem, & idem tenet ipse Matth. Afflict. in decis. Neapol. 177. vbi per omnes sic vocatum dicit, & in Capella Tolos. sic decisum fuit, vt patet ex decis. §. 100. & ibi eius additio, & tenent alij relati per gl. 2. in. l. 22. tit. 5. p. 3. nouisime post hæc tenet Menoch. de arbitrarijs iud. lib. 2. cent. 3. casu. 228. n. 11. cum sequẽti. aliquibus & ibi ampliat, etiã si mitteretur vt ad egregiam personam, & sic q̃ expensis absentis debentis iurare mittenda sit commisio, vel requisitoria iudici, vbi absens ille degit, vt corã eo respondeat positionibus in ipsa commisione, vel requisitoria insertis, & per consequens vt inquit Afflict. d. decis. 177. expensæ illæ non veniunt restituendæ per succumbentem in ipsa causa absenti, vel eius procuratori vincentibus, & hæc mihi semper placuit opinio. Contrariam tamen aliqui tenuerunt, scilicet quod expẽsis petentis fiat, alij vero tenuerunt, & forsam iuridice, q̃ expensis cõmunibus in regalibus tamen cancellarijs inquit Grego. Lopez in. d. l. 22. tit. 5. p. 3. gl. 2. secundã seruari indistinctè opinionẽ, scilicet q̃ hoc agendũ sit expensis petẽtis, & sm hãc opinionẽ pronuntiatũ esse in senatu Parisiensi salua repetitione si obtinuerit asserit Rebuf. in. 3. to. tit. de respons. per credit. vel nõ credit. art. 4. gl. vna. n. 5. & hãc opinionẽ propter autoritatẽ cancellariarũ, & senatus illius, quarũ actio nostra debet esse instructio, in tribunalibus inferioribus vidi obseruari aliquando, & quod expensis petentis hæc fierent saluo iure declarandi in diffinitiua sententia, quis expensas illas soluet, consuetudo tamẽ & stylus erit in his attendendus, & quis in iudicijs
47 principalis persona † dicatur, vt sciatur, quis sit ille, qui iurare debet, & declarare positio-

positionibus, tradit Maran. in d. l. si factor. num. 65. ff. de procur.

Ibi, [So juraméto,] nullius enim dicto vel testimonio credendũ est, nisi præcedẽ
48 te iuraméto, nam testimonio vnius† si fides adhibẽda est, prius debet esse iuratus, secundũ text. in l. iurisiurandi. C. de testi. imo & electus à priuato litigante, vel à iudice in testem iurare omnino debet, imo & qui spóte, & electus & designatus fuerit, vt iudiciũ suũ super re aliqua proferat, & respondeat, iurare prius debet, prout hæc & alia suo more doctè, & distinctè refert illustris Couar. lib. 2. Variar. cap. 13. num. 2. 3. & 4. imo & mille testibus non
49 iuratis † non creditur secundum conciuem meum Licentiatum Gutierrez in repet. l. nemo potest, nu. 121. ff. de leg. 1. neque vni etiã ornatissimo absq; iuramento credendum est, secundum Symancas de instit. cathol. tit. de testi. nu. 8. ideoque & in nostro tex. iubetur, vt qui respõdere habet positionibus, præcedente iuramento respondeat.

Ibi, [Aunque seã puestas por escripto,] non intelligas, quod etsi inscriptis nó proponantur positiones, idem sit dicendum acsi in scriptis ponerentur, vt pœna nostri text. locum habeat, non enim est idẽ, sed inscriptis proponendę sunt, vt legi nostrę locus sit, prout ex. c. quoniam contra. de probat. requirebatur, q inscriptis proponerentur, dictio enim hæc (aunque) lati-
50 nè, quamuis, † aduersatiua est, secundum Ias. in l. vinum, num. 21. ff. si certum petatur, & ideo aduersari censendum est, cũ positiones in scriptis non proponuntur, vt pœna nostri tex. locum non habeat.

Ibi, [O negãdolo,] sed num ex positione negata, poterit pars illam negans se iu-
51 uare † aduersus eam ponentẽ, & hoc ad vtranq; partẽ examinat Spec. in tit. de posit. §. 8. nu. 1. 2. & 3. & tradit optime Ripa in l. naturaliter. §. nihil cõmune. nu. 122. cũ aliquibus seq. ff. de adqui. pos. & tandẽ concludit Spec. ibi q neq; ponens eã contra negantẽ, neq; negans contra ponentẽ vti poterit, & tradit Bart. in l. post legatũ, nu. 11. ff. de ijs, quib. vt indig. deponente, cum negata sit, clarum videtur, de negante etiã: propterea q ex eo quod quis negauit, iuuare se non potest, etiam si veritate dicat in negando, ex text in c. cũ olim de censib. & de testib. præsentis, & cap. ex eo. de reg. iur. in. 6. sicut et neque appro-
52 bare † potest quis, quod semel reprobauit, secundum Abb. in cap. 2. num. 17. de exceptio. & Rebuf. in concord. reg. Fran. tit. de constit. in glo. interesse putantes in fi. pagin. 50. in mediocri impressione, vbi vno modo hoc declarat, & tradit Bald. in l. si absentis. C. si cert. petat. idem Bart. in l. dispensatorem. nu. fin. ff. de solut. & Fel. in cap. 2. n. 9. fol. 3. de exceptio. & ibi eius additio. Hic tamen reprobat si negat, ergo non potest, negans positionẽ, se illa iu-
53 uare, & sic qui reprobauit testem †, nó potest postea se illo iuuare etiã quoad substitutionẽ in eo contentã secundũ Boer. decis. 147. n. 18. & 19. ex eo enim nó debet quis fructus consequi, quod nisus extitit impugnare, ex iuris regula, ex negatione
54 que †, vbi mendaciũ prolatũ est, nó debet quis cõmodum reportare ex. l. si. ff. de rei vend. quam adhoc & alia plura de mendacio dicendo allegat Did. Per. in l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. col. 922. & Hippol. in rub. de fideiuss. q. 46. nu. 322. & Gom. in § sed iste quidẽ nu. 33. & in §. in personã. nu. 17. in
55 sti. de act. negansq; in iudicio illud, † quod est causa suæ intentionis beneficij, vel priuilegij, perdit illud text. in l. si dubitetur. § 1. ff. de fideiuss. sin Ant. Gom. tom. 2. c. 13. nu. 14. limitat. 7. sic etsi prior creditor possider, & cõuentus hypothecaria à posteriori creditore etiam iniuste agente ne-
56 gat † per mendacium illã rem fuisse debitoris, probato hoc à posteriori creditore, punitur prior creditor in translatione possessionis in secũdũ illũ creditorẽ, iudex q; absq; alia sententia tenetur transferre illã secundũ Fano in tractat. de pignor. 5. par. memb. 2. n. 26. translataq; possessione est finita instãtia illa, quod est mirabile sin eũ ibi. & erit opus noua instantia, si prior creditor vult agere hypothecaria cõtra scd̃m iã possidentẽ, sicq; licet statuto caueatur,
57 † q mitius agatur cũ confesso, quã cũ cõuicto, si prius quis neget, post negationẽ vero cõfiteatur, nó gaudet priuilegio illo statuti, prout cõem firmat opinionẽ Mẽcho. de succes. creat. §. 23. nu. 22. in hacq; cõmuni opinione fortalsis se fundauit cõditor. l. 100. styli, statuens etiam in de-

lictis, si quis neget delictum, quod quidē postea probatum est, propter mēdacium non esse audiendum negantem illum, et si vellet defensionem pro se allegare, quæ quidem. l. styli, vt optimè fundat conciuis meus Doctor Gut. in authent. Sacramenta puberum, num. 65. cum. 3. sequentibus. C. si aduers. vendit. non practicatur, neque est in vsu, sed potius admittitur ad defensionem reus delictum negās quantumuis probatum, neque hoc est cōtra communem illam, cum communis illa opinio potius intelligenda est, vt tantū priuet propter mendacium, & negationē priuilegio, quo gaudent confessi veritatē, si post confiteantur, quā quod priuet defensione, quę quidem est de iure naturali & lex illa tollere non potuit, neq; cēsendum est abstulisse ex tex. in Cle. sæpè, de
58 verb. sig. sicq; & socius negans † se nō socium amittit priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere possit, secundum Pala. Rub. in repet. ca. per vestras. §. 12. nu. 141 fol. 115. col. fin. vbi num. 151 hoc declarat, & intelligit eodemq; modo quando
59 pars, quæ conuenitur † ex contractu negauit contractum esse celebratū, si postea cōuincatur de veritate cōtractus in odiū negantis præsumitur solennitas extrinseca, secundum Ias. in. l. sciendū, nu. 20. ff. de verb. oblig. & mendacium species furti iudicatur secundum Didac. Peréz in. l. 10. titu. 2. lib. 1. ord. colum. 86. in fin. nisi li-
60 bellus sit ineptus, † nam tunc nulla exceptio, siue reus mentiatur, vel aliter calumnietur est pœnalis, secundum Bald. in repet. Paduana. l. edita, nu. 115. C. de edēd. & Ias. in. §. omnium, num. 97. inst. de act. Casan. consil. 38. num. 10. Gom. in. §. ex maleficijs. nu. 17. de act. & Did. Per. in. l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. col. 922. in fi. ex legeq; nostra in finalibus verbis mendax, & negans veritatem in iuramento & declaratione positionū alijs pœnis punitur, quatenus in iure expressum reperitur secundum Dec. in. l. nemo ex his, n. 6. ff. de reg. iur. & vide gl. in. l. tutor quoq; §. tutor qui ad alimēta vers. remouebitur. ff. de suspe. tutor. & vide l. 3. tit. 3. p. 3. & faciunt alia, quæ de mēdacio traduntur per dictū D. Gut. conciuem meum & literis & bonis moribus satis præditū in. d. sepe. auth. Sacramenta puberum. à. n. 56. vsq; ad 70. cū que hæc ita se habeant, mirum non est, si ex positione, quam quis semel negauit, tueri se non posit, de quo & tradit optime Ripa, in. l. naturaliter. §. nihil cōmune, nu. 122. ff. de adquir. possess. intelligenda tamen hæc sunt, quoties negatio hæc in specie, non autem in genere seu vaga est.
61 Est tamen verum, q iudex ex officio potest si vult se iuuare positione illa negata, & reprobata per partem aduersam etiā in fauorem reprobantis, secundū Suarez alleg. 27. fol. 193. in antiqua impresione, vers. ad vnum tamen & ante eū Rip. in. d. §. nihil cōmune n. 124. & Dec. in c. cū venerabilis. n. 22. in fi. de exceptio. & optimè Ruinum in cons. 72. n. 3. vol. 5. & sic negans talis, si iudicem habuerit fauorabilem, poterit eū certiorare, vt ita faciat, vel poteris vti alio remedio relato per Bart. in l. post legatū, num. 11. ff. de ijs quibus vt
62 indig. scilicet q reuoces † negationem, & hoc secundum additionem ibidē, dum modo statim & antequam ponēs probet per testes vel instrumenta positionē, nam si probet hoc remedio vti non poteris de quo traditur & per Alciat. in. l. 1. §. siquis simpliciter. nu. 86. cum. 2. seq. ff. de verb. oblig. re enim integra reuocatio hæc facienda est, vt per Gut. vbi supra. nu. 69. & Maran. in pract. tit. de positio. nu. 8. pag. 439. in paruis, vbi Maran. inquit q etiā ipse ponens poterit reuocare confessionē ex positione illa resultātē re existēte integra, vt dictū est, & non existente integra probando errorē, & reuocando tanquam erroneam, nisi per aduersariū esset negata positio, nam tunc etiam non existente re integra posset ponens pœnitere, & consentire positioni, nisi negans reuocasset in continenti negationē, secundū Bald. in l. edita. lect. 2. col. 20. C. de eden. relatū & sequutū per gl. probar, in. l. 5. tit. 13. p. 3. & nota q si positioni per te factæ suasio-
63 nibus † tuis adductus iuramento respondeā, restitutio aduersus confessionē mihi nō negabitur, quā communem testantur Alex. & Socin. & Oros. col. 683. in princ. in. l. 1. ff. per quē factū erit, aliud etiā remedium posuit Bart. vbi sup. n. 14. per quem videbis, & n. 12. & 13. alias quæstiones in propositum an[illegible]ectit, inquit tamē Anch. consil.

consil. 208. col. pen. in medio, quòd etsi ex positione negata iuuare se negans non
64 possit, tamen ex probatione †, quâ quidem positio illa negata est comprobata, poterit se optimè negans illam iuuare, quod est optimum, eo quòd probatio illa non potest, non esse communis, & tenet hoc Bald. relatus & sequutus per Francũ in cap. 1. ad fin. de confess. in 6. & Ant. Gabriel in lib. suarum communium opinionum lib. 6. titul. 1. de regul. iur. conclu. 1. num. 5. vbi latè declarat, quando quis ex actu à se negato possit se iuuare.

Ibi; [Simplemente y sin cautela,] & sic absque adiectione qualitatis, vel conditio
65 nis † secundum glos. in l. siquidem. C. de exceptionib. & Ant. Gom. tomo. 2. cap. 11. num. 37. in medio. versic. tertio. hoc in simili intelligit in cõditione de futuro, secus tamen in conditione de præterito, vel de præsenti, de qua tamen differentia valde dubito lege nostra attenta simpliciter & sine cautela respondere, iubẽte per verbum tantum nego, vel confiteor, ma
66 ximè cum neque conditione †, quæ tacitè inesset, non liceret confessionem conditionari secundum Boerium decis. 243. num. 13. Et sic hodie lege nostra attenta licebit confessionem pro parte acceptare,
67 & pro parte repudiare, quamuis vno † eodemque tempore, & contextu facta sit, licet iure ciuili aliud esset in simili confessione vno contextu facta, quæ vel in totum repudiari, vel in totum acceptari debebat secundum Bart. nu. 2. in d. l. siquidem & iterum in l. Aurelius. § idem quæsijt. ff. de liber. legat. communiter approbatum secundum Ias. in. § item si quis postulante. num. 19. Instit. de actionibus. & ibi Gomez. num. 17. & traditur per Boerium vbi supra, num. 3. & latius in decisi. 339. nume. 3. nisi in casu, quo pro impugnante contra confitentem sit aliqua iuris præsumptio secundum Bart. in eadem l. Aurelius. & Hippolyt. singul. 185. & Didac. Perez hic col. 928. in fine cum. 3. sequentib. & latè per Boerium deci. 339. per totam. & Lanfrancum in cap. quoniã contra falsam. titul. de confessio. nu. 22. de probationib. & Bernard. Diaz in reg. 122. inquitq; Lanfran. ibi quòd tunc con
68 fessus ille poterit in criminalibus † torquери, vt veritatem manifestet, & idem voluit Alciat. in l. 1. § si quis simpliciter. nu. 78. ff. de verb. oblig. vbi & hoc optimè limitat & declarat, & nouissimè & bene per Rojas de hæreti. 1. part. nu. 154. cum quàm pluribus sequentibus. & Menoch. de arbitrarijs iud. lib. 2. centur. 1. casu 92. nume. 21. cum sequentibus aliquibus; & in eod. lib. cent. 3. casu 279. ex text. tamẽ nostro hæc omnia quoad confessionis responsionem positionibus faciendam saltim in ciuilibus cessabunt, & sic quòd si vno contextu, & eodem tempore confessio facta fuerit, imo etsi indiuidua videatur, de qua per Boerium decisi. 243. & 339. possit per aduersarium pro parte acceptari, & pro parte repudiari; imputet enim sibi respondens, quia liquidè & clarè, & secundum legis nostræ tenorẽ non respondit, & sic ambigua responsio contra eum interpretatur, & acceptabitur cõtra eũ, & pro eo reijcietur, par est enim, vt in hac lege dictum remanet, non respondere, vel respondere sed non clarè, aptè, & sine plica. Ex quibus videtur inferri posse ad quæstionem illam iam olim per Doctores satis altercatam, num con
69 fessio per reum † accusatum facta occidi, sed ad meam defensionem, possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari, videtur enim per text. nostrum posse optimè acceptationem pro parte fieri, & pro parte repudiari per actorem, vt sic nisi reus probet defensionem pœna ordinaria delicti puniatur, tunc quia præsumptionem adesse videtur contra eum, ex eo, quòd dixit, occidi, cum in homicidio, quod iure naturæ prohibitum est, dolus de iure præsumatur, vt in l. 1. C. de Sicarijs. Tum etiam propter confessionem non clarè & liquidè factam secundum text. nostrum quædam præsumptio contra confitẽtem oritur, quo casu etiam secundum iura antiqua & sic ciuilia poterat, vt dictum est, propter præsumptionem de iure ortam contra confitentem pro parte acceptari, & pro parte repudiari, licèt vno contextu facta videretur, & sic secundum hæc approbari iam per tex. nostrum opinionem illam Bart. in d. § idem quæsijt. relatã per Ant. Gom. tom. 3. cap. 3. nu. 26. aliorũq; cum sequentiũ relatorum per Didacum

O 5 Perez

Perez hic col. 929. asserentiũ, confessionem illam (occidi sed ad meam defensionem) posse pro parte acceptari, & pro parte repudiari, & confitentẽ venire damnandum, si non probet defensionẽ; ibiq; Didac. Perez hanc Bart. sententiam communem esse asserit, & communem asserit Menoch. de success. creat. §. 23. n. 23. & communem & in practica seruari asserunt nouissimè post hæc per me scripta relati per Rojas inquisitorem Valentinũ in d. suo tract. de hæret. 1. part. num. 160. vbi ante num. 159. incæpit examinare doctrinam hanc Bart. & vsque ad numerum 184. prosequitur eius declarationem per conclusiones optimè, etsi contra Bartol. magis communem etiam asserat Hippol. relatus per eundem Didac. Perez vbi supra col. 930. in fine. teneantque alij eam contra Bart. relati per Menoch. d. nu. 23. & per Iulium Clarum in sua pract. crimi. §. homicidium. quæst. versic. iure tamen nostro ex l. nostra prima Bart. opinio tenenda videtur nulla alia probatione, quàm cõfessione illa contra reum ipsum existente prout asserit Didac. Perez vbi supra col. 931. licèt Menoch. vbi supra circa hæc determinare se non ausus fuerit, est tamen bene verũ quòd hac confessione attenta solummodo, nam in hoc casu loquimur, non punietur confitens pœna ordinaria, si vno contextu & tempore facta fuerit, sed extraordinaria prout magis communem esse cum Abb. testantur relati per Didac. Perez vbi supra col. 932. & sequũtur relati per Rojas vbi supra nu. 174. vel poterit tunc secundum eum ibi num. 180. confitens poni ad torturam, vt absolutè confiteatur, & non ad suam defensionem, & hoc modo contrarias concordat opiniones Menoch. vbi supra. & Tiráquell. de minoran. pœn. causa 27. nume. 7. in fine. & sic secundum iudicis arbitrium punietur vt supra ex Menochio diximus. Datur tamẽ ex l. nostra maxima causa & occasio dubitãdi vltimæ huius Abb. opinionis asserentis in hoc casu pœnam ordinariam non ponẽdam, an hodie procedat, nam si ex l. nostra asseritur, confessionem illam diuidi posse, & sic pro parte acceptari, & pro parte repudiari, nisi defensionis qualitas per reum confitentem probetur, etsi potest sic confessio diuidi, remanet, reum esse confessum occidisse, si non probet defensionem, ergo si confessus remanet, pœna ordinaria erit puniendus, igitur magis illa cõmunis opinio Abbatis, quòd extraordinariè puniatur, falsa est, & hodie non procedit, vt aliquid in hoc casu ex l. nostra nouitatis inducatur, quod tamen asserendum non iudico, sed & lege etiam nostra attenta Abbatis doctrinam in hoc casu tenendam vt veram & magis communem affirmo indubitanter, tum quia ex lege nostra, quæ in ciuilibus loquitur, & in responsione ad positiones in ciuili causa facta, non est inducenda correctio ad causas criminales, & vbi pœna confessi locũ nõ habet, tum etiam quia difficultas, quæ aderat circa cõfessionem hanc, occidi ad meam defensionem, solùm erat, num diuidi posset, talis cõfessio, & sic pro parte acceptari, & pro parte repudiari, etsi diuidi nõ poterat nulla pœna veniebat puniendus confitens similis, quasi defensionis qualitas pœnam omnem excluderet eum, qui defendendo se vel bona occidit alium nulla pœna puniatur, vt per text. gloss. & doctores in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & in l. 3. titul. 16. part. 2. & ibi gl. o defendiendose. optimè ampliat, & tradit Ant. Gom. tomo. 3. cap. 3. nume. 20. cum pluribus sequentibus. Si tamen confessio diuidi posset, punietur, & tunc licet per text. nostrum videatur approbata opinio illa Bart. scilicet, quòd talis confessio (occidi ad meam defensionem) diuidi posset, & sic pro parte acceptari, & pro parte repudiari, tamẽ negari non potest, quin qualificata sit confessio hæc, & sic dubia, incerta, & præsumptiua, & si talis, pœnæ ordinariæ loc⁹ nõ est, sed tantum extraordinariæ, nam ex dubia probatione non debet quis pœna
70 ordinaria † puniri, vt per Tiraquel. vbi supra, prout in proposito licèt non ita clarè videtur obiectionem hanc declarare Anto. Gomez tom. 3. cap. 3. nu. 26. Item & quia lex nostra non ita approbat clarè opinionem illam Bartol. cum lex nostra quo ad pœnam confessi imponendam, si clarè positionibus non respondeat, disponat, quæ quidem pœna, prout in alio loco diximus, in criminalibus locum nõ habet, & sic

& sic opiniones illæ in suo robore remanent, neque aliquid eis lex nostra contradicit, maximè opinioni illi, quòd similis confitens extraordinariè puniatur, non vero ordinaria pœna, item & dato absq; veri præiudicio, quòd & in criminalibus locum haberet hæc pœna confessi contra non clarè & sine plica respondentem, hæc esset confessio præsumptiua, & ex probationibus præsumptiuis non solum non est ponenda pœna ordinaria, verum
71 neque extraordinaria † grauis ex dicto Innocent. communiter approbato in capit. quia verisimile. de præsumpt. satis vbique laudato. cum quo communem testatur Auend. cap. 27. prætorum. nu. 4. in princ. libr. 2. & in cap. 16. nu. 12. eod. lib. 2. optima lex. 10. tit. 11. part. 3. vbi & plus probat, quod debet pro libero pronuntiari ille, contra quem præsumptiones adsunt. & Angel. de maleficijs in parte, & fama publica nu. 19. & num. 24. & ibi additio, vbi limitat dictum hoc Innocent. & Bossius in sua practi. crimi. titul. de conuictis. nume. 38. cum aliquibus, ex causaque, prout est euitare mortem, licitum debet esse modificare confessionem secundum Didacum Perez vbi supra col. 926. dum tamen modificatio vera sit, non mendax, & fallax, & hæc notanda quia singularia. Ex dictis etiam infertur ad decisionem alterius & nō minus difficilis altercatæq; quæstionis, de qua latè traditur per dominum Couar. libr. 1. Variar. cap. 2. nu. 3. & 4. & per Didacum Perez in l. 1. tomo. 4. lib. 3. ordin. col. 911. cum 5. sequentibus & nouissimè per don Ant. de Quesada in quæstionibus suis, quæst. 30. nu. 7. versic. quæro tamen obiter. cum sequentib. vbi intricatè & obscurè loquitur, & indecisa relicta est per Syluam nuptialem libr. 3. verb. monitoriæ. nu. 54. fol. 104. in par-
72 uis. scilicet, si Petrus mutuauit † mihi in camera sua & in secreto nemine præsente centum, quæ quidem centum ei nemine præsente restitui, & hac de causa Petrus ille pro illis centum iam solutis conuenit me corā iudice, & petit, vt iurem, an verum sit, quòd ipse mihi centum mutuauerit, qualiter mihi consuletur in responsione ad positionem illam propositam, vt euitem pœnam cōfessi nostri tex. vel an potero calificare, vel conditionare responsionem meam, dicendo si mutuasti solui, & si sic, vel simili modo respondeam, poterit confessio hæc in parte acceptari, & in parte repudiari, vel admittetur alia responsio, putà, nihil mihi mutuasti, ad quod tenear, vel potero negare narrata, prout narrant, & per Doctores supredictos, & per alios per ipsos relatos in hac re varia sentiuntur, ex l. tamē nostra omnes hæ respōsiones refutari facillimè possunt, cum simpliciter absque cautela, & plica respondendum sit tantum per verbum (confiteor vel nego) & sic conditionari non potest, vel qualificari responsio hæc non poterit, imo etsi conditionetur, interim quòd conditio non probatur per confitentem, intentio actoris confessata remanet, & conditio reijcitur ex tex. nostro, & sic si pono quòd debes centum, tu respondes, quòd debes sub conditione, glossæ communiter dicunt, teste Ferrara in practic. in forma responsi. rei conuent. glo. saluis. col. 4. quòd fundatur intentio actoris interim, quòd conditio non probatur, etiam si ponatur ante negatio, cum ex text. nostro positionibus simpliciter negando, vel confitendo respondendum sit, tunc enim negationis præpositio releuaret, cum non positioni, sed libello aduersæ partis esset respondendū, & ita procedet, quod Ferra. vbi supra, dixit, vel quādo ipse ponens præponit in positione negatiuam, quia tunc non censetur fateri in positione contenta secundum Marant. in pract. verbo, positio. nume. 9. pag. 440. in paruis. Secus tamen quando respondetur positioni per illum, cui præponitur, nam tunc cum respondere simpliciter teneatur. nego, vel confiteor, etsi negationem præponat, nihil coadiuuabit, quin pœnā nostri text. incurrat, & ita in nostro proposito & quæstione non licebit conditionare respōsionem dictam, prout vides ex communi illa, & ex tex. nostro, prout & tenere videtur Boerius decis. 243. num. 12. quia simpliciter intelligitur secūdum, eum ibi, purè & sine duplicitate, & ibi, hanc testatur communem, & in terminis nostris iterum ipse Boerius hanc cū Bart. communem testatur decis. 339. nu. 4. & sic quòd tunc secundum eum ibi respondens

dens hoc modo, habebitur pro confesso cum limitationibus tamen de quibus ibi per eum, quas & transcripsit Alciat. in l. 1. §. si quis simpliciter nu. 79. cum sequēt. aliquibus. ff. de verbor. obligat. etsi de ijs dubitauerit Rip. in l. hæredes. nume. 23. & 25. fol. 57. ff. de vulgari. ideò in maxima anxietate constituetur reus in simili casu, nam si neget recepisse mutuo illa centum, mendax est, si confiteatur, se ipsum condemnat, quid ergo consuletur tali reo? & à Doctoribus varia consilia constituuntur, placet tamen mihi ad modum consilium Alciat. vbi supra, quem refert D. Iac. Perez vbi supra. columna 915. scilicet, quòd reus ipse instet nè iudex admittat positionem generalem, scilicet pono, quòd mutuaui tibi centum, sed quòd compellat ponentem ipsum, quòd qualificet eam ad euitandam calumniam ipsius ponentis positionem, hoc videlicet modo, pono, quòd iures, si recepisti à me mutuo centum, quorum mihi adhuc sis debitor, tunc enim modo præmisso positiõe proposita poterit reus respondere, quòd non, & quòd negat positionem, neque mutuauit sibi aliquid, ad quod illi teneatur, iudexque si essem, ita ponentem compellerem positionem proponere in simili casu, vt calumnia ponentis euitaretur, poteritque reus ipse cogere actorem declarare, an ponat, permisisse purè, vel sub conditione secundum Ioannem Andream relatum, & sequutum per Franc. in dicto capit. primo. colum. penult. in princip. de confess. in sexto. cuius quidem calumniæ vitandæ causa & confessio qualificata admitti potest, ex l. iusiurandum & ad pecunias. §. non semper, & ibi Bal. & Ias. ff. de iureiurando. potestque confessio hæc conditionari ex natura rei vel actus, secundum Hippolytum in Rubrica, fol. quinto. in parui s. colum. tertia in medio. versicul. pro quibus etiam facit. C. de probationibus. & Didac. Perez vbi supra colum. 926. Imo etsi potest refutari, & repelli positio captiosa, dubia, vel incerta, vt in hac l. dictum remanet, quare & non poterit admitti confessio qualificata, & responsio qualificata positioni qualificatiuæ propositæ, iudexque tenetur facere, vt omnis dolus, & cautela cesset, neque parti ponenti fit iniuria, licet hæc fieri iubeatur per iudicem, & per reum petantur, vt fiant, nam actor debet ponere certum, sicut reus respondere, & confiteri, vt, ff. de confess. l. certū. in prin. & C. de transact. l. vt responsum. & ex dictis p Iac. de Are. in tracta. de positio. nu. 5. vol. 4. tract. diuers. doct. & quia si ponis mihi, q mutuasti mihi centum, teneris adijcere tēpus, in quo mutuasti, alias non teneor respondere secundum Bald. in l. 1. in fine. Si plures vna sententia fuerint cōd. quod alibi non legisse, inquit Curtius in tracta. position. numer. 31. ita & compelli poteris, vt ponas positionem dicto modo qualificatā, vt reus, cui ponitur, secundum posita in positione, qualificare etiam posit responsionem suam, vel si non qualificauerit eam, possit eam negare absque reatu periurij, ita si iudex essem fieri iuberem, imo & suspicionem adesse crederem contra actorē nolentem ponere positionem supradicto modo, maximè si reus ipse debens respondere esset rusticus, & idiota, & hæc ita fieri peteret, & ponens esset homo astutus & versutus, quod iudex secundum Boerium dicta decisi. 339. num. quarto. ad finem arbitrabitur, & inspiciet, cum casus præ manibus occurrerit, & optimè tradit Menoch. quem post hæc vidi in. d. tracta. de arbitrarijs iud. lib. 2. cent. 3. casu 251.

73

74 Ibi, [Y no por palabra de creo,] in his verbis corrigitur p. l. hanc lex præcedēs per verbum, credo, aut non credo, respondere permittens, prout supra. Proxima, & Latiori in hac l. nostri in gl. la parte que estuuiere presente, dictum, vbi & diximus circa hæc correctionem d. l. præcedentem euitari non posse, licet circa alii ibidem dicta pol. it, vtpote quia argumentum à fortiori, & à maiori ad minus negatiuè probatum maximam efficaciam habeat, quam non habet, si affirmatiuè, prout in illa gl. la parte diximus, & quia cū ad probationē certam inducendā positiones fiāt, quę minimè inducerētur per verbum (credo) quod, it dubitatiuum, & regulariter nō probat, secūdū gl. præstū l. testiū. C. de testib. & in c. quoties. eod. tit. & in ver. audierit, quis in hoc allegat Didac. Perez hic col. 927. nimirum fecit, & nos hæc

hæc inducatur, & sic respondere sub pœna confessi per verbum, credo, vel nó credo, non posit, & ita vtitur apud omnes iudices tam superiores, quàm inferiores; & in Francia idem, vti asserit Rebufus in. 3. tom. constitut. Franc. tit. de responsio per verbum credit, vel non credit, respondere positionibus non liceat; sed an admitteretur responsio, confiteor, prout
75 in tali inst[r]umento continetur, & quoniam per verba hæc non censetur quis cófiteri positionem nisi quatenus in instrumento illo contineretur secundum Decium consil. 1 18. nu. 6. non admitterem responsionem hanc, nisi reus ille statim instrumentum illud præsentaret, & ex eo posset colligi negatio, vel cófessio clara.

Ibi, [Fincar confiesso,] intelligo ipso iure, cum verba hæc præsens tempus respiciant, & per verbum, fincar, Latinè maneat confessus ita significet, & importet, loquatur quia text. noster prout in. l. 1. titul. de las contestaciones. verb. sea auido. supra isto lib. dictum remanet, vbi & diximus declarationem, & tunc necessariam esse, & an contra hæredem, vel in rem iudicatam transeat pœna confessi, & sententia virtute eius lata, & an prætextu erroris reuocari posit, & an si post datas positiones per aliquem, & post responsiones factas ipsis positionibus quis reperiatur sibi ipsi contrarius, & velit probare se errasse, & errorem reuocare, audiendus sit, tradit optimè Vitalis de Cambanis in tracta. claulul. in clausula, non ductus errore nume. 51. cum sequentibus pag. 297. in paruis. & quomodo ante declarationé pro cófesso posit mora purgari, diximus in. l. 1. titu. 4. in glo. Aunque no sea. supra hoc lib. itē & limitare poteris nostri text. conclusionem quinque modis, de quibus per Franc. in d. c. fin. col. penul. de cófess. in. 6. Est tamen notandum, quòd domini
76 superiores de hac ficta confessione † non curant secundum Couar. relatum, & sequutum per Auend. respons. 1. nu. 21. & Didac. Perez in. l. 1. titul. 3. lib. 3. ord. col. 875. in fin. & Monterroso in pract. tract. 5. cap. de la practica tocante a los que los inferiores dan por cófessos. fol. 82 in. 1. impress. quoniam cum vt dicit Paul. Castren. consil. 141. visa quadam. numer. 2. fol. 67. volum. 1. non durat hæc confes-
77 sio ficta † in secunda instantia, ipsi domini cognoscentes de secunda instantia nó considerant fictam hanc confessionem in prima instantia causatam, quibus non obstabit tex. hic in superioribus loqués, quia loquitur, & procedit, vt ex eius verbis clarè patet, cùm in instantia coram ipsis superioribus iudicibus pendente pœna confessi incurritur, Paul. vero loquitur cùm processit ficta hæc confessio à prima instantia coram inferioribus iudicibus formata, nam tunc de ea coram superioribus non curatur, si tamen ex instantia coram ipsis superioribus instructa confessio hæc ficta resultaret, de ea curandum est per superiores ipsos ex text. nostro, maximè si in processu adesset etiam saltim semi plena probatio, ex qua animus ipsorum iudicum superiorum posset informari in fauorem illius, cui prodesse posset hæc pœna confessi, & licet hæc de superioribus iudicibus per dictos doctores affirmētur, apud inferiores vero omnino pœna confessi seruanda est ad vnguem, secundum Didacum Perez vbi supra. & Auend. respons. 2. nu. 6. conclus. 11. & Auiles. c. 1. prætorum. glo. derechamente. num. 18. imo quod plus est, quòd quáuis fictus hic confessus esset minor, rusticus, vel mulier non restituerentur aduersus hanc fictam confessionem, neque eis prodesset restitutio, vtpotè, quia in ijs, quæ ad rigo-
78 rem † iuris conseruandum introducta sunt, non iuuatur mulieri, minori, vel rustico text. in. l. iuris ignorantia. C. qui admitti. notat Barto. & eius additio. in. l. 1. §. nunciatio. nu. 35. ff. de noui oper. & Bonifac. in sua Peregri. legum Partitarum, verb. litis cóteſtatio, & Orosci. in. l. si quis id quod. num. 4. col. 572. ff. de iurisdi. omnium iudi. & Ias. in. l. fin. nu. 129. C. de iure emphyteo. Bald. & eius additio. in. l. iuris. C. qui admitti. tradit Tiraquel. de retract. conuentio. §. 4. glo. 7. num. 16. col. 935. & Octauian. decisio. Pedamont. 58. nume. 38. adeo, vt quanuis de damno vitando tractetur, non sit tunc locus restitutioni huic, in ijs, quæ ad rigorem iuris conseruandum introducta sunt, secundú glo. in cap. turbatur. 1. quest. 4. & pro hac opinione facit text. noster in præsenti in final.

final. verb. vbi omne remedium excludere videtur. Contrarium tamen videtur tenere Paul. & Hippolyt. relati per Auend. Respons. 15. nume. 5. versi. septima correctio. & idem Auend. de primo & secundo decreto. nume. 7. in fine. in decreti interpositione ita asserendo, prima tamen opinio Bart. & sequicium tenenda videtur, & pro ea vltra nostrum textum considero text. in l. 1. titul. 4. supra isto libr. vbi in simili pœna confessi inquit text. ibi, ita haberi pro confesso dispositionem illius nō seruantem, quòd nulla restitutio dabitur etsi per procuratoris contumaciam, & factum pœna illa incurratur, sed cui potest competere restitutio nisi minori, rustico, vel mulieri, ergo & à fortiori denegabitur, si ipsemet minor ex sui persona rusticus, vel mulier pœnam hanc confessi incurrerint, maximè cum & dicti Doctores ita in propositum asserant, & quæ di-
79 cantur inducta † ad rigorem iuris conseruandum, tradit Bartol. in l. fin. num. fina. C. de iuris & fact. ignor. Potest tamen inter has opiniones assignari optima concordia, scilicet, quòd prima Barto. opinio procedat, quoties minor hic, mulier, vel rusticus consulere peritiores potuerunt, secunda vero opinio cum non potuerūt, eò quòd si potuerunt consulere, eorum sit culpa, & contra eos sit iuris rigor seruandus, cum mulier, minor, vel rusticus teneantur consulere peritiores, si copia eorum adsit, sicut ire ad nemus pro lignis
80 † scindendis, vel ad loca sacra pro consequendis indulgentijs secundum Alexan. in l. iustè possidet. num. 38. ff. de adquir. possess. & don Ant. de Menes. in l. si emancipata. nume. 21. C. de iuris & fact. igno. non solùm si in ciuitate illa & loco peritiores adsint, sed etsi foris, secundum don Ant. ibidem. hanc communem testātem opinionem & aliquibus modis temperantem, & Tiraquel. vbi supra nu. 20. sicque etiam intelliges asserta per Ias. in l. in emphyteoticarijs. nume. 183. C. de iure emphyteo. asserentem mulierem & rusticū non iuuari, si consignare, deponere, & offerre pecuniam nesciuerunt, quia procedet, cùm consulere peritiores potuerunt, secus alias, quod est optimum ad retractus materiam & sic ad l. 7. & 8. titul. 11. infra lib. 5. Sic etiam si rusticus, minor vel mulier potuit consulere peritiores, & non consuluit, non excusantur à contra-
81 rietate † testimoniorum cum iuramento in iudicio dictorum secundum Ripam Respons. 151. de confess. nu. 3. fol. 114. maximè si rusticus est sagax secundum eum ibi, & ita declarabis cautelam. 17. Thom. Ferra. nume. 17. asserentis rusticū contraria deponentem, vel contractum vsurarium facientem excusari à pœna, de quo & tradit Rip. de Pest. 3. part. nu. 234. fol. 16. & Couar. libr. 3. Variarum. cap. 8. num. 4. in fin. de quo & diximus in l. 2. titul. 1. lib. 2. supra in gloss. no la sabe. ad finem. eo quòd dolo caret rustici testimonium secundum Auend. cap. 27. prætor. nume. 28. libr. 2. & sic à vera contumacia excusatur secundum gloss. l. 9. titulo. 23. part. 3. Hæc enim procedunt, si rusticus hic, mulier, vel minor consulere peritiores non potuerunt, secus si potuerunt, & non fecerunt, nam tunc constito de contrarietate, vel de vsurario contractu, & sic de mendacio, cōstat de dolo, & tunc sufficit dolum allegare, licet non probetur secundum Bald. relatum & sequutum per conciuem meum Doct. Gutier. in repet. Authen. Sacramenta puberum num. 63. & ideo tunc non excusabuntur, si tamen, vt ad propositū reuertamur, minor, mulier, vel rusticus idiota, nam de hoc loquimur, consulere peritiores potuerunt, tūc non restituentur aduersus incursum fictæ huius confessionis, & ita procedet secunda Pauli opinio, prout in proposito videntur considerasse relati per Tiraquel. vbi supra, nume. 18. & Rip. in d. tracta. de Pest. 3. par. nume. 247. alios allegādo, & Octauian. in decisi. Pedamont. 87. num. 8. & 9. & fundatur ex communi illa opinione asserta per don Ant. vbi supra d. n. 21. & ex dictis per glo. pierden. in l. 12. titul. 16. part. 6. ex eodem themate declarabis l. 31. titul. 14. part. 5. mulieri, & rustico ignorantiam iuris iuuare, & prodesse, probantem, nam procedet, cum consulere peritiores, non potuerunt, secus alias,
82 & præsumitur copia peritorū † si locus sit insignis secundum Vital. de Camba. in tract. clausul. clausula, non doctus errore, in princ. num. 30. pag. 383. in paruis: vbi inquit,

inquit, quòd periti intelliguntur, qui sciunt dubium tale dirimere, quia si adsint Canonistæ, & non sciunt, deficit copia peritorum, loquitur enim de Canonistis inscijs, alij enim scientifici aliquando melius quam legistæ dissoluunt quæstiones, &
8 3 quis dicatur locus † insignis tradit Cepol. in §. si mancipium. l. si fugitiui nu. 6. fol. 117. in paruis. ff. de ædilitio edict. & Lapus optimè in allegatio. 123. Si tamen locus non sit insignis, illi incumbit probatio, qui dicit periciores potuisse consulisse eundum Tiraquel. vbi supra nu. 20. Contra hanc tamen concordiam facit doctrina illa modernorum relata per Ias. in l. iuris ignorantia. nume. 8. C. qui admitti asserentium, tunc demum procedere distinctionem illam, potuit nè rusticus, aut mulier consulere periciores vel non, quoties non pro forma actus vel ad rigorem iuris cõseruandum aliquid requiritur, secus tñ si pro forma actus, vel ad rigorem iuris conseruandum aliquid requireretur, nam tunc indistinctè siue rusticus, aut mulier potuerint consulere periciores vel non, nocet eis iuris error, vel ignorantia, & ita alios Doct. tenere afferit ibidẽ Ias. & tenet Tiraquel. d. nu. 18. Hic tamen vides ob rigorem iuris conseruandum pœnam confessi statui, ergo nullo modo dicta concordia inter dictas opiniones stare potest, neque procedere, & ideo videtur, doctrina illam Bart. contra Paul. Castren. indistinctè tenendam, scilicet nullo modo minorem, rusticum, vel mulierem restitui aduersus fictam confessionem (cum de ijs) quæ ad rigorem iuris conseruandum inducta sunt, videatur, cogitabis latius super his, cum casus occurrerit, nam hæc opinio & doctrina Ias. multum vrget cõtra dictam concordiam pro illa Bart. opinione contra Paul. licet in minore Bart. opinionem non sine scrupulo procedere, credo, nam si minor etiam aduersus ve
8 4 ram confessionem † restituitur probato damno, & minori ætate, & si authoritate curatoris talis confessio facta sit, nam si absque curatoris authoritate fieret, non esset opus restitutiõe, sed nulla est, prout vtrunque probat tex. in l. 1. titul. 13. par. 3. & in l. fina. titul. 25. part. 3. adeo vt etsi talis confessio per minorem curatoris au toritate facta iurata sit, contra eam minor restituatur, secundum Auenda. Responsi 4. nume. 6. & 7. etsi contrarium voluerit Dominus don Ant. in l. error. nume. 30. C. de iuris & fact. ignoran. Neque obstat l. 4. titul. 19. part. 6. quæ contraria videbatur dictis legibus Partitarum, nam ei respondet Ant. Gomez tomo. 3. cap. 1. nu. 66. & Grego. Lopus in l. 4. prædicta, scilicet, vel quòd illa lex loquatur quando minor perseuerat in confessione illa, vel speciale sit in adulterio, prout illa lex loquitur secundum don Ant. vbi supra vel melius prout ipse considero, scilicet, quòd lex illa. 4. neque in confessione excludat restitutionem, etiam si super adulterio facta sit confessio illa per minorem, nam licet probet, confessionẽ talem super adulterio à minori viginti quinque annorum factam ipsi minori nocere, non est ex hoc censendum restitutionem aduersus damnum ex confessione illa resultans minori denegandam esse, sed potius concedendam, imo ex eo, quòd nocet talis confessio, restitutio concedenda est, vt tantum adferat restitutio, quantum abstulit læsio, vt in simili dicit glo. in Authen. de hæred. & falcid. §. pupillis. nunquam enim restitutio minori censetur adempta, nisi expressè per legem adimatur secundũ Boerium decisio. 140. nume. 3. & Guido. Papæ decisio. 257. nume. 2. & hoc expressè probatur ex eadem. l. 4. dum in secundo casu quando confessio facta est à tali minore absque curatoris authoritate, inquit text. ibi, nullam esse talem confessionem, neque opus esse restitutione, ergo in primo casu quando curatoris autoritate facta fuit, fateri videtur legislator, necessariam esse restitutionem, ergo non excludit eam text. ille, & sic est verus eius intellectus in eo videri, & sic non obstat supradictis legibus probantibus minorem viginti quinque annorum restitui aduersus confessionem per eum cum curatoris au thoritate factam, & sic Grego. Lop. in eadem. l. 4. voluit eam intelligere, & antequam ipsum viderẽ, sic intellexi, eodẽque modo satis fieri potest. l. 4. ff. de confess. vel intelliges eam ex dictis per Ant. Gomez tom. cap. 3. cap. 13. nu. 33. in fine. & sic teneo probata minoris ætate & damno ex

nu ex confessione illa resultante minori ipsi confitenti cum authoritate curatoris restitutionem concedendam aduersus confessionem illam etiam iuratam, sed si de delicto solum per confessionem minoris constaret, nulla alia probatione existen-
85 te, non est necesse damnum probaret, quia satis constat, se confessione sua damnificasse, cum nulla alia adsit probatio secundum Angel. relatum & exaltatum in hoc per Alexan. in loco relato per Grego. Lopez in. dict. l. 4. titul. 19. part. 6. & las(?)sibi nim postea § si minor. nume. 7. ff. de iure iuran. & Ant. Gom. tom. 3. cap. 1. nu. 66. post princip. & plures idem sequentes refert Illustris admodum don Ant. Menes. vbi supra nume. 29. & 30. ita quòd secundum eum ibi, non est qui illud non sequatur, secundum quem non semel obtinui in practica, & liberaui minorem pro delicto graui accusatum, quidquid Ant. Gomez vbi supra velit, & male sustinere cõtrarium, & quidquid Hippolyt. consil. 9. num. 18. velit dicere, in atrocioribus minorem non restitui aduersus confessionem, nam equidem minor talis, si reus est, restituitur contra cõfessionem suam, ex qua damnificatus est, probato damno & minori ætate, vt dictum est, licet si ipse minor accusaret, & aliquid in fauorem rei accusati confiteretur cum authoritate curatoris nõ restitueretur, vt optimè inquit glo. in d. l. 4. titul. 19. part. 6. & Felin. in c. 3 fraternitatis num. 6. in fine versi. fallit. 3. de testib. si verò minor hic, vt vides, aduersus propriam restituitur confessionẽ, cur & non aduersus fictam restituetur? & certè est maxima difficultas hæc, nisi dicamus, ideo aduersus fictam non restitui, tum quia per text. hic, & per text. in l. 4. titul. 4. supra isto lib. censetur exclusa, & agamus circa ea, quæ ad rigorem iuris conseruandum inducta sunt, tum & quia licet minor hic non restituatur aduersus fictã confessionem, remanent ei alia remedia, quibus vti possit, aduersus illam, vt in hoc titulo diximus, & cum alia remedia ordinaria habeat nimirum, si cesset extraordinarium remedium restitutionis in hoc casu, aduersus tamen propriam & veram confessionem non videtur dari aliud remedium, & ideo nimirũ si tunc restitutio locum habeat, & nisi ita respondeamus maximè dicta de vera confessione obstarent doctrinæ Bart. restitutionem minori negantis aduersus fictam confessionem. Etiam contumax in non respondendo positionibus debeat quoad
86 alia [illegible] citari, dic quòd sic, vt late [illegible] Andr. in cap. 2. de confess. in 6. in glo. fina. & an hæc confessio ficta
87 transeat in hæredem? vltra alibi dicta vide per Quemada in quæstionibus fiscalibus coram iud. sanct. inquisit. [illegible] quæst. 8. vbi inquit, quòd non, neque contracerium. Vlterius notandum est secundum Alciat. in tracta. Præsumpt. in argumentis 2. part. & est in capit. 2. nu. 5. pag. 86. in partis, quòd sicut contra præsum-
88 ptionem iuris & de iure admittitur probatio per veram confessionem partis, ita & per fictam, quæ notanda sunt, quia singularia. [illegible] ibi, [Do el actor, o del reo,] Vterq; enim
89 tam actor positionibus rei, quàm reus positionibus actoris iurare, & declarare tenetur, vt in [illegible] text. in l. 2. in princi. C. de iure iurand. propter calum. dand. & text. in l. 23. in fin. titul. 11. part. 3. nam à pari procedunt, vt in c. non licet. de regu. iur. in 6. adeò quod idem in vno quod in alio dispositum esse censetur. Ex quo ampliatur dispositio text. in cap. fin. de confessi. in 6. tractantis de reo monitionem facientis secundum glo. verb. reus, ibi, illam, probatur que ex text. in cap. Quidam. el secundo. in modo. de electione. & cap. 1. de litis contest.
90 Quid tamen si actor, & reus faciunt positiones, quis prius respondere debeat, tradit optimè Dominic. in d. c. fin. nu. 3. de confess. in 6. & Iacob. de Are. in tracta. positionum num. 7. volumi. 4. tractat. diuers. doctor. [illegible] ibi, [Y so las otras penas,] vltra pœnã enim confessi propter iudices contemptum poni solent nolens respondere positionibus, vbi respondes, sed non prout debet, 8
quia paria hæc sunt, non cõ[illegible] inquit [illegible] l. 6. is videtur. num. 9. ff. si quis cau[illegible] non obtempe. & Alexa. ibi, nu. [illegible] simili Cass. in consuetu. Burgund. rubrica. 1. § 17. num. 1. qui est omnino videndus secundum Didacum Perez. vos allegan-

gantem & sequentem in l. prima titulo quarto. libro tertio. ordinamen. colum. 933. in princip.

Ibi, [Y que no pueda responder, niego la como en ella se contiene.] Ex his verbis habemus iam determinatam quæstionem illam, de qua latè per Doct. in. l. 1. §. si stipulanti ff. de verbor. obliga. & approbatam opinionem Bart. ibidem. nu. 2. asse
91 rentis, quòd licet positio contineat † partem quandam falsam, aliam vero partem veram, quòd tenetur ille, cui ponitur respondere ad partem veram confitendo eam, & ad partem falsam negando, neque potest dicere nego eam in totum, prout narratur, cuius opinionem asserunt magis communem Alex. Ias. Vincent. & omnes alij in. d. §. si stipulanti. & asserit etiam communem Dominus Couar. libr. 1. Variar. cap. 2. nu. 5. & magis communem inquit esse Alciat. in. d. §. si stipulanti. num. 37. versic. subsequenter. quem refert Didac. Perez in. l. 1. titul. 4. libr. 3. ordin. col. 916. in medio. licet contrarium tenuerit glo. in. c. 2. de confess. in. 6. & in. c. præsentium. §. præterea. verb. sigillarim. de testibus in 6. & licet eas sequantur plures relati per Alex. & Ias. vbi supra, & licet cum eis veriorem dicat Alciat. nu. 48. vbi supra, de quo & per Felin. in. c. nam concupiscentiam. col. fin. de constitut. & in praxi seruari asserat Abb. in. c. 1. de plus petit. secundum Couar. vbi supra, opinio tamē Barto. tenenda est, quæ quidem per text. nostrum expressè approbatur, vt vides, scilicet, quòd positio partim vera, & partim falsa non potest in totum negari, dicendo nego narrata, prout narrantur, sed debet in partè vera confiteri, & in falsa negari, & in praxi seruari contra Abb. asserit Rebuff. in. 1. tom. constitut. Franciæ, in Procem. gloss. quinta. num. 35. Ex quibus deducitur singulariter, quòd si reus, à quo petitur plus debito, totam petitio-
92 nem simpliciter neget †, & si actor non offerat se parte debiti fore contentum, debet in expensis reus condemnari, vtpote quia debuit partem verè debitam offerre, & quia non obtulit, in illa constituitur in mora per actoris petitionem licet plus debito petentem, ideòque condemnatur in expensis, quod tenet Bartol. in. d. l. si quis cum totum. ff. de exceptio. rei iudi. idem Bart. in. d. §. si stipulanti nu. 12. cuius doctrinam ibi Ias. nu. 11. valde notabilē reddit, & pro ea in argumentum facit. text. noster, & sequitur etiam Bart. Rebuff. 1. tom. constitut. Franc. in Procem. gloss. 5. nu. 53. Contrarium tamen in hoc casu videtur tenere Bart. in l. qui solidū. per tex. ibi. ff. de leg. 2. imo quòd non condemnetur reus tunc in expensis, si actor plus debito ab eo petat, & non offerat se debita parte contentum, & ideo Doctores supra dicti in. d. §. si stipulanti maximè Alexan. nu. 8. Ias. nu. 11. Alciat. 58. & Abb. ca. 1. nu. 15. de plus petit. has concordant Bartol. doctrinas, hoc scilicet modo, ꝙ prima opinio procedat, cum actor plus debito petens protestatur in petitione ipsa se debita parte contentum, reusque non offerat se præsto esse partem debitam soluturum, imo simpliciter petitionem actoris negat, tunc enim debet reus in expensis condemnari, secunda vero procedat, cùm actor nihil dicit, neque protestatur, & reus offert partem debitam, & iste est
93 communis † intellectus. d. l. qui solidum. vbi sic loquitur Barto. quem intellectum communem esse asserunt relati per Dominum Couarr. vbi supra. numer. quinto. & sic doctrina illa Bartol. in dict. l. qui solidum. Potius est declaratio alterius doctrinæ eiusdem Bartol. in dict. § si stipulanti, quàm contrarietas, licet aliqui contrarium sentiant & malè, & sic concluditur ex eius doctrinis singularibus, & approbatis, quòd si actor petens plus debito non offerat se contentum parte verè debita, nullo modo debet reus in expensis condemnari, si tamen ipse actor offerat se debita parte contentum, reus verò petitionem simpliciter neget, debet reus in expensis condemnari, sed si actor petens plus debito offerat se parte debita contentum, & reus ipse etiam offerat se velle soluere partem verè debitam, tunc vnæ expensæ cum alijs compensabuntur, & reus soluet, quas fecit, & actor suas, & hic tertius casus non constituitur à Bartolo, verum tamen esse iudico, & rationi consonum, & eum voluit assignare gloss. Gregorij in. l. quadragesimatertia. titul. secūdo. part. tertia.

P Dum

Dum ibi nulla mentio de oblatione sit, quando quidē neque ex parte actoris, neque rei culpa dari posit, ex quibus inquit Didac. Perez in l. 21. tit. 14. lib. 2. ord. colum. 568. q si petis executionem contra aliquem pro aliqua summa, & quantitate, esque dubius quota pars eius tibi debeatur, petas executionem cum protestatio-
94 † ne, quòd si apparuerit aliquid illius summæ tibi solutum, quòd paratus es in pagamento recipere, tunc enim non condemnaberis in decima illius, quod plus petisti, quàm deberetur. Sicque venit declaranda & intelligenda
95 † ex his. l. 43. tit. 2. par. 3. probans, quòd si actor petit plus debito, in liquido tantū, & probato debet condemnari reus, & si propterea, quòd plus actor petijt, reus ipse fecit aliquas expensas, debet actor in illis cōdemnari, legem hanc intelligerem procedere, ne corrigat communem illam Bart. opinionem quotiescunque ipse actor petit plus debito, neque offert se contentum parte verè debita, tunc enim mirum non est, si actor ipse condemnetur in expensis illis, & tunc secundum quòd inquit super illa l. 43. gloss. fina. ex doctrina Ant. de Butr. expensæ illæ rei compensabuntur cum expensis ab actore factis, quasi vterque sit in culpa, & actor in non protestando, se debita parte contentum, & reus non offerendo partem verè debitam, prout supra in tertio casu diximus. Si tamen actor peteret plus debito absque protestatione illa, reus verò respondeat, offerendo partem verè debitam, actor tamen illud nō acceptet, sed prosequatur, totum petendo, tunc licet actor probet aliquid ex petitis debitum, condemnabitur in expēsis, quas reus propter plus petitum fecit, neque admittetur tunc dicta compensatio, cum actor sit in culpa, plus petendo, quàm deberetur, neque se parte debita contentando, reusque ipse expēsas illas non fecisset, si actor parte debita contentaretur, & acceptaret pro parte sua oblationē à reo factam partis verè debitæ, & sic illa lex partitæ declaranda est, & intelligenda vltra omnes, ne corrigat communem illam opinionem, etsi Dominus Couar. vbi supra. aliud velit. Ex quibus infero, quòd si peto dam-
96 num † ab aliquo mihi datum, & pro eo peto centum salua iudiciali taxatione iudicis, reusque neget simpliciter petita, si probetur damnum, licet non probetur esse tantum, quantum petitum fuit, debet reus in expensis condemnari, quia fuit in culpa, quandoquidem simpliciter totum negauit, neque obtulit ex parte sua id, quod pro damno verè deberetur, quod est optimum in practica. Fateor tamen quòd si scienter actor plus debito petijsset, & hoc constaret ex processu, quamuis reus non obtulisset partem verè debitam, condemnarem actorem in expensis, quas propter hanc causam appareret, reum fecisse, neque dictam compensationem admitterem argumento eius, quod tradit Corras. relatus per Didacum Perez in dict. colum. 916. quia ex malitia actoris non debet reus molestari, à quo quidem si pars verè debita peteretur, fortasis absque lite eam soluisset, neque expensas fecisset in liquidando tot non esse debita, quot petuntur. Et pro complemēto huius glo. notandum est, supradicta in princip. huius glos. tum demum locum habere, quoties positio continet aliquid falsum in quantitate summæ vel parte rei petitæ, quia si in qualitate, totum potest negari, secundum Bartolum in dicto. §. si stipulanti in fine. vbi eius additio. litera. c. communem dicit, & Gallia[?]ul. ibi. colum. fina. & tradit Felin. in dict. capit. nam concupiscentiam in finalibus verbis. de constitutio. Posset tamen ex text. nostro attentari contra supradicta, scilicet, quòd cum ex text. nostro non liceat positionem negare, prout in ea continetur, sed omnino debet, quod verum est expositione, fateri, & falsum negari, quamuis actor non diceret se debita parte contentum, etsi plus debito peteret, reus si partem verè debitam non offerat, in expensis condemnetur, prout in terminis vult Rebuffus dict. primo tomo. constit. Franciæ in Proœm. gloss. quinta numero. 53. & Couarruuias vbi supra, versiculo ad textum, Sic dicens apud Gallos seruari, licet hoc non vsquequaque pro vero affirmo, cum non sit censendum legem nostram corrigere dictum Bartoli. d. §. si stipulanti. & in dict. l. si quis cum totum, cum circa illud text. noster non loquatur,

tur, neque ab eo assumendum argumentum ad correctionem inducendam.

Ibi, [Por qualquier,] faciunt verba hæc pro ijs, quæ diximus supra eodem in gloss. en todas aquellas in l. prima istius titul. & probat idem gloss. in cap. primo. de confess. idemque in Francia statutum videmus vt patet ex Rebuff. in 3. tomo. constitu. Franc. titul. de responsio per credit vel non credit. artic. primo. num. 11. nihil enim actum esse credimus, quando aliquid superest agendum. l. penult. C. de ijs, quibus vt indign.

Ibi, [Y no aya appellacion;] idem in patria sua asserit statutum per ritum curiæ Marant. in l. si actor. ff. de procuratoribus numer. 69. pagi. 901. ad finem suæ practicæ, & Rebuffus in primo tom. constitution. Franciæ, titul. de sententijs prouisionalibus in præfatione. num. 129.

Ibi, [Ni otro remedio, ni recurso alguno;] Per geminationem, & generalitatem horum verborum deduci potest, quod licet per verba generalia specialia re-
97 media † maximè restitutionis non censentur sublata ex communi doctrina gloss. in l. prima. C. de Silentia. libr. 10. & ex dictis per Boerium decisio. 140. numer. tertio His tamen verbis attentis in casu nostri text. omne remedium etiam restitutionis exclusum censetur tum propter geminationem horum verborum (ni otro remedio, ni recurso alguno) tum quia verba hæc apposita sunt post exclusam appellationem, ac supplicationem, & sunt prægnantia verba hæc, sicut etsi minor iuret contractum, & iuramento expressè promiserit, se non acturum contra contractum nec ratione minoris ætatis, ne-
98 que alia quacunque causa †, tunc neque ratione minoris ætatis neque ex remedio l. secundæ C. de rescind. vend. poterit vti, secundum glossam dict. l. secunda. C. de rescind. vendit. & notat Dominus Couar. in cap. quanuis pactum. 2. parte. §. quarto. numer. sexto. fol. 125. & gloss. secha in l. 16. titul. vndecimo. parti. tertia. & Anto. Gomez tom. secundo. capit. secundo. numer. 25. & Pinel. in dicta l. secunda. C. de rescind. ven. 3. part. fol. 127. numer. nono. & optimè Tellus Fernand. in l. 17. Taur. numer. 109. cum sequentibus. Licet si tantum iuraret, non venire contra contractum ratione minoris ætatis possit ex remedio l. 2. C. de rescind. vend. agere secundum supradictos, & gloss. la mayor. in l. 56. titul. 5. part. 5. ergo licet eodem modo si tantum expelleretur omne remedium, non censeretur exclusa restitutio, tamen si non solum excluditur appellatio, & supplicatio, sed & omne aliud remedium, & recursus, prægnans hæc exclusio remedium etiam restitutionis videtur excludere, essetque hæc maxima limitatio ad gloss. in l. postquam liti. C. de pact. si vera esset, & quoad propositum nostri text. veram esse credo ex ijs, quæ diximus in gloss. sincar confesso. supra istam l. & ex hac consideratione, quæ plurimum coadiuuat ibidem dicta.

Ibi, [Si fuere el actor.] Propter periurium enim iustè imponenda est actori,
99 † & reo pœna, licet lex ciuilis satis contenta erat, quod Deum vltorem habuissent reus, vel actor in iuramento calumniæ sepè iurantes, vt patet ex l. secunda C. de iure iurando. & in l. 156. Styli, tradit Marant. in practic. titul. de position. num. 17. pagin. 441. in paruis, quasi tunc periurus non sit secundum eundem in ead. practic. titul. de interrogat. nume. 9. pag. 405. & tradit Suarez in titul. de las juras. numer. 17. pag. mihi. 424. quem allegauit Auendan. capit. 27. prætor. nume. 17. versic. quæ dicta. libr. secundo. qui licet in criminalibus id velit intelligere, lex illa 2. & Doctores supradicti in ciuilibus etiam loquûtur, vt ex eisdem patet, & inter iura illa in iuramento calumniæ loquens secundum quod inquit Dominus Couar. in capit. quanuis pactum. prima parte. §. septimo. numer. septimo. fol. 51. contentus fit sola Dei vltione, tamen si periurium à iuramento calumniæ procedens per ipsius iurantis confessionem, aut per euidentem probationem constaret, iurantem ipsum se periurasse, & calũnia vsum fuisse, certè etiam in hoc seculo vltra Dei vltionem puniretur pœna nostri text. in foro seculari, & in foro canonico pœna text. in cap. fina. de iureiuran. in 6 prout optimè asserit Dominus Couar. vbi supra. & eo relato Burgos de Paz, consi. septimo. numer. 18. libr. primo. Quasi tunc

dolus ex parte iurantis adesse videatur,
quo dolo mediante periurium punitur,
100 quod absq; dolo † non puniretur, prout
communem testatur Iaso. in l. videamus.
in principio. numero. 71. fol. 127. ff. de iu
reiurando. & Syluester in summa verb.
periurium. & cum per confessionem iu-
rantis, vel per euidentem probationem
constet de periurio hoc, putà quia in fa-
cto proprio, & recenti, notorioque iura-
uit falsum, dolum ibidem deesse non vi-
detur, qui quidem dolus & per coniectu
ras probatur, vt in l. dolum. C. de dolo.
vbi Bart. & Doct. & Bart. in l. quod Ner-
ua. ff. de posit. ideo nimirum si talis periu-
rus incurrat non solum Dei vltionem, ve
rùm etiam pœnam nostri text. in foro se-
culari pateretur, & in ecclesiastico pœnã
d. cap. fin. de iure iuran. in. 6. Si tamen de
periurio non ita patenter constaret, tunc
satis esse Dei vltionem, quasi tunc dolus
deficiat, qui alteris pœnis imponendis lo-
cum aperit, prout loquitur. d. l. 2. C. de iu
reiuran. quam sic voluit intelligere Do-
minus Couar. vbi supra, & simpliciter tra
dit Auendà. cap. 27. Prætor. nu. 16. & 17.
lib. 2. probaturque intellectus hic ex tex.
nostro ibi, conuencido claramente del
perjurio por los autos del processo, de
manera que parezca que a sabiẽdas se per
jurò. Et sic si se periurauerit, tunc Dei vl-
tione lex contentatur, si ex processu de
periurio clarè non constiterit, quòd si cõ
stiterit, vltra Dei vltionem pœnis, de qui-
bus in præsentiarum, puniatur, licet nun-
quam vidi practicari, fortassis quia partes,
quibus incumbit hoc petere, non petunt,
iudexque nolit impertiri officium suum
non petitum ad priuatam vtilitatẽ, cum
ad id de iure non teneatur præcisè, pro-
101 nuntiatioque iudicis † ad incursum pœ-
narum nostri text. requiratur, secundum
Didac. Perez in l. 1. titul. 4. libr. 3. ordina.
colum. 924. versi. dubitatur præterea, ex
Barto. in l. eius, qui delatorem. num. 2. ff.
de iure fisci. & Hippol. consil. 52. nu. 20.
& 21. & Lanfranc. in c. quoniam contra.
titul. de respons. nu. 4. de probat. quòd si
petitum esset, omnino deberet imperti-
ri, & dispositio nostri text. secundũ quod
supradictum est seruari, etsi nõ ignorem
Matienço in dialog. relat. asseruisse, apud
suprema tribunalia pœnam nostri text.
amissionis actionis non seruari, sicut ne-
que pœnam confessi, prout ibidem asse-
rit ipse Matienço in dialogo dicto. 3. par-
te, capit. 44. in fine. inquit tamen Marant.
dict. titul. de position. num. 18. pag. 441.
quòd potest tunc iudex facere præceptũ
102 † principali volenti se examinare vt ve-
rum dicat sub certa pœna, quo casu auto-
ritate præcepti posset illum punire, si fal-
sum dixisset secundum Bartolum in l. ius
alimentorum. ff. vbi Pupillus educari de-
beat. Ex quibus licet communis intelle-
103 ctus † d. l. 2. C. de iure iurand. sit, quòd
ideo ibi sola Dei vltione lex contentatur
pro partis periurio in iuramento calum-
niæ adhibito, quia periurium illud non re
dundabat in iniuriam, & damnum proxi-
mi, prout ibi inquit gloss. & scribentes, &
communem intellectum testatur Didac.
Perez in l. 1. titul. 4. libr. 3. ordinam. col.
919. tamen si in damnum, & iniuriã pro-
ximi redundaret, tũc vltra Dei vltionem
esset locus pœnis nostri text. in seculari
foro, & in ecclesiastico pœnis. d. cap. fin.
de iure iuran. in. 6. & hoc dummodo cla-
rè per acta processus constet de periurio,
vt supra dictum est, secus verò si non cla-
rè, quia tunc etsi in damnum proximi re-
dundaret periurium hoc circa iuramen-
tum calumniæ adhibitum, non punietur
iste talis pœnis nostri text. sed solũ Deum
vltorem haberet, & sic venit declarandus
communis ille intellectus. d. l. secũdę. etsi
104 in foro † conscientiæ iste talis, siue per-
iurium clarè constet, siue non, non excu
saretur à dãno, & iniuria ex ijs proximo
illi illatis secundum Nauarrum in Ma-
nuali capit. nouo. 28. in additione ad cap.
18. numer. 48. fol. 37. pagin. prima ideo
nullus periurium incurrat in declaratio-
ne calumniæ, magis enim Deus timen-
dus est, quàm bonorum omnium, & vi-
tæ naturalis amissio, nisi in casu, in quo de
iure liceret veritatem tacere, & per hæc
lex ista satis declarata remanet, vno pun-
cto scilicet, quòd actor notoriè se periu-
rans amittit actionem, reus vero pro con
fesso tantum in illa positione habetur,
secundum Burgos de Paz, consil.
septimo. numero. 24. & 25.
ex text. nostro.

LEX. III.

SVMMARIVM LEGIS.

Actori, vel reo petenti prouisionem, vt qui absens eorum fuerit, iuret, & declaret positionibus, cōcedenda est talis commissio, & receptoria cum termino competenti, & cum comminatione pœnarum legis præcedentis, sed si potius probationes partes facere voluerint, danda est illis receptoria ad hoc.

IBi, [Donde la parte estuuiere absente,] Hic habes text. expressum probantē, q̄
1 pars absens debet r̄ndere positionib' sub
pœna cōfessi, si per iudicē causæ ei iubeat,
vt r̄ndeat, ex quo videt̄ fundari dictū Domi. & Alex. in. l. 1. hui' tit. in gl. si el juez. in. 5. requisito, relatū, dicentiū q̄ si mittit̄ ad domū alicuius, vt r̄ndeat positionibus sub pœna cōfessi, si nō r̄ndet, habet̄ pro tali, quod fundat̄, & amplificat̄ ex text. n̄ro etsi domus illius debētis iurare, nō existat in loco iudicij, sed extra, cōfunditurq; ex his opin. gl. iusstus. in. c. 2. de confess. in. 6. asserētis absentē nullo modo posse p̄ confesso declarari fundādo se ex tex. ibidem, qui tex. etsi de præsenti loquatur in absente etiam intelligi potest secundum text. nostrum in præsentiar ū, cum non debeat esse melioris cōditionis absens quàm præsens, etsi absens ille nō per cōtumaciam se absentaret à loco iudicij, cū mittere teneatur p̄curatorē instructū, & informatū secundū l. præcedentē. & tex. in. c. 2. de cōfess. in. 6. & ita tenui in dict. §. 5. requisito.

Ibi, [Pero si quisierē mas,] Non aduersatur versiculus hic præcedētibus, quin si pars aliqua voluerit, & petierit insimul sibi prouideri de prouisione, vt pars absens iuret, & declaret positionibus, & de receptoria ad probationes faciendas, non possit vtrunque petere, nam poterit quidem, sed loquitur text. noster, vt si pars tantum vti voluerit receptoria ad probationes faciendas, eam solam petere poterit.

LEX. IIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Responsiones per partes factæ positionibus eis oppositis ad iudiciū, & coram iudice afferantur, & vnicuiq; parti detur earū copia, etsi non petatur, vt & per partes, & earum aduocatos super confessatis positionibus interrogatoria, neq; articuli fiant sub pœna triū mille quadrantū stratis consilij, aut cancellariæ applicādorū.

IBi, [Sin q̄ aya necessidad de pedirla.] Hic est vnus casus, vbi iudex tenetur
1 impertiri officiū suū etiā nō petitū ad vtilitatē priuatā licet regulariter non teneat̄ nisi petat̄, vt per Doct. maximè per Ripā in. l. 4. §. hoc aūt iudiciū. ff. de dā. infect. & in. l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. nimirūq; est hoc in casu nostri tex. cū ex eius dispositione lites breuiores redderentur, publicèq; intersit, lites abbreuiari, vt p̄ Rebuf. in. l. vnica. C. de sen. quę p̄ eo q̄d interest. 1. notabil. nu. 1. & sequenti. & cum publi
2 cè intersit, vbi vertitur publica † vtilitas, iudex tenetur impartiri officium suum etiam non petitum secundum Ripam vbi supra, & sic in nostro text. absque petitione eius dispositionem tenetur iudex seruare, & adimplere.

LEX. V.

SVMMARIVM LEGIS.

Non sunt facienda iuramenta in locis in nostra. l. declaratis, & prohibitis fieri sub eius pœna.

IBi, [No se haga,] Licet enim de iure ciuili iuramentum præstandū erat mo
1 do & format̄ consuetis vt per totum titulum. ff. & C. de iureiur. ex partiumq; consensu

sensu, & voluntate iurari poterat in quali bet ecclesia, pio loco, vel oratorio ex l. generaliter. §. fin. C. de reb. cred. & l. 19. iuncta l. 1. titul. 11. part. 3. imo ex text. ibi secundum gl. ibidem ita notantem in gl. 1. tactis manibus iurandum erat, hodie tamen ex iure canonico neq; iurare necesse est tactis manibus prout asserit gl. in d. l. 19. neque ex text. nostro iurari potest in aliquo ex locis in text. nostro declaratis, quasi quodammodo tentare Deum partes videantur, si iuramenta fecissent contra legis nostrae dispositionem, si iuramento adhibito miraculum non fiat, purgare se à peritis & impositis putando, è contra verò si fieret miraculum, reos se se esse iudicando, sicut neque licet purgationem vulgari vti, quae candenti ferro fiebat, de qua per Dominum Couar. libr. 4. Variar. cap. 23. traditque ad text. nostrum rationem hanc Ant. Gom. in praesenti optimè haec considerans, qui etiam asserit ad nostrum text. quemlibet de populo accusare de ijs
2 posse †, quasi haec cum offensa Dei esset, publicum iudicium dicendum sit, & ante eum tetigit etiam Cifuent. hic, & quia cũ poena fisco applicanda veniat ex text. nostro, publicum delictum iudicatur, si contra eius fiat dispositionem secundũ Bart. in rubr. de popul. act. ff. & l. 1. in fine principij. ff. de iure fisci. quidquid dicat Bald. in rubr. C. qui accus. non poss. Imo & quod plus est, ipsemet iudex ex officio posset procedere ad poenae huius executionem contra illos, qui dispositioni nostri text. contrauenirent, omne enim illud, quod continet in se malum, & iniquum exemplum in Republica potest, & debet per iudicem puniri secundum Ant. Gom. tom. 3. cap. 3. nu. 33. in fine.

Ibi, [Al que jurare y al juez que lo mãdare, y al que lo pidiere y demandare,] In propositum horum verborum & nostri text. dubitatur nouissimè vltra omnes, num quilibet horum soluet tota illa decẽ mille, an vna tantum diuidendo ea inter eos per tertias partes, ita quòd qui iurat, & iudex iubens iurare, & actor petens quod iuret, omnes isti tres per tertias partes soluent haec decem mille nostri text, an quilibet eorũ debet soluere integra decem mille, & prima facie videtur dicendum, quod quilibet eorũ teneatur integra decem millia soluere, eo quòd quoties de publica vindicta tractatur, facta vnius familiae
3 vt plura † reputantur, ideoq; quilibet tenetur ex facto suo, tex. est vbi Bar. & omnes notant. in l. si familia. ff. de iurisd. omnium iudi. hic tamen vt dixi supra proxima gl. de publica tractatur vindicta, ergo quilibet ex facto suo tenebitur, & consequenter integra decem soluet pro parte sua, lexque nostra cum Dei offensam vitet, fauorabilis, & non odiosa iudicanda est, nam & ex ea publica resultat vtilitas, ideo fauorabilis iudicatur, secũdum Hippoly. in pract. §. aggredior. nu. 63. & ideo amplianda, & non restringẽda est, etsi poenalis est, vt per eundem Hippoly. ibidem nu. 64. Item quia delictum hoc contra legis nostrae dispositionem perpetratũ est innominatum, quia nomen specificum non habet, ergò plura delicta esse, censendum est, & sic plures poenae ex dictis per Ias. in d. l. si familia. nume. 2. & 3. Item & quia diuersimodè personę istę delinquũt, iudex scilicet iubendo, actor petendo, & reus iurando, ergo vnusquisq; suam integram poenam pati debet, vt inquit Paul. in d. l. si familia. Item & quia quoties plu-
4 res delinquentes † non sunt officiales publici, si omnes aequaliter delinquunt, omnes aequaliter punientur ex l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. & ex alijs pluribus iuribus allegatis per Hippolytum in l. si in rixa. numer. 9. ff. ad legem Cornel. de Sicarijs. Isti tamen omnes nõ sunt officiales publici, sed tantum iudex, omnesq; aequaliter delinquunt, ergo aequaliter debent puniri, & sic vnusquisque tenetur ad integra decem. Haec tamen licet ita se habeant, contrarium credo tenendum, imo quòd integra haec decem mille non soluet vnusquisque horum trium, sed inter eos aequaliter per tertias partes diuidentur ex sequentibus. Primò quia cum text. hic loquatur per copulatiuam, & de cu-
5 ius natura est, quòd si ponatur † inter personas, diuidit effectum dispositionis inter eas aequaliter, text. est in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. text. in l. si mihi, & Titio. ff. de verborum obligationib. & alia plurima, quae allegat Anto. Gomez tom. primo. cap. 10. num. 25. & 26.

& 26. necessariò per tertias partes hæc de
cem mille diuidenda sunt inter iurantem,
& petentem, & iubentem iurari, nam co-
6 pula, & inter plures † posita, facit teneri
pro virilibus secundum Bal. in Authen. si
quando. 1. notab. C. de constitut. pecun.
Neque his obstabit dictum illud Bart. in
l. vt vim. num. 5. ff. de iustitia & iur. dicen
tis, quòd in dispositionibus legalibus co-
pula non habet vim suam, sed est punctus
orationis separatæ, nam hoc est contra di
cta iura, & sic contra Bartol. tenet Iaso in
l. 1. in princ. num. 2. in fin. ff. de iustitia &
iure. Item & secundo, quia licèt tot sint
legata, quot sunt corpora in dispositione,
relicta vt in l. 2. ff. de legat. 2. & argumẽt.
l. sciendum. ff. de verborum obligatio. &
sic in præsentiarum tot sint delicta, quot
sunt personæ delinquentes, & sic tot sint
personæ, hæc tamen vera sunt, quoties
tendunt ad diuersos effectus, secus si ad
vnum tantũ effectum tendat, vt hic, quia
tunc non plura legata dicẽtur, sed vnũ in
dotatum, neque plures delinquẽtes, prout
est tex. in l. si hæredi plures. ff. de condit.
institut. notat Bart. in l. 1. in fine. ff. de iis,
qui notant. infam. Angelus, Bauerius, &
Iasan additio. ad Porcium in. § penult. In
stit. de hæred. instituen. Sicque consiliũ plu
7 rium circa idem, † vnum censetur consi-
lium ex text. & ibi Barto. in d. l. si familia.
ff. de iurisd. omn. iudi. & mandantis & fa-
cientis vnum delictum est, & factum, tex
tus in l. nihil. § fina. ff. de adulte. tenet Bar
tolus in l. hos accusare. § secundo. num.
tertio. ff. de accusationib. vbi & num. secundo.
plus inquit, scilicet, quòd si plures
percusserint vnum diuersis percussioni-
bus & armis, vnum delictũ est, ergo vna
tantum pœna, & non plures, & sic cum
vnum delictum sit, licet publica adsit vin-
dicta, vna pœna est imponenda, non plu-
res secundum Iaso. in dict. l. si familia. nu-
me. quinto. limitat. 6. & sic cessat primum
argumentum primæ opinionis. Neque se
cundum ex Hippolyt. itidem obstabit,
quia satis equaliter puniuntur actor, reus,
& iudex hic, quandoquidem pro virili-
bus, & sic per tertias partes debent hæc
decem mille soluere, & hanc partem tan-
quam mitiorem, & veriorem tenerem, si
casus occurrisset, pro qua & faciunt dicta
per Hippolyt. in d. l. si in rixa. num. 11. &
12. ff. de Sicariis. & per Matth. Afflict. in
constitut. Siciliæ lib. 1. rubric. 11. nu. 13.
cum duobus sequent. & quando dicatur
8 vnum delictum, vel plura, tradit optimè
Bald. in d. l. si familia lectur. 2. & ibi Pau-
lus Castrensis glo. & Barto. in l. vulgaris. in
princip. ff. de furt. & in l. inficiando. §. in-
fans eodem titul. & Barto. in l. nunquam
plura. ff. de priuat. delict. tu tamen qui o-
tium habueris, latius cogitabis, cum casus
occurrerit. Vnum tamen notandum est
pro complemento huius l. & totius titu-
li, scilicet, quòd vt pœna huius l. locũ ha-
beat, nõ solum requiritur, quòd actor pe-
tat iuramentum à reo fieri contra nostri
text. dispositionẽ, & quòd iudex iubeat,
sed & requiritur, quòd reus cum effectu
iuret, & sic concursus harum trium perso
narum, nam cum text. hic copulatiuè lo-
quendo procedat, concursus copulatorũ
requiritur etiam in materia pœnali secun
dum Iaso in. l. 1. in princ. nu. 2. ff. de iustitia
9 & iure. Et quia quando copula † ponitur
inter orationes aliquid certum respicien-
tes, vtriusque copulati requiritur concur
sus secundum Iaso. vbi supra nu. 2. versi. ter
tio limita, & Felin. in c. ex parte. num. 22.
de rescript. & quæ diximus in l. 10. gl. em
plazar. titu. 1. supra isto lib. & quia delicta
confirmationem, & perfectionem requi-
runt, etiam si ipso iure pœna imponatur
secundum Didac. Perez in l. 17. titulo. 3.
libr. 1. ordin. col. 143. cum sequent. in gl.
pero que si seguiniere. quod & probatur
ex ordine literæ nostri tex. dum prius po
suit iuramentum rei, & sic perfectionem
eius denotauit, vt neque petitio actoris,
neque iussus iudicis sufficeret, vt pœna
nostri text. incurreretur, nisi cum effectu
reus ipse contra eius dispositionem iura-
ret. Et sic in hoc casu, cum omnes hi tres
actor, iudex, & reus vna tantum pœna de
cem mille morapetinorum inter eos di-
uidendorum per tertias partes teneantur;
si integra decem per vnum eorum
soluantur alii remanebunt liberati, vide
dicta per Angel. de maleficiis, in parte. &
and mar. nume. 11. cum pluribus sequen
tibus. pagin. 182. in paruis, & cum his to-
tus iste titulus satis declaratus remanet ad
Dei gloriam, & laudem.

SEQVITVR TITVLVS. VIII.

De las tachas de los Testigos y restitucion que se pide para prouar en primera instancia.

ET quia postquam actum est de litis contestatione, & sic lis est contestata, exceptionesque per reum propositæ sunt, & terminus ad probandum assignatus, & de calumnia per partes iuratum positionibus declarado, de publicatione processus, & de dictis & personis testiũ agendum est, ideo post titulos præcedẽtes de ijs tractantes subsequitur noster titulus, de testium reprobatione tractans, & de restitutione petenda per personam priuilegiatam intra quindecim dies publicationis ad probationem faciendam si necesse fuerit.

LEX. I.

SVMMARIVM LEGIS.

Quo tempore, & quando partes debent allegare, & fundare suam intentionem ex processu probatam, constare, & deficere intentionem aduersarij, & testes repellere, & intra quem terminum contra eos, & eorum dicta obycere, in præsenti declaratur.

IBi, [Hecha la publicacion,] ex his verbis terminum repellendi testes apponẽtibus colligitur correctio † l. fin. tomo. 3.
1 par. 3. probantis ꝙ si opponebatur etiam post litis contestationem de defectu alicuius testis, nõ poterat vlterius procedi, vsq; dum super illo defectu pronuntiaretur, esset necne testis ille admittendus. Hodie tamen per text. hic, quem ad hoc considerat gl. Greg. in ead. l. fin. non obstante illa oppositione defectus testis, vlterius in lite proceditur, factaq; publicatione remanet ius parti opponendi defectum illum contra testem, aliàs enim lites protraherẽtur in infinitum, & sic de iure ciuili videmus, ꝙ si reus † in causa ciuili accusat te-
2 stes actoris de falso, & actorẽ ipsum, quia eos produxit nihilominus proceditur in causa illa ciuili per terminos suos vsque ad conclusionem in causa, licet sentẽtia ferri non possit super ea, vsque dum iudicium illud criminale finiatur, & super eo pronuntietur secundum Iul. Clarum libr. 5. pract. crimin. §. fin quest. 2. nu. 4. quod in nostro regno verum intelligerem, quoties obiectiones de falso contra testes illos per reum oppositæ liquidari non possent nisi per conclusionem litis criminalis contra eos propositæ per reum, secus verò si de falsitate constaret, nam tunc non solũ super ciuili causa posset procedi vsq; ad sententiam, verùm etiam pronuntiari super ea saluo remanente iure prosequendi accusationem criminalem cõtra testes, & actorem propositam per reum: eodem etiam modo ex l. nostra dicendum est, ꝙ licet tempore productionis, & præsenta-
3 tionis † testium nihil obijciatur cõtra eorum personas, facta tamen publicatione obijci poterit, quandoquidem text. noster terminum huic proposito assignat, & ita post reperi quidem tenuisse Auendan. Responso 21. numer quinto. in principio. & Boerium decisio. 321. in fine. & ita video esse in vsu tam in foro seculari, quàm ecclesiastico, quanuis ex text. in ca. præsentium. de testibus. ante publicationem, nõ post debebant tales obiectiones contra

contra testes opponi, de quo per Abb. in cap. ex parte, num. 8. de testib. adeò vt nisi protestaretur pars tempore iuramenti testium, quod remaneret sibi ius saluum ad opponendum contra testes, non poterat post pars aliquid opponere contra eos, secundum Ferrar. in pract. titul. de forma iuramenti testium in gloss. protestante, & Rebuff. in 3. tom. constit. Franc. titulo de reprobat. testi. art. 1. glos. vna, num. 5. cũ sequentibus aliquibus, & hoc nisi daretur terminus ad publicationem faciendam, secundum Doctores, ex text. tamen nostro hæc omnia decisa remanent, vt vides, & tenet in terminis Domi. Couar. in pract. cap. 18. num. 5. post princip. & ita vtitur, & practicatur, & adeò verum est, quòd & si contra testem tempore præsentationis
4 testis obijcitur aliquid, non liquidabitur dicta obiectio, sed releuabitur ad tẽpus publicationis, prout inquit Lanfrancus in cap. quoniam contra falsam, titu. de testiũ de positione, num. 49. de probat. nisi opponatur, quod est excõmunicatus, secũdum eum ibi, vel quod est seruus, secundum quod disponit text. in l. 12. titu. 16. part. 3. sed tunc excutietur de excommunicatione, vel seruitute, antequam lis protrahatur, quod tamen non affirmo pro vera lege nostra attenta, sed adhuc ijs etiam excommunicationis, vel seruitatis obiectionibus oppositis lis non impedietur, quin vlterius progrediatur, & in termino publicationis hæc opponi poterunt, & probari obiectiones, vel in simul cum articulis principalis negotij liquidabuntur exceptiones hæ, *licet aliæ obiectiones nõ* possint liquidari cũ articulis negotij principalis, & ita expresè fieri asserit gl. in fi. in l. 11. titu. 3. partit. 3. quam post hæc reperi scripta asserta per eam, & gauisus sum eam videre, & faciunt dicta supra in l. 1. gloss. y que eneste mismo, titul. 5. supra eod libro, & sic inquit Marant. in practica, titu. de testium repulsi. num. 8. pag. 493. in paruis, quod si quis in primis articulis vellet repulsare testes, & facere suas probationes in simul cum repulsa, non posset, quia sunt articuli impertinentes tunc, vnde non admittuntur, nisi post publicationem, nisi vellet quis repulsare ex causa inimicitiæ, quia posset ante publicationem, secundum ritum magnæ curiæ, & cum ex l. nostra terminus publicandorum testium assignatus sit, vbi obiectiones contra testes opponendæ sunt, nimirum si teneri possit idem in nostro regno esse seruandum, quod per illum ritũ magnæ curiæ asserit Marant. vbi supra esse statutum, quod tamen ego non admitterem in regno nostro, in quo publicatio testiũ non est de substantialibus iudiciorum, sed obiectiones admittuntur, & probantur in simul cum articulis negotij principalis, & isto modo lites abbreuiantur, & non protrahuntur, quod an de iure veteri licitum sit, examinat optime Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 3. casu 239. nu. 1. cum sequentibus, & Rebuf. in tract. de reprobatio. testi. num. 12. dicentes id ex arbitrio iudicis pendere, nisi in casibus per eos relatis, licet si de ijs obiectionibus pars aduersa non esset certiorata ante publicationem posset & post petere se admitti ad reintegrandos testes suos repulsos per aduersarium, & opponendum contra testes sui aduersarij, si haberet, quid opponeret, ius enim suum in hoc illæsum remanere deberet, & integrum, vt in tempore eo vti possit, si vellet.

Ibi, [En qualquier de las instancias.] intelligo in qualibet instantiarum admitti testium obiectiones, illorum scilicet, testium in instantia illa, vbi repelli petitur, & obijcitur contra eos, productorũ, qui reprobari possunt, secundum Marant. in pract. titul. de repul. test. num. 13. pagine 494. in paruis, non vero intelligas, quòd *testes productos in prima instantia possis* in secunda repellere obijciendo crimina, & defectus contra eos, nam minime pote-
5 ris, vt patet ex l. 4. titul. 9. infra proxim. per quam lex nostra declaranda est, quam ad hoc allegauit Couar. in pract. cap. 18. num. 6. & Auend. cap. 5. prætor. num. 29. lib. 2. & Didac. Perez in l. 2. titu. 4. lib. 3. ord. colum. 943. in fine cum sequentibus & idem Auend. respons. 21. nume. 7. etsi Guido Pap. relatus per Did. Perez vbi supra in decis. 500. asseruerit de cõsuetudine seruari contrarium, quod fortassis verũ erit in patria ipsius Guidonis, vel quãdo obiectio contra testes in prima instantia productis, & in secunda opponenda

esset exceptio prouenien s ex corruptione testis, & sic ex falsitate, secundum Matthæ. Afflict. decis. 266. num. 4 asserentē
5 hoc vitium falsitatis † etiam in secunda instantia propositum contra testes primæ instantiæ admitti, & audiri illud proponēs prout & tenet Auend. dict. num. 7. & idē Matth. Afflict. in constit. Sicil. lib. 2. rubr. 48. num. 13. vel nisi obiectio sit talis, quæ
7 ipso iure † testem repellat, vel ex defectu naturali procedens, vt quia furiosus, vel minor, vel ex defectu ciuili, vt quia hæreticus, nā cū defectū hunc pars approbare non posset expresse, ita nec tacite posset, secundum Bald. & Feli. relatos per Auen. dict. respos. 21. nu. 4. asserendo eorum opinionem veram, & tenendam, & allegat Rebuf. vbi sup. art. 4. & est in arc. 5. vel potest etiam intelligi Guid. Pap. in aliquo ex alijs casibus per Auen. dict. respon. 21. n. 7. positis, & per Matth. Affli. vbi supra in
8 dict. rubr. 48. vel quia obiectus in prima † instantia sunt producti, & super eis non sunt testes examinati, tunc enim in secunda poterunt super eis testes examinari, & hoc est, quod inquit Guid. decis. 500. de consuetudine seruari, licet de iure secus esset, vt & eum intelligit Rebuf. in 3. tom. constitut. Franc. titul. de reprobatio. testi. gloss. vnica artic. 3. numero. 7. & per eundem Rebuff. in tractat. de reprobatio & saluatione testi. numero. 15. vbi ampliat & declarat, nunquam tamen vsque nunc vidi seruari, imputet enim sibi pars, quæ non probauit in termino, cū posset. Vel vltra eos si in ipso libello grauaminis in secunda instantia producto obijciantur re-
9 pulsæ contra testes in prima † instantia productos, quia tunc admittetur obijciēs secundum Couar. vbi supra, dict. num. 5. in fine asserentem, ita in Granatensi prætorio seruari, & in hoc Placentiæ tribunali pluries sic allegaui, & obtinui in causis decem mille morapetinorum & minoris summæ in curia senatorum, & decurionum tractatis, & expeditis in appellationis gradu, & idem esset si in prima instantia publicatio testium non fieret, ita quod non esset terminus præfixus per iudicem
10 † ad obijciendum contra testes, tūc enim in secunda instantia possent testes illi reprobari, quia pars non fuit in culpa, quandoquidem publicatio eorum non fuit facta, vel si fuit, non admissa fuit pars dum opponeret obiectus illos ad probationem illorum, secundum Auend. dict. num. 7. versic. alij vero, quæ optimè sunt limitationes ad. l. 4 infra titu. proximo probantem in secunda instantia testes productos in prima non posse reprobari. Potest etiā & alio modo limitari dicta lex vt nō procedat, quoties oppositis in secunda instantia libellis contra testes in prima instantia productos, pars contra cuius testes de
11 fectus obijciuntur, non opponit locum † non esse tūc opponendi obiectus contra testes primæ instantiæ, sed potius tacet, multa enim tolerantur, & fiunt ex partium taciturnitate, quæ quidem si opponerentur, multum operarentur, vt licet videre ex dictis per Ias. in repet. l. admonēdi, num. 14 ff. de iureiur. de quibus & alio in loco latius diximus, sicut & videmus, quod licet, quod semel approbaui amplius reprobare nō possum, id verū est si opponatur, secus alias, secundū Cæpol. optimè in. l. venditioni. nu. 2. & 19. ff. de vsucap. pro empt. alio etiā modo limitari potest dict. l. 4. vt nō procedat, quotiescūque obiectus, & defectus testium ex ipso
12 rum dicto † in processu ipso apparēt, tūc enim possent in secunda instantia allegari cū tunc omnis timor esset subornationis, & probatur id ex tex. in d. l. 4 inf. tit. prox. vbi timor subornationis testiū efficiebat, ne possent obiectus in secūda instātia cōtra testes in prima productos opponi, iste tamē timor cessat in nostro casu, quando quidē ex processu ipso cōstant, & ex ipsorum testiū dictis, ergo cessat legis dispositio, & sic limitatio hæc iuridica est, imo & quod plus est, quod etsi obiectus & defectus hi cōtra testes primæ instātiæ in secūda non opponerentur, posset iudex ex of
13 ficio suo † ex dictis defectibus testes ipsos tanquā repulsos habere, & eis fidē nō adhibere, secundū Bald. & alios relatos per Boerium decis. 321. nu. 4. & Bertach. in tracta. de episcop. dicens ita DD tenere, & voluit dominus Couar. in. c. Raynun. §. 11. nu. 3. de testam. & faciunt dicta per Rip. in. l. 4. §. hoc autem iudicium, nu. 28. ff. de damn. infect. & tenet Lanfranc. in. c. quoniam contra tit. de test. de pos. n. 48.

de

de proba. & Francis. Aretin. in cap. inqui sitionis §. tertiæ dubitationis, col. 2. in medio cum sequen. de accusat. & hoc ne aliena iactura aduersarius locupletetur, debet suppleri, secundum Paul. de Castr. in l. si vnus. §. pactus ne peteret, numer. 13. ff. de pact. & communem testatur Ant. Gom. infra allegandus, scilicet tom. 3. cap. 12. num. 21. per text. in l. quos prohibet. ff. de postul. ibi, quos prohibet prætor apud se postulare, omnimodo prohibet, etiam si aduersarius patiatur postulare. Neque obstat, si quis dixerit, quod licet notoria non indigeant probatione, indigent tamen allegatione, secundum glo. in Cle. appellanti. de appel. nam hæc regula non
14 procedit, quoties ex actis processus † notorium illud constaret, nam tunc neque allegatione indiget, ex dictis per Innocē. communiter approbatum teste Præposito de Sancto Georg. in cap. ex insinuatione, nu. 9. fol. 47. de appel. vbi nu. 10. ita tenet quod & tenet Alex. in l. 1. nu. 7. C. vt quæ desunt aduoc. & Abb. in ca. Bonæ. in 1. nu. 9. versic. 2. potest, fol. 112. de post. prælatorum & Dominus Couar. dict. §. 11. num. 5. & Felin. in cap. cum ordinem. de rescript. Philip. Franc. in cap. vt debitus de appellat, licet secundum Alexā. & Præposi. vbi supra in iudicis potestate sit, officium suum adhoc interponere, nisi in casu, quo si officium in his non interponeret, actor locupletaretur cum iactura alie
15 na, nam tunc supplere teneretur † & officium suum impartiri, secundum eos ibi, & Paul. in dict. §. pactus, numer. 13. & ibi Orosc. colum. 863. in medio, num. 56. & Feli. in dict. cap. cum ordinem, & pro hac opinione facit titulus del Aranzel de escrivanos, vbi tabellionibus ipsis iniungitur, vt testes coram eis examinandos de officio interrogent, an sint consanguinei affines, vel interesse putantes, vel subornati, etsi ad hæc tabelliones tenentur, intelligendum est fieri, vt & ipse iudex, si velit, ex officio possit testes repellere etiam parte non petente, & sic tenuit etiā Boer. consi. 15. His tamen non obstantibus reperio, quod contrariam sententiam & opinionem, imo quod etsi in processu constent testium defectus, & obiectus, si pars non opponat, iudex repellere testes hos non possit, tenēt Doctores relati per Ripam in dict. §. hoc autem iudicium, numero. 30. eò, quod si pars non opposuit, censetur illos approbare, secundum lat. in repet. l. admonendi. num. 14. & 183. ff. de iureiur. & videtur ex text. nostro opinionem hanc probari, quando quidē tex. noster terminum ad obiectus hos opponendos contra testes assignat, allegationemque partis requirit, ibi, lo diga y allegue, ergo & nisi allegetur per partem, iudex non supplebit, secundum Alexan. in dict. §. hoc autem iudicium, num. 20. & Iason in dict. §. pactus num. 43. neque obstat tex. in dict. l. quos prohibet. Pro prima opinione adductus, quia ibi non loquitur in testibus, qui quidem non dicuntur postulare, sed in ipsis partibus, & de vno ad aliud non debet sumi argumentum, maximè vbi non potest dari eadem ratio, cū testes repelli non debeant, nisi qui expresè repulsi reperiuntur ex. l. 3. ff. de testib. & si per partes non repellantur, non potest dici per iura expulsos esse, cum partis allegationem, & expulsionem iura requirere videantur, ergo non obstat etiam illud Innocen. dictum, quia procedit, cum in processu constat notorium esse, testem illū pati defectum illum, id tamen nisi per dictum ipsius non cōstat, ex cuius dicto notorium induci non potest, ergo nihil obstat huic opinioni dictum illud Innocen. Non obstat etiam, quod tabelliones tenentur testes de amicitia consanguinitate, & similibus interrogare, quia id verū est, vt partes ipsæ, si velint, possint testes consanguineos se declarantes, vel alium defectum patientes reprobare, & si nō reprobent, approbasse eos censentur, & sic iudex supplere ex officio partis defectum in non repulsando testes, non poterit, ecce ergo differētes opiniones in hoc ideo concordari possunt vno, scilicet modo, quia prima opinio procedit, cum testes illi sunt inhabiles ad testificandum culpa, vel delicto ipsorum testium, vel incapacitate eorum, vt quia infames, minoresque ætate essent, & tales, qui vt dicit Auend. respons. 21. num. 4. in fine, ipso iure repellerentur à testimonio, nam cum talem defectum partes neque expresè approbare possent, potest & tunc iudex, imo & quodam

dam modo tenetur ex officio eos repellere, & eorum dictis fidem denegare, prout & inquit Rip. in dict. §. hoc autem iudiciũ num. 66. Secunda vero opinio procedat, quoties testes sunt inhabiles principaliter fauore partis, vt quia amici, vel consanguinei, tunc enim obiectio partis requiritur, neq; iudex pōt supplere ex officio ipsius partis petitionē omissam, & hanc concordiam reperi post, inter has posuisse opiniones Aretin. in dict. §. tertiæ dubitationis. colum. 3. in fine, & Aufred. in tracta. de testium reprobat. litera. L. vers. iudex ex officio, & Anto. Gom. in. 3. tom. nu. 22. cap. 12. & Decius in cap. ex insinuatione, num. 8. de appellat. & Rebuff. in tract. de reprobat. & saluati. testi. num. 13. licet non ex toto satisfaciat, eo quod Doctores primæ opinionis loquuntur in secundo membro huius concordiæ, cum testes sunt amici, vel consanguinei, & nihilominus fatentur iudicem ex officio suo tales testes repellere posse, & sic concordia nō videtur congrua inter has opiniones, & sic eam dubiam reddit Aretin. vbi supra, & in Francia inquit Rebuf. in dict. nume. 13. nullos testes repelli nisi instet pars vel regius fiscalis siue causa sit ciuilis siue criminalis, ideo quilibet, qui iudex fuerit circa hæc aduertat, cum ipsi ex l. 3. ff. de testib. arbitrium relinquatur inspiciēdi, quāta sit testibus fides adhibenda, in casibus tamen positis per Paul in dict. §. pactus numero. 13. teneretur iudex supplere. Si tamen, vt ad nostram reuertamur materiã, & limitationem, pars repulsauerit testes defectus suos fatentes, & si in secunda instãtia defectus illos obiecerint, qui ex processu ipso constant, videtur mihi admittē dos esse, cum nulla probatio requiratur ad elucidationem horum defectuũ, quandoquidem ex ipsorum dictis constant, & sic timor subornationis, & calumniæ cesset, circa quæ tu latius suo tempore cogitabis, nollem enim nouarum opinionum inuentor iudicari, & de supradictis tractatur etiam per Bosium in pract. titul. de opposit. contra test. nume. 65. & in titul. de publicat. proces. & testium, numero. 12. in Francia tamen secundum Rebuff. 3. tom. constit. titul. de repuls. testiũ art. 3. num. 7. si reprobationes fuerint in prima instantia, possunt in secunda probari, quod contra ius est, secundum eum ibi.

Ibi, [Tacitur.] de reprobationibus, & obiectionibus, quæ possent contra testes obijci, posset hic fieri integer tractatus, sufficiet tamen remissiuè aliqua dicere, & Doctores de his tractantes allegare, quos
16 vt breuius procedamus relatos videre poteris per Didac. Perez in l. 1. titul. 4. lib. 3. ordin. colum. 936. & vltra ibidem allegatos de ijs videndus est etiam Antoni. Gom. tom. 3. cap. 12. cum pluribus sequētibus & Ioan. Bapist. de Villalobos in suo ærario mille communium opinionum litera. T. num. 97. cum pluribus sequentib. & rex. in l. 8. cum pluribus sequentib. tit. 16. part. 3. & per Boussacium in peregrino legum partic. verb. testes quæstio. 7. & per eundem Didac. Perez in rubr. tit. 11. lib. 4. ordin. colum. 1156. & per Ferrar. in pract. in forma opponendi cōtra test. post publicat. & in forma iuramenti testium in glo. protestante & Syluest. in summa. verbo. testes num. 1. vbi ponit versiculos, quibus cognosces testes repellendos, & clarius per doctissim. Symanc. de institutio. cathol. titul. 64. de testib. num. 3. cum. 4. sequentib. & melius, num. 52. cum pluribus sequentibus, & per Matth. Afflict. in constitut. Siciliæ in constitutione mores dissolutæ per totam, lib. 3. Rub. 53. & per additio. Capel. Tolos. decis. 3. & 4. & per DD. præsertim Decium in cap. insuper. 6.
17 in ordine, de testib. vbi quid in prælato † pro ecclesia, siue pro ciuitate, emptore pro venditore, solicitatore, procuratore, vel aduocato pro parte, & de pluribus alijs dicit, & loquitur optime more suo, & de
18 patre spirituali † an posit esse testis vide latè Tiraq. de minor. pœn. cap. 21. nume. 667. & de solicitatione idē traditur per. Præposit. in cap. postremo, num. 11. de appellat. & de teste inimico tradit late Ant. in dictionario. verbo. enemigo, & an solicitator causæ posit esse testis tradit Tho. Gram. decis. Neapol. 37. n. 20. testisq; de
19 ponens contra eum †, cum quo alias lis fuit, non est omni exceptione maior, secũdum Ripam respons. 155. numer. 2. & 7. fol. 115. secundum meam impresionem.
20 Et an creditor posit † esse testis in causa sui

sui debitoris tradit Gigas in tracta. de pen
sionib. quæst. 99. nume. 21. & nota, quòd
21 ille qui est solitus dicere quotidiana † mē
dacia, licet nullum lædat, non tamen ad-
mittitur in testem, vel saltim ei modica fi-
des adhibetur, secundum Abb. in cap. te-
stimonium, num. 3. in fin. de testib. & an
22 concubina † possit contra Amasium te-
stificari vide additionem Abb. in cap. in li
teris, nume. 7. de testib. & an venditor in
causa emptionis, & donator in causa do-
natarij, cedens procesionario, socius om
nium bonorum pro socio, solicitator, pro
curator, & proxeneta, legatarius, fideicō
missarius, fideiussor, vel executor testa-
menti sint legitimi testes, vide decis. 94.
Capel. Tolos. & ibi eius additio. & de so-
cio bonorum vel criminis, vide Menoch.
de arbitrarijs iudic. cent. 5. casu 474. & re
misiue de aliquibus eorum tradit Tiraq.
in præfatio. de vtroque retract. num. 26.
& Rebuff. 3. tom. titul. de reprobat. testi.
vbi art. 1. nume. 15. & sequentibus ponit
ex quibus receptio testium impugnatur,
23 & an adhærentes † appellationi possint
esse testes pro appellante vide decis. Rot.
52. in nouis de appell. fuit dubitatum &
24 an aduocatus, & procurator † pro parte
sua tradit Rip. in cap. 1. num. 11. de iudi.
& Bonif. in tract. de malef. rub. de testib.
& qui repel. num. 15. vbi num. 16. inquit
habentem similem causam ei, super qua
deponit, esse repellendum, quod & te-
nuit Hippolyt. in consil. 29. num. 27. ex
text. in cap. personas de testib. & in alijs lo
cis alia de his reperies, latissima enim est
25 hæc testium materia. & an vnus † excor-
reis debendi possit ferre testimonium pro
alio correo, vbi agitur de ea re, cuius occa
sione sunt illi insolidum obnoxij, latè tra-
ditur per Ioan. Ronchegallum in tract. de
duobus reis sub. l. reos in princip. num. 50.
& 51. pag. 723. in paruis cū sequentibus,
vbi & quid de fideiussoribus, & de proxe
neta, vide optime & resolutiue Socin. Iu
nior. consil. 29. volum. 2. num. 16. & cōs.
31. num. 18. & 19. eod. volum. & de do-
mestico & famulo vide late Rebuf. in tra
ctat. de reprobat. & salu. testi. nu. 184. vs-
que ad. 198. & num. 215. Est tamen no-
26 tandum, quod procurator † absque spe-
ciali mandato non potest obijcere crimi-
na contra testes, neque eos repellere, secū
dum text. in Clemen. 2. de procur. quem
ad hoc allegat Didac. Perez in dict. l. 1. ti-
tul. 4. lib. 3. ord. colum. 937. vers. est tamē
dubium, & Rebuff. in concord. reg. Fra.
titul. de electio. derogat. glos. speciale in
40. specili. pag. 75. in mediocri impressio
ne, vbi ponit casus, vbi speciale requiritur
mandatum, de quibus & per doctores re-
latos per Didac. Perez vbi supra, col. 938.
in princip. Vlterius notandum & aduer-
tendum est, per obijcientem crimina con
27 tra testes quod semper † protestetur, ꝙ
per obiectiones illas non intendit præiu-
dicare, neq; iniuriare testes ipsos, contra
quos illas obijcit, & sic iuramento affir-
met, vt si forte post non probauerit obie-
ctiones illas, testes illi non agant contra
eum de iniuria, prout agere possent, si pro
testatio hæc omitteretur fieri per repro-
bantem eos, prout asserit Dida. Perez vbi
supra, colum. 938. versic. dubitari solet.
cum colum. sequenti. & Rebuff. optimè
in. 3. tom. titul. de test. reprobat. art. 5. per
totum, & Iulius Clar. optimè in pract. cri
minali. lib. 5. §. fin. quæst. 53. versi. caueat
tamen. Nam proponens libellum contra
28 † aliquem, qui contineat delictum, est ip-
sum infamare, secundum Parid. in cap. in-
fra allegando, num. 3. hac tamen protesta
tione præmissa, licet plene defectus obie-
cti non probentur, dum tamen de eis ap-
pareant aliquæ præsumptiones, & indicia
29 quibus obijciens animum suum † moue-
re potuit ad opponendum contra testes
illos, excusabitur, secundum Socinum re-
latum per Marant. in pract. titul. de testiū
repuls. num. 15. pag. 494. & Firmianum
in repertorio suo. verb. iniuria, versic. 63.
& Parid. de syndicat. verb. iniuria officia-
lis cap. 2. an si contra officialem, nume. 2.
fol. mihi. 274. & Felin. in cap. 1. num. fin.
& ibi eius additio. de exceptio. & Auend.
in titul. de las iniurias, numer. 5. ad finem
& optime Rebuff. vbi supra num. 6. & fa-
ciunt dicta per Ias. in. l. properandū. §. siue
autem, num. 8. in fin. C. de iud. nam tunc
animus iniurandi non præsumitur, neque
dolus, sicut neque præsumitur, dolus in
30 teste mentiente. † habente tamen vnum
testem pro suo dicto, vel aliud quid veri-
simile, secundum Parid. de syndicat. verb.
tortura

tortura, cap. 5. num. 4. fol. 441. colum. 1. Quod tamen intelligas, quoties obiectio illa contra talem testem opposita, & pro-

31 bata esset sufficiens † ad testem illum repellendum, vel diminuendum de eius fide, alias enim nihil releuaret protestatio tanquam contraria facto argumento eius quod inquit Couar. lib. 1. Variar. cap. 11. num. 6. in princip. & Paris de Put. vbi supra in cap. 1. num. 3. adsunt enim tunc præsumptiones animum iniuriandi testes reprobatos declarantes, scilicet, nō esse obiectiones probatas, & quod etsi probarentur, sufficientes non erant ad testes repellendos. Fateor tamē, quod si obiectio sufficiens esset, licet non plene probaretur, animus tamen non iniuriandi apparenter pateret, quia saltim semiplenè obiectiones illæ probantur per obijcientem eas, protestatione illa cum iuramento præmissa ab iniuriæ querela obijciens excusaretur, si tamen protestatio hæc non fieret, & si obiectio opposita sufficiens esset, nō tamen probaretur, animus iniuriandi testes deprehenditur, & puniretur obijciēs & non probans, neque protestans, secundum Angel. de malef. in parte verba iniuriosa, num. 16. & prius num. 12. & num. 3. & ibi August. in addit. ad eum. & Anchar. consil. 325. super primo dubio cum sequenti. & Socin. in loco relato per Marant. vbi supra, vbi optime loquitur, & tradit aliquid glossa. 1. l. 14. titul. 14. part. 5. & Auend. dict. num. 5. vers. item & quarto infero. Sed an in casu, in quo obiectiones has contra testes proponens non teneatur de iniuria, quia protestationem dictā cū iuramēto fecit, & semiplene saltim probauit, licet non plene, tenebitur, ne in

32 expensis in probatione illa factis † per partem aduersam in defendendo ab obiectis testes ipsos reprobatos, decides ex dictis per Abb. in cap. præsentium, num. fin. de testib. Est tamē bene verum, quòd si obij-

33 ciens crimina fuerit deceptus à testibus, † quibus cum illa probare procurauit, vel à falso rumore perlato, etsi nō probet obiectus, probet tn̄ deceptionē hac, vel rumore talem excusabitur, secundū Ioan. And. in additio. Specul. titu. de accusat. § 1. vers. sed pone. relatum, & sequutum per Paridem de Puteo, dict. cap. 1. nu. 3. fol. 274. & Felin. cap. 1. num. penul. de except. & Rebuf. dict. 3. tom. titu. de probat. testiū artic. 5. glo. vna, num. 6. fol. 407. de consuetudine tamen etiam si non probentur obiectus, non teneri iniuriarum obijciens asserit Rebuf. in declarati. exceptionū, numero. 24. allegando Boetium in consil. 1. posito post consuet. Bit. incipit. si quis animo iniuriandi, & idem asserit ipsemet Rebuff. in tract. de reprobati. testi. numer. 2. vbi hoc intelligit dummodo protestatio fiat quod non animo iniuriandi fit, & testis reprobatus non sit bonæ conditionis & opinionis, secus si esset, quoniam tunc si non probatur obiectus, tenebitur obiector. Vlterius notandum est, quod in crimine læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ non admittitur testium repulsa, secundū Marant. vbi supr. num. 17. & 18. ex. l. famosi, & l. in quæstionibus. ff. ad. l. Iul. ma-

34 iest. nisi inimicitia † contra testes opponatur, nam hæc etiam in his admittitur criminibus, secundum Anton. Gom. dicto cap. 12. num. 14. & sic & in delicto blasphemiæ, vbi inhabilis etiam admittitur, inimicus testis non admittitur, secundum Auend. cap. 5. prætor. num. 5. in fin. lib. 2. etsi hoc Mediolani non seruari in delicto Blasphemiæ asserat Iulius Clarus in practic. crimin. lib. 5. verb. blasphemia, & est mala & pessima consuetudo. Nam etiam

35 vbi aliter veritas † sciri non potest, repellitur inimicus, secundum Aufred. in tractat. de reprobat. testi. vers. inimicus, & Menoch. de arbitra. iud. lib. 1. quæst. 28. in nostro tamen regno in hoc delicto blasphemiæ inimicus tantum repellitur, licet & possent aliquando repelli illi, quos esse tunc insensatos, & ebrios probatur, maxime si probetur accusatum de blasphemia esse bonæ opinionis & famæ, sic & in cri-

36 mine vsurarum † nullus repellitur testis nisi ob inimicitiam tantum, quoties per testes contestes vsura probatur, nam si per singulares, quælibet obiectio contra eos admittetur, secundum Auend. capit. 29. prætorum num. 3. in princip. lib. 2. & quæ inimicitia debet esse hæc, tradit Antoni. Gom. vbi supra dicto numero. 14. & per Abb. in cap. repellantur, num. 4. de accus. & optime in l. 22. tit. 16. part. 3. vbi ponitur, quando hæc inimicitia dicetur sufficiens

ciens ad testem repellendum, & text. ibi
dicit, tunc inter alia esse sufficiétem, quo
ties testis contra illum, contra quem de-
posuit, proposuerat accusationem in cau-
sa ardua, ex qua, si probaretur, pœna cor-
poralis veniret imponenda, & idem dicit
Ias. in l. titia in princip. num. 7. fol. 287. ff.
de verb. obligat. si super re, & causa mag-
næ quátitatis fuisset proposita petitio per
testem repulsum contra eum, qui ex hac
causa eum repulit, nam & hæc sufficiens
esset inimicitia ad eum repellendum, &
quæ inimicitia dicatur capitalis, tradit op-
timè l. 6. titul. 33. part. 7. & de teste inimi
co repellendo, vide etiam & optimè per
Roland. Valle consi. 24. numer. 27. cum
pluribus sequentibus, volum. 1. vbi quid
in reconciliato. Notandum est etiam,
37 quòd quando in itinere, & via † alicui est
facta iniuria, alter socius tunc ambulans
cum iniuriato non erit legitimus testis, vt
potè, quia & ei iniuriam esse factam vide-
tur, secundum glossam in l. item apud La
beonem §. tenetur. ff. de iniurijs. & ibi Ale
xand. ad Bart. declarando eam, & ideo illi
socio credi non debet de iniuria illa eius
socio itineris, & viæ facta, secundum Ti-
raquel. de pœnis temper. caus. 51. nu. 70.
& secundum Cœpol consil. crimin. 32.
num. 7. & Grammat. decis. Neapolit. 25.
num. 2. & Hippoly. consil. 68. num. 2. &
Boerium decis. 319. nu. 1. & 2. & nouis-
simè Menoch. de arbitrarijs iudic. libr. 2.
cent. 3. casu. 262. vbi vno modo in num.
4. declarat, & alio modo declarat Bald. in
l. quoniam num. 4. C. de testi. Est itidem
notandum, quod in omnibus casibus, vbi
diximus testes inhabiles non esse admitté
38 dos, admittendi erunt ob defectum † al-
terius probationis, secundum Bernardú
Diaz regul. 759. testes, qui alias, & Hip-
polyt. consil. 5. num. 10. cum sequétibus
& num. 20. & 21. iterum, vbi ponit exé-
pla, & tradit Auend. cap. 2. præt. num. 16.
lib. 1. & idem Hippoly. in pract. §. diligen-
ter num. 80. cum pluribus sequentib. &
consil. 127. num. 7. cum quatuor sequen
tibus, quod quidem communiter intelli-
gitur secundum eos, præsertim Bernard.
39 Diaz, quoties neque habitu, neque actu †
alij testes haberi possent, vt quia de nocte
esset factum delictum, vel in loco insoli-
to, & eremo, prout & tradit post hæc
nouissimè conciuis & contemporaneus
meus, qui modo canonicus est doctora-
lis ciuitatensis, Doctor Gutierrez in alle-
gat. 11. num. 11. & optimè Roland. Valle
vbi supra, num. 67. cum. 2. sequentib. vbi
id duobus modis declarat. Imò & tunc in
subsidium quælibet informatio pro plena
habetur probatione, secundum Barto. in
l. in illa stipulatione. ff. de verb. oblig. imo
& quòd fortius est, tunc partis iuramen-
tum pro probatione sufficeret, vt testa-
tur Hippoly. dict. consil. 5. num. 23. quod
verum non credo, nam periurijs maxima
via aperiretur, & innocens puniretur, de-
bet tamen túc articulari, & probari, quod
40 alij testes in loco illo †, vel illo tempore
haberi non poterant, secundum Hippol.
consil. 80. num. 26. Nam si casualiter etiá
alij testes in loco delicti haberi poterant,
non admittetur tunc inhabilis, quoniam
iam per alios sciri veritas poterat, quæ po-
tentia est res ampla, prout intelligit Dec.
consil. 133. num. 6. Iulius tamen Clarus,
in Pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 24. vers.
sciendum est tamen, asserit se vidisse plu-
ries cótrarium seruari, ex eo quod ratio,
propter quam dicti doctores mouentur,
quæ est difficultas probationis, ita militat
quando alios nó adfuisse certú est, prout
quando adesse non potuerunt, & ideo in
quit ipse Clarus senatum in vtroque casu
testibus inhabilibus fidem præbere, idque
tu iudex qualitate delicti, & loci, & tem-
poris attenta melius inuestigare poteris.
41 Et an testes reprobatorij † reprobatorio
rum admittantur, vide Lanfrancum in. c.
quoniam contra falsam, titul. de testium
deposit. num. 52. fol. 77. in paruis. de pro-
bation. & nota quod testium inhabilitas
42 non solum consideratur † tempore pro-
ductionis ipsorum testium, verum etiam
tempore depositionis secundum Ias. in. l.
testes num. 7. C. de testib. hanc commu-
43 nem dicentem. Et an in summarijs † te-
stium reprobatio admittatur, inquit Mará
ta in pract. titul. de repuls. testium nume.
fin. quod non, quod tamen intellige, nisi
damnum sit irreparabile, secundum Aué
dan. capit. 4. prætorum num. 16. in princ.
lib. 1. & Couar. in pract. cap. 17. numero
4. versic. 7. & Rebuff. in. 3. tom. constit.
Fran.

Franc. titul. de reprobatio. testium art. 1.
numero. 14. vbi in articu. 3. in fin. inquit,
quod si post dedicita testificata appareat,
omnes testes propter obiectos repellen-
44 dos, poterit pars in integrũ † restitui, vt
per testes alios probet, si appellationi non
est locus à sententia tunc ferenda, quod
dubito an in practica apud inferiores reci
45 peretur, & an testes obiecti puniri † pos-
sint de obiectibus probatis vide per Re-
buffum in 3. tom. constit. Franciæ, tit. de
testium reprobat. artic. 5. num. 8. & Feli.
in cap. 1. de exceptio. Et an si opponatur
exceptio contra testes, & tempore, quo
producuntur, debebat admitti, & iudex
nolit, quid fiet, vide Abb. & Felin. late in
cap. ex parte. de testib.

Ibi, [En dichos o en personas,] nota di
siunctiuam illam. O. quasi differentiam
constituat inter dicta testium, & personas
illorum, licet enim quis aliquem in testẽ
præsentauerit, cuius quidem præsentatio
46 nis virtute censetur præsentans † perso-
nam eius approbare, vt inquit Marant. in
pract. titu. de testium repuls. num. 10. pa-
gin. 493. in paruis per gloss. celebrem li-
cet vulgarem in authen. de test. §. & licet,
verb. supplicijs, col. 6. quam ad hoc alle-
gauit conciuis meus Guterrius in repet. l.
nemo potest, num. 127. ff. de leg. 1. & Bo
sius in pract. crimin. titu. de publicat. pro
cess. num. 16. adeo vt si in aliqua causa pro
me produxi aliquem in testem, si in alia
causa ille met contra me producatur, non
possum eum reprobare, secundum Lan-
franc. in dict. cap. quoniam contra titulo
de testium positio. num. 51. fol. 76. in par
uis, & Marant. vbi supra, & Bosius vbi su-
pra num. 14. & Boerius decis. 245. nu. 3.
& Abb. in cap. præsentium, num. 6. de te-
stib. & ibi eius additio. vbi num. 7. hoc am
pliat, & limitat optimè duobus modis, &
additio illa plura similia allegat, & Felin.
ibi num. 7. vbi num. 8. cum duobus sequẽ
tibus limitat tribus modis etiam si dicto ta
lis testis vsus nõ fuerim, neq; eũ iurare fe-
cerim, sed tantum præsentauerim in testẽ
secundum Thom. Grammat. decis. Nea-
polit. 34. nume. 11. 12 & 13. & Boerium
vbi supra, & Guterrium etiam vbi supra,
47 num. 130. sicut etsi testem reprobaui †,
vel protestatus sum reprobaturum, non
possum postea eo vti pro me, si in mei fa-
uorem loquatur, secundum Bosium in
pract. crim. titu. dicto sepu. process. n. 13.
hæc tamen licet ita se habeant quoad per-
sonæ approbationem, quoad vero te-
stis dicta bene possum eã reprobare, quo-
niam etsi per productionem videar eius
48 personam approbasse, non tamen eius †
dicta secundum Lanfran. & Maran. vbi su
pra num. 12. & Grammat. vbi supra, nu.
12. & Couar. lib. 2. Variar. cap. 13. nu. 1.
versio item illud, & inquit Lanfran. vbi su
pra, ita tenere DD. in d. c. præsentium, vbi
tenet idem glo. 1. & Capit. decis. Neap.
62. nu. 6. & Guter. vbi supra, nu. 133. &
Rebuf. in 3. tom. const. Franc. titu. de re-
probat. test. art. fin. nu. 2. 3. & 4. idem Re
buf. in tract. de reproba. testi. nu. 5. & pro-
bat optima l. 37. titul. 16. part. 3. quæ ex-
presse approbat opinionem Alciat. relati
per Couar. vbi supra, scilicet, quod admit-
tatur probatio contra dictum testis ad cõ
uincendum eum de mendacio, et si Greg.
Lup. in dict. l. 37. in gl. mentira, nimis ve-
lit restringere legem illam, fatetur tamẽ
Maran. vbi supra, quod si facta publicatio
ne producens taceret, & non reprobaret
dicta testium, cẽseretur approbasse ea. Ex
quibus nota, quod in casibus, in quibus di
ximus in hac lege licere in secunda instan
tia reprobare personas testium in prima in
stantia productorum, liceret & dicta te-
stium reprobare, cum ita dicta, sicut per-
sonæ reprobari possint, secundum tex. no
strum. Hæc tamen licet ita in approbatio
ne se habeant, in reprobatione tamen se-
cus est, nam reprobata persona testis, &
49 eius dictum † censetur reprobatum ex
text in cap. fraternitatis, de hæret. quam
ad hoc allegat Abb. in dict. c. præsentium,
num. 8. & 9. quærit an idem sit in produ-
cente instrumenta, vtrum possit, nec ne
contra instrumẽta venire & allegare post
50 productionem, & inquit quod non, † &
decis. Pedemontan. infra alleganda 39. n.
40. & bene, nam nihil potest opponi tũc
contra instrumentum, secundum Rolan.
cons. 2. nu. 116. volum. 1. & Burg. de Paz
consi. 3. nu. 93. vol. 1. nam per productio-
nem censetur non solum instrumentum
51 approbasse, verum & tabellionem † in-
strumentum conficientem, vt reprobare
eum

eum non possit, secundum additioné Felin. in cap. cú venerabilis. nu. 22. de excep. & Roland. cons. 2. n. 116. vol. 1. licet producens instrumentú, seu scripturam non videtur fateri illam veram, & sic solemni-
52 ter factá, nisi quatenus scriptura illa † probet de per se, sm Afflict. & ibi eius addit. decis. Neapoli. 25. item producens instrumentum videtur fateri illud esse verum,
53 procedit secundo in verbis † eius dispositiuis, secus in narratiuis, secundú Feli. c. si cautio. nu. 34. de fide instrum. & vtrunq; dictum ponit decis. pedamont. 39. nu. 9. & 10. & dixi supra in l. 3. verbo, traslado, titu. 5. hoc lib. & nu. 26. & 29. vno modo declarat, vt dixi in d. l. 3. verbo, traslado, ad finem. Est tamé verú, quod si in instru
54 mento contineantur diuersa capitula †, non sequitur, approbaui vnum capitulú, ergo ex tali approbatione videor approbasse omnia cótenta in eo, vt probat text. cum gl. in l. publici. §. fi. ff. de posit. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff de libera. legat. & veram & communem conclusionem testatur Curtius Iunior. consilio. 146. numero. 11. partita 2. Quod verum intelligerem, si in illo tantú capitulo præsentaui, secus si generaliter, vel nisi acceptetur per aduersarium in alijs capitulis. Et an duret confessio hæc, si appareat post in
55 strumentum † esse nullum, vide remissiuè Ias. in l. ex testamento. C. de fideicómiss. & quid si appareat esse falsum, an du
56 rabit confessio † hæc ex productione resultans vide Suarez in l. post rem iudicatá q. 1. legis regiæ incipit, sed pro euidentia num. 21. pag. 320. & eundé ibidem in. 6. limitat. nu. 4. pag. 305. vbi ponit resolutioné, & veritatem in hoc, & d. decis. pedamont. 39. nu. 40. Sic etiam neq; creditur testibus in fauoré illius, qui tépore præsentationis, & productionis eorú protesta-
57 tus † est, se velle opponere in personas illorú, secundú Feli. hoc limitantem in. d. c. præsentiú. n. 14. cú seq. fol. 125. & Mará. vbi supra. n. 4. pag. 492. in paruis, nisi dicatur, vt inquit Rebuf. vbi sup. art. 1. gl. vna nu. 8. ꝙ protestatur, ꝙ sibi sit licitum obijcere contra testes, si bonú ei videatur, & infra gl. proxima iterum dico, & duas differentias inter reprobationem personarú testium productorum, vel dictorum per eos vide per Abb. in cap. series. nu. 7. de testibus, & aduerte, quod licet testibus aut instrumentis per me reprobatis non pos-
58 sim me iurare, iudex tamé potest, † prout Arresto Parisiensi decisum testatur Rebuf. in tract. de repro. & salu. test. nu. 22.

Ibi, [Dentro de seys dias,] licet enim obiectiones contra testes ex dispositione
59 Romani Pontificis † deberent proponi ante publicationem, non vero post, vt in dict. cap. præsentium vbi gl. & DD. de testibus. & Montalu in l. 37. tit. 16. part. 3. vel saltim producens debebat protestari in productione testium de iure ciuili, vt in auth. si quis testibus. C. de testibus. & ibi doctores. Hodie tamen per textú nostrum post publicationem in foro seculari, & itidem in foro ecclesiastico seruari
60 video, quod proponuntur, & proponi possunt, licet ante publicationem propositæ non fuissent, neque fuisset protestatum, prout in propositú notat Couar. in pract. cap. 18. num. 5. in princip. & Auendan. Respons. 21. num. 5. & Boerius decis. 321. nu. fi. & tradit Matienço in dialogo relatoris. 3. p. c. 45. n. 5. & in gl. 1. huius l. iterú dixi, & sic cessant iá contrarietates per Auen. vbi sup. consideratæ, essetq; vtilius vsq; ad publicationé inclusiuè testes non reprobare, neq; protestari cótra eos, vt si forte pro te facerent, & dicerét, eorú dictis vti posses, quod quidé non poteris, si semel reprobasti, vel contra eorú personas, & dicta protestatus es, vt supra gl. proxima diximus, nisi protesteris tantú opponere cótra eos, in eo, quod tibi dánosi fuerint, secúdú Abb. in. d. c. præsentiú, & Rebuf. in. 3. to. constit. Franciæ, tit. de reprobat. testiú. art. 1. n. 6. 7. & 8. Habes tamen notare, ꝙ si intra hos sex dies nostri tex. te
61 stes nó repbasti, nó restitueris, † & si minor sis ad opponendú cótra eos, sm gl. in Clem. 1. de procur. quá in hoc allegat Rebuf. in. 2. to. const. Fran. tit. de resti. art. 1. gl. 2. n. 16. & idé Rebuf. in tract. de reprobat. & saluati. testi. nu. 20. & probatur ex tex. nostro, ibi, E no dende en adeláte, & ibi, y q̃ no se de restitució, vbi dicem'. Ex quibus notadú est, & pręmaxime ex eo ꝙ cap. 8. pragmaticę antiquæ ordinis iudiciarij de Alcala. 201. in ordine, in hac noua recopilatione legum regni insertum non

Q videa-

videamus, requirens tempore præsentatio nis testium obiectiones contra testes opponendas per partem tunc temporis præsentem, nisi esset corruptionis obiectio, legemq; nostram indistincte reperiamus loquentem, notandum scilicet, & dicendum est, quamlibet obiectionem legiti-
62 mam †, & concludentem opponi posse contra testes intra nostri text. terminum siue pars præsens fuerit productioni testium, siue absens, & lege nostra attenta, & dictis aduertentijs consideratis ita tenendum est, & si ante regiæ nostræ recopilationis promulgationem illo cap. 8. attento distinguendum erat, esset præsens pars productioni testiū, nec ne; vt primo casu non posset pars præsens testes illos post reprobare, secundum quod loquebatur illud cap. 8. secundo vero casu cum absens esset, posset, & sic lex nostra loquebatur, quę quidem iura ita conciliabat Matienço vbi supra, tamen cum caput illud. 8. dictæ pragmaticæ de Alcalá de qua fit mentio in l. 8. titu. 6. supra isto lib. non reperiamus insertum in nostra recopilatione, conclusio illa indistincte intelligenda est, & sic iam exceptio contra aliquem testem proposita non impedit litis ingressum, nec progressum, vt dixi. l. 1. gl. y que en este, tit. 5. sup. eod. & no. q̃ quanuis de iure canonico ante cõclusionē in causa repulsæ erant proponēdæ cõtra testes ex. c. 1. de exceptio. non tamen limitatur tempus in quo, & cum per legem nostram assignetur tempus etiam in foro ecclesiastico seruanda est lex nostra, prout hic Placentiæ seruatur.

Ibi, [Y hecha publicacion,] Qualiter au-
63 tem † fit publicatio tradit Ferrar. in pract. in forma publicationis testium, vbi inquit non esse necessarium, q̃ vtraq; pars eam petat, sed vnam illarum petere sufficit, debetq; tunc pars citari si publicatio ad instātiam alterius partis fiat, effectusque huius publicationis ex supradictis patebit, & ex dictis per Ferraram, vbi supra in forma opponendi contra testes post publicationē in gl. sunt quę, in princip. & quia testis nō
64 publicati † fidem non faciunt, vt per Bernard. Diaz in reg. testes non publicati, & hoc si per partes, vel alterā earū contradicatur, secundum Innocen. in. c. cum clamor. de testib. tunc enim ex non publicatis attestationibus non potest ferri sententia, & ideo prodest & adhoc plurimū publicatio. Et an sit de substantialibus iudicij testiū publicatio, alio in loco remanet
65 dictum, & an si petatur †, & non fiat, possit, appellari, vide Rip. in respon. 1. articulus decidendus breuissimus est. n. 3. & teneo quod sic absque dubio, prout tenent relati per Mesiam in lege de Toledo. 4. fundamento, primæ partis, num. 12. imo & quod fortius est, si tenes opinionem, q̃ publicatio testium non est de substantialibus iudiciorū, si petatur, publicationē fieri, & non fiat, si ab hoc non appellaueris grauamine, non erit nulla sententia lata ex ijs probationibus non publicatis. Et an
66 testes publicati † in prima instantia faciant fidem in alia, vide Ferrar. in dicta gloss. sunt quæ num. 7. versicu. proinde quæri solet.

Ibi, [Y notificada,] Ad publicationem enim faciendā debet iudex facere, partes citari certo die, vel in contumaciam vnius partis, vt in cap. 1. de re iud. Montal. in. d. l. 37. verbo, deue llamar, titu. 16. p. 3.

Ibi, [Y no dende en adelante,] repulsa namque testium odiosa est, & ideo restringenda, dilationesque ad repulsandum testes assignatæ cum grandi causę cognitione conceduntur, & ideo nimirum si lapso termino per legē ad hoc assignato nō
67 audiatur † volens reprobare testes, secūdum Abb. in cap. dilectus in fine de testi. etiam per restitutionē secūdū tex. nostrū & in gl. fin. eius dicemus, vel melior erit ratio, scilicet, q̃ cum publicatio sit cõclu-
68 sio † siue renunciatio productionis testiū vt attestationes publicentur, & earum detur copia partibus, vt per glo. concluserunt, & verb. concludente iuncto text. in authen. de testib. §. quia vero, quas singularizat Roman. in l. 1. col. 3. ff. de arbitris. similis in cap. cum dilectus vbi Abb. de fide instrument. Bald. col. fin. in. l. accusatoribus. ff. de accus. Bart. in. l. custodiam. ff. de publicis iud. probat text. in cap. pastoralis. de causa posses. & propriet. & l. 37. tit. 16. par. 3. si partes huic termino publicationis tacite vel expresse renuncient, amplius ad reprobandos testes ipsos non sunt admittendæ, & ideo testes reprobatorij

torij debent citari, & examinari infra terminum assignatum ad repulsam probandam, alias eo elapso examinari non poterunt, prout in curia seruari asserit Maran. in d. tit. de repulsi. testium, nu. 6. & 7. pag. 493. in partis. Quod tamen intelligerem nisi facto iudicis, vel partis aduersæ esset pars impedita intra terminum illum examinare testes suos reprobatorios, quoniã tunc etiam lapso termino poterit eos examinare secundum additionem Abb. in d. c. præsentium, num. 2. de testib. fol. 62. dũ tamen fecerit diligentiam, vt impedimentum cessaret, neque aliud potuit, sed an de
69 corruptela † testis lapso termino opponi poterit, ex text. nostro non posse, inquit Auend. in respon. 21. nu. 5. vbi nu. 6. limitationem ad tex. nostrum assignat. Et an
70 si pars iuret, de nouo ad notitiam suam † reprobationis causam deuenisse, admittatur etiam lapso termino ad reprobandum testes assignato, vide Rebuf. 3. tom. tit. de reprobat. test. nu. 2. & 3 artic. 3. & limitat alijs modis, & eund. Rebuff. in tractat. de reprobat. & salu. testi. num. 20. vbi tenet quod sic, ex text. in cap. pastoralis, in fine de exceptio.

Ibi, [Y que no se de restitucion,] idem iure communi tenebat gloss. in Clemen. 2. de procuratorib. allegata per Rebuffum in 2. tomo constitutionum Franciæ titulo de restitutione articul. 1. gloss. 2. numero. 16. & decis. Capellæ. Tolos. 53. & Palacius Rubios in repetit. cap. per vestras. §. 26. numero. 13. folio 71. in magnis, & Boerium decis. 245. num. 7. & Dominus Couarr. in pract. cap. 26. numer. 4. versiculo 3. eidem ex cuius dictis plura si mil ia colligi possunt, quos & text. nostrũ allegat adhoc Didac. Perez in l. 1. titul. 4. lib. 3. ordinamenti columna. 937. in principio. Sed an iam quòd per viam restitu-
71 tionis lapso termino † nostri textus non admitteretur quis ad reprobandos testes, admittetur per iudicis informationem, scilicet, vt ipse iudex ex officio suo se informet de obiectionibus illis contra testes, & videtur quod sic, quoniam licet quid per viam exceptionis opponi non possit, per officij tamen iudicis implorationem poterit, ex dictis per Hippolytũ in practic. §. opportunè, numero. 69. cum sequentibus, & Didacum Perez in. l. 8. titulo 4. columna. 337. versicul. suadetur cum sequentibus lib. 2. ordinam. & additio Abb. hoc pro cautela assignans in cap. fraternitatis, num. 4. litera. C. de testi. fol. 52. allegans ad hoc Bald. qui tamen Bald. non loquitur, si bene inspiciatur, cum remedium restitutionis in tali casu excluditur, nam si hoc remedium restitutionis excluderetur, prout in præsentiarum excluditur, neque per viam implorationis officij lapso termino hoc effici posset, vt testes reprobarentur. Nam restitutio ex officij iudicis imploratione conceditur, ergo & imploratio sola officij iudicis rei jcienda est, & ideo Roman. relatus per additionem illam Abb. in dict. capit. fraternitatis, litera. C. reprobat Baldum cautelam hanc ponentem, & optimè, non enim eam veram esse credo. Sed an si appareat omnes testes propter obiectus repellendos an poterit restitui pars, vt alios de nouo examinet, vide Rebuf. 3. tomo. tit. de reproba. test. art. 3. num. fi.

LEX II.

SVMMARIVM LEGIS.

Obiectiones contra testes opponendæ non generales, sed specificæ debent esse, alias nõ sunt admittendæ.

IBi, [singularmente,] facta enim sigillatim specificatione criminis, & aliorũ obiectorum testes reprobandos esse, probat etiam text. in capite. præsentium. §. testes. de testib. in. 6. vbi glossa specificatione, similem text. in cap. vt circa. de ele

ctioni. eod. lib. allegati, debent enim esse
1 concludentes †, & idonei obiectus testium, sicut probatio, vt in. l. Neque natales, & l. ad probationem. C. de probatio. capit. in præsentia. illo titul. extra comprobantq; hæc Bart. Cyn. & alij plures relati per Didacum Perez in. l. 1. tit. 4. libr. 3. ordin. columna. 942. versic. excipiens autem cum versic. sequenti. & Lanfranc. in cap. quoniam contra cap. 8. numer. 48. & Bonifacius in peregrina sua legum par. in verb. testis, quæstione. 2. glo. obiectis fol. 499. & Roman. consil. 290. num. 1. 2. & 3. & Rebuf. in tract. de reprobat. & saluatio. testi. num. 4. traditq; Auend. cap. 2. prætor. num. 21. versic. probatio autem per totum libr. 1. vbi & ponit alios casus, vbi specifica requiritur probatio, quæ quidem iudex considerabit, cum testes per partes reprobantur, & alia consideranda in hoc casu ponit Rebuffus in. 3. tom. cõstit. Franc. titul. de reprobat. test. art. 4. per totũ, quæ si iudices considerassent, prout considerare tenentur, vt conscientiæ, & partibus consulerent, fortasis non admitterent, prout admittunt quoslibet obiectus etiam non necessarios contra testes oppositos, ex quibus vidi iam maximas dissensiones, & lites ortas fuisse, & repulsatio testium quando sit admittenda, vel non, tradit optimè, & nouissimè Menochi. de arbitrarijs iudic. libro primo, quæstione. 32.

Ibi, [Descomulgado,] is enim non po-
2 test esse † testis, prout probat etiã text. & ibi omnes in c. veniens, el. 2. de testi. vbi vide Feli. aliquibus modis ampliantem, & melius in. c. intelleximus. de iud. & regulã cum ampliationibus & limitationibus vide per Gabrielẽ in communibus suis opinion. tit. de testi. conclusione. 19. per totã & Rojas in specia fidei singulari. 58. & optimè & succinctè vide dict. per Put. decis. 3. & 4. lib. 1. & Feli. ad hoc plures allegando allegat vltra DD. ibi Lanfranc. & eius Additio. in. d. c. quoniam contra falsam, titu. 8. de testiũ deposit. nu. 76. vbi & optimè differit, an si excommunicatus dicat
3 excommunicationem † nullam, vel postquam est absolutus, poterit esse testis, & tradit Additionator repertorij Feli. verb. excommunicatus non potest esse testis, fol. 49. col. 4. & fol. 50. verb. excõmunicatus an repellatur, qua de causa hæreticus
4 contra catholicum testis esse † nõ potest quia excõmunicatus, & infamis est, secundum Simanc. de instit. cathol. titu. 64. de testi. nu. 41. & 42. imo & ꝙ fortius est,
5 neq; existens in peccato † mortali poterit esse testis, secundũ Lanfranc. vbi supra quod intelligerẽ, vt non solum requiratur quod de peccato illo non sit pœnitens, secundum Fran. ibi, verũ & ꝙ publicè & notorie existeret in peccato illo mortali, vt quia publice concubinarius est, vt probatur in l. 8. titu. 16. p. 3. ibi, que tienen Barraganas conocidamente, secus si non publice in peccato existeret, vlterius & non solum non potest excommunicatus esse testis, verum etiam non potest esse in iu-
6 dicio † principaliter agendo, neq; arbiter esse, secundum Dueñas reg. 268. & 269. neq; compellere actorem, neq; agere cõtra eum, vt iudicium prosequatur, secundũ Feli. relatum per Villalo. in suo ærario mille comm. opini. litera. E. nu. 183. cum 6. sequentib. mortuo namque æquiparatur secundum Maran. in. l is potest, num. 308. pag. 872. ff. de adqui. hær. & ideo neque petere restitutionẽ in integrum poterit, secundum eund. Dueñas reg. 270. licet secundum eum ibi reg. 272. testamen-
7 tum facere possit, imo neque retractum † rei patrimonij, & Abolengi poterit intentare, secundum Tiraq. de retract. lignagiel §. 1. gloss. 9 num. 282. vbi à num. 276. incepit, & inquit, id mirum non esse, excõmunicationem, scilicet in foro etiam seculari admitti, quia non à canonibus tantum sed ab antiquis Romanorum legibus, & dictis sapientum introducta est, vt ibidem ipse diligenter probat; et si secundum eũ
8 d. nume. 282. in Francia † in foro seculari excommunicatio non admittitur, ideoq; nõ est mirandũ, ꝙ ibidẽ tot infortunia, & strages, & hæreses cõtigerint, & renascantur, vt pote quia censuras ecclesiæ nõ admittũt, vereorq; ne & in nostra Hispania aliquid mali propter hoc contingat, cũ & paulatim in iudicijs secularibus excõmunicationũ timor aboleatur, vt diximus in l. 2. tit. 1. li. 2. sup. in. 40. reg. intelligẽda tñ venit lex nrã, & sui similes, ꝙ excõicatus
9 nõ põt esse testis, dũ tamẽ in maior [illegible]

muni-

muinicatione mandatus existat, secus tamen si in minori, quia tamē testis esse potest, prout probat optima. l. 6. in fine. titulo 9. part. 1 & probat etiam tex. in l. 9. titul. 8. libr. 2. fori. & tenet Felin. in dicto cap. veniens. 2. nume. 30. de testib. & faciunt tradita per eundem in cap. dilectus filius num. 11 fallen. 1. fol. 129. de rescrip. & in cap. intelleximus, num. 11. de iudic.
10 debet tamen talis excommunicatus † absolui ad cautelam, nè copia probationum pereat, vt probat text. in dict. cap. veniēs. 2. & gloss. descomulgado, in dict. l. 9. tit.
11 8. lib. 2. fori. Sed an suspensus † poterit esse testis. & Specu. in titu. de test. §. 1. versi. quid de suspenso. & Hostien. in cap. olim de accusat. distingunt suspensum ab homine à suspenso à iure, priorem à testimonio repellendo, secundum vero admittē-
12 do, & an idē sit de interdicto, † & in hoc doctores distingunt, quòd aut per culpā suam interdictus quis est, & non potest esse testis, sicut suspēsus ab homine, aut propter alienam, & potest, nisi in causa criminali criminaliter intentata, vt tradit Hostiens. in dict. cap. veniens, el 2. extra de testib. & an reus excommunicatus possit compelli iurare, tradit idem Hostiens. in cap. cum causa. de iuram. calum. & in cap. cum ecclesijs. de maioritat. & obed. quæ iura allegat Bonifa. in sua peregrina legū part. verb. excommunicatio. quæstio. 3. in gloss. testis, folio. 175. columna. 4. infi. Notandum etiam est, quòd iudex delega
13 tus non potest † testem excommunicatū absoluere ad cautelam, vt ferat testimonium, secundum Ioan. And. in additio. ad Specul. titul. de teste. in rubr. & eundem Ioan. Andr. in cap. solet. de sententia excommunicationis in 6. & ibi Domin. col. 3. versic. deinde quæritur. Felin. in dicto c. veniens. de testib. versi. Tertio nota. nu. 28 fol. 136. Est tamen in propositum optima quæstio, num testis teneatur dicere
14 † se esse excommunicatum, periurū, vel criminosum, vel quem alium defectū patefacere, & in hoc videtur dicendū, quòd licet nemo teneatur iure canonico se prodere, vt tradit glo. in cap. ex pœnitentibus 50. distinct. tamen secundum gloss. ibi & Abb. in cap. at sic clerici. in principio, nu-
15 mero. 6. de iud. eò quod testis † non potest puniri, & si in testimonij declaratione crimen suum detegat, propter quod repelli debet, vt tradit Guid. Pap. in decis. 500. num. 1. vbi & inquit, quod neq; ex hoc testes infames efficiuntur, imo & ne-
16 que testes reprobati † puniuntur saltim pœna ordinaria ex delicto in reprobatione illa patefacto, & probato, secundū Rebuf. 3. tom. tit. de reprob. testiū art. 5. n. 8. & 9. imo neq; vlla pœna sed'm tex. in l. fi. tit. 2. p. 7. allegata per Auen. c. 27. præt. n. 5. vers. & licet lib. 2. vbi eam limitat, remanet tamē infamis infamia facti testis ille, cōtra quē obiectus probantur, secundū d. l. fin. & ibi gl. enfamado, nō tamen infamia iuris, & sic loquitur Guido vbi sup. & prędictam. l. fi. ad dictam conclusionem allegat nouissimè licet corrupte Olanus in cōcordia antinomiarū in litera. T. nu. 19. vbi tamē n. 20. inquit, se tunc capere testē illū, & procedere contra illū, vt ibi per eū, & q̄ sic in practica vidit factum, & audiuit in curia regia, & cū, vt ad instituta redeamus, testis hic puniri non possit, etiam si obiectum, & defectū suū detegat, omnino tenetur testis talis prodere defectum suū, propter quē à testimonio repelli posset, prout & ad vtranq; partē arguendo tetigit glo. verb. de causis in. c. cū causam de testib. & glo. confessi. in. c. 1. de excep. & pro hac parte q̄ teneatur testis defectū talem prodere, facit etiā, quia si in inhabili ad aliquod officiū assumendū imputatur, si suam inhabilitatē non detegit, vt probatur in. l. seruus. C. si seruus aut liber ad decurio. Aspira. li. 10. quē ad hoc allegat Suarez in alleg. 12. vers. primum probatur sic ad finē fol. 148. imo & secundum eū ibi punitur, si non detexerit inhabilitatem, plebeiusq; sinens se eligi ad officia solis no
17 bilibus competentia † extraordinariè debet puniri, secundum Auen. in. c. 14 prætor. num. 23. in fin. lib. 2. & eundem Auēdan. in cap. 19 prætor. num. 24. versic. secundus casus. libr. 1. & tradit latè additio Abb. in cap. sciscitatus. n. 4. litera. G. & H. de rescript. inquitq, ibidem Feli. num. 8. quod inhabilis patiens se eligi punitur pœna capitis, prout & tradit Paris de Puteo in tract. synd. verb. remotus, licet si com-
20 pellatur acceptare, prætextu † inhabilitatis excusare se non potest, secundū Felin.

hoc limitantem in d. c. sciscitatus, num. 6. & Aut. n. d. c. 19. num. 24. versic. quod fallit, ergo & testi imputabitur si defectum non detexerit, eum excludentem à testimonio ferendo, & ideo vt non ei imputetur, tenebitur illum declarare tempore testimonij, quemadmodum & tenetur ordinandus, secundum Abb. in cap. innotuit, num. 6. de elect. pro contraria vero parte, scilicet, quod non teneatur testis talem declarationem facere, facit illa regula vulgaris, quod nemo tenetur se ipsum prodere, & testis interrogatus de ijs, quę turpitudinem suam tangunt, non tenetur respondere; secundum Socin. in reg. 411. & tenet Innocen. in cap. dudum. de electio. relatus per Bald. in l. 2. §. quod obseruari, num. 24. C. de iureiur. propter calum. dand. & ibi additio. litera. C. allegat Felinum quem dicit de his omnino videndum. Et ideo in quæstionis huius decisione, videtur distinctione vtendũ, qua vtuntur doctores circa eligendum, vel promo-
21 uendum † ad dignitatem aliquam, vel ordinandum, de qua traditur per Abb. in c. sciscitatus, num. 14. de rescript. & in dict. cap. innotuit. nu. 6. de elect. scilicet, quod si est tale impedimentum, quod funditus impedit testis dictum, & examen; teneatur testis illud manifestare & declarare & si publicum non sit, quia si publicum, etsi hæc non concurrerent omnia, teneretur, imo male faceret testis, si non detegeret, cum etsi detegat, vt diximus, puniri ex hoc non posit, & regula illa, non dico vt te prodas, loquitur de eo, qui in iudicio animæ confitetur, secundum dict. gl. in dict. cap. cum causam verbo de causis, secus tamen est, si impedimentum illud dictum testis ex toto, & funditus non impediret, quia tunc non teneretur illud prodere, quæ bona & quoad testes videtur concordia, cum ordinandum, & testem glo. in dict. cap. cum causam, æquiparet, & in ordinando distinctio illa probatur, & seruatur, vt vides, & tenet Abb. in dict. cap. innotuit, num. 6. in ordinando hanc esse communem distinctionem afferens, ergo & in teste idem erit distinguendum cum ordinando æquiparetur per gl. illam vel potest dici, quod cum testis generaliter interrogatur, an possit esse testis, teneatur respondere, & pandere inhabilitatem suam, vt. 8. quæstione. q. Antaldus, secus si specialiter, & specifice interrogetur ita distinguebat Ioan. And. in addit. marginali super glo. de causis in dict. ca. cum causam, & fundatur, quia iudex, aut asses-
22 sor † non possunt interrogare testem, an sit infamis, prout verius, receptiusque testatur esse Orosc. in l. 1. num. 2. col. 5 09. ff. de offic. assess. & iniquam, & iniustam talem interrogationem vocat in proposito tum D. Couar. in pract. cap. 18. nume. 7. vbi tetigit istam quæstionem, & indecisam reliquit, solummodo dicendo resolutionem huius quæstionis pendere ab ea conclusione theologorum & canonistarum asserentium teneri, quem iure diuino, & humano etiã de proprio crimine respondere, quoties iure fuerit interrogatus, alioqui posse subterfugere responsionem, sed in propositum nostrum quando dicatur testẽ hunc iure interrogatum, nõ declarat, & sic quasi indecisam reliquit quæstionẽ, & in decisione huius quæstionis sex opiniones ponit Abb. in d. c. cum causam, nu. 13. & sine determinatione relinquit, Feli. tamen in eodem. c. cum causam. nu. 10. & Aufred. relatus per Villalo. in suo ærario mill. com. opi. litera. T. num. 162. asserit in hac quęstione sextam illam opinionem per Abb. in d. c. cũ causam. nu. 14. propositam communem esse, quod testis non tenetur respondere aliquid, per quod sua turpitudo detegatur, vt est crimen, infamia; & similia, licet si detegerentur, dictũ suum destruerent, quantumcũq; publica essent, alios veros obiectus turpitudinem non continentes, vt amicitia, consanguinitas, & similia, de quibus per Bald. in authen. si testis productus, num. 3. C. de testibus, detegere tenetur. Ecce ergo communem in decisione huius quęstionis distinctionem, quam tanquam talẽ tenendam iudico, quam & in effectu voluit tenere Dominus Couar in pract. d. c. 18. num. 7. in princip. vbi inquit hãc DD. frequentissimo sequi consensu, & Rebuf. in tractatu de reprobation. & saluatio. testi. nu. 13. in fi. Notandũ tamen est, quod si testis interrogatus, an sit criminosus, re-
23 spondeat, quod sic, credetur sibi † secundũ Felin. vbi supra, & Bartol. in l. si duo §. idem

§. idem Iulianus, num. fin. ff. de iureiur & sic repelletur à testimonio secundum Couar. vbi supra, & sufficiet hoc vt possit remoueri à promotione, secundum Afflic. decisione. 372. numero. 5. & 6. Et an infamis † possit esse testis, vide Oroscius, super. ff. vet. columna. 343. numero quinto, in. l. Casius. ff. de senatori. & casus in quibus infamis potest esse testis, vide per Matthæum Afflictis in lib. 1. constir. Siciliæ, rubrica. 2. num. 42. cum sequenti. aliquibus.

Ibi, [Falso testimonio,] quod est quando veritas immutat, hoc est enim falsum, scilicet immutatio veritatis, vt. l. quid sit falsum. ff. de fals. & text. in authen. de fid. instrum. post principium. l. 1. titul. 7. partita. 7. & in proposito etiam falsus dicitur

25 testis, qui veritatem occultat, † & tacet eam, vterque enim reus est, & qui veritatem occultat, vel mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat, vt inquit text. in capit. 1. de crim. falsi, & text. in capit. quisquis. 11. quæstione. 3. & probat text. l. 1. titulo 7. partit. 7.

Ibi, [O negare la verdad,] quam adhoc notat Auend. capit. 27. præto. num. 3. lib. 2. & communem per eos testatur Villalobos, in suo ærario mille communium opinionum. litera. T. num. 144. & Tiraq plures allegans. de pœn. temp. causa. 44. numero. 15. & 16. vbi hoc intelligit verum & procedere in teste producto, & iurato non vero in contumace, qui iurare non vult, & sic in eo, qui cum effectu declarando tacuit veritatem, is enim de falso punitur, sicut & qui falsum dixit, & in tantum vera hæc sunt, quod & si testis verum dicat & iusta sit causa super qua deponit, pecuniam tamen, pro dicendo testimonio

26 testis talis recipiat, falsi reus est, † ex glossa aduocationem, in. l. 1. & ibi Bartol. ff. ad leg. Cornel. de falsis. & Ias. in. l. Diuus numero. 27. ff. de re iud. & iterum in. l. 1. in principio, numero. 5. & 6. ff. de cond. ob turp. caus. Imol. in capit. 1. de testib. in principio, & in dicta. l. diuus in principio, & Felin. in eod. capit. 1. de testib. in principio, numero. 1. & Angel. de malefi. in parte falsario, numero. 19. etiam si pars sponte offerat pecuniam illam, secundum Iacob. de Vellouis. in authentica, vt iudices sine quo, suff. §. 1. quem ad hoc allegat repertori. Felin. verbo. testis corruptus, folio. 131. & tradit Orosc. in. l. iuris gentiũ. §. si ob maleficium num. 7. columna. 791. ff. de pact. repellique debet falsus testis, secundum textum in. l. 8. titulo. 16. partita tertia, & peccat mortaliter, pecuniamq; receptam restituere danti tenetur, secundum Nauarro, vbi sup. a, numero. 45. licet si pro dicendo falsum pecuniam recipiat testis, non tenetur, secundum eund. Nauar. ibi, ad restitutionem illius pecuniæ, nisi de consilio pauperibus, inquit tamen, Bald. in cap. fin. numer. 11. extra de appel quod verum est testem falsum committere, & sic non credendum si pecuniam recipiat à parte pro ferendo testimonio vero, vt id quidem procedat si secre-

27 to recipiat pecuniam, secus † si publice à parte eam ei offerente, quoniam tunc valet testimonium talis testis, & probat, cuius doctrinam dicens eam legistis incognitam, sequitur, Augusti. in auditio. ad Angel. de malefi. dicto ver. falsario, num. 20. & dicit esse verissimam conclusionem, & sequitur Bosius in pract. crimin. titulo. de fals. numero. 108. & iterum in titu. de oppos. contra test. numero. 151. vbi à num. 146. incepit, & notandum quidem est, nam aliquando dabit honorem, iudici tamen pro ferenda sententia, iusta neq; publice, neque secrete ex legibus nostris regij; licet aliquid vltra tassam recipere etiã ab sponte dante, sed aduerte quod Bald. ibi loquitur quoties testis aliter nolebat verum testimonium dicere nisi recepta pecunia, & tunc ob timorem hunc pars illi pecuniam dedit, tũc nimirum si ei non debeat esse damnosa datio pecuniæ in publico facta, ne periret eius iustitia, alias vero remoto timore hoc, non vtique testi illi crederem, neque eum excusarem à falso, imo & in supradicto casu timoris punirem eum, neq; ex toto crederem, eius dicto nisi ex dictis aliorum, vel ex alijs probationibus verificaretur verum esse dictum eius, & hæc non intelligas circa pecuniam testi dãdam ob laborẽ itineris, nã hæc in nihilo corrũpit eius testimonium, cum de iure debeatur ei. Et notandum etiam est quod non solum repellitur, vt neque testis esse possit, si falsum

dixit circa dictum & testimonium suum, verum etiam etsi circa alia quis falsum cō
28 mittat, putà, circa falsam monetam, † epistolam vel sigillum regis non potest esse testis, secundum textum in dicta. l. 8. titulo. 16. partita. 3. insuperque falsitatem
29 testis committit, † qui pecuniam recipit ob non dicendum testimonium, secundum tex. in d. l. 1. ad fi. tit. 7. p. 7. & tradit Feli. in cap. vltim. de testib. cogend. col. fi. num. 4. & quid si non recepit pretium sed
30 non vult testificari an incidat † in crimine falsi, vide Gregor. Lup. in l. 35. tit. 16. part. 3. & Specul. de inst. editione. §. instrumentum in princ. & Feli. in d. c. penul. n. 4. & Florent. 3. parte suæ summæ Theolog. titulo. 9. cap. 11. §. 3. in princip. & inquiunt quod non punitur vt falsus sed vt dolosus, & sic crimine stellionatus puniri potest, & an in conscientia teneatur sub-
31 trahens se, vt non dicat testimonium † in aliqua causa, tradit Nauarro vbi supra, nu. 41. & 44. imo & quod plus est si quis cre
32 dat dicere verum, † deponat tamē falsum punitur de falso, secundum Seniorem relatum per Villalobos, in suo ærario mille commun. opinion. litera. T. nume. 145. hanc communem dicendo & infra hac gloss. dicemus latius, & nota quod nō pu
33 nitur de falso, † qui extraiudicium vnum dicit absque iuramento, & in iudicio contrarium dixit cum iuramento, secundum Dominum Couar. lib. 2. Variarum capit. 13. numero. 7. & communem testatur Angel. de malefi. in verbo. falsario. num. 23. & ibi eius additio. quid tamē, si in vno
34 capitulo † quis dixit falsum, vel se periurauit, an in totum vitietur dictum eius, & dicendum est, quod sic vt notatur, per gl. in distinct. 9. cap. si ad scripturas sacras & ibi per Archidia. & tangitur in cap. in nostra præsentia de testibus, ex regula iuris, scilicet, deflere debet peccator qui offendens in vno factus est omnium reus, vt in cap. defleat extra de regu. iuris, quem tex. plures, ita notantes allegando ad hoc allegat & considerat, Hippoly. consil. 31. numero. 35. & consil. 70. nume. 8. & hanc communem testatur opinionem Alciat. in l. 1. §. sed si mihi numer. 43. ff. de verb. oblig. quem & alios refert etiam Villalobos in suo ærario mille commun. opinio. litera T. numero. 143. & repertorium Felin. in verbo testis qui dixit falsum in vno capitulo, columna. 4. folio. 132. vbi eius additio limitat aliquibus modis, & vide Socin. Iunior. consil. 40. numero 4. & 15. & consil. 41. numero. 2. & 13. volumi. 2. idemque dicendum est in instru-
35 mento, pro parte falso, † quando falsitas à notario processit, quia in totum vitiatur, vt plene notatur per Cinū in. l. si ex falsis C. de transactio, vbi optimè per Dominū Padilla, numer. 14. cum sequentibus, vbi vsque ad numerum. 18 inclusiuè hoc limittat. 4. modis, sic & confessio ex instru
36 mento falso † resultante falsitate ex parte notarij vitiatur, secundum Abb. & alios relatos per decis. in cap. cum venerabilis, num. 23. de exceptio. & Suarez. l. post rē 6. limitatione. l. regiæ, num. 4. pag. 305. & iterum ibi in quęstione. 1. numero. 21. pag. 320. ff. de re iudic. inquit tamen Grāmaticus decisio. 43. num. 6. quod in modico etsi sit substantiale non vitiari dictum testis, & sic neque totum instrumentum & in teste ibidem ipse Dominus Padilla in num. fin. referendo Alciat. & alios idē tenet & ampliat siue articuli, super quibus testis ille declarat sint separati, siue cohęrētes cum dictum testis vnicum sit, super vnico iuramēto fundatum & siue falsum præcedat siue sequatur, quoniam in teste nihil sit prius neque posterius, & non solum in eadem causa testis falsus repelletur, verum etiam in alia diuersa, hæc tamen vera esse profitentur dicti Docto-
37 res, quoties testis ille sciens fecit, † vel circa substantialia negotij, secus si ignorans, secundum Socinum Iunio. consilio 17. numero. 17. volumine. 3. & Iulium Clarum in practica criminali, lib. 5. §. fin. quæstione. 53. versic. sed quæstio, ideo te
38 stis credens dicere veritatem † super aliqua re, & iurans sic esse non est periurus neque falsarius licet in contrarium sit veritas, secundum Hippolytum consilio 111. numero. 15. & melius idem Hippolytus, in rubrica. ff. ad leg. cor. de fal. numero. 2. & 3. vbi id in teste verum esse dicit, idem Hippolytus consilio. 77. numero decimosexto, cum quatuor sequentibus, vbi numero. 19. & 20 inquit quod tunc iuramento probatur se credidisse

sicut

sicut dixit, Socinus tamen Senior. l. fina. §. obseruare. numer. tertio. C. de iure iu-
39 ran. in teste † communem dicit, & AErarium ver. testis. nume. 145. communem etiam testatur, scilicet, quòd periurus est dicens falsum etsi credat dicere verum, Hippolyt. tamen intelligerem verum dicere attenta qualitate personæ iurantis, prout in facto habui in homine bonæ famæ & sic obtinui, vel si adest aliqua iusta credulitas, qua mediante potuit se mouere ad sic iurandum, puta si vidit hominem de longe, & iurauit esse Petrum, cum nõ esset, sed alius similis Petro, tunc enim excusaretur à falso, prout cum Hippolyt. dixit Bosius in suo tracta. criminalium, tit. de fals. nume. 137. aut in accidentibus negotijs deponat, quia tunc falsus non erit, vt si dicat se non esse consanguineum, af-
40 finem vel amicum †, cum sit, nam non punietur de falso neq; falsus testis iudicatur, quia incidentia non consideratur, sed ea tantum, quæ principaliter aguntur, vt in proposito, vltra dictos Doct. inquit Tiraquel. in tract. itu res inter alios acta, col. 2. cum sequentibus pluribus. versicu. sed hæc cum sequenti, & Thom. Grammat. decisione Neapolit. 43. nu. 3. & 4. & iterum decisione 60. nu. 16. & Euerardum in loco à contrario sensu, pag. 85. in medio. & Auendan. capi. 27. prætor. nu. 19. libr. 2. & Soci. Iun. alios allegando in consil. 31. numer. 28. volumi. 2. & ibi inquit Auendan. quòd tunc extraordinariè punietur, idemque esse asserit Grammaticus decisione Neapolit. 27. num. 3. si falsum quis deponat vltra contenta in articulis, quia licet dictum non valeat, in vltra depositis, non tamẽ punitur testis hic de falso, licet tunc fidem non faciet, secundum Crauet. consil. 6. nu. 19. præsertim si alios obiectos patiatur, nam tunc etiam si in circunstantijs contrarientur non est eis credendum, secundum Alexan. consil. 90. volu. 4. relatum & secutum per Grãmatic. consil crimi. 26. num. 36.

41 Sed an si testis in articulo mortis † dixit se falsum dixisse testimonium in tali causa credetur ei, tradit Maranta in practica tit. de confessione. nume. 11. pag. 445. in paruis. vbi inquit, quòd non, sed stabitur non obstante hac confessione dicto in iudicio per eum cum iuramento prolato, prout & tenet Hippolyt. in pract. §. diligenter. nume. 117. & in. §. restat. num. 2. & 3. Vbi idem in notario & iudice esse dicit & quoad inferendum ex hoc præiudicium tertio ex dicto illo in iudicio prolato commodum resultanti, nil noceret, prout communẽ testatur, Dominus Couar. quondam Episcopus Segouien. Regijque senatus Hispaniarum præses meritissimus in libr. 2. Variar. cap. 13. nume. 7. in fine. & Alciat. de præsumptio. regu. 3. præsumptione. 4. nu. 8. Confessio enim
42 † morientis alij tertio præiudicare non potest, vt per eos ibi, & Anto. Gom. tomo. 3. cap. 13. num. 16. vbi & hanc communem testatur. & Iulius Clarus in libr. 5. pract. crimin. §. fin. quæst. 53. versic. secundus casus. non enim omnis moriens præsumitur Ioannes Euangelista, licet in tali casu multum detraheretur eius fidei, maximè si secundum dictum in mortis articulo declaratum contra primum in iudicio cum iuramento prolatum, fuerit dictum publica iudicis authoritate interueniente & iuramento præstito, secundum Dominum Couar. vbi supra numer. 8. in princip. prout & in facti contingentia me assessore quorundam iudicum de regimiento ex vi recusationis iudicis ordinarij, in quadam causa criminali existente fieri feci, vbi testes productos & præmaximè vnum falsos & periuros ex eorum dictis iudicaui, & iudex ipse si animi passione cęciter non processisset videret, & ex hac causa mulierem tunc ex graui causa accusatam, & ex bona eius probata fama absolui ab instãtia iudicij, & nondum erant quindecim dies lapsi cum ille testis qui clarius periurus apparebat, in articulo mortis constitutus, protulit coram certis personis quòd falsum dixerat contra mulierem illam in illa causa, cumque ad me, fama hæc perferretur iussi fieri petitionem ex parte mulieris & partem citari & coram alguazello ciuitatis & tabellione causæ illius, ille testis hæc proferret, & sic fuit factum & affirmauit se in secundo dicto, & quòd in primo falsum protulerat testimonium, & mulier libera remansit,
43 est tamen verũ quòd contra ipsum † hæc proferentem cõfessio talis probat, & con

tra eius hæredes, vt ad intereſſe condem-
nari poſsint, propter illud falſum teſtimo
nium per eum prolatum, ſecundum Boe
rium deciſione 255. in fin. quem allegan
do ſequitur Auendan. cap. 27. prætor. nu.
25. libr. 2. & an idem ſit in cauſa hæreſis,
tradit optimè Simancas Epiſcopus olim
Pacenſis meritiſsimus in de inſt. Cathol.
titul. 64. de teſtib. nu. 56. cum ſequentib.
44 Sed num teſti dicenti † ſe corruptum à
parte vt teſtimonium falſum diceret, ſit
credendum contra corrumpentem tra-
dit Hippolyt. conſil. 61. nume. 32. volu-
mi. 1. Vbi inquit quòd ſic & Felin. in cap.
licet cauſam. colum. 5. de probationibus.
idem Hippolyt. ſingular. 112. & in. l. 14.
ſed ſi quis. colum. penul. ff. de falſ. Decius
cap. 1. colum. 2. de teſtib. Roman. ſingul.
330. Anchar. in cap. 1. colum. 3. de crimi.
falſ. quòd tamen intellige ſecundũ Auen
dan. cap. 27. prætor. num. 25. libr. 2. vt ta-
lis teſtis in negotio illo ſuper quo depo-
ſuit nullam fidem faciat, prout ſupra, hac
lege dictum remanet, tamen vt corrum-
pens eum puniatur non faceret plenam
probationem, ſed indicium ad torturam
ex dictis per Bal. & eius additio. litera. D.
in. l. ſi teſtis productus. C. de teſtibus. &
Boeri. deciſione 319. numer. 5. infra alle-
gandus, & ita poſſet procedere quòd in-
quit idem Hippolyt. conſi. 101. num. 40.
& conſil. 102. nume. 8. volumi. 2. dicens
non probare contra corrumpẽtem, nam
id verum quantum ad plenam probatio-
nem, ſed ad inquirendum & torquẽdum
ſufficeret, quam opinionem teſtatur ſer-
uari in practica Iul. Clarus libr. 5. Selecta-
rum ſententiarum. §. falſum. num. 3. verſi.
ſubornatis. Dum tamen ſecundum eum
ibi alia adminicula concurrant, licet &
tunc ſecundum eundem Iulium ibi, di-
ctum talis teſtis deberet confirmari tor-
tura, & deinde cõtra nominatos per eum
procedi, de quibus & tradit Bald. capit. 1.
de teſtibus. & ibi Felin. colum. 1. in fin. &
Grammaticus voto. 11. num. 10. & con-
ſil. ciuili 72. & Ruynus conſil. 15. col fin.
volumi. 5. & Beroi. in quæſt. 58. familia-
rium quæſtionum. & Roland. Valle con
ſil. 16. nume. 7. & conſil. 73. num. 1. cum
ſequentibus. volumi. 1. vbi communem
ponit. & quid ſi ſunt duo teſtes iſti qui di-
cunt à parte corruptos eſſe. vide Boeri.
deciſione 319. numer. 5. part. 2. fol. 134.
Quid tamen, ſi teſtis dixit, ſe non dixiſſe
illud quod notarius ſcripſit, an credetur
ei vel notario, & quis punietur, & dicen-
45 dum eſt, quòd neque ipſi teſti, neq; † no-
tario credetur, neque vllus eorum punie
tur quia neſcitur quis periurus delinquẽs
vè ſit, ſecundum Alexand. conſil. 65. in
cipienti, viſis proceſsibus. nume. 1. volu-
mi. 2. & Clarus in pract. crim. §. falſum. nu
me. 10. & Aymon Crauetta conſil. 13. nu
me. 3. volumi. 1. etiam ſi de directo teſtis
talis inſtrumentarius contradicat conten
tis in teſtamento, ſecundum Grammati.
voto. 26. numer. penult. & fin. ſicut & ſi
quis teſtis dixerit quòd cum ipſe tale quid
46 vidit, vel audiuit Petrus erat † præſens,
& Petrus ipſe hoc neget, nullus eorum
punietur, quia neſcitur quis eorum men-
tiatur, imò & potius illi teſti primo cre-
dendum eſt quam Petro dicenti ſe non
fuiſſe præſentem, ſecundum Bal. per Ale-
xan. ibidem allegatum in. l. teſtium. num.
9. C. de teſtib. & tradit Bertach. in ſuo re
pertorio. verb. teſtium punitio. verſi. 21.
nam & potuit eſſe præſens Petrus, & nõ
intelligere ſecundum eundem Bertachi.
verb. teſtes deponunt. verſic. 56. & 107.
& ſic dicere non fuiſſe præſentem, & per
conſequens non euerter probationem al
terius & Lanfrancus in cap. quoniam con
tra, de teſtib. de poſitione. nu. 27. & Hip-
polyt. ſing. 408. & 488. & Hieronymus
Grattus conſil. 75. nu. 9. quòd tenet Paul.
in. l. hæredes palam in princ. numer. 7. de
teſtam. Sic & in noſtro caſu, neque teſtis
dicens, nõ dixiſſe quòd notarius ſcripſit,
puniendus eſt, neque notario ſcribenti
credendum, quòd & vltra Alexan. vbi ſu
pra tractat & Dominus Couar. libr. 2. Va
riarum cap. 13. num. 10. & Grammaticus
deciſione 60. numer. 18. & Capitius me
lius deciſione 61. nume. 5. hoc tamen in-
telligit ipſe Couar. in criminalibus non in
ciuilibus, in quibus notario creditur non
teſti illi, prout & tenet Socin. regul. 421.
teſtis ſi dicat, & traditur per Abb. in cap.
cum cauſam. de teſtib. in fin. vbi Felin. in
verſic. ſecundum autem teſtis. nume. 33.
fol. 133. multa ponit in propoſitũ & per
Angel. & Salycet. in. l. ſi quis. C. de falſis.
per

per Innocent. & Imol. in cap. cum Ioannes. de fid. inst. Estq; vera in hac quæstione, & tenenda conclusio hæc scilicet, q si agitur vt testis hic dicés se aliter dixisse quàm sit scriptum per notarium puniatur de falso testi potius quam notario credetur, & idem è contra si agitur vt notarius puniatur de falso, ipsi & non testi credetur, secundum Aymon Craueta consil. 13. nu. 3. nisi secundum eum ibi cons. 74. num. 3. plures testes adsint contra notarium, & Rolind. Valle consil. 38. num. 17. volumi. 1. Si vero agitur quantum ad hoc cui eorum credatur, in ciuilibus notario crederet, nisi omnes testes dicant aliter dixisse quam sit scriptum, vel testis ille hoc dicens solum, sit notabilis persona, secundum Capi. vbi supra, in criminalibus vero testi creditur potius quam notario, secundum supradictos Doctores, & hoc nisi testis ipse dictum illud suo proprio signo & firma subscriptioneq; signauerit, vel coram alijs testibus, vel iudice declarauerit, qui testes vel iudex asserant testem illum dixisse sicut scriptum est, tūc enim neque in criminalibus ei credetur sed notario, prout inquit Boeri. decisione. 1. nu. 51. 52. & 53. & Aymon Craueta d. consil. 13. numer. 3. quòd & tradit Dominus Couarr. cap. 13. nume. 10. Asserens ob id iure statutū esse vt in criminalibus non committant iudices examinationes testium tabellionibus, sed ipsi eos examinēt & præsentes sint declarationi eorum & suo signo signent eam in simul cum tabellione, imo & tunc inquit Iul. Clar. libr. 5. pract. crimin. §. fin. quæst. 53, versic. quintus casus est. quòd tunc si contrarium deponat post, potest de falso puniri, & Bonifacius in peregrina legum Partitarū. ver. falsitas. quæst. 2. in glo. testificante in fin. quia conuincitur cōtrarietas per signum ipsius testis vel iudicis præsentiam, & post hæc multum vidi Menochium de arbitr. iudi lib. 2. centur. 2. casu. 105. per totum

47 multa differentem. & an varius testis† puniatur de falso. vide Bertachi. in repertorio suo ver. testium punitio. versic. 58. & 59. & Simanc. de inst. Cathol. cap. 64. n. 52. vbi dicunt quòd sic, nisi dicat talis testis quòd hoc dictum & primum sit vnū, secundum Felin. in cap. cum in tua. de testib. nu. 1. & ibi Abb. & eius additio optimè, & Boeri. in decisione 108. nu. 9. fol. 107. par. prima, & quādo testes dicantur

48 tur vacillare in substantia † & quando varij additio. Bart. in d. l. eos nu. 4. litera D. ff. de fals. d. ... consilia Bald. allegat & an testis semel productus dicens se nescire

49 † vel recordari, sit varius & vacillans si post iterato deponat super eodem negotio, vide Bernar. Diaz in regula 754. vbi inquit quòd non, quoniam qui non reminiscitur modo potest reminisci cras, secūdum Bald. relatum & secutum per additio. Bart. in d. l. eos nu. 5. ff. ad leg. Cornel. de fals. & ideo si testis primo deposuit per verbum credo, postea per verbum assertiuum veritatis statur secundo dicto, quoniam hodie possum credere vnum, cras aliud, secūdum Iulium Clarum in practi. crimi. §. fin. quæst. 53. versi. vnum etiam. qui in versic. sed quid si testis, inquit communem esse testem primo dicentem se nihil scire, si post de negotio deponat, non probare & hęc vera sunt vt non puniatur testis hic, nisi cum parte post primum dictū locutus fuerit, de quo & traditur per Hippolyt. in d. l. penult. nu. 9. ff. ad leg. Cornel. de fals. fol. 95. in paruis. & optimè Barbat. consil. 29. illud afferam. col. 13. lib. 1. & Felin. in cap. præterea. nu. 12. de testib. cogend. & idem esset si tantum tempus transisset, quòd verisimile esset cum partibus locutum esse testem secundum gl. penul. in l. 30. titul. 16. part. 3. & an è contra testis primo deponens de negotio, de

50 quo postea † de eodem interrogatus dixit se nescire puniatur, vide Iass. in l. ait prætor. §. iurari. nume. 20. ff. de iure iuran. & Hippoly. vbi supra, & an si quis vno die dicat vnum alio die aliud excusetur tradit Paris de syndicatu. ver. tortura. cap. 5. nu. 6. fol. 441. in paruis. & nota quòd periti

51 † deponentes de tangentibus officium non puniuntur de falso, secundum glo. ... pena porende. l. 8. titul. 7. part. 7. quia de credulitate deponunt, secundum Felin. in cap. significasti. 2. nume. 7. de homi. Item no. quòd si testis deponat de maleficio commisso de nocte debet deponere, quòd illa

52 nocte † lumen vel luna aderat mediante qua potuit videre & cognoscere delinquentem, alias nihil dictum suum valebit,

bit, imo potius falsum præsumetur, secun
dum Cœpolam, cautel. 3 1. si aliquis fuit
accusatus, & Anto. Gom. tom. 3. cap. 12.
numer. 10. & ab hac conclusione nullus
Doctorum discrepat & communis est, se
cundum Iulium Clarum in pract. crimi.
libr. 5. §. fin. quæst. 21. versic. sed quid si te
stis, de quo optimè per Anto. Gabrielem
in suis communibus conclusionibus tit.
de testibus ver. testis deponens de nocte,
vbi limitat & declarat optimè pag. 377.
53 Et an inimicus reconciliatus † possit esse
testis vel patiatur obiectum si deponat cō
tra inimicum antiquum, vide Tiraquel.
cap. cum cessante limitatione 16. num. 7.
& 8. & de inimico qualiter non admitti-
54 tur etiam in casu quo aliter † veritas sciri
non potest, vide Menoch. de arbitr. iudi.
55 quæst. 27. & an lusor † repellat à testimo
nio, vide Roland. consil. 63. nu. 18. cum
sequentibus, aliquibus libr. 2. Item socius
56 itineris cuius socio ipsius itineris † facta
est iniuria non potest esse testis, quia ipsi
videtur etiam iniuria facta, secundum gl.
eorum. l. item apud Labeonem. §. si quis.
ff. de iniur. & Grammat. decisione 25 nu
me. 2. Cœpola consil. criminali. 32. nu. 7.
optimè quia iniuria facta vni ex consorti-
bus omnibus videtur facta, secūdum Hip
polytum consil. 31. num. 16. & facta vni
de cassata omnibus fit, & ideo testes in ea
esse non possunt contra iniuriantem, se-
cundum Tiraquel. de temp. pen. causa 51.
numer. 68. cum sequent. & Menoch. de
arbitr. libr. 2. casu 262. & Cassanæ. in con
suetud. Burgund. rubri. 1. §. septimo. num.
42. & Hippolyt. vbi supra. & iterum in
consil. 68. numero 3. & 4. & consil. 124.
qui alios allegant & Boer. decisione 319.
nume. 1. & 2. qui allegat Cœpolam vbi su
pra: & intellige quando socius hic itineris
iniuriam reuocauit ad animum, quòd ex
verbis vel signis apparebit, secundum Bal
dum in l. quoniam liberis. num. 4. C. de testi
bus. & Alexan. ad Bart. l. item apud. §. fin.
ff. de iniur. & Menochium de arbitr. iudi.
d. libr. 2. centuria. 3. casu 262. supra allega
to. Vnum pro complemēto huius glossæ
quærendum est, num scilicet, vt testis tan
quam falsarius, vel periurus vel ex alio cri
mine repellatur à testimonio; requiritur
quòd sit de illo condemnatus, an vero &
57 si condemnatus non sit † repelletur & si
tantum per testes delictum illud probe-
tur, propter quod à testimonio repelli-
tur, & fides eius euertitur; & in hoc iure
canonico non requirebatur condemna-
tio secundum text. vbi glo. & Doct. in ca.
testimonium. & cap. super eo. extra de te
stibus. Iure tamen ciuili condemnatio re-
quirebatur vt repelli posset, & ideo ius ca
nonicum in foro ecclesiastico, & ciuile in
seculari veniebat obseruandum, secundū
Thom. Grammat. decisione Neapoli. 34.
nume. 29. & Rebuff. in tract. de reproba.
& fal. testi. num. 175. Iure tamen Regio
ex. l. 8. titul. 16. part. 3. ius canonicū vide-
tur approbatum, secundum gloss. ibidem
ver. carta. & sic & in foro seculari hoc ob
seruabitur, vt condemnationem probare
non requiratur, sed satis sit probare periu
rium, vel falsum vel quid simile propter,
quod repellendus venit testis hic, prout
in periurio tenet Auend. cap. 5. prætor. nu
me. 5. in medio. lib. 2. & Villalobos in sua
Antinomia iuris ciuilis & Regij ver. te-
stis. nume. 8. contra quod tamen videtur
58 facere quia committens delictum † ali-
quod publicum infamis est infamia facti,
secundum glos. de falsedad. in. l. 5. titul. 6.
59 part. 7. & ex toto non repellitur † in cau-
sa ciuili infamis infamia facti licet non sit
integra eius fides, secundum Ioan. Oro-
sciū in. l. Cassius Lōginus. ff. de senato. co
lum. 343. nu. 5. & Villalobos in suo Æra
rio opinio. com. ver. testis. num. 110. post
sententiam tamē ex toto repellitur, quia
est infamia iuris, secundum gloss. senten-
tiā. l. 4. titul. 6. part. 7. ergo condemnatio
requiritur, ante sententiam enim non ef-
ficitur infamis saltim iuris infamis, cū vsq;
tunc pro tali non habeatur, secundū Hip
polyt. consil. 52. nume. 17. cum pluribus
sequentibus. volumi. 1. & melius nu. 20.
cum duobus sequentibus: & quia secun-
dum illam. l. ista infamia incurratur sentē
tia requiritur, ergo contra dicta hæc esse
patet, nisi dicamus quòd iam attenta. d. l.
8. titul. 6. part. 3. infamia ipso facto contra
hitur ex eo quod falsitas vel periurium com-
mittatur vel quid simile, & ideo cum ipso
facto contrahatur non requiritur cōdem
natio ad hunc effectum repellendi talem
delinquentem pro teste, & ideo de his la-
tius

tiūs videndi sunt, quæ alio loco in primo
tomo si bene memini dictum remanet,
vbi satis explicuimus hunc articulum &
quæstionem, ad ibi dicta te remitto, sed
quia illud non reperies, ideo credo te-
nendum non esse necesse sententiam mō
strare si delictum propter quod testis re-
pellitur infamat, sed sufficiat obiectū pro
bare ex text. in. d. l. 8. qui cum iure canoni
co concordat, & ità videtur, velle Auen-
dan. cap. 5. prætor. num. 5. in medio. lib. 2.
& Villalobos in Antinomia, ver. testis. nu
8. & ita teneo. Est tamen verum, quòd si
quis sit condemnatus, ex delicto quòd ir-
60 rogat infamiam, durante tempore † ap-
pellationis potest in testē produci, prout
communem testatur Couar. relatus per
Villalobos in suo Aerario mille com. op.
verb. testis. nu. 188. notandum est etiam
quòd si prætendatur testes falsum dixisse
61 possunt citari personaliter † sub pœna
confessi vel conuicti, vel potest condem-
nari pars ad cuius vtilitatem deposuerant
ad eos præsentandum intra certum tem-
pus, aliàs quòd eorum depositionibus nul
la fides habeatur, secundum Rebuff. 3. to
mo constit. Franciæ, titul. de repro. test.
artic. fin. nume. 5. Et an falsum testimo-
nium sit semper peccatum mortale tradit
Soto de iustitia & iure. libr. 5. quæst. 7. ar-
tic. 4. pag. mihi. 435. & not. mirabile di-
ctum Sancti Augusti in. 9. tom. oper. suo
rum in cap. de conuenientia decem præ-
ceptorum & decem plagarum AEgypti
col. 4. inquit enim octauum præceptum
est, falsum testimonium non dices; octa-
ua plaga locusta, animal dente noxium,
quid autem vult falsus testis nisi nocere
mordendo, & consumere mentiendo? &
ideò nos admonet Apostolus, ne nos fal-
sis criminibus appetamus ad Galat. 5. c. 9.
si inquit mordetis & comeditis inuicem
videte nè ab inuicem consumamini. no-
tanda sunt hæc verba præsertim ijsce tem
poribus, vbi abundat locusta, & sic falsita-
tem in testibus abundare credi potest, &
vt repellatur grauiter esset falsus testis pu
niendus, & nulli testi falso esset indulgen
tia concedenda, nec minuenda pœna, sed
proh dolor, cum & ij, qui punire eos de-
bebant gaudeant falsorum testium dictis,
& fortaisis eadicta procurant, ad vindi-
candum se, vel vt timeantur, vel vt com-
placeant illis, quibus in hoc complacere
non debebant. Nota etiam, quòd si instru
62 ctus fuit testis à parte † vt verū dicat, non
dicitur subornatus secundum Bald. secu
tum per Felin. in cap. præterea. nu. 12. de
testib. cog. & probat text. vbi diximus in
l. 8. in fin. titul. 6. supra hoc lib.

Ibi, [Perjuro] Similis text. l. 8. titu. 16.
part. 3. & l. 9. titul. 8. libr. 2. for. qui enim
periurus est à testimonio repellitur, quia
præsumitur adhuc faciliter deierare, vt in
cap. testimonium. extra de testib. & in. c.
accusatus. §. licet. de hæret. in. 6. & not. in
l. Lucius. ff. de his qui notan. infam. vbi &
glos. quærit an periurus sit infamis de qua
per Lanfranc. in capit. quoniam contra. c.
8. de testium depositio. nu. 77. & ibi eius
additio. & per Ferraram in pract. tit. de op
po. contra test. post publicatio. glo. & per
iuri fol. 56. & committitur non solum ex
presè se periurando, sed etiam tacendo
veritatem. vt in cap. 1. de crim. fals. & cap.
quis quis. 11. quæst. 3. & supra proxima
glos. dixi, hunc etiam falsum committe-
re, sicut ille qui expresè falsum dixit com
mittit, & si Dominus Couar. libr. 1. Var.
cap. 2. nume. 5. ad fi. velit inter tacentem
veritatem & expresè se periurantem dis-
crimen quoad periurium constituere, quod
videtur contra dicta, adeoque periurus à
testimonio repellitur, vt etiam post per-
63 actam † pœnitentiam repellatur, prout
asserit gl. periurus in eo. c. testimonium.
de testib. & glos. in cap. per tuas. de simo-
ni quam dicit communem Roland. Valle
consil. 73. numer. 9. & 10. volumi. 1. cui
consequens illud est, quòd tradit Siman-
cas de instit. Cathol. cap. 64. de testib. nu.
98. scilicet, quòd testis qui in causa hære-
64 sis falsum † dixit testimonium, veniam
petens antequam curiæ seculari tradatur,
non est admittendus, sicut hæreticus cō-
uersus admitteretur, quasi pœnitentia ni
hil huic testi periuro prosit quod iure opti-
mo statutum est nè via & iter periuris te-
stibus aperiatur, imo neque testi periuro
creditur in tormentis secundum Crauet.
consil. 6. num. 48. & testi in vno articulo
periuro in nullo credendam, secundum
Crauet. vbi supra nu. 59. communis secū
dum Alciatū in. l. 1. §. sed & si mihi n. 43.
ff. de

ff. de verb. obli. siue capitula sint separata siue non, secundum Socin. Iun. consi. 40. num. 16. & consil. 43. volumi. 2. & Padilla in l. si ex falsis. nu. fin. C. de transact. & in hac lege remanet dictum: nota tamen, quòd licet periurus à testimonio ferendo
65 repellatur, non tamen repellitur † à iudicio, secundum Doct. teste Felin. in cap. intelleximus. nume. 8. de iud. & alias plures obiectiones quæ cõtra testes opponi possunt videre poteris per Menoch. de arbitra. iud. lib. 1. quæst. 24. cum sequent. pluribus & Anto. Gabriel. in suis cõmu. ver.
66 testis. Et an puniat, vt periurus ille †, qui non vidit factum & deponit acsi vidisset, dicit tamen veritatem, vide Anchar. consil. 24. versi. ideò discutiendum, & Felin. c. fraternitati. in fin. de hæretic.

Ibi, [homicida.] Similis est text. in l. 8. titu. 16. part. 3. hoc limitans nisi occiderit aliquem propter defensionem suam, & an obiectus hos nostri tex. vel alios, latentes tamen in teste, liceat litiganti cõtra te-
67 stes proponere † in conscientia tradit optimè Soto de iustitia & iure. lib. 5. quæstio. 7. art. 3. in medio. pag. 434.

Ibi, [Las no especificadas.] Et vltra debet videre an sint necessariæ ad partis eas proponentis iustitiam, & ad hoc videre processum & quã plura alia debet aduertere antequam admittat obiectus, de quibus doctè traditur per Rebuff. in 3. tom. costitut. Franciæ, titul. de reprobatio. testi. articulo quarto. glossa vnica. quòd quam malè iudices faciant, aliorum sit iudicium.

LEX III.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter & quo tempore quis factis publicationibus auditur per viam restitutionis, vt possit probare suam intentionem in prima etiam instantia, traditur in præsentiarum, vtq; vsque dum labatur tempus per viam huius restitutionis assignatũ ad probandum, non est assignandus terminus ad obijciendum contra testes, & est notabilis lex & practicatur quotidie.

IBi, [En la primera instãcia,] vel itidem in secunda, vt in l. 5. infra titu. proximo probatur, & ibi alia de ijs Deo volente dicemus, Imo & quòd plus est in instantia liquidationis non excludetur beneficium
1 † hoc restitutionis si in principali causa nõ fuerit concessum, secundum Matth. Afflict. decisione 114. nu. 2. nam si est concessum beneficiũ hoc restitutiõis in principali causa non concedetur in causa liquidationis, quæ tamen est eadem cum principali, nam amplius quam semel super eadem re concedi non debet secundũ text. hic & secundum, hoc intelligitur, quòd inquit ipse Matth. Afflict. decisi. 35. nu. 3. Sed an in terminis legis de Toledo terminorum occupatorum à ciuitate per perso
2 nam aliquam habebit † locum beneficiũ & remedium nostri text. vt scilicet lapsis illis 50. diebus per legem illam & eius formam procedendi adhibitam à lege. 3. & 4. titul. septimo. lib. septimo. infra ad publicationem testium examinatorum faciendam admittetur minor, vel persona alia priuilegiata, contra quam ex vi illius legis processum est, vt admittatur ad probandum id quod in illis 50. diebus per leges illas assignatis, tenebatur probare, & est quæstio noua quam huculq; per neminem tactam vidi, & crederem saluo meliori iudicio talem priuilegiatam personam admittendam esse ad probãdum per viam restitutionis, etiam lapsis illis 50. diebus, nam cum per legem illam non excludatur restitutionis remedium per generalem exclusionem remediorum nõ censetur exclusum beneficium restitutionis, sed expressè excludendum est secundum.

B e-

Boerium decisione 140. numero tertio, 3. & Guido Papæ, decisio. 257. nu. 2. & ita antequam viderem Auenda. in. cap. 4. præt. nume. 14. lib. 1. dixi licet non careat scrupulo vt & in alia glos. huius legis dicemus, & lex ista in ciuilibus nõ vero in criminalibus procedit secundũ Specul. Ioã. Andr. & alios relatos per additio. Barto. l. 1. §. nuntiatio. num. 33. litera D. ff. de noui oper. nuntia. & secundum Ant. Gom. tom. 3. cap. 1. numer. 7. quòd intelligit ibi ex parte accusatoris, secus ex parte accusati, nam ex parte accusati vsque ad sententiam pro defensione possunt testes produci, secundum eund. Gomez. ibi num. 66. & faciunt dicta per glos. de edad. l. 4. titul. 19. part. 6. & glo. 20. l. 5. titu. 7. part. 7. & Couar. in pract. cap. 26. num. 4. in prin. & Felin. in capit. fraternitatis. nu. 6. in fin. de testib. & additio Bart. vbi proxime dicta litera. D. præsertim si testes fuerunt impediti vt per Innocentium in cap. vltra tertiam. de testib. de quo vide Iul. Clar. lib. 5. select. senten. §. fin. quæst. 65. num. 2.

Ibi, [Para hazer su probança.] Et sic restitutio hæc minori & simili personæ priuilegiatæ conceditur vt in causa principali posit probationem facere non solum ad excludendam actionem, & intentionẽ actoris, verum etiam ad fundandam suam actionẽ, si ipse minor seu priuilegiata persona fuerit actor, prout ex tex. nostro colligitur clarè, & quotidie fit in ciuilib' causis prout loquitur, nam in criminalibus ad accusandum clarum est minorem non restitui ad probationem hanc lapso termino probatorio, prout & infra dicemus Deo volente, & supra hac lege diximus, sed nũquid sicut & minor in ciuilibus ijs restituitur ad probandum contra actoris actionem & intentionem, & conceditur ei termin' ad hoc si intra nostræ legis terminum restitutionem petat, censebitur etiam concessum ipsi actori, vt posit in
3 hoc termino etiam pinguius † ius probare, & non ad elidendum solum intentionem rei ad quam probandam restitutus fuit reus ipse, & dicendum est quòd sic, prout expressè tenet Matth. Afflict. in cõstit. Sicil. lib. 2. rubri. de rest. mulierum. n. 15. & Anto. Gomez. tom. 2. ca. 14. nu. 5. & ita vtitur, & practicatur quotidie, ex quo cessant dicta per Bart. in. d. l. 1. § nuntiatio. nume. fin. ff. de noui oper. nunt. & per Bartholom. Socin. eum declarantem in consil. 110. lib. 1. si bene memini, & facit quia hic non dari videtur nouam dilationem, sed est acsi essemus in prima dilatione ante publicationem, secundũ quod inquit Felin. in cap. fraternitatis. nume. 6. de testib. & facit tex. hic, ibi, como lo puede hazer, & quia ad hoc ex text. nostro gaudet ipsa dilatione minori huic & aliæ priuilegiatæ personæ concessa, vt & intentionem suam & actionem coadiuuare posset quolibet modo, etiam pinguius ius probando circa eam.

Ibi, [Por ser en caso que aya lugar.] De quo per causæ cognitionem constare debet prout videtur ex lege nostra probari in ijs verbis, por ser en caso que aya lugar, hoc tamen constare non potest nisi constet de minori ætate & priuilegio personæ illius, & de damno ex omissione probationis resultante, ergo causæ cognitio procedere debet ad restitutionem hanc concedendam, vt enim competat remedium restitutionis constare prius debet
4 † de minori ætate, vel alio priuilegio ad restitutionem hanc petendam concesso, & de damno secuto, secundum text. in. l. 2. titul. 19. parti. 6. & text. in. l. verum. §. sciendum. & l. parti. ff. de minor. 20. ann. & tenere videtur in propositũ nostrum, Bart. in. §. si minor. l. ait prætor. num. 7. ff. de iure iurand. Communiter approbatus secundum Ias. ibi nu. 19. Cumque causæ cognitio hæc præcedere debeat, si non præcedat ipso iure videtur actum in contrarium vitiari, argumen. communis Bartol. doctrinæ relatæ per Ias. in. l. vniuersa. num. 3. C. de precib. imp. off. & sic videntur perperã facere iudices, qui petita hac restitutione per minorem intra terminũ nostri text. solum constando quòd talis minor est, eam concedunt, nulla præhabita informatione damni ex omissa probatione resultantis, nihilominus, licet hæc
5 vera sint, quoad casum nostri text. † satis videtur esse de minori ætate constare & de priuilegio personæ ad petendam restitutionem, & si de damno ex omissa probatione per informationem non constet, quia de damno satis videtur constare ex omissa

omissa probatione, & hanc opinionem in puncto iuris contra Bartol. & legistas inquit sibi placere Ias.in d.nu.19 per tex. in c.auditis.de in integ.resti.& in c.suscitata.eod.tit.& secundum eam inquit consuluisse Franc.de Aret.& hanc in propositum nostri text.quasi eum viderent, tenent Matth.Afflict.in decisione Neapol. 390.nu.5.dicés ita curiam seruare, & Capitius decisio Neapol. 109.nu.7.& Rebuff.in 2.tom.constit. Fran.tit.de restit. art.1.glos.3.nu.18.vbi constituit in materia hac regulam, & fallentias, incipiendo à nu.16.cum pluribus sequent.in quibus sufficit solum læsionem allegare,& si non probetur,& inter fallentias illas in d. nu.18.ponit hac nostram ex omissa probatione,& ita vtitur & practicatur quotidie,tam in superioribus quam in inferioribus tribunalibus,vt & inquit Minchaca controuer.vsu frequen.cap.31.num. 11. & 12. in camera Imperiali sic decisum fuisse inquit Minsing.relatus per Lancellotum,in tracta.de attentatis.2.par.c.14. nume.8.fol.301.in princ.& sequitur Maranta in pract.6.par.titul.de appellat. nu. 83.pag.564.in paruis.& videtur expressè probari in l.5 infra titu.proximo,dum ad hanc restitutionem concedendam solum videtur requirere quòd iuret, quòd de malitia non petitur, neque vllam aliam informationem,neque causę cognitionem ad eam petendam requirit,constito de priuilegio personæ eam petentis, vt petere eam posit, & quia satis lex nostra & illa contentatur cum appositione pœnæ, si probatum non fuerit in gradu illo restitutionis (licet coram inferioribus in locis vbi vidi practicam rarissimè pœna hæc apponatur in restitutionis illius petitione & concesione)neque petatur etsi nō probetur, & male,quia deberet lex nostra ad vnguem seruari,ne calumnijs ansa & occasio,dilationibus daretur,& an in remedio.l.45.Tauri,quæ est iam.l.8.9.& 10.ti
6 tul.7.libr.5.infra locum remedium † nostri tex. habebit tradit nouissimè Doctor Molina in tract.de primogen.Hispan.lib. 3.capit.13.numer.63.cum sequentibus aliquibus.

Ibi, [Que tenga priuilegio,] vt minor viginti quinque annorum, vniuersitas, ecclesia, & ciuitas, quibus de iure restitutio in omnibus, quibus læduntur competit secundum tex.in.l.fin.titul.19.par.6. vbi
7 & probatur quòd castris & villis † competit hoc restitutionis beneficium,prout tenebat Bal.in.l.respublica.C.ex quib.caus. maio.contra glo.ibi & optimè glos. concejos.in.d.l.fin.imo & Regibus secundū legem illam si. competit, quòd nimirum est secundum glos.Reyes ibidem, quia respub. Romanorum penes Reges existit. Sed nūquid mulieri & rustico maioribus
8 tamen vigintiquinque annorum † competit remedium hoc restitutionis,vt & facta publicatione admittatur ad testes producendos & probandum intentionem suam,& videtur dicendum quòd sic,nam mulier & minor plerunque æquiparātur, ex text.l.1.§.fin.ff.de edend.& in.l.2.§.si. ff.de iur. fisci.quæ iura ad hoc allegat Dominus Ant. Menes.in.l. si quis maior.nu. 8.in fin.C.de transact.& ideo inquit Oroscius in.l. vbi exigitur. ff. de edend. colū. 751.in princ. quòd mulier & minor post didicita testificata testes producunt,& ibi hanc communem testatur opinionem & inquit Matth.Afflict.decisi.Neapol. 216. num.2.quòd semper ista fuit practica scillicet, quòd minor,ecclesia, & mulier, per viam restitutionis in integ. possunt ponere idem,& contraria articulis alterius partis,nam secundum glos.Bart.& communem in.d.l. vbi exigitur, mulier & rusti-
9 cus excusantur aduersus dolū † præsumptum,& restituuntur contra illum si necesse est, prout ibi communem testatur Orosci.d.col.751.& si ita est,& aduersus dolum præsumptum nostri text.(scilicet subornandi testes) restituentur & excusabuntur, & si excusantur cessat ratio nostræ legis non concedētis restitutionem post publicationem,nè subornandi testes occasio detur,& si cessat per consequens cessabit eius dispositio quoad rusticum & mulierem & sic admittentur post didicita testificata ad probationem faciendam per viam hanc restitutionis, neque obstabit quòd hic est dolus de futuro contra quem neque minor neque alius restituitur,quia hoc verum nisi damnum de præsenti patiantur, quia tunc etiam aduersus
10 dolum † de futuro præsumptum restituun-

tuuntur, secũdum Bart. in d.l.1.§. nuntiatio.nu.34.ff.de noui oper.nunt.& Oroscium vbi supra. & sic hanc opinionem ꝙ mulier admitteretur ad petendam nostri text. restitutionẽ tenebant, Guillielmus de Cug.& Reynerius in.d.l.vbi exigitur prout eos adhoc refert nouissimè Minchaca, controuersiarum vsu frequentiũ, c.31.nu.4.quem multo post hæc vidi,& ad manus meas peruenit liber hic, contrariam tamen opinionem imo ꝙ neque mulieri neq; rustico maioribus viginti quinque annorũ, nam de ijs in hac loquimur quæstione, cõpetat restitutio nostri text. tenendam assero, eò ꝙ mulieri & rustico
11 non succurritur nisi in casibus† à iure expressis, vt diximus in.l.1.titul.1.lib.2.supra,& casum hunc nõ reperimus per ius nostrum Regium concessum iure enim
12 ciuili nostri tex.restitutio† non erat cognita, secundum Matth. Afflict. in const. Sicil.lib.2.rubr.de restitu.mulie.nu.5.ergo neque nos concedere debemus: item & quia neque rusticis, neque mulieribus
13 †prodest iuris ignorantia etiam ad damnum vitandum, secundum Bart. in.l.1.§. nuntiatio.nu.35.ff. de dam. infecto. vbi expresse hanc opinionem tenet, & tenet ibi Roma.nu.24.& communem hanc testatur regulam Alex.ibi col.9.versi.tangit etiam Bart.de iure tamen habemus facta publicatione nullum admittendũ ad probandum in prima instantia, ex iuribus vulgaribus,& ex text.nostro, ergo si mulier non probauit in termino, publicatione facta non admittetur ad probandum, & quia rustico, cui in casu iuris magis fauetur, secundum Menesiũ in.l. si emancipata.num.28.C.de iur. & fact.ign. nihil prodest iuris ignorantia si consulere potuit peritiores, prout alio in loco diximus, ergo neq; mulieri, cum id quod magis priuilegiato non conceditur neq; minus priuilegiato debet concedi, per argumentum à maiori ad minus negatiuè cõceptum, quod validissimũ est in iure, vt per Euerardũ, in loco à maiori, & sic hãc secundam opinionem ꝙ mulier & rusticus non admittantur ad petendam nostri text. restitutionem ex clausula generali, vt testes post didicita testificata præsentant, tenent Bar.d.§. nuntiatio.nu.35.& ibi Alex.col.fi. & cõmunẽ testatur Minchaca vbi supra.d.nu.4 & 5. Posset tamẽ inter has opiniones assignari optima & singularis concordia, scilicet, ꝙ prima opinio rustico & mulieri maiorib⁹ remediũ nostri tex.concedens ad petendã restitutionem ex clausula generali, si qua mihi &c.procedat quoties consulere peritiores non potuerunt, vbi de eorum consilio necessitatem habebant, tunc enim bene eis conceditur iuris ignorantia cũ cõsulere peritiores non potuerũt, secundũ Alex.vbi supra.& Menes.d.nu.28.secunda verò opinio procedat cum consulere peritiores potuerunt, & non fecerunt, nam mulieri, sicut & rustico, non conce-
14 ditur id, quod minori† nisi in casibus à iure expressis, prout communem testatur Meneses in.d.l.si maior.num.8.C.de transactio. casus autem cum consulere non potuerunt peritiores reperitur expressus, quia in eo iuris ignorantia eis prodest, secundũ Menesium in.d.l. si emancipata.nu.18 & 28.vbi hãc, licet in aliud propositum communem vocat concordiam & opinionem & Tiraquel. de vtroque retractu, tit.2.§.4.glos.7.nu.18.ergo & in nostro casu tunc procedet prima opinio quoties defectus peritorũ adfuit, secunda verò aliàs, & ita hanc concordiã inter has opiniones videtur assignasse Felinus in dict.cap. fraternitatis. nu.6.in fine.de testibus.& Alexan. in.d.§. nuntiatio.colum.fin.vbi inquit ꝙ in casu in quo admittendi sunt mulier & rusticus maiores, per restitutionis implorationem admittentur, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, dum tamen intra terminum nostri text.minoribus concessum, mulier & rusticus maiores restitutionem hanc petant, non vero post terminum, & hanc etiam concordiam respectu rustici assignauit Minchaca vbi supra, numero sexto.ex Alexand. vbi supra.& Barto. Salic. & Franc. de Rampo in.l. prima.C. de iuris & facti ignorantia. Sed an si agatur actione hypothecaria contra hæredes debitoris, qui diuise-
15 runt† inter se bona hæreditaria obligata, quorum vnus est minor an propter eum gaudebunt alij cohæredes remedio huius legis, tradit optimè Matth. Afflictis in.d.

in.d.lib.2.consti.Sicil.rubr.de restitu.mulier.nu.181.& iterum in decisione 213.
16 Sed an defensori bonorum † alicuius absentis concedetur remedium nostri text. vel si quis exeat pro suo interesse ad defendendum bona per alium petita, & in hoc distinguendum esse credo hoc scilicet modo, quia aut defensor iste opponit se liti & causæ, eò quòd sibi interest bona illa per Petrum contra Ioannem petita non auferri à Ioanne, & tunc vera conclusio est, quòd debet assumere litem in eo statu in quo ipsam inuenerit, cum se opponit, secundum tex.in.c. fina. vt lite pend. in.6. quem ad hoc alleg. Couar.in pract.c.13. nu 1.versi.prior verò, & iterum in.c.14. nu.3.in medio. & sic si publicatio testiũ in causa illa facta iam sit tempore, quo defensor ipse se liti opponit, non potest testes producere de nouo, si ipse principalis in cuius defensionem assistit non posset, prout optimè inquit ipse Couar. d.c. 13.nu.2.per totũ.etiam si hic talis defensor comparens post publicationem esset minor 25.annorum, vel persona, cui aliàs de iure restitutio competebat, ex tex.nostro, quandoquidem cum defensore hoc vsque tunc nihil actum est, in ijsque, quæ
17 cum prædecessore † maiore 25.annorũ & non priuilegiato acta sunt, non competit restitutionis beneficium eius successori, & defensori liti comparenti & assistenti, quamuis commodum, vel damnũ ex eisdem actis ipsi defensori obuenire posset. argum. communis glo. & Doctorum doctrinæ in.l. cum filiusfamil. §. in hac.vbi Ias.nu.4.cum sequẽt.cõem testatur.ff.de verbor.oblig.fol.81.& Matth. Afflictis in decisione Neapol.212. quos refert & sequitur Rolandus Valle, consi. 99.nu.43,& 44.volumi.1.& ideò nimirum si & huic tali defensori remediũ nostri text.denegetur, & ita ijs fundamentis asserui antequam viderem sic asserentem Matth.Afflictis in.d.lib.2.constit. Sicil.rubr.de in integr.restit.mulie.nu.17. quicquid in hoc voluerit casu Dominus Couar.in.d.c.14.quæstio.nu.3.in princ. per decisionem quandam ipsiusmet Matthæi Afflictis, ibi per eum allegatam, 15. in ordine, est enim contra dictam cõmunem opinionem, posset tamen tunc de-
18 fensor hic, admitti † ex causa probabili & vera virtute clausulæ generalis si qua mihi iusta causa videbitur ad probandũ tempore in quo comparuit publicatione facta, prout communem testatur Ias.vbi supra nu.6.asserens esse singulare dictum menti tenendum, & aureis literis scribendum, non tamen diffiteor, quin si ad hũc defensorem minorem tamen, vel priuilegiatum ad restitutionis huius remedium implorandum, bonorum illorum princi-
19 paliter defensio competeret †, ita quòd posset si vellet defensor hic reum principalem conuentum excludere à totali defensione illius litis actaque cum ipso reo principali ipsi defensori præiudicarent, taliter quòd sententia si in causa illa esset lata antè comparitionem ipsius defensoris ipsi defensori præiudicarent, & in eum exequi posset, tunc defensor hic priuilegiatus, si intra quindecim dies publicationis à nostro text. assignatos compareret, posset per restitutionis viam petere sibi assignari termini probatorij medietatem assignari ad probandum, acsi à principio lis cũ eo esset agitata & incepta, cessant enim in hoc casu dicta in præcedente mẽbro, ex dictis per Couar.d.c.13.nu.2. & ita possent procedere dicta per eundem Couar.in dict.c.14.nu.3. vel quoties vt illa communis Bart. & Iasonis loquitur, gestum esset aliquid cum minore ante publicationem: quamuis & hæc scrupulo non careant, eò quòd ipsi defensori saluum manet ius appellandi ad proprij iuris defensionem, admittendaque sit appellatio sua, licet tertius alter sit condemnatus, ex iuribus allegatis per ipsum Couar.practi.quæst.c.14.nume.3.post medium.& capit.15.nu.1.& 2.dicta tamen mihi placent. Aut verò & secundò defensor hic opponit se liti pro defendendis rebus alienis alicuius tertij absq; eò quòd ipsi defensori interesse aliquod sequatur,
20 neq; ei intersit, vt sunt defensores †, qui quotidie in iudicijs creantur, pro defendendis bonis alicuius absentis, vel mortui, & tunc si ille, pro quo & bonorum suorum defensione, defensor hic creatur, minor est viginti quinque annorum, competit ei remedium nostri text. sicut absenti ipsi vel defuncto competeret si

præsens

præsens liti assisteret, quemadmodum, & successori minoris læsi, qui non probauit, si intra quindecim publicationis dies minor hic moriatur, competit remedium nostri text. intra illos quindecim dies intentatum, secundum Matth. Afflict. in constitu. Sicil. libro. 2. rubri. de in integr. restit. mulie. nu. 16. & Castellum in l. 5. Tauri, col. pen. in princ. versic. sed quid si minor, nam cum in materia nostri tex. non tam persona ipsa, quam læsio ex omissa probatione procedens considere tur nimirum si ad successorem illius priuilegiatæ personæ transeat remedium nostri text. si intra quindecim illos dies moriatur priuilegiatus hic, & intra eos successor ipse petat restitutionem hanc aduersus omissam probationem, prout & asseruit ipsemet Matth. Afflictis decisio. 211. vbi inquit ita fuisse in consilio votatum, quod tamen dictum ego in nostro Regno lege nostra attenta, quæ ratione personæ priuilegium hoc concedit potius quã ratione læsionis, eò quòd si læsio consideraretur etiam maioribus esset cõcedendum, non ita indistinctè verum crederem, sed tunc demum procedere posset, quoties defensor ipsius minoris mortui, vel procurator alterius personæ priuilegiatæ, cui competebat remedium nostri text. tanquam factus Dominus litis illius vellet prosequi litem illam, non verò nomine maioris 25. annorum successoris priuilegiatæ alicuius personæ, ex doctrina Barto in l. interdum. ff. de minori. relati & secuti per Capitium, decisione Neapol. 109. nume. fina. vbi in facti contingentia ita dicit fuisse disceptatum, sed non votatum super eo, quanuis aliud votatum fuit in decisione litis de qua fit mẽtio, in d. decisione 211. Matthæi Afflictis, & hoc nisi malitia & dolo aduersarij lis protraheretur & hac de causa per minorem, vel aliam priuilegiatam personã non esset ante mortem petita hæc restitutio aduersus omissam probationem, tunc enim quanuis per hæredem maiorem viginti quinque annorum successorem dictæ personæ priuilegiatæ peteretur dicta restitutio intra nostræ legis terminum, esset concedenda, nè ex dolo & malitia sua aduersarius commodum reportet, prout in dict. decisione 211. ipse Matth. Afflict. asserit votatum fuisse in casu. Ex quibus infero, quod si minor aliquis viginti quinque annorum litigans lite durante moriatur ante lapsum nostri text. terminum quindecim dierum publicationis relicto hærede minore viginti quinque annorum, si minor adiret & litem prosequeretur tanquam hæres &

21 Dominus litis posset optimè petere restitutionem nostri text. intra terminum eius, eò quòd iam hæreditas, & sic res litis illius, effectum est eius proprium patrimonium, & per consequens potest vti iure suo intra nostræ legis terminum, si prædecessor eius mortuus fuit ante publicationem, vel in ipso publicationis termino, quicquid velit distinguere Afflictis, decisione 212. secus verò si moreretur lapso iam termino publicationis quindecim dierum nostri text. tunc enim cum minor hic hæres eius teneatur assumere litem in eo statu in quo remansit mortis tempore non poterit peti restitutio nostri text. per hæredem hunc, & sic intelligerem loqui Afflictis in decisione Neapol. 212. secutum per Rolandum Valle, consilio 99. numero. 43. volumine primo. sed si maior hic viginti quinque annorum succederet minori viginti quinque annorum tunc posset vti remedio nostri text minori illi concedendo si viueret, ex text. & ibi Bartol. secundum vnam lecturam in l. Stichum §. quòd vulgo ff. de solutio. notant Doctores in l. debitori. C. de pactis. teste Dueñas, in regula. 330. limitatione quinta. quod tamen intelligerem si hæres hic adiuit cum beneficio inuentarij, nam tunc esset idem ac si nondum adijsset, secundum Rolandum Valle, consilio. 93. numero tertio. volumine primo. & ideò nimirum si vtatur remedio minoris, cogitatum in hoc vltimo quoniam restitutio nostri text. potius ratione personæ datur, & ideò hæredi eius maiori non deberet competere, quanuis Afflictis in dicto libro secundo. constitutio. Sicil. titulo. de in integrum restitutione. mulierum. numer. 16. aliud velit. Si verò, vt ad incepta deueniamus, absens ille, pro cuius bonorũ defensione creatus est de-

R 2 fensor

21 fensor hic, esset maior 25. annorum † & sic non esset priuilegiata persona, tunc quãuis defensor ipse, esset minor 25. annorum non posset petere beneficium nostri text. quandoquidem non ex persona sua, sed nomine absentis maioris 25. annorum id petit, qui quidem absens non est de priuilegiatis personis ad id petendum, & quia pari censura sunt discernendi reus ipse principalis, & defensor eius, & bonorum suorum, vt in simili inquit Couar. in d. c. 14. nu. 3. defensor enim eo
22 iure †, quo defensus vti debet, secũdum Bald. in l. 2. C. de fructib. & litiũ expens. & facit optima lex. 15. tit. 10. lib. 2. supra. & per consequens si pro minore absente defensor constituatur vtetur priuilegio minoris, quod tamen esse verum tentari posset, quoties defensor hic pro minore absente constituitur à iudice, vel ab ipso minore; secus tamen si sua authoritate cũ cautione de rato quis pro aliquo absente minore compareret suscipiendo in se periculum litis, nam tũc cum acta per ipsum non posint præiudicare, neque præiudicent ipsi minori non potest talis defensor maior annorũ 25. sua sponte se se liti offerens & satisdãs vti priuilegio minoris absentis pro quo satis dedit, nam defensor si
23 ne mandato † non petit in integrũ restitutionem, secundum text. qui ita venit intelligendus in l. eum qui. ff. de minori. quem ad hoc allegat glo. pen. in fine l. 10. tit. 5. part. 3. vbi plura dicit de defensore notanda: sed an defensor hic constitutus pro absente habebit dilationem & eam
24 petere † poterit ad dominum consulendum, & ex dictis per Speculat. in tit. de dilatio. §. videndum. nu. 17. dicendum est, quod si Dominus antequam se absentaret sciuit defensorem ad bona sua positũ esse, quoniam quantũuis Dominus ipse se occultauit, sciebat tamen defensoris creationem, non debet defensori concedi tempus dominum consulendi, sin verò sit absens antequam defensor crearetur, & propter eius absentiam defensor creatur, si Dominus propè est debet defensori concedi terminus Dominum cõsulendi, imò & absque domini citatione non posset lis per defensorem agitari, nisi Dominus per contumaciam se absentaret, secundum Bald. nu. 3. in rub. C. de successo. edict. quòd si Dominus longè abest, quanuis per contumaciã non absit, non est dandus defensori huic terminus dominum consulendi, secundũ Spec. vbi supra, qui licet in procuratore loquatur, eius tamen dicta ad defensorẽ hunc optimè & verè applicari possunt, prout applicata sunt, quantũuis in procuratore aliter distinguat Rota antiqua. 1. de dilatio. quã reperi allegatam hucusq; tamen in meo volumine nondũ reperi, de quo & per Abb. in c. expositũ. n. 7. extra de dilatio. Quid tamen erit si dum lis agitatur ante factam publicationẽ, vel ea facta ante remedium nostri tex. intentatũ minor ipse litigans maior factus est an poterit petere
25 † restitutionẽ hanc intra quindecim publicationis dies, & hãc quæstionẽ tetigit Afflictis, dicta decisi. 210. & in ijs terminis nihil determinat. Ego tamen in hoc crederem ex Bart. in l. 3. §. 1. n. 1. ff. de minorib. dici posse, ꝙ si maior ætas aduenit nondum publicatione facta, publicatioq; ipsa post ritè & solenniter facta fuit, tunc non concedetur restitutio nostri tex. termino publicationis post adueniente, quãdoquidẽ aduersus termini lapsum & ob non petitam restitutionẽ restitui minor non posit, cum iam tũc maior ætatis sit, sed si aduenisset ætatis implementũ tempore publicatiõis durãte, & sic intra quindecim dies publicationis, tũc optimè posset, intra terminũ illum tñ, restitui aduersus omissam probationẽ, & aduersus nõ petitã restitutionẽ intra tẽpus 25. annorũ quindecim illis diebus publicatiõis durantibus, & placet mihi hæc cõcordia & distinctio, licet quia bñficij huius petitio habet cõsequẽtiam ad principiũ, & sic ad dãnũ eueniẽs ex omissa in termino probatione, minorq; hic impeditus fuit tẽpore probatorio currẽte nè posset petere restitutionẽ hãc, poterit in vtroq; casu, siue ætas 25. annorũ obueniat ante publicationem, siue intra quindecim publicationis dies, eam petere, præsertim intentata ex clausula generali, si qua mihi, &c, vt ei non obstet adueniens maior ætas in tempore, quo dãnũ iam extiterat, neq; petitioni restitutionis nondum erat locus ob nondum factam publicationem, de quo tamen

tamen cogitandũ relinquo, nam & Afflictis, vbi.s. indecisum hũc casum reliquit, solum illum determinãs quoties ex malitia aduersarius protraxit litem, vt minor efficeretur maiorante publicationẽ. Sed
26 an fideiussori minoris † cõcedetur remediũ nostri tex. vide Matth. Afflict. in const. Sicil. lib. 2. rubr. 40. nu. 19. & vide remedium vt eo vtatur, per Paul. Cast. in l. Marcellus. nu. 2. ff. de fideiuss. & Fab. in §. quodcunq; ergo. Inst. de iure nat. gen. & ciui. & per tex. vbi Orosci. optimè in l. & hæredi. §. in his. col. 846. ff. de pact. & conciuem nostrũ Guterriũ in tract. de iuram. confir. 3. par. c. 15. nu. 14. & 15.

Ibi, [Se le conceda y otorgue.] Prout ex iure canonico in c. auditis. de in integ. rest. erat concessum, & ex iure ciuili, in l. pen. C. de temp. in int. rest. petẽ. & ita cõiter Doctores tenebant teste Ant. Gom. tomo. 2. in c. 14. nu. 5. & tenẽt relati per Rebuf. in. 3. tom. cõst. Fran. tit. de publicatione attestationũ. art. 1. gl. 1. nu. 11. quãuis Afflict. in d. lib. 2. cõst. in rub. de in integr. rest. mul. n. 5. asserat iure cõi esse incognitã restitutionẽ nostri tex. nisi eũ intelligas loqui de iure cõi digestorũ. Et sic iam hodie cessant circa hæc latè dicta per Bart. in l. 1. §. nũtiatio. nu. 33. ff. de noui oper. nũt. & planum ex tex. nostro redditur restitutionẽ aduersus omissam probationẽ iam minori. 25. annorum, & similr aliæ priuilegiatæ personæ esse concedendam si petatur intra quindecim dies post factam publicationẽ, secundũ quod in lege nostra disponitur, adeò vt renuntiatio & cõclusio in causa non obstet, quin minor possit hanc petere restitutionẽ, & similis priuilegiata pſona intra nostri text. terminũ, secundum Afflict. decis. 114. & tunc etiã aduersus renuntiationẽ, & conclusionẽ factam talis minor & priuilegiata persona restitutionẽ petet, si facta fuerit renũtiatio termini publicationis, & cõclusum in causa. Et an remedium nostri
27 tex. locum † habeat in iudicio summario possessorio legis q̃ interim vocatur, Couar. in pract. c. 17. n. 3. versi. sextũ ad hęc. inquit q̃ non, quẽ referendo post hæc nouissimè sequitur Molina, de primogen. Hisp. lib. 3. c. 13. n. 63. cũ seq. licet in iudicio possessorio, quod principaliter tractatur, secundũ eund. Couar. vbi. s. benè datur restitutio nostri text. Item & secũdo nõ procedet tex. noster quoties agitur de
28 reuocanda † possessione adepta propria authoritate in spolium alterius cõtra formam l. 1. & totum titul. 13. 3. isto lib. cum secundũ legem illam. 1. & 2. ibi intra tres dies sit facienda restitutio & est hæc mea & noua consideratio. Etenim remedio legis de Toledo terminorũ publicorũ oc-
29 cupatorũ † lex nostra procedat, alibi diximus, & determinaui q̃ sic, quanuis nunc maturius considerando, eò q̃ est iudiciũ summarium, & terminus specialis adest ibidẽ assignatus per legẽ illã de Toledo, nõ esse sine dubio credo, & ideo latiꝰ cogitandum. Vlterius & non habet locum remedium nostri tex. in causis criminali-
30 bus † ex parte accusatoris, qm̃ si minor aut alia priuilegiata persona accusat, nulla ei competit restitutio aduersus omissam probationem, eò q̃ esset in effectu ad accusandum eum restituere, contra l. auxilium. ff. de minori. tenetq; in expresis terminis additio. Bar. in d. §. nuntiatio. n. 33. litera. D. & ibi Ias. n. 10. versi. secundo. & Alex. ibi, nu. 34. licet ex parte minoris accusati bene daretur & cõcederetur restitutio nostri tex. intra terminum eius petita. Imò & quilibet etiam maior vsq; ad cõclusionẽ in causa pro innocentia sua probanda absque vlla restitutionis petitione admittitur, ex tex. in l. vnius. §. cognitu-rum. ff. de quæsti. vbi Bartol. & Doct. & melius omnium Iulius. Clar. libr. 1. Select a. quæst. §. fin. quæst. 61. versi. sed quæro nunquid. & pro hac limitatione faciũt tradita per glo. de edad. in l. 4. tit. 19. par. 6. scilicet, q̃ illud q̃ dicitur etiam in criminalibus minorem restituendum contra processum, sententiam vel cõfesionem ex l. 1. tit. 13. & ex l. fi. tit. 25. par. 3. & ex communi asserta per Dida. Perez in l. 9. titu. 11. lib. 3. ordi. col. 1169. in fine cum seq. verum hoc est, si restitutio hæc peta-
31 tur † ex parte minoris accusati, secus verò si ex parte accusantis qm̃ tũc non concedetur ei restitutio, vt & per Felin. in c. fraternitatis. n. 6. in fine. Fallẽt. 3. de testi. quem & alios refert posthæc conciuis noster Doctor Guterrius, in repeti. Authẽ. sacramenta puberum. num. 138. C. si ad-

uersus ven.& Matth. Afflict. in constitu.
Siciliæ lib. 2. titul. de in integr. resti. mulie
nu. 7. 8. 9. &. 10. vbi & in nu. 7. inquit q̄
si agitur ad vindictam & inconsequentiā
ad rerum restitutionem adhuc tunc non
concedetur restitutio hæc, neque aduer-
32 sus omissas probationes † obiectionum,
contra testes, vel aduersus ipsas obiectio-
nes omissas, vt per Afflictis in dict. nume.
9. & Rebuff. in. 2. tomo constit. Franciæ,
titul. de restitutio. art. 1. gloss. 2. nu. 16. &
alibi diximus, & repetit idem Afflictis in
d. libr. 2. rubri. de resti. minorum. num. 7.
Imò si minor accusans aduersum transa-
ctionem per accusatum oblatam, & per
eum non acceptatā, restituatur eò q̄ post
in sententia in minus condemnatur, quā
in transactione offerebatur, vt per Barto.
& alios relatos per Cœpolam, cautela. 6.
& Castellum in. l. 5. Tauri, verb. de edad
legitima. versic. nota vnum. adhuc tunc
non restituetur minor accusans aduersus
33 non acceptatam † transactionem per reū
accusatum ei oblatam, quantumuis mino
ris æstimationis sit, condemnatio facta in
sententia, quàm in transactione oblata
offerebatur, cum neque aduersus inciden
tia & emergentia minor accusans restituē
dus sit, prout supra ex Afflictis decerpi-
tur, etiam si ipse Afflictis in dicto libr. se-
cundo, in rubri. de restitut. minorum. nu-
mer. nono. aliud designet & velit. Est ta-
men verum quod aduersus lapsum termi
ni constituti ad recusandum Regium au-
34 ditorem in causa criminali † bene resti-
tuetur minor etiam accusans, secundum
Orosciumin. l. de die 4. si seruus. ff. qui sa-
tisd. cogan. colum. 664. in princip. & Co
uar. in practi. capit. 26. num. quarto. quod
corrigi videtur ex text. in. l. 16. titul. 10.
libr. secundo, supra vbi diximus. Sed an in
via executiua locum habebit legis nostræ
35 remedium †, & quoad executatum quā
uis minor sit nullo modo locum habebit,
quoad executantem verò non est opus,
nam ipse potest petere terminum decem
dierum prolongari, vt in titulo de las en-
tregas, infra eodem. Deo volente dice-
mus, quoad tertios vero oppositores pro
suo interesse executioni se opponentes,
cum quibus via est ordinaria proceden-
dum, locus erit nostri text. remedio.

Ibi, [Ora aya hecho probança ora no.]
Corrigit in hoc distinctionem, quæ de iu
re ciuili assignabatur per Doctor. de qua
per Alexan. in. l. prima. §. nunciatio. num.
32. ff. de noui oper. nunciatio. & Anto.
Gomez tomo. 2. capit. 14. nume. quinto.
& per gloss. muestran. in. l. tertia. titu. 25.
part. 3. & sic hodie indistinctè ex lege no
stra siue priuilegiata persona fecerit pro-
bationem siue non, perquisiuerit vè eam
siue non, admittetur ex remedio nostri
text. ad probandum priuilegiata persona
hæc ex remedio nostri text.

Ibi, [Dentro de quinze dias.] Ex ijs cir
ca restitutionem hanc petendam per mi-
norem, vel similem priuilegiatam perso-
nam habes restrictum quatuor annorum
personis ijs concessum à die læsionis nu-
merandum ad petendum restitutionem
in integrum aduersus lesionē illam, quod
tempus quadriennij assignabatur per tex.
in. l. 10. titul. 19. part. 6. etiam si læsio con
sisteret in minori termino & lapsu qua-
tuor annorum, vt dicemus Deo volente
in. l prima. titul. 18. verbo, hasta infra isto
libr. quarto. & text. nostrum ad hoc consi
derat gloss. quatro. in dicta l. 10. Sed num
persona hæc priuilegiata poterit aduersus
lapsum termini huius quindecim dierum
36 † restitui, vt sic restitutus concedatur ei
terminus nostri text. ad probandum id
quod probare omiserat, & licet Matth.
Afflictis in dicto libr. secundo, constitut.
Siciliæ, titul. de in integrum restitutione
mulierum. numer. 13. velit quòd sic, le-
ge tamen nostra attenta contrarium vi-
detur tenendum, eo quòd si hæc Affli-
ctis opinio vera esset, nostri text. disposi-
tio illusoria redderetur, & quia cum limi-
tatiuè loquatur & restitutionem hanc
cōcedat, nisi intra terminum nostri text.
petatur, non concedetur. Item & quia
cum terminus hic nostri text. succedit in
locum quadriennij anteà minoribus &
similibus priuilegiatis personis solitum
concedi, quad [illegible] hoc elapso
non concedebatur restitutio aduersus
lapsum quadriennium, nè in infinitum
procederetur, secundum gloss. quatro.
in. d. l. 10. idem est dicendum de termi-
no nostræ legis subrogato in locum qua-
driennij, quod de ipso quadriennio iudica
retur,

tetur, & placet mihi hæc opinio quamuis latius de ea cogitandum iudico, in tribunalibus tamen Ecclesiasticis vbi lex nostra nõ est recepta, opinio Matth. Afflictis seruaretur, prout aliquando in tribunali Ecclesiastico huius nostræ Placentinæ ciuitatis seruari vidi si bene memini, præsertim si est iudex delegatus Papæ

37 qui quidem tenetur † omnino ius canonicum seruare secundum glo. in cap. consuetudo. 1. distinct. optime Augusti. Berous in quæst. familiari. 52. nume. 5. & notandum est quod dies ij quindecim continui sunt, & sic in eis dies feriati numera-

38 buntur, omne enim tempus & omnis dilatio regulariter continua est, secundum gl. in rubr. & in l. 1. ff. de diu. & tẽp. præs. Bal. in l. 1. C. de ferijs. ex. l. siue pars. in fi. C. de dilat. notat Maran. in pract. tit. de dilat. nu. 48. vbi id intelligit verũ nisi feriæ absorberent totam dilationẽ, vel maiorẽ partem, quia tunc feriæ non computantur in dilatione, vnde si in sabbato Palmarum fieret testium publicatio, quia abinde quindecim dies ij currunt, & feriæ durant per quindecim dies, talis terminus horum quindecim dierum incipiet currere post octauam Paschæ, secundum Marantam vbi supra. Et quid si dum publicatio facta est, lis protrahatur in longum tempus, & tunc temporis erat minor habẽte tamẽ tempore quindecim dierum factus est maior, an concedetur remedium nostri text. supra hac. l. in verbo, que tenga, diximus.

Ibi, [De la mitad del termino.] Quid tamen si persona hæc priuilegiata petens restitutionem hanc necesse habeat inten-

39 tionem suam probare in Indijs † & locis remotis vbi si tantum daretur medietas termini probatorij anteà concessi ad probandum non esset sufficiens terminus ad examinandos testes in locis remotis existentes, nunquid tunc concedetur maior terminus, & sic vltra marinus, de quo in l. 2. & 3. titul. 6. supra eodem libr. & videbatur dicendum quòd non ex tex. nostro in quo probatur amplius quàm medietatem termini probatorij anteà concessi nõ esse dandam, ergo neque huic concedetur neque dabitur, imputet enim sibi, quia in concessione primi termini probatorij, non petijt terminum vltramarinum concessum, terminusque legalis prolongari non potest, prout alio in loco diximus, nihilominus tamen in hac quæstione totũ contrarium asserendum est, & tenendum credo tam in iudicando, quàm in consulendo, cum Matth. Afflict. decisio. Neapol. 124. ita expressè tenente & asserente, sic decisum fuisse in Senatu Neapolitano & iure optimo, quoniam licet terminus legalis prolongari non possit, id tamen verum est ista non existente causa, ea tamen existente optimè prolongari poterit, & à fortiori abbreuiari, & hæc est magis communis opinio & sententia, causa tamen in hoc casu patenter constat, ex eo quòd lex nostra terminum hunc concedens intelligenda est, si commodè intra terminum illum res expediri potest & sic probationem fieri, secundum Abb. quasi in nostris terminis ita asserentem in cap. venerabilis. nume. 10. de iudic. & melius & clarius Cassiodorus in decisio. 9. de appellationibus, numer. 9. & 10. & faciunt dicenda, Deo volente, in. l. septima. titul. 18. infra. isto libr. quarto, super verbo, dentro de treynta dias, ergo si probatio hæc fieri nõ potest cum medietate termini anteà dati, terminus vltramarinus concedendus est, lex enim non debet esse ludibrio, neque seruire debent, vt aiunt, de nihilo tamen in hoc casu lex nostra seruiret, si terminus hic vltramarinus non concederetur quãtumcunque excedat medietatem primi termini probatorij, ergo habemus intentum, & sic teneo quòd terminus hic vltramarinus concedetur, præsertim si iuratur de nouo ad notitiam peruenisse se testes illos in Indijs habere, debet tamen tunc eadem informatio adhiberi, quæ adhibenda est, ex dictis legibus. 2. & 3. titul. sexto. supra eod. quoties terminus hic vltramarinus petitur cum termino primo probatorio, insuperque necessarium est ex parte huius priuilegiatæ personæ, beneficium nostri text. petentem, aliam etiã in simul restitutionem petere, scilicet, quia eo quòd non petijt terminum hunc vltramarinum in simul cum termino ordinario ad probationem faciendam assignato, prout petendus erat, ex dispositione dictæ. l. 3. petit restitutionẽ nunc aduersus

omissionem illam, & quòd eo sic restituto concedatur & restitutio nostri tex. & consequenter assignetur terminus vltra marinus ad probandum, quia testes vltra mare & in partibus longinquis extra Regnum habet, & testes illi sciunt veritatem, de quo offert informationem & medietas termini probatorij iam assignati nō sufficiebat ad probationem faciendā tunc enim teneo non esse denegandum terminum hunc, neque restitutionem etiam petitam esse denegandam aduersus petitionem omissam termini vltra marini insimul cum ornario, nam lex illa. 3. titul. 6. supra eod. libr. non excludit restitutionis beneficium, & ideò exclusum non censetur, prout ibi dixi [illegible] gloss. 1. quod est optimum & singulare in practica & in propositum nostri text. non reperies per aliquē è nostris tactum, & facit etiam ad text. in l. 7. titul. 18. infra isto libr. prout ibidem Deo volente dicemus, & cōsiderabimus. Est tamen verum quòd si in termino probatorio petitus fuit terminus hic vltramarinus, vel extra Regnum, non poterit iterum petiin termino hoc restitutionis, vt dixi sic legem nostram limitando in d. l. 1. in glo. ni con restitucion. titul. 6. supra eodem libro. Est etiam & aliud dubium an
40 medietas † hæc termini intelligatur de termino concesso ad probandum per legis dispositionem, & sic per. l. 1. titu. 6. supra eod. lib. an verò de toto termino elapso, putà quia cucurrit maius tēpus post quam causa fuit ad probandum recepta, & in hoc breuiter dico quòd debet considerari tempus à lege concessum & concedendum, non verò tempus à iudice cōcessum, vel lapsum ex stylo, vel consuetudinis vigore, contra, præter, vel aduersus dictæ. l. 1. dispositionem, vel ex partium negligentia, quoniam id quod fieri debet est attendendum, & lex semper respicit dispositionē legum aliarū, non verò iudicum dispositiones & terminos longiores, quàm à lege sint assignati, & sic vidi semel me patrocinante in facti contingentia declaratum.

Ibi, [Despues de la publicacion.] Et sic lapso toto publicationis tempore quindecim nostri tex. dies curret, secūdū aliquorum opinionem, licet secundum aliorū & melius intelligitur, despues de la publicacion, scilicet facta, & sic quòd facta publicatione statim quindecim ij dies currere incipiāt, & ita vtitur & practicatur quotidie, & per consequens sex dies publicationi assignati numerantur in ijs quindecim diebus.

Ibi, [Se le niegue.] Similis est text. in l. 5. infra proximo sequente titulo, reguláreque hoc est, quòd restitutio in vna causa concessa circa eandem rem vel eundem articulum non potest iteratò concedi, vt per totum titulum C. si sæpius in integrum rest. post. & l. 6. in medio tit. 19. part. 6. & l. 4. titu. 5. supra isto lib. & hanc de iure testatur communem opinionem Mauricius relatus & secutus per Villalobos, in suo Aerario mille com. opin. litera B. num. 78. vbi applicat ad legem nostrā, & tenet in eius terminis Matth. Afflict. in d. lib. 2. constit. Franc. rubri. de in integr. rest. [illegible]lierum. num. 12. licet ad diuersos effectus bis & pluries potest in eadem instantia restitutio postulari per priuilegiatam personam, quid tamen si quis cōdemnatur in certa nummorum quātitate post sententiæ notificationem liquidanda, an
41 in instantia liquidationis habebit locum remedium nostri text. vide Matth. Afflictis decis. Neapol. 35. dicentem quòd nō, quia est eadem causa liquidati.

Ibi, [Se le ponga pena.] Simile disponit text. in l. 5. infra titul. proximo, quòd licet apud supremos iudices obseruetur, apud inferiores tamē rarissimè pœna hæc apponitur, sed conceditur potius hæc nostri text. restitutio absque huius pœnæ cōminatione, esset tamen vtile & conue-
42 niens nimis vt & inferiores † in hoc etiā nostri text. dispositionem seruarent, fortassis enim quàm plures expensæ & dilationes euitarentur. Aduertendum tamen esset, q in casu in quo pœna nostri text. apponeretur, partique aduersæ esset applicata si restitutus non probaret, quòd eatenus pœna hæc deberetur, quatenus inter
43 esset † parti aduersæ concessam fuisse restitutionem hanc & dilationem datam ad probandum secundū quod inquit Matth. Afflict. decis. Neapol. 135. num. 4. prout & in aliud propositum dicemus, Deo volente, in l. 3. titu. 18. infra isto lib. & quan

nis Afflict. vbi supra, videatur loqui in pœ
na conuentionali, idem tamen in pœna le
gali considero affirmasse Afflictis ibi, cũ
loquatur etiam in pœna pro contumacia
imposita & debita, & æstimabitur tunc
non interesse principalis litis, sed illud,
quod interesse poterit, propter litis dila
tionem, ex Innoc. in cap. per tuas, de arbi
tra. relato per gloss. e no sera, in. l. fi. titul.
4. parti. 3. notandumque idem est, quod
44 fisco, regis, & pauperi, † personæ non im
ponitur pœna hæc etiam apud suprema
tribunalia, secundum Practicum Monter
roso, in pract. ciuili, tract. 2. fol. 10. pag. 1.
in fin. cum sequent.

Ibi, [Go ze la otra parte,] omnis enim
dilatio vni parti concessa, alteri parti de-
45 beret esse † communis, & ea vti potest pars
aduersa, ex text. in. l. petendæ. C. de temp.
in integ. rest. pet. quem adhoc allegat Spe-
culator, in titul. de dilatio. §. videndum vers.
in summa, & Maranta in titul. de dilatio.
practicæ suæ num. 18. pag. 435. in paruis,
& Boetius decis. 352. num. 3. & Anton.
Gom. tom. 1. cap. 14. num. 5. & Lanfran.
in cap. quoniam contra titul. de dilationi:
num. 1. & Afflict. in dict. lib. 2. constitu.
Franc. tit. de in integ. resti. muli. num.
46 15. in correlatiuis enim priuilegium † vni
motu proprio concessum alteri correla-
tiuo prodest, secundum Felin. in cap. pru-
dentiam, in fine de ... peti. sicque dili-
47 gentia appellati † prodest appellanti, se-
cundum Gomez. in reg. cancellariæ de
annali possess. q. 65. pagina. 2. folio. 311. in
paruis; virtuteq; huius communionis &
communicationis, si ad instrumenti exe-
cutionem faciendam, liquidationem præ
cedere, necessarium est, deturq; terminus
ad liquidandum parti petenti executionẽ
eodem termino gaudebit pars exequen-
48 da †, ad probandum contra liquidationẽ
illam, secundum Hippolyt. alios allegan-
tem & dictum hoc solemnizantem in cõ
silio. 47. num. 14. & 15. ex eodem etiam
deducitur fonte, quòd si in sententia fiat
condemnatio sub conditione, si ille pro
quo est lata, probauerit intra talem termi
49 num, † beneficium hoc probandi ad par-
tem etiam aduersam concessum censetur
secundum Ias. in repet. l. admonendi, nu-
mero. 70. ff. de iureiur. & Menesium, in l.
1. num. 3. & 4. C. de iur. & fac. ignor. idq;
adeo verum est quod etiam si dilatio vni
parti concessa per specialem prouisionem
& viam concedatur & sic restitutionis vi,
50 † adhuc vtrique parti communis effici-
tur, secundum gloss. fin. in cap. ex tenore
de testibus, quã adhoc allegat Ias. in dicta
repetitio. num. 11. & Specul. vbi supra, nu
mero. 14. & ibi Bald. in additio. num. 21.
litera. G. versic. dilatio communis est, pro
quo vltra nostrum text. considero text.
expressum, & ibi gloss. litera. L. in. l. 2. tit.
25. part. 3. & plus probat noster text. sci-
licet quod quauis pars restitutionem hãt
51 petens didicerit testificata † adhuc illa di
latione gaudebit altera pars, quæ etiam di
dicit attestationes & probationes pro-
cessus illius, nam text. hic præsupponit fa-
ctam esse publicationem ergo fatendum
est partes didicisse testificata, vel posse di-
scere, ante enim priuilegiata hæc perso-
na nesciret an deesset aliquid probandum
prout & voluit Bald. in dict. l. petendæ in
fine, & ibi Ias. Paul. & alij, licet idem Bal.
in dict. additio. Specul. contrarium & ma-
lè dixerit, nam sola publicatio non impe-
diebat testes produci, sed partes testifica-
ta didicisse, secundum Felin. in cap. frater
nitatis num. 11. de testibus, & ibi eius ad-
ditio. in verbo publicatio, el. 3. si ergo so-
la publicatio non impediebat, necessariò
est faciendum, vt textus noster de aliquo
deseruiat, & in casu magis dubitabili pro-
uideat, restitutionem hanc concedi etiã
si priuilegiata hæc persona testificata di-
dicerit, & ita in practica quotidie vti vbi-
que videmus, & sic text. noster pro hac
opinione clarus est, vlterius dicta regula
quod dilatio vni parti concessa est alteri
parti contrariæ communis, quod etiam in
præiudicium alterius partis, cui communi
catur, non potest pars ad cuius petitionẽ
52 concessa fuit, illi renuntiare, † secundum
Lanfrancum, & Specul. vbi supra & hanc
testatur communem opinionem Ias. in l.
fi. num. 8. ff. de pactis, idem Ias. in. l. si arro
gator num. 54. & 55. ff. de adoptio. & An
ton. Gom. l. 22. Tauri, num. 24. sicque in
quit Lanfrancus, vbi supra, quod cauti ad
uocati nunquam debent renuntiare dila-
tioni, nisi & altera pars renuntiare etiam
velit, nam cum alteri illi parti ex concessa

dilatione sit iam ius quæsitum, nullomo-
do potest per aliam partem iuri illi præiu-
dicari, dilationi concessæ renuntiando, ar
gum. l. fin. ff. de pact. & regu. id quod no-
strum. ff. de reg. iur. Ex quo nunquam li-
cet appellanti in præiudicium appellati ap
pellationi renuntiare re non existente in-
53 tegra, nam cum appellatio vtrique parti †
sit communis, vt ex text. & ibi DD. in. l.
ampliorem. C. de appellatio. ideòque quã
uis appellatus non appellet, potest tamen
in gradu appellationis petere reformari in
sui fauorem sententiam illam, à qua appel
latur, secundum Abb. in cap. Ioannes nu.
17. de fide instrum. & ibi Deci. & Feli. &
eundem Abb. in consil. 2. num. 2. vol. 1.
& Rotam nouam. 23. de re iudi. & Felin.
optimè in cap. significauerunt, de excep-
tio. Deci. in cap. si duobus. numero. 18. &
19. de appellatio. quamuis in Francia, secũ
dum Rebuf. in. 3. tomo. constit. Fran. tit.
de appellatio. in præfatione. nume. 25. &
Boeri. decis. 73. num. 7. &. 8. & additio.
Alex. consil. 183. num. 4. vol. 6. est neces
se quod vtraq; pars appellet, aliter enim
appellatus appellatione vti non potest, &
in cancellarijs nostris sic itidem audio vti
ex stylo, de iure verò vtitur optimè appel
latus appellatione aduersarij, vt dictũ est,
nisi secundum Abb. in dict. nu. 17. & An-
to. Gomez tomo. 2. cap. 11. nume. 16. in
3. effectu, & Præposit. in cap. si duobus, &
in cap. interposita. §. ille denique in fine,
extra de appel. sententia contineat plura
54 diuersa capitula, & vna pars † appellet ab
aliquibus capitulis, & in alijs consentiat,
nam tunc nisi altera pars ab illis capitulis
consensis appellauerit etiam de iure appel
latione aduersarij vti non poterit circa ca
pitula consensa, & tenet gloss. 1. in. l. 9. ti-
tul. 23. part. 3. & Couar. in pract. cap. 27.
numero. 5. versic. sed si quis, & Feli. vbi su
pra, num. 3. & Rebuff. in dict. 2. tom. con
stit. Franc. titul. de rescriptis, articulo. 3.
gloss. 4. num. 5. & decisionem Pedamon.
in. 142. num. 27. & modernũ Gomeciũ
Leon, in centur. informationum iuris lo-
co. 72. nu. 2. Quod secus esset si capitula
non essent diuersa, sed connexa, nam tũc
reputatur vnum capitulum & per conse-
quens quantumcunq; appellaret quis in
ijs, quæ sunt contra se & in alijs consenti-
ret adhuc tunc posset appellatus de iure
se illa iuuare appellatione, quoniã appella
tio illa deuoluet tũc totum negotium ad
superiorem, secundum dict. DD. maximè
Francum, in dict. cap. si duobus, & Boeri
decis. 73. num. 6. vbi declarat quando di-
centur capitula cõnexa & Deci. & eius ad
ditio. in dict. capit. si duobus, num. 8. de
appellat. & Menochium de arbitrarijs iu-
dicum lib. 2. centuria. 1. casu. 95. num. 14.
16. 18. 19. &. 20. itidemque non gaudet †
appellatione appellatus, quoties illam im-
pugnat, secundum Præposit. in dict. §. ille
deniq;, ijs tñ deficiẽtibus gaudet de iure
appellatus appellatione sui aduersarij: A-
deò vt in eius præiudiciũ pars appellãs illi
55 renuntiare † non poterit, secundum Ma
rantam solum Felinum referentem, in pra †
ctica titul. de appellatio. num. 330. pagin.
632. in paruis, & Anton. Gom. in dict. n.
16. communemq; testatur esse opinionẽ
Gom. in reg. cancellariæ, de triennali pos-
sessore, quæstione. 54. pagin. 437. in par-
uis, versic. hinc, quem corruptè allegauit
Villalobos in suo ærario mille com. opin.
litera. A. num. 201. imo licet appellans nõ
prosequeretur appellationem infra men-
sem posset nihilominus appellatus eã pro
sequi, secundum Marant. vbi supra, num. †
233. pag. 610. in paruis, & rotam antiquã
33. de appellat. & nouam, eo titu. 6. num.
1. & decisi. nouam, 7. in princip. eiusdem
tituli, quæ tamẽ licet vera sint, prout sunt
intelligenda tamen veniunt, secundum
Bartolum in. l. si post mortẽ. §. fi. ff. de bo.
pos. contra tab. cuius opinionem veriorẽ
dicit Minchaca de successio. creati. §. 25.
num. 6. quotiescunque dilatio conceditur
tur vni parti à iure communi, secus si à iu
56 re speciali, † quia tunc etiam in præiudi-
cium alterius partis potest dilationi renũ-
tiari per partem, cui concessa fuit, & eam
speciali iure petijt, per text. quem adhoc
expressum dicunt in. l. si iudex circumuen
to minore. ff. de minoribus, vbi minor re
stitutus ex læsione venditionis fundi per
eum venditi, potest pœnitere, & illi sentẽ
tiæ & restitutioni eius virtute concessæ
renuntiare etiam altera parte inuita, eò q
fauore ipsius minoris fuit ipsi minori con
cessa restitutio illius fundi, ergo in odium
eius retorqueri non debet, ex. l. quod fa-
uore.

... C. de legibus, vbi Bald. num. 2. hoc etiam tangit, quem textum etiam asserens in hoc allegat Ioan. And. in addit. ad Spec. titul. de appellatio. §. 1. in fine, hancque Bart. opinionem l. idem sequitur idem Bald. in l. postquam lite, numer. 13. C. de pactis, & Tiraquel. de retroque retract. titul. 1. in fine, num. 27. & 28. allegando Alex. consil. 96. viso themate, colum. fin. volum. 4. idem tenentem, quem & aliud allegat etiam ad hoc Didacus Perez, in rubr. titul. 6. lib. 3. ordinam. colum. 978. in fine, & voluit Felin. in cap. prudentiam, in fine extra de mut. peti. & hanc vt diximus dixit veriorem opinionem Minchaca, vbi supra quamuis ipse cogitandum relinquat, sicque eodem modo inquit Bald. in. l. per hanc, in fine, C. de tempor. appel. per textum in dict. l. si iudex, quod licet in præiudicium appellati non possit renuntiari appellationi per appellantem, illud tamen verum est, cum appellans vsus fuit iure communi, secus si iure speciali †, vt puta si lapso termino ad
57
appellandum concesso minori vel aliæ priuilegiatæ personæ condemnatæ, restituatur ad appellandum, & appellet, tunc enim bene poterit appellationi renuntiare inuito appellato, & Baldum, in hoc sequitur Felin. in cap. fraternitatis. num. 6. de testi. & additio. Bart. in. l. si quis libellos. in. 1. additione, in medio. C. de appellatio, ergo sic dicendum in nostro casu, quod cum per speciale beneficium restitutionis minor & priuilegiata persona admittatur ad probandum publicatione testium facta, idque iure speciali restitutionis, poterit priuilegiata hæc persona dilationi ei concessæ ex remedio nostri text. etiam inuita parte contraria & in eius præiudicium, renuntiare, quæ est maxima declaratio ad textum nostrum & ad supradicta. Contrariam
58 tamen sententiam †, imo quod quantumuis iure speciali dicta dilatio concedatur, non possit illi renuntiari in præiudicium partis aduersæ, voluit meo iudicio idem Barto. sibi contrarius in. l. 1. §. nuntiatio. versic. sed restituto, num. fina. ff. de noui oper. nuntia. quem & sequi voluit Ias. in dict. l. si arrogator num. 55. dum ibi post relatam dictam primam Bart. opinionem inquit communem opinionem, quod dilatio sit communis, & quod ei inuito aduersario renuntiari non possit, tenendam esse, hancque etiam opinionem tenet Specul. in titul. de dilatio. §. videndum. num. 16. vbi additio. litera. H. allegat Guidon. de Suza, idem tenentem in. d. l. petendæ. & in. l. fin. ff. de ferijs. hancque dixit communem opinionem imo & magis communem Anto. Gomez in. d. l. 22. Tauri. nu. 24. & pro hac Minchaca vbi supra allegat text. in. l. intercidit. ff. de conditio. & demonstr. vbi videtur quòd in ijs, quæ conceduntur iure speciali, inspicitur id, quod euenire potest, & hanc etiam opinionem contrarietates has simpliciter referendo tenet Matth. Afflict. in constit. Sicil. libr. 2. titul. de in integr. restit. muli. num. 14. vbi respondet ad d. l. si iudex circunuento, quod ibi iure speciali minori conceditur dilatio, in nostra vero materia iure iam communi ex dispositione nostri text. conceditur dilatio, & sic minor & priuilegiata persona in præiudicium aduersarij dilationi concessæ renuntiare non poterit, qua de causa ipsemet Barto. in d. l. petendæ. quem ibi refert Bald. nu. 6. voluit ponere vnam sententiam in huius contrarietatis concordiam, scilicet, quod si res est integra, possit pars illa, cui iure speciali fuit concessa dilatio ei renuntiare, secus verò si non est integra, puta quia pars articulos præsentauit, & incepit alio quo vis modo vti dilatione ei concessa, quemadmodum & appellationi rei integræ renuntiari potest, secus verò alias, secundum Rotam nouam, de re iudica. 22. in ordine, & Præposi. in cap. interposita. §. ille. num. 2. cum sequentib. de appellatio. & Duenas in regula. 49. hæc tamen concordia reprobatur, quoad nostrum propositum, optime ex Bald. dictis in. d. l. petendæ. nam aut concessa dilatione fatemur rem esse integram, quod fatendum non iudico, & nihil specialitatis potest constitui, siue iure speciali, siue iure communi concedatur dilatio, aut fatemur rem non esse integram, & tunc etiam neque quid speciale constitui potest, cum statim sit quæsitum ius alteri parti dilatione concessa, secundum Bald. in d. l. petendæ. & iterum in d. l. si arrogator. & facit illud quod tradit Capitius decisio. Neapol. 133. num. 4. scilicet, quod si vna pars liti renuntiat, statim

quod

59 quòd pars altera sciuit † renuntiationem est illi ius quæsitum, neque potest pars renuntians in præiudicium alterius partis pœnitere, ergo & sic in nostro casu dilatione concessa, statim alteri parti ius quæsitum est, & in eius præiudicium renuntiari ei non potest, siue iure communi, siue speciali concedatur, & sic adhuc remanet in conflictu dictæ opiniones & dicta l. si iudex. pro prima opinione allegata, quapropter ipsemet Bartol. in d. l. si post mortem §. fi. posuit aliam distinctionem, quæ quia non sapit, secundum Ias. in d. l. si arrogator. nume. 55. omitto eam, pluresque opiniones circa hæc posuit Salyc. in d. l. petendo, reddens punctum hunc difficilem. Ego tamẽ inscius & indignus inter tot tantosque viros verba proferre, eorum & aliorum præmissa correctione,
60 credo vtranq; Bartoli opinionem † esse veram, dicendo, scilicet, quòd prima Bartol. opinio in d. l. si post mortem §. fin. loquitur, & procedit, quotiescunque priuilegium hoc speciale ipsi soli minori & priuilegiatæ aliæ personæ conceditur, ita q̃ alteri parti contrariæ prodesse nõ posit, & illud quòd posset, esset in consequentiam non vero pariter, vt inquit Tiraq. in d. nume. 27. tunc enim si pars cui conceditur velit illi priuilegio renuntiare poterit etiam altera parte inuita, & ita loquitur text. in d. l. si iudex circumuento minore, pro prima allegato opinione, ibi enim ipsi soli minori conceditur restitutio, ei quòd solum prodest, vt posit venire contra læsionem ipsi minori ex venditione fundi venditi resultantem, ideò nimirum si cum ei soli prodesse posit restitutio illa, eius fauori renuntiare posit etiã inuita altera parte: cui tamen fauori renũtiare non posset si propter imbecillitatẽ suam concederetur ex formæ vel solennitatis defectu, prout ex eademmet. l. si iudex. probatur, adnotante Abb. in c. si diligenti & ibi Doct. num. 7. in fine. de foro compe. probaturque ex lege illa, ibi quia vnicuique licet cõtemnere hæc, quæ pro se introducta sunt, ecce ergo quomodo tantum pro minore inductum fuit remedium illud ibidem, & illi soli proderat, ergo ei, etiam in partis cõtrariæ dissensum, renũtiare potuit, ex. l. si quis in conscribẽdo. C. de episcopis & cleri. quam. l. gloss. in ead. l. si iudex, quasi sentiendo hunc intellectum allegauit, huncque etiam intellectum ad dict. l. si iudex, voluit expresse Feli. in cap. prudentiam in fine, extra de mut. petit. dum ibi soli minori concedi asserit remedium illius text. ita quod ex eo pars aduersa iuuare se non poterat, & Matthæ. Afflict. in consti. Sicul. lib. 2. rubr. 40. num. 14. voluitque Ioan. Andre. pro secunda opinione allegatus, idem hic, quia non in fauorem aduersarij fuit concessa, sed contra illum, ideò nimirum si aduersario inuito potuerit illi minor ille renuntiare, cum ex renuntiatione eius nihil iuris diminuatur aduersario, cum nullũ habeat, & ita loquatur prima opinio: Secunda vero opinio procedat cum ex beneficio illo & remedio minori, vel aliæ priuilegiatæ personæ concesso pars altera vtitur, vel commodum reportat, tunc enim quamuis iure speciali concedatur, prout in nostro casu, semel quæsito iure per cõcessionem remedij & beneficij illius, nõ potest ei renuntiari in præiudicium eius aduersarioque sui, sed dilatio nostra æqualiter prodest aduersario, sicut minori cui conceditur, igitur habemus intẽtum, & hoc est quod in effectu voluit Iacob. de Areti. relatus per Bald. in dict. l. petendæ nu. 6. scilicet, q̃ si quis habet priuilegium à me possum eo inuito illi priuilegio renuntiare, secus si illud habeo à iure & ex facto iudicis, vt in nostro casu, eo enim semel concesso inuito aduersario renuntiare non possum, vt ibidem inquit optimè Baldus, & hanc credo veram concordiã inter has opiniones, cuius quidem primũ membrum declaro vno modo vt nõ procedat, nisi & ille, cui soli conceditur priuilegium illud litigaret cum alia parte simile priuilegium habente, & cui, si illud peteret, concederetur, tunc enim nullo modo etiam in dicto casu semel concesso beneficio liceret renuntiare per illum, cui concessum fuit, in præiudicium & dissensum eius aduersarij pariter priuilegiati, quod probo argumẽto singularis doctrinæ,
61 scimus enim quod interruptio † vel appellatio iure speciali interposita & concessa solum prodest interrumpenti & appellanti, & non alteri etiam habenti cau-

sam

sam connexam, quamuis essemus in casu in quo alias de iure prodesse posset, vt est Bart. doctrina in. l. si cui expresim, col. 3. ff. de appellat. quam sequitur alios plures allegans Gome. in dict. reg. cancella. de triennali possess. quæst. 22. vers. 2, quia fol. 381. in paruis, hoc tamen licet sit verum, si ille, contra quem interruptio hæc, vel appellatio est interposita, iure etiã speciali eisdem appellatione, vel interruptione iuuari se potest, iuuabitur per interruptionem, vel appellationem alterius partis, prout communem testatur Gomec. vbi supra. ergo & eodem modo si pars illa, cõtra quam cõceditur beneficium aliquod parti eius aduersæ ex iure speciali, illo eodem beneficio & iure speciali posset vti, & ei concederetur si peteret illud semel eo beneficio alteri parti concesso, nõ potest ei renuntiari in præiudicium partis aduersæ: Ex qua concordia ad has opiniones, vt ad nostrum tex. deueniamus, inferendum est, quod cum dilatio concessa minori, & priuilegiatæ personæ ad probãdum ex vi restitutionis per tex. nostri remedium petitæ & concessæ, alteri parti prosit, quantumuis iure speciali concedatur & petatur, & sic propter minorẽ ætatem & læsionem, semel hac dilatione cõcessa non potest per partem, cui conceditur ei renuntiari indissensum, & præiudicium partis aduersæ, maximè cum potius ius commune ex text. nostro, quam speciale ex vi minoris ætatis constituatur, prout voluit Bald. in dict. l. petendæ, col. fin. & ideò non sine mysterio in text. nostro fuerunt apposita verba hæc, goze la otra parte, vt nihil dubij immineret circa hoc, posset renuntiari necne tali dilationi. Appellatione tamen interposita ex vi iuris specialis nescio legem adesse probãtem, vt ea posit altera pars vti, ideò nimirum, si dixerit Bald. in dict. l. petendæ, q̃ si appellatio ex iure speciali interponatur posit ei renũtiari appellato inuito, quod tamen nunc pro indubitato non affirmo quamuis authoritas Baldi magna sit in iudicijs & in scholis. Ex quibus colligitur singularis conclusio, scilicet quod dila-
62 tio † minori & priuilegiatæ alteri personæ concessa ex remedio nostri text. est communis vtrique parti, & ea semel priuilegiatę personæ cõcessa, in dissensum partis aduersæ tali dilationi renuntiari nõ potest: nisi ante concessionem pars petens eam pœnituerit, nam tũc posset, quia res
63 integra est: vel nisi dolo † aduersarij persona hæc, cui dilatio concessa fuit, non probauit in primo termino, nam tunc nõ gaudebit dicta dilatione dolosus hic, secundũ Bart. Roma. Alex. & Ias. & omnes in. l. 1. §. nuntiatio. in numeris finalibus. ff. de noui opin. nunti. & Feli. in dict. cap. fraternitatis, num. 6. de testibus, & Matthæ. Affli. in decis. 210. num. 6. & ex dictis per eum in constit. Sicil. rubr. de restitut. muli. lib. 2. num. 19. & per consequens tunc poterit priuilegiata illa persona renuntiare dilationi ipsimet priuilegiato concessæ inuita altera dolosa parte, & hoc modo potest exemplificari dictus meus intellectus ad dict. l. si iudex circumuento minore, supra assignatus, & per hoc intellectus ille, & concordia ad dictas opiniones assignata satis explicantur. Vlterius & dicta conclusio limitatur, vt non procedat, quotiescunque ille, qui vult vti hac dilatione ex remedio nostri tex. cõcessa priuilegia-
64 tæ personæ, prius & antea renuntiasset † omnibus probationibus & allegationibus, quia cum propter hanc renuntiationem dilatione posteà concessa vti nõ possit, secundum Felin. num. 1. & ibi Abb. & alios in cap. de testibus, extra de testibus, & Ias. in dicta. l. si arrogator, in fine, num. 55. ff. de adoptio. & Paul. in dict. l. petendæ. num. 9. C. de temp. in int. res. pet. Alexand. & DD. in authen. iubemus. C. de iudi. Gomec. in dict. regul. cancel. de triẽ. pos. quæst. 22. pag. pen. in princ. fol. 382. in paruis, & Lanfrancum, in dict. cap. quoniam contra. titul. de dilatio. num. 11. extra de probat. sicut & appellationi renuntians non potest vti appellatione per aduersarium interposita, in eo quod aduersarius sententiam approbauit, vt supra dictum est, ex Præposito, in cap. interposita. §. ille in fine, & in capit. si duobus, nu. 11. de appellat. & Anto. Gom. tom. 2. c. 11. num. 16. in. 3. effectu, per consequẽs poterit iure optimo priuilegiata hæc persona, cui ex remedio nostri text. est concessa dilatio ad probãdum dilationi huic renuntiare etiam altera parte inuita, &

hoc

hoc etiam modo dictus meus intellectus ad dict. l. si iudex, & dicta concordia verificari possunt, & an limitatio hæc tertia procedat si noua capitula priuilegiata hęc persona velit probare in termino restitutionis huius, non examino nunc, pendet enim à quæstionis illius decisione, num per renuntiationem hác omnium proba
65 tionum censeatur renuntiatum † probationi quoad noua capitula, de quo per gl. & Imol. in cap. causamq; extra de testibus, & in alijs pluribus locis, quarto & finaliter limitatur dicta nostra conclusio, vt tunc demum dilatio nostri tex. priuilegiato cócessa pro sit eius aduersario, quoties probatio in genere facienda est, secus
66 verò si in specie †, nam si dilatio vni parti ad probandum concedatur per iuramentum, non censetur data & concessa alteri parti ad probãdum per iuramentũ, prout aduertit Ias. in lectura l. admonendi. nu. 66. ff. de iure iurand. quæ est optima limitatio & declaratio, secundum Additio. Bartol. in dict. l. petend æ, nume. 6. litera. B. C. de temper. in int. res. pet. quę omnia notanda sunt tanquam singularia & subtilia & nunquam sic congesta & discussa, & an si minor petat restitutionem ad probandum super vno articulo, admittetur aduersa pars ad probandum super diuersis articulis, vide optimè per Barto. Socin. consil. 110. lib. 4.

Ibi, [Ni ayan effeto,] & ratio esse poterit, quoniam cum dispositio nostri tex. & restitutio eius virtute petita & dilatio per eam priuilegiatæ huic personæ concessa limitatiuè concedatur, scilicet cum pœnæ appositione si non probauerit pars eã petens, & facto ipsius pœnæ deposito, iuridicum est, quod actus & sic probatio in contrarium facta nulla sint, tanquam facta contra legis nostræ formam & solemnitatem, argumento dictorum per Ias. in l. vniuersa. numero. 8. C. de preci. Imp. offer. & quia limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acq. rerum domi. l. age cum geminiano. C. de transactio. & quia quotiescunque lex aliquid introducit de nouo cum certis modificationibus, omne in lege illa expressum censetur de forma substantiali, secundum Decium relatum & secutum per Tellium, in 2. parte. l. 3. Tauri. num. 16. & Auendan.
67 Respons. 14. in fine, & quia códitio † apposita à lege vel statuto nunquam dicitur leuem solemnitatem continere, secũdum Berouum, in quæst. familiari. 24. numero. 1. text. tamen noster per gerundiũ in do, loquitur quod códitionem importat, vt alibi diximus, nimirum quod si solennitas nostri tex. nó seruetur, quod lex nostra nullitatem actorũ inducat: quod tamen intelligo quoad nostrum tex. quoties iussum est pœnam solui si restitutionem petens non probauerit, tunc enim si pœna hæc non depositatur, omnia in cótrarium acta nulla erunt, sed si non est iussum pœnam solui si in termino concesso probatio non fiat, tunc quantumuis depositum non fiat, non annullabuntur in contrarium acta, quandoquidem nulla fuit apposita pœna, quam depositare necesse fuerit, & text. noster tunc annullationem actorum inducit, quoties pœna imposita est, non tamẽ depositata, prout ex versiculo finali nostri text. patet, & sic excusantur iudices inferiores, qui de hac nullitate non curant, eò quod ipsi non solent in concesione huius dilationis apponere pœnam si probatum non fuerit, & hæc pro lege hac & toto titulo sufficiant.

SEQVITVR TITVLVS. IX.

De la orden que se ha de tener en substanciar los processos en segunda o tercera instancia en grado de appellacion o supplicacion.

VSQVE nunc tractatum est qualiter processus in prima instantia debeant substantiari, nunc autem in hoc titulo tractatur, qualiter in alijs instantijs substantiari & ordinari debeant.

LEX

LEX I.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter & quomodo in gradu supplicationis, à sententia auditorum cancellariæ solum vel iunctim cum præsidente eius lata, interpositæ debent instrumenta præsentari insimul cum libello grauaminis, & qua solemnitate in præsenti lege declaratur & ordinatur.

IBi, [Luego con la tal supplicacion,] verba hæc, con la tal supplicacion, restringunt verbum illud, luego, latinè statim, vel confestim, ita quod licet verbum
1 statim vel confestim, incontinenti, † vel illico, arbitrio boni viri intelligatur, secũdum text. in. l. si ita quis. §. si iactum. ff. de verbo. oblig. & Abb. in cap. potuit de locato. & per Menochium. de arbitra. iudi. lib. 2. centuria. 1. casu. 9. cum quinque sequentib. tamen cum addijcitur verbo alicui tempus determinatum denotanti debet intelligi secundum tempus verbi, ex regula quod qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi est intelligenda, & sic in proposito nostri text. intelligitur illud aduerbium, luego, scilicet cum libellus supplicationis, & sic grauaminũ in supplicationis gradu expressorum, præsentatur, prout in prima instantia cũ primus libellus, & sic, la demanda apponitur in iudicio, vt probatur in. l. 1. in fine. titu. 5. sup. isto lib. & in. l. 1. & 2. titu 2. supra eo. quæ in fine nostræ legis hic allegantur.

Ibi, [Despues no le sean recebidas,] nã vbi designatus est terminus ad proban-
2 dum, † vel quid simile faciendum, eo trãscurso non est amplius aliquis admittẽdus ex text. in cap. licet causam, de probatio. quem adhoc alia allegans notat Glossator Salmantinus, in. l. 1. titu. 4. lib. 3. ordi. col. 943. in fine, cum seq. versic. dubitatur quis allegauit, hodie tamen practica
3 communis habet † tam coram iudicibus inferioribus, quam coram superioribus, admitti instrumenta quamuis cum primo non præsentetur libello, imò & vsque ad conclusionem in causa exclusiuè admittuntur partes ad illa præsentanda, quãuis nullum adhibeatur iuramentum, neque alia fiat diligentia, quæ per. l. 3. infra isto titul. iubebatur, vt fieret, prout optimè aduertit Couar. in pract. cap. 20. numer. 8. prout anteà ex. l. 34. titul. 16. part. 3. disponebatur, vt ibi Gregorius Lopez, in glo. si aduertit, veritas enim in iudicijs inquirenda est, non vero apices iuris, ne vnus cum damno alterius ob leuis solennitatis amisionem locupletetur, imò &
4 post conclusionẽ † in causa, secundũ Couar. vbi supra admittuntur plerumque instrumenta hæc, maximè si nulla alia post illam ferenda sententia remaneat, nam cũ timor subornationis tunc cesset nimirũ si post conclusionem in causa admittatur ea producens, secundum Matthę. Afflic. in constit. Sicil. lib. 2. rubr. 48. num. 10. & sic rigor nostri tex. apud iudices veritatis & iustitiæ amatores explosus est.

LEX II.

SVMMARIVM LEGIS.

Replicans in supplicationis gradu libello grauaminum per supplicantem præsentato tenetur insimul cum illo replicato præsentare instrumenta si quæ habet, quibus intentionem suam fundet, cum solemnitate requisita cum opponuntur exceptiones

nes & defensiones per reum in prima instantia, aliter enim deinceps nulla adhibentur instrumenta nisi seruatâ primæ instantiæ solennitate, de qua in l. 2. titulo 5. supra isto libro.

IBi, [Præsente ansi mesmo,] eam in hoc allegat D. Couar. in pract. capi. 20. nu. 8. vbi inquit quod iam etiam lapso nostri text. termino admittitur præsentans instrumenta vsq; ad conclusionem in causa, & aliquando post, vt & in l. supra proxima diximus.

Ibi, [Ordenado y establecido,] scilicet per l. primã in fine, titulo. 5. supr. hoc libro, & in l. 2. in fine, iuncta l. 1. columna. 2. in principio. titulo. 2. supra eo. libr. vbi diximus.

Ibi, [Del titulo quinto,] supple hoc libro quarto.

L E X. I I I.

S V M M A R I V M L E G I S.

Qualiter in secunda instantia instrumenta per actorem noniter reperta sunt præsentanda & quâ formâ, solennitate & iuramento absque obstaculo supplicationis per partem contrariam super hoc interpositæ, declarat lex nostra.

IBi, [En el titulo quinto,] scilicet in l. 1. & 2. supra hoc lib. & est similis tex. in l. 2. tit. 2. supra isto eodem lib.

Ibi, [jurando que nueuamente,] instrumenta enim de nouo reperta etiam post conclusionem in causa cum iuramento hoc admittebantur, etiam iure canonico attento, secundum quod ius canonicum vsque ad conclusionem tantum producenda erant instrumenta, secundũ Glossatorem Salmantinorum in l. 6. titu. 11. gl. ñ. lib. ordi. column. 2. n. 65. ita declarantẽ & limitantem text. in cap. cum dilectus, de fide instrum. vbi & alias ad eam limitationem apponit, & quamuis, vt diximus in legibus supra proximis admittantur iam instrumenta vsque ad conclusionem in causa etiam nullo adhibito iuramento, & etiam si alias instrumentorum fides esset testibus coadiuuanda, cum ibidem nullus adsit timor subornationis, secundum Afflict. in constit. Sicil. lib. 2. rubric. 48. num. 10. tamen si constaret partem producentem instrumenta post terminum nostræ legis notitiam eorum antea habuisse, & vt partem contrariam molestaret, noluisse ea ante presentare in termino nostri text. in pœnis retardati pro-
1 cessus † deberet condemnari, fortasſis enim si pars aduersa vidisset instrumenta illa à lite destitisset, neque expensas vlterius fecisset, prout fecit propter ignota quoad eum instrumenta illa, & ideo in ijs expensis aduersarius debet condemnari. Est tamen notandum quod si iuramentum hoc nostri text. est interponendum per partis procuratorem, requiritur quod habeat ad hoc speciale mandatum, neque sufficeret generale ad iurandum, etiam cum libera, secundum Couarruuiam in practic. capit. 20. num. 8. versic. est tamen hac in re.

L E X. I I I I.

S V M M A R I V M L E G I S.

Qualiter in appellationis instantia est proferenda interlocutoria sententia, qua quidem partes ad probandum admittuntur, & quomodo super eisdem articulis, vel

directò

directò contrarijs non sunt admittendi nec præsentādi alij testes tam super principali negotio, quam super obiectionibus testium, & de punitione aduocatorum aliter facientium, declarat lex nostra.

IBi, [Los sobornan y corrompen,] præsumitur enim subornatio in productio-
1 ne testium super eisdem † articulis vel directò contrarijs post testium publicationem, secundum Abb. in cap. præsentium numero. 2. extra de testibus, & late per ipsum & alios in cap. fraternitatis, eod. titul. neque ad tollendam hanc subornationis præsumptionem sufficiet iuramentum partis, secundum eundem Abb. dicto numero. 2.

Ibi, [Que sobre los mismos articulos o derechamente contrarios,] hic colligitur prima regula, scilicet, quod in causa
2 appellationis nō possunt † produci testes super eisdē articulis, vel directò contrarijs eis, qui in prima producti sunt instantia, vt probat text. in Clemen. fin. de testibus communemque iure communi testabatur opinionem Curtius relatus per Villalobos, in suo ærario mille. comun. opinio. litera. T. numero. 182. & de iure etiam ciuili hæc erat magis communis opinio & in practica vsitata, secundum Rolandum Valle, in consilio. 45. numero. 8. 11. 14. & 20. libro. 2. confirmaturque in præsenti lege opinio gloss. & canonistarum in capite. fraternitatis, de testibus, sic asserentium, vbi Socin. septem opiniones circa hoc referebat, & late traditur per Couarruuias, in capit. 18. practicarum quæstio. numero sexto, quem & alios de ijs tractantes allegat Glossator Salmantinus in. l. 4. titulo. 11. libr. 3. ordinamenti, columna. 1161. cum sequentibus, & vltra per eū relatos, traditur etiam per Matthæum Afflictis, in constitutione Siciliæ libro secundo, rubrica quadragesima octaua de probationi: in appellat. prod. numero. 1. cum sequentibus pluribus, vbi annectit huic regulæ. 16. limitationes, quarum aliquas etiam posuit idem Afflictis in decisione Neapolit. 216. & Socin. in regula. 403. & Ferrara in practica in forma oppositio. contra testes, post pub. in gloss. sunt quæ columna secunda, cum sequentibus, & Guido Papæ, decisione. 14. & nouissime Menchaca, controuersiarum vsufrequen. capite. 31. & Dialogus relatoris. 3. parte, capit. 46. Portius, libr. 1. regularum suarum conclusione. 39. Roland. Valle, consilio. 44. numero. 7. cum sequentibus volum. 2. Intelligitque hoc vltra dictos vnomodo, Rodericus Suarez in allegatione. 5. pagina. 2. in principio nisi testes de
3 nouo † reperiantur, quia tunc admittentur super eisdem articulis in prima instantia productis & in secunda reproductis, id que expresse probat text. in. l. 39. titu. 16. partita. 3. & notat, ibi glossator, qui & in l. 34. titu. 16. partita. 3. id verum esse voluit in reo non vero in actore, imputet enim sibi actor, qui antequam litem moueret non præuidit probationes, crederem tamen, quod si actor iuraret se ignorasse testem illum, & aliquali probatione ignorantiam suam coloraret, ita quod animus iudicis traheretur ad credendum verum dicere actorem, tunc eum, sicut & reum admitterem, ex generalitate text. in dicta. l. trigesima nona, & quoniam in eo tunc militat eadem ratio, quæ in reo, quia non potuit præuidere quod ignorabat, militabat. Et ratio nostræ huius conclusionis est ad euitandas testium su-
4 bornationes, adeò vt neque minor † potest in secunda instantia producere testes contra in prima productos, ex text. nostro, quem adhoc allegauit Oroscius, in. l. vbi exigitur, columna. 751. in principio. ff. de edendo, nisi in libello ipso grauaminum minor ipse, vel alia priuilegiata persona peteret restitutionem ad probandum per articulos primæ instantiæ, vel per contrarios, nam tunc posset, prout quotidie videmus peti & concedi in cancellarijs regijs, & asserit concedi Practicus Monterroso, in titulo de las appellaciones practicæ suæ. §. duodecimo, versiculo, y la otra restitucion, folio octogesimo primo, de quo per Octauianum decisione Pedamontana. 87. nu-

mero. 3. iusta enim causa restituendi tollit timorem subornationis, vt notatur in. l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui. op. nun. & not. in ijs terminis, Rolandus Valle, dict. consil. 45. num. 18. volum. 2. alios allegãs idem dicentes, & sic limitatur noster tex. in limitatis personis, quæ possunt in integrum restitui, aliæ verò nullo modo hæc possunt, sed tantum super nouiter deductis in instantia appellationis non contrarijs primo dictis audientur, & quæ dicantur noua capitula tradunt Doctores, maxime Ferrara, & Suarez vbi supra, & Afflictis, vbi supra num. 17. & ibi eius additio, relati per Felin. in dict. capit. fraternitatis, numer. 11. de testi. vbi ponit optimam doctrinam, & Rebuf. in. 2. tomo constitut. Franc. titu. de rescriptis, articul. 3. glos. 4. Et ex dicta conclusione infertur primo,
5 quod acta facta in prima instantia † faciunt fidem in causa appellationis, vt. l. is apud quem. C. de edendo, & in. l. à proconsulibus. C. de appellation. secundo infertur, quod super capitulis nouis dependentibus à veteribus facientibus ad remedia intentata & allegata in causa appellationis
6 possunt † examinari testes non obstante quod in prima instantia sit publicatio facta, & data copia attestationum, secundũ Suarez & Rebuff. vbi supra, & Afflictis, vbi supra, numero. 20. qui & alia infert. Infertur & tertio nouissimè, optima declaratio ad regulam. l. per hanc. C. de appell. cum qua con. l. 27. in princ. versic. e si por ventura. titul. 23. partit. 3. quod in causa appellationis non allegata allegari possunt
7 † & non probata probari, adeò vt & in cau
8 sa recursus ad superiorẽ † idem fieri possit, secundum Hippolytum in pract. §. opportunè, numero. 53. eò quod secundum eum ibidem numero. 65. talis recursus ad superiorem regulatur, secundum terminos appellationis, de qua regula tractat melius quam alius quem viderim Rebuff. in 2. tomo constit. Franc. titul. de rescript. artic. 3. glossa. 4. numero. 2. cum sequentibus, regula enim dictæ. l. per hanc, locũ habebit, vt non deducta deduci, & nõ probata probari possint, dum tamen non sint contraria deductis in prima instantia, neque testes producantur super eisdem articulis in prima instantia productis, nam id non licet ex regula nostri textus, vnum
9 tamen remedium † vt cesset nostri text. regula ponit Bald. in. l. ampliorem. C. de appellationi. quod mirabile dixit Romanus consilio. 479. numero fin. Et an in
10 causa nobilitatis † regula nostri text. locum habeat Couarru. vbi supra, numero. 6. concludit, in Granatensi prætorio regulam nostri text. non admitti in causa nobilitatis, idemque frequentius vti in chancellaria Pinciana testatur Otalora, de nobilitate. capit. 3. numero. 2. in medio, licet secundum eos ibi tunc testibus ijs in secũda instantia super eisdem articulis, vel directo contrarijs in causis nobilitatum examinatis, non tanta fides adhibetur, sicut alias adhiberetur, si non super eisdem, vel contrarijs articulis examinarentur. Et an tertius comparens publicatis attestationibus, vel in secunda instantia possit facere
11 † eosdem articulos, vel directo contrarios & super eis testes producere, tradit Matthæus Afflictis in constitut. Sicil libr. 3. notabi. 1. limitatione. 11. quem refert Cassaneus in consuetu. Burgun. rubri. 5. desrentes. §. tertio, numero. 11. foli. 210. sed an repetere testes in prima instantia,
12 † nulliter productos & examinatos licebit in secunda ex dicta Clementina. 2. de testibus, à contrario sensu probatur quod sic, secundum Capit. decisione. 35. numero. final. quicquid ipse ibidem dubitet, & sic declarabis nostri textus regulam, quã & alijs modis limito in gloss. penult. huius nostræ legis.

Ibi, [Saluo por escripturas,] nam cum tunc cesset timor subornationis, & sic nostræ legis ratio, cessabit & eius dispositio, vt instrumenta admittantur super eisdem vel contrarijs articulis, prout in proposito inquit Afflictis, in dict. libr. 2. constitut. Sicil. rubrica. 48. numero. 10. nam ex text. in capit. cum dilectus de fide institut. instrumentum potest produci post aperturam testium antequam sit con clusum in causa, vel renuntiatum, vt & not. glossa secunda in capit. series, de testibus.

Ibi, [Por confession de la parte,] hic est text. clare probans, quod si super negotio aliquo non sit admittenda probatio per testes, tamen per confessionem partis admit-

13 admittitur, † quia ibi nulla præſumitur ſubornatio, & ſic quanuis cōtra pręſumptionē iuris & de iure nō admittatur probatio in contrarium, admittitur tamen per partis confeſsionem, vt per gloſſ. in capit. is qui fidem, de ſponſali. tradit Hippolyt. in rubri. C. de probatio. communis ſecundum Alexand. in l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. num. 3. cum ſequent. de re iudic. item & licet lapſo probationis termino non admittatur quis ad probandum per teſtes, admittitur tamen per confeſsionem partis, ſecundum Suarez. l. poſt rem. ff. de re iudi. 3. quæſti. pag. 330. & ſic copulatiua, y, noſtri text. Ibi, y por confeſsion de la parte, pro diſiunctiua ponitur, prout plerumq; fit, vt patet ex dictis per Iaſ. in l. 1. ff. de iuſtitia & iure. numero. 2. limitatione. 8.

Ibi, [Con los articulos hechos en las dichas inſtancias paſſadas,] quid tamen ſi nulli facti ſunt articuli, admittentur nè tunc partes in ſecunda inſtantia ad præſentandum articulos ſuper deductis in prima & ad probādum ſuper eis, tradit Matth. Afflictis, in conſtitut. Sicil. lib. 2. rubr. 48. numero. 14. vbi inquit quod ſic, & probatur ex text. noſtro ſolum ſuper articulis in prima inſtantia factis diſponente, nè teſtes in ſecunda inſtantia admittantur, vel ſuper articulis contrarijs præſentatis in prima, & ſic limitata cauſa limitatum producit effectum & firmat regulam in contrarium, benè tamē verum crederem ex dictis per Matth. Afflict. vbi ſupra. quod ſi in ſecun-
14 da inſtantia conſtaret de malitia † non probantis in prima, putà quia cauſa dilatandi hoc feciſſe conſtiterit, deberet talis in expenſis condemnari propter retardatū proceſſum, & non audiri vſque dum eas reficeret, quod & ſeruari aſſerit Rebuff. in 2. tomo conſtit. Fran. titu. 1. artic. 3. gl. 4. num. 9. & iuſtè quidem vt dilationum finis detur, prout & tradit Octauianus, in deciſ. Pedamon. 14. num. fin. quanuis ſecundum ibi dicta. num. 9. poſſet in totum expelli à probando ille, qui ſcienter omiſit probare in prima inſtantia, ſed nè eius iuſtitia pereat & aduerſarius cum aliena locupletetur iactura, admittitur ad probandum in ſecunda inſtantia is, qui non probauit in prima, refectis tamen expenſis ex malitia ſua parti aduerſæ obuenientibus, vt dictum eſt. Ex quibus & aſſerendum videtur, quod ſi ſuper articulis in prima inſtantia productis nulli ſunt teſtes examina-
15 ti, † vel ſi examinati ſunt, eorum dicta nō fuerunt præſentata in prima inſtantia, poterunt in ſecunda præſentari dicta hæc, & teſtes ſuper articulis in prima inſtātia productis, ſuper quibus nulli fuerunt examinati, examinari & præſentari, vt tenet Menochius, de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 34. nume. 1. & Octauianus, in dict. deciſ. 14. num. 1. & 4. cū ſequentib. & probatur ex text. noſtro.

Ibi, [Si hallaren,] vſque, ibi, [que no ſe reciban por ellos teſtigos,] & hoc veriſsimum credo, & quanuis de iure communior eſſet opinio in contrarium tamen, ſecundum hanc deciſum fuiſſe atteſtatur Octauianus, in dict. deciſio. 14. per totam, & ſic quod admittantur in ſecunda inſtantia, & votum huius ſenatus per text. noſtrum, vt dixi approbatur, ibi, fueron traydos y recebidos teſtigos, quaſi lex noſtra non contentatur præſentatione articulorum & teſtium ſuper eis, ſed & quod recepti & examinati ſint teſtes illi ſuper illis articulis, & idem tenet Couarruu. in pract. cap. 18. nume. 6. & Bertachinus allegans Alex. in repertorio ſuo, verbo teſtes poſt publicatam verſi. 1. Ex quibus idem videtur dicendum ſi teſtes in prima inſtantia
16 producti dixerunt ſe nihil ſcire, † nam tunc benè licet alios ſuper eiſdem articulis producere, ſaltim quando pars non potuit ante illos præſentare, ſecundum Baldum in capit. 1. §. ſi enim quid ſit inueſti. in vſib. feud. ſequitur Aretinus, numero. 11. Felinus. 7. in capit. fraternitatis. de teſtibus, de quo per Matienço, in dialogo relatoris. 3. parte. capit. 47. numero. 5. Alias limitationes ad noſtrum textum decerpes, ex Matthæo Afflictis vbi ſupra, & Soc. regul. 403. teſtes publicatis.

Ibi, [Como en tachas,] hic colligitur alia regula & concluſio, ſcilicet,
17 quod partes in ſecunda inſtantia † non admittuntur ad opponenda crimina contra teſtes in prima inſtantia productos, contra quos partes ipſæ nullas in prima inſtantia obiectiones propoſuerunt, quaſi videantur eos approbaſſe nullos

defectus contra eos opponendo in prima instãtia, & vt omnis cessét timor subornationis, secundum Couar. in pract. cap. 18. num. 5. & Auend. resp. 21. num. 7. & iterum in cap. 5. præt. num. 29. lib. 2. & diximus in l. 1. glo. 2. supra titu. proximo, vbi aliquas limitationes huic regulæ conuenientes proposuimus, & ex dictis per Couar. & Auend. vbi supra limitabis eam &, quanuis text. ad hanc regulam soleat allegari non tamen ex toto eam probat, vera tamen regula est in se.

LEX. V.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter probandæ sunt nouæ exceptiones & super eis concedenda est restitutio personæ priuilegiatæ in secunda instantia: exceptioque noua quando admittenda est publicatis attestationibus & super eis recipiẽda probatio lex nostra declarat.

IBi, [Nueuas excepciones,] in instantia enim appellationis non allegata allegari & nõ probata probari possunt, vt. l. per hanc. C. de appel. de qua in l. 4. supra eo. dixi. notandumque etiam est ex ijs verbis quod si in causa appellationis vel supplica-
1 tionis noua exceptio peremptoria† producatur, & fiat nouus articulus super ea, ad probandum eam testes admittẽdi sunt non obstante quod in prima instantia testium publicatio facta sit, quod confirmatur ex text. & ibi traditis per Felin. in cap. fraternitatis, de testibus., tradit Bart. in l. officium. ff. de reiuendi. quem & alia in propositum allegat Matthæ. Afflictis, in constitut. Sicil. lib. 2. rubr. 48. num. 9. fol. 101. vbi idem dicit quasi text. nostrum videret, quotiescunque exceptio hæc in prima instantia fuit allegata, sed repulsa per iudicẽ, tunc enim bene poterit in causa appellationis allegari, quod probatur ex tex. nostro ibi opuestas fueron repulsas, par enim est eas opponere & repelli, vel non opponi, nullo enim horum casuum aliquis producitur effectus, allegatque ibi Matth. Afflict. text. in capi. fin. de appel. in 6. expressum ad hoc, & tradit Bart. in l. peremptorias. C. sent. res. non pos. & Auen. resp. 21. nu. 7.

Ibi, [o no hiziere,] vel fecerit non tamen sufficientem, secundum quod diximus in. l. 3. in gloss. a hora aya fecho, supra titu. proximo, scilicet, quod admittitur ad pinguius probandum.

Ibi, [o de las personas,] vide quæ in propositum diximus in. l. 3. supra eo verbo, tẽgan priuilegio.

Ibi, [le sea otorgada,] sentẽtia in. d. capitu. 3. vbi in gloss. se le conceda y otorgue, diximus.

Ibi, [iuramento que no lo pide por malicia,] habes hic iam tex. expressum probantẽ quod ad concedendam restitutionem nostri tex. & l. 3. supra eo. non est iam necesse læsionem probare, sed sufficit iurare quod de malitia non petitur, quia satis dicitur læsus qui non probauit, prout in. d. l. 3. verbo por ser en caso, diximus. Est tamẽ notandum quod cum hoc iuramentum debeat interponi in initio actus & sic tempore petitę restitutionis, non debet concedi, si omittatur iuramentum
2 † hoc in petitione tali, & si de facto tunc concedatur, nulla erunt acta, quasi omissa iuramenti solennitate, argumento doctrinæ Bar. & communis relatæ per Ias. in l. vniuersa nu. 8. C. de preci. imp. offe. & facit pro hoc dicta l. 3. in fine, supra eodem & ibi dicta, & quia cum tex. hic loquatur per Gerundium, iudo, & ablatiui casus cõditionem importat & formam ponit, vt alibi diximus, si forma non obseruetur nulla erunt in contrarium acta, de quo tamen fortasis iudices non curabunt, & ideo notanda vt scias allegare. Vlterius notandum hic esse text. probantem, quod in secunda instantia datur & conceditur hæc restitutio sicut in prima ad probandum ea, quæ in prima non probata fuerunt instantia, dum tamen restitutio

peta-

petatur intra quindecim publicationis
dies, ab illa. l. 3. supra eod. assignatis, & per
text. hic, & sic quamuis antea. l. 20. titu. 4.
libro. 2. ordinamenti veteris, non conce-
deretur restitutio hæc in secunda instan-
tia, teste Oroscio, in. l. vbi exigitur, colum
na. 751. ff. de edendo, lege tamen nostra
attenta contrarium tenendum est firmis-
simè, & sic legem illam. 20. ab vsu recessis
se, & vt talem nõ esse in lege nostra inser-
tam, mirorque de Oroscio, qui cum legẽ
nostram videre potuerit adeam, vt nouio
rem nõ aduerterit: In secunda tamen sup-
plicatione mille & quingentarum dupla-
3 rum, † cum ibidem ex eisdem actis sit sen
tentiandum non dabitur hæc restitutio,
vt patet ex. l. 2. titu. 20. infra isto lib. Est ta
men questionis, num lex nostra locum ha
beat quamuis in prima instantia concessa
4 sit restitutio † hæc personæ huic priuile-
giatæ, & videbatur dicendum quod non,
quoniam per. l. 3. supra eodem restitutio
hæc concedenda est huic minori & priui
legiatæ personæ, cum denegatione alte-
rius similis restitutionis, igitur in secunda
instantia non est iterũ concedenda, prout
probatur ex Rubro & Nigro. C. nisi sæ-
pius. in integrum rest. post u. item & ex di
ctis per Afflictis in decisione. 114. ita vide
tur tenendum, vbi ipse hanc opinionem
tenere videtur & sic veniebat lex nostra
declaranda, vt scilicet non procederet,
quotiescunque restitutio hæc fuit in pri-
ma instantia petita & concessa, nihilomi-
nus tamen totum contrarium est asseren
dum, imo quod quantumuis in prima re-
stitutio hæc virtute dictæ. l. 3. supra eod.
fuerit concessa, concedatur & in secunda
instantia per text. nostrum si per minorẽ,
vel similem priuilegiatam personam fue-
rit petita intra quindecim publicationis
dies, dum tamen petatur ad super nouis ar
ticulis probandum, vel si super deductis
in prima instantia in libello grauaminum
in secunda instantia producto restitutio
petatur ad probandum super eisdem arti-
culis, vel super contrarijs deductis in pri-
ma instantia, nam & tunc in secunda in-
stantia concedetur huic priuilegiatæ per-
sonæ remedium nostri textus petitum
intra quindecim publicationis dies, prout
ex. l. nostra probatur dum de dicta. l. 3. su-
pra eodem mentionem facit, & præmaxi
mè, ibi, [Y como esta ordenado en la pri-
mera instancia,] & ita absque dubio tenen
dum est, neque censendum legem illam
3. tituli supra proximi aliam restitutionẽ
denegandam esse iubentem voluisse pro-
uidere vt & in secunda denegaretur instã
tia, sed tantum in prima, & sic intelliges
etiam. l. 6. in medio, titulo. 19. partita. 6.
& dicta per gloss. ibi, verbo, razones, dicẽ
tem, quod non sufficeret tunc alias nouas
rationes adesse, nisi & essent diuersæ à pri
mis, nam debet intelligi nisi & ad articulã
dum & probandum super deductis in pri-
ma instantia esset etiam petita restitutio,
neque adducta per Afflictis dict. decisio-
ne. 114 sunt contraria, sed confirmatoria
potius & secundũ supradicta intelligẽda.

Ibi, [Con la pena,] vt & in. l. 3. supra
proximo titulo diximus, vbi quod apud
inferiores non seruatur dictum est.

Ibi, [Que le denieguẽ,] vt & in. l. 3. sup.
tit. proximo diximus.

Ibi, [Aũque sea hecha,] hic videtur tex.
pro opinione illa, quam posui in. l. 1. gl. no
sea, tit. 5. de las exceptiones, supra eo. lib.
scilicet quod etiam lapsis illis viginti die-
bus per legem illam datis ad proponẽdas
exceptiones admittẽdas esse partes ad ea-
rum propositiones, pro quo videtur text.
hic, nisi dicamus text. nostrũ loqui in secũ
da instãtia & vbi nulla alia expectatur sen
tentia, ne forte iustitia periret, nihilomi-
nus tamen idem in prima instantia, quod
in secunda ibidem diximus esse, nã & post
secundæ instantiæ primã sententiã alia re
uisionis expectatur, & nihilominus in eis
lex nostra loquitur, ergo tenendũ, prout
in. d. l. 1. verbo, no sea oydo tenuimus per
tex. nostrũ etiam lapsis illis. 20. diebus pos
se proponi peremptorias exceptiones.

Ibi, [Iurare q̃ nueuamente,] aliter enim
quam per iuramẽtum regulariter probari
hoc non potest secundũ gl. didicerit. vbi
notat Abb. alios allegans. nu. 5. in. cap. præ
sentium. de testibus, quia ignorantia, vel
5 scientia, † cũ sint de dependentibus ab ani
mo, iuramento probantur regulariter, se
cundum Abb. ibi. nu. 3. & ibi eius additio.
1. & 2. plura allegans, & Fel. in. c. cognos-

centes. num. 10. & 11. de constit. & ibi eius additio. vbi limitant aliquibus modis & est materia Brocardica & satis declarata in locis ordinarijs, & per gloss. & DD. in. l. 1. ff. de itinere actuque priu. ibidem videri potest, & an regulariter iuramentum sufficiat, vide Abb. Dec. & DD. in. c. pastoralis. de exceptio. & ijs titulus iste satis remanet expeditus, vt ad alia deueniamus.

SEQVITVR TITVLVS. X.

Como se ha de proceder por los juezes ordinarios en las causas criminales contra los ausentes y rebeldes, declarandæ leges sequentes in forensi iudicio quotidie versandæ & in scholis non contemnendæ.

ET quoniam superioribus titulis tractatum est qualiter sit in ciuilibus & itidē in criminalib' cōtra præsentes procedendū, eodē enim modo proceditur in vtrisq; in partiū præsentia, nunc & consequēter restat videre qualiter per ordinarios iudices procedatur contra delinquentes absentes & contumaces, quæ est optima continuatio.

Et dictū est in rub. Por los juezes ordinarios, quoniam delegati aliter in similibus absentium & cōtumaciū delictis, procedunt, saltim in terminorum assignatione in præconijs & bannis facienda, vt licet videre ex Monter. in prac. sua ciuili & criminali, in tract. 8. de los pesquisidores.

Item dixit rubr. En las causas criminales, nam in ciuilibus aliter contra absentes proceditur, vt licet videre, ex Monterro. vbi supra, in tractatu. 2. del processo ciuil en ausentia, folio. 24. cum quatuor sequētibus.

Dictum etiam fuit copulatiuè in rubr. Ausentes y rebeldes, quoniam vt titulus noster procedat non solum requiritur q̀ delinquens sit absens, sed & debet esse cōtumax, neque sufficit esse contumacem nisi & sit etiam absens, & hæc pro rubr.

LEX I.

SVMMARIVM LEGIS

Describemus, si legem nostram, formam banniendi aliquē, apponere dicamus.

IBi, [Por enemigo,] bāniti enim impro bi hostes patriæ, & inimici iudicantur, 1 secundū tex. in. l. 3. §. transfugas. ff. ad. l. cor. de sicca. per quē coēm testatur Corneus, cōsil. 104. col. 1. vers. his tñ. lib. 1. & ideò inquit Bal. in. l. 1. n. 12. C. de hær. insti. & Afflī. in. 2. p. const. Sicil. rub. 1. n. 12. 2 q̀ sicut excommunicatio deijcit hominem ab omni communione Ecclesiæ, ita bannitio deijcit bannitum ab omni bono publico interim dum durat. Et quamuis. §. transfugas, allegauerimus in hac bannitorū materia, nō est intelligendum bannitū esse transfugam, sed differre, quoniā transfuga est, qui malo consilio & proditoris animo patriā relinquens ad inimicos transfugit, & ob periculum quod ex reuelatione secretorū imminet, iuste à quolibet occidi potest, lex post liminiū. §. transfugæ. de captiuis, sed quia conueniunt in hoc, q̀ ex generali cōsuetudine locorū, quæ bannitorū vsum introduxit occidi potest, & vt inimicus reputatur, ideo in simili §. transfugas, allegamus, 3 bannitorū enim vsus iuris consultis fuit incognitus, secundū Olan. in nouissima cōcordia antinom. iuris ciuilis & regij, litera. B. n. 14. iure tñ nostro regio cognitus est, vt ex. l. nostra vides, & ex. l. 4. ibi, saluo si matare asu enemigo conociēdo, tit. 23. li. 8. j. quę de tali bannito, scd̄m terminos nostrę. l. est intelligenda, prout eam intellexit Olanus, vbi sup. num. 17 & bene., item & ex alijs iuribus regijs per ipsum ibi allegatis bannitorum materia approbatur: Imo & potest secūdū tex.

nostrum

noſtrum: & dicta iura bannitus occidi per
inimicum ſuum impune, vt in totum ab
hominum commercio priuetur, vt opti-
me per Menochiũ de arbitrarijs iudicum
lib. 2. quæſt. 90. per totam, ſtatimq; quod
4 quis bannitur perdit † ciuilitatem & deſi
nit eſſe ciuis, ſm Hip. in prac. §. aggredior.
n. 98. & hoc reſpectu bannitus relegato
cõparatur, cui æquiparari aſſerebat Cur.
Iun. in l. ex facto. ff. ad Trebel. relatus per
Villalo. in ſuo ærar. mil. 26. op. litera. B. n.
1. nõ tñ amittit ea, quæ ſunt iuris ciuilis,
ſed ſolũ iura illius ciuitatis in qua eſt bãni-
tus, prout communẽ teſtatur Curt. Iun.
conſil. 282. nu. 4. relatus per Villalobos,
vbi ſupra. n. 3. intellige tamen, ſecundum
eum ibi n. 4. bannitum iura ciuitatis amit
tere ſi id in ſententia exprimatur nõ alias,
vt probat text. in l. 3. cum ſeq. tit. 18. part.
4. quæ optimæ ſunt in propoſitum: ſed an
5 perdet bannitus † tutelam, vel arbitramẽ
tum, tradit Hippol. vbi ſupra. nu. 102. &
Nellus Late in tract. bannitorum, & Af-
flict. in conſt. Siciliæ lib. 1. rubr. 1. cum. 4.
6 ſeq. ſed an † ſi bannito huic patris, vel alte
rius hęreditas obueniat, fiſcus ne in ea, vel
venientes ab inteſtato ſuccedent, & ſi bã
nito deportatum comparamus, quod ali-
quando voluit Accurſius, in §. relegati,
inſt. qui. mod. iuſ. pat. pot. ſol. & Lupus in
c. per veſtras. §. 18. n. 12. fiſcus, ex Accur
ſij eiuſdem ſententia in l. 1. C. de hær. in-
ſti. ſuccedet, ſed receptius eſt vt veniẽtes
ab inteſtato fiſcum excludant, ſecundum
Oroſc. in l. ſi qua pœna. ff. de ijs qui ſunt
ſui vel ali. iur. col. 264. qui & communi-
ter reprobari aſſerit opinionem illorum
qui bannitum deportato comparabant,
iure tamen noſtro. ſcilicet. l. 4. tit. 18. p. 4.
nunc deportatis, nunc relegatis æquipa-
ratur, vt ibi diſpoſitum reperies, ſed ſecũ-
dum legis noſtrę diſpoſitionem, & d. l. 3.
magis relegatis bannitum hunc æquipa-
ro, & ſic fiſcus non ſuccedet, vt dictũ eſt
in tali hæreditate ei obueniente poſt ban
nũ, & quãuis ex text. noſtro permittatur
bannitũ per inimicum ſuum occidi, quan
7 tumuis, de iure ciuili † non permitteretur
ſecundum. d. §. transfugas, teſte Villalob.
in dicta Antino. iuris ciuilis litera. B. n. 6.
& eo relato Olano vbi ſup. n. 13. & com
munem teſtatur Iul. Clar. in lib. 5. ſelecta
rũ ſen. §. homicidiũ verſic. plerumq; etiã.
inquit tamẽ ibi valere ſtatutum tale legi no
ſtræ ſimile, in nu. 53. & cõmunẽ hãc etiã
teſtatur, & poſſe præmium per tale ſtatu
tum promitti bãnit. tamẽ occidẽti modo
ex graui delicto bannitus ſit, vt inf. dice-
mus, nunquã tamẽ vſq; nũc vidi legẽ no-
ſtrã practicari, fortaſsis, quia petitũ nõ eſt
q ſi peteretur ſeruanda foret, iuſta enim
eſt, vt in hac lege dicemus, quantũuis Ola
nus, vbi ſup. n. 14. & ſeq. in dubiũ verterit
eius diſpoſitionẽ, æquã tamẽ & iuſtã iudi
co modificationẽ & concordiã in. n. 22.
ab eo propoſitã, vt in fine huius legis re-
feremus: ſed ſi in carcere & fortia iudicis
8 bannitus exiſteret nullomodo †, occidi
poſſet, ſm Hippo. in l. 1. n. 5. ff. de ſica. vbi
n. 9. cũ ſeq. aliquibus alias limitationes po
nit. Sed ſi volẽs occidere bannitũ hũc, oc
9 cidat † Sempronium mediatorẽ punietur
ne pœna mortis, & dicendũ eſt, q non,
quia homicidiũ abſq; dolo & vltra propo
ſitum & intentionẽ cõmiſſum nõ puni-
tur pœna mortis, dolus enim in homici-
dio requiritur, vt pœna homicidij locum
habeat, ex tex. in l. lege Cornelia. ff. ad l.
Corne. de ſicar. ſed reſpectu occiſi, occi-
ſor nullũ dolũ habuit, ſed potius per erro
rẽ occidit credens Semproniũ occiſum
eſſe bannitũ, nihilq; ita repugnat volunta
ti quã error, ergo vera eſt noſtra reſpõſio
& pro ea conſidero tex. in l. 6. tit. 15. p. 7.
vbi quantumuis ibidẽ occiſor operã rei
illicitę dabat, tñ quia vltra propoſitũ deli-
10 quit, nõ pœna ordinaria †, ſed extraordina
ria punitur, & hanc eſſe cõmunẽ & verã
opinionẽ etiã in caſu in quo quis operam
rei illicitæ dãdo Semproniũ mediatorem
occideret, teſtatur Ioan. Oroſ. in l. 1. nu.
25. col. 154. ff. de legibus, & Rojas in tra-
cta. de hæreticis. 1. p. n. 139. cũ ſeq. aliqui
bus, quicquid velit contrariũ dicere Ant.
Gom. to. 3. c. 3. n. 34. & tandẽ in n. 35. vi-
detur concludere q extraordinarie punia
tur, imo & q plus eſt q in nr̃o caſu vult
ibi Ant. Gom. q occiſor talis Sempronij
volẽs bannitũ inimicũ ſuũ occidere nulla
pœna puniendus eſt, eò quod licite occi-
dere occidere voluit bannitũ, & caſu me-
diatorem occidit, & ſic neq; ad dãna tene
bitur, ſecundũ Auen. c. 16. præt. n. 13. lib.
2. q vltimum non affirmo ita indiſtincte

pro vero, nisi in casu in quo culpa aliqua
imputari non posset occisori huic, sed si
aliqua imputaretur, prout in dubio impu
tanda est, debuit enim casum prævidere,
puniretur vtique saltim extraordinarie
pœna homicidij culposi, ex l. 5. titu. 8. p.
7. imposita: notandum tamen est, quod si
11 mulier prægnans † esset bannita, donec
est prægnans non debet occidi, secundũ
Hippoly. in pract. §. nunc videndum. nu.
50. & Nellum, in tracta. bannitorum. 2.
p. 2. temporis. quæst. 45. imo neque de-
beret interim publicè condemnari neq;
pro minisca & bannita publicari, ne fortè
præconia & proclamata in notitiam suam
deueniant, & præ timore parturiat, & ab
orsum faciat, argum. tex. in. l. prægnantis.
ff. de pœnis, cui consonat. l. 3. titu. 23. p.
4. & l. fi. titul. 31. par. 7. etiam si talis prę-
nans esset ancilla, cum sit eadem ratio pe-
riclitanti partus, secundum Bart. in. l. im-
perator, la, 1. nu. 2. & ibi Orosc. col. 243.
versic. 1. ff. de statu hominum, & in versi
culis seq. idem esse ait si sit prægnans de-
cem dierum, vt & per Hippoly. vbi supra
idemq; in muliere lactitante puerũ si alia
12 † nutrix reperiri non posit, asserit Bart.
in. l. sed & si is. §. 1. ff. de carbon. edicto, &
tunc si nutrix reperitur debet partus ex-
pẽsis nutriri, vt executio iustitiæ fiat in ip
sa muliere: quæ quidẽ nõ audietur quãtũ
uis dicat ipsa velle lactitare illũ, sm̃ Matth.
Afflic. in const. Sicil. lib. 1. rub. 23. nu. 13.
& optimè per Cœpolã, cautela. 2. nu. 10.
13 imo neque torqueri † potest mulier præ
gnans etiam in criminalibus grauibus, vt
læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, se-
cundum Anto. Gom. tom. 3. c. 13. nu. 3.
de qua lege prægnantis videndus est Cœ
pola, vbi sup. n. 9. & 10. & Ant. Gom. d.
nu. 3. & Latius. 37. & Dec. in. l. fœminæ.
ff. de reg. iur. Hippol. in. l. edictũ. nu. 14. ff.
de quęstio. & Orosc. in. d. l. imperator, est
14 tamen verum quod bannitus † existens
in carcere, & in fortia iudicis occidi non
potest, secundũ Hippol. in. l. 1. in prinp. n.
5. ff. de siccar. vbi. nu. 9. cum seq. alijs mo
dis declarat legis nostræ materiam, & idẽ
etiam Affli. in const. Sici. 2. p. rub. 3. n. 51.

Ibi, [sin prouança legitima,] con. l. 2. ti
tu. 16. p. 2. & l. 17. titu. 26. eiusdem parti
tæ allegatæ adhoc per Auend. in dictio-
nario suo, verbo, enemigo in princip. &
notandum, quod in hoc casu non solum,
vt quis banniri posit requiritur legitima
probatio, vt ijs verbis probatur, verum
15 etiam delictum, & negociũ † super quo
bannum contra delinquentem absentem
& contumacem interponitur, debet esse
tale pro quo de iure delinquens ille pœna
ordinaria mortis puniri poterat, & puniẽ-
dus veniebat, secundum glo. fi. in. l. 5. tit.
3. part. 7. & Guido Papæ, decis. 429. nu. 1.
ad finem, & Cœpola, relatus per Auend.
vbi supra, & optimè & nouissimè post
hæc per Menochium, de arbitrarijs iudi-
cum, lib. 1. q. 99. nu. 37. cum seq. aliqui-
bus, & per Olanum, vbi supra, litera. B. n.
24. & 25. nam cum bannitus ab inimico
suo absq; pœna occidi posit, non dicit bã
niri nisi tantum pro delicto pœnam mor
tis merente, & propter quod delinquens
ipse, si præsens esset, pœna mortis condẽ-
nandus veniret, & vltra dictos ita asserit
etiam Iulius Clarus, in pract. crim. §. homi
cidium, versic. plerumq; etiam. nu. 53. &
ideò inquit ipse ibidem communem opi-
nionem esse non valere statutum quod
quis pro debito pecuniario banniri posit
& idem tenet Afflictis, in constit. Siciliæ
part. 2. rubr. 1. num. 3. Absentia enim nõ
auget pœnam, licet posit augere proba-
tionem cum fuga probationem faciat, vt
in. l. 3. infra eo. probatur, & sic eò quod
16 quis se absentauit † non debet condemna
ri in maiori pœna, quam pro illo delicto
condẽnaretur si præsens esset, vt probat
expressus tex. in. l. 3. col. 2. in fi. inf. eo. ibi
le condenẽ en la pœna q̃ por el meresce,
& probat optimè Alphõ. à Castr. lib. 1.
de potestate legis pœnalis. c. 6. vers. cũ igi
tur legislator, cum seq. aliquibus, quanuis
ex causa, secundũ eũ ibi pœna augeri, vel
minui posit aliqua circunstantia aggrauã
te interueniente, verũ tamen est secundũ
eum ibi in versi. verum hic lectorẽ admo
nendo, quod nõ potest iudex vltra meri-
tum culpæ adeo augere, vt morte, quæ
aliàs iure nõ debebatur culpæ, posit qua-
cunque etiam causa interueniente aliquẽ
iustè punire, ex quo ipse ibidẽ inuehit cõ
tra iudices, quos tyrannicè agere inquit,
qui cum scelestum aliquem hominem,
alicuius grauis delicti perpetratorem ca-
pere-

capere non possunt, ad mortem alios, qui
minimam delicto occasionem dederunt,
morte, quam non merebantur punire nō
verentur, vt vel hac via se alios terribiles
faciant, vel famam sese acquirere putent,
imo & propter solam fugam aliquando
fugientes morte condemnant, qui non
deberent minima diminutione condem-
nari bonorum, si præsentes essent, quo-
rum in iudicium animas periclitari credo, &
corpora eorum grauiter punienda forent
vt ipsis & alijs in posterū exemplo esset,
& ideò merito bestialem iudicem appel-
lat Specul. relatus per Deci. consil. 458.
nume. 9. eum, qui propter contumaciam
aliquem ad mortem condemnat; cum igi
tur pœna à lege imposita augenda non
sit propter delinquētium absentiam, me-
rito si quis banniri non debeat pro deli-
cto pro quo si præsens esset morte nō pu
niretur, sed si pœnam mortis mereretur
puniri posset dum tamen secundum no-
17 strum text. legitima & vrgens † adsit cō-
tra eum de delicto illo probatio, aliter e-
nim non valeret bannum, secundū Hip-
polyt. in practi. §. postquam. nume. 48. &
54. & Clarum lib. 5. Selectarum sentent.
§. fin. quæst. 44. versic. nunquid. quanuis
Guido Papæ ibi per eum relatus aliud ve-
lit & malè, & in hoc differt lex hæc, à l.
3. infra eod. prout sic consideratum post
hoc scriptum reperi per Anto. Gomez.
in l. 76. Tauri. num. 14. in fine. & nu. 17.
ad medium. & ita posset procedere quòd
inquit Guido Papæ vbi supra.

Ibi, [Tres meses.] In Sicilia duo men-
ses dantur, secundum Afflictis, in constit.
Sicil. 2. part. rubr. 3. in nostra vero Hispa-
nia tres &c. sic magis modificatur & iusti
ficatur lex nostra & eius dispositio, nam
cum post bannum latum detur tempus
congruum intra quod si bannitus ipse se
præsentaret, posset se defendere & alle-
gare de innocentia sua, non potest dici le
18 gem nostram † tollere naturalem defen
sionem & iniustam esse, sed potius iustā,
iureque optimo à Principe fieri posse,
prout optimè in simili lege declarat & te
net Afflictis in constit. Sicil. lib. 2. rubr. 3.
numer. 4. de quo & tractauit Anto. Go-
mez. l. 76. Tauri. quæ est nostra, asserens
legem nostram iustam esse, eò quòd non
est genericè permissiua, neque præcepti-
ua, vt quis possit alium occidere, sed est
permissiua in certo casu & cū certis mo-
dificationibus, scilicet, quòd delictum sit
graue & pœnam mortis merens, legiti-
maque de delicto illo adsit probatio, pe-
taturq; insuper per accusatorem & pro
suo inimico detur & pronuncietur, & q
condemnatione banni facta labatur tres
menses, prout nouissimè post hæc consi-
derat etiam Olanus, in dicta concordia
Antinomiarum iuris ciuilis & Regij litte-
ra B. num. 24. & 25. ex quibus lex nostra
iustificatur, neque contraria iuri diuino
dici potest, quo iure diuino attento iusta
causa & ratione homicidium permitti-
tur, improbos enim & hostes ciuitatis &
patriæ occidens non delinquit, sed ma-
gis minister Dei dicitur, vt inquit text. in
cap. qui malos cōcutit. 23. quæst. 5. Sicq;
permissum fuit Moysi AEgyptium mali
gnantem occidere, vt habetur in c. non
inferenda. 23. quæst. 3. & ex hoc inquit
Beatus Thom. quòd occidere peccato-
rem, & sceleratū licet, prout hæc & alia
refert Hippolyt. consil. 11. circa hoc du-
bium, vbi concludit quòd quanuis cleri-
19 cus occideret † bannitum aliquem non
esset aliqua pœna temporali puniendus,
licèt quoad irregularitatem non liceret,
cum nullo casu liceat clerico aliquem oc
cidere absque incursu irregularitatis nisi
pro necessaria defensione sua, nam si iu-
dex, aduocatus, tabellio & minister iusti-
tiæ cooperantes mortem alicuius delin-
quentis iustè & iuridicè condemnati irre
gulares sunt, ita quòd absque dispensatio-
ne ordinari non possunt, ex text. in. c. si
quis viduam. 50. distinct. vbi glos. & glo.
in cap. sicut dignum. §. fin. de homi. & in
cap. 1. distin. 51. & in cap. sententiam san
guinis. ne cleri. vel mon. quòd etiā in sum
mo Pontifice procedit, cui non licet face
re, neque præcipere homicidium secun-
dum Bald. in capit. 2. de maio. & obed. &
sentit Abb. in d. capit. sententiam. nu. 10.
& 14. & in cap. ex literis. de excessi. præ-
20. lat. adeò vt neque in casu imminente † le
gem condendo aut consulendo interue-
nire possint clerici, quia sunt irregulares,
secundum Bald. vbi supra. & Bern. Diaz
in practi. crimi. can. c. 56. & Ripa in. c. 2.

nu. 45. & sequentibus. extra de iudicijs
& Præpositus in capit. miror. numero
tertio. & in capit. clericum. distinctione
50. Albert. Trotius, de vero & perfecto
clerico. cap. 23. libr. 2. vbi à capite 20. plu
ra alia dixit de irregularitate, & idem te-
net Nauarro in manuali cap. 27. n. 226.
& 227. & Syluest. in summa, verb. homi
cidium. quæst. 5. igitur & irregularis for-
tiori ratione erit clericus bannitum ini-
micum suum occidens licet nulla tempo
rali pœna veniret puniendus, sicut neque
21 laicus tali casu puniretur, qui quidē† ne-
que mortaliter peccaret secundum ali-
quos si zelo iustitiæ & pro bono Reipub.
talem bannitum inimicum suum occide-
ret, secus verò si ex rancore & animo su-
mendi vindictam illum occideret, quo-
niam tunc mortaliter peccaret, secūdum
Antonium Gomez. hic sub. l. 76. Tau-
ri. nu. fin. sic declarando glo. in cap. inter
hæc. 33. quæst. 2. asserētem peccare mor
taliter occidens alium quantumuis lege
permittente, quam glo. dixit singu. Abb.
in cap. veniens. nu. 2. de sponsalib. & Feli
nus in cap. si vero. el. 1. de senten. excom.
latè Tiraquel. in legibus connubialibus.
fol. 125. nume. 1. & sequentib. in l. 9. re-
ceptioremque opinionem illius glos. asse-
rit esse Orosci' præceptor meus & olim
meritissimus Pinciæ auditor, in l. vt vim.
col. 20. versic. 28. ff. de iusti. & iure. & in
l. omnes populi. col. 60. versi. 31. eod. tit.
& in l. iurisgentium. §. si ob maleficium.
col. 794. in fine. ff. de pactis. & Ias. in l. si
plagij. nume. 3. cum quatuor sequentib.
fol. 169. ff. de verbor. oblig. licet contra-
riam dixerit communem Alexan. relatus
per Orosciūm in. d. l. vt vim. quæ tamen
posset procedere cum legis permissio est
rationabilis & iuri diuino consonans, se-
cundum Orosciūm in ead. l. vt vim. col.
32. & Abb. in cap. 2. num. 2. de homicid.
tunc enim non peccaretur, dumtamen
vt diximus executio talis non ex rancore
& vindictæ sumendæ causa, sed bono ze
lo & pro bono Reipublicæ, sic declaran-
do dictam glossam, quam post hæc repe-
ri allegatam & de eius materia tractare,
Iulium Clarum in practi. criminali, verb.
homicidium. versic. sed nunquid stante
hoc statuto, vbi in propositum cum mul
tis versiculis antecedentibus & sequenti
bus plura in propositum nostrum alle-
gat & proponit. & Minchacam contro-
uer. vsu frequen. cap. 8. num. 8. & 9. & an
hunc bannitum liceat proditorie occide-
re tradit Rochus de Cunte in cap. fin. de
consuetudine. fol. 20. in paruis. col. 4. &
Ant. Gom. hic nume. fin. Ex quibus cum
quoad forum exterius liceat hunc banni-
tum occidere secundum legis nostræ di-
spositionem & licētiam neque per viam
22 inquisitionis poterit iudex † contra oc-
cisorem procedere, ex communi doctri-
na relata per Aretinum in capit. nulli. col.
2. in princ. extra. de accusatio. vnum ta-
men notandum est pro complemēto hu-
ius legis, quòd quantumuis quis sit banni-
tus lapsis terminis nostri text. tamen si se
præsentet & de eius innocentia appareat
absoluendus & pro libero declarandus,
prout voluit Simancas de instit. catholic.
titul. 2. nu. fin. & Matth. Afflictis in con-
stit. Siciliæ libr. 2. rubr. 3. nume. 34. exce-
ptioque hæc innocentiæ non est per le-
23 gem nostram sublata, nam etiam † si post
confessionem de innocentia appareat,
non debet fieri executio, secundum De-
cium consil. 458. num. 10. & 11. volu. 4.
& in capit. quoniam. el. 4. de probatio. &
Menesium in l. sub prætextu. 1. numero
quarto. C. de transactionibus. & Me-
xiam in l. de Toledo, in responsio. ad se-
cundum fundamen. primæ partis. nume-
ro. 43. AEquum tamen esset vt omnia
concludamus, quòd si inimicus posset
24 † capere bannitum inimicum suum &
ad carcerem ducere non occidet & eum,
& quòd sic in sententia banni declarare-
tur, sin minus vterentur legis nostræ per
missu, prout nouissimè concludit Ola-
nus in dict. Antinomia Iuris ciuilis & Re
gij litera. B. numero. 21. & 22. sic con-
cordando dissentientes opiniones an lex
nostra iusta esset necne, sed an Baro-
nes in suis terris poterunt secundum le-
gem nostram procedere, tradit in simili,
Matth. Afflictis in constitutio. Siciliæ li-
bro secundo. Rubri. tertia. nume-
decimoquinto. cum se-
quentibus plu-
ribus.
†

LEX

L E X. II.

SVMMARIVM LEGIS.

¶ *In causis criminalibus seruandus est in toto Regno stylus Curiæ.*

1 IBi, [En la nuestra corte.] Stylus † enim Curiæ in aliquibus casibus pro lege seruandus est, secundum Afflictis, in constit. Siciliæ libr. & eund. in decisio. Neapol. 135. nume. 3. & ius facit Stylus curiæ, vt per Burgos de Paz latè, in prooemio legum Tauri. nu. 227. vsque ad 234. Principisque stylum omnes sicut legem legare tradit latè Rebuff. in tertio tomo. constitut. Franciæ titul. de consuetudine, artic. 2. glos. 13. nume. fin. vbi per totam plura de stylo tractat, de quo & plures tractantes allegat Afflictis decisione Neapoli. 253. nume. 4. & 5. & Cassaneus in consuetud. Burg. in prooemio titul. 1. in princ. nume. 7. cum 3. seq.
2 fol. 1. & sic stylus eius †, qui authoritatẽ legis condendæ habet, arctat vt cõsuetudo, non si ab alio, qui ius condendæ legis non haberet, esset introductus, secundũ Oroscium in l. de quibus. nume. 36. col. 177. ff. de legibus. vbi num. 35. ponit styli & consuetudinis differentiam, scilicet,
3 quòd stylus ab vno iudice sæpe † inducitur, consuetudo verò tacita voluntate, & vsu plurium, scilicet populi, vel maioris partis, vt & inquit Cassaneus vbi supra. nume. 8. referendo ad aliud Petr. & Cynum in. l. 2. C. quæ sit longa consuet. est tamen stylus, secundum Oroscium vbi
4 supra, seruandus † in ijs, quæ ad ordinem iudicij respiciunt, & ideò qui in iudicio non stetit, cum non esset iuxta curiæ stylum vocatus, contumacem non esse, secundum Oroscium, ibi & Boerium decisione 235. in fine. & Didacum Perez in l. 1. titul. 2. libr. 3. ordina. col. 821. quæst. 11. vbi alios allegat idem tenentes, & diximus in. l. 15. verbo, no incurran. titu. 3. supra isto lib. itidemque literæ impetratæ
5 † contra stylum curiæ, & præter eum, sunt de falsitate suspectæ ex text. in cap. ex parte. de capellis mona. quem & alia iura allegat Suarez, allegatione 27. fol. 93. versic. ex alio. & Didacus Perez in. l. 28. titul. 4. lib. 2. ordin. col. 421. stylus enim ius facit, vt diximus, & probat tex. in cap. ex literis. & ibi Abb. Felin. & Deci. extra de constitu. & in cap. literas. & ibi Abb. de iuram. calum. & in cap. quam graui & ibi Abb. de crimi. fal. notat latè Angel. in §. ex non scripto. col. 2. & 3. de iure natu. gent. & ciuil. & Felin. in cap. 2. nu. 16. de rescript. & ideò sicut literæ contra ius impetratæ nullæ essent, ita si contra vel præter stylum curiæ. Et sic stylus seruandus
6 est †, secundum Bart. in. l. iurisperitos. ff. de excusa. tut. quem sequitur Cassan. vbi supra. num. 9 per tex. in. l. obseruandum. ff. de iudi. & text. pulchrum. in. l. fina. C. de iniur. dicens, stylus itaq; qui obtinuerit, debet seruari intactus, infertur etiam
7 sententiam latam contra stylum † esse ipso iure nullam, sicut contra leges vel canones, secundum Cynum in. l. 2. quæst. 3. C. quando prouo. non est necess. Infertur etiam quòd iudex ita facit litem suam
8 contra stylum iudicando †, sicut contra legem, secundum Bald. in. l. iubemus. C. de iudic. quem sequitur Laurentius Calcaneus consil. 118. & Gigas de pensioni. quæst. 58. num. 3. quòd est pulchrum ad extensionem text. in prin. Instit. de obli. quæ ex quasi del. nas. & ad. l. 1. & per totum. C. de poena iudi. qui male iudic. Est
9 autem stylus † practica Curiæ confirmata secundum Bald. in. l. fin. C. quæ sit lon. consf. vel stylus est ius non scriptum ab vnius iudicis voluntate sæpè stylatum, secundum Petr. & Cynum, relatos per Cassan. d. nu. 8. Est tamen aduertendum quòd stylus iudicum particularium loco-
10 rum facit ius solummodo † quoad illum locum iudicij, stylus vero Principis vel habentis potestatem legem condendi facit ius quoad omnes, secundum Alexan. consil. 39. col. fin. volumi. 3. & alios plures relatos per Cassan. vbi supra. nu. 17.
11 idemque est de stylo † Curiæ Romanæ secũdum Gigantem, de pensioni. quæst. 22. num. 14. & quæst. 58. nu. 2. & 3. alios allegando. Vlterius notandum est quòd stylus

12 stylus † contra ius non valet, secundum Orosc. vbi supra, & Didacum Perez in l. 8. titu. 4. lib. 2. ord. col. 404. in fi. cum seq. & Alex. consil. 36. num. 9. vol. 2. & Probum in add. ad Monachum in Rub. num. 21. de consuet. in 6. per tex. in l. formam. C. de offi. præf. vrb. quod tamen ego intelligerem in stylo introductum ab eo, qui legem condere nō potest, secus alias, quia tunc stylus potentis legem condere lex sit, valebit vt lex nouior, & sic antiquā derogabit. Vbi tamen est quæstio de stylo potest iudex, secundum Cassaneū vbi supra, num. 10. in camera de stylo se informare, nemine citato, & hæc pro lege vt ad sequentem deueniamus.

LEX. III.

SVMMARIVM LEGIS.

Hæc lex est famosa, vtilis & in scholis & in palatijs, & quotidie practicamus eam & summari non potest, quia nimis longa est & plures continet decisiones, summari tamen potest hoc modo, forma procedendi per iudices ordinarios contra delinquētes absentes & contumaces, in præsenti declaratur.

PRo cuius legis introductione sciendū
1 est, quod de iure ciuili † absens nō poterat damnari in criminibus vbi pœna maior relegatione veniebat imponenda, secūdum tex. in l. 1. ff. de requir. reis, & in l. absentem. ff. de pœnis. l. 7. & 8. tit. 8. p. 3. nisi in tribus casibus, scilicet, in faciente aliquē spadonem, secundo in reperto in venali perfidia apparitorum, tertio in crimine læsæ maiestatis, prout hæc refert & tenet Auend. respons. 15. num. 1. & Villalobos, in antinomia iuris ciuilis & regij, litera. A. num. 1. & in ærario mil. com. op. litera. A. num. 3. & Ant. Gomez. l. 76. Tauri. num. 1. cum. 8. sequent. & Iulius Clarus in practic. crimin. lib. 5. §. fi. q. 44. in princ. & Simancas, de instit. catho. c. 2. de absen. n. 1. 2. & 3. vbi tamen ipse. n. 4. plura exempla adfert, vbi etiam antiquitus damnabantur absentes criminaliter, iure tamē nostro Re
2 gio † sm̄ eosdem ex tex. nostro, in quocūque delicto absens damnatur si fugit & latitat, neq; denuntiationibus vel edictis obtemperat, efficit enim tunc contumacia vt absens pro præsente habeatur, criminaque obiecta fateri videtur, qui sæpè monitus purgandi se occasione non vtitur. l. absentem. ff. de pœnis, & alia, quę allegat Simancas. d. nu. 3. idemque in Francia vti asserit Boerius decisi. 63. num. 15. & 16. & Neapoli vt p[illegible] ex decisione. 143. Capicij & Matth. Afflict. in constitu. Siciliæ li. 2. Rub. 1. & 3. & in consilio Dalphinatus, vt patet ex Guidone Papæ deci. 429. fol. 120. in paruis, & in Italia & Mediolani, secundum Iulium Clarum lib. 5. selectarū sentētiarum. §. fi. quæst. 44. in princ & nu. 4. non enim debent esse melioris conditionis absentes contumaces, qui deliquerunt quam præsentes: qualiter autem in
3 spiritualibus absens † contumax damnatur, tradit Guido papæ, vbi supra. num. 2.
4 & de iure canonico † qualiter contra absentem procedatur, vide Abb. in cap. veritatis num. 21. de dolo & contu. Et de nostræ legis materia tradunt relati per Villalobos, vbi supra nu. 14. in fine, & in eius prosecutione latius aliquantulum procedemus quia quotidiana lex est, & habet lōgam materiam non tamen textualia egrediemur vt nostri moris est.

Ibi, si la persona, quælibet illa sit, siue masculus, siue fœmina, rusticus, ciuitatensis, maior aut minor. 25. annorum, contra quemlibet enim indistincte ex lege nostra proceditur, & indiffinita hæc, si la persona, vniuersali æquipollet, & sic contra
5 minorē, etiam indefensum † delinquentē & cōtumacē in absentia pceditur sm̄ Boeri. decisi. 63. n. 10. & 11. & Anto. Gom. l. 76. tauri. n. 8. & Grego. Lopez in l. 7. ti. 8. par. 3. in gl. 1. dū tamen sit ætatis legitimæ, ad delictū cōmittendū, quæ quidē ætas in masculis est decē annorū & dimidij, & in fœminis nouē & dimidij regulariter, sm̄ tex. l. 9. ti. 1. par. 7. l. 6. tit. 5. par. 6. late Ant. Gom. to. 3. c. 1. nu. 57. & 58. vbi declarat cum sequent. aliquibus, & nouissime probatur

batur ex Pragmatica de los Moriscos de Granada quam inseruimus supra lib. 3. l. 8. titul. 9. nume. 9. Sed an restituentur tales minores non se præsentantes in termi
6 no † vt audiantur de nouo etiam si sit lapsus annus nostri text. post sententiã prolatam, & in hoc Auend. Respons. 15. nu. 5. correctione. 7. quem sequitur Villalobos, in Antinomia iuris ciuilis & Regij litera. A. nu. 7. inquiunt quòd non restituetur aduersus dolum præsumptum eò q̃ in faciendo consistit, & aduersus tale delictum in faciendo commissum non restituitur minor, vt per Anto. Gomez. d. nu. 58. in fine, cum sequenti. Ego tamen salua eorum pace cõtrarium teneo & sic semel iam in practica obtinui: ante sententiæ prolationem fauore cuiusdam minoris absentis & contumacis, & allegaui nõ esse contumacem, & petij restitutionem aduersus dolum præsumptum & culpam in non se præsentando & quòd audiretur absque vlla expensarum solutione, & ita fuit iussum, & fundaui ex sequen. Primo quia opposita exceptione minoris ætatis, constat omnia anteà acta nulla esse, propter citationis defectum, minor enim cõparere & vocari in iudicium non potuit, secundum Speculat. titul. de citatione. §. 1. nume. 18. & Rolandum, alios allegantem in consil. 39. num. 26. lib. 1. prouideri enim prius debuit de curatore, ex. l. clarum. C. de author. præs. & l. fin. C. si aduersus rem iudi. notat Speculat. in tit. de
7 reo. num. 17. citatio autem inualida † nullam inducit contumaciam, neq; bannum & omnia, quæ inde sequuntur & sententia nulla sunt, secundum Rolandum, ibidem numer. 9. cum pluribus sequent. vbi num. 11. inquit, quòd vbi adest vitium in citatione nunquã tenet processus in præiudicium absentis, hic autem minor non fuit vocatus & cum curatore citatus, & sic inualida fuit citatio & bannum hoc, & per consequens minor talis quandocunque compareat petendo, omnia nulla declarari & restituendo se contra ea & contra quamlibet culpam vel dolum præsumptum audiendus de nouo est, neque vllæ ab eo petendæ sunt expensæ, neq; obstat quòd potuit procedi contra eum in defensum, & valida sunt acta in eius absentia, quoniam id verum est interim, quòd non comparet ad allegandum de priuilegio suo, tenetur enim quilibet priuilegiatus citatus comparere ad allegandum priuilegium suum, secundum text. & ibi omnes in. l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit, eo tamen postea comparente & de priuilegio allegante, non est ei negandum vti priuilegio suo imò potius concedẽdum. Secundo quia cõtumacia incurritur propter inobedientiam in non comparẽdo, dicitur em̃ contumacia, à con, & tumeo
8 tumes, quia inflatur & superbus † efficitur contumax & iniuriosus iudici, secundum Cardin. in Clemen. 1. col. 8. de dolo & contuma. & eo relato Maranta, in practi. titul. de contumacia. num. 7. pag. 387. in paruis inobediẽtia verosicut delictum dolum requirit, ex. l. 1. & 2. C. ad. l. Cornel. de Sicar. & ob id contumacia dolus præsumptus dicitur secundum Bart. l. minor. la. 1. ff. de minori. & Hippoly. in practi. §. postquam. nu. 61. præsumptaque contumacia dicitur si domi fit citatio, secundum Tiraquel. de retract. linagiel. §. 9. glos. 2. nu. 42. Dolus autem in minore non præsumitur, secũdum glos. & Doct. communiter in. l. vbi exigitur. ff. de edendo. & dato, quòd præsumeretur cum sit de præterito restituitur aduersus illum, secundum glo. illam & Doct. ibi præsertim Orosci. igitur sublato dolo de medio nulla potest dari contumacia & per consequens omnia acta nulla sunt, neq; vllã debẽtur expensæ, maximè cum minor vi
9 ginti quinque annorum à vera † contumacia excusatur de iure secundum Ang. in. l. fin. de edendo. & Alexan. l. 2. col. 2. ff. si quis ius di. non obtemp. & Roland. consil. 47. nu. 42. volu. 2. non enim minor potest constitui verus contumax, secundum Roma. consil. 120. nu. 4. & si à vera contumacia excusatur fortius & à ficta, quæ per edicta & proclamata contrahitur, & per citationem domi factam, tertio quoniam contumacia quantumcunque sit delictum, est in omittẽdo contractum, scilicet, quia nõ comparuit, aduersus tamen tale delictum in omittendo restituitur minor, secundum text. in l. 2. C. si aduersus delictum. & Anto. Gomez. vbi supra nu. 59. minor que etiã contra

tra veram contumaciam restituitur, secundum text. vbi gloss. Bart. & omnes in dict. l. minor infra. ff. de minor. imo & quãtumuis culpa minori possit imponi contra talem culpam in totum restituitur, secundum Clarum in practi. crimina. §. fin. quæstio. 60. numero. 3. & 4 igitur & aduersus processum in absentia contra eum factum restituetur vt virtute contumaciç incusatç condemnari non possit & si cõdemnatio facta est pro nulla declaretur, & itidem omnia in contrarium acta nulla sint, & audiri debeat de nouo minor hic, & nullæ ex processu in absentia facto debeantur contumaciæ expensæ, neque de sprezes neque homizillos, idque non negat lex nostra, quæ quidem remedia restitutionis non tollit, & hæc nisi expresse lex dicat non censentur exclusa, vt Deo volente dicemus in. l. 4. verbo, o de que notoriamente ti. 17. lib. isto. 4. recop. infr & sic hanc meam secundam contra Auenda. & Villalobos vbi supra opinionem voluit tenere Olanus in concordia Antinomiarum litera. A. nume. 12. quem gauisus sum videre, nam quanuis anteà sic ego asserebam non inueniebam meæ opinionis Authorem, & Villalobos & Auenda. vbi supra ad tenendum suam opinionem falsum constituebant fundamentum, scilicet hoc esse delictum in faciendo, aduersus quem minor non restituitur nisi quatenus miseratio ætatis patitur, secundum Anton. Gomez, vbi supra. num. 58. in fine cũ num. 62. non enim est in faciendo, sed in omittendo, quia hic non restituimus eum contra delictum per minorem commissum, & de quo accusatur & accusandus est, sed restituimus contra processum in absentia factum & in contumacia, à qua minor excusatur vt diximus, & sic vera est nostra secunda opinio, neque est inducẽda legum correctio, prout Auend. & Villalobos, inducebant, nisi per legem declaretur, vel ex ea colligatur, & sic in terminis huius. l. & in terminis. l. de los assentamientos infra hoc libro, excusaui quosdam minores ab expensis & processu cõtra eos in absentia factis, & hæc noua singularia & notanda sunt. Neq; obstat Bar. doctrina in. l. si finita. §. si forte. ff. de dam. inf. relata per Menochium de arbitra. iud. lib. 1. quæstio. 36. numer. 1. vbi minor contumax non refectis expensis repellitur à iudicio, quia id verum nisi prædictã petat restitutionem. Sed quid si sunt plures delinquentes, & vnus est præsens alij vero absentes, dic quod contra præsentẽ procedetur & condemnabitur in præsentia, & contra absentes in absentia, imo &
10 potest ferri sententia † contra vnum ex delinquentibus processu contra alios suspenso, secundum tex. in. l. non ideirco, & ibi Angel. ff. de iudi. & notat Boer. decisi. 310. in fine.

Ibi, [no pudiere fer auido,] putà quia perquisitus in domo & habitatione consueta reperiri non potuit, neque haberi eius copia in populo illo vbi habitabat, vel erat reclusus in ecclesia, aliàs enim nisi sic perquiratur contumax non dicetur, & vt contra talem delinquentem procedi possit virtute nostrç legis contumacia debet præcedere, vt in rubrica huius tituli diximus, & de tali contumacia debet constare secundum gloss. 1. in. l. 7. titu. 8. part. 3. & ideo in his casibus Alguazellus, qui perquisiuit delinquentem illum dat fidem & in processu apponitur qualiter illum in domo sua & ciuitate perquisiuit, reperireque eum non potuit, vel si reperit erat fugitiuus & in ecclesia, & quantumuis de iure etiam in ciuitate in terminis nostræ legis perquirendus erat, prout & in executionibus fieri dicemus Deo volente, in. e. fi. in gloss. pudiere ser auido, titu. de las entregas y execuciones, infra hoc libro, tamen de consuetudine, secundum Iulium Clarũ, in pract. crim. §. fi. quæst. 31. n. 17. nuntius directò vadit ad domum citati & si ibidem non reperitur vocatur per præconia & edicta secundum nostræ legis dispositionem, & ita & nos vtimur, insuperque dat fidem custos carceris post primũ præconium & edictum qualiter in carcere nondum se præsentauit.

Ibi, [en que se deuan fecrestar,] vt quia propter delictum illud delinquens in amissione bonorum vel partis eorum veniebat condemnandus, secundum tex. in. l. 7. tit. 23. infra hoc libro, habemus enim quan-
11 dam publicationem extraordinariam, † quæ in casu non expresso in iure, sed ex iudicis potestate imponitur, & isto conceditur a

tura

tur illuſtribus in ſumma poteſtate poſitis, & de hac loquitur.l.1.C.ne ſine iuſ. prin. lice.confiſ.aliam verbo,habemus ordina-
12 riam †,id eſt in caſu à lege permiſſo, vel ex regni conſuetudine generali, & iſta fit per quemcunque iudicem habentem merum imperium ratione territorij, & non per alium,& de hac loquitur noſter text. in præſenti, ita diſtinxit vnã publicationẽ ab alia,Oldrad.conſi.17.de foro compe. relatus & ſecutus per Bernar.Diaz in practi.crimi. canonica.c.124.de bonorum publicatione n.1.& ideo non indiſtinctè debet bonorum publicatio & ſequeſtratio fieri in terminis noſtri text.ſed in caſu permiſſo,prout & de conſuetudine in ducatu Mediolani ſeruari teſtatur Clarus lib.5.ſelectarum ſententiarum.§.fi. quæſtio.44.num.3.ex quibus confunditur abuſus iudicum ignorantium contra delinquentes ex legis noſtræ forma procedentium indiſtinctè ſecreſtantium bona delinquentis pro quolibet etiã minimo delicto & in caſu non permiſſo,non percipiẽdo verba & mentem legis antiquæ, quæ & ſi non ita clare ſicut noſtra diſponebat, tamen relata ad ius,quo attento veniebat declaranda,ſolummodo ſequeſtrum erat faciendum,quoties de iure confiſcatio bonorum,vel partis erat facienda, prout & declarabat gloſſ.Gregorij.in.l.7.tit.8.par tit.3.verbo ſus bienes,& poſt hæc vidi animaduerſum per Pinellũ.l.1.2.part.C.de bonis mater. num.24.25.&.26.& cum non debet fieri ſecreſtatio & publicatio bonorum,eius præparatoria,quæ eſt deſcriptio per conſequens ceſſat,ſecundum Rojas de hæreti.2.par.aſſertione.2.n.51. & ne iudices ignari ſicut antea, ita & tunc procederent in ſimilibus cauſis circa ſequeſtra hæc, iuſtè & maxima cum cauſa lex noſtra clarioribus verbis proceſsit diſponendo,vt tunc ſequeſtrum hoc eſſet faciendum,quoties delictũ eſſet tale, quod ſecreſtrum locum in eo haberet , quod quando ſit declarat optimè dicta.l.7. & Anton.Gomez to.3.cap.14.numer.4.in fine,& in eo.tomo.cap.9.num.2.vbi doctores de ijs tractantes allegat,præbens in hoc doctrinam, ſcilicet quod in caſibus in quibus bona ipſo iure non confiſcantur,
13 † neque tollitur & impeditur eorum adminiſtratio non habet locum ſequeſtrum, ſecus vero ſi ipſo iure,vel & ſi non ipſo iure confiſcatio tamen adeſſe debet & bonorum adminiſtrandorum interdictio, ſecundum Symancas, de inſtit.cat..titulo. 43.numero.7.& tradit referendo Anton. Gomez,Clarus,practi.criminã.libro.5.§. fin.quæſtio.44.numero.3.& ſeptuaginta modos,quibus bona alicuius confiſcantur
14 ponit † Caſſaneus.in conſuet. Burgu.2. part.rubri.1. deſconfiſcations §.1.à n.20. vſque ad.37.& Franciſcus Lucanus, in tract.de fiſco & eius priuilegijs in.2.parte prin. & ideo in præſenti materia non fiet ſequeſtrum niſi vbi delictum requirit, & ſic propter delictum regulariter non fiet ſequeſtrum vbi de iure pro debito locum habet,nam differunt ſequeſtrum bonorũ propter delictum,& ſequeſtrum propter debitum , vt patet ex diſiunctiua.l.1.tit. 12.infra eo. interdictio tamen bonorum
15 † indiſtinctè fuit,vbi ſuſpicio ad eſt, vt in ea.l.1.dicem' annuente Deo,vel vbi delictum eſt manifeſtum vt inquit gloſſ. eſcritur.in.l.7.titul.8 part.3.& plura alia confiſcationis bonorum tradit Clarus.in dict. lib.5 quæſt.78.&.79.Aduertendum etiã quod in caſu in quo ſequeſtrum locum habet,debent poni res ſequeſtratę in inuen-
16 tario † vt non perdantur, vel ſubtrahantur,vt communem teſtatur Villalobos in ſuo ærario mille com. opini. literaS. nu. 86.item notandum eſt quod ad huc tunc cum ſequeſtrantur bona delinquentis contumaciter abſentis ,poteſt ex cauſa res aliqua ex ſequeſtratis alienari,† vt pro alimẽ-
17 tis vxoris & filiorũ & pro expenſis litis,ex tex.in.l.fi.C.de ordi.cogni.ad hoc allegat Anto.Gom.tom.3.cap.fi.fol.106.col.2. in prin.& Guido Papæ deciſi.81.in fine & Bar.in tract.alimentorum.nu 44.& Couar.in.4.2 part.cap.6 §.8.nume.9.fol.71. Matth.Afflict.deciſi.10.&.152.neque in
18 tali caſu admittitur appellatio, † ſecundũ Afflict.d.deci.152.n.3.neque teſtium reprobatio ſecundum Couar.in pract.c.17. nu.4.verſi.ſeptimo.

Ibi, [por tres plazos,] in criminalibus enim plures requiruntur citationes ex tex. in.l.abſentem,ibi ſæpius moniti.ff.de pœnis,& in noſtro Regno ita ſeruatur, quicquid voluerit Clarus in.d.li br.5.pract.crimi.§.

mi.§.fin.quæst.31.numer.22.& si contra
19 absentes † de quibus lex nostra loquitur
nõ sufficit peremptoria citatio, sed omnes tres citationes sunt faciendæ, distinctim, non sic quando proceditur contra præsentes, cum eis enim vnica sufficit citatio, sicut in ciuilibus, ex tex.in.l.2.in fine tit.3. supra hoc libro. Ex verbisque ijs nostri tx. inducit secundam correctionem Auenda.resp.15.nu.1.& Villalobos in.dict. Antinomia iuris ciui.& regij litera.A.nume.2. scilicet quod quamuis de iure ciuili in casibus in quibus contra absentem procedi poterat, sufficeret citationem fieri legitime per nuntium siue per literas, hodie lege nostra attenta non sufficit citatio per nuntium, sed per edicta expressa facienda est, quæ quidem tunc fieri debet quoties per relationem nuncij constat, quod reus cõtra quem fit processus, fuit personaliter perquisitus, & non repertus, cui credẽdũ est nuntio, secundum Auenda. vbi supra nume.2.& creditur quotidie, vocari & citari absens ille delinquens per tria præconia & edicta, & adeò quod non sufficeret vnum peremptorium pro omnibus, secũdum Auendan. vbi supra nume. 3.& Villalobos vbi supra numer.3. quantumuis ex iure ciuili vna citatio per edictum sufficeret, & tempus edicti erat arbitrarium, ex gloss.in extrauag.quomo.in crimi.læsæ maies.proce. verbo. per edicta, legisque nostrę dispositio in hoc fundari potest etiam de iure ciuili, nam licet vbi citatio trina requiritur, sufficiat vna peremptoria, vt in.l.contumacia.ff.de re iudi.& ex traditis per Afflict. decisione Neap.289. numer.6.tamen vbi citationes has, requi-
20 ritur, per pręconium fieri in locis † publicis & poni per edicta non sufficit vna pro omnibus etiam peremptoria, sed omnes tres citationes distinctæ debent fieri, secundum Alex.l.contumacia numero.11. folio.185.ff.de re iudic.& sic posset limitari gloss. illa per edictum dict.extrauag. quo.in crimi.lęsæ mai. secundum quod, nõ inducit ex lege nostra correctio ad ius ciuile, sed potius fortificatio, & approbatio, quamuis supradicti Hispani doctores circa hoc correctionem ex tex.nostro inducere velint, omiserintque verius declationem ex verbis ijs nostri textus cuiusdam communis opinionis assertæ per Matth. Afflict.in decisione.289. relatum per Iulium Clarum, in practica.crimin.libro.5. sententiarum.§. fin.quæstio.31.versicu. quomodo, numero.22.asserentes communem esse opinionem, quod etiam vbi
21 pœna ratione contumaciæ † venit incurrenda sufficiat vnica peremptoria citatio, nam communis hæc asserta per hos doctores non procedit quo ad terminos nostræ legis, vt vides, sed omnes tres citationes, de quibus hic, interponendæ sunt, neque vna peremptoria pro omnibus sufficiet, & ita practicatur. Est tamen verum quod si delinquens captus & incarcere detentus, dũ procedebatur criminaliter contra eum, aufugerit à carcere ostio carceris clauso & cum conspiratione, quo casu habetur pro confesso & conuicto, secundum tex.in.l.septima titu.fina.libro.8.infra &.l.13.tit.29.partita.7. non est am-
22 plius talis reus citandus ad sententiam † neque præconizandus, & vocandus per edicta & præconia nostri text. secundum Boerium, decisione.215.numero.22.& Auendaño rub.n.15.in fine & Auiles.capitulo.18.prætorum verbo. carcel.num. 51.fol.180.quamuis in Francia vt Boerius ibi dicit, etiam tunc ter præconizatur & iudices etiam aliqui nostri regni idem quod in Francia obseruant, & fortasis propter capiendas pœnas del desprez, & alias à nostro tex.declaratas id faciunt alias non facturi, quod tamen tunc demum ego obseruarem quoties ex tali fuga non est habendus fugiens hic à carcere pro cõuicto & cõfesso, putà quia fugit à carcere aperto, vel sine conspiratione, quo casu pro confesso non habetur, secundum Hypoli.in pract.§.diligenter.num.46.& iterum in.§.attingam nu. 45.& probat.tex. in.l.13.titu.29.part.7. dum ibi ille tantũ pro confesso declaratur, qui carcerem dissoluit & dirupit eum, quasi secus si foribus apertis fugiat, & differentiæ ratio est clara quoniam ille qui non est conuictus neque confessus conuincẽdus est, & sic procedendum contra eum, contra conuictum tamen & confessum prout est dirup tor carceris cũ conspiratione vt requ irit gloss.in.d.l.13.& ea relata, Olanus in cõcordia antinomiarum iuris ciuilis & re-

gij litera. F. numero. 106. cum pluribus sequent. nullæ sunt partes iudicis nisi in condemnando, ex l. prima. C. de confessis, merito quod cõtra eum nihil amplius immorandum sit, quam condemnare pœna delicti meritoria, quamuis tunc condemnatione pœnæ facta, idem de ea iudicandum est, sicut iudicatur de imposita contra absentem à principio causæ inceptæ secundum terminos nostræ legis. Vlterius notandum est, quod in tantum in terminis nostræ legis præconia & edicta hæc omniaque in lege nostra contenta requiruntur, & ad vnguem obseruanda sunt, quod si aliquid eorũ etiã minimũ deficeret, vel à iudice incõpetẽte facta fuerint nulla sunt, & nullæ debent expẽsæ vel iura
23 cõtumaciæ, † sed corruit in totũ processus, & iniustitia & cõscientia tenebit iudex ex tali processu iura & expensas percipiẽs, sm̃ Auen. c. 18. prætorũ. n. 7. in fi. lib. primo & melius in tract. primi & secundi decreti numer. 14. per totum, & Hippolitũ in pract. §. vltima quæst. numero septimo. & Afflictis, in constit Siciliæ. 2. parte rub. prima numero. 20. & Olanus in concord. Antinomiarum litera. A. numero septimo. nam si libellus vel inquisitio peccat in
24 † modo, vel forma nihil valet, neque contumax reputatur reus contra quem formatur, neque pro confesso habetur, secundum eund. Hippol. in practi. §. postquam numero. 56. &. 57. &. § quoniam numero 45. & Boeri. decisi. 215. numero. 26. & Auend. resp. 15. num. 6. versi. ex quo, & Villalobos in d. Antinomia litera. A. numero. 3. versi. item nota, & Anto. Gom. libro. 76 tauri nume. nam & citatio extra solitum morem & stylum facta nulla est,
25 neque reddit † citatum contumacem, secundum relatos per Didac. Perez in. l. prima titulo. 2. libro tertio ord. colum. 821. q. 11. & Orosciuum in. l. de quibus num 37. &. 38. ff. de legibus. colum. 178. & tradit optimè Hippoli. in. l. de vnoquoque n. 36. cum. 4. sequent. ff. de re iudi. vbi num. 43. limitat, & diximus etiam in. l. 5. gloss. y prosiguiere, titu. 3. supra hoc libr. lege tamen in nostra contenta omnia pro forma substantiali collecta sunt, nam quoties lex aliquid introducit de nouo cum certis modificationibus omne expressum in ea censetur esse de forma, secundum Deci. relatum & secutum per Tellium, in 2. part. l. 3. tauri num. 16. imo & de forma substantiali, secundum Auend. respon. 14. in fine igitur omnibus ad vnguem non seruatis deficit substantialis forma & per sequens nulla sunt omnia, & nulla debent iura; & ideo dolendum est de iudicibus, qui non solum non seruant nostræ legis formam, verum etiam ea non seruata, quantumuis iudices non fuerint, omnia iura & expẽsas percipiunt, ac si ad vnguem omnia seruata forent, & in perpetuũ restitutionem obliuiscuntur. Sed an pẽdente causa nulli-
26 tatis banni bannum ipsum † erit suspensum, & dicendũ est quod sic per. l. si cũ nulla. ff. de re iudi. & per gloss. magnam in ca. pastoralis de re iudica. & hãc tenet Alberi. ad vtranque arguens partem. in part. 4. sta tutorũ quæst. 23. & Alex. in. l. 3. §. si seruus quem. ff. de acq. pos. & hanc testatur communem Afflict. in. d. 2. part. constit. Sicil. rub. 1. nu 15. vbi. n. 20. describit quæ debeat continere bannum pro contumaciæ causæ capitalis prolatũ, primo enim debet esse certũ, quia debet continere personam iustitiarij & iudicis, itẽ causam pro qua fuit bannitus, itẽ nomẽ & cognomẽ banniti: itẽ annũ & mensem & diẽ banni & ponatur id est registretur in actis curiæ, & omnia hæc ex tex. nostro probãtur, & ad esse debẽt in edicto & preconia deliquẽtis absentis, & alia etiã s[illegible] pro quo vocatur, & q̃ in quolibet termino accuset cõtumacia, quãuis nõ interponat cõminatio q̃ si nõ venerit p̃cedetur cõtra eũ ad iustitiæ declaratione & bonorũ captione, hęc enim cõminatio bonorũ non requirit de necessitate apponi in edictis & præconijs sm̃ gl. no viniere, in. l. 7. ti. 8. part. 3. & nouissime Olan. in cõcordia Antinomiarũ in tracta. legũ partitarũ correctarũ. n. 38. qui & in Antinomiarũ cõcordia litera. A. n. 18 tractat an annotatio hæc bonorũ hodie seruet & cõcludit in. n. 24. q̃ nõ & Cla. li. 5. senten. §. fi. quæst. 44. n. 3. sed q̃ iudex cõdẽnauit in pœnis iure cõstituti, pro delicto illo p̃bato, & ideo nõ apponit dicta bonorũ cõminatio, sed tm̃ q̃ si non cõparuer intermino procedet contra ipsum citatũ sm̃ quod de iure & iustitia decisum reperietur in causæ progressu, & sic si innocens reperia-

tur absoluendus est, vt in hac lege super verbo, inocencia del tal, dicemus Deo volente.

Ibi, [sin hazer differencia,] per hęc verba tollitur id quod anteà ex verbis legis antiquæ requirebatur, scilicet, quod si esset delinquens absens extra prouinciam vel regnum vocabatur cum maiori termino vt videre licet ex Villalobos in d. Antinomia iuris ciuilis & regij litera. A. nu. 3. ex nostra enim lege nulla iam circa hæc differencia constituenda est siue intra regnū vel prouinciam extiterit siue non vtrisq; enim casibus, idem terminus assignatur, put post hæc vidi consideratum per Olanum in d. concordia Antinomiarum litera. A nu. 3. & 4. alias enim maxima daretur confusio & causa eludendi legis nostræ dispositionem, tum in inquirendo an delinquens esset in prouincia vel regno, item quia in prouincia abscondi poterat, & procedi ac si esset extra prouinciam & sic processus redderetur nullus. Qui tamen terminus probetur & assignetur in cancel-
27 larijs † & per iudices de corte, vel pesquisidores, declarat Olan. in d. n. 4.

Ibi, [pregonandole y haziendole fixar,] nota copulatiuam, y, quasi non sufficiant præconia nisi edicta affixentur in locis consuetis, & publicis, neque sufficiat edicta affigi nisi & præconia dentur, quoniam vtrumque efficiendum est, alias nulla erant in contrarium acta, requirit enim copula vtrumque copulatum. Et de his duabus citationibus, scilicet, per præ-
28 conia, & per edictorum affixionem † tradit optime Rebuff. in concordata regni Franc. rub. de consti. verbo edictum pagi. 50. in mediocri impressione, & Maranta, in pract. verbo citatio, & Bertachinus, in repertorio suo, in verbo citatio per proclama & per edictum, & idem Rebuff. in 3. tomo constit. Fran. titu de citation. in prefatione nu. 93. cum sequent. aliquibus & specul in 2. part. tit. de citatio, §. sequitur fol. 30. vbi & ipsi plura de ijs duabus citationibus dicunt per quos videre sufficiet: solum enim vnum notandum est, scilicet, quod si sunt plures homines in loco illo delinquentis, eodem nomine & cognomine se nuncupantes, ille tantum, qui
29 deliquit, vocatus & citatus † videtur, & de se tantum intelligere debet præconizatum, & inuestigato crimine ille intelligitur poni in banno, qui meruit banniri, secundum gloss. primā in l. 23. tit. 11. par.
30 tit. 5. debetque præconium alta † & intelligibili voce proferri, secundum Tiraquel. de vtroque retract. titulo primo §. 5. glos. secunda numero. 13. pagi. 366. vbi & nume. 16. & 17. quærit, an si citatio nō legitimè facta ad notitiam citati peruenit illi officiat, & Roland. Valle. consi. 47. numero secundo & 26. volu. 2. & optimè Vantius, de nullitate processus, qui modis sen. nulla repu. numero. 122. & 123. & itidem notandum est, quod quamuis cum perso-
31 nam † citandam certam esse scimus debeat citatio esse certa, neque sufficeret per edictum vel proclama, vt probatur ex l. prima. §. penul. ff. de vent. inspi. & ex cap. fin. de electi. tenent plures relati per Menochium in tract. de recuper. pos. remedio. 8 num. 102. vbi testatur hanc esse cōmunem omnium sententiam, tamen quia hæc communis nō habet locum quoties citandus fugit, & se abscondit nè capiatur aut citetur, secundum Bar. in extrauaga. ad recipiendum verbo per edictum, & Menochi. vbi supra numero. 115. vbi numero 101 plures ampliationes & limitationes annectit, ideo per tex. nostrum permittitur contra absentem fugitiuum procedi per præconia, & per edicta.

Ibi, [en su casa,] notanda sunt verba hæc, vt solemnitas ista non omittatur prout pluries omitti credo, & intellige, en su casa, scilicet, vbi morari & habitare continuo solebat, nā si quis haberet domū &
32 habitationē continuā, † & insuper Apothecā possideret extra domū nō sufficiet in Apotheca notificare, sm̄ Auend. in propositū nostri tex. sic asserentem, in tract. 1. & 2. decreti. nu. 14. versi. itē est hoc verū fo. 130. & Tira. in d. ti. 1. de retract. §. 9. gl. 2. n. 23. cū seq per tex. in l. 1. §. 1. ff. de liber. agnosce. sed an, ad domū hospitij, vel ad domū cōductā vel precariā debet recurri
33 † & an ad domū sacerdotis, respōdere poteris ex dictis p Tir. vbi sup. nu. 31. 32. 33. & 36. pag. 368. & 369. & n. 26. cū 2. sequēt. tractat quid erit vbi quis habet plura domicilia. Et an citatio maximè illa, quæ per edictum fit, debeat peruenire in no-

titiam

micilia. Et an citatio meximè illa, quæ numer. 39. & numero secundo exami-
34 nat an in criminalibus citatio † ad domum fieri posit, de quo & per Clarum in pract. crimi. §. fin. quæstione. 31. versiculo dictum est de forma, vbi communem testatur quod sic, contra Marantam communem in bannito contrariam, afferentem, sed prima communis, contra Marantam, secundum relatos, per Clarum ibi, de consuetudine seruatur, & pro ea noster text. facit, ad domum delinquentis citationem etiam faciendam probans, & ratio, quare per tex. nostrum requiritur citationem in domo absentis delinquentis faciendam esse, est quia quilibet, scire præsumitur id quod ad eius do-
35 mum † quam inhabitat, est denuntiatum, secundum gloss. ostendens in. l. si tutor, & ibi Bart. & Bal. C. de periculo tutorum quam & alios eam sequentes allegat Tiraquel vbi supra numero 40. Sed an requiratur quod prius reus perquiratur per ciuitatem, supra in glossa no pudiera ser auido, dixi.

Ibi, [si ay la tuuiere,] quasi si domum non habuerit, vt quia vagabundus est, vel extraneus à loco illo, sola
36 proclamatio † per præconium & per edicta in loco vbi deliquit publico tamen & consueto sufficiet, cũ tex. noster aliud non requirat, sed tantum citatio erit ad domum facienda, cum citandus ibidem domum habet, si ergo non habet nulla erit ad domum necessaria citatio, & ita de consuetudine seruari asserit Clarus, vbi supra versiculo, sed quid si reus numero. 21. & patet ex allegatis per Tiraquel. in dict. §. nono gloss. secunda numero. 34. pagina 369. & probatur ex optima. l. septima titulo octauo partita tertia, nisi dicamus quod hic casus, quoties delinquens habitationẽ non habet in loco illo vbi citandus est, remaneat in dispositione iuris ciuilis, scilicet, quod tunc in loco in quo frequentius conuersari consueuerat fiat citatio si tamen recenter locũ illum vbi deliquit intrauerat tũc sufficiat in loco publico fieri citationem per præconium, & edicta, prout nostra lex probare videtur, sed stylus & consuetudo seruanda sunt.

Ibi, [haziendole fixar,] quę quidem edicta, prout in lege nostra dispo-
37 nitur debet continere † delictum & causam quare vocatur, & tempus intra quod debet comparere, & comminationem si non comparuerit in termino illo, fixandaque sunt edicta hæc in loco publico patente & consueto, non vero in angulo & abscondito, secundum Tira. in dicto. §. nono gloss. secunda nu-
38 mero nono, neque statim euellenda sunt † sed per aliquod tempus debent ibidem remanere, secundum Hippol. in l. de vnoquoque numero. 45. ff. de re iudi. & Tira. vbi supra numero decimo quamuis secundum eum ibi numero vndecimo & Rebuffum in tertio tomo constit. Fra. ti. de cita. in præfat. n. 102. & Mat. Affl. in const. Sicil. li. primo rubr. 96. 2. § num. decimo sub constitutione edictorum, non est necesse quod nuntius referat quanto tempore ibidem affixa edicta extiterunt præsumitur enim, ꝙ tãto tẽpore edicta extiterũt, ꝙ ad notitiam citati peruenerunt, & sic si euellerentur edicta statim quod affixa sunt, ita quod in notitiam citati peruenire non possent, & hoc per citatum probaretur, nihil citatio valeret, secundum Rebuff. vbi supra nume. 104. peccarent vtique tunc, secundum eum ibi hoc facientes, & tenerentur ad expensas, & ideo non statim euellenda sunt edicta hæc, sed debent affixa remanere per tempus aliquod, & tempore congruo lapso per tabellionem causæ euelluntur, & in processu ponuntur fide apposita de affixione eorum, & si tempore quo tabellio ipse accedit pro euellendo edicto illo, edictum ipsum est cancellatum, vel per alium euulsum & non apparet apponit hoc pro fide & testimonio tabellio ipse, sufficit enim quod in actis constet qualiter edictum illud fuit affixum in loco consueto & solito. Est tamen notandum quod scribendum est
39 edictum hoc † in lingua communiter vsitata in loco illo, secundum Antoni. Gomez tomo. 2. cap. 9. numer. 4. in fine, vbi & de citatione hac per edictum tractat, de qua & per Maranta in pract.

titu. decitatione num. 82. pag. 372. in par uis vbi inquiunt quod nunquam fit citatio
40 hæc per edictum nisi in casu † necessitatis & tradunt Rebuff. & alij per me supra relati in gloss. pregonandole.

Ibi, [vna carta de emplazamiento,] quæ quidem schedula vocatur latine edictum de quo quis possit citari & quando & qua
41 liter tradit Rebuf. in d. titu. de citatio. nu. 93. cum. 8. sequent. & Maranta. d. titulo de citatione numer. 82. & doctores in cap. fi. de electi. in. 6. & idem Rebuf. in concor data regni Fran. titulo de constitu. gloss. Gallicos, cum. 2. sequent. pagin. 44. in me diocri impressione, & iterum supra eadem lege diximus.

Ibi, [en lugar publico,] huiusmodi enim schedula, prout dictum est, non in angulo neque sub ostio, sed in loco publico &
42 consueto fixanda est † vt in notitiam citati peruenire possit, secundum Tira. vbi supra numero. 10. ex hoc enim in notitiam citati peruenisse censetur si in loco apponatur publico, secundum Rebuf. in dict. 3. tomo constit. Fran. titul. de constitutio. in præfatione nu. 101. quasi id quod publice fertur & affigitur citius in notitiam
43 † absentis deueniet & sic eius ignorantiã allegare non est licitum, secundum gloss. in dict. l. si tutor. C. de pericu. tuto. & glo. in capitlo. 1. de postul. prael. quas allegat Soci. in regul. 176. falla. 2. & Felin. in capitulo. cognoscentes numero. 17. de consti. & eas communiter approbatas testatur illustris Meneses. in. l. error numero penul. C. de iur. & fac. ig. Itidem fixanda est schedula hæc & citationis charta non in valde alto, neque in infimo loco, sed in medio, secundum Anto. Gomez. d. capitul. 9. numer. 4. ad fin.

Ibi, [en la qual se contenga el tal delito,] idem probat. l. 7. tit. 8. part. 3. omnis enim citatio etiam in criminalibus, debet cau-
44 sam continere † alias enim indiscreta, & inualida dicetur, secundum Matth. Affli. in consti. Sicil. lib. 1. rub. 55. numer. 7. tradútque optimè Rebuf. in concorda. Fra. rubr. de constitu. gloss. causas pag. 52. primæ partis, & Maran. in pract. d. tit. decita. n. 69. quam refert & sequitur Didacus Perez in. l. 1. ti. 2. lib. 3. ord. col. 827. quæsti. 25. facitque tex. & quę ibi diximus, in. l. 3. tit. de los plazamientos, in glo. declarela causa supra hoc lib. quam ad hoc allegauit Auend. in d. tract. de primo & secundo decreto. n. 4. fol. 19. col. 4. in fine, quod maximè lege nostra attenta in criminalibus causis contra absentes ventilandis seruandũ est, omnis enim dilatio & denuntiatio Ban
45 nitorum † vel foriudicatorum facienda per iustitiarios debet esse certa, ita quod cõtineat nomen & cognomen Banniti, causamque quare fuit facta citatio, prout inquit idem Matth. Afflict. vbi supra libr. 2. rub. 1. n. 20. & iterum eod. lib. 2. rub. 5. n. 5. & ita vtitur & practicatur, & est communis opinio, secundum Clarum li. 5. selectarum sententiarum. §. fi. quæstio. 31. num. 5. & ideo etiam in præconijs ipsis, quibus per nuntium vocatur absens debet causa quare vocatur declarari, alias nulla est citatio & nullæ debetur expensę prout in prosecutione huius. l. dicemus Deo volente.
46 Sed an & annotationem bonorum † in casu, quo fit debet continere, & gloss. pregonandolo in. l. 7. ti. 8. part. 3. inquit quod sic, ego tamen non video practicari quia lex nostra non requirit, sicut neque requiritur specificatio loci & tẽporis delicti cõmissi quia lex nostra nõ requirit, secundũ glo. illam. d. l. 7. neque itidem practicatur quod totus tenor libelli siue inquisitionis manifestetur in pręconio, neque in edicto, quicquid dixerit Clarus. in. d. lib. 5. & in. d. quæst. 31. n. 7. Sed tamẽ apponitur nomen & cognomen citati & causa quare vocatur, & nomen iudicis vocantis & terminus intra quem comparere iubetur alias quod procedetur contra eum secundum ius, & cum ijs & alijs consuetis præconiũ & edicta dantur & proponuntur.

Ibi, [rebeldias que ala sazon le fueren acusadas, non enim potest dici contumaciam addesse nisi per partẽ incusetur, quia cum propter contumaciam in pœnam cõfessi incidendum est, incusatio contuma-
47 cię † requiritur, prout supra hoc li. in. l. 1. verbo, que sea auido, tit. de las cõtestaciones, dictum est, traditque vltra ibidem relatos Alex. in. l. si finita. §. Iulianus nu. 24. cum sequent. ff. de dam. inf. & Bonifacius in peregrina sua legum partitarum verbo citatio quæst. 3. versi. tribus, fol. 82. & Maran. in pract. tit. de contumacia. n. 1. pagin. 385.

385. in paruis, & Rebuf. in 3. tomo con-
Franc. titul. de contumacia, articulo. 1. gl.
vnica num. 1. cum pluribus sequent. vbi
ponit ampliationes & limitationes, & te-
nete nostris Auend. in dict. prim. 15. cor-
rectione 4. & Villalobos, in ærario mille
com. opin. litera. A. num. 3. & in nostrum
propositum tradit etiam Clarus lib. 5. sele
ctarum senten. § fin. quæsti. 44. numer. 7.
dictum est, vbi inquit ita de generali
consuetudine seruari, prout & asserit hac
esse practicam tam inciuili quam in crimi-
nali, Matth. Afflict in const. Sicil. lib. 2. ru.
3. num. 8. habemusque tex. expressum in
præsanti pro hac practica & doctrina, in
ijs verbis quæ commentamus, & iterum
ibi, siendole acusada la rebeldia, ponderan
do Gerundium illud ablatiui in do, siendo
quod quidem cum tempus futurum respi
ciat, non solum importat & inducit for-
mandum & modum, vt inquit Corneus,
consi. 105. visis. volu. 2. & consi. 474. con
siderata. volu. 4. verum & conditionem,
48 † secundum eund. Corneum, consi. 90.
in causa, & consi. 143. licet vel. 4. relatũ
per Bertachinum in repertorio suo, ver-
bo Gerundi. & Rebuf. in primo to. con-
sti. Fran. tit. de senten. prouisio. arti. 2. gl.
6. & iterum in eod. tomo. titu. de senten.
executori. articu. 1. glo. in nume. 1. & sic
omnino vt forma modus & conditio no-
stri tex. seruentur debet accusari cõtuma
cia in eo & non sufficit eam accusare, sed
& quod in tempore congruo & limitato
accusetur, quia alias reman ebit circundu-
cta, vt. l. & post edictum. ff. de iudi. & pro
batur, ex tex. nostro in quolibet termino
contumaciam accusari iubenti. Intelligen
dus est tamen textu, noster secundũ
Anto. Gom. tom. 3. cap. 1. num. 72. in prin
cip. & in fine, in vero contumace, non ve
ro in ficto, prout est furiosus, qui absens di
citur, prout ibi ipse declarat. Ex quibus in
ducitur ex tex nostro correctio alia ad ius
ciuile, scilicet quod quamuis iure ciuili
quando reus contumax citatur si non cõ-
paret in termino, an contumacia deberet
tunc accusari, distinctione procedebatur,
quod aut procedebatur per inquisitionẽ
officio iudicis, aut ad partis petitionem, vt
videre licet ex Bart. in. l. inter. ff. de publi.
iudi. ex tex. tamen nostro nulla facta distin
ctione, in quolibet processu criminali si
reus citatus non comparet in termino de-
bet contumacia accusari, secundum Auẽ-
da. ita notanten in responso. 15. numero
tertio correcti. 4. & Villalobos in dict. An
tinomia iuris ciuilis & regij. litera. A. nu-
4. & Olanus, in concordia Antinomia-
rum, litera. A. numer. 5. vbi tamen inquit
Bartolum vbi supra eius distinctionem
non esse de iure, sed tantum de consuetu-
dine esse Italiæ, affirmare, & sic non esse
contrarium nostræ legi in hoc, & optime
dicit, vlterius in tantum requiritur accu-
satio contumaciæ, quod accusans eam
non debet illicentiatus recedere prout
alio in loco huius tomi dictum remanet,
imo & quod plus est quod si citetur quis
vt compareat in tali hora & in tali loco,
& extra horam illam & locum accusetur
contumacia redditur actus nullus & cita-
49 tio † secundum Bald. in cap cum. in. col.
quarta de constit. & Roland. Valle. con-
si. 37. n. 9. li. 1. in iudicib' tamen curiæ re-
giæ ac cancellariæ, & in iudicibus pesquisi
dores, secundũ Olan. in. d. nu. 5. sufficit in
vltimo termino accusari cõtumaciã neq;
requiritur, q in quolibet termino accuset
contumacia, & fundari potest ex tex. in. l.
2. ti. 3. sup. hoc li. & in causis de la herman
dad ex. l. 7. ti. 13. li. 8. infra nulla requiritur
accusatio contumaciæ.

Ibi, [para que se venga a saluar, sed nũ &
personaliter tenetur comparere ad allegã
dũ innocentiæ causas, an & admittetur vt
excusator & defensor aliquis pro ea appa
reat & dicendũ est ex tex. nostro non suf-
50 ficere aliũ pro eo comparere † sed ipsum
met vocatũ teneri cõparere personaliter
pro allegandis & probãdis defensionibus
& causis innocẽtiæ sicque quamuis de
iure ciuili admittendus erat procurator &
defensor p absente capitaliter accusato, vt
latè per Cæpolam, consi. crim. 49 cum. 5.
sequent. cõsilijs. maxime consi. 54. & capi
ti. deci. Neap. 143. n. 6. & 7. & Villalo. in
ærario mille comm. opini. litera. A. nu. 5.
versi. nota quod absens, non solum pro al
legãdis absentiæ causis, vt voluit declara-
re Iul. Cla. in li. 5. electarũ sen. §. fi. quæst.
32. n. 1. cũ. 4. sequent. verũ & ad allegãdã
innocẽtiã instructor admittebat, sm Hip-
poli. consi. 81 num. 57. & 58. vbi idem in

procuratore admittendo dicit, etiamsi statutum diceret quod reus deberet se primo in carceribus præsentare.itidemque de iure ciuili communior erat opinio,secundum Areti.consi.147.relatum per eund. Hyppol.vbi supra & iterum in consi.73. num.36.& 39.quod vbi contra absentem ferri poterat sententia super crimine, admittebatur excusator pro eo ad allegandũ causas absentię,& probabatur ex.l.optima.12.tit.5.part.3. Omnia tamen hæc ex lege nostra in desuetudinem abierunt. non enim vllus pro absente admittitur defensor,non procurator, neque excusator ad allegandum de innocentia absentis etiam capitaliter accusati,nisi iudex ex officio suo,prout potest & tenetur,se informet de innocentia eius; & ita communiter in curijs obseruari quotidie videmus &asserit Iulius Clarus dict. quæstione. trigesimasecunda,versiculo, hæc autem conclusio. vbi de procuratore loquitur non admittendo & de excusatore,ibidem in quæstione.33.versic.sed quod plus est, vbi inquit quod ita est hoc receptum, quod si aliquis aduocatus incontrarium insisteret, proculdubio non sine risu exploderetur & quod nisi sic fieret plura delicta remanerent impunita & ideo neq;
51 pater admittitur pro filio, neque dominus pro seruo, neque Abbas pro monacho, nisi pro particulari patris, Domini, aut Abbatis interesse, secundum eund.Clarum in dict.quęstione.33.versi. fin. & idem in excusatore tenet & affirmat Auendaño in responso. 15.numer. sexto.correctio.10 relatus per Villalobos in dicta Antinomia,litera.A.numero decimo.adeò vt neque ad allegandum causas absentiæ admittatur ante præconia completa, eis tamen completis dum ad annotationem bonorum proceditur,admittetur,secundum Auen.ibidem,sic distinguẽtẽ,quem nouissime post hæc vidi secutũ per Olanum in sua concordia Antinomia. litera. A.numero.16.&.17.dicentem distinctionem Auend.& vsu & practica receptam esse.Ego tamen nunquam vidi ad missam neque petivt admitteretur &ideo indistinctè siue præconijs completis siue non,excusatorem hunc admitterem ad allegandum tantum causas absentiæ, non vero super negotio principali,prout de iure ciuili dispositum erat, & probat Mathæus Afflict.in const.Sicil.libro primo. Rubr.96.verbo edictorum numero.23. cum sequent.3.folio. 284.& iterum in libro secundo rub. decima.numero.46. & rubr. 96.numero.24. &.25. vbi ponit absentiæ causas, & optime Iulius Clarus,vbi supra quæstione.34. & iure nostro regio hæc est approbata opinio ex, l.7.titulo octauo partita tertia &.l.duodecimo titulo quinto partita tertia expressis ad hoc,neque per legem nostram censendum est esse correctas,prout optime tenet & considerat Villalobos, vbi supra in Antinomia,litera. A.numero decimo & in ærario, eadem litera. A.numetertio,versiculo nota quod absens colu. prima in fine, sic intelligendo text.in lege seruum quoque.5. publice.C.de procuratori probantem quod quilibet non tanquam procurator, sed tanquam vnus de populo poterat interuenire ad defendendum absentem & ad eius innocentiam allegandum, intelligitur enim non vt alleget causas innocentiæ quoad causam principalem tanquam procurator, sed tanquam defensor vel excusator causas absentiæ allegent ad contumaciam & fugam excusandas,& non procedatur contra absentem, & ita hos defensorem,vel excusatorem admittendos in practica receptum dicit glossa in dict.l.duodecima titulo quinto partita tertia & nouissime post alia mea scripta tenet Ioann.Yañes,Parladorius, in suo libro rerum quotidianarum capitulo.20.& probat per argumentum ab speciali ex.l.nona titulo. 13.libro octauo infra,hæc tamen si iudicibus allegaueris præsertim delegatis, vel delirarare te dicent, vel quod leges illę partitarum non sunt in vsu, vel quod proprius eorum est, asserent sese leges viuas esse, & quod ipsi alijs vtuntur legibus pro iustitiæ executione, ita enim sunt ignari, vt ijs & alijs respõsionibus inscijs & iniustis vtantur,pro suę inscitiæ ostẽtatione,vt appareant hominibus idiotis terribiles & iustitiæ crudeles executores, cum sint iustitiæ peruersores, hæc facientes, & humani sanguinis inimici, dicant tamen quicquid velint, tu

tamen

tamen aduocate hæc non desinas allegare cum casus occurrerit. Est tamen verum, quod si absentiæ causa esset procurata nihil proficeret, sed ob esset potius, vt diximus in l. 14. titulo tertio supra hoc libro remedia procurata nocere: Ex quibus verum esse credo Hippoliti dictum in consil. 81. numero 59. asserentis, quod quamuis per statutum non sit admittendus procurator ad allegandum absentiæ causas & innocentiæ admit-
52 tetur tamen † si inquisitio est inualida aliquo respectu, nam si quando inquisitio est valida admittitur ad hoc defensor vel excusator de iure ciuili, & iure nostro ad allegandum tamen causæ absentiæ, â fortiori & admittetur si inquisitio est inualida. Et ansi allegetur quem esse absentem & terminus petatur ad ipsum
53 certiorandum † concedendus sit talis terminus, tradit Iulius Clarus, vbi supra dict. quæstione. 34. versicu. sed pone, vbi inquit quod sic, si de fraude non appareret, sufficeretque tunc iuramentum ipsi' excusatoris pro probatione absentiæ, vt absens certioraretur. Et qualis debeat
54 esse excusator † & quis sit, & quod sit eius officium, & an teneatur satis dare & alia plura in propositum videre poteris per Rebuf. in tertio tomo constit. Fran. titulo de excusatio numero quinto cum pluribus sequent. Et ideò dum absens fueris & contra te pro delicto aliquo iniuste procedi sciueris semper excusatorem hunc mittes ad allegandum absentiæ causas, si eas legitimas & iustas habueris, nam si miseris talem excusatorem & iudex eum non admiserit, nulla erunt omnia in contrarium acta, neque tibi nocebunt, sed si non miseris nocebunt equidem & valida erunt prout optime aduertit Lanfrancus in capit. quoniam contra falsam, titulo de citation. numero decimo folio. 21. in paruis extra de probation. & Parladorus, vbi supra habes tamen notare, quod in causa hæresis admittitur quilibet excusator pro absentis excusatione, secundum Symancas, de institu. Cathoti. titulo de procuratori numero quarto. Vlterius notandum est ex ijs verbis nostri textus, scilicet, quod contra confessionem fictam inductam ex fuga & ex alijs in lege nostra decisis admitti potest probatio Innocentiæ, de quo & alias dubitabat Iulius Clarus, vbi supra libro quinto. §. fina. quæstione. 44. versiculo, quæro nunc an contra, nam ex lege nostra admittitur absens condemnatus intra annum ad probandum innocentiam suam tam quoad ciuiles, quam quo ad criminales pœnas, & quo ad criminales etiam lapso anno, & post hæc scripta vidi. capitulo. 17. controuer. vsu. frequentium, Minchac. hæc tractantem

Ibi, [siendole accusada la rebeldia,] de quo diximus in glossa, siendo, istius legis.

Ibi, [sea condenado,] quæ quidem condemnatio deseruit pro declaratione contumaciæ incursæ, & sic nulla alia requiritur declaratio, ex lege nostra quicquid aliud de iure ciuili dixerit Clarus in dict. §. fin. quæstione. 44. nu. 8. per totum.

Ibi, [del desprez,] ex ijs verbis inducitur alia iuris ciuilis correctio, nam
55 secundum ius ciuile annotatio † bonorum erat punitiua contumaciæ, vt in toto titulo. ff. de requi. reis, & in l. septimo titulo octauo partita tertia in tantum quod facta annotatione non dabatur restitutio in integrum absenti, secundum Fabrum in lege quicunque. C. de requir. reis, ex lege tamen nostra in ijs verbis iam hodie non punitur contumacia criminosi absentis in bonorum
56 annotatione, † sed tantum in sexaginta morapetinis, quam pœnam lex nostra, del desprez appellat, secundum Auendaño dict. Ru. 15. numero sexto correctione vndecima, & Villalobos, in dicta Antinomia litera. A. numero vndecimo & sic perperam faciunt iudices indistincte in quolibet crimine, statim, quod quis se absentat, iubentes sequestrum bonorum fieri præsertim si vltra pœnam del desprez, est etiam apponenda pœna homicidij, & sic del omezillo, quæ loco publicationis bonorum iam imposita est, vt in hac lege Deo volente dicemus, quapropter ad hæc aduertere debent iudices quod pro annotatione bonorum iam

pœna del desprez successit, vt secresta euitentur, nisi vbi de iure permissum repe ritur fieri, quicquid velit nouissime contrarium de hac annotatione tenere Olanus, in concordia Antinomiarum litera A. num. 19. cum 5. sequent.

Ibi, [y las costas,] intellige de illis expensis, quæ in capiendo & perquirendo delinquente & propter eius absentiam & contumaciam factæ sunt, & sic non ex expensę delebuntur, quæ & si quis præsens esset, faciendæ erant, vsque dum in eis in sententia diffinitiua in eius præsentia lata condemnetur accusatus hic, si intra annum se præsentauerit, nam lapso anno, omnes expensas in quibus sententia in absentia lata condemnatus est, soluere tenetur, eo quod ad pœnas ciuiles non auditur absens condemnatus lapso anno se præsentans, & à fortiori, neque in expensis condemnatis, quia propter vnum quodque tale & illud magis, & probatur clarissime ex textu nostro si bene consideretur, ex quibus infero, quod expésas factas in informatione summaria facienda, & in proponenda accusatione & interrogationibus & similibus, quæ si delinquens accusatus præsens esset, per accusatorem omnino faciendæ erant non tenebitur reus se præsentans intra annum soluere, vsque dum per sententiam diffinitiuam aliud declaratum sit, sed tantum illas tenebitur accusatus hic se præsentans intra annum soluere, quæ
57 propter eius contumaciam † & absentiam factæ & causatæ sunt, quæquidem si præsens esset, non fierent, & ita non semel respondi, & in effectu cum non dum est lata sententia voluit Auendan cap. 10. præto. num. 14. lib. 2. & Iacob. de Arenis in tracta. de expensis colum. 3. in paruis versicu. sed potest dic. & voluit gloss. capitu. inprimis. 2. quæstio. 1. & in summa. 4. quæstio. 5. & in l. sancimus. C. de iudi. vbi As. & Bal. & Afflictus in practica. §. 32. capitu. 2. ampliat. 66. numer. 2. in fine. & melius ibidem. in. 62. amplia princi. ampliat. 1. numero quarto fol. 206. nam si reus se præsentans ante sententiam, vel post sententiam intra annum tamen negat accusationem & delictum per negationem efficitur res dubia, itaque dubium tunc est an in sententia diffinitiua proferenda etiam ab expensis processalibus accusatus absoluetur, ergo non est iustum quod ab eo statim expensæ omnes recuperentur, fateor tamen aliquos latrunculatores hæc non admittere in practica, mirum tamen non est, quia non percipiunt ea quæ de iure sunt.

Ibi, [o tal que mereza muerte,] habemus hic text. expressum ad sciendum quando pœna homicidij, & sic del omezillo, imponenda est, vt tunc scilicet imponatur, quoties quis absens accusatur propter homicidium ab eo commissum, vel propter aliud delictum, quo probato pœnam mortis delinquens meretur, vt putà si esset propter furtum qualificatum tam respectu loci quam temporis, vel magnitudinis rei furatæ, vel si domus frangeretur, propter quę
58 † statui potest furem occidi, secundum Castro, de potestate legis pœnalis libro primo capitulo. 6. pagina. 57. in paruis, versiculo & inde veterius vel propter furandi consuetudinem, vt ibidem ipsemet Castro testatur, & Couarruias libro secundo variarum capitulo nono numero. 7. & Thomas Gramma. decisione Neapolita. 48. etiam si principis indulgentia essent aliqua furta abolita, secundum eundem Couarru. libro secundo variar. capitulo. 10. numero. 2. quamuis si furta minima essent, propter furandi consuetudinem non punirem furem talem pœna mortis. In ijs tamen & similibus casibus in
59 quibus pœna mortis † debet de iure imponi, habet locum pœna homicidij, Hispanè del homizillo, & pręcipi potest per iudicem, sed si pœna mortis non esset imponenda, hęc homicidij pœna capi non potest secundum Auendanum dict. rub. 15. numer. octauo in principio & iterum in capitibus prætorum libro primo capitulo. 18. numero sexto & septimo. Ex quibus infero quod si pro homicidio nō venit imponenda pœna mortis, puta, quia absque dolo & culpa tantum fuit commissum, quia tunc non meretur pœnam mortis, vt probat textus in l. quinta titulo octauo partita septima & l. sexta titulo. 15. partita septima & tradit

dit Oroscius, in l. 1. col. 134. versi. 20. ff. de legibus, & lex nostra de homicidio debet intelligi, ex dictis per Euerardum, in centuria locorum, loco ab absurdo, pagi. 117. in paruis, & per Anto. Gom. tom. 3. Varia. cap. 3. num. 15. tunc enim non debebitur pœna hæc del omezillo, & per cõsequens si minor decem septem annorũ occidat aliquem, cum in eo pœna mortis ordinaria de iure sit minuenda omnino, secundum Anton. Gom. vbi supra nu. non etiam debebitur pœna hæc del omezillo. E contrario vero infero quod quanuis quis de morte alterius non accusetur,
60 si accusatur de delicto pœnam mortis † merente, debebitur pœna hæc del omezillo, si pœna mortis contra absentem accusatum imponatur in sententia contra eum lata, qui casus probatur ex tex. nostro, ibi, si el delicto fuere de muerte, o tal que merezca muerte. Est tamen notãdum quod non de morte animalis sunt intelligenda verba nostræ legis, ibi, de muerte, sed de morte hominis, secundum Auend. dicto cap. 18. num. 6. & an domini in terris suis
61 habeant ius percipiendi † iura hæc, tradit idem Auend. cap. 7. præto. num. 1. lib. 1. & ibi in versic. & quia, inquit, iura hæc homicidij & calumniarum nõ esse propriè pœnas, & num. 7. inquit quod calumniæ hæ
62 prius sunt soluendæ fisco † quam parti, quia non est partis interesse, & hanc communem testatur dominus Couar. libr. 1. Variar. cap. 16. num. 8. neque est huic cõmuni opinioni contraria. l. 2. titu. 15. libr. 8. infra, quam Auend. in dict. cap. 18. num. 3. in fine pro contraria allegat, loquitur enim lex illa, non respectu calumniæ debitæ parti, & calumniæ debitæ fisco, sed respectu damni parti illati, quod quidem damnum prius soluitur parti, quam calũnia fisco soluatur, sed in calumnijs debitis parti & fisco, prius fisco quam parti soluitur, & sic loquitur & procedit. l. 105. styli, & sic leges hæ non sunt contrariæ, neque dicta communis per illam. l. 2. corrigitur, quicquid Auend. vbi supra, propenderit & hæsitauerit.

Ibi, [Que aya de pagar y pague el desprez y omezillo, y costas,] idque iure optimo statutum est, quoniam quotiescunq; quis citatus est prima & secunda differentibus dilationibus, si in neutra earum comparuerit citatione, punitur in expensis pri
63 mæ † & secundæ citationis, prout cõmunem testatur opinionem Alex. in l. contumacia. colum. fin. ff. de re iudi. & de expensis homicidij, vide quæ diximus, in. l. 12. glo. 2. titu 6. lib. 3. supra. Et notandũ est vnum singulare, scilicet quod quanuis reus iste se præsentans audiatur expensis ijs solutis, & in sententia in eius præsentia lata absoluatur ab accusatione cõtra eum proposita, & ab expensarum processalium condẽnatione, in quibus aduersarius eius condemnatur, non debent sibi reddi expensæ illæ propter contumaciam solutæ,
64 † ex text. vbi optimè notat Paul. Cast. in l. si pignore. ff. de pignor. acti. & ibi eius additio. alios allegans, & dixi in. l. 5. titu. 3. supra isto lib. in gloss. en todas, & sic inquit Bart. in dict. l. si pignore, victorem litis in æstimatione expensarum facienda nõ posse eas impensas victo imputare, quas ei pe
65 pendit pro aliqua interlocutoria † incidẽte in causa, secundum eundem Bart. in. l. non ignorat. C. de fructi. & lit. expen. quẽ sequitur Pet. Costal. in ea. l. si pignore, itidemque expensæ hæ propter contuma-
66 ciam solutæ non compensantur † in pœnam ipsius criminis, secundum Præposit. in cap. reprehensibilis, num. 4. de appellat. neque in condemnatione harum expensa
67 rum ratione contumaciæ † facienda requiritur partis citatio, secundum Feli. in cap. 1. de iud. num. 9. & ibi additio. litera. C. benè tamen in tassatione earum debet pars condemnata citari.

Ibi, [El juez de su officio,] non enim vult lex tollere omnem absentis defensionem, sed iam quòd per procuratorem, vel defensorem absens non sit audiendus, vt supra hac dictum est lege, benè tamen ex
68 iudicis officio † est defendendus, sese iudex ipse informando de innocentia absentis, quemadmodum & de culpa, prout optime de iure ciuili asserebat Cœpola, cõs. crimi. 50. num. 4. & iterum, consil. 54. numero. 3. & late Hippol. in consil. 81. nu. 54. cum duobus sequen. ex. l. si non defendantur. ff. de pœnis, & tradit idem Cœpola, consil. crimin. 29. num. 21. & Hippol. consil. 73. num. 34. cum sequen. & Ias. in l. 2. num. 7. C. qui test. fac. pos. quod quam

malè iudices obseruent lippis & tonsoribus patet, nam non solum de innocentia rei absentis se non informant, verum & cum omni posse culpabilem reddere conantur & inexcusabilem, & aliquando innocẽtes condemnant in maximam animarum suarum perniciem, & detrimentum, quos quidem non tantum in iustitiæ foro peccare credo, verum & in conscientiæ ad mortale eos obligarem & ad restitutionem expensarum & damnorum absenti tali obueniẽtium, eò quod de eorum innocentia se informare noluerunt, cum possent, nam lex nostra præceptiua est, & de iure ad hæc iudices tenentur, vt patet ex Cœpola, & Hippoly. vbi supra, & Anton. Gomez in l. 76. tauri num. 13. in fin. & ex Iulio Claro, in lib. 5. practicæ crimi. §. fin. quæst. 61. num. 4. quicquid ipse dixerit in eo §. fin. quæst. 44. num. 12. ideò ex absentia rei ipsius iudices sese excusare non possunt, sed ex sua malitia & cupiditate capiendi salarium, & expẽsas ac iura culpabiles reddunt, nam si iudices ipsi de innocentia rei absentis nõ se informãt, quis absens iustus fuit repertus, aut quis iustificabit causam suam, cũ alius, quam iudex ex officio suo, non admittatur ad eam iustificandam, & reum excusandum, & si iudex aliter facit infidelis legi redditur, periuriumque incurrit non ministrando iustitiam, quam in principio sui officij iurauit administrare, tenebiturque in syndicatu si aliter fecerit, nam cum ex lege nostra teneatur de innocentia absentis se informa-
69 re, si non fecit, vt potuit puniri † debet in syndicatu, ex dictis per Ripam, in l. 4. §. hoc autem, num. 94. ff. de damn. inf. quod secus esset si ad id de iure nõ teneretur, sed ipsius iudicis potestati remitteretur, vt tenetur communem Don Ant. Menes. in l. vbi pactum num. 14. C. de transacti. pagi. 175. quod tamen cum ex nostra lege, & ex l. si non defendantur. ff. de pœnis, ponderando dictionem debet, quæ necessitatem importat, secundum gloss. in Clem. ne de statu mon. & glo. & DD. in l. 3. C. de pignori.) necessariò iudex adimplere debet, præsertim quod lex nostra nouam formam procedendi contra absentes proponit, & per consequens substantialis est eius forma, vt dictum remanet, quod si iudex non adimpleuerit tenebitur in syndicatu & conueniri poterit ad damnorũ restitutionem propter non interpositum officium circa informationem innocentiæ rei absentis faciendam, maximè cum publica vertatur vtilitas in absolutione rei accusati, vt infra gloss. proxima dicetur, & vbi
70 hæc publica † vertitur vtilitas, tenetur iudex impartiri officium suum etiam nõ petitum, secundum Ripam vbi supra, num. 16. alias tenebitur in syndicatu, vt dictum est, & tradit Ripa vbi supra numero. 74. & in proposito nostro tenent Anto. Gom. in dict. l. 76. tauri, num. 13. versic. aduertẽdum, & num. 14. & alij relati per Villalobos, in suo ærario mille communium opinionum litera. A. num. 3. columna 4. in fine, cum princip. sequentis, & faciunt dict. per Bart. consil. 31. Domino Cyno de Bononia, quicquid in contrarium contra cõmunem omnium opinionem consulat Iulius Clarus, libr. 5. practic. criminali. §. fin. quæstione. 61. versiculo, sed hæc quidem.

Ibi, [innocentia del tal accusado,] de
71 innocentia † accusati plura tradit Hippolyt. in pract. §. opportunè, nu. 7. cum pluribus sequentibus, vbi nu. 8. inquit in propositum nostri text. quod quamuis ex forma statuti, debeat quis haberi pro confes-
72 so, tamen si liquet † absentem contumacẽ innocentem esse & inculpabilem, debet eum iudex absoluere, prout & tenuit idẽ Hippoly. in ea pract. §. secunda, nume. 28. & sequen. & idem in consil. 17. num. 2. 3. & 4. & consil. 81. num. 54. volum. 1. & in singulari. 72. per totam fere Italiam num. 5. & Anto. Gom. l. 76. tauri. numer. 14. & Afflictis in constitu. Siciliæ. 2. parte rubric. 3. num. 34. & Olanus nouissimè, in concordia antinomiarum litera. A. nu. 24. in fine, & idem Afflict. vbi supra, rubr. 1. num. 11. & probatur ex text. nostro clarissimè, nam si de innocentia absentis accusati tenetur iudex se informare, ad quid quæso informatio hæc, nisi vt innocente absente reperto, absolutio fiat, lex enim vel statutum omnes excludens exceptio-
73 nes, nunquam hanc innocentiæ † censetur excludere, secundum Hippolytum, in dict. §. secunda num. 11. & in dict. §. opportunè, num. 9. ex Bald. in l. edita, col. 2. C. de edendo, relato cum alijs per Mexiã, in l.

in. l. de Toledo, in respons. ad secundum partis primæ fundamentum, numero. 42. satiusque est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem punire, secundum text. in. l. absentem. ff. de pœnis, cui consonat. l. 12. titulo. 14. partit. 3. publica
74 enim vertitur vtilitas † in absoluendo absentem innocentem, sicut in condemnãdo eum nocentem per tex. in dict. l. absentem, quem adhoc allegat Curtius Iunior in. l. imperium, nu. 50. ff. de iur. omn. iud. imò & quantumcunque quis confiteatur, si post confessionem apparet verè de innocentia, supersedendum est in executione sententiæ, secundum Bald. in. l. 1. col. fin. C. de confess. & relatos per Mexiã vbi supra, num. 43. & differtur executio
75 sententiæ condemnatoriæ † vsque dum princeps cõsulatur, si appareat etiam post pronuntiationem sententiæ de innocentia rei, secundum Decium, in capit. quoniam contra num. 4. de probatio. & cons. 458. num. 11. late Dominus Padilla in. l. sub prætextu. 1. num. 4. C. de transact. abhorrent enim iura innocentis condemnationem, vt & tenet Rebuf. in. 3. tomo cõstit. Franc. titu. de sententijs, arti. 3. glossa vna, num. 10. & 11. hodie tamen ipsemet
76 † inconsulto principe poterit reuocare sententiam condemnatoriam ab eo latam contra innocentem, ex. l. 4. titu. 30. parti. 7. secundum Anton. Gom. tom. 3. cap. 8. de exilio, num. 4. in fine, quod tamen intelligit gloss. dar por quito, in ea. l. 4. verum esse quoties constaret de notoria iniustitia, secus si non ita notoriè constaret, nam tunc etiam hodie esset princeps consulendus. & ideò iudices debẽt se de innocentia rei omnino informare nè innocentem condemnent, & post condemnationem & executionem innocens appareat condẽnatus, & de nocente constet, prout iam & olim & nostris temporibus non semel apparuit. Sed an in tali casu nocens
77 post apparens † erit morti tradendus, tractat optimè Hippoly. in dict. §. opportunè num. 12. & Anton. Gom. tom. 3. capit. 1. num. fin.

Ibi, [Se haga publicacion,] hic videtur esse text. alium probantem publicationẽ esse iam de substantialibus iudiciorum, de quo latè tractauimus, in. l. 10. titu. 6. supr. isto lib. Sed est quæstionis, num in causa
78 criminali † obstabit publicatio, quin possint ea non obstante testes de nouo examinari, & quoad actorem accusantem nulli dubium, nisi quod obstet publicatio, quoad rem præsentem & accusatum, regulariter nulla obstat publicatio, imò ea non obstante testes pro reo admittuntur ex text. quotidiano & singulari in. l. vnius §. cogniturum. ff. de quæstio. & hoc est quod quotidie dicitur, quod in causa criminali non concluditur in causa, notatq; Hippoly. in pract. §. sequens, per totum, & Anton. Gom. tomo. 3. cap. 13. nume. 33. & nouissimè Iulius Clarus, hæc declarãs, in lib. 5. pract. crimin. §. fi. quæst. 61. num. 2. & quoad actorem accusantem quod non audiatur publicatione facta, tractat Sali. relatus & secutus per Hippoly. in. l. 1. §. siquis vltro, num. 7. fol. 44. in paruis. ff. de quæst. vbi inquit esse aureum dictum, & non obliuiscendum, & num. 8. limitat. Sed quoad absentẽ reum an obstet publicatio quin testes pro eo examinentur, tradit Iulius Clarus, vbi supra, nume. 4. quid tamen si ex delinquentibus aliquis sit ab-
79 sens † an propter hoc differetur publicatio processus, & de iure communi est quod non, secundum Clarum, in dict. §. fi. quæstio. 49. num. 7. ibi tamen inquit senatum aliud seruare, in nostro tamen regno communis seruabitur, est tamen verum quod ea, quæ absentem tangunt occultè fiunt, & de per se in criminibus grauibus, non vero cum processu reorum præsentium.

Ibi, [O que de mas de la fuga,] ex ijs verbis teste Auend. respons. 15. num. 4. in fine, cum sequenti, & Villalobos, in sua antinomia iuris litera. A. nume. 6. inducitur alia correctio ad ius ciuile, scilicet, quod quamuis de iure ciuili valebat lex, vel statutum particulare, vt reus posset ex sola cõtumacia ad mortem vsque condẽnari absque aliqua alia criminis probatione, vt notabat Bald. per eos relatus, hodie tamen le-
80 ge nostra attenta sola fuga, † aut contumacia nõ sufficit ad cõdẽnandum reũ pœna mortis, imo exigitur plena probatio, vel saltim semiplena talis, quæ ad torturã sufficiat, ex text. nostro, quem adhoc dicti Doctores considerant, vbi & fortius dictus

dictus Villalobos, dict. nu. 6. notat, quod neque in amissione causæ debet quis ex
81 sola contumacia † condemnari, neq; denegari in perpetuum audientia, quanuis posset quis ex sola contumacia non audiri vsque dum reficiat expensas, sicque intelliges dicta per Maranta, in practic. titu. de contuma. num. 15. pagin. 390. in paruis, dicentem denegandam contumaci audiētiam non solum in illa causa in qua fuit cōtumax, verum etiam in omni alia, nam id quidem procedet tantum vsque dum reficiantur expensæ contumaciæ & per cōtumacem soluantur, eis enim solutis audiendus omnino est, secundum quod inquit Hippolyt. in. l. de vnoquoque, num. 198. ff. de re iudi. Hæc tamen correctio (vt ad institutum deueniamus) à dictis doctoribus inducta nullatenus mihi placet: nā nō probat noster tex. valeat necnè statutum, quod quis ex contumacia solū possit ad mortem condemnari, & sic ex ea non potest induci correctio doctrinę ciuilis iuris, & Baldi, per eos relati, & aliorum eum sequentium relatorum per modernum Olanum, in concordia antinomiarū litera. A. nu. 9. quanuis Baldi & sequaciū doctrina vera nō sit, & cōtra eā tenet Hippoly. infra hac glossa proximè allegādus, & ego cum eo & sequacibus contra Bal. Sed correctio, quam noster text. nouissimè inducit, est secundum Olanum vbi supra, num. 10. quod ex generali consuetudine ex sola cōtumacia quis puniri potest ad mortem, ex text. vero nostro non, sed adhuc idem quod supra, ideo ego dico veram correctionem, quam noster text. inducit nouissimè esse, quod ex verbis ijs, o que demas de la fuga, corrigitur communis opinio habens, quod si quis fugiat post crimen commissum, sed antequam de eo accusetur, sufficiat fuga ad torturam, si verò post accusationem institutam, non sufficiat, secundum Ripā relatum per Symā. in de instit. catho. tit. 65. de tormen. n. 28. & Iuliū Clarū. d. lib. 5. §. fi. q. 21. vers. fuga & Boer. decis. 215. n. 30. hæc enim communis distinctio reijcitur, & corrigitur
82 per tex. nostrū probantem indistinctè † fugam solam nō sufficere ad torturam, siue fiat post crimen commissum ante accusationē, siue post eā, & ideò ibidē Simanc. optimè contradictam distinctionem communē tenet, quanuis tex. nostrum adhoc non consideret, neq; alleget, de quo & traditur etiam per Brunū, in tract. de indicijs & tortura. 1. p. q. 3. nu. 6. & seq. & per eundem Symanc. in enchirid. violat. religio. tit. 52. de tormentis. n. 16. cum seq. & fundatur hæc nostri text. consideratio de iure, nam habemus quod sola fuga in crimi-
83 nalibus †, in quibus liquidissima requiritur probatio, plenam non facit probationem sed tantum præsumptionem quandam, secundū Ripam in. l. admonendi. nu. 168. ff. de iureiura. & Angel. de malefic. in p. fama publica. n. 46. & testatur communem Anton. Gom. in. l. 76. tauri, nu. 12. & hāc regulam cum limitationibus prosequitur Paul. Grillan. in tract. de hæret. titu. de relaxatio. carceratorum. §. nunc videndum est de fuga reorum. n. 2. cum pluribus seq. nam secundum Vlpianum, in. l. impuberibus. § præterea. ff. de suspect. tuto. qui fugit, suspectus sua sententia factus est, sed suspicio, vel præsumptio minus est, quam semiplena probatio, ergo propter fugam solam ad torturam deueniri non potest, nisi aliud adsit indicium, ex semiplena enim probatione non est quis torquēdus, & ideò Doctores circa hæc, æquiuocè meo iudicio, & absque fundamento locutos fuisse credo dicentes, quod licet fuga non faciat semiplenam probationem, facit tamen indicium ad torturam, nam si semiplenam non facit probationē, quomodo potest indicium facere ad torturam cum & ipsi Doctores fateantur, necesse esse semiplenam probationem ad indiciū, imo & quod plus est, quod quanuis testis vnus de visu in ciuilibus faciat semiplenam probationem in criminalibus ta-
84 men non facit indicium ad torturā † nisi cum eo alia adminicula concurrant scd'm tex. & ibi gl. o vil, in. l. 3. ti. 30. p. 7. & l. 24. tit. 21. p. 2. & l. 10. tit. 11. p. 3. tenet Auenda. in dictionario, verbo. tormento. conclusione. 6. & Grammati. in decis. Neap. 28. num. 24, in correctionē glo. l. 3. C. ad l. Iul. magnum testem sufficere ad torturam dicentis, contra quem gloss. tenet etiam Hippoly. in pract. §. diligenter. nu. 5. & in consi. 102. num. 10. & 101. n. 38. & 74. nu. 12. & Boer. decis. 163. num. 3. sic

sic in Francia vtiasserens, & quantumuis gloss. illam communiter approbatam asserant, Boeri. vbi supra, & Anto. Gom. tom. 3. capit. 13. num. 7. tantum est tenendum hoc esse verum in delicto læsæ maiestatis, vel in alio non leui actu & habitu difficilis probationis, non vero in alijs delictis, ex dictis partitarum legibus, quas pro gl. illa perperam allegauit Anton. Gom. dict. num. 7. & sic fallitur Paul. Grillandus, in dict. tract. de hæreti. lib. 4. titu. de quæst. q. 3. num. 24. asserens generaliter omnes DD. tenere vnum testem sufficere ad torturam, fallitur enim nisi eum declares dicto modo: & ideò neq; sola fama publica
85 regulariter sufficiet ad torturam † prout communem asserit Villalobos in dict. ærario mille com. opin. litera. F. num. 7. allegādo pro ea. dict. l. 3. titul. 30. partit. 7. & tenet Syman. vbi supra nisi secundum eum. ibi. concurrant ibidem dicta per eum, in num. 37. quanuis Anto. Gom. dict. capit. 13. num. 10. aliud teneat & malè, & hæc vera sunt, vt dixi, nisi delictum sit de ijs, quæ neque actu neque habitu probari sufficientér possunt, prout sunt illa, quæ de nocte fiunt, & in eremo, nam tunc vnus testis de visu, imo & sola fama publica non
86 solum † ad torturam tunc sufficeret, verum etiam ad condemnationem, secundū Decium in cap. cum dilecti. el. 1. num. 16. fol. 274. de appel. & Clarum in dict. §. fi. q. 21. colum. 3. in princip. fol. 77. in paruis, vbi inquit ita vidisse quandoq; iudicari, & Alexand. in consil. 24. nume. 20. libr. 2. & Dec. 595. in. 6. & hanc regulam communem vocat idem Dec. quem vide in consi. 575. num. 7. de quo iam in facto, latius informauimus, si ergo tunc fama plenè probat quoad condemnationem saltim alijs concurrentibus adminiculis, fortius & quoad torturam probabit. Si ergo hæc ita se habent, & vera de iure sunt, neque tenēda est opinio illa de qua per Anto. Gom. dict. num. 12. in dict. l. 76. tauri, indistinctè tenentis, fugam sufficere ad torturam neque sequenda iam est distinctio illa Ripæ, sed potius cum Symancas, vbi sup. ex lege nostra tenendum est hodie fugā non sufficere ad torturam nisi & alia cum ea concurrant. adminicula vel præsumptiones, siue fugiat reus ante accusationē propositam, siuè post, delicto tamen commisso, in casu vero in quo constaret reū pro delicto captum à carcere fugisse frangendo eum, non solum ad torturam sufficeret fuga hæc, verum etiam ad condemnatio-
87 nem †, quoniam tunc habetur pro conuicto & confesso, ex text. & ibi glo. in. l. 13. titu. 29. part. 7. quæ tamen glo. ibi. voluit hoc intelligere & benè quoties ad fugiendum à carcere adfuit fractio & carcerati ipsius & aliorum cum eo incarceratorum conspiratio, non alias, sic declarando legē generaliter loquentem in. l. 7. tit. 26. intra lib. 8. quæ cum generaliter loquatur per specialitatem dict. l. 13. declaranda est, nè inducamus correctionem, quicquid voluerit nouissimè Olanus, in concordia antinomiarum litera. F. numer. 115. & 116. contra quem sic etiam declarando, text. l. in eos. ff. de custo. reo. tenet Clarus libro. 5. sentent. §. fin. quæstione. 21. nume. 25. Est tamen verum, quod si fractio non adfuit, sed ostio aperto fugerunt carcerati quantumuis conspiratione fugissent non
88 habebuntur pro confessis, † secundum glo. in dict. l. 13. verbo, que se dan, & Hipolyt. in pract. §. diligenter. nu. 46. & 50. & iterum in. §. attingam, num. 38. & Ias. in lectura l. admonendi. num. 90. ff. de iure iur. & Boerium, decis. 215. per totam, vbi nume. 15. inquit, quod etiam detentus in
89 camera, vel in palatio † priuato si ab inde fugiat, dicitur carcerem frangere, & habetur pro conuicto & confesso, & sic inquit Brunus in dict. quæstio. 3. primæ partis numero. 10. quod illud, quod dicitur, quod fugiens à carcere ostio aperto existente non habetur pro cōfesso, est verum, si de publico fugiat carcere, secus vero si de palatio rectoris, & ibi tradit quid erit si fractis Cippis, verum tamen est, quod Ias. in repet. l. admonendi, num. 174. ff. de iure iuran. contrarium tenuit, dicens non esse idē si de palatio fugiat, de quo alibi latius dicetur. Iterum & secundo non habebitur pro confesso fugiens à carcere, si statim quod fugit, capitur, & ad eam redu-
90 citur, etiam inuitus, † secundum Villalo. in dict. ærario mille. com. opi. litera. A. nu. 3. colu. 4. in fine, vbi allegat Bernardum Diaz, hæc alijs octo modis limitantem, & à fortiori si sponte redijt, & fugit animo

redeun-

redeundi non erit confessus, neque côuictus, secundum Boer. vbi supra, num. 18. & Ripam. in. l. admonendi. num. 169. ff. de iureiuran. de quibus & per Clarum, in dict. lib. 5. §. fin. quæst. 21. versic. tertio autem modo: ex quibus inquit Bald. l. 1. nu. 15. C. de seruis. fugit. quem & alios referens sequitur Anto. de Lara. l. siquis à liberis. §. ex his, num. 191. ff. de lib. ag. quod si in carcerem iudex hominê detruserit adiecta pœna, si à carceribus eruperit, breuiq; in carcerem redeat, non committetur pœna, cum eo animo eruperit, vt reuerteret, quod est optimum ad dict. l. 6. tit. 26. lib. 8. infra: Item neque punietur ex delicto fugiens hic à carcere, si innocentiam
91 † suam probauerit, secundum Olanum vbi supra, num. 117. Ex quibus hanc vt veram conclusionem eliceo & affirmo, scilicet, quod hodie iure nostro regio attento fuga sola non à carcere facta non sufficit ad torturæ condemnationem, siue fugiat quis ante accusationem propositam, siue post, cum Simancas vbi supra, ex text. nostro & ex dictis, quidquid in contrarium, & malè voluerit Anto. Gom. in dict. l. 76. tauri, num. 12. versic. sed salua pace, côtra quem cum Simancas, nullum tamen eorum allegando tenet Auend. cap. 16. prætorum, num. 21. in princip. lib. 2. prout & ante eos contra Barto. tenebat Guido de Suza, relatus per Angel. de malefic. additionatorem, in p. fama publica præcedente, num. 46. & Ias. in lectura. l. admonendi num. 88. & 89. ff. de iureiuran. & Dec. & alij relati per Boer. vbi supra, num. 29. in fine. Est tamen notandum fugam delinquêtis ante carcerationem commissam faciliter purgari, si fugiens ipse se præsentet, vel
92 si postquam captus est iuret, † quod propter suspicionem accusationis contra eum proponendæ fugerat, secundum Ripam in dict. l. admonendi, num. 168. & 169. ff de iureiuran. & Hippoly. in pract. §. diligêter, num. 43. & Ripa vbi supra, à nu. 165. vsque ad. 174. plura de fuga dixit, maxi-
93 me illud, quod fuga † solummodo fugienti nocet, non verò socijs suis, si qui sint in delicto illo, prout & tenet Boer. decisio. 215. num. 25. & Ias. in lectura, dict. l. admonendi. num. 89. & sic neque côtra præ
94 stantes auxilium fuga † delinquentis sufficiet, vt auxilium probetur, neque eis nocebit, secundum Additio. Bart. in. l. si is qui reum. §. si verbo, quod prius. ff. de furtis, & communiter, ita tenetur & sequuntur plures, secundum Auend. cap. 22. prætor. num. 7. lib. 1. & cap. 7. num. 4. lib. 2. debet enim, vt quis de auxilio puniatur, primò in processu apparere principalem accusatum delictum commisisse, prout & tenere DD. communiter testatur Clarus in dict. § fin. quæst. 90. num. 6. nam & sententia propter contumaciâ lata nô nocet
95 alijs, † qui ex forma statuti deberent condemnationem soluere, secundum Bartol. Paul. & Ias. in. l. cum filius fami. num. 18. ff. de verb. oblig. vbi Ias. ita DD. communiter tenere asserit, nisi & ad sententiam illam ipsi etiam citati sint, nam tunc eis nocebit, secundum Paulum, num. fin. & Bartol. in dict. l. cum filius fami. quod Paul. ibi notandum dicit, & quod fecit tacere semel quendam magnum aduocatum, dum enim procederetur contra absentem delinquentem, fecit citare tertium possessorem bonorum illius, & sententia illa lata contra absentem exequi contra illum possessorem, refertque & sequitur dictû hoc glo. 1. in. l. 20. titu. 22. part. 3. vbi hoc vno modo declarat, & faciût dicta per Couar. in pract. cap. 13. vers. fin. quæ omissa facio, ne extra materiam longius progrediamur sufficit enim quoad nostrum propositum scire nullomodo fugam delinquentis nocere socijs, neque accusatis de auxilio, nâ
96 ficta probatio & confesio † solum ficto confesso nocet, & non alij. Et casus vbi fu
97 ga † plenâ probationem facit ponit Hippoly. in pract. §. diligenter. nume. 41. cum pluribus sequen. & Dueñas, in regula fuga, de quo & nouissimè plura tractat Iul. Clar. in pract. crim. dicto. §. fin. quæst. 21. versic. fuga delinquentis, cum seq. vel melius ex text. nostro in ijs verbis corrigitur ius ciuile requirês plenas probationes, vt absens damnaretur, secundum Clarum dicto. §. fin. quæst. 44. num. 10.

Ibi, [Que baste para tormento, & sic sola contumacia & fuga non sufficerent, nisi & alia insimul concurrant, vt supra glo.
98 proxima, diximus, neque valeret † statutum quod ex sola contumacia quis posset ad mortem condemnari, secundum Hippolyt.

poly. in.l.de vnoquoque.nu.193.ff.de re iud.& in.l.de minore,in princip.num.64. ff. de quæstio. dum ibi allegat August. in additio.ad Aug. de malefic. in p. fama publica.num.48. ita tenentem, scilicet non valere tale statutum,eò quod esset contra ius diuinum in ore duorum,vel trium disponens esse omne verbum, quicquid in contrarium voluerit Bald.per nos allegatus in princip.gloss.supra proxima: imo si cum fuga adessent aliæ præsumptiones falsæ tamen non poterit reus absens condemnari ad mortem, & si condemnetur, poterit etiam anno elapso se præsentare, & audietur non solum quoad pœnas criminales,verum & quoad ciuiles & pecuniarias petendo restitutionem ex clausula generali,secundum Boer.decis.63. num.
99 9. nam & sententia lata † in præsentia partis ex falsis probationibus retractari potest etiam postquam lapsa est in rem iudicatã, ex text.in.l.1.& per totum. titu.26.part. 3.tradit Boer.decis. 307.nume.1.& 2.& quæ indicia sufficiãt ad torturam,tradunt DD. in tractatibus in locis ordinarijs, & Ang.de malefic.in p.fama publica,& Anton.Gom.tomo. 3. cap. 13. & Auend.in dictionario,verbo,tormento, & Paris,de syndicatu,verbo,tortura,& Clarus in dicto. §. fin. practicæ criminalis, in pluribus eius quæstionibus, & regula communis
100 est quod quæ indicia sint sufficientia † ad torturam relinquitur in arbitrio iudicis, quidem arbitrium tenetur iudex regulare secundum ius,vt per Auend.vbi sup.& nouissimè & optimè per Menochium, de arbitrarijs iudicum, lib.2.censura.3.casu.270. cum tribus sequentibus, quid tamen si causa conclusa iudex non reperiat delictum probatum,neque indicia sufficiẽ
101 tia ad torturam, quid faciet tunc iudex † ipse,& optimè per Anton.Gomez.dict.l. 76.tauri,num.14.versic.postremo tamen qui tandem tenet quod res indecisa relinquatur, ego tamen deciderem hoc modo quod si causa esset grauis, absoluerem absentem accusatum ab obseruatione iudicij,sed si causa non esset,ita grauis diffinitiuè absoluerem & accusatorem in vtroque casu in expensis condemnarem si causa iusta non adesset absentem in expensis condemnandi,& tenet Hippoly. & Cœpola,infra hac.l.in glo. en que le pronuncie,in fine, allegandi hoc est enim text. noster disponit, dum iudicem iubet se informare debere de innocentia rei,ad quid enim nisi vt absoluatur aliquo ex dictis modis,& cur causa indecisa est relinquenda quando quidem cõstat de meritis eius, non enim propter absentiam solã est quis condemnandus aliter quam condemnaretur si præsens esset,prout infra hac lege dicemus annuente Deo. Est etiam notanda alia regula non minus singularis & ad quã multum debent iudices aduertere,scilicet quod tunc demum cum alijs adminiculis testis vnus indicium facit ad torturam, vt dictum remanet in hac.l.quoties testis ille
102 est de visu † & de actu ipsi maleficio propinquo,secus vero si de actu remoto, nã tunc testis vnus nihil præsumptionis, vel probationis inducit, nisi duo contestes ad sint illius actus remoti à maleficio,secundum gloss.sing.in.l.fin.C.fam.hercis.verbo vel indicijs, quam sequitur plures eam sequentes allegando,Anton.Gomez. tomo.3.cap.13.num.18. & gloss. o seyendole,in.l.3.titu.30.partit.7.& Hippolyt. consil.22.num.10. & melius in consil.8. numero.8.in fin.cum seq.& in pract.§.diligenter,num.7. debetq; testis ille de visu
103 esse omni exceptione † maior,secundũ Anton.Gom.dict.cap.13.num.7.& glo. illam dict.l.3.& Abb.in cap.1. num. 3. de confes.& Auend. in dictiona. verbo. tormento.conclusione.9. adeò, vt minimus defectus in tali teste sufficeret,secundum Hippolytum in dict.§.diligenter.num.3. & ideo articulanda est bona illius testis fama,& integritas,secundum Auenda dict. conclusione.7. nisi cum teste illo alia adessent indicia,nam tunc non est necesse probare testis maioritatem & integritatem si nihil suspicionis cõtra eum allegatur,secundum Roma. Alexand. & alios relatos per additio. Angel. de malefic. in. p.fama publica,num.12.in addi.incip. adde quod hoc verum,itidemque siuè contra absentem agatur, siuè contra præsentem testis ille & omnes alij in informatione summaria examinati in plenaria ratificandi sunt
104 † reo citato si præsens est, nam absens per edicta & præconia ad totam causam citatur, & in stratis notificatur citatio, aliter

enim

enim nullam fidem facerent, nam testis
105 examinatus non citata parte† nō probat secundum Anton.Gom.tom.3.cap.12. num.18.in fin.& Hippolyt.consil.8.nu. 21.& Iulium Clarum,in pract.crim.libr. 5.§.fin.quæst.11.versicul.item quæro,& quæst.50.versic. item quia, & remissiuè, ibidem in quæst.45.numer.13.vbi inquit quod hæc repetitio testium debet fieri cū omnibus illis qualitatibus,quæ requirerētur vbi isti testes repetendi nunquam fuissent examinati,& ideò debent de nouo iurare aliàs nullam prorsus fidem facerent, nam indicia non sunt ea quæ capta sunt ex
106 processu informatiuo†, nisi fuerint repetita citata parte, secundum Maranta,in pract.verbo,inquisitio.n.8.in fine.ad torturam enim processus ordinarius faciendus est,neque ex summaria informatione imponi potest,nisi ab istis dominis maioribus decuria cum agitur contra insignes malefactores,secundum Auend. cap.16. præt.num.9.in fine, lib.2.qui an bene faciant,aliorum sit iudicium, ipse enim nullum torquerem nisi iuris ordine seruato, indiciorum enim danda est reo copia
107 † vt per Iulium Clarum, in dicto.§.fin. quæstio.49.in princip.& quæst.25.num. 10.& in quæstio. 8.& 9. alia prosequitur in propositum, & in hæresis etiam crimine tradit Simancas,de instit.cathol.tit.65. num.16.& 17.aliàs enim iudices animas suas condemnant, audiēdus est enim reus & citandus,siue à minoribus,siue à maioribus iudicibus, nā Deus ipse noluit Adamum, neque Caim inauditos condemnare,quod si Deus sic fecit,homunculus,cuius sapientia coram Deo est stultitia, cur aliud facere debet, præsertim cum tortus
108 iuris ordine† prætermisso, & si millies in tortura fateatur delictum,& iterū post sine tortura se ratificet, non potest ex tali confessione cōdemnari, neque puniri pœna ordinaria,prout optimè inquit Hippoly.in pract.§.secunda, per totum,& Ang. de malefic.& eius additio. in p. fama publica,num.36.in fin.& Anto.Gomez.tom. 3.cap.de tortura.num.25.vbi hanc communem dicit opinionem & veram & tenendam in iudicando & consulendo, & secundum eam iam semel in facti contingentia pronuntiaui & iudicaui,& hanc iuris peritorum omnium & Theologorum receptam sententiam testatur Simancas, in dict.tit.65.num.64. imo & quod plus est quod etiam si post superueniant noua
109 indicia † torqueri non potest ille contra quē iuris ordine prætermisso processum est,secundum Hippolytum in pract.§.diligenter.num.183.etiam si ad torturam minatus tantum reus fuisset,secundum eūd. in.§.expedita.nu.16.& ideò non est quis torquendus,nisi legitimis præcedentibus indicijs,& eorum data copia,etiam si apud maiora tribunalia lis agitetur. Est tamen verum quod Ripa in respons.210.incip.in causa Oliuerij. nu.fi.fol.mihi.147.inquit communem esse opinionem,quod si post quam hoc est factum,nihil per reum tor-
110 tum † opponatur,condemnari poterit reus hic ex tali confessione,virtute tormētorum & iuris ordine prætermisso, facta & extorta, quam quidem Ripæ doctrinā intelligerem ego quoties ipsi reo copia processus & confessionis ipsius esset data, ita quod potuerit contra inordinatū processum allegare, secus vero alias, quoniā tunc taciturnitas nihil obstaret,sicut & neque obstaret, si aduocati copia defuisset, quocum posset reus ipse consilium capere, & pro eo allegaret, tu tamen cum iudex fueris iuris ordinem non prætermittas, cur enim iudex debet esse rigorosior lege,& ad quid iuris media sunt introducta, nisi vt iudex tenorem legis,& media seruet? nunquid iudicare debens supra legem disponere potest? nequaquam,& si fortè causa ordinis prætermissi innocentē condemnaret, nonne propter iniustitiam iudex talis animam suam grauaret,ideò necesse est vt iura seruent,& secundum ius, & iustitiam procedant,vt consulit Siman. vbi supra,num.12.& 13.vbi cum pluribus sequentibus, plura ponit requisita necessaria,vt ad torturæ impositionem deueniatur,& Anto.Gom. vbi supra, & Hippolyt.consil.8.num.24.& Cœpola,consil.crim.64.num.fin.patet, hæc verissima
111 esse etiā si iudex ex officio† procedat inquirendo, adhuc enim tunc reo præsenti indiciorum copia danda est, aliàs torqueri reus non potest, vt omnes tenere asserit Clarus,vbi supra dict.§.fi.quęst.49.num. 2.quicquid velit Paris de Puteo,in tracta.
syndi-

syndicatus, verbo, tortus, cap. 3. numero. 24. in medio. Quid tamen si iudex repetat testes confrontando eos cum reo, qui quidem testes se ratificent ibidem in dictis
112 suis, an erit necessaria alia citatio, † & dicendum est, quod non, vt per Clarum in dict. §. fin. quæstio. 45. numero. 14. aduertendum tamen est per aduocatos, quod tunc demum copia indiciorum antequã reus subijciatur torturæ danda est reo, si
113 ab ipso petatur, secus alias †, secundum eund. Clarum, in dict. §. fin. & in dict. quæstio. 49. num. 4. ad condemnationem vero faciendam omnino danda est, secundũ eum ibi, etiam si nõ petatur, & hæc quoad reum præsentem aduertenda sunt, quoad absentem verò instratis notificatio fit, & nullus pro eo admittitur, vt dictum remanet in hac lege. Vlterius & intelligendum est tunc demum testem vnum de visu cũ alio adminiculo ad torturã sufficere, quo-
114 ties testis ille reddit † rationem dicti sui, quanuis de ea non interrogetur, secundũ Hippolyt. in dict. §. diligenter. numer. 31. nam in criminalibus tenentur testes etiam non interrogati reddere rationem dicti sui, secundum gloss. per tex. ibi in l. 26. ad fin. titulo. 16. partita. 3. & per consequens ad faciẽdum indicium ad torturam, quod est diligenter notandum, secundum Hippolytum, dicto. numero. 31. & 32. vbi id alijs fundat rationibus, & nota quod quanuis ex arbitrio iudicis pendeant probationes, & indicia an sint sufficientia arbitrium
115 tamen hoc debet † secundum ius regulare, & causam exprimere, nè in syndicatu teneatur, secundum Bartol. l. Lucius in fi. ff. de ijs qui not. infam. relatus per Rebuff. in tracta. de reprobation. testium, numero. 11.

Ibi, [En que le pronuncie,] hic & alia inducitur iuris ciuilis correctio, nam licet iure ciuili, vt in banno quis describeretur non requirebatur, quod iudex absentem delinquentem pro contumace & confesso pronuntiaret, secundum Baldum. numer. 5. post gloss. vnicam, ibi in l. sancimus. C. ad Trebel. ex nostra tamen lege requiruntur duo copulatiuè, scilicet, quod
116 constet in processu †, qualiter reus fuit perquisitus vt caperetur, neque capi potuit, alterum vero, quod antequam condemnatio fiat, pronuntietur pro contumace & confesso, & criminis de quo accusatur perpetratore, secundum Auendan. dict. respons. 15. correctio. 5. & Villalo. in antinomia iuris ciuilis & regij dicta litera. A. num. 5. & Olanus, in concordia antinomiarum, litera. A. num. 7. vbi inquit hæc omnia esse seruanda pro forma, alias corruere processum, qui quidem in nume. 8. inquit cauendum esse ne decipiaris, vt ipsi decipiuntur, quia neque gloss. neque Bal. illud dicunt, ego tamen dico ab eo esse potius cauendum, nam gloss. & Bald. nullam pronuntiationem iudicis requirunt, sed solum accusationem cõtumaciæ, & quod ex actis id appareat, licet iudex non interloquatur, lex tamen nostra non solum nõ contentatur accusatione contumaciæ, & quod de contumacia in actis appareat, ve-
117 rum etiam requirit pronuntiationem † iudicis super hoc, & sic Auendan. & Villalobos, optime allegant Bald. & glo. in eo tamen quod inquiunt esse correctionem decipiuntur, quia lex nostra non corrigit illud, scilicet de accusatione contumaciæ de apparentia eius in actis sed potius idem confirmat & iubet, addit tamen iuri ciuili, vt scilicet pronuntiatio iudicis insuper adsit reum absentem pro confesso contumaciæ & perpetratore delicti declarantis, & hæc non est correctio, sed potius additio. si bene aduertatur, quod & in foriudicatione requiri declarari contumacem pro confesso, asserit Matthæus Afflictis, in constit. Siciliæ, rubric. 3. numero. 69. in Francia tamen & alia declaranda sunt in sententia, quæ refert Boer. decisione. 63. num. 15. & 16. intellige tamen tunc declarandum reum pro confesso, quoties culpabilis ex processu reperitur, secus verò si innocens reperiatur, nam tunc non so-
118 lum non erit declarandus † pro confesso, verum etiam pro libero pronuntiandus, secundum Hippoly. in pract. §. vltima quæstio. num. 14. & in. §. aggredior. num. fin. & in. §. opportunè. num. 8. & in. §. sequitur. num. 43. & Cœpolá in causa. 255. & Anto. Gom. l. 76. tauri. num. 14. secundum vnam opinionem prout & supra hac lege diximus, verbo, y que baste, & plures idem tenentes allegat Hippolyt. vbi supra maximè in dict. num. 8.

V Ibi,

Ibi, [De por hechor del delicto de que ansi fue acusado,] hic inducitur alia iuris ciuilis correctio, scilicet, quod quamuis iure ciuili habitus pro confesso, videtur fatori delictum, non habetur tamen pro cō-
119 fesso † in qualitatibus delicti, vt est communis doctorum opinio, in. l. si cui. §. 1. de legat. 1. hodie vero ex lege nostra in omnibus qualitatibus delicti, sicut in ipso delicto habetur pro confesso, secundum Auendan. dicto responso. 15. numero. 5. & 6. correctione. 9. & Villalobos in dicta antinomia iuris ciuilis & regij, litera. A. numero. 9. quidquid dixerit Olanus, in concordia antinomiarum litera. A. numero. 14. & 15. cuius dicta tanquam rudis & incipiens nō percipio quid sibi velit in illo numero. 15. sed nunquid prius pro factore & perpetratore delicti debet reus hic
120 absens declarari, quam diffinitiuè † condemnetur pro delicto vel in eodem contextu sententiæ diffinitiuæ vtrumque fieri poterit, & in hoc quamuis de iure consuetudine, & stylo teste Boerio, dict. decisione. 63. in fine, prius debebat declarari pro perpetratore delicti, & post diffinitiuè condemnari, in Italia tamen, & itidē in nostro regno in quam pluribus eius partibus vno & eodem contextu declaratur pro perpetratore & condemnatur diffinitiuè, prout in Italia asserit Matthæus Afflictis relatus per Clarum, in practica criminali. §. fin. quæst. 44. versi. sed nunquid. & probatur ex lege nostra copulatiue & vno contextu orationis loquente, ibi de por hechor del delicto, de que ansi fuere acusado y le condene, & ita vtitur & practicatur, quamuis si aliter fieret non viciaretur processus propter tam modicæ solēnitatis omissionem.

Ibi, [Le condene en la pena,] ex ijs verbis habes notare, nullam aliam requiri citationem, quam eam, quæ ex præconijs & bannis facta fuit, neque requiritur lapsus alterius termini quam hic designati publicatione facta, quicquid dubitauerit Clarus in dicto. §. fin. quæstione. 44. numero. 14. & numero. 15. ponit formam sententiæ contra absentem proferendæ. Sed quare debet in pœna ordinaria condemnari, quandoquidem text. noster præsupponit plenam probationem non adesse, sed tantum semiplenam, & talem, quæ ad torturam imponendam sufficiat solummodo, non vero ad totius pœnæ condemnationem & impositionem sufficeret, si reus præsens esset, cum in criminalibus probationes luce meridiana clariores requirantur, adeò vt neque in eis iunganturr imperfectæ probationes, secundum Antonium Gomez tomo. 3. cap. 12. numer. 2. & numero. 26. & cogitabam si possem huic difficultati responderi, scilicet hoc modo, quod quia apparente sufficiente probatione ad torturam reus, quoniam absens est, torqueri non potest, cum solummodo in præsentem tortura adhibeatur, secundum Capitium, decisio. Neapo. 143. numero. fin. ideò iubetur in text. nostro veram & ordinariam pœnam imponendam esse pro delicto & talem, qualis imponeretur si plenè probatum esset, quasi absentia ipsius rei & eius fuga & aliarū solennitatum obseruatio à lege nostra descriptarum suppleant defectum plenæ probationis, & vt tædio affecti absentes delinquentes se præsentent, & quia intra annū se præsentans quoad omnes pœnas auditur, post annum vero quoad corporales, debent tamen iudices hac de causa in quātum possunt moderatas pœnas ciuiles & pecuniarias imponere, quoniam elapso anno non auditur super eis: vnum verò notādum est & aduertendum quod ex sententia lata contra absentem virtute huius fictæ confessionis ex fuga resultantis, & ex
121 alijs indicijs, non efficitur † condemnatus infamis, secundum Hippoly. in practi. §. postquam, nu. 67. vbi allegat quoddam consilium Alexan. 114. volum. 2. de quo & tractat idem Alexan. in. l. sæpe, nu. 64. ff. de re iudi. inquiens quod eò quod banniti isti puniuntur extra ordinem infames non sunt, prout & inquit glo. in. l. 1. C. de modo mulct. & tenet expresse Bar. in. l. ictus fustium. 1. nu. 8. ff. de ijs qui not. inf. & gloss. en juyzio in. l. 5. titul. 6. parti. 7. sic declarando text. ibidē, & tenet Boe. decis. 64. numer. 9. vbi num. 10. inquit, quod potest iudex ex causa reseruare con
122 demnato bonam famam †, ex quo si aliquis vsufructuarius esset in absentia condemnatus pro delicto non efficitur seruus pœnæ, secundum Antonium Gomez,

mez, tomo 2. cap. 15. numero. 18. in fine. Est tamen quæstionis, num vltra condemnationem pœnarum corporalium contra absentem impositarum, poterit iu-
123 dex condemnare † etiam in satisfactionem damnorum, & dicendum quod nisi damna petantur per accusatorem incidenter, quod non, secũdum Castillo. in. l. 48. tauri, verbo, a restituyr, numero. 17. nam quanuis iudex procedendo ex officio, vel ad partis petitionem contra delinquentẽ possit eum condemnare in satisfactionem damnorum etiam non petitorum, id tamen verũ est, quoties delictũ tale per propriam partis confessionem probatur, non verò si solum per testes, vel contumaciam & fictam partis confessionem, secundum Castillo, vbi supra, num. 15. & 16. & Auiles cap. 16. iudicum syndicatus, in gloss. pagada, & hoc nisi secundum eundem Auiles, ibidem. cap. 5. in gloss. fin. contra iudicem in syndicatu procedatur, nam tunc quamuis per testes tantũ modo dona probentur, dum tamen testes non sint de interessantibus, potest iudex condemnare in damnorum restitutionem etiam si per partem non petatur, prout ex tex. ibidem probatur, qui pro. l. 12. titulo septimo, libro tertio, supra positus est, vbi alia diximus.

Ibi, [Que por el merece,] & sic propter absentiam tantum, & contumaciam in non comparendo non debet pro delicto pœna augeri absq; causa, prout in. l. 1. verbo, sin prouança, supra eo. dictum est, & in verbo, el juez de su officio, & verbo, in nocencia.

Ibi, [Que pagando,] & vsque dum realiter hæc soluat reus ipse non audietur, eò quod per sententiam, & vt melius dicã per legem iam est effectus reus, secundũ Auend. cap. 10. prætor. num. 14. libr. 2. de quo & diximus in gloss. costas, supra eo. vbi & declarauimus, quæ expensæ erunt istæ.

Ibi, [Sea oydo,] hic inducitur alia iuris correctio, scilicet, quod quanuis de iure ciuili, quando contumax habetur pro confesso, non obstante huiusmodi confessione reus auditur probando quod non fuit delictum, de quo accusatur commissum, vel quod in eo innocens est, quia forte se defendendo vulnerauit, vel occidit, nam hæc probatio admittitur, secus verò, si haberetur pro confesso ex dispositione sta-
124 tuti, nam tunc sententia † est exequenda, neque exauditur probare volens innocentiam suam, secundum Ias. in. l. 2. num. 6. C. qui test. fa. poss. hodie tamen ex dispositione legis nostræ licet absens accusatus pro confesso sit declaratus, tamen auditur volens se purgare & excusare intra annũ quoad omnes pœnas ciuiles & criminales, & lapso anno quantum ad criminales, & sic lapso anno non practicabitur opinio Iasonis quoad criminales, licet sic quoad ciuiles, quia text. noster sic declarat, secundum Auendan. respons. 15. correctio. 13. & Villalobos in sua antinomia, dicta litera. A. nume. 13. ex quo infert ipse Auendan. quod sicut auditur ijsce temporibus reus absens accusatus, ita & poterit transigere intra annum quoad omnes pœnas, quod est optimum ad. l. 22. tit. 1. part. 7. Sed hæc antinomia, prout nouissimè post hæc aduertit Olanus in dict. concordia antinomiarum litera. A. numer. 28. falsa est, nam Iason, ibidem nullam constituit differentiam, sit nè per legem aut per statutũ quis habitus pro confesso, sed antinomiam & correctionẽ ipse Olanus constituere vult, scilicet, quod iure ciuili indistincte nõ admittitur reus post sententiam sine principis licentia, vt ibi per eum. num. 26. & per Clarum in dict. § fin. quæst. 44. nume. 11. ex texti verò nostro intra annum, quoad omnes pœnas, & quoad criminales quocumque tempore absque vlla licentia principis.

Ibi, [Quedando en su fuerça y vigor las prouanças,] sensus horum verborum est, secundum Antonium Gomez. l. 76. tauri, numero vndecimo, quod reo præsentato vel capto, probationes in eius absentia factæ validæ remaneant,
125 ac si ipso reo præsente † & citato factæ fuissent, neque sit opus ipsorum testium ratificatione, & tunc si probatio sit legitima & concludens, neque per aduersarium elisa & infirmata, causa conclusa possit ex ea reus diffinitiue condemnari, sed si sit tantum semiplena & adsint indicia sufficientia ad torturam, tunc ad torturam deueniri possit: quid

tamen tunc operabitur fuga, Anton.Gomez dict.num.11.inquit quod ex tali fuga iuncta cum alijs indicijs nõ poterit reus diffinitiuè condemnari, sed remanet & relinquitur effectus fugæ, & indiciorum in suo esse. Sed quod esse tunc habebit fuga, nihil declarat Anton.Gomez ibidem, crederem tamen tunc fugam reo præsentato nihil operari, nam per præsentationem spõ
126 taneam † ipsius rei purgata est fuga in totum, secundum Corrasium in.l.admonẽdi, num.75.ff. de iureiur. quem refert & sequitur Villalobos, in suo ærario mille communium opinionum, litera.A. numero.3.columna quinta, & idem erit si per alium modũ fuga purgari posit, sed si purgari non posit, quia reus inuitus fuit incarceratus, tunc fuga augebit indicia existentia & probationem in absentia factam, vt pensatis indicijs & probationibus procedatur ad id quod secundum iustum iudicis arbitrium iuri consentaneum & regulandum reperietur procedendũ, & hæ sunt veræ declarationes & literales verborum nostri text. Item & notandum est, quod
127 per præsentiam † rei sententia in absentia contra eum lata infirma remanet, secũdum Auend.dict.respons.15.correction.12. licet processus non, secundum eum ibi, & ideò non est necesse testes ratificare, vt vltra Gomec. vbi supra, tenet Clara in lib.5.practicæ crimin. §. fin. quæst.45. nu.13.eo quod cum parte censentur examinati, quandoquidem pars ipsa per edicta & præconia vocata est, & si aliud diceremus posset facilliter per eum deludi accusator expectata, morte testiũ vel procurata occulte, vt eis mortuis ratificatio fieri non posset, & sic vno modo vel alio reus ipse contumax in comparendo ex sua contumacia commodum reportaret, & actor in damno remaneret: & secundum hęc debent intelligi dicta per Anton.Gom. dict. num.11. maximè illud quod inquit ibidẽ in num.13. scilicet quod sententia in absentia lata mandanda est executioni contra reum se præsentantem absque alia probatione de nouo facta, nam intelligitur, si reus auditus non potuit se exonerare, plenaque probatio cõtra eum resultabat, vel nunc de nouo per actorem facta est, secus verò aliàs, & ita in effectu voluit semetipsum declarare Anton. Gomez. in eod. num.13.in princip.& sic quamuis antea disputaretur an reo se præsentante intra annum lata iam sententia, deberet actor probare intentionem, an verò reus defensionem, vt licet videre ex Iulio Claro, in dict. §.fin.quæst.44.num.6. ex text. tamẽ nostro tenetur actor probare plenè inten
128 tionem † suam ad condemnationem faciendam, & semiplenè ad torturam imponendam, & nisi sic fecerit, vel ex probationibus in absentia factis, vel ex de nouo eius præsentia agitatis & examinatis, reus ipse quantumuis nihil probet, absoluendus est actore tamen probante condemnabitur reus; imò & plus affirmo, scilicet, quod tũc est exequenda sententia in absentia lata cõtra reum iam præsentatum, quoties conuictus & confessus est, ita quod non sit locus appellationi, secus verò alias quoniam tunc reo appellante non est sententia contra eum lata, siue in pręsentia, siue in absentia exequenda, sed est admittenda appellatio: vlterius notandum est, quod licet reo capto, vel præsentato purgatis & solutis expensis contumaciæ, sit ei danda copia processus, non tamen probationis in absentia factæ, quoniam probationis huius copia reseruanda est in tempus publicationis cum reo præsente suo tempore facien
129 dæ, & sic vtitur & practicatur, sed an testes examinati in instantia cum reo pręsente facta & per transactionem sopita fidem faciant cum fiscali nouiter creato, vide Guid.Papæ, decis.136. & Capellã Tolos. & eius additio.in cap.176.& 198.& Anton.Gom.tom.3.cap.1.num.27.& gloss. de nueuo.l.23.titu.1.partit.7. & Rip.l.admonend.num.202.ff.de iureiuran.vbi inquit communem esse quod faciant fidem etiam quoad tertium, quod ibi declarat in num.203.quoad semiplenam probationẽ vt sic cæteris paribus præferatur isthæc probatio, Alexand.consi.24.n.49.vol.2. & ibi Additio.alios allegat, & iterum consil.112.num.fi.vol.4.

Ibi, [Se presentare a la carcel o fuere preso,] hic inducitur alia correctio, scilicet quod quamuis de iure ciuili habitus pro confesso, & sic sententia iam lata, quia non comparuit in termino citationis nullo modo potest morã suã purgare,

secun-

secundum Ang. in l. & si post tres, nume. 13. ff. si quis cautio. & tradit Clarus, in dicta quæst. 44. num. 11. hodie vero etiam si post diffinitiuam sentẽtiam, in qua reus habetur pro confesso, veniat & se præsentet, vel inuitus trahatur ad carcerem intra
130 annum, purgatur contumacia † & mora, & auditur de nouo quoad omnes pœnas, & post annum quoad corporales, vel infamatorias refectis expensis in vtroque casu, ac si sententia contra eum lata non esset, prout ex verbis nostris text. clarissimè probatur, & tenet Auend. respons. 15. correctio. 12. & Villalobos, in dict. sua antinomia, dicta litera. A. nume. 12. & Olanus, vbi supra, nu. 12. qui in effectu idem concludit quantumuis velit in contrariũ subtilizare, idque verum est, siue spontè, siue inuitus trahatur, ex tex. nostro, in his verbis, quæ commentamus, quicquid velint Auenda. & Villalobos, vbi supra, intelligere cum sponte se præsentat, non vero si inuitus trahatur, nam idem est dicendum in vtroque casu.

Ibi, [Como en quanto a las penas pecuniarias,] & an tunc reus ipse recupera-
131 bit bona statim † præstita satisdatione deparendo iuri iuxta formam. l. 1. ff. de requiren. reis, vel an remanebunt bona sub secresto, donec diffinitiuè condemnetur negociũ, vide optimè per Clarum, in dicta quæstione. 44. numero. 5. dicentem, quod præstabuntur ei bona præstita dicta satisdatione, & ita practicatur quotidie.

Ibi, [Que quando las dichas prouãças,] vide quæ diximus, supra verbo, que quando en su fuerça y vigor.

Ibi, [No se auiendo dentro del presentado,] ex ijs verbis inducitur per Auendan. dict. respons. 15. & Villalobos, in dict. antinomia, dicta litera. A. correctione. 10. correctio alia ad ius ciuile, de qua cum dixerimus supr. eo. verbo, el officio del juez nihil amplius hic dicemus.

Ibi, [En las penas de dineros o bienes,] ex verbis ijs collige cõclusionem, scilicet, quod si post latam sententiam diffinitiuã, sit lapsus annus immediatè sequens, numerandus à die datæ ipsius sententiæ, statim
131 sententia illa exequetur † quoad pœnas pecuniarias & bonorum condemnationem, neque amplius super illis audietur reus ipse condemnatus, siuè pœnæ illæ pecuniariæ fisco siue parti per sententiam applicatæ fuerint, & in hoc casu potest verificari opinio Ias. in. l. 2. num. 6. C. qui tes. fa. pos. dicentis, quod si ex dispositione statuti quis habeatur pro confesso sententia debet exequi, neque auditur volens probare innocentiam suam, nam hoc verum erit lapso anno nostri text. quoad pœnas pecuniarias, & ciuiles, non vero quoad corporales, secundum quod dixit Auenda. resp. 15. correcti. 13. sic Ias. intelligens, & iterũ supra hac lege dictum remanet, hæc tamẽ conclusio quam ex ijs verbis colligimus intelligenda est primo modo nisi talis cõdemnatus in absentia in amissione bonorum suorum vel maioris partis eorum filios, vel descẽdẽtes habeat, vel ascendẽtes, tunc enim quantumuis condemnaretur in hac bonorum amissione etiam lapso anno, non erit exequenda talis sententia, si
132 tales filij † aut descendentes alij, aut eis deficientibus ascendentes sese tali sententiæ & eius executioni opposuerint, allegando, quod eis existentibus non potuit fieri talis condemnatio & confiscatio & nulla fuit, vt potè, quia de iure prohibitũ erat fieri in simili casu, ex text. in authent. bona damnatorũ. C. de bon. dam. & text. in. l. 15. titu. 8. partita. 7. & text. in. l. 8. titulo. 10. & in. l. 3. titulo. 18. ea. partita. 7. & melior. text. in. l. 5. titulo. 31. ea. partita. 7. quas adhoc allegauit Tellius Fernandez. l. 4. tauri, num. 15. & Bernardus Diaz in regula. 165. & Couarru. in. 4. part. 2. capit. 7. §. 6. numero. 4. folio. 104. dicens quod tunc filij capient bona talis condemnationis & eis fruentur supradictæ personæ,
133 postquam talis condemnatus † mortuus fuerit, non vero ante, prout & tenet Auẽdan. in dictionario, verbo adulterio, & in respons. 24. colum. 3. & ante eum Boer. decisio. 338. num. 6. & Addition. Guido Papæ, decisione. 429. num. 1. & licet Bernar. Diaz in reg. d. 165. velit hæc & dictas leges partitarũ intelligere, vt ꝓcedãt, quoties omnium bonorum condẽnatio facta est, idem tñ videtur dicendũ si pars eorũ tantum, prout latius Deo volẽte dicemus in. l. 3. titu. 4. lib. 5. inf. vbi me remitto, vbi & dicem' an ex talibus bonis poterit talis

condemnatus aliquem ex descentibus meliorare, & sic tenenda est hæc nostra declaratio prima, quanuis gloss. sus bienes, in.l.7.titu.8.part.3.in fin. verbis velit tenere lege illa attenta & nostra itidem, filios vel descendētes nō impedire hanc bonorum annotationē, sed fallitur salua eius pace, & lex quam allegat pro sua opinione non corrigit has partitarum leges, sed potius per eas debet illa declarari, sublimitanda tamen est hæc conclusionis nostræ prima limitatio vt non procedat, quoties talis confiscatio, & condemnatio amissionis bonorum, vel partis eorum facta est, & imposita in aliquo ex casibus à legibus partitarum expresse permissis talem confiscationem, quoniā tunc non audientur descendentes, vel ascendentes, neque impedient executionem talis sententiæ, quod probatur ex d.l.5.tit.31.p.7. & dicemus Deo volente in.d.l.3.tit.4.in gl. fi.inf.lib.5.& sic posset procedere opinio illa Gregorij Lopez.d l.7.verb.sus bienes, in fin. Secundo etiam dicta nostra cōclusio principalis limitatur & declaratur, vt procedat quoties bona illa, confiscata sunt propria ipsius condemnati quoad proprietatem & vsumfructū etiā, secus verò, si tātū essēt sua quoad vsumfructū, vel quoad proprietatem solū, vt putà si sunt bona aduētitia, quę remanēt in patris dominio & vsufructu, condēnatusq; esset filius, tunc enim
134 nullomodo patre nolente † posset exequi condemnatio & cōfiscatio bonorum in bonis illis aduentitijs, neque in eorum proprietate, vel vsufructu, secundum dominum Couar. lib. 2. Variar.cap.8.nu.9. versic. hinc apparet, & Anto.Gomez.tomo. 2. cap.15.num.12.13.& 14.& Boe. decisio.7.per totam, & Petrum Costaliū, in.l.3 §. sed vtrum, fol.76.ff.de minorib. & Suarez.l.post rem notab.13 numer.5. pag.265.ff.de re iudi. quos nouissimè referendo post hæc reperi tenuisse Menochium, in tract.de recuper.poss. remedio. 9.num.65.cum pluribus sequentib. qui & plures alios antiquos & modernos referunt, sicut neque ex contumacia filij peruenitur ad primum, vel secundum de
135 cretum in peculio aduentitio †, quod est apud patrem etiam ex causa damni infecti, secundum Barto.in.l.si finita.§.si vectigalibus, in fi.ff.de damno infecto, quantumuis, Alexand. relatus per Suarez, vbi supra, numero quarto.in fine, aliud & male velit in nostro proposito, imo & plus est, quod neque quoad peculium Castrense
136 † confiscationis huius executio fiet, secundum Couarruuiam vbi supra, quam communem testatur Oroscius, in.l.3.§. si filius, columna.608.in princip. ff. quod quisque iur. & Suarez vbi supra, nume.5. & Matthæus Afflictis, in constit. Sicil.lib. 2.rubric.9.quicquid in peculio Castrensi, velit Anton Gomez. vbi supra, numero. 13.publicatisque bonis patris non censetur publicatum peculium profectitium filij, secundum Couarru. & Suarez vbi supra, numero.5.& 6. vbi num. 9. aliquibus modis id declarat, verumtamen est, quod quanuis pater non teneatur de peculio propter filij delictum, neque filius propter delictum patris, tenebitur tamen qua-
137 tenus propter delictum cuiuslibet † eorum alter factus est locupletior, secundū Decium, in regula, ex pœnalibus.ff.de regul.iur.vbi & declarat quādo locupletior factus dicetur. Sed an si pater committat delictum propter quod bona eius veniūt confiscanda, confiscabitur vsusfructus bo
138 norum † aduentitiorum filij sui, iā quod proprietas non confiscetur, tradit Suárez vbi supra, numero. 6. & Anton. Gomez vbi supra, num. 14. in fine. cum sequenti. & optimè alludunt dicta per licentiatum Quemada, in suis quæstionibus euenientibus in materia fiscali coram inquisitoribus hæreticę prauitatis.quæstion.17. & nouissimè & resolutiue per Doctissimum Molinam, in de primogenijs Hispaniæ, libr. 4. cap.11.num.11.& iterum in lib. 2. capit. 20.num. 9. & sequenti. & de ijs latissime disserit Iulius Clarus, in pract.crimin. lib. 5.selectarum sentent.§.fin.quæst.78. numero.11.cum pluribus sequen. Quapropter Suarez, vbi supra, colligit optimā cau-
139 telam † vt confiscatio hæc euitetur, ne fiscus bona mulieris inuadat, dum maritus positus est in banno æris & personæ, scilicet quod bonorum ipsorum faciat donationem causa mortis vxori suæ & pleno iure tradat, quam cautelam posuit ante eū Bartol. in.l. sed si mors. ff. de donat.inter vir. & vxor. & Ias. in.l. si stipulatus fuerim

rim. §. cum stipulamur. numero. 6. & 7. fol. 108. ff. de verbo. obli. quod tamē ego intelligerem nisi præsumptio adsit quod in fraudem fisci donatum est, puta, quia facta fuit donatio hæc post commissum delictum, vel si esset omnium bonorum, argumento traditorum per Bart. & DD. in l. post contractum. ff. de donatio. & Ant. Gomez, tomo. 3. cap. fin. num. 4. & contra cautelam illam facit text. & ibi Paulus Castrens. in. l. si aliquis. ff. de donatio. causa mor. & ideo de veritate cautelæ illius cogitandum est, vnum tamen est notandum, scilicet, quod si quis propter delictū condēnatus fuerit in amissione bonorū, & stante ac pendente condemnatione obueniat ei aliqua opulenta hæreditas ex parte patris, matris, vel aliunde, vt illius hereditatis amissionem euitet, cautela est vt dictam hæreditatem repudiet, & renuntiet,
140 † nam tunc, cum nulla fraus dari possit, eò quod nulli iuri quęsito renuntiatur, neque ex hoc pauperior efficitur, poterit optime iste condemnatus repudiationē hāc facere, & valida erit, quia iuri quærendo si renuntietur, nullam fraudem creditoribus fieri, disponit text. singularis in. l. qui autem, in principio. ff. de ijs quæ in fraudē credi. & fundatur etiam ex dictis per Paul. & Alex. n. fi. & Ias. n. 16. cum seq. in. l. legatū, de legatis. 1. per Pal. Rub. in repeti. rubr. §. 47. n. 4. cū. 3. seq. fol. 26. & Suarez in. l. 1. tit. de las ganancias, fol. 11. pag. 2. & nouissimè per Telliū in. l. 4. tauri, n. 51. cū pluribus seq. vbi ita tenet & infortioribus terminis, id verū esse dicit, quanuis gl. 2. in l. 12. ti. 10. p. 5. dixerit contrariū vidisse in facto seruari, & nescio quo fundamēto, cū sit contra text. in dict. l. qui autem, & contra prędictos DD. adducta, & exemplis nō est iudicandum, nisi dicamus forte in casu illo de fraude renuntiantis vera apparuisse puta, quia quantumuis renuntiauit, cum eo in cuius fauorem fuit facta renuntiatio fuit conuentum, vt nihilominus ipsi renūtianti omnes fructus bonorum deductis expensis redderet, & in confidentiam esset renuntiatio facta vt bona illa non confiscarentur, tunc enim de hoc apparendo non haberet locum dict. l. qui autem, quoniam text. ille in præsumptione se fundat, scilicet quod fraus non præsumitur, ea tamen apparente cessat dispositio illius tex. & est idem ac si renuntiatio non esset facta, sed si fraus hæc cessaret nullomodo esset dirimenda, sed obseruanda potius talis renuntiatio. Item notandum est, quod cōdemnatio & confiscatio bonorum non
141 extēditur ad bona subconditione † debita, sm̄ gl. in. l. nō adeo. ff. de cōd. & dem. traditur per tex. ibi & per Simā. in de inst. cath. tit. 9. n. 62. & Ant. Go. to. 3. c. fi. n. 2. & Quemada in suis quęstionib' fiscal. inquisitionis. q. 10. & Telliū in. d. l. 4. tauri. n. 63. in fi. vbi hoc aliqbus modis declarat, & vn' modus est quoties ex vltima voluntate bona illa subconditione debentur, secus ta
142 men si ex cōtractu † debeantur, quia tūc bene transibunt in fiscum purificata conditione, cum sublimitatione tamen, scilicet, quod tunc transibunt in fiscum actiuè
143 scilicet, non vero † passiuè, secundum Bartol. in. l. certa forma, numero. 6. C. de iure fisci. lib. 10. communis secundum Ias. in. l. si quis arbitratu, numero. penult. fol. 47. ff. de verbo. obli. quem post hæc reperi relatum per Clarum, in dict. lib. 5. §. fin. quæst. 78. numero. 23. item in fiscum, itē tunc demum bona subconditione ex vltima voluntate condemnato debita in bonorum confiscationem conueniunt, quoties conditio talis est de futuro, secus tamen si sit de præterito, vel de præsenti,
144 † cum hæc de præterito, vel de præsenti non possit dici conditio, ex text. in. l. institutio talis. ff. de condi. instit. & text. in. l. cum ad præsens. ff. si cer. pet. & tex. in. l. 17. titulo. 11. partit. 5. tradit Anton. Gomez, tomo. 2. cap. 11. num. 37. versic. aduertendum tamen, vsque in finem, vbi in versi. Quintò infero, ita in ꝓpositū nostrū declarat, & idem Anton. Gomez, tom. 1. cap. 12. nu. 64. condemnatioque facta de bonis, intelligitur de præsentibus non ve
145 ro de futuris, † prout communem testatur Iason, in dict. §. cum stipulamur, nu. 6. fol. 108. ff. de verbo. oblig. vbi ex hoc infert ꝙ filio iam bānito & bonis eius publicatis fiscus non veniet ad bona paterna & quatenus sit legitima filij, neque pro alimentis eius, secundum Simancas de institutio. cathol. titul. 9. num. 61. & in alijs pluribus traditur locis. Vlterius & tertio limitatur nostra conclusio vt nō procedat

in criminibus, in quibus si præsens esset reus imponeretur minor pœna quā amissionis bonorum, tunc enim quandocunque veniret etiam post annum volens soluere minorem pœnam ciuilem pro delicto illo imponendam audiretur & bo-
146 na recuperaret, † secundum glo. sus bienes, in dict. l. 7. titu. 8. part. 3. & annecto rationem, quoniam, vt in hac lege pluries diximus, propter absentiam non debet imponi maior pœna, quam imponeretur si præsens esset tempore sententiæ, & vide dicenda in glo. y no sobre, huius legis. Finaliter & quarto legis nostræ conclusio limitanda est, vt non procedat si talis absens condemnatus esset minor vigintiquinq;
147 † annorum & compareret in termino cōuenienti ad restituendum se, tūc enim etiam post anni lapsum audietur contra sententiam etiam pecuniariam, secundū quod diximus in princip. huius legis. Potest & vltimo notari quod condemnato
148 moriente intra annum non perduntur † eius bona, secundum text. l. 1. §. fin. ff. de requir. reis, notat Grammati. dec. 4. numero. 11. & dicemus infra hac. l. in verbo, sean oydos. Item & quinto limitatur, quoties absens ille etiam legitimè citatus abfuit ex iusta causa, nam licet sententia transiuerit in rem iudicatam, nihilominus reuerso absente, & iusta absentiæ causa probata per restitutionem retractabitur sententia, & hoc iudice ignorante iustum impedimentum, secus si sciente, nam tunc ipso iure est nulla sententia, secundum notata in cap. querelam. de procurat. & in. l. quæsitum. ff. de re iud. notat Guido Papæ in cap. cum Bertoldus, per gloss. ibi, extra de re iudicata: vbi ponit. 13. casus, vbi sententia non transit in rem indicatam.

Ibi, [Aunque passado el dicho año se presente a la carcel,] vltima enim mora nocere debet, nam cum vocatus sit tribus præconijs & citationibus, insuperque spectatus per annum lata sententia, neque cō parere voluerit, mirum non est, si lapso anno & sic vltima mora non audiatur quoad ciuiles pœnas super quibus tacito consensu se potuit præiudicare, nisi in casibus supra proxima glossa relatis, sicque licet iure communi ex communi opinione fictus contumax appellare non possit, secundum gloss. communiter approbatam in Clem. 1. de appel. & ibi. Imo & DD. communiter, traditur per modernum Villalobos in suo ærario mille. com. opi. litera. A. num. 3. col. 4. in princ. tamen quoad nostram materiam nullo modo ex
149 lege nostra auditur absens cōtumax † fictus etiam appellando quoad pœnas ciuiles lapso anno condemnationis factæ, nisi infirmitate vel alio legitimo impedimento se impeditum fuisse probet, nam tunc hoc probato audietur vtique per restitutionem, secundum Boer. in decis. 63. nu. 13. & Simancas, de instit. cathol. titu. 2. numero. fin. faciuntq; dicta per me in. l. 14. titu. 3. supra hoc lib. in glo. pen. aut fin. & probatur in nostro casu ex text. in. l. 7. in medio, tit. 8. p. 3.

Ibi, [En quanto a las penas corporales,] nam cum membrorum suorum, nemo dominus dicatur, vt est text. in. l. liber homo ff. ad. l. aquil. text. in cap. cum ab homine, el. 2. de sentent. excom. & ideò neque expresse potest quis in criminalibus, vbi pœna corporalis, vel infamatoria venit impo
150 nenda defensionibus † suis renuntiare, secundum glo. celebrem & quotidie allegatam. in. l. pactum inter hæredem. ff. de pactis, quā sequūtur plures relati per Hippolyt. in pract. §. examinanda per totum, & Anton. Gom. de delict. cap. 13. nu. 33. & Rojas. de hæreti. 2. part. num. 113. etiā si renuntiatio hæc iurata sit, secundum eund. Anton. Gom. eo. tom. 3. cap. 1. numero. 66. notabiliterque vno modo glossam illam declarat Bald. & Præposi. num. 13 in cap. personas. de appellatio. & cum expresse defensionibus ijs quis renuntiare non potest, merito si & tacitè per lapsum temporis nostri text. non possit, nam lex innocentem corporaliter condemnari, non vult per lapsum termini alicuius, nisi & vltra termini lapsum processum fuerit contra talem absentem secundum formam. l. 1. supra isto tit. & lib. quia tunc nō audietur, secundum Matth. Afflict. sic asserentem in const. Sicil. lib. 3. rub. 3. num. 33. & sic procedent dicta per Thom. Grāmati. decis. 24. quoad nostrum regnum, & hoc nimirum, quoniam sic lege dispositum reperimus, & quoties lex disponit potest vtique quis non solum tacite verū & ex-

151 & expresse defensioni † renuntiare, secundum Menochium, de arbitrarijs iudicum lib. 1. questione. 7. num. 13. sic ad declarationem dictæ. l. lib. homo, asserenté: verum tamen est quod etiam in casu dict.
152 l. 1. supra eo. si de innocentia† banniti appareat audiendus est, secundum Symanc. de inst. catho. ti. 2. n. fi. & dixi in ea. l. 1. in fine.

Ibi, [y no sobre las de dineros o bienes, similis est textus in. l. septima in fine titu. 11. part. 3. ex quo colligi potest conclusio, scilicet, quod lapso anno post sententiam condemnatoriam nó auditur amplius condemnatus quantum ad pecunia-
153 rias, † ciuilesque bonorum condemnationes legisque huius dispositio procesit à dicto Bal. in. l. 1. nume. 13. C. de hær. instit. & in causa hæresis idem seruari asserit Simancas, de institu. catho. tit. 2. numero fin. quem vide & ideò iudices in imponendis ijs pecuniarijs pœnis & bonorum, præsertim vbi non est plene probatum delictum maximè aduertere deberent, vt parcissime quantum fieri posset imponerent eas, & non prout faciunt quotidiè partiũ ipsarum, etiam pro leuibus delictis, omnia bona vel maiorem partem eorum in ijs pœnis consumendo. limitatur tamé nostri tex. conclusio primo vt non procedat, quoties principis indulgentia adesset,
154 † iubentis vt non obstante anni lapsu etiam super ijs pecuniarijs pœnis audiretur condemnatus, quam tunc audiendus est, secundum Guidonem Papæ, decision. 429. numer. 1. & pro hoc videtur esse tex. in. l. 7 in fine. titu. 8. par. 3. ad tamen verum intelligerem, prout colligitur ex gloss. tomado, in ea. l. 7. quoties bona illa fisco regio & sic ipsi principi indulgentiã concedenti erant applicata, secus vero si
155 parti alicui † tunc enim de potestate ordinaria, imo & de absoluta, nó posset princeps similem indulgentiam concedere, nisi bonum adhiberet cambium, ex dictis per nos in. l. 1. titulo. 1. supra hoc libro. Secundo vero limitatur nostra conclusio, nisi sententia illa sit lata ex falsis probationi-
156 bus, † nam tunc etiam lapso anno audietur condemnatus super pœnis ciuilibus, sicut super criminalibus, ex dictis per nos in gloss. que baste, super eo. & quia hæc est communis conclusio teste Bart. Socino consi. 18. numero. 17. lib. 1. quod sententia lata contra maiorem absentem & contumacem dolo per falsas probationes partis præsentis, nulla est ipso iure, per text. in. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. & facit tex. in. l. 1. & sequent. titu. 26. par. 3. vlterius & tertio limitatur nostra conclusio principalis vt ꝓcedat quoties rite &
157 recte † processum est ad cõdemnationẽ talem faciendam seruando legis nostræ formam, secus verbo alias, nam tunc, cũ nullum sit quicquid in contrarium factum fuerit nihil nocebit condemnatio facta ex vitioso & nullo fundamento ex dictis ꝑ nos supra hac lege, quod forma eius est ad vnguem seruanda, aliàs nullus est processus, & quia sententia nulla non meretur executionem ca. 4. ff. condemnatum, & ibi doctores. ff. de re iudic. sententiaque
158 euidenter iniqua † & iniusta nunquam transit in rem iudicatam vt per Hipo. consil. 111. nume. 24. & annullato fundamẽto annullantur omnia inde secuta, vt. l. fi. ff. de constit. pecu. & citatione existente inualida, omnia quæ sequũtur itidem sunt vt per Roland. consi. 39. num. 11. & 14. li. 1. & ideo partibus & aduocatis earum cõsulo, vt ad hæc aduertant, nam iudices maximè nouelli, quasi nunquam legis nostræ formam, & ordinem seruant. Quarto limitatur nostra conclusio vt non procedat quoties condemnatus moritur intra annum, secundum Thom. Gram. decisi. 4. num. fi. de quo infra in glos. sean oydos, dicemos. Quinto limitatur vt nó procedat nostra conclusio, quoties est imposita
159 maior pœna †, quam imponenda esset si reus præsens existeret, prout in gloss. en las penas, in fine remanet dictum in hac lege. Item & sexto limitari poterit nostra cõclusio quoties constaret de iusto impedi-
160 mento † nam tunc etiam lapso audietur super ciuilibus sicut super criminalibus pœnis, vt diximus in gloss. aunque sea pesada, supra hac lege. Finaliter nostra conclusio vt non procedat quoties condem-
161 natus est minor † nam tunc per restitutionem, imo & per nullitatis interpositionem audietur lapso anno, vt ex dictis per nos in prin. huius legis clare constabit, & hæc sunt limitationes, quas ad hãc nostræ

legis conclusionem pro nunc reperire potui.

Ibi, [en los casos que el delicto no se extingue por la muerte,] concordat cum.l. ex iudiciorum.ff.de accusatio.& exemplificari possunt legis nostrę verba in causa
162 hæresis, vel traditionis regię † quibus in casibus etiam post mortem delinquens talis condemnatur, vt patet ex dictis per Simancas, de instit.catholi.titul.18.de defunctis, & Ant. Gomez.tomo.3.cap. 2. nume.12.& qui sint alij casus vbi morte
163 crimina † non extinguuntur, videri possunt per Anto.Gom.eo.tom.3.cap 1.nu. 79.&.80.per totum, & per Iulium Clarum, in lib.quinto selectarum sententiarum.§. fin.quæstio.51.versiculo, quæro nunc, & sequent.& per.l.7.8.& 23.titulo 1.partita septima. Notandum est regulam esse generalem, per mortem delinquen-
164 tis delictum † extingui, ex text.in.l.defuncto.ff.de publi.iudi. & ex text.in.l.1. cum sequent.capit. si reus vel acus.mort. fuer.de qua regula quã plura dicit nouissime post hæc Sebastianus Medicis, in tract. mors omnia soluit.2. parte conclusio.2.& conclu.27.& latius, conclu. 32. Adeo vt hæredes quoad pœnam nullo mo
165 do teneantur † si lis cum defuncto non fuit contestata, vel non fuit in iudicio confessus, vt dicebat Anto.Gomez tom.3.c. 1.nu.82.de quo per gloss.verbo, alsi, in.l. 25.tit.1.part.7.& Suarez in.l.post rem.3. notabili.num.9.pag.254. vel nisi quatenus ex delicto ad hæredes ipsos peruenit, ex tex.in.l.iniuriarum.in prin.ff.de iniur. & text.in dict.l.25.& ibi gloss.demanda. &.l.2.titu.13.par.7.&.l.3.titu.15.ea.pa. 7.& hoc iure ciuili & regio sine dubio est,
166 iure vero canonico † indistinctè ex delicto defuncti tenentur hæredes eius quã tumuis adeo s nihil ex delicto peruenerit, siue lis fuerit contestata siue non, vt anima defuncti liberetur cap.in literis de raptor. cap.24.quæstio.2.cap.episcopis.12. quæst.2. & quam plura alia iura allegata per Sebastia Medicis dict.conclusi.32.in fine & communem testatur, Couarr.lib. 3.vari.c.3.n.7:& tenet glo.alsi.in.d.l.25. & Anton.Gomez.d.cap.1.nu.84.in fine, tenentur tamen tunc hæredes iuxta vires
167 hæreditarias, siue cõfecerint † inuentariũ siue non, secundũ Bal.in.l.furti.C.de furt.& Sebast.Medicis, vbi supra d.n.fi.iure vero ciuili tenetur vltra vires si inuentarium non confecit, in casibus in quibus post mortem defuncti procedi potest, ca-
168 dauera tamen † defuncti insepulta remanere non debent, secundum Siman.vbi supra.co.2.hæc tamẽ regula fallit in quã pluribus casib' in quibus delicta morte nõ extingũtur de quib' per supradictos DD. & in ijs casibus probat noster tex.hæredes talis delinquentis in absentia condemnati & mortui intra annũ cõdemnationis audiendos esse, filiosq; & alios eiusdẽ descendentes & successores vocandos tunc esse, vt optimè traditur per Siman.vbi sup.nume. 15.& qualiter tũc ꝓcedi posit cõtra mortuũ illũ, si ante nõ erat processum, declarat ibi ipse Siman .maxime.n.33.& Ant.Gomez.d.c.2.n.12.to.3.varia. Est tamẽ notãdũ sm̃ eundẽ Ant.Gom.ibidẽ.c.81.quod tunc procedi potest cõtra defunctũ in ijs casibus vbi crimina morte nõ extingũtur ad pœnam & confiscationem bonorũ pro delicto illo inponendas, quoties intra quin
169 quennium † post defuncti mortem agitur, secus alias, ab hac tamen opinione propter tex.in capit.fin.de præscriptio.in 6.discedit ibidẽ ipse Ant.Gomez, inquiẽs ex tex.illo etiã lapso illo quinquennio vsque ad quadraginta annos agi posse, cum in crimine hæresis ius canonicum sit seruandum, Simancas tamen vbi supra numero decimoquarto tenet hæreticum defunctum post illos quadraginta annos damnari posse, & ea tantum bona confiscari, quæ spatio illo quadraginta annorum fuerint bona fide ab hæredibus possessa, quod in prima instructione Hispalensi asserit esse decisum, & hanc ipse ibidem pluribus relatis testatur veriorem opinionem, & ideo secundum eum ibi numero decimooctauo successores tales heretici † non tenẽtur restituere fructus perceptos bona fide illo medio tempore, de quo tamen late & bene plura tradit, Quemada, in quæstionibus fiscalibus coram inquisitoribus contingentibus quæst.16.

Ibi, [se an oydos los herederos del acusado sobre las dichas penas de dineros o bienes . Sed an & idem erit circa alia delicta

delicta quam ea, quæ per mortem delinquentis non extinguntur, ita quod sicut in ijs auditur hæres defuncti absentis condemnati intra annum morientis à die con demnationis numerandum, sic & in illis
170 delictis † in quibus morte delinquentis delicta ipsa extinguntur, & videtur dicendum idem esse debere, eo quod in alijs delictis, quam in illis, quæ per mortem defuncti non extinguntur, hæredes nullo modo tenentur ad pœnam, neque ad bonorũ confiscationem, nisi lis sit cum defuncto contestata, secundum quod supra proxima glossa dictum est, & tradit Anto. Gomez dict. tomo. 3. cap. 1. nume. 78. imo & secundum eum ibi num. 82. quamuis lis sit contestata, si tamen sententia nõdum erat lata cum delinquens mortuus fuit, vel si lata erat nondum transierat in rẽ iudicatam, putà annus non erat lapsus, vel ab ea appellatum extabat dum in præsentia accusati lata fuit, non transit tunc contra hæredes pœna delicti, neque confiscatio bonorum licet in hoc de appellatione cõtrarium videtur approbatum per. l. 28. tit. 23. part. 3. & ibi gloss. y contra, optime loquens, & l. 23. titu. 1. part. 7. & ibi gloss. se alçasse, & videnda est etiam. l. 3. titulo. 15. part. 7. & Clarus in pract. crimin. quæst. 94. n. 7. si ergo non transit contra hæredẽ in ijs casibus, quantominus in nostra materia transibit, vbi non reperimus litem esse contestatam cum defuncto, neque adesse multoties plenam probationem, neque veram defuncti confessionem, quorum quodlibet requiritur vt contra defuncti hęredes transeat pœna confiscationis, secundum Anto. Gom. d. nume. 82. & Suarez. l. post rem, notab. 3. num. 5. & 9. pag. 253. ff. de re iudi. vbi ipse inquit quod poterunt hæredes tunc reuocare confessionem defuncti probando errorem, & innocentiam suam, prout & tenent relati per gloss. asi. in. l. 25. tit. 1. par. 7. & per consequens dicendum est non transire contra hæredes defuncti pœnam aliquam etiam confiscationis bonorum mortuo ipso delinquente intra annum à lege nostra declaratum post latam condemnationis sententiam numerandum, sed & tunc hæredes defuncti audiendos esse, quemadmodum & audiretur defunctus ipse si viueret & ita reperio in nostrum propositũ hanc opinionem tenere Alberi. Bal. & alios plures relatos per Boeri. decisio. 64. num. 1. & per gloss. ansi. ad finem in dict. l. 25. tit. 1. par. 7. & sequitur Thom. Gram. dec. 4. n. 1. per tex. in. l. 1. §. fi. ff. de requir. reis contrariam tamen sententiam imo ꝙ in alijs delictis quam in illis in quibus crimina morte non extinguntur, pœna confiscationis & condemnationis bonorum aut partis eorum transeat contra hæredes defuncti intra annũ moriẽtis, & sic quod non audiantur hæredes ij super talibus pœnis tenent Bar. & Ang. relati & secuti per gl. ansi. in. d. l. 25. & Boe. d. deci. 64. n. 2. sic asserentẽ fuisse determinatũ ꝑ plures arrestos ex tex. in expresso in. l. ex iudiciorũ. ff. de accusationi. sufficit enim latã esse sentẽtiam contra defunctum, per quem quasi cõtrahitur, vt in. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio, imo fortior debet esse sententia,
171 † quam litis contestatio, secundum Bal. in. l. data opera colum. 15. in princ. capitu. qui accus. non pos. allegando ad hoc text. in l. fi. C. de dolo, & quia cum mora & contumacia prouenerit ex parte absentis condemnati nolentis se in in termino edictorum & præconiorum se pręsentare, nociua debet esse ei, & hæredibus eius, & lis pro contestata haberi, & contestationẽ interuenisse videtur quandoquidem in stratis tribunalium accusatio fuit intimata & omnia alia acta vsque ad sententiam, vt inquit Boer. d. decisi. 64. n. 3. neque debet esse melioris conditionis contumax absens quã reꝰ præsens, sed peioris potius, & pro hac secũda opinione videt̃ esse tex. nostrũ in præsenti dũ limitatiue & exceptiue loquit̃, quę quidẽ exceptio firmat regulã in contrariũ in casibus nõ exceptis, imo & ampliabit regulã in casibꝰ, vbi si nõ ampliaret exceptio redderet̃ inutilis, vt per Euerar. in cẽtiloquio, loco ab exceptione ad regulã, & ita videt̃ secundũ hanc Bar. opinionem tenẽdum, idemque asserit dicẽdum gl. ansi, in d. l. 25. tit. 1. par. 7. quoties pœna ipso iure imponitur, inter has tamẽ opiniones concordiam ipse constituerẽ, scilicet quod prima opinio Alberi. & sequaciũ procedat quoties hæredes defuncti intra annum moriẽtis à die latæ sentẽtiæ numerandum, intra ipsum annum defendũt bona

na & allegant contra sententiam, nam tūc quemadmodum defunctus audiretur, si viueret, ita & eius hæredes audiendi sunt. secunda vero opinio quoties lapso illo anno vellent hæredes allegare de iure defuncti, & æqua concordia videtur, licet ad dictas opiniones non videtur tenenda, & quia videt contra text. nostrū tantū reum ipsum iubentem admitti & nō alijs casib' in quib' crimina morte extinguunt. Et ideo super concordia cogitabis. Ex quibus remanet conclusio scilicet quod tantum in delictis, quæ morte non extinguuntur, si delinquens absens moriatur intra annum à die condemnationis numerandum, hæredes eius audiendi sunt quo ad pœnas pecuniarias, sicut & quoad infamatorias nō vero in alijs delictis, quæ morte extinguntur, & sic declarabis quartam limitationē in gloss. y no sobre, supra hac lege positā. Item notandū est ꝙ quoad pœnas corporales cadaueri mortuo inferendas, vel infamatorias putà quia statua est concremanda, hęredes defuncti † audientur ex tex.
172
in. l. 7. in. fi. titu. 8. par. 3. quinimo & quilibet de populo potest memoriam defuncti defendere † si post mortem contra eū
173
procedatur ad executionem pœnarum corporalium, vel infamatoriarum, secundum Simancas, de institu. catholi. titulo. 18. de defunctis numero. 15. crederem tamen quod si hæredes istius delinquentis absentis probarent de aliquo impedimento audirentur etiam quoad pœnas pecuniarias & bonorum confiscationem quantumcunque lapsus esset annus quemadmodum & defunctus audiretur, prout & in hæresis scrimine asserit Simancas vbi supra titulo secundo de absentibus numero fin. & supra hac lege dictum est. Et an in casu in quo pœna pecuniaria transit contra hæredes, teneantur hæredes vltra vires hæreditarias, tradit Couarr. libro tertio variarum capitulo. 3. numero. 8. & supra diximus. Sed num si absens moriatur ante latam sententiam contra eum lapsis tamen iā præconijs & edictis, si postea feratur † sententia condemnatoria bono-
174
rum & pecuniarum, an exequetur contra hæredes defuncti ipsis non vocatis neque auditis, & in delictis, quæ morte extinguntur nulli dubium est nullam esse sententiam latam non vocatis & auditis hæredibus defuncti absentis condemnati, secundum Anton. Gomez. tomo tertio capitu. 2. numero 12. & Simancas, de institu. catho. titulo de defunctis nume. 15. & 33. sed in delictis, quæ morte non extinguntur quantumuis aliquod dubij existeret, idem tamen esse crederem', eò quod lex nostra tātum loquitur & procedit in casu in quo absens condemnatus moritur iam lata sententia intra annum pronuntiationis ipsius sententiæ & quia habemus. l. 7. titul. 8. partita. 3. decidentem tunc bona defuncti ante sententiā decedētis hæredibus esse tradenda, quoniam morte delictum fuit extinctum, & sic inquit Matth. Afflict. in constit. Sicil. lib. rubr. 3. numero 14. iudicem, antequam sententiam contra delinquentem absentem ferat, debere se informare an absens ipse sententiandus viuat nec ne: & quia si de innocentia rei apparet, non potest princeps in conscientia
175
bona † retinere, vt existimat, Clarus lib. 5. sententiarum quæst. 44. n. 5.

Ibi, [y hecho el secresto de los bienes,] intellige, casu, in quo locum habeat secundū quod in principio huius legis diximus.

Ibi, [q̄ no se puedan conseruar sin ser deteriorados] approbat lex nostra in ijs verbis dicta per Bart. in. l. interesse numero. 3. ff. de acqui. pos. & facit text. in. l. fin. titulo. 8. partic. 3. & ita de iure ciuili testabatur communem esse opinionem Curti. intract. de secrestis. quæst. 23. secutus per Villalobos, in suo ærario mille com. opin. litera. S. numero. 87. & ita de consuetudine seruari testatur Clarus, libr. 5. selectarū senten. in pract. crimin. §. fi. quęsti. 44. nu-
176
mer. 3. & qualiter bona sequestranda † debent adhibito inuentario sequestrari, & depositari, & vendi bona tempore peritura, ante Clarum vbi supra declarat optimè Simancas, de instit. cathol. titulo. 43. de officio receptoris numero quinto cum pluribus sequenti. quem referre sufficit.

Ibi, [por otras leyes,] quæ est. l. 7. tit. 6. lib. secundo supra. Et ijs tota lex remanet absoluta ad laudem Dei & eius beatissimæ matris, cum hoc titulo decimo.

SEQVITVR TITV. XI.

De los assentamientos que se hazen por action real o personal en los bienes de los rebeldes en las causas ciuiles.

ET quia supra titulo proximo dictum est, qualiter procedatur contra absentes contumaces in causis criminalibus culpatos, ideo & subsequenter sequitur noster titulus prouidens contra debitores ciuiles absentes contumaciter quo nam modo procedatur.

Ibi, [de los assentamientos,] quod nomen latine & secundum ius ciuile decretum appellatur, vt in hac .l. & in .l. 1. tit. 8. part. 3. & .l 2. titu. 4. lib. 2. fori Itali tenutã Galli recredentiam nominant, secundũ Io. Igneum in auth. ex causa, col. 36. C. de lib. præte. & hanc recredentiam Imbertus vocat possessionem fiduciariam, quam quis sub manu regia tenet, quasi fide data acceptam, à fiducia dictam, secundum Budæum, in .l. 2. verbo vinditias. ff. de orig. iur. in annotatio. pandectarum, & Rebuf. in constit. Fran. titu. de senten. executori articu. 1. gloss. 4. to. 1. n. 1. Istudq; nomẽ decretum pluribus modis sumitur in iure de quibus vt aliena relinquamus traditur p glossatorẽ Salmantinum, hñc col. 1115. cum seq. Sed quo ad nostram materiam sumitur pro iussu iudicis de mittendo aliquem in possessionem bonorum alicuius, & est duplex: primum, scilicet & secundum, vt declaratur per dictum glossatorem, colum. 1116. in fine cum sequenti, de quibus per vnum ego tractatum habebam, quem quasi vidisset imitatus est ispe glossator Salmantinus, & hæc pro rubrica.

LEX. I.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter & quomodo decretum est interponendum contra contumacem citationi non comparentem declar at lex nostra.

IN huiusque legis declarationem fecit vnum tractatum Auendaño, inter responsa sua, qui vocatur tractatus primi & secundi decreti, vbi nostram legẽ in quinque partes diuisit, & ad eius materiam elucidandam aliqua præsupponit per ipsum videnda, solum vnum in eius propositum pro nostra lege sumendum est ab eo, scilicet, ideo dispositionem legis nostrę processisse, eò quod rei solent citati subterfugere iudicium, & ideo solet dici, reddi inuitum, secundum text. in .l. inter stipulãtem. § sacram. ff. de verbo. obli. & quamuis multa à iure essent inuenta remedia ad coercendũ reũ cõtumacem, ex omnibus duo præcipua lex nostra elegit, vel quod procedatur ad probationem & sententiæ diffinitiuæ probationem cum citante, vel ad missionem possessionis bonorum ipsius contumacis virtute primi & secundi decreti, de quo remedio fuit facta mentio in .l. 1. & per totũ ff. ex quib' causis in pos. eatur, & in .l si finita. §. Iulianus. ff. de dam. inf. & in .l. cum proponas, & in auth. ei qui iurat. C. de bon. auth. iud. possid. & in ca. quoniã frequenter. § fi. vt lite nõ cont. & in tit. de los assentamientos part. 3. & ibi gloss. & per DD. ibidem, & Maranta, in practi 6. part. titu. de contumacia num. 12. pagi. 388. & Auenda. vbi supra & glo. in rub. tit 8. par 3. & Matth. Afflictis optime in constit. Sicil. libr. 1. rub. 97. per totam, qui plura in propositum annectunt de hac materia, quæ missa faciam vt textualia declaremus prout instituti nostri semper est.

Ibi, [los rebeldes que no quierẽ venir,] qui quidẽ veri cõtumaces dicuntur, cõtu max

1 max enim apparenter † verus is dicitur, qui dixit ſe non venturum, vel ſi nihil dixit, non tamen venit, ſed abſque cauſa neglexit citationem ſecundum Bart. in l. ſi. numero. 11. ff. de reſti. in integ. vbi optimè declarat, quis ſit verus, & quis fictus contumax, & ibi eius additio numero. 11. litera, E. ponit vnam regulam, ſcilicet, q
2 ille, qui citatur à iure † fictus, non autē verus contumax, iudicatur, ſecus ſi ab homine, operaturque inueſtigatio hæc, quoniam ſi eſt verus contumax non auditur appellans, ſecundum Bart. vbi ſupra niſi doceat iuſtè fuiſſe impeditum, vt per DD. maxime Alexan. in l. 2. §. ſi quis in iudicio ff. ſi quis cautio. fictus vero contumax auditur appellans, vt per Bart. vbi ſupra & per alios in alijs pluribus locis ordinarijs, & extraordinarijs. Quibuſque pœnis contumax puniri poſsit. vltra Auenda. vbi ſupra in prima parte, videndus eſt Maranta, in practi. titulo de contumacia, & Bertachinus in repertorio ſuo, verbo contumax punitur.

Ibi, [d' mejor condicion, neq; debet ex ſua malitia & contumacia commodum contumax reportare, nam cum præſumatur
3 eſſe in malitia † donec veniat, ſecundum Bal. in Margarita, in verbo contumax, verſiculo quarto & in dolo eſſe dicatur. l. non poteſt dolo carere ff. de reg. iur. l. ex conſenſu. ff. de appellat. Bar. in l. minor. l. 1. ff. de mino. non debet quis ex malitia & dolo commodum reportare, contra l. verum. §. hoc quoque. ff. pro ſocio neque melioris conditionis exiſtere, quā ille, qui non eſt contumax, qui quidem cō demnatur cum præſens ſit.

Ibi, [fuere emplazado en perſona,] aliter enim non proceditur in abſentia citati ad ſententiæ diffinitiuæ prolationem, neque ad interpoſitionem primi, & ſecundi decreti, vt ex text. noſtro bene inſpecto probatur. nam cum lex noſtra in principio diſponat citationem in perſonam faciendā quantumuis poſt alia diſponat cenſetur diſponere cū præſuppoſito illo, quod reus citetur in perſona, quoad omnes caſus
4 noſtræ legis, nam quando lex † vnum diſponit, & alterum præſupponit, vt habeat locum diſpoſitum, verificari debet præſuppoſitum, ex gloſſ. communiter approbata, in l. mancipia. C. de furtis, quam communiter approbari aſſerunt quam plures DD. relati per Menochium, in tracta. de recuper. poſſ. rem. 9. numer. 151. clauſulaque in principio poſita ad omnia ſequentia referenda eſt, ſecundum Bart. & DD. in l. ſi idem cum eodem. §. fin. ff. de iur. om. iudi. efficaciæque maioris eſt clau
5 ſula † præcedens ad declarationem ſequētium, quam ſequens præcedētium, ex pluribus allegatis per Tiraque. in titulo de retractu linagi el. §. 1. glo. 14. numero. 52. folio. 98. ſecundum vnam impreſsionem, & ſecundum aliam eſt in numero. 25. pagin. 237. & quia quoties in principio diſpoſi
6 tionis inſeritur † aliqua clauſula, ſi articuli ſequentes non habent clauſulas, quibus commodè determinari poſsint, determinandi ſunt ex clauſula illa in principio, vel in fine poſita text. in l. ſi quis legata. ff. de condi. & demonſt. ad hoc allegato per Abb. in capitulo ſecundo requiris numero. 11. de appellatio. fol. 110. & iterum ibidem per eum numero. 4. hic tamen in principio noſtri text. de citatione in perſona facienda, quaſi quodam generali præſuppoſito, dictum & diſpoſitum eſt, ergo ad omnes clauſulas & determinationes ſequentes, quæ quidem effectū à citatione percipiunt, citatio hæc in perſona facienda, referenda eſt, & ſic ad caſum vtrunque ſiue per viam probationis cauſa proſequa
7 tur, ſiue † per electionem primi & ſecundi decreti, & ita etiam probari videtur, ex optima. l. 108. titu. 18. partita tertia. quam allegat Auenda. hic in fine. 3. part. numero. 21. quicquid ipſe ibidem male aliud velit dicere, intelligendo verba noſtri text. de citatione in perſona, ad caſum in quo via probationis eligatur, non vero ſi primi & ſecundi decreti, ſed fallitur, prout fallitur etiam gloſſ. in l. 1. titu. 8. part. 3. & Didac. Perez hic. col. 1122. in prin. verſiculo vltimo hæc citatio debet fieri in perſona, quos optimè & nouiſsime reprehendit, Villalobos, in ſua Antinomia iuris ciuilis, & regij litera. C. numero. 3. & Olanus in concordia Antinomiarum, litera. C. num. 13. & 14. & voluit gloſſ. ſibi contrarius. l. 6. titulo. 8. partita 3. verbo, o en ſu caſ., & Didacus Perez ſibi cōtrarius in l. 1. hoc ti. de los aſſentamientos queſt. 30. col. 1132.

&

& sic in practica receptum videmus, quod ad interpositionem primi decreti requiritur citatio in persona prout & de iure ante erat, secundum Innocen. & Abb. cap. fin. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. & asserit Monterroso, in practi. in. 2. tracta. de via ordinaria en lo ciuil in via de assentamiento fol. 29. in princ. & hoc nimirum est, nã est nimis præiudicialis interpositio primi decreti lege nostra attenta eò quod facta citatione ad primum decretum, ad secundũ nulla est necessaria citatio. Ex quib⁹ & cessant dicta per Bar. in. l. meminerint. C. vnde vi. relatum per Menochium, vbi supra numer. 74. & 75. dicentem ad primũ decretum sufficere procuratorem citari, quoniam ad secundum decretum erat omnino pars principalis in persona citanda, sed cum ex. l. nostra nulla citatio ad secundum decretum sit facienda, mirum non est si in persona citati debeat prima fieri citatio, neque sufficiat ad domum fieri, vel procuratorem citari, nisi reus ipse mali-
8 tiose latitet, † nam tunc ad domum posset etiam hodie citari, secundum gl. 1. C. causamque de dolo & contumacia & Innocen. in, dict. cap. fi. & dicemus in. l. fin. verbo en su persona, titu. 2 1. infra isto li. quia lex nostra speciales casus & fallentias non censetur derogare, in quibus alias de iure citatio ad domum sufficit. Est tamen quæstionis, num ad interponendũ decretũ, vel ad persequẽdã viã pbationis
9 citatio trina requiratur † vel vna peréptoria pro tribus, vel an sufficiet vnica etiam non peremptoria citatio, & videtur, quod trina requiratur, ex dictis per Didacum Perez hic quæstion. 9. per totam, maximè in versiculo, & secundum supra dicta, colu. 1120. prout & tenet glo. no querien do in dict. l. 1. tit. 8. part. 3 robaturque ex litera antiqua nostri text. quę tamen litera cum in lege nostra non inferatur vnicã tantum citationem etiam non peremptoriam in persona tamen factam sufficere credo ad prosecutionem vnius ex dictis vijs, tum quia tex. hic in singulari numero pluries & geminatiuè loquitur.

Ibi, [por el emplazamiento,] & ibi, y no viniere al plazo, tum etiam quia ex dictis per me in. l. 2. gloss. 1. titulo. 3. supra isto libro vnica tantum sufficit citatio etiã non peremptoria, sicque videtur ex text. nostro approbari doctrinam Innocen. in cap. ad petitionem, de accusatio. asseren-
10 tis citationem personaliter factam † si citatus non veniat, pro peremptoria haberi & eam solam sufficere, quamuis de iure aliud antea per DD. asseratur, teste Didac. Perez hic column. 1119. versic. idem si nihil dixit, & ita in propositum visus est tenere Didac. Perez hic column. 1121. in princ. licet ipse post & male, intelligendo leges de Madrid, in superiorib⁹ tantũ loqui velit ab hoc recedere, cum leges illæ de Madrid, vnicam tantum citationem requirentes, vt in. dict. l. 2. titulo. 3. supra eod. li. dixi in inferioribus etiam loquantur, & procedant; & pro hac etiam opinione videtur tex. expressus. l. 2 infra sequenti.

Ibi, [como si fuera emplazado por tres terminos,] ergo contentatur legislator vnica tantum citatione simplici, cũ assimilet eam trinæ citationi, & ita teneo, si tamen citatio illa vnica peréptoria fuit, nulli dubiũ quin sufficiat, ex ijs, quæ diximus in. l. 1. gloss. magna. 3. requisito titul. 7. supra isto libro. 4. quicquid velit Auendañ. lucin prima parte num. 11. versi. & ex ista cum sequent. posset tamen opinio Auen. procedere in tribunalibus vbi ex stylo & consuetudine habetur citandi peremptoriè, vel accusandi tres contumacias, prout in hoc tribunali Placentino, datur enim citatio in forma, & in persona notificatur quod si reus citatus non comparet in termino, & actor accusat contumaciam, & eligit viam de assentamiẽto iurat id quod petit, se petiturum si reus esset præsens, & iubet iudex in aliam audientiam alterã accusari contumaciam, & in secunda si nõ comparet iubet tertio accusari contumaciam vt deueniatur ad primi decreti interpositionem.

Ibi, [y no viniere al plazo,] accusata per actorem in termino contumacia, alias enim scire posset an venerit, vt in gloss. sequen. dicemus.

Ibi, [sin mandado del juzgador,] par est enim non venire, & venire, si-
11 ne licentia † tamen iudicis recedere, prout tradit Bar. & Boeri. in. l. consentaneum. C. quomo. & quando iud. & vterque contumax dicitur, secundum Ias. amplian

pliantem,& limitantem in l.qui ante Kalẽdas numero quinto.ff.de verbo obliga.& Bar.& Alexan.in numero.25.&.26.l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.inf.& communem dicit Didacus Perez hic colu.1133. quæstione.14. parum tamen hodie momenti iudicatur,quod post comparitionẽ ad terminum reus illicentiatus recedat,nõ enim ex hoc contumax habetur,neque licentia petitur, neque est necesse quod de licentia in actis appareat,& sic de consuetudine obtineri in patria sua testatur Octauianus,in decisione pedamonta.3.nume. 2. vnum tamen est notandum quod debet in termino accusari contumacia alias remanebit circũ ducta,ex.l.& post edictũ.
12 † ff.de iudi. notat Octauianus vbi supra num.4.& Didacus perez in dict.quæstio. 14.& faciunt dicta per nos in.l.1. titulo 4.supra hoc libro, in glossa, que sea auido.

Ibi,[vaya por el pleyto adelante a recebir testigos,] & hoc parte sic petente fieri,vel saltim non contradicente,neque viam primi & secundi decreti eligente, tunc enim via ordinaria tenetur iudex ꝓcedere, neque viam aliam eligere potest nisi parte volente,hoc enim indicat ordo verborum nostri text.& ex verbis eius clarissimè demonstratur,maximè ex versiculo hoc,vaya por el pleyto adelante, & ex versicu.pero si,& ex tota nostri tex.cõtextura,& quia non potest fieri citatio ad primum & secundum decretum nisi ad partionem,secundũ Bar.in.l.si finita.§.Iulianus,col.2.ff.de dam.inf.& ideo in actis debet apparere,quod ad instantiam partis citantis iudex citationem fieri iussit, alias non valeret,secundum gloss.& communem,in l.sancimus.verbo contumacia.C. ad Trebellia.cõmunis,secundum Bologn. ibi relatum per Didacum Perez.hic colu. 1121.quæst.11. & ratio est quoniam ad primum seu secundum decretum deuenitur per officij iudicis implorationem à parte præmissam, non autem iure actionis, prout est sententia Cyni in.l.cum proponas.C.de bonis auth.iud.possiden. & Bal.in auth.ei qui numero.12.C.eo.ti. & Orosciũm in.l.iubere caueri, num.14. col.555.ff.de iuris.om iudi.& ideo quod nisi pars petat, iudex officium suum non petitum nõ impartitur,ex dictis per DD. in.l.4.§.hoc autẽ,ff.de dam.inf nisi in casibus ibidem per Bar.Alexan.& Ripam,declaratis,& hac de causa iuste noster text. præmisit via ordinaria iudicem esse prosecuturum parte citante aliud non petente.

Ibi,[assi como si el pleyto fuesse cõtestado.] nam licet ad testium receptionẽ ante litis contestationem procedi nõ possit,secundum tex.in l.2.tit.16.pa.3.nisi in casibus positis per tex. ibi & tres leges sequentes, neque ideo minus ad sententiæ
13 diffinitiuæ pronuntiationem, secundũ tex.in l.properandum.§. sin autem reus. C.de iudic.quia deficiẽte cõtestatione deficit primum & substantiale fundamentũ iudicij,secundum gloss.& DD.in.c. in literis,de offi.delega. nisi in casibus positis per Auenda.in præsenti.1.p.n.2.&.3.tamen quia pinguius remedium,quo actori contra reum consulitur est, procedere ad sententiam diffinitiuam,per quam controuersia litis penitᵘs cessat,vt.l.1.ff.de reg.iur. & habetur tale iudiciũ pro veritate,l.ingenuum.ff.de statu homi.iniquumque videbatur, quod rei comparentes in iudicio durius dicto remedio coercerentur,procedendo contra eos ad sententiam diffinitiuam,quam absentes contumaces, quiquidẽ in hoc essent melioris conditionis quam præsentes,quod esse non debet,inmodoque procedendi semper debet acci-
14 pi, † quod durius est contumaci, & vtilius aduersario,secundum gloss.& Bar.in l.quandiu.ff.de acqui.hær. ideo per text. nostrum prouisum est remedio nouo nostri text. vt ac si lis esset cum absente contumace contestata posit procedi contra eum ad testium receptionem,& sentẽtiæ diffinitiuæ pronuntiationem, vel ad missionem in possessionem ex primo & secundo decreto si actor voluerit, fuitque vtilis & necessaria hęc dispositio ad coercẽdas absentium contumacias, secundum Auenda.hic.d.1.p.n.3.versi. verumquia, cum sequent.vbi inquit ex hac ratione idẽ statutum esse in Italia,maxime in ciuitate Florentina,idque nimirum nam si per legem statui potest,& statuitur ex.l.1.titu. de las contestaciones,supra hoc libro, vt reus non contestans infra nouem dies li-

te m

tem habeatur pro confesso, quanto magis statui poterit, vt lis pro contestata habeatur, prout aduertit Auendaño dicta prima parte numero tertio ad finem ex hoc inferens rationem fundamentalem dictæ. l. primæ de las contestaciones, & numero quarto infert etiam vnum singulare, scilicet quod licet regulariter contumax non agat de euictione, quia sententia lata contra eum, præsumitur lata propter contumaciam, ex text. in. l. & ideo. ff. de euictio. l. 36. tit. quinto partita quinta tamen si contra có-
15 tumacem † electa est via probationis, & lata est sententia diffinitiua, si per probationes factas constiterit de iustitia actoris, reus contumax condemnatus potest de euictione agere, pro quo ipse Auendaño, allegat gloss. & Deci. & considerat dictam. l. partitæ ad hoc, quod tamẽ si generaliter intelligas, pcedere nó credo verum, & ideo cum grano salis intelligendum est hoc dictum esse verum & procedere, nisi ex aduerso venditor ipse contra quem agitur de euictione, in ipsa euictionis instantia probauerit intentionem contrariam ex qua constet iniustè latam fuisse sententiam illam, & sic propter contumaciam emptorem agentem de euictione fuisse condemnatum, tunc enim nihil releuaret probatio facta per actorem in instantia contra emptorem illum facta, imputet enim sibi emptor si venditorem in tempore non requisiuit, neque voluit comparere ad se defendendum, sed si venditor ipse in euictionis instantia nihil probaret contra sententiam per emptorem præsentatam & probationem super eum factam, tunc vtique procederet dictum illud Auendañi, quoniam via probationis obseruata & sententia lata ex vi eius emptorem ipsum contumacem excusant & transferunt onus probandi in venditorem conuentum de euictione ex traditis per gloss. nolo. l. 32. titulo. 5. partita quinta, & Alexand. in. l. non solum. §. morte, numero. 46. ff. de noui op. nun. & Couarru. libro. 3. varia. capitulo. 17. numero. 6. ad finem, cum sequent. po-
16 tuit enim emptor agnoscere † bonam fidem, secundum Afflictis decisio. 49. numero tertio & Couarru. vbi supra vlterius ipsemet Auendaño dict. numero quarto, versiculo sed quia dico, assignat plures differentias inter legem nostram, & illam de las contestaciones, & numero. 9. pluries eas concordat, quæ cum non sint instituti nostri per ipsum videbuntur.

Ibi, [sin otro emplazamiento,] vbicunque enim fuit quis primo citatus, & non venit, non est vlterius citandus
17 † etiam ad actus alios citationem requirentes, secundum Innocen. & alios relatos per Tiraquel. in tract. res inter alios acta limita. 11. & quamuis secundum Tiraqu. ibi contrarium communiter DD. teneant Innocentij tamen & Sequacium opinio quoad nostram materiam approbata videtur per tex nostrum, qui cum generaliter loquatur generaliter debet intelligi, sed an & idem erit quoad alias materias stylo tribunalium relinquo dicidendum. Et an si quis citatus dicat se nolle venire sit vlterius citandus, tradit ipsemet Tiraquelus vbi supra limi. 9. & 10. & alibi memini dictum, & quid si citatione facta equum ascendit ibidem dixit & alibi nos, est tamen
18 verum quod licet ad alios actus † non esset quis citandus, ad sententiã tamen citari debet, secundum Hippol. in. l. vnoquoque numero. 56. ff. de re iudi. nisi citaretur prout quotidie sit in ipsa prima citatione ad omnes actus & sententiam & tassationem expensarum inclusiuè, nam tunc neque ad sententiam erit alia citatio necessaria, vt probatur in. l. 1. titulo. 2. supra eo. libro.

Ibi, [pero si el demandador quisiere,] hic, secundum Auendaño in præsenti incipit secunda nostri text. pars, in qua secundum eum ponitur noua & singularis decisio, scilicet, quod licet actor possit petere contra reum contumacẽ vt ad sententiam diffinitiuam procedatur, nihilominus si actor vult non vti hoc remedio etiã si lis pro contestata habeatur potest petere vt mittatur ex primo decreto in bonorum possessionem, & melius diceret, in bonorum detentionem, vt ex dictis infra gloss. tenencia apparebit, & hoc est quod tex. hic in versiculo, pero si dispone, ex quo, & secundum eundẽ Auend. redditur

X noua

noua & singularis decisio nostri text. scilicet, quod sicut de iure commu-
19 ni poterat procedi † ad missionem ex primo decreto ante, vel post vere litem contestatam; secundum gloss. in.l.consentaneũ.C.quomodo,& quando iud.ita & eodem modo quãdo ficte habetur pro contestata, potest ad dictam missionem procedi, in quo Auenda.reddit dispositionem nostri tex.nouam & singularem, quamuis meo videri parum dubij aut nihil esset de casu ficto, nã si in casu in quo vere lis est contestata licebat missionẽ hãc petere & facere, quare & in casu ficto, nõ licebit, cum fortius esset in nostris terminis id peti, & fieri, in casu vero, quam in ficto, & horum rationem assignat ipse Auẽda. eò quod qui eligit vnum remedium nõ prohibetur & aliud eligere ad executionẽ suæ actionis, neque per electionem primi sibi prędicat in secundo, ex quo quantũuis quis ad executionem suæ actionis ele-
20 gerit viam probationis, non tamẽ † prohibetur post eligere viam missionis, & econtra, secundum Abb.& deci..per eum allegatos, quod optimum & singulare est, vereor tamen quod ad nostri tex. materiam refutari possit ex tex.in.l.fin.infra eodem titulo & libro per argumentum ab specificatis & specialiter dispositis in vno casu, ibi enim tantum permittitur id fieri propter latitationem minoris conuenti, ergo casus ille dispositionem in contrarium inducit, vt latitatione deficiente, neque contra minorem, neque contra maiorem liceat primum remedium intentatum deserere, & aliud eligere, stante tamen latitatione liceat, ex dicta.l.finali, quæ quidem licet id in minore prouideat, idem prouidisse censendum est in maiore latitante, nam vbi maius dubium adesse poterat prouisit lex illa, & sic in eo quod minus dubium est, vt in maiore latitante, censetur idem prouisum, præsertim cum in maiori eadem ratio militet, quæ in minore latitante militat. Aliud etiam nouum & singulare notandum est prouisum esse per legem nostram, scilicet, quod ad faciendam missionem hanc
21 † ex primo decreto, quamuis antea ex gloss.in.l.secunda.C.vbi in rem actio. debebat præcedere summaria informatio de debito, hodie tãmen ex text. nostro non requiritur, nam si text. hic concedit quod possit actor eligere viam probationis, vel quod possit petere missionem hãc reo citato non comparente, datur manifestè intelligi, nullam esse necessariam debiti informationem præstare, sed sufficere contumaciam accusari, & quod reus citatus non compareat, pro vt latius Deo volente probabimus in gl.que den.infra eo.

22 Ibi, [y pidiere,] ergo libellus † requiritur ad primam hanc ex primo decreto missionem faciendam antequam reus citetur, prout requiri asserebat Bart.in dict.l. finita: §. Iulianus numero quinto. ff. de dam.inf.nam cum text.hic petitionem ab actoris parte requirat, quid est libellus nisi petitio, & quid petitio nisi libellus, ergo ante citationem libellus est proponendus. Imola tamen relatus, & secutus per Didacum Perez in pręsenti colum.1122. quæstione.13.inquit nullam ante citationem requiri libelli propositionem, & hanc veriorem & frequentiorem testatur ipse Didacus perez ibidem & ita quotidie practicatur, nam citatio absque libello datur & aliquando cum eo, eius tenore in citatione inserto, & sic in electione actoris est, velit ne proponere libellum, imo & citatione facta ad missionem hanc non solet proponi libellus in scriptis, sed in actis petitio quędam inscribitur per tabellionem, nisi qualitas causæ aliud requirat, iubeatque iudex proponi petitionem & libellum in forma & in scriptis cum consilio aduocati, nam tunc sic esset faciendum, secundum Didacum hic colum.1123.in principio, & iterum in versiculo sequent.incipienti, sed an post primum, fundaturque ex text.in.l. fi. titul.17.infra hoc libro, dum solam facti veritatem requirit inspiciendam, neque libellum, vel petitionem in scriptis afferendam esse disponat, nisi aliud ad petitionem aduersarij iudex iusserit esse faciendum, imo neque in petenda possessione ex secundo decreto libello opus est, secundum Orosciũ in.l.iubere cauere numero.15.colu.555.ff.de iuris.om.iud.vbi & inquit optimè ipse Oroscius.n.11.cum sequen.quod & in omnibus alijs causis, qua in

in damni infecti iudicio locum habet, hæc materia primi & secundi decreti quamuis differentiæ aliquæ constitui possunt, quæ per ipsum ibidem referuntur. Et sic notandum pro regula est, quod in omnibus fere
23 † causis ex quibus agere possumus habet locum missio hæc ex primo & secundo decreto, secundum Orosci. vbi supra & Didacum Perez, hic colum. 1128. quæstione 22. vbi cum aliquibus sequent. prosequitur qualiter fiet in seruitutibus, & qualiter in beneficialibus, & spiritualibus, & criminalibus causis, & in vassallis, & iuribus prohibitis alienari in vita possidentis, de quo vltimo traditur per gloss. in. l. en tantos, in. l. secunda, titulo octauo partita tertia. Pro materiæ tamen nostræ declaratione est aduertendum, quod via hæc primi & secundi decreti tunc locum habet, cum causa est maioris valoris sexcentum marapetinorum, non vero si minoris secundum tex. in. l. 15. ti. 8. li. 2. supra & in remissione ad nostrum titulum notat copilator nostræ recopi.

Ibi, [que el juzgador sea tenudo,] intellige de iudice mistum vel merum imperium habente, alius enim non potest mis-
24 sionem hanc † primi & secundi decreti facere, nisi in causa damni infecti, quæ celeritatem desiderat, vt in. l. quarta. §. primo. ff. de damno infecto, & sicut non potest missio hæc nostri tituli fieri nisi ab habente mistum, vel mreum imperium, ita neque reuocari, secundum Didacum, hic colu. 1117. quæst. 4. missio enim ex primo decreto ex quacunque causa fiat misti imperij est, & mandari regulariter
25 † nequit, sicut neque missionis huius reuocatio, secundum Oroscium. in. d. l. iubere cauere num. 5. col. 554. ff. de iuris. om. iud. Sed an cognitio, & pronuntiatio demittēdo mandari poterit, tradit ipse Oroscius, ibid. n. 6. cum. 5. sequent.

Ibi [y el assentamiento que se haga en esta manera,] hic ponitur forma & modus faciendi missionem hanc tā ex primo, quā ex secundo decreto, est que hæc tertia huius legis pars, sm̄ Auen. hic in. 3. p. fo. 125. Et an si forma hæc & ordo non seruet corruet decretū interpositum, dicem' Deo volente, in gl. y si bienes, infra hac lege, habes que vnum singulare notare, ex his verbis, & ordine, & forma procedendi, scilicet, ꝙ non requiritur in nostro tex. quod ad de-
26 creti interpositionem aliqua † præcedat probatio, & sic pro omissa habetur, secundum Auenda. d. 3. p. num. 10. fo. 128. sed solum iuramentum requiritur, & interponendum est ab actore asserente sibi rem petitam debitam esse, & quod illam peteret si pars præsens fuisset, & hęc est tribunalium practica, prout in hac reptemus lege.

Ibi, [que si la demanda fuere real,] tunc enim in re petita fiet missio, sed si persona lis fuerit in rebus mobilibus, vel semouentibus si haberi possunt, sin minus in immobilibus, vel in iuribus, & actionibus, argumento tex. in. l. à diuo Pio. §. in venditione ff. de re iudi. & est glo. hunc ordinem ponens, in auth. de exhiben. reis. §. si vero semel. verbo rerum, col. 5. & l. 5. tit. 8. pa. 3. quæ est optima inquantum describit formam sententiæ primi, & secundi decreti, & quomodo feratur quoties pro facto missio facienda est, de quo traditur per Didacum, hic. col. 1124. in fine, sed si agatur
27 hypothecaria tunc fiet † missio in omnibus bonis, & etiam in nominibus debitorum secundum Bald. in auth. ei qui iurat. C. de bon. auth. iud. possid. & gl. en los bienes, in. d. l. 2. tit. 8. part. 3. & Auenda. hic in 3. par. nume. 11. in fine fol. 129. Sed an ad
28 decreti † inter positionem requiratur citatio, dicendum videtur quod sic, ex tex. nostro, dum de purganda contumacia tractat, ex quo citationem præcessisse præsupponit, prout supra in gloss. emplazado en persona, dictum remanet, & quia communis erat opinio de iure ciuili, ꝙ ad interpositionem primi decreti citatio requirebatur, secundum Oroscium. in. l. illicitas. §. vbi decretū. ff. de offi. ꝓconsu. col. 430. n. 39. & 61. Quod vt intelligas hoc modo declaro s. quod citatio debet præcedere, & partis petitio secundum quod supradictū est & tenet Dida. Per. hic. col. 1121. quæs. 11. vt ad decreti viā perueniri possit, statim tamen ꝙ electa est via decreti per partem, quia reus citat' nō cōparuit in termino citationis ad interponendam missionē, nulla amplius requirit citatio, vel diligētia ex tx. nostro, nisi đ stylo tribunalis aliud in practica habeat, ꝓut in aliquib' habetur

tribunalibus, quod spectetur in diem sequentia & secunda & tertia accusetur con tumacia virtute primæ citationis. Est tamen notandum quod si data est licentia
29 † crpiendi rem propria authoritate nulla catatio est necessaria, sm Matth. Afflict. deci. 178. n. 6. si reus id negare nõ poterat

Ibi, [en la tenencia,] idem est ac si diceret tenuta, quę est idem quod decretum, secundum quod diximus in rubr. huius tituli, cumque tenuta, differat à possessione, vt patet ex titu. 30. partita tertia dũ ibi vtitur verbis possessione tenuta, quasi differant; cum de natura copulatiuæ sit poni inter diuersa, & sic qui habet tenu-
30 tam † non habet possessionem, quod Clarius probatur ex. l. nona titul. 7. infra libro quinto, ibi sententiam pro maioratus possessore latam super tenuta, inquit sequendam, saluo tamen iure agendi super possessione & proprietate, & probatur melius ex. l. 11. titulo decimo partita septima ergo tenuta non erat possessio, ex quibus non est necesse in materia nostri tex. disputare, secundum Auendaño, hic tertia parte numero nono, versiculo item ex supra dictis, an recuperet reus veniens intra tempus nostræ legis ad purgandam contumaçiam constitutum possessionem rei, in qua fuit missio ex primo decreto facta, nam cum actor nullam exprimo decreto acquisierit possessionem, sed solum tenutam & eam reuocabilem; non est quid disputemus an reus veniendo intra tempus recuperet possessionem, cum eam nõ nõ amiserit. Eodẽ etã modo disputationi iã loc⁹ est relict⁹, an actor missus ex primo
31 decreto lucret † fructus interim pceptos, quoniam cum possessor non sit, sed tantum nudus detentator fructus non lucratur, & ideo si quos interim perceperit tenetur reo (intra tempus ad purgandam contumaciam constitutum) venienti fructus restituere, vel in sortem principalem imputare ex tex. nostro, & ex tex. in. l. 6. ti. 8. p. 3. & ca. fi. eo. titulo & part. & tradit Auend. hic. in. d. 3. par. num. 3. & 4. lapso tamen tempore purgandi contumaciam, cum actor efficiatur verus possessor lucrabitur fructus, secundum quod Deo volente dicemus in glo. que sea. huius legis. Ex quibus approbari videtur opinio
32 † Canonistarum dicentiũ missum in realiannte annum non esse possessorem, sed detentorem, reprobata opinione legistarum asserentium etiam ante annũ esse possessorẽ rei reuocabiliter, vt licet videre ex Viillalobos, in suo ærario mille communium opinionum litera. P. n. 230. & 231. & sic lege nostra attenta, & d. l. 6. titu. 8. par. 3. & maxime. l. 10. titu. 30. par. 3. opinio Canonistarum tenenda est, prout aduertit glo. metido, in. d. l. 2. ti. 8. par. 3. & ideo miror quod glo. illa metido, considerauerit legem illam pro opinione Legistarum cum sit contra eos pro Canonistarũ sententia, & hac de causa non sine mysterio lex nostra & geminauit verbum tenencia nostri tex. & terminum anni abbreuiauit in realibus ad duos menses, & in personalibus ad vnum; & ita teneo, quantũuis Didacus Perez, hic col. 1133. in fine, velit per tenutam possessionem haberi & acquiri, & ita teneo cum communi Canonistarum nostra lege. & dicta. l. 6. attentis. Et an teneatur missus ex primo decreto
33 fructus † non tantũ perceptos, sed & percipiendos in sortem computare, tradit fano, in tracta. de pugnoribus menbro. 5. partis. 5. n. 4. & sequent. fol. 148. in paruis. Et an nunuta cedi posit, vero Didacum Perez, hic, col. 1118. Et notandum est ꝙ mittetur actor in tenutam hanc quoad
34 primum decretum † siue reus posideat rẽ iud. dominij, siue alio modo, licet quoad secundum decretum attenderetur, an possideret rem reus iure dominij nec ne, secundum glo. metido in. d. l. 2. tit. 8. pa. 3. & an debitore carcerato posit peti missio in tenutam bonorum, vide Hippoly. in practi. §. attingam. n. 53.

Ibi, [dos meses,] antea in arbitrio iudicis pendebat, & ex ęquitate per annum reus exspectabatur. prout cõmunem testatur Maranta. in pract. ti. de contumacia. n. 12. pag. 389. in paruis; & Dida. Perez. hic col. 1126. in fine & ex. l. 6. ti. 8. pa. 3. vnus annus in reali, & quatuor menses in personali dabantur, ex lege vero nostra duo mẽses in reali, & vnus in personali asignantur ad purgandam contumaciam, & quare plus temporis in reali quam in personali per legem nostram statuatur, tradit Auẽda. hic. in 3. par. n. 9. versi. sed est nunc dubium

binis fol. 128. neque potest tempus hoc per iudicem vllo modo abbreuiari, neque prolongari quia tempus est mere legale, secundum Didacum Perez, hic col. 1127. in princ.

Ibi, [o lo embargare,] idem erit tunc effetac si decretum esset interpositum, vt in cap. contingit, de dolo & contum. & in l. 4. titulo 8. part. 3. imo & alijs etiam pœnis potest affici reus decreti interpositio-
35 nem † impediens, de quibus in l. 3. eo. tit. & par. & Auenda. hic. d. 3. parte nu. 5. versic. & extende. fol. 127.

Ibi, [en tenencia,] in propositum horum verborum aliqua diximus supra in gl. tenencia. Aduertendum que est, quod in quantum in præsenti probatur, actorem mittendum esse in tenutam bonorum iuxta mensuram debiti declarati, vel rei petitæ, quod hoc intelligendum est & habet locum, quoties actor non est persona suspecta, vel res, in quam fit missio, est immobilis; alias enim si esset mobilis & actor
26 persona suspecta † tunc vtique debet fieri sequestratio, & actor non mittitur in rei tenutam, secundum Abb. relatum & secutum per Auendaño vbi supra nu. 7. & ante eum tenuit gloss. que demandaua, in. l. 2. ti. 8. par. 3. & facit tex. in l. 1. ti. 9. ead. par. 3. & cum duobus numeris sequent. alias ponit declarationes Auendaño. d. nu. 7. quæ per ipsum videri possunt, cum præ manibus habeatur. Et quid si res in quam fit missio, non potest seruari absque mag-
37 no incommodo † vel periculo, dic quod poterit statim vendi, & pretium eius seruari, secundum gloss. vn año, in l. 6. titulo octauo partita tertia: & facit tex. & quæ ibi diximus in l. fin. in fine supra titulo proximo. Sed an contra minorem procedi poterit ad primi decreti interpositionem, & Auendaño, hic in tertia parte numero octauo, inquit quod non, quia non potest tædio affici. ideoque inquit ipse quod statim habebit locum secundum decretum, cuius quidem dictum in secundo eius membro falsissimum reputo salua eius pace, nam si ipse Auendaño fatetur, primum decretum contra minorem non esse interponendum, quando quidem, tædio affici non potest minor, quomodo secundum decretum interponemus, cum ad secundum per primum deueniatur, forma que legis nostræ omnino seruanda sit, essetque peioris conditionis minor quam maior, ideoque tenendum est cum Alexa. in dicto. §. Iulianus numero sexagesimo cum sequent. quod contra minores & Ec-
38 clesias datur primum decretum sicut † contra maiores, & per illud peruenitur ad secundum decretum dum tamen talis minor latitet, & se abscondat, secundum text. quem pro hoc considerauit Didacus Perez. hic col. 1125. quæstione. 18. sub. l. fin. infra isto titulo, vbi id ita expresse probatur vt dubitationi iam locus non sit, mirorque de Auendaño quod legem illam non conspexerit, notandum tamen est quod si minor hic ci-
39 taretur ad causam † absque curatoris vel tutoris authoritate, nullam incurret talis minor contumaciam etiam si non compareat citationi, & sic nullas tunc ratione contumaciæ deberet expensas, quoniam contumaciam non incurrit, propter quam expensæ debentur secundum Auenda. dict. 3. parte numero. 13. versiculo, item si reus, eo quod citatio fuit nulla quia non habebat legitimam absque curatore personam comparendi in iudicio, vt ex toto titulo. C. qui legitim. perso. stan. in iud. habeatur. Vlterius notandum est quod ad interponendum primum decretum non debet iudex multum festinare, & sic si eo interposito reus pro-
40 bauerit iustam absentiæ † causam, restituetur, secundum gloss. primam & ibi Abb. numero sexto in. capi. contingit. de dolo & contumacia, & idem dicerem quantumuis esset secundum decretum interpositum, prout voluit gloss. dict. ca. contingit, dum de missione in possessionem loquitur, quæ per secundum decretum secundum ius cacanonicum fiebat, prout remanet dictum sub glo. tenencia la. 1.

Ibi, [hasta en quantidad de la demanda,] similis est text. in l. cum proponas cum authen. ei qui iurat. C. de bon. author. iud. possid. & text. in. c. quoniam §. fin. vt lite non cont. & tex. in l. 2. titul. 8. par. tertia licet anteà iure digestorum secundum glo. per tex. ibi in l. 1. ff. ex qui

caus. in pos. eatur, in omnibus bonis
missio hæc facienda erat, ex lege tamen
nostra hodie pro debiti mensura fit, &
itidem pro expensis, secundum Auenda.
hic in dict. 3. parte numero. 12. in princ. &
gloss. en tantos in d. l. 2. titulo. 8. par. 3. &
Abb. in ca. fi. §. fi. num. 7. extra, vt lite non
contest. ex gloss. in d. auth. ei qui iurat. te
41 nuta † in bonis concedi potest pro expē
sis factis & faciendis, secundum Bar. in l.
fulcinius. §. si quis. 2. ff. ex qui. causis in pos.
eatur, quod si amplius quam pro debito
& expensis fieret missio hæc nulla esset
42 † saltim quo ad excessum, secundum Ca-
pitiū, decisione Neapoli. 41. nume. 9. quā-
uis si tantum in æstimatione rei capiendæ
erraretur non esset nulla, secundum Af-
flictis, decisi. Neapo. 178. num. 8. & Pine
lum in reperto. l. 2. C. de rescin. ven. 1. pa.
cap. 4. numer. 9. non enim est de essentia,
quod res in quam fit missio tantum valeat
quantum quantitas, quæ petitur, sed &
plus potius debet valere secundum gloss.
& allegatos per glossatorem Salmantinum
hic col. 1124. in fine, cum sequent. &
probatur ex tex. nostro ibi, y si mas valiere,
dum tamen non sit excessiuus valor ille
debiti mensura maior, & an sit necesse ap-
pellare, si missio non fiat pro mensura de-
biti ex gloss. sequenti de cerpes, alia circa
hæc diximus in gloss. proxime præceden-
ti.

Ibi, [y si bienes muebles no se halla-
ren,] adde vel se mouentia, nam mobiliū
appellatione etiam semouentia continen
tur secundum tex. in l. mouentium. ff. de
verbo signi. optima. l. 4. titu, 29. p. 3. & ibi
gloss. Sed an venient iura & actiones mo-
43 bilium appellatione †, tradit Speculat. in
tit. de resti. spoli. §. 2. & de fructibus & in-
teresse. §. 1. versicu sed pone prælatus &
sequent. & ibi Ioan And. & per Bar. in l.
potest. ff. de auth. tut. vbi dicunt quod sic
saltim quando esset necesse quod inter
mobilia numerarentur, adeo vt nomina
debitorum ad pœnas etiam soluendas ve-
niant, secundum Oldad. consi. 218. licet
non venirent redditus & seruitia vel qua-
si, & iura, quæ immobilibus comparantur
secundum Specul. dict. titu. de resti. spoli.
§. secundo, versiculo, ad huiusmodi nume
ro vndecimo, & an mobilium appellatio-
44 ne † pecunia, aurum, argentum, pecudes,
libri contineantur, tradit Benuenutus
in tract. de mercatura prima parte nume-
ro. 76. cum sequent. aliquibus, & an
in confiscatione bonorum veniant iura
& actiones, vide Clarum libro quinto
sententiarum. §. fin. quæstione. 78. nu-
mero nono, & de ijs omnibus latissime
agit Pinelus in prima parte rubr. C. de
bonis mater. numero vigesimoquarto cū
sequent. pluribus & Acosta in. C. si pa-
ter verbo suis bonis numero tertio pagi-
na. 159. vbi & alia de appellatione bono-
rum proponit, ipsos referre sufficiet. In de
fectum tamen bonorum mobilium (vt
ad nostram legem reuertamur) immo-
bilia dari possunt in tenutam iuxta debi-
ti mensuram. Sed an si ordo hic dan-
di prius mobilia, vel semouentia quam
immobilia, non seruetur, valida erit
45 decreti interpositio & missio † in pos-
sessionem ita quod expensæ debeantur
si intra terminum comparuerit contu-
max ad purgandam contumaciam, &
Auendaño hic in tertia parte numero vn
decimo, versiculo, & nota, inquit quod
sic. quamuis adsit iusta causa appellandi,
sed si non in ordine capiendi bona, sed
in quantitate debiti erretur, quia in ma
iori summa quā deberetur fieret missio,
ipso iure esset nullum decretum in con-
trarium tamen imo quod nullum sit de-
cretum & nullæ debeantur expensæ, si
dictus prætermittatur ordo facit, quo-
niam textus noster nouam formam &
ordinem introducit procedendi in hac
decreti materia, & sic omnia in ea con-
tenta censentur esse de forma substantia-
li, eo quod quoties lex aliquid intro-
46 ducit de nouo cum certis † modifica-
tionibus omnia in ea contenta censentur
esse de forma, secundum Decium rela-
tum & secutum per Tellium. l. tertia tau-
ri secunda parte numero decimosexto in
principio imo & de substantialibus cense-
tur, secundum Auendaño responso. 14.
in fine, vbi inquit, quod tunc neque per
æqui pollens impleri posset, si ergo forma
hæc substantialis est, ea non serua-
ta, corruunt in contrarium acta,
ex allegatis per Auendaño in dict.
responsorio. 14. ad fin. versiculo &
quod

quod ista qualitas .§. & tenet Matthæus Afflictis in constitutio. Siciliæ. libro primo rubr. 97. numero. 16. maxime secundum eum ibi adest clausula annullatiua, ta
47 lis enim clausula † declarat omnia ibi adie cta esse de forma, secundum Loazes, in allegatione sua de Mula, dubitatione prima septimo fundamento pro Oppido numero secundo pagi. 64. in paruis. , cumque nulla sint acta, nullæ eorum debentur expensę, ex dictis per nos in. l. tertia supra titulo proximo in gloss. por tres plazos, & tradit hic Auendaño dict. tertia parte numero. 13. versiculo, item si reus, & tunc de nullitate agendum est, & hæc sunt quæ pro hac considerari possunt parte, nihilominus tamen crederem tenendum quod si reus non appellauerit & protestauerit nullitatem, eò quod contra dictum ordinem proceditur non annullabuntur in contrarium acta, cum consensisse pars videatur non appellando, secundum quod in terminis. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. re iudi. se habet communis opinio prout Deo volēte dicem' in. l. fi. ti. 21. infra isto li
48 bro. Quid tamen si non † rite fiat decreti interpositio, vt quia sine citatione, recto tamen facta sit, id est pro vero debito de quo constat, an debet reuocari decreti talis interpositio, ex quo esset iterum de nouo danda, tradit melius omnium, quos viderim Bertachinus in repertorio suo verbo tenuta seu missio, versiculo decimonono vbi tandem concludere videtur & placet mihi, quod debet reuocari hæc decreti interpositio & denuo reiterari, neque potest dici de nouo eam cōcedo, quia adhuc tunc ad eam concedendam non est facta citatio, quæ requiritur fieri vt decretum interponatur, secundum quod in hac diximus lege & ex ea probatur. Sed an
49 nullitas alleganda debebit allegari † in sexaginta dies de quibus in. l. secunda titulo. 17. infra eodem libro & in hoc Auendaño in præsenti tertia parte numero. 15. versiculo sed est nunc, concludit quod sic, & quod ijs sexaginta diebus elapsis non audietur amplius pars super nullitate hac, quod tamen videtur contra tex. in ea. l. secunda. nam cum illa lex loquatur per verbum sententia, in dubio de diffinitiua debet intelligi, secundum gloss. in. l. prima §. quod in sententijs. ff. quando appel. sit. l. prima capitulo de senten. l. quod iussit. ff. de re iudi. gloss. & Alexan. in. l. prima in principio. ff. quod quisque iur. singulariter per Alexan. consi. 50. volum. secundo text. cap. cum olim, verbo sententiam recepturę de testibus. notatur cap. super eo. & ibi philip. de appella. Card. clem. 1. quæstione quinta oppos. 3. de re iud. not. in. l. penult. C. quorum appella. non recipi. verba enim in potiori significato capiēda sunt, hæc tamen interpositio decreti inter locutoria sententia est. secundum tex. & ibi gloss. inter locutoria. in. l. 2. ti. 8. par. tertia, etiam si fiat missio ex secundo decreto, ergo non comprehenditur ex dispositione dict. l. 2. item quia hic opponi videtur nullitas per viam exceptionis & sic perpetuo, opponi potest, annalia enim ad agendum perpetua sunt ad excipiendum, ex vulgari iuris Brocardico, & in ea. l. 2. Deo volente dicemus, ergo habemus intentum, nihilominus tamen vera mihi ijs non obstantibus videtur dicta Auendañi opinio cui non obstat illud q. diximus de sententia diffinitiua quoniā licet interpositio decreti sit interlocutoria sententia, habet tamen vim diffinitiuæ, quia post eam super decreto illo alia non spectatur, vel potest dici diffinitiua eò quod diffinit vnum articulum substantialem causæ, vel quia continet aliquid dari vel fieri, & tunc vim diffinitiuę habet, secundum Maranta, in practi. sub titulo decisoria iudicij numero. 44. & 45. pagina. 517. in paruis, appellatione vero sententiæ † venit ta
50 lis sententia, quæ vim diffinitiuæ habet, secundum Ioan. Andr. post Abb. in capit. peruenit, de appellatio. quem & alios allegat Bertachinus, in repertorio suo, verbo. sententia capit. primo versiculo vigesimo secūdo, ergo de hac etiam decreti sententia lex illa secunda intelligenda est, neque obstat, quod in præsenti quæstione per viam exceptionis allegatur, & sic in perpetuum potest nullitas hæc allegari, quia vltra quod hoc non est in terminis dictæ l. secunda adeò firmum, vt ibidem dicemus Deo volente, non in viam exceptionis allegatur in nostro casu & materia nullitas hæc, nam cum text. noster missum in possessionem posses-

ſorem efficiat lapſis noſtri tex. terminis, & intra eos detentorem rei in quam miſſus, eſt ſi Dominus rei illius cōpareat poſt vtens iuris remedio pro rei illius recuperatione, partes actoris ſuſtinere dicendum eſt, & ſic nullitatem non in viam exceptionis, ſed principalis actionis allegari & intentari aſſerendum eſt prout notat Auendanius hic dict. tertia parte numero 17. in principio, ex Barto. in l. de pupillo. §. fin. ff. de nouiop. nunti. & Decio, conſi. 43. & ideo tenenda erit opinio de Auendaño, vbi ſupra, ſcilicet nullitatem decreti eſſe allegandam intra ſexaginta dies dictę l. 2. niſi ſit talis nullitas, quæ ex elapſis allegari poteſt de qua ibidem dicemus. Vlterius ex verbis ijs noſtri tex. itidem notādum eſt vrgere multum verba hæc contra glo. rerum in authen. de exhiben. reis. §. ſi vero ſemel, dicentem in hac decreti miſsione non ſeruari ordinem. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. vt primo capiantur mobilia, &c. nam ex textu noſtro gloſſ. illa reprobatur & damnatur, & gloſſ. illam & ſimiles reprobabat etiam Abba. in dicto capitulo. §. fina. numero ſeptimo, extra vt lite non conteſtata.

Ibi, [de purgar la rebeldia,] vt enim contumax audiatur contumaciam prius
51 † purgare tenetur, & ſic id quod impenſum eſt in eundo ad iudicium, vt. l. eum quem temerè. ff. de iudi. l ſexta titul. octauo partita tertia inſuperque & quod datum eſt aduocatis, tabellionibus, & procuratoribus, ſecundum Auendaño hic dict. tertia parte numero. 13. in principio, præſtito iuramento à parte quod hæc expendit, ſubſecutaque iudicis taxatione, ſecundum Didacum Perez, hic columna 1126. in principio ita q̄ decreto interpoſito ſi reus venerit intra terminum noſtræ legis, in perſonali intra menſem, in reali intra duos menſes, ſolueritque expenſas vt dictum eſt, præſtiteritque fideiuſſorem de ſtando iuri, etiam ſi poſsideat immobilia, nam fideiuſſor hic pæſtatur in adium contumaciæ præteritæ, ſecundum tex. in capitulo paſtoralis, in fine, de offi. ordi. l. ſexta & ſeptima titulo octauo partita tertia nam qui ſemel eſt contumax non eſt amplius fidendum de eo niſi fide iubeat, tunc enim, ijs factis, reuocatur tenuta, & decreti primi interpoſitio, auditurque de nouo reus ipſe ſi actor petit, ſecundum Auendaño hic tertia parte numero. 13. in principio & numero. 17. in princ. & Didacum, hic columna. 1125. in fine cum pri m. ſequent. In tantūque reficiendæ ſunt expenſæ hæ, quod re & verbo debent ſolui, neque depoſitio pecuniæ ſufficiet, neque audietur reus ſi dicat, quod procedatur in cauſa, nolitque rem recuperare in quam miſsio facta eſt vſque dum in cauſa procedatur & determinetur ad huc enim tunc non eſt audiendus niſi refectus expenſis, vt optimè in noſtra materia inquit Auendaño vbi ſupra numero 18. verſiculo & nota cum verſiculo ſequenti, idque regulare eſt, vt contumax
52 non audiatur † niſi refectis expenſis, ex l. ſancimus, vbi omnes capitu. de iudic. vbi Iaſon ampliat pluribus modis, & notat Menochius, de arbitrarijs iudicū. lib. 1. quæſt. 36. nu. 1. vbi nu. 4. rationem annectit, & idem Menochius, ibi. lib. 2. centuria. 2. ca-
53 ſu. 154. caſus tamen † ſunt in quibus nullæ ſunt reficiendæ expenſæ, primus ſi contra abſentem ex iniuſta cauſa fuit proceſſum vt notat Innoc. in c. ſi. infi. de eo qui mitti. in poſ. Secundus ſi allegetur decreti interpoſitionem eſſe nullam & ita appareat, ſecundum Auendaño dict. tertia parte numero. 13. tertius in minore citato & non comparente propter quod decretum interponitur, non enim reficit expenſas ſi abſque auctoritate tutoris aut curatoris fuit citatio facta, ſecundum Auendaño vbi ſupra numero. 17. verſiculo quod ſupra, niſi minor latitaret, vt in l. fin. infra eod. probatur, vel eſſet rite & rectè citatus, nam tunc dicit expenſas reficere antequam audiatur ſicut maior, ſecundum Bart. qui ita eſt intelligendus, in l. ſi finita. §. ſi forte. ff. de damno inf. Marſi. in l. de vnoquoque numero. 235. ff. de re iudi. relatos per Menochi. dict. quæſt. 36. num. 1. quamuis ſi dolus hic minoris latitantis eſſet præſumptus; quia non probaretur eſſe verum dolum, tunc etiam & à refurrectione expenſarum eum excuſarem ſi contra dolum ipſum præſumptum peteret reſtitutionem, vt dictū eſt ſupra in l. 3. gloſſ. 1. ſupra, titu. proximo.

mo. Quartus casus est si allegatur iustum impedimentum & probetur, tunc enim & audiri debet nullis refectis expensis, secundum Auend. hic dict. num. 13. & faciunt quæ diximus in l. si supra titu. proximo, & in alijs locis, idemq; esset si reus ipse vellet dare fideiussorem de stando iuri, allegaueritq; se non fuisse contumacem, tunc enim super hoc audiendus est etiam nullis refectis expensis, imo & super tenutæ reuocatione, & postea discutietur an debeat expensas, secundum Auend. in dicta. 3. part. nu. 17. versi. sed aduerte, quod vltimum ego intelligerem, quoties iusta & rationabilis causa apparenter allegaretur, & iustificaretur, ex qua constaret & iudex informare animum suum posset, nõ esse contumacem, aliter enim posset facile elidi nostri text. dispositio, nullusque assereret fuisse contumacem, & ideò similis allegatio est statim aliquali informatione iustificanda, vt super ea audiretur pars nullis refectis expensis. Est tamen notandum quod secundum Auen. dict. num. 17. versic. tamen vnum nota, quod ad reuocatio-
54 nem tenutæ † cum reus comparet ad purgandam contumaciam, debet actor citari qui rem detinet.

Ibi, [Hasta vn mes,] anteà erat arbitrarium secundum gl. in l. penult. C. de bon. author. iud. pos. & secundum diuersas opiniones varium tempus constituebatur, vt licet videre ex Menochio, de arbitrarijs iudicum lib. 2. centuria. 1. casu. 6. & ex legibus partitarum annus erat determinatus, prout supra hac lege in glo. dos meses dictum est, ex text. tamen nostro iam habemus terminum assignatum ita vt non sit iam opinionibus locus, & tempus hoc abbreuiari non potest, secũdum Didacum Perez hic, in col. 1127. in princ.

Ibi, [A los plazos dichos,] ex ijs verbis dum in plurali constituuntur numero & sic ad personalem & realẽ referuntur missiones, manifeste colligitur, quod hodie le-
55 ge nostra attenta etiam in reali † habet locum missio in possessionem ex secundo decreto, quanuis gloss. in l. si finita. §. Iulianus, alias est sub. §. si plures. ff. de dam. inf. corruptè relata per Didacum Perez hic, colum. 1129. quęst. 27. dixerit quod non posset tamen illa glo. saluari hoc, scilicet modo, quod cum per lapsum mẽsis in personali, & duorum mensium in reali detentor & missus ex primo decreto in tenutã ipso iure, secundum text. nostrum absque alio iudicis ministerio efficiatur verus possessor, prout in glo. que sea verdadero, dicemus, poterit dici non fieri missionem ex secundo decreto per iudicem, cum ab ipsa lege facta sit per lapsum dicti temporis, & missus effectus verus possessor, & sic nulla noua requiritur citatio, vt per Auen. hic. 3. p. nu. 10.

Ibi, [Queden de en adelante,] ex ijs verbis videtur approbari opinionem dicentium ad secundum decretum nullomodo
56 † requiri plus probationis, quam in primo decreto facta fuerit, nam cum lex nostra dicat, quod lapsis vno mense in personali, & duobus in reali sit detentor verus possessor absque aliquo alio iudicis ministerio manifestè probatur nullam aliam probationem, quam ad primi decreti interpositionem factam & per legem nostram requisitam, in hac constitutione veri possessoris requiri, prout post vidi cõsideratum per Auend. hic. 3. part. num. 10. in fine, & Didacum Perez hic col. 1126. quæst. 20. Sed quænam probatio sufficiet ad primũ
57 interponendum decretum, † & dicendũ est, quod quanuis anteà causæ cognitio super petitis requirebatur, secundum glo. per text. ibi in l. 2. C. vbi in rem actio, hæc tamen causæ cognitio hodie sufficit per partis petentis iuramentum, iurando sibi debitam esse quãtitatẽ illã, & quod si reus citatus præsens esset illam peteret contra eum, secundum Didacum Perez, hic col. 1123. quæst. 15. & melius, colum. 1124. quæstione. 17. per text. expressum in l. 2. titu. 8. part. 3. & tenet Auend. hic. 3. part. nume. 10. debet tamen iuramentum hoc præstari tempore quo missio ex primo decreto interponenda est, & per iudicem iuberi vt fiat, quantumuis antea sit de calumnia iuratum, quasi hæc de missione hac videatur noua instantia & petitio, & sic nouum requirit iuramentum, prout tenent relati per Didacum Perez, hic col. 1124. quæstio. 16. & Auendan. hic 3. part. num. 10. & ita vtitur & practicatur quotidie, prout & inquit Maranta, in pract. titu. de contumacia. num. 12. pag. 389. quicquid

ibi velit ipse dicere, veram de debito requiri probationem ad secundum decretum interponendum, fallitur tamé, nulla enim ampliusquam in primo requiritur lege nostra attenta, & in primo iuramentum sufficit, vt dictum est, non debet tamen omit
58 ti † alias enim esset nullum decretum, secundum Auend. dict. 3. part. nume. 10. in quo tamen debet iudex aduertere, nè nimis grauet partem, secundum Abb. in cap. quoniam. §. fin. num. 39. extra vt lite non cont. quasi velit dicere, nè quam plura bona pro paruo debito capiat, est tamen notandum, quod si lapsis terminis nostri tex. & misso vero possessore effecto peteret missus vt super proprietate silentium reo imponeretur, dicit tunc vere debitum probari, vt in hac. l. in gloss. sobre la propriedad dicemus, & secundum hoc posset procedere quod supra dixit Maranta.

Ibi, [Que sea verdadero posseedor,] in
59 tellige ipso iure † & sic per lapsum temporis executio fit à lege, secundum Auend. dict. 3. part. num. 10. in fin. quicquid dubitet Didac. Perez hic colum. 1124. versic. ex qua lege, & hoc tam in personali, quam in reali cum de vtrisque versiculus hic loquatur, dum ad præcedentia se refert, quãtumuis antea in personali aliud esset, vt apparet ex gloss. 1. in cap. contingit, de dolo & contum. & tradit Auend. hic dict. 3. p. num. 4. versic. sed in quantum fol. 126. in reali tamen idem erat, vt lapso termino missus, verus possessor efficiebatur, ex cõmuni Canonistarum & Legistarum sententia, secundum Abb. in cap. 1. §. in alijs, num. 21. extra vt lite non cont. hodie tamen ex lege nostra idem est quoad hoc in personali quod in reali, in vtraque enim enim ipso iure & absque iudicis ministerio per lapsum temporis nostri text. prout est iam dictum, efficitur missus verus possessor ponderando dictionem, dende en adelante, & verbum sea, quæ executiua sunt & nullum iudicis ministerium requirunt ex quibus Auend. dict. num. 4. & 5. alia infert, & sic vt alio in loco diximus, approbatur hic opinio Canonistarum dicentiũ missum ex primo decreto non esse possessorem, sed nudum detentatorem, & ideo interim non lucrari fructus, prout expresse considerat Auend. dict. num. 4. versic. & per istas, vbi cũ sequent. numeris alias ad ius ciuiles ex lege nostra correctiones inducit, & Dida. Perez, hic colum. 1130. quæstione. 28. missum tamen ex secundo decreto per lapsum temporis nostri text. verum effici possessorem nulli iã dubium ex lege nostra, & sic abinde fructus lucrari, & istè erit vnus secundi decreti effectus, ex quo & alius sequitur, scilicet quod quãuis anteà ad secundũ decretum interponendum latitatio requirebatur, vt apparet ex Glossatore Salmantino, hic colum. 1126. quęst. 19. hodie tamen ex tex. nostro non requiritur latitatio, sed per lapsum temporis nostri text. verus possessor absque aliquo iudicis & partis ipsius ministerio efficitur, vt dictum est, neque cita-
60 tio † aliqua iam ad secundum requiritur decretum, prout antea requirebatur, secũdum Glossatorem ipsum, dict. col. 1126. in princip. & glo. de los. l. 6. titul. 8. part. 3. per text. ibi, tempus enim interpellat pro ipso, & sic nulla alia quam lapsus temporis nostri text. requiritur citatio, vt dictũ est, & tenet Auend. dict. 3. part. numero. 10. in fin. ad faciendam tamen venditionem bonorum captorum lapsis nostri text. terminis de æquitate inquit ipse Auendan. dict. 3. part. num. 19. & 20. partem ipsam requirendam. Sed an hic verus possessor
61 lucrabitur † fructus, & dicendũ est quod sic, nam hic est principalior possessionis effectus, vt fructus ex re possessa lucretur possessor, & ex iuris rigore scripto ita tenẽdum & fatendum est, prout tenent gloss. Bartol. & omnes, in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. inf. & probat text. l. 6. titu. 8. partit. 3. & cõmunem testatur Glossator Salmantinus, hic colu. 1130. ad finem, quod tamen verum intelligerem concurrentibus ijs de quibus per Syluest. in summa verbo. vsura. 1. nu. 30. scilicet quod sit verus creditor, & iustè fuerit missus non tantũ ex ordine, sed & ex causa, & propter interesse, quod posset ex pecunia debita sentire, fructus capiet, quia poti⁹ vellet debitũ, quam rem illam, & crederem tunc lucrari possessorem hunc fructus eatenus, quatenus cum interesse ex pecunia illa debita percipiendo ad rationem quatuordecim mille & plus pro milliario fructus ipsi concurrerent, & non amplius, & sic intelligo glos.

gloss.in l.fin.titu.8.part.3. & ibi allegata, & iuridica & rationi hæc consona & conscientiæ iudico & vera affirmo, non enim pro paruo debito consentiendum est fructus magnos percipere, & ita certè post hæc assertum vidi per Menochium, de retinenda possessione, remedio.3. nu. 182. & in similibus casibus, sic videmus quotidie in regijs cancellarijs declarari quotidie imo & quod plus est quod fructus decursi durante termino nostri text, (eo elapso & misso vero possessore effecto) erũt ipsius missi in possessionem, secundum gloss. in cap. 2. de seq. pos. & fruct. sequitur gloss. fin. in dict. l. fin. titu. 8. parti. 3. & tradit Afflictis, decis. 188. quasi lapso termino cum verus possessor missus efficiatur & sic possessio acquiratur fructus interim decursi postquam missus est ex primo decreto ei pertineant propter ius superueniens, neque contumaci restituantur, secus tamẽ esset si in termino purgaret reus contumaciam. Sed an possessor iste ex se-
62 cundo decreto † si turbetur in possessione poterit vti remedio vti possidetis, vide late Menochium dict. tractat. de retinen. pos. remedio. 3. num. 163. cum pluribus sequentib. Ex quibus teneo pro veritate quod cum rei illius in quam missio facta est lapsis nostri text. terminis missus ipse verus sit possessor, non censebitur in alia
63 re possessor, † neq; missus ex secũdi decreti interpositione, quandoquidẽ nullum iudicis ministerium est necessarium ad verã acquirendam possessionem, & ita teneo lege nostra attenta, quicquid voluerit Bartol. in l. cum nullus. §. fin. cum l. sequenti. ff. de bon. auth. iud. possid. secutus per Didacum Perez hic colum. 1127. in princip. idque verum crederem etiam si res illa minoris valoris esset, quã debitum, pro quo missio facta est in ea, quandoquidem in adiudicatione ipsius rei post petenda cùm actor voluerit, id quod minus res illa valebit, supplendum est ex alijs debitoris reb' raro tamen quæstio hæc accidet quoniam semper fit missio in plusquam debetur.

Ibi, [No sea tenudo de responder,] si super possessione, & non super proprietate agatur, prout ex ijs verbis notat Auenda. hic dict. 3. part. num. 19. & sic est declaranda communior illa & verior opinio de iure ciuili asserta per Anton. de Fano, in tractat. de pignori. 3. membro. 5. partis prin. num. 8. dum ibi asserit quod debitor facta adiudicatione ex secundo decreto nõ audiatur, hoc enim verum erit si super alio quam super proprietate vellet audiri, tũc enim non posset, quia cum missus ex secũdo decreto sit verus possessor non audietur super possessione, sed super proprietate tantum, vt & in glo. sequenti dicemus & nisi sic intelligas illam communem, falsa est lege nostra attenta, prout simili statuto stante affirmat ibidem ipse Fano, num. 9. vel nisi ipsam intelligas communem vt procedat, quoties missus effectus verus possessor petit rei missæ adiudicationem & facta sit, tunc enim neque super proprietate audietur reus, vt in glos. sequenti dicemus, vel nisi adiudicatio esset facta vigore rescripti impetrati à principe, iuxta. l. fi. C. de iure domi. impe. quia tunc debitor veniens infra biennium audietur à die concessi rescripti numerandum, & offerendo debitum ipsi creditori resolueret adiudicationem, per text. in dict. l. fin. quæ ita intelligitur per DD. ibi & Alexan. in dict. §. Iulianus, pen. & vlt. col. teste Fano in dicto num. 8. vel nisi secundum decretum, vel vt melius loquar, primum decretum super quo & à quo fundamẽtum capit & robur secundum decretum, esset interpositum ex falsa causa, quia nullum est, secundum Dueñas, regula. 185. vbi amplìat & limitat, vel per sordes, vel aliam nullitatem cõtineret, quoniam tunc etiam misso effecto vero possessore per secundum decretum audiretur debitor super possessione, sicut super proprietate, ita voluit Capitius, decisio. Neapol. 41. num. 10. aliter enim nõ audietur si super alio, quam super proprietate velit audiri, exceptioque hæc impediet litis ingressum, adeò vt quantumuis nihil aliud respondeatur, quam missum verum possessorem, quam quod non tenetur respondere super alio quam super proprietate sufficiet, impedieturque ex tali responsione litis ingressus, secundum Auendan. dict. 3. part. num. 15. fol. 130. col. 4. in princip. & operabitur hoc quod licet secundum text. in l. 15. titu. 5. supra hoc lib. me ibidem adnotante in glo. y que en este mismo termino, quoties allegatur excep-

tio

tio impediens litis ingressum, debeat & tunc lis contestari negando, vel confitendo petitionem aduersarij, in nostro tamen casu nullomodo tenetur iste possessor litem contestari, si super alio contra eum petitio intentetur, quam super proprietate, & excludendus reus ipse aliud petens, imo neque per viã appellationis audietur reus talis, secundum Auendan. 3. parte. dicto. numero. 10. in fine, nam cum sit verus cõtumax non auditur appellans, ipse tamen actor, secundum eundem Auendan. ibidẽ audiretur appellando à denegatione missionis ex primo decreto. Notandum etiã est, quod si missio hæc fiat in alia, quã debitoris re interposito secundo decreto per lapsum temporis nostri text. non debet res illa summariè auferri à possessore illo, & domino eius restitui, sed ordinario iudicio auferenda est, ex text. in. l. à Diuo Pio. §. si post addictum. ff. de re iudicata. Barto. in. l. si is ad quem, nume. 2. ff. de re iudic. notat Dueñas in regulis suis regul. 185. limitat. 1. [illegible]

Ibi, [Sobre la propriedad,] similis est text. in. l. 6. titulo. 8. partita. 3. vbi gloss. de mandar, optimè quærit ad quod vsque tẽpus super hac proprietatis petitione reus ipse audietur, de quo & per Glossatorem Salmantinum, hic columna. 1130. in fine, cum principio sequent. debet tamen in iudicio hoc proprietatis actor ipse, & sic possessor citari, cum eius intersit, non reuocari missionem, vt patet ex dictis per Auendan. dict. 3. part. nume. 17. in fine, cum sequent. operabiturque, secundum eum, inter alia hæc citatio, scilicet quod si missus ostenderit de debito per sententiam, aut publicum instrumentum, vel probationẽ legitimã, antè debet de debito ei fieri satisfactio, quam reuocetur primum & secundum decretum, imo & in tali casu, secundum eum ibi, primum decretum, quoad hoc haberet vim secundi, neque reuocabitur, nisi prius facta dicta satisfactione, & tunc ea facta reuocari poterit, & res restituetur reo super proprietate eius agenti post lapsa tempora nostri text. quibus elapsis super proprietate audiri debet reus hic, nisi ad instãtiam actoris iudex reum ipsum post lapsos menses nostri text. citauerit, vt agat de proprietate intra certum terminum, & ille citatus noluerit agere, neque exegerit rem intra terminum assignatum, cum ad eam exigendam in persona citatus fuerit, & adhoc terminus ei assignatus, quoniam tunc poterit iudex ei silentium imponere, neque reus ipse amplius audietur etiam super proprietate rei ipsius, secundum Auendan. hic 3. parte. numero. 19. hanc communem opinionem testantem, quam & tenet Didacus Perez hic columna. 1129. quæstio. 27. & columna. 1131. in principio, hanc etiam communẽ testatur sententiam, vera tamen tunc de debito probatio requiritur, vt silentium hoc super proprietate imponatur, secundum glossam, deue lo fazer, in. l. 6. titulo. 8. partit. 3. idque nimis iustum quoniam quotiescunque est in facultate & potestate vnius actum cum alio celebratum facere
64 validum, vel inualidũ, potest † cũ eo agi, vt approbet, vel reprobet, vt per Tiraq. de vtroq; retractu. tit. 2. in fi. n. 149. & Capi. decis. Neap. 110. tutusq; aliqua exceptione potest prouocare aduersariũ in iudiciũ, secundũ Ant. Go. tom. 3. c. 1. n. 20. & Didac. Per. in. l. 1. tit. 8. lib. 3. ordi. col. 997. in fin. cum. 2. seq. qui aduersarius sic prouocatus si agere intra terminum assignatum noluerit, silentium ei imponi potest, quo quidem silentio imposito, non est vlterius audiendus: crederem tamen quod quãuis reus iste citatus supradictis comminationibus & diligentijs factis non audiretur amplius etiam super proprietate audiri tum debet si remedium. l. 2. C. de resci. ven. intentaret, putà si respectu debiti pro quo res illa capta fuit, & valoris ipsius rei captæ & adiudicatæ læsio vltra dimidiã iusti precij contingeret, nam remedium dictę. l. 2. habet etiam locum in adiudicatione, & da-
65 tione in solutum, † authoritate iudicis facta, vt per D. Couarruuias lib. 2. Variarum cap. 11. num. 3. relatum per Didac. Perez, in. l. 4. titulo. 8. lib. 3. ordin. colum. 1072. in fine, & per Illustris. Padilla, in ea. l. 2. C. de res. ven. nume. 31. & faciunt dicta per Ias. in. l. pacta nouissima, num. 9. C. de pactis, ex gratia tum fiunt hæc potius quam ex rigore secundum dictos Doctores fit tamen quotidie gratia hæc in tribunalibus superioribus veritatem attendentibus & nequis cũ aliena locupletetur iactura

& hæc

& hęc est noua punctuatio ad dict. l. 2. Sed est dubium quid est hoc, quod tex. noster inquit, super proprietate tantum lapsis mẽsibus & terminis nostræ legis reum audiri nam probare rem esse suam nõ est opus, quoniam vt in suã creditor immissus fuit, ex primo & secundo decreto, probare vero debitum illud, pro quo missio illa facta fuit, esse indebitum, vt inquit glos. & Ioa. And. in additione eius marginali, in capit. quoniam. §. fin. in glo. fin. extra vt lite non cont. esse probandum, & sic de reo fieri actorem, est rigida opinio, secundum Abb. ibi num. 36. ideò ego tunc eam opinionẽ admitterem, quoties agitur quoad admittendum reum intra annum ante secundũ decretum interpositum ad effectum an debeãt restitui expensæ & fructus rei necne, prout ibidem loquitur Abb. sed ad punctum nostrum, de quo nunc agimus, scilicet secũdo iam decreto interposito, à quo tempore creditor ipse possessor verus est, & habet quoad possessionem intentionẽ suam fundatam, tunc vtique vt reus audiatur debet tantum de proprietate agere, & tunc vtique intentanda est proprietas, quẽadmodum intentaretur si ex alia, quam ex nostri text. permissionẽ, de proprietate agendum esset, vt vtique tanquam suam, & ei iure dominij, vel quasi pertinentem restituatur cum fructibus à tempore litis contestationis restituendis offerendo se soluturum id quod realiter apparebit debere reum ipsum de proprietate agentem & tunc creditor ipse tenebitur demonstrare id, quod debetur alias nihil ei soluendũ iudico, quia reus ipsam negatiuam, se nihil debere probare non tenetur, vt potè, quia improbabilis, & quoniam cum de proprietate agat, si probet, adiudicanda ei est res integrè, nulla pecuniæ quantitate soluta, si non probetur per actorẽ deberi, probato tamen debito per cerditorem, & probata proprietate per reum, tunc vtique restitui ei res iubetur prius soluto debito, & quoad fructus perceptos ex re illa per creditorem post secundum decretum interpositum, tunc vtique ad iudicandos illos fructus credo, quos pro rata debiti habito respectu ad quatuordecim pro milliario esset in tempore illo lucraturus, & remanentes reo ipsi iudicarem restituendos solutis prius ex eis expensis necessarijs & vtilibus factis pro illius rei reparatione, prout in hac lege remanet dictum, & hanc credo horum verborum & huius nostræ quæstionis verum sensum & intellectum saluo saniori iudicio & consilio.

Ibi, [Quisiere mas,] sic intelliges legem similem nostræ. 6. titul. 8. part. 3. quod sit in voluntate creditoris & sic missi in possessionem petere, quod vendatur res ei adiudicata, vt sibi de pretio pro ea reperto de debito satisfiat & de expensis non tamen adhoc compelli potest, secundum gloss. almoneda, in ea. l. 6. & sic secundum decretum secundum formam nostræ legis
66 interpositum, operatur † ex text. nostro, vt non sit locus iuri offerendi actore nolente, prout tradit Capitius, decis. Neap. 41. num. 10. & supra in glo. no sea tenudo diximus succinctè, contra quod quamuis ibidem non allegaui facit optima illa. l. 6. titulo. 8. part. 3. permittens lapsis temporibus ad purgandam contumaciam assignatis, & dum res adest venditioni parata, vt de precio eius creditori satis fiat, posse reũ offerendo expensas, rem suam recuperare & dando fideiussorem de stando iuri super debito illo, qui quidem text. est terribilis aduersus supradicta, & aduersus text. nostrum permittentem audiri reum lapsis nostri text. terminis, & tunc prius de debito & expensis satisfacto creditore, nisi dicamus, vel quod lex illa. 6. in hoc per text. nostrum correcta remaneat, vel si correctionem inducere non vis, lex illa. 6. procedat quotiescunque nulla sufficiens probatio de debito facta per creditorem tempore venditionis rei ipsius, vel adiudicationis eius, tunc enim nimirum, si & adiudicationi faciendæ, vel rei ipsius venditioni reus se opponens audiatur, vt ei restituatur offerendo expensas solum, & præstando dictum fideiussorem, noster verò text. loquatur quotiescunque tempore venditionis, vel adiudicationis de debito per ꝓbationem legitimam constaret, tunc enim mirum non est si reus tempore adiudicationis vel venditionis rei ipsius faciendæ non audiatur nisi debitum & expensas realiter offerat, sed si adiudicatio vel venditio nõ est in fieri non audiatur reus nisi super proprietate: vel melius dicendum videtur

detur legem illam. 6. attendisse æquitatē canonicam,qua mediante purgatio morę admittitur,etiam vbi aliàs de iure ciuili nō admitteretur, putà quoties executio est facta à lege,vel ab homine,secundum Bartol. & omnes,in.l.si insulam. ff. de verbo. oblig. & tamen de æquitate canonica admittitur,si aduersarius non est damnū passus,ex cap.suam,de pœnis, & ex pluribus glossis & DD. allegatis per Menesium,in l.siquis maior. num. 25. C. de transactio. quod cum illa lex. 6. partitarum cōsiderasset, admisit reum hunc ad rei petitionem offerendo expensas, & præstando dictam fideiussionem re penes creditorē adhuc existente,pro quo intellectu faciunt notata per gloss.2.in fine.l.8.titu.14. partit.5. & nisi sic legem illam partitarum declares expressa est contra nostrum text.& supra dicta,cumque ius circa debiti petitionem non sit factum deterius actori, meritò ex dicta æquitate canonica reus admittitur, vt dictū est, de quibus intellectibus illius. l.6.latius aliàs cogitabis.

¶ Quibus sic stantibus limitandus est text.noster dum probat verum possessorem non teneri respondere nisi in casibus supra positis super gloss. no sea,sed an si actor occultabit instrumentumquo mediāte reus defendi poterat, putà pactum de
67 non petendo erit nulla adiudicatio † vel venditio,tractat gloss.entregar,in dicta.l.6.tit.8.part.3.notandum itidem est,quod in quantum versiculus hic nostri text.permittit in personali creditorem possessorē posse petere rem,in quam missus est,vēdi, non excludit quin idem sit in reali, nam & in ea poterit creditor ipse hoc etiam facere,cum eadem militet ratio, & lex nostra prouisit tantum in casu difficiliori, scilicet de personali actione, non excludendo realem actionem, & sic cum pro reali actione missio facta est in rem petitam,nullam enim pro nunc reperio differentiæ rationem inter vnam & aliam actionem, in vtraque tamen vt dictum est,vera requiritur probatio vt vendi posit res talis,secundum quod supradictum est in hac lege.

Ibi, [Que entonces sea vendido por el juzgador,] qui quidem faciet citari reum
68 aduersarium † in sua persona,vel in domo si persona reperiri non potest,prout optimè inquit tex.in.l.6.ti.8.p.3.quam adhoc allegauit Auend.hic 3.p.n. 20. vbi inquit de æquitate permitti hāc notificationē,& citationē:nā de rigore qui permittit labi tēpus datū ad purgandā cōtumaciā, videtur habere rem pro derelicto,secundū gl.in.l.prætor.& ibi DD.ff.de dam. inf. & cū per legem illam. 6. æquitatem hanc scriptam videamus, rigori contrario etiam scripto præferri dicendum est,& sic citandum esse reum ipsum ad vltimam hanc, vt ita dicam,rei subhastationem,quemadmodum & ad pignora vendenda,& eorum faciendam dictam finalem subhastationem, vulgo remate,dominus citandus est,vt per Illustriss.Menesiū,in.l.1.in fi.n.19.C.de iur.& fac.ig.& citatione hac facta,si de intentione actoris constiterit plenè,vel per vnū testem & iuramēto partis suppletorio plenę probationis in casibus in quibus locus est delationi talis iuramenti,vt inquit glo. deuelo,in.d.l.6.& Abb.in.ca. quoniam. §. fi.num.39. extra vt lite non cont.fiet venditio rei illius, actore misso in rei illius veram possessionem petente vendi,& hac facta venditione,vel adiudicatione amplius reus non auditur, nisi in casibus supra hac l.in glo.sea tenudo.Sed num poterit creditor ipse missus in possessionem rerum cōpellere reum ad recuperandam possessionem intra hæc tempora,videtur quod sic, ex dictis per Abb.& eius additio.in cap.2. num.fi.extra de dol.& cont.

Ibi, [Y si mas valiere,] idem disponitur in.l.44.titu.13.part.5. in simili casu.

Ibi,[Y si menos valiere,]hoc idem in.d.l.44.cauetur,& tunc pro residuo posset secundum decretum in alia re debitoris interponi, vt inquit Didacus Perez hic col. 1127.q.21.quod tamē verum intelligerē facto prius de nouo primo decreto in illa alia re debitoris, secundum tenorē & formam nostræ legis,quod quidem quoniam hodie raro continget missumfaciamus,nō enim iam creditores vnam rem tantum capiunt;sed duas & pluresbis debito & expēsis valentes,& sufficientiores, in maximū debitorum damnum, & periculum animarum ipsorum creditorū, & hæc pro huius legis exornatione sufficiant,cætera per DD. antiquos & nostros videri possunt.

LEX

LEX. II.

SVMMARIVM LEGIS.

Actor potest sequi viam de assentamiento, vel ordinariam viam probationis, qualem ipse maluerit.

IBi, [Escoger via de assentamiento,] quod quidem quamuis in lege supra proxima statutum fuit, quia tamen non ita clare & distinctè, sicut hic, ideò lex nostra iterum repetijt, dispositionem particularem producens: & an electa vna via possit ad aliam rediri, in glo. pero si, legis supra proximæ dictum remanet.

Ibi, [Como se procediera como si fueran emplazados tres vezes,] versiculus iste cum respiciat vtramque viam, decreti, scilicet, vel ordinariæ probationis per partem electam, de quibus vtrisque vijs prius præ dixerat, & præmisit, est hic text. notandus & nouiter per me consideratus probans, quod siuè ordinaria via probationis, siue decreti via per actorem eligatur, vnica tantum citatio sufficiat, quamuis peremptoria non sit, & habenda est pro peremptoria, prout supra lege proxima in gloss. emplazado en persona, & in alijs locis per nos latius dictū est.

LEX. III

SVMMARIVM LEGIS.

Minore se abscondente, & latitante, contra quem primo per actorem fuit via probationis electa propter non comparitionem in termino citationis, potest actor ipse redire ad viam primi & secundi decreti, idemque si per administratorem minor ipse abscondatur.

IBi, [El menor reo por malicia,] ergo malitia cessante non licebit actori viam probationis electam dimittere, & ad decreti viam transire, vt in. l. 1. huius tituli, in gl. pero si, diximus: est tamen cōsiderandum quod aut ego nō percipio legis nostræ mētem, quod verius est, aut eius dispositio cōtra ius est, nam si inquit lex nostra, quod erat cum minore electa via probationis, & quia minor hic se abscondit datur electio transeundi ad viam decreti, ergo dat text. intelligere, quod minor habilis absque curatore adiudicium existit, aut si curatorē habeat, quod eius curatoris præsentia absque minoris præsentia sufficeret, vtrumq; tamen est contra titulum. C. & ff. de autoritate præstanda, ergo contra ius text. noster processit, & nouiter corrigendo disposuit, quod tamen non credo verū, ideò dicendum videtur quod lex nostra probat quod quantumuis cum authoritate tutoris aut curatoris minor citatus sit, & ob omissam in termino comparitionem elegit actor viam probationis, quod si post constiterit minorem latitare, via decreti per actorem eligi possit, præsupposito tamen, quod reus ipse non fuit citatus ad totā cū assignatione tribunalis, nam si cum ea citatus esset, minor hic & tutor aut curator eius nihil impedimenti erat latitatio minoris, quin prosequi posset contra eum via probationis electa absque alia citatione, cogita meliorem responsionem dictæ difficultati.

¶ Sed adhuc ponamus quæstionē, quid si electa est via decreti per actorem contra minorem hunc, & durante tempore primi decreti interpositi minor se abscondit,

& la-

& latitat, quid fiet, & Panormit. relatus & secutus per Dida. Perez, hic col. 1126. quæst. 19. inquit quod prouideatur tunc curator bonorum, vt actor procedat via ordinaria, & hoc bonum erat remedium stante iure antiquo, quo attento ad secundum decretum erat necessaria citatio in personam vel ad domum si citandus latitabat, sed cum hodie per legem. 1. supra eo. vt ibidem diximus absque citatione & iudicis ministerio per solum lapsum temporis ibidem constituti, secundum decretũ per legem interponatur, nullus curator bonorum requiritur, sed lapso tempore illo minore legitimè & iuridice citato non comparente in termino, sed per lapsum tẽporis illius missus efficitur verus possessor neque necesse est viam decreti relinquere & transire ad ordinariam actore nolente: sed si minor hic esset citatus absque authoritate tutoris aut curatoris, nulla esset citatio, & omnia inde secuta, neque in contumacia constitui posset virtute talis citationis, secundum text. in. l. 11. titulo. 2. partita. 3. & diximus in. l. 3. in princip. tituli supra proximi.

Ibi, [Ordenamos,] pro declaratione horum verborum probantium contra minorem posse primum interponi decretũ vltra dicta in glo. supra proxima, vide quæ diximus. l. 1. verbo, en tenencia. 2. supra eod.

SEQVITVR TITVL. XII.

De los secrestos y embargos.

CVM superioribus titulis dictum & tractatum sit, qualiter rei conueniantur, siue in præsentia, siue in absentia, multotiesque contingat, quod postquã actores reos conueniunt in iudicio, siuè antè siuè post præsentationem libelli, ne res petitæ, vel fructus earum consumantur, vel abscondantur & transportentur, peti solet, vt in sequestro res ipsæ, vel fructus earum ponantur, ideò post præcedentes titulos, subsequitur hic noster, quam continuationem collegi ex principio tituli. 9. partita. 3.

¶ Pro cuius rubricæ declaratione & tituli huius introductione sciendum est, quod
1 sequestratio † est rei de qua agitur depositio, text. in. l. licet, in princip. ff. depositi. adhoc allegatus per Card. in Clement. 1. quæstio. 15 de seq. pos. & fruct. & Host. in summa huius tituli. §. 1. allegatus per Didacum Perez in Princip. huius nostri tituli gloss. 1. columna. 1125. in medio, huiusque sequestrationis triplex est modus, secundum Baldum in. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satis. cog. & Curt. & Sali. in. l. 1. C. de prohibi. seq. pecu. relatos per Didac. Perez hic colum. 1146. quæstio. 21. Aliquando
2 enim persona † & non res sequestratur, putà dum iudex præcipit partibus ne ad locum talem accedant causa rixæ & scandali vitandi, vt in. l. fin. ff. de offic. proconsu. potest enim iudex hac de causa aliquẽ condemnare ne ad domum, vel locum talem accedat, ne vè per illum transeat, ex tex. in. l. moris. versic. sunt autem. ff. de pœnis, adhoc allegato per Anto. Gom. tom. 3. cap. 8. num. 2. ad finem, & faciunt notata per DD. in. l. congruit. ff. de offi. præsi. optimus text. in. l. si vsusfructus. §. sed si inter duos. ff. de vsuf. & quemad. quis vtatur fruatur, tradunt DD. relati per Couar. in pract. cap. 17. colum. 2. ad fin. & per Neuizanis, in sua syluanuptiali, fol. 22. in paruis
3 colum. 2. Aliquando verò res † & nõ persona sequestratur, putà cum mãdat iudex cautiones communes deponi, & ijs duobus casibus possessio non perditur, quia in primo non traditur res tertio, in secundo quia quilibet cohæredum possidet, & originaria etiã exhibentur in iudicio vbi opus
4 est: Aliquando & tertiò sequestrantur † res & persona, & ista est propria sequestratio de qua in. l. 1. C. de prohib. seq. pecun. quia res à persona, & persona ab ipsa re separatur, de qua in nostro titulo tractatur, & in ea an perdatur possessio super textualibus dicemus Deo volente: huiusque vltimæ sequestrationis duplex est forma, vna enim

5 enim est voluntaria †, quæ scilicet fit ex partium conuentione in manu alicuius probi viri, eiusque custodia, cuius fidei committitur, vt eam restituat ei, qui victoriam obtinuerit vnà cum fructibus lite durante perceptis, de qua sequestrationis forma traditur, in l. prima, in princip. §. penulti. ff. de positi. exemplificatur que per. l. licet. ff. eod. titulo. & iste tertius penes quem deponitur vocatur sequester à sequendo, quia vterque contendentium fidem ipsius sequitur ex dictis iuribus, & ex. l. sequester. ff. de verbor. obligatio. tradit Cardin. in dicta Clementina prima, quæstione decima septima, de sequest. possess. & fructu. vocaturque hæc sequestratio & diffinitur, quod est rei, quæ in controuersiam adducitur consensu litigantium apud tertium depositio, secundum Didacum Perez, hic columna. 1135. gloss. 1. in principio, & de hac sequestratione non loquitur titulus noster: Alia verò est sequestrationis forma, de qua hic, quæ quidem vo-
6 catur necessaria, † fitque iudicis authoritate ex aliqua causa à iure permissa, quia regulariter fieri non debet, vt in textualibus dicemus, nisi vbi de iure permissum reperitur, hæcque est, rei de qua agitur depositio, vt in principio huius rubricæ diximus, & dicitur necessaria, quia partes habent necesse eam subire, postquam iudex eam esse faciendam decreuit, vel ordinatio regia, & has secrestationis formas optimè declarant Domi. & Bellamera in capit. quia res. 11. quæstion. prima, vbi declarat Bellamera, quibus modis fiat hæc sequestratio necessaria, de qua & optimè per Cardin. in dicta Clementina prima, in principio, quæstione. 22. & ibi eius additio Baldum & Specul. allegat idem tractantes, & nouissimè Rebuff. in tertio tomo, constitut. Franc. titulo. de seques. seu commiss. articulo. 1. glos. prima, numero sexto, cum sequentibus aliquibus: Estque maxima differentia in-
7 ter voluntariam † & necessariam sequestrationes, quoniam in voluntaria, quæ fit ex partium contendentium conuentione & consensu impeditur & aufertur possessio, in necessaria vero non, secundum Bartol. & DD. in. l. interesse puto. ff. de acquir. posses. plene Alexand. consil. 94. volum. 5. communem testatur Didacus Perez, hic columna 1144. quæstio. 16. & Rebuff. in tract. de pacifi. possessori. numero. 86. in antiquis, & in nouis. numero. 101. & Thom. Gramat. decisione Neapolit. 51. num. 2. vbi ampliat nedum in sequestro. prætorio, sed & in iudiciali, & Ferrara optimè in forma libelli, sequestratio. gloss. 2. & Villalobos, in suo ærario mille. communium opinionum, litera. S. numero. 88. & probatur, ex. l. 11. titulo 10. partita. 7. notat Rebuff. in dict. articul. 1. glossa. 1. numero. 19. vbi inquit ex hoc dicere Bohic. in capit. examinata. de iudic. quod manus regia apposita rei contentiosæ non priuat quem sua possessione,
8 horumque differentiæ ratio † est, quia in necessaria sequestratione, quæ fit iudicis potestate, nulla datur voluntas partis possidentis à quo res aufertur, vt ponatur in sequestro, ex qua voluntate demonstretur partem velle desinere possidere, cum aduersus iudicis iussum pars illa nullam potestatem habeat, imo & ipsa pars
9 vim pati dicitur ex iudicis iussu, † secundum Auendaño, in dictionario suo, in verbo, fuerça, & ideo non est periurus
10 † iurans tradere rem aliquam, quam post propter iudicis sequestrum tradere non potest, secundum Didacum Perez, hic colum. 1143 in fine, cum sequen. quæ-
11 stione. 15. vbi & ipse tradit cautelam, † vt non tenearis pro re penes te sequestrata, vel deposita, alij tradi extraneo iussa per iudicē, scilicet quod creditorem rei illius requiras cum iussu illo iudicis, & te defendas, ne aliàs cogaris rem soluere iterum, de quo & traditur per glo. 1. l. 3. tit. 3 p. 5. & glo. magnam. in. l. 4 tit. 14. p. 5. & Ant. Gom. tom. 2. c. 14. num. 23 ex Paulo, in l. 2. C. si aduersus vendi. & est optima decis. Matth. Affl. 150. n. 21. cum seq. ex quibus vt veritatem habeas notabis, q̄ si iussus iudicis iubentis rē penes te depositā alij restitui, quā ei cuius erat, fiat per per iudicē de quo præsumendum est iuste & iuridice procedere, non teneris facere tot diligentias, quot Didac. Perez, vbi supra, annectit, sed sufficiet dicere, dñe iudex, res hæc, quam à me nunc petis & iubes Petro eam petenti restitui, ad petitionem talis & talis

ex iudicis præcepto, vel ex officio suo penes me deposita est, & ideo non teneor, vel non debet alij quam ipsis litigantibus restitui, quare peto mandatum contrarium reuocari, sin minus ex nunc prout ex tunc & è contra appello, &c. tunc enim si non obstante hac requisitione & appellatione iudex ipse processerit in mādati sui executione, affirmando te in petitis, & in appellatione & absque præiudicio aliorum, restituere illam rem poteris & tradere illis, quibus nunc iubet iudex, quanuis non reprobo sed consulo potius, quod antequam restituas certiores facias creditores rei illius de mandato hoc iudicis alij quam ipsis iubentis rem restitui, præsertim si sciebas vel scire debebas, vel notoriè constabat iudicis mandatum esse iniquum, tunc enim tenereris, hæc omnia facere, secus vero aliàs, quoniam tunc etiam si sponte solueres liberareris, secundum glossam primam, in dicta. l. tertia, titulo tertio, partita quinta, sed si à Ribaldo quodam similis iussus fieret teneris requirere & te defendere & protestari & appellare in forma, & pati te incarcerari antequam restituas, vt optimè per Afflictis, vbi supra nam cum vt ad instituta redeamus, in necessaria sequestratione pars à qua res aufertur, non desinat possidere propter vim mediante iussu iudicis factam ipsum possessorem requires, vt dictum est. In voluntaria vero sequestratione partes ipsæ consensu suo, & conuentione sequestrant, & deponunt rem, ideò nimirum si possidere desinant, quanuis & tunc etiam sint faciendæ dictæ diligentiæ, si res illa alij tertio quam partibus iniuste iubeatur per iudicem restitui, vel per tyrannum: vel secundo dici potest, ideò in ne-
12 cessaria sequestratione † partem non desinere possidere, quia rex aut eius minister, cuius iussu fit hæc sequestratio non intendit, neque ipsius intentionis est possessorem, à quo res aufertur spoliare, vt. l. sequester. ff. de verborum significatione. l. licet. ff. depositi. quas allegat adhoc Didacus Perez, hic columna. 1140. in fine, quæstione quarta, & Boerius, decisione. 172. numero primo, & sic secundum eundem Dida-
13 cum non interrumpitur cursus † præscriptionis per hanc necessariam secrestationem, quod secus in voluntaria, in qua vt dixi, partes ipsæ nolunt possidere, & iudex sic intendit facere, & ideò vnus contra alium litigantem non possidet, licet quoad alios tertios bene possidet, nisi in casu in quo inter eos actū sit, quod sequester possideat, quia tunc neque quoad alios tertios litigantes possiderent, & sic in hoc casu impediretur cursus præscriptionis, prout optime considerat Cardin. in Clemen. prima, quæstione. 18. de sequest. posses. & fructu. & hæc vera vtique quoties res non consistunt in pondere numero vel mensura, secus vero si consiste-
14 rent & numeratæ † traderentur, tunc enim dominium & possesio transit in depositarium, & tenebitur eandem vel similem tradere, secundum textum in. l. 2. in fine, titulo tertio, partita quinta, notandum tamen est, quod licet in necessaria sequestratione possessio non au-
15 feratur, fructus tamen ipsius † rei sequestratæ non debent restitui possessori sed deponendi sunt, secundum textum nostrum in præsenti, qui in hoc nouiter disposuit, & sic quo adhoc perditur commodum possessionis. Et an seque-
16 stratio inhibitio, & descriptio † sint diuersa, tradit Didacus Perez, hic columna. 1146. quæstione vigesima prima, & notandum est, quod vbi non habet locum sequestrum, habet locum
17 rerum descriptio † ad faciliorem probationem, secundum glossam in principio tituli. 9. partita tertia, & Rebuffum in tertio tomo, constitutio. Franc. titulo de sequestratio. seu commissio. articulo primo, gloss. 2. numero nono, & hæc pro rubrica.

(?)

LEX

LEX. I.

SVMMARIVM LEGIS.

¶ Durante rei sequestro fructus rei sequestratæ ponendi sunt in deposito, & est noua & singularis dispositio.

IBi, [Se embargan,] sed nonnè sequestratio, omni iure tam ciuili, quam canonico prohibita est, vt per totum titulũ. C. de prohi. seq. pecu. & extra vt lite pen. cap. 1. & cap. 1. de seq. pos. & fruct. & alia plura iura allegata per Ferrar. in practic. in forma sequestra. gloss. 1. in princip. & fatẽ dum id quidem ita esse, verumtamen tex. nostrum intelligendum esse, vt loquatur & procedat in casibus vbi alias de iure sequestratio permissa est, in ijs enim si fiat, circa fructus ipsius rei sequestratæ, seruanda erit nostri text. dispositio, pro qua declaratione considero verba nostræ legis, ibi, muchas vezes, ergo dat intelligere quod non semper facienda est sequestratio, & si non semper tantum in casibus permissis est omnino intelligenda nostri tex. dispositio, & sic pro regula constitui po-
1 test, quod regulariter sequestratio † prohibita est, nisi in casibus à iure permissis, imo neque interdicto bonorum fieri potest, nisi vbi suspicio superuenit, secũdum text. in l. de pollicitationibus, in fine. ff. de pollicitatio. quem adhoc notat Ias. in l. filius fami. §. diui. lectura. 1. nume. 97. delegat. 1. & Suarez in titul. de los emplazamientos, versic. sed attende, num. 10. pag. 400. & Anto. Gom. tom. 2. Variarum. c. 11. num. 57. & hæc est de pluribus regulis alio in tomo per nos assignatis vbi regulæ non est locus, nisi in casibus à iure expressis, probaturque regula hæc ex toto titulo. C. de prohib. seq. pecun. iuncta. l. 1. titulo. 9. partita. 3. ponente plures casus vbi dicta regula fallit, quas fallentias & ponit Ferrara vbi supra, puta si timetur de dilapidatione, & quæ efficiant quem de di-
2 lapidatione † suspectum, ponit optimè Ferrara vbi supra, & gloss. & DD. in. l. si fideiussor. §. si satisdatum. ff. qui satis. cog. & Rebuff. in dicto. 3. tomo. constitut. Franc. titul. de sequestra. seu commis. articulo primo, gloss. 2. numero. 3. cum sequentibus. & Octauianus Vestrius, in sua praxi Romanæ curiæ, libr. 7. capit. 2. numero primo, cum sequentibus, vbi formam ponit sequestrandi in curia Romana, & ibi Addition. Notandumque est paria esse dila-
3 pidare, vel in proprios † vsus conuertere, prout communem testatur Francis. Curt. in tractatu. de sequestratione, quæstione. 11. numero nono, relatus per Villalobos, in suo ærario mille. communium opinionum, litera. S. numero. 85. & voluit gloss. desgastara, in. l. 1. titulo. 9. partita tertia, quod est optimum ad. l. 29. titulo. 11. partita. 4. Sed an dari potest remedium aliquod ad impediendum rei sequestratio-
4 nem, † & dicendum est quod sic, scilicet per idoneam cautionem & satisdationem de rebus saluandis, & non baratandis, secundum Ferraram vbi supra, nam per similem satisdationem etiam sequestrum factum euitatur, secundum Hippolytum in practic. §. attingam. numero. 58. & Cardina. in Clementina. 1. quæstione. 23. de seq. pos. & fruct. Bernard. Diaz, in regula. 685. & Suarez, in titulo de los emplazamientos, pagin. 400. numero. 5. & Didacũ Perez, hic colum. 1143. quæst. 14. & testantur communem relati per Hispanũ, Villalob. in dict. suo ærario mil. com. op litera. S. num. 80. vbi num. 82. inquit cómu-
5 nem itidem esse quod satisdatio, † quæ secrestũ euitat est de iudicio sisti, & de re nõ baratanda, & secundum Orosc. in. l. si fideiussor. §. satisdatũ, col. 661. in prin. additur tertium per recentiores, scilicet promissio rerũ sine aliqua procrastinatione restituẽdarum si actor in causa vincat. Sed an docendo in continenti de iure suo euitabit,
6 quis & impediet † sequestrum fieri, tradit Didac. Perez, hic colum. 1141. quęst. 15.

inquiens communem esse quod sic. Vltimo est aduertendum quod vt sequestrum
7 fiat † sequentia requirūtur, primò quod saltim constet de iure sequestrum petentis. Secundo debet vocari pars, quia sua interest. Tertio, quod ex parte vnius suspicio adsit. Quarto, quod hoc decernatur à iudice, vnde sequestratio facta inter duos non censetur quoad alios facta: & potest fieri
8 sequestrum in die feriata † etiam in honorem Dei si periculum est in mora & res sequestranda mobilis est, secundum Rebuf. in.3.tom.const. Franc.tit.de seques.& cōmis.art.1.glo.2.nu.8.&.9.

Ibi, [Muchas vezes,] & sic non semper vt diximus in gloss. præcedente: & ideò causa, quæ mouet iudicem ad sequestrum debet ipsum sequestrum præcedere, secūdum relatos per Didacum Perez, hic col. 1143.quæstion.13.& Ferrara. vbi supra.
9 Sed an in causa appellationis, † sicut & in prima instantia dabitur locus huic fructuū sequestrationi, & dicendum est quod sic, etiam pendente appellatione si timetur de dilapidatione, ex cap.fin.de seq.pos.& fructu.l. imperatores.ff.de appellati.adhoc allegatis, per Didacum Perez, hic columna. 1142.quæst.10. & latius, columna.1139. versicul.est alius, & communem testatur Maranta, in pract.titul.de appella.numer. 177.pag.591.in paruis, sed per quem iudi
10 cem † fiet tūc sequestrum an per iudicem à quo, vel ad quem, Didacus Perez, hic columna. 1142.quæst.11.inquit quod si petitur sequestrum antequam appellatio sit superiori præsentata, & per eum recepta debet fieri sequestrum per iudicem à quo, sed si post præsentatam appellationem fiet per iudicem ad quem, & hanc testatur cōmunem opinionem Maranta in practic.in loco supra citato, & Villalobos in dicto ærario mille communium opinio.litera.S. num.83.

Ibi, [Por maleficios,] quod quando sit diximus in.l.3.titul.10.sup.isto lib.verbo, que se deuan secrestar.

Ibi, [Porende mandamos, que no incurra,] & nimirum hoc est, nam in commodum rerum sequestratarū & meliorationem earum redundat, & ideò absque pœna fieri potest, & quia cum ille Dominus rerum ipsarum possessionē per sequestrationem hanc necessariam non amittat, neque priuatus sit, vt in rubrica diximus, mirum non est si absque pœna administrare possessor hic res has possit, quanuis fructus earum, interim quod sequestrum durat, capere non possit, ex singulari & noua nostri text. decisione.

Ibi, [Que los officiales del lugar,] hic habes quis possit sequestrum facere, scilicet iudex loci vbi lis agitatur & tractatur, & qui de re illa sequestranda cognoscit, & cognoscere potest, imo & iudex loci illius vbi lis agitatur, quanuis de causa non cognoscat, potest ad partis petitionem sequestrum facere, si ordinarius loci est, habeatque illius in potentia & habitu cognitionem, argumento traditorum per glos. & Cardi. in Clementina. 1.quæstione.13. de seq.pos. & fruct. Sed singulariter dubi
11 tatur num iudex pœdaneus possit † sequestrare rem maioris valoris & æstimationis, quam super qua propter iurisdictionem suam limitatam posset, putà in iudicibus ruralibus qui limitatam habent iurisdictionem vsque ad certum valorem, num possint rem maioris valoris sequestrare, & videtur dicendum quod sic, sicut & videmus in delegato, qui licet suam iurisdictionem non fundet ante litis contestationem, ex capit. significante de ap
12 pellation. potest tamen deponere † & sequestrare, secundum Bartolum & Paul. per gloss. ibi in.l. si reus paratus.ff. de procuratoribus. Incontrarium tamen videtur facere quod licet in delegato ita sit id nimirum est, quando in potentia & habitu iurisdictionem super re illa habet, sufficientem ad sequestrandum rem illam quantumcunque valoris magni & æstimationis sit, in iudice tamen pædaneo dicto hæc cessant, qui vltra tassam excedere nō potest & excessum inualidum iudicamus, secundum Guidonem, decisione Dalphi. 626.per text.in. l. 2. ff. de iudic. & sic sequestrare rem maioris valoris non poterit, nisi ex aliqua iusta causa, putà ob periculum in mora adeundi maiorem iudicem, vel quia in consequentiam & incidenter esset faciendum sequestrum, argumento text.& ibi traditorum in.l. à iudice. C. de iudic.secus vero aliàs, quemadmodum & neque remittere posset delinquen-

delinquentem iudex ille qui de delicto illo cognoscere non posset quantumuis sub iurisdictione contingeret sua, prout communem testatur Iulius Clarus, in practica criminali.§.fin.quæstione.38.versic. sed quid si iudex, quanuis ipse ibidem asserat se vidisse seruari contrarium, quoniam si iudex habet limitatam iurisdictionem non habet locum prorogatio iurisdictionis, secundum Felin.in cap.P.&.G.numero.12. de offic. delega.& facit illud Decij in capit.prætereà.numero.5. de offic.del.
13 scilicet, quod si iudex limitatam † habet suã iurisdictioné nó potest cognoscere de periurio in causa corã eo vertéte cõmisso.

Ibi, [Ponerlos en fieldad,] quoad fructus enim rei sequestratæ possessor eius pendente sequestro non habebitur pro tali possessore, sed deponentur fructus ipsi secundum tenorem nostri text. prout in rubrica huius tituli diximus, imo & fra-
14 ctus etiam rei immobilis, † secundum textum nostrum, deponendi etiam sunt, & sequestrandi si causa suspicionis adsit, secundum glossam, persona, in dict.l.9. titul.1. partit.3. debetque persona hæc, apud quã fructus deponuntur, esse fidelis & idonea, hoc enim importare videtur verbum fieldad, quod est idem, quod sit sub fide & fidelitate alicuius, insuperque idoneus facultatibus, secundum textum in.l.1. in fine, titulo.9. partita.3. & quæ dicatur per-
15 sona idonea † in hoc casu, tradit Cardin. & ibi eius Additiona. in dict. Clementina 1.de seq. pos.& fruct. quæstione. 14. Sed an poterit quis cogi acceptare sequestrũ,
16 † tangit gloss.fin in ea.l.1. titulo.9. partita.3. quam corruptè allegauit Glossator Salmantinus, hic col.1141.q.6. vbi dicit ꝙ legitima causa subsistente cogit, meli' meo iudicio diceret, ꝙ legitima causa nõ subsistéte se excusandi indistinctè cogeretur acceptare, put in effectu voluit illa gl.fi.dicens quod iudicis officio compellitur quis acceptare, vt præbeat nudum ministerium, non tamen expensas necessarias pro conseruatione rei sequestratæ, quas tamen si impendit soluendæ ei sunt. Sed an in casibus in quibus licet facere se-
17 questrum, licet fieri penes duas † personas, & Didacus Perez hic quæstione.22. inquit quod non, nisi ex causa vt mortuo primo, vel male gerente officium, sed per l.prima in fine, titulo nonó, partita tertia, contrarium probari videtur, dum lex illa in plurali loquitur, & ibi notat gloss. penultima. quod tamen intelligerem quoties necesse esset, putà, quia plures res essent sequestrandæ, quæ apud vnum tantum commodè secrestari non possent, alias vero penes vnum deponi debent, quod & probari videtur, ex.l.13. titulo nono, libro tertio supra, iubente in qualibet ciuitate vnum depositarium nominãdum. Sed an apud iudicem, vel eius officia-
18 lem poterit deponi sequestrum † & glo. fin.in dict.l.1. titulo.9. partita tertia, inquit quod sic, ex text.& ibi gloss.in l.si fideiussor.§ fin.ff. qui sat. cog. & gloss. deponatur in.l.senatus consulto. ff. de offic. præsid. tenentque plures relati per Didacum Perez, hic columna.1142.quæstion. 9. qui tamen tenet nullo modo esse admittendum à iudice ipso, imo ego teneo nullomodo in eum fieri posse, ex text. in dicta l.13. & quia se ipsum quis eligere non potest, quanuis electioni de se factæ per alios posset licet votum haberet consentire, secundum Curiam Pisanam, libro secundo, cap.11. Sed an tali sequestro & de-
19 positario sit aliquod præbendum † salarium tangit Didacus Perez, hic columna. 1141.quæst.8. de quo remitto me ad ea, quæ diximus in dicta.l.13. titulo.9. libro tertio, supra, vbi diximus quod sic, prout & tenet Auendaño in capit.secundo, prætor.numero octauo, libro primo, & Baeça in tractatu. de decima tutorum, capit. 2. numero.19. cum pluribus sequentibus, & nouissime Ioan.Garcia.in tractatu.de expensis, & melio.capit.20. numero.14. & optimè Tiraquel de retract.conuentio.§. quarto, glossa.7.numero sexto, cum duobus sequentibus. & probari videtur expressè ex text. nostro, dum postquam proposuit fructus colligendos esse deponendos, ponit generalem clausulam, quæ ad omnia præcedentia referri potest, ibi, a costa de los fructos, ergo dat intelligere quod expensis fructuum res custodienda tradatur, licet rarò iudices ijs depositarijs salarium solui iubeant, & malè, si constat diligentiam, circa depositum adhibuisse, & in eo sese occupasse,

præsertim si talis depositarius est officialis & sequestro intendens in officio suo destitit laborare. Et an sequester possit depo
20 nere sequestrum, † Didacus, hic colum. 1141. quæst. 7. differit notandum tamen est quod si pecunia deponatur penes tertium propter causam creditoris nolentis rem illam recipere, depositarius ille potest licite reddere mihi deponenti depositum illud re integra, sed si depositum per cre-
21 ditorem † est acceptatum, & denuntiatū depositario nè alij soluat, nullomodo potest sequester deponere & reddere sequestrum absque iudicis licentia, secundum Bald. in. l. acceptam. numer. 5. C. de vsur. vbi subdit vnum mirabile, scilicet, quod si
22 de facto deponens † accipiat depositum fingitur non deposuisse, & censetur depositioni renuntiasse. l. debitor. ff. de vsur. & l. 1. in fin. & ibi Angel. C. qui poti. in pig. hab. notat in materia retractuum Tiraq. de vtroque retractu. titul. de linagiel. §. 7. glo. fin. num. 4. pag. 336. notandum etiam est, quod si fructus deponendi lapsu tem-
23 poris consumi possunt † vendendi sunt, & pecunia eorum deponenda, secundum quod diximus in. l. 3. verbo, puedan, titul. 10. supra eod. aliàs si non venderentur, & consumerentur, teneretur depositarius ad eorum æstimationem, secundum glo. fructibus. in dict. Clement. 1. de seq. pos. & fruct. & ibi Card. in. §. 1. quæst. 2. & an fructus beneficij sequestrari possint, vide per Glossatorem Didac. hic col. 1147. q.
24. & quid si penes ecclesiasticam personā fiat depositum ex iudicis secularis mandato vel ex partium consensu an poterit per
24 secularem iudicē † compelli vt restituat, vide Tiraq. dict. tit. de retract. titu. de conuentione. §. 4. glo. 7. numero. 9. & 10. pagina. 728.

Ibi, [Caya en pena de quatrotanto,] sed an suo iure priuabitur, videtur quod sic, arg text. in dict. Clement. 1. de seq. pos. & fruct. & text. in. l. siquis in tantam. C. vnde vi. & similium iurium probantium, vt infra tit. sequenti, quod nullus potest propria authoritate inuadere rem alienam, aliter enim iure suo priuetur, interim tamen quod res sequestrata est, aliena iudicari potest, quia nescitur cuius erit, ergo & eam inuadēs iuri suo priuatur, vltra nostri text. pœnam prout tenere voluit Didac. Perez hic colum. 1139. in fine, cum sequen. q. 2. adeò vt secundum eum. q. 20. non obstante appellatione incidet in has pœnas, ego tamen teneo contrarium, quia de perdendo iure nihil lex nostra disponit, & priuationi non est locus nisi in casibus à iure expressis, vt alio in loco diximus, tum etiam, quia rigor dictæ. l. siquis in tantam & similium iurium. l. 11. titu. 13. & l. 14. titu. 14. p. 5. & l. 14. tit. 10. part. 7. communi obseruantia explosus est, prout in titulo sequenti dicemus Deo volente & hæc pro huius tituli declaratione videnda sunt, cætera per DD. in locis ordinarijs, & in tractatibus de sequestris videbuntur.

SEQVITVR TITVL. XIII.

De la restitucion de los despojados:

ET cum superiori titulo dictum sit qualiter per sequestrum iudicis iussu factum aufertur res de manu alicuius, vel ex partium voluntate, nunc subsequenter sequitur videre qualiter auferatur per inuasionem & spoliationē per tertiū aliquem propria authoritate factam, qui est titulus in theorica & practica notabilis.

LEX. I.

SVMMARIVM LEGIS.

¶ Nullus potest propria authoritate inuadere res ab alio possessas sub nostri tex. pœna.

CV I. diſpoſitioni concordat, text. in. l.
ſiquis in tantam. C. vnde vi, & text.
in cap. placuit. 16. quæſt. 7. l. 15. titu. 13.
l. 14. titu. 14. part. 5. l. 14. titu. 10. parti. 7.
& l. 10. ibidem, quæ allegat Didac. Perez
hic columna. 1255. quorum iurium ratio
prima eſt ex text. in. §. quia tamen inſti. de
vi. bon. raptorum, ſcilicet, nè dum talia ex
cogitantur aperiatur via per quam inuaſo
res ſuam exerceāt auaritiam, ſemper enim
leges exercitio malitiæ obuiant, text. in. l.
in fundo. ff. de rei ven. vel ſecundo pro ra
tione noſtri text. dici poteſt, ex text. in ca
pit. eum qui. de præben. in. 6. ideò text. no
ſtrum ſic diſpoſuiſſe, vt iam quod non vir
tutis amore, formidine ſaltim pœnæ ho-
minum audacia & auaritia refrenetur, vel
melior ratio erit, quæ naſcitur ex. l. nō eſt
ſingulis. ff. de reg. iur. nè inde maioris tu-
multus occaſio detur, probatur ex text. in
cap. nihil. de præſcrip. & l. pen. ff. ad. l. cor.
de ſicar. vbi tumultus in populo vitari de-
bet, ex quo fundatur communis Bart. opi
nio. in. l. iuſte poſsidet, num. 3. ff. de acqui.
poſ. vbi quando iudex commiſit licentiā
occupandi rem propria authoritate, poſ-
ſum eam capere, ſecundum glo. vulgato.
in. l. meminerint. C. vnde vi. intelligi tamē
debet, ſecundum Bart. vbi ſupra, niſi inue
1 nerit † reſiſtentem, & ibi Iaſ. nume. 19. &
num. 21. hanc communem dicit, & ex ra-
tione noſtra fundatur, ſcilicet, nè maioris
tumultus occaſio detur, & hæc pro noſtri
text. ratione ſufficient.

2 Ibi, [Si alguno,] ſed an fœmina †, vel
hermafroditus comprehenduntur ſub ijs
verbis, & dicendum videtur quod ſic,
prout in ſimili caſu tenet gloſſ. magna in
princip. dict. l. ſiquis in tantam. C. vnde vi.
quam ſequitur Bart. ibi numero. 3. Bald.
4. Salic. 2. & Hippolytus. in. l. ſiquis vi-
duam. numero. 5. ff. de quæſtionib. Curt.
Seni. conſilio. 9. numero. 34. & eam dicit
à DD. ſecutam Decius in. l. fœminæ, nu-
mero. 93. ff. de regulis iuris, & Ripa in ca-
pit. ſæpe, numero. 88. cum tribus ſequēti.
de reſti. ſpoli. & eam etiam approbatam di
cit Oroſc. in. l. quæritur, colum. 231. verſ.
8. ff. de ſtatu homi. & cum ex doctrina hac
communi fœmina comprehendatur, non
eſt quod diſputemus de hermaphrodito,
vt nouiſsimè poſt hæc mea ſcripta, inquit
doctiſsimus Menochius in de recup. poſ.
rem. 9. num. 4. cum. 5. ſequent. vbi ratio-
nes annectit, cuius ſcripta ſilentium mihi
impoſuerunt huic materiæ, nè prout ince
peram procederem. Et an maſculinum cō
3 prehendat † fœmininū, dic regulariter q̃
ſic, ſecundum gloſſ. in cap. generali, ver-
bo vniuerſos, de electione in. 6. & Cœpo.
in. l. 1. numero. 4. de verbo. ſignifi. & ibi la
te per Bartol. & Dec. in. l. fœminæ, nume.
95. ff. de regulis iuris, & Iaſ. in. l. ſiquis, id
quod num. 15. ff. de iur. omn. iudi. & Re-
buf. in dict. l. 1. ff. de verbo. ſigni. & Socin.
Iunior, conſil. 5. nume. 4. & 5. libro. 2. vbi
idē in ſtatutis eſſe aſſerit, niſi aliud repug-
net, prout in. l. 5. titul. 1. lib. 5. infra, repug
4 nat menti legiſlatoris fœminam † com-
prehendi, ibi enim probatur, quod ſiquis
duxerit vxorem ſecundam prima viuente
debet, notari in fronte, hoc enim non pro
cedet in fœmina dictæ legi contrauenien-
ti, quotieſcumque enim ex mente profe-
rentis verbum maſculinum conſtat, quod
ſub eo non vult comprehendere fœmini-
num non comprehendit, per text. in. l.
Lucius. §. quæſitum. ff. de legat. 3. tradit
Cardi. in Clementin. 1. num. 7. de elect.
id tamen ex text. illo comprehenditur, ibi
ſiendo ſus mugeres o eſpoſas viuas, & ibi
ſe caſan otra vez, ergo non voluit lex illa
quinta, fœminam comprehendere, nam ſi
vellet non diceret ſolum, ſiendo ſus mu-
geres y eſpoſas viuas, ſed & adderet, o ſien
do ſus eſpoſos y maridos viuos, item etiam
5 quia quando maſculinum † profertur qua
lificatiuè cum aliqua qualitate, tunc ſub
eo non comprehenditur fœmininū text.
Clementina prima, de conſanguini. & af-
finitate, ibi religioſos & moniales, & ibi
Cardin. oppoſitione quinta, per quem ita
tenet Dominicus in dicto capitulo gene-
rali, numero ſeptimo, & Alexand. conſi-
lio. 135. numero quarto, volum. primo,
& Cœpola, conſilio vigeſimo ſexto, nu-
mero. 20. in criminalibus, & probatur in
ea. l. 5.

Ibi, [Algunos que ſon caſados,] nam
verbum illud algunos adiunctum eſt qua-
litati illi, caſados, ergo fœmininum non
comprehendit, ex dictis. Sed nunquid idē
6 erit in milite † & gloſ. magna. d. l. ſiquis in
tantum, cuius dicta nunc declarata repe-

ries, inquit quod sic, cum inuadere sit con
tra ius naturale, cui est similis glo. in. l. re-
gula. ff. de iur. & fac. ig. sequitur Bart. nu-
mero. 4. in fine, in dicta. l. siquis in tantam,
& Alexand. consil. 103. nume. 12. & 13.
vol. 1. idem Alex. in. l. iuste possidet. num.
38. ff. de acq. pos. Ang. in. l. vbi exigitur. n.
2. ff. de edendo, quod tamen Bart. in ea. l.
siquis in tantam intelligit, quoties miles
inuaserit rem alienam, secus si suam, quia
tunc excusabitur, sicut & in rustico dixe-
runt Bart. & Rofredus, relati per Meno-
chium, in tract. de recup. pos. 9. remedio.
num. 17. cum pluribus sequenti. vsque ad
34. qui postquam hæc scripta habebã pro-
dijt in lucem, ideò non mireris si prout ha
bebam prosequar, breuius tamen quã an-
tea prosequebar procedam solum ipsum
Menochium referendo, & idẽ quæ Bart.
tenuit Ang. in. l. si plagij. col. fi. C. & ad. l.
Iul. de plagiar. quod verum ego intelligo
ex eodem Angelo, in. l. sed & si lege. §. 1. ff.
de peti. hær. & Rapha. Cuma. in. l. fin. nu.
2. ff. de mili. tes. quos & alios refert Anto.
Gabr. in communibus opinionibus, titul.
de acqui. vel omi. pos. conclus. 1. num. 10.
quoties miles ipse peritiores consuluisset
super illa re, qui consilium præberent, vt
suam rem ab alio iniuste possessam inua-
deret, & vi occuparet, vel si non potuit
consulere peritiores, secus vero si potuit
& non consuluit, vel noluit eorum consi
lium sequi, quia tunc si inuaserit tenebitur
legis nostræ pœna, & ita procedat contra
ria opinio tenentium contra Bart. non li-
cere militi rem etiam suam per alium pos-
sessam inuadere propria authoritate, quos
refert Menochius vbi supra, numer. 26. &
27. & idem quod in milite & muliere, di-
7 cendum est in rustico †, secundum gloss.
in dict. l. siquis in tantam, & ibi Angel. nu-
mero. 2. & Alexand. in dict. l. iuste possi-
det. num. 38. tenet gloss. omnis in cap. tur
batur. §. notandũ. 1. quæst. 4. & vide Dyn.
in cap. ignorantia, col. 5. de reg. iur. in. 6. cu
ius tres rationes assignat Menochius vbi
supra, numer. 27. & potissima earum est,
quia in introductis ad rigorem iuris con-
8 seruandum, neque rusticus excusatur, †
secundum glos. in summa. 38. distinct. se-
quitur Ias. in. l. fin. numer. 29. C. de iur. &
fac. ig. Dec. in. l. iuris ignorantia, num. 14.
lect. 2. C. qui admitti, & est Bart. doctrina
in ea. l. iuris ignorantia in fine, & in. l. 1. §.
nuntiatio. colũ. fi. ff. de noui ope. nun. de
quo alibi in. 1. tomo sub. l. 3. titul. 1. lib. 2.
supra diximus, & hoc siue potuit rusticus
consulere peritiores, siue non, quia in ijs,
9 quæ pro forma † actus, vel ad rigorem iu-
ris conseruandum statuuntur iuris ignorã
tia, neque mulieri neque rustico prodest,
prout tenent moderni, teste Ias. in dict. l.
iuris ignorantia. num. 8. C. qui admitti, li-
cet tanta posset esse æquitas vt tutum, &
iustum æstimet iudex rustico, cum aliqua
excusatione esse dignum ignosci, putà si
10 esset rusticus simplex, † prout Alex. refe-
rendo tenuit Parpalia, in. l. siquis maior,
numero. 2. versicul. secundus casus. C. de
transactioni. Dec. in. l. siquis, id quod nu-
mero. 35. ff. de iur. om. iud. & de hoc rusti
co venit intelligenda. l. fin. in fine, titul. 1.
part. 1. prout ex eius verbis clare patet, &
ex. l. 29. titul. 14. part. 5. cui similis, in. l. 6.
titul. 14. partita. 3. & miles in actu belli exi
stens, secundum leges has, & mulier sim-
plex & rustica, secundum easdem, saltim
quoad terminos dictarum legũ. 6. & 29.
essent excusandi, saltim per restitutionem
in integrum, vt inquit Ias. in dict. num. 8.
secus vero si rusticus esset sagax, quia tũc
neque in ijs excusabitur, secundum De-
cium vbi supra, numero. 34. & ibi Ias. in di
cta. l. si quis id quod numero. 31. & Tira-
quel. de minorandis pœnis causa. 11. nu-
mero. 19. quos refert Menochius, vbi su-
pra, numero. 32. qui & alio modo hoc de
clarat. Vlterius & tertio quærit glossa in
dicta. l. siquis in tantam, quid erit in mino-
11 re & pupillo † contra leges illius & sic no
stræ ei similis dispositionem delinquenti-
bus, an earum pœnas incurrant, & in hoc
vltra Menochium, vbi supra, numero. 35.
cum pluribus sequentibus, dicendum est,
quod si est infans vel proximus infantiæ
non tenetur, vt. l. prima in fine. C. de falsa
mon. quia ætas eorum, quæ videt, igno-
rat, & eam sequitur Deci. in. l. pupillus,
numero vigesimo quarto. ff. de reg. iuris,
& probatur etiam ex. l. impuberem. ff. de
furtis, & l. 5. ff. ad. l. aquili. & l. 9. tit. 1. p. 7.
& l. 17. tit. 14. p. 7. not. An. Go. tit. 3. c. 1.
n. 57. & ibi declarat quãdo dicatur infans,
vel infantię proximus: Si verò est iam adul
tus,

tus & pubertati proximus tenebitur hic pupillus, secundum gloss. illam siue habeat tutorem, siue non, non enim aduersus delictum restituitur, vt. ff. de minori. si ex causa. §. nūc videndum quam, sequitur Bar. nume. 7. Bal. & Sali. num. 5. in ead. l. si quis in tantam, Alexan. d. l. iuste posidet numer. 38. Ripa in capitu. sæpe numer. 90 de resti. spoli. & secundum hanc doctrinā est intelligēda. l. 10. ti. 10. p. 7. probās, adnotante ibi gloss. menor, minorem. 14. annorum non incurrere nostro text. pœnā, nam intelligenda est, vt euitetur correctio, quam ibi illa gloss. menor inducere voluit, vt procedat illa. l. partitarum in minore quatuordecim annorum non proximo pubertati, vel si proximus esset pubertati, probato non esse doli capacem secus vero si esset proximus pubertati & doli capax, tunc enim limitatur illa lex partitarū vt in tali non procedat, & ita est omnino declaranda ad euitandas contrarietates & correctiones: neque obstat dictæ doctrinæ gl. & sequaciū d. l. si quis in tantam. l. si captiui. C. de episcopis & cleri. & cum ea concordans. l. 6. titul. 7. part. 6. nam loquūtur & procedunt in delicto commisso in negligendo, & omittendo in eo enim nō tenetur minor quantumuis sit doli capax, secus si in faciendo, secundum Angel de malefi. in parte scienter & dolose num. 12. & Sali. in. l. 1. num. 12. C. de falsa mon. & gloss. fi. l. 4. tit. fi. part. 6. communis secundum Anto. Gomez. tomo. 3. varia. ca. 1. numer. 59. & 63. nisi sit decem & octo annorum, nam tunc etiam de delicto in omittendo commisso tenetur & punitur vt colligit ex Bar. in. d. l. si quis in tātā. n. 7. & Pau. consil. 20. & probat ex. d. l. si. captiui, & ex. d. l. 6. nō tamē tūc punit pœna ordinaria, nunquam enim pupillus venit de ca-

12 pitandus † etiam ob crimen homicidij, secundum Bal. in. l. & si seuerior nume. 10. ex qui. cau. inf. irrog. & additio. Ang. de maleficijs. in. d. num. 12. & Deci. in. l in ambiguis la. 1. §. quoties num 3. ff. de reg. iur. & in. l. fere in omnibus nume. 2. ff. eo. tit. & Menochium, vbi supra nume. 49. nam vsque ad decimum septimum annum impletum de rigore iuris tenetur iudex minorare pœnam tali minori decem & septem annorum, ab inde vero vsque ad vigesimum quintum annum non necessitatur, sed est in voluntate & potestate iudicis minorare, secundū Anto. Gomez vbi supra, quamuis & tunc licet minor talis nō teneatur de damno dato & de vi, tenetur tamen damnum resarcire, secundum text. in. l. 3. tit. 10. par. 7. & tūc dicimus mino-

13 rem pubertati proximum † & sic adultū cum est ætatis masculus decem annorum & dimidij, fæmina vero nouem & dimidij secundum tex. in. l. 9. tit. 1. par. 7. & l. 4. tit. 19. part. 6. quæ optimè probat in peccato luxuriæ impuberem non teneri: & sic iam in infante non habet locum pœna nostri tex. quantumuis esset doli capax, quæ doli capacitas in eo adesse non potest & si daretur in eo capacitas hæc, prout voluit gl. 1. in cap. fi. de sent. excom. & gloss. grandiusculus in capit. 1. de delictis puerorum, Villadiego, de irregularitate. C. de percussore, & Hippo. in. l. infans num. 4. ff. de sicarijs, non tamen tenebitur neque puniri poterit, ex. d. l. impuberem, & similibus supra allegatis, si tamen esset iam adultus, & sic pubes aut pubertati proximus puta decē annorum, & dimidij, vel nouem & dimidij, fæmina tenebitur equidem pœna nostri text. vt communem testatur Alexan. consi. 103. numero. 12. volu. 1. licet si cre-

14 deret, sibi licere ob aliquam † iustam causam inuasit rem alienam restitui poterit & excusabitur, vt etiam Alexan. vbi supra & glo. menor de catorze in. l. 10. tit. 10. par. 7. & alij relati per Menochium, vbi supra nume. 44. cum sequent. aliquibus, de quibus & post hæc scripta reperi traditum per Iulium Clarum, in practi. crimi. §. fin. quæst. 60. ver. 1. vbi hæc omnia succinctè refert, & inquit in nullo graui delicto etiā

15 sodomiæ pupillum † & sic impuberem puniri pœna ordinaria. Sed numquid pater

16 filio, vel patronus liberto † tenebuntur nostræ legis, & similium pæna, & gloss. in d. l. si quis in tantam, in versi. sic ergo dicas, inquit quod non tenetur, & probat tex. in. l. 10. tit. 10. par. 7. & sequitur Bart. in dict. l. si quis nume. 9. Bal. 5. ad. fi. Sali. 3. in ea. l. si quis in tantam, & Ripa in. cap. sæpe. nume. 81. de resti. spol. vbi communem testatur, teste Menoch. vbi supra numer. 51. cum sequent. aliquibus quia actio prouenieus ex. d. l. si quis in tantam, & sic

ex nostra, secundum Menoch. vbi supra numero. 53. infamat, quare cessare debet contra patrem & patronum, imo & contra omnem alium, cui reuerentia debetur vt contra patrem spiritualem, vassallo aduersus dominum, secundum Menochi. vbi supra numer. 53. 57. & 58. & 59. secus tamen est è contra, secundum glos. in d. l. si quis in tantam, ibi quia filius patri libertus patrono tenentur legis nostræ & similium pœnis, prout communem esse testatur Ripa, in dict. cap. sæpe num. 38. & Menochi. dict. 9. rem. num. 61. & 62. vbi hoc intelligit quando filius habet peculiũ non alias. Sed an dominus ex facto serui,
17 vel pater ex facto filij † tenebuntur legũ nostrarum pœna, & gloss. magna. in dict. l. si quis in tantam, versic. quinto an dominus, inquit, quod dominus pro serui facto noxaliter tenetur, per iura ibi allegata, & hoc secundum Bart. relatum per Menochium, vbi supra cum res ad dominum peruenit, vel si seruus peculium habet, nã tũc quatenus ad dominum peruenit, tenetur dominus ipse, secundum Menochi. d. numero. 63. & 64. pro cuius doctrinæ declaratione, sciendum est, quod quando seruus commisit aliquod delictũ pro quo venit criminaliter puniendus, tunc serui
18 persona † est accusanda in iudicio, nõ autem tenetur dominus pro eo respondere, secundum tex. & ibi gloss. in l. 2. C. de accusati. in l. si criminis. C. ad l. Iul. de vi publi. & text. in l. 9. tit. 2. part. 3. late Gandinus, de malefi. rubr. qui possunt accusari numer. 5. licet dominus possit pro eo respondere pro suo interesse, secundum tex. in d. l. 2. & in l. 10. tit. 1. par. 7. imo & procurator domini tunc respondere poterit, ipse tamen seruus, & non dominus citandus est, secundum Anto. Gom. tomo. 3. cap. 1. numero. 76. versi. aduertendum tamen el, 1. & tunc pœna pecuniaria seruo imponi non potest text. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. Nam vbi pro
19 crimine pœna pecuniaria † venit imponẽda seruus, accusari nõ potest secũdũ cõmunẽ assertã p Oros. in l. seru'. n. 13. col. 237. ff. de statu homi. Sed in d. §. omnib' Bar. n. 5. hoc intelligit, quoties pœna pecuniaria imponitur pro confiscatione bonorum, sed si consistit in genere putà in decem, aut viginti tunc bene imponitur seruo, & punitur tunc pecuniaria pœna, & per consequens accusari etiam tunc poterit, & Bar. in hoc sequitur Angel. in §. seruus nume. 2. instit. de capit. dimi. & Orosius vbi supra numer. 14. inquiens id probari à contrario sensu ex. l. 10. ti. 1. p. 7. ibi, porque el sieruo no ha ninguna cosa đ que lo pudiesse pechár, ergo à contrario si conniuentibus domini oculis habeat seruus pecuniam vel amicum, qui pro eo velit soluere, poterit vtique seruus talis in pecuniaria pœna condemnari, & ita etiam tenet Imol. in. l. serui numer. 1. & 2. ff. de appellatio. & quod possit seruus habere domino consentiente tacite vel expresse pecuniã probatur ex tex. in. l. 4. in prin. ff. de manumissio. & Bar. etiam sequitur Socin. in. l. si familia. numer. 6. ff. de iur. om. iud. tamen contra Bar. tenet Ang. sibi contrarius, in dict. §. in omnibus, imo quod indistinctè seruus pœna pecuniaria condemnari non possit, & sequitur Sali. in. l. 2. numer. 4. ca. de accusati. & idem Bar. sibi contrarius in l. 1. num. 3. ff. fami. hercis. & fundatur per dict. §. in omnibus, & hæc fuit communis opinio vsque ad tempora Bart. secundum glo. de pecho. in. d. l. 10. & Clarũ, in li. 5. sectarum sent. quæst. 80. numero. 5. quę secundum legem illam. 10. vt ibi inquit gl. illa de pecho, obseruanda est in nostro regno, & hanc esse magis communem inquit Clarus, vbi supra testasse gloss. illam. d. l. 10, quod tamen gloss. illa non testatur. & ideo miror de Claro, quod ita asseruerit, & hanc vltimam tenuit etiam Anton. Gomez dict. numer. 76. in prin. verum tamen si opiniones hę perpendantur non sunt contrarię, sed potius vna per aliam est declaranda hoc videlicet modo, quod hæc secunda Bar. opinio tenenda sit, & sequenda in iudicando & consulendo regulariter, limitanda tamen est vt procedat quoties seruus conniuentibus oculis domini & sic ex eius consensu tacito, vel expresso bona aliqua habet & possidet, tunc enim quia cessat ratio secundæ communis opinionis, quæ erat, quia seruus nihil habebat, neque possidebat, poterit optime condemnari pœna pecuniaria seruus talis, per argumentum à ratione cessante, & à contrario sensu, quia iam possidet bo

na

na de domini voluntate, & hanc limitationem probat vt dixi d. l. 10. supra dicto modo ponderata, & prout ponderauit Oroscius, vbi supra si vero pœna pecuniaria esset seruo imponenda ex iudicio ciuiliter intentato, puta pro lege aquilia, & damno
20 dato † optime seruo imponi posset, nam tunc iudicium dirigitur contra dominum & dominus tenetur soluere aut dare seruũ pro noxa, secundum gloss. in dict. l. si quis in tantã, pro quo est text. in princ. & in §. 1. inst. de noxalibus, text. l. 2. ff. eo. titulo quibus iuribus adde Ripam in l. miles. §. decem. ff. de re iud. quod tamẽ intelligo quoties delictum, & sic violentia, vt ad nostrã materiam redeamus, committitur per Seruum domino eius nesciente, vel prohibẽte secus vero si eo sciente & non prohibẽte, quia tunc non est in electione domini dare seruum pro noxa, sed præcise de-
21 bet compelli æstimationem præstare, † text. in l. si seruus. §. 1. C. de noxali. Deci. in l. nullum numero. 2. ff. de reg. iur. Montal. in l. 5. titul. 13. libr. 4. fori, & tunc dicitur domino sciente fieri, quando potuit prohibere & non prohibuit, secundum tex. in dict. l. in omnibus. ff. de noxali. & tex. in dict. l. nullum, & hoc nisi per scripturam dominus pro seruo obligatus sit, vel quilibet alius pro damno si quod fiet, nam tunc tenebitur etiam pro eis, quos prohibere non potuit, secundum Ias. in l. in illa stipulatione, numero. 3. fol. 82. ff. de verbo. obli. Quid tamen si plures serui delictum committant an tenebitur dominus soluere æstimationem, vel omnes pro
22 noxa dare †, in quo est text. notabilis in l. quod ait. ff. de noxalibus, dicens quod nõ tenetur omnes tradere, sed eos tantum, qui ad soluendam æstimationem pro delicto sunt necessarij, & tenet Francis. Curtius in l. si familia numero. 2. ff. de iur. om. iud. contra quod tamen imo quod omnes pro noxa tradere teneatur, vel æstimationem soluere, videtur tex. in l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm. & in l. fi. titu. 13. pa. 7. circa quod vera conclusio est, quod quãdo committitur violentia per plures seruos, seruabitur decisio dictæ. l. quod ait, per quam declarabitur generalitas dictæ. l. partitarum in quantum dicit quod tradat seruos, scilicet ad æstimationis solutionẽ sufficientes non vero totos, vel soluatur æstimatio, quia non est inducenda correctio, vbi declaratio dari potest & assignari præsertim ad leges partitarum, quæ semper videntur se cum iure communi conformate, imo & tunc si seruus dandus pro
23 noxa † quæsita pecunia velit soluere ei cui dandus est, & cum prætoris auxilio eripi in libertatem inuito domino, audiendus est, vt probat tex cum gloss. in §. dominus inst. de noxa. acti. & gloss. desamparar in d. l. fin. titu. 13. par. 7. & casus vbi seruus potest esse in iudicio vide per text. in dict. l. 9. ti. 2. part. 3. pater vero post condem-
24 nationem † & non prius de peculio tenebitur, per l. & si condemnatus. ff. de noxali. neque obstat. l. 3. C. de bon. prosc. nam intelligenda est vt per Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus numer. 13. ff. de dam. inf. & Sali. in penul. ff. de noxali. & per vtrumque Imol. num. 19. & 49. in d. §. si de vectigalibus, & Socin. in regula. 358. limi. 1. & 2. & in fine huius quęstionis, iterum dicemus, neque tenendum est. l. illam. 3. C. de bonis proscrip. hodie nõ procedere, prout Angel. in l. si filius. ff. de dam. inf. tenebat, motus ex eo, quod de iure antiquo pater bona filij castrensia occupabat, sicut peculium suum proprium, hodie tamen patrẽ nõ occupare bona castrẽsia filij iure peculij, sed tanquam eius legitimus hæres, eò quod filius. fami. potest hodie habere hæredem ab intestato, & ita debita eius soluere teneri, per l. pater qui castrense ff. de cast. pecu. & Angel. sequitur Florianus de sancto Petro, in l. alienationes col. 2. ff. fami.
25 hercis. magis enim communis opinio † est quod illa. l. 3. non sit correcta in quantum loquitur de peculio contra Angel. & Floria. vbi supra, & sic neque hodie, sicut neque antiquitus peculium castrense à patre auferri propter filij delictum, secundũ glo. 1. in l. 1. ff. de bonis dam. latè Alexan. in l. si finita. §. si de vectigalibus numer. 49. ff. de dam. inf. & Boeri. decisi. 7. nume. 14. Plateam, in l. & instrumenta. numero. 3. C. de fide inst. libro decimo. & hanc communiorem testatur Alexan. relatus per Clarum lib. quinto se lectarum sent. §. fin. quæstione. 78. numer. 13. & Menochi. in dict. 9. rem. numero. 70. & latè diximus l. 3. titulo. 10. gloss. en sus bienes, supra lib.

li. isto ideoque siue ante condemnationẽ siue post nullo modo tenet pater de peculio ꝓ filio siue sit peculiũ aduẽtitiũ, prout loquit. d. l. 3. C. de bon. prof. ad notãte Ba. in. d. §. si de vectigalib'. n. 13. ꝓpter dictionẽ implicatiuam, nec, secundum gloss. in ea. l. 3. quã sequit Ias. vbi sup. & Doct. sup. relati, cõtra Bar. in. d. l. si quis in tantam. n. 11 C. vnde vi, audacter consulentem contrarium & malè siue sit peculium castrense siue profectitium nullo modo pater pro delicto filij tenetur, vt dixi in. d. l. 3. dicti. titul. 10. supra eod. libro. de quibus omnibus nouissime post hæc mea scripta traditur per Menochium. de recup. pos. d. 9. rem. numer. 65. cum pluribus sequent. & sic quamuis filius contra legis nostræ dispositionem delinquat, de nullo eius peculio tenetur pater, nisi quatenus ex delicto
26 illo ad pœnam peruenit, † & ex eo factus est locupletior, & ita posset intelligi. l. illa, & si condemnatus. ff. de noxali, vel intellige eam melius, vt procedat, in peculio separatim concesso à rationibus patris, & in quo pater filio administrationem concessit, & sic patre consentiente filius sibi administrabat, secũdum Ba. in. d. §. si de vectigalibus num. 13. & Soci. reg. 358. & alios relatos per Menochium, vbi supra numero. 90. & voluit prius gloss in. d. l. & si condemnatus, secus vero alias, nam tunc procedet communis conclu. tex, in. d. l. 3. in practica per Rectos iudices recepta. Sed an furiosus & mentecaptus pœnam no-
27 stre legis incurrent, † & glo. d. l. si quis in tantam, inquit quod non, quando quidem vere sensu, & intellectu carent, & latis suo furore puniunt, vt probatur ex text. in. l. infans. ff. de sicarijs, & ex. l. 10. titu. 10. par. 7. & ex. l. 3. tit. 8. ea. par. 7. notant Ias. in. l. seruo numero septimo. ff. si ex noxa. cau. aga. & plures relati per Menochium, in dict. nono remedio numero. 91. cum sequent. & Anton. Gomez tomo tertio capitulo primo numero. 70. quod in tantum est verum quod quamuis tempore commissi criminis esset sanus, postea vero
28 fiat furiosus † puniri non debet affectus furore secundum Bal. in. l. furiosum. C. qui test. fac. pos. cum quo communem dixit Auendaño resp.. 35. numero tertio, & ante eum Ias. relatus per D. Didacum Couarru. in Cleme. si furiosus in initio tertiæ partis. numero secundo vbi respondet text. contra Baldum per aliquos in contrarium adducto, de quo dicto Baldi tractat etiam Hippoli. in. l. prima numero. quinquagesimo nono cum pluribus sequent. C. ad. l. Corn. de sicarijs & Antonius Gomez. & Auenda ño relati per Iulium Clarum, in practic. criminali. §. fin. quæstio. 60. versi. item quæro. vbi & vers seq. quærit an si vsq; ad sententiã perseuerauerit insanamẽte cõdemnari possit, reperio tamẽ quod cõtra Bal. est tex. de iure. nostro regio, in. l. 9. titulo 1. part. septima nisi illum intelligas vt procedat, quoties delictum esset magnum, Bald. vero loquatur quoties esset leue, prout Baldum volunt intelligere Hippoli. vbi supra & Auendaño capitulo decimosexto prætorũ. n. 16. li. 2. & Ant. Go. tom. 3. ca. primo numero. 72. & eis relatis Iulius Clarus, vbi supra numero septimo referentes ex hoc serenissimam Elisabet Reginam Castellæ fecisse puniri furiosum quẽdam maritum eius regem catholicum Ferdinandum percutientem, quod exemplum posuit etiam Hippoli. in. l. prima in princ. numero 47. in fi. folio octauo in paruis. ff. ad. l. cor. de sicar. quamuis aliud velit idem Auendaño dict resp. 35. numero. 3. vbi numero. 4. versic. & ex ijs patet, respõdet huic facto Reginæ Elisabet, nisi ipsum Auenda. ibidem intelligas loqui quoties de delicto non adest integra probatio, secus alias, vel secundo potest dici legem illam nonam, non probare aliquid contra Baldi dictum, nam lex illa nona, loquitur quoties dum esset furiosus delictum commisit, non vero loquitur cum deliquit dum esset sanæ mentis, & post furere cæpit, & sic non est contraria dicto Baldi, vel dici etiam potest, quod alio modo lex illa partitarum nihil contra Baldum probat, sed potius pro eo, dum probat furiosum non posse accusari de delicto, ergo neque puniri, & sic neque de eo quod ante furorem commisit, quia lex illa furorem considerat tempore accusationis,

&

& dictio illa, y lo mesmo, tantum ad versiculum proxime præcedentem dicendum est continuari, non vero ad alios versiculos anteriores, cum vnus quisque versiculorum habeat perfectam orationem ; & sensum, & sic neque pro delicto graui punietur furiosus, nisi esset simile illi delicto supra regem Ferdinandum perpetrato. Et
29 an præsumatur delictum † esse factum tempore furoris an sanæ mentis, tradit gloss. in dict. l. 9. & Anto. Gomez. tomo. 3. cap. 1. numer. 71. & per DD. alios supra relatos, hæc tamen quoad pœnam corporalem furioso, & mente capto imponendam proce
30 dunt, non vero quoad bonorum † amissionem, quoad eam enim nihil obstabit furor prouiso prius bonis de curatore, & defensore, prout receptissimũ testatur Orosci. in l. qui furere, col. 247. versi. 2. ff. de statu homi. & communem testatur Clarus, vbi supra quamuis ipse contra teneat. ; & sic quoad restitutionem possessionis spoliato per furiosum faciendã nihil obstabit furor fiet enim restitutio, ne locupletur furiosus cum possessoris spoliati iactura, secundum Menochium. d. 9. rem. recuper. pos. num.
31 quinto, sed an prodigus † delinquens cõtra nostri tex. dispositionem excusabitur, & communis opinio est quod non, secundum Bar. in dict. l. siquis in tantam, contra gloss. ibi, quam communiter reprobatam asserunt quamplures relati per Menochi. vbi supra numer. 95. cum. 4. sequen. & per Iulium Clarum. in practi. crimi. §. fi. quæst. 60. versicu. vlterius quæstio, numer. 11. & Anto. Gomez. tomo. 3. capitu. 1. numero 75. & hoc siue delictum consistat in faciendo, siue in omittendo, quicquid dicant Ang. in l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex qui. caus. in pos. eatur, & August. in additio. ad Angel. de malefi. in parte scienter & dolose, numero. 16. fol. 125. in paruis nam l. 2. C. si aduersus delictum, quam ipsi pro se allegant, in minore. 25. annorum loquitur, qui in delicto in omittendo commisso excusatur, non vero est, ad maiorem prodigũ extendenda. Sed an ebrius delinquens in ebrietate existens excusetur, & dicendũ
32 † quod a pœna ordinaria non vero ab extraordinaria excusabitur, secundum D. Couarr. vbi supra, numero. 4. & Clarum vbi supra, versicu. præterea quæro, & hoc propter culpam, quam habuit inebriando
33 se, delinquere enim per ebrietatem † culpa est, secundum Bal. in l. data opera colu. penul. C. qui accus. non pos. & tenet Ant. Gomez vbi supra numero. 73. & probat ex. l. 5. titu. 8. par. 7. quæ pœnam tali ebrio occidenti alium imponit : ex quo infert Clarus vbi supra, quod si socij illum ebriarent eo inscio, & durante hac ebrietate delinqueret excusaretur, quia deficit culpa & sic pœna. Et an siquis dormiendo delinquat, excusetur, tradit Clarus, vbi supra versiculo quæro etiam pone & quid siquis facta occupatione pœnitentia ductus ante quam conueniatur, rem restituit, an pu-
34 nietur † nostri text. pœna, tradit Menochius, vbi supra numer. 142. cum sequen. pluribus, & an pœnitentia excuset in delictis tractat Clarus in dict. quæst. 60. versi. fui quandoque interrogatus numero. 21. Sed an hæc constitutio habeat locum contra Abbatem, prælatum, monachum, rectorem ciuitatis, tutorem, & similes,
35 vt ecclesia, vel pupillus, vel ciuitas, aut monasterium teneantur, glo. dict. l. siquis in tantam inquit non teneri nisi communicato consilio delinquant, & quoad Prælatum & ciuitatem habemus text. in l. 17. titulo. 10. par. 7. & qualiter tunc punietur tradit Clarus, vbi supra quæstio. 16. nume. 9. & in. 78. & quoad tutorem, vide tex. in. l. 10. eo. titulo & parti. tunc enim ecclesia tenetur de delicto prælati quoties com-
36 municato † consilio delinquit prælatus, secundum gloss. ipsius, in ca. cum dilectus de ordine cogni. sec utam per Bal. in l. meminerint, numer. fi. C. vnde vi, late additionator Dyni in regula delictum personæ, litera. C. de reg. iur. in. 6. & probatur in dict. l. 17. & tradit Gomez Arias. in l. 15. tauri numero. 79. & latè per Menochium, vbi supra numero. 101. cum sequent. aliquibus, vbi ampliat hæc & declarat, & nume. 123. cum sequen. quærit quid in ciuitate, & numero. 104. late differit quæstionem an cũ communicato consilio prælatus & capitulum delinquũt, puniatur ecclesia, & cõmunem testatur, quod sic, sed quod contrariam quod non, inquit, nisi æquitate, & ipse ibi eam sequitur, & eo melius tractat gloss. cae en la pena, in dict. l. 17. titul. 10. par. 7. Quid tamen si credens me posi

dere

dere cum alius possideat, inuasi & deliqui contra nostri tex. dispositionem, an eius pœna puniri possim, vel quid si vacantem credidi cum non esset. & in hoc gloss. d.l. siquis in tantum, quæstio. 8. inquit quod non teneor, cum neminem sua possessione priuare voluerim, vt. ff. de sicarijs l. diuus, & communiter approbatur per DD. in d.l. siquis in tantam, & sequutur eã relati per Menochium dict. 9. rem. de recup. pos. num. 130. cum. 3. sequent. neque obstat secundum gloss. illam contra hoc text. in §. sed ne dum, alias incipit, quia tamen, inst. de vi bon. rap. quia aliud est credere sibi licere auferre, aliud est se credere possidere, in hacque solutione ab omnibus etiam approbatur, & pro ratione differentiæ horum terminorum videndus est Salicet. in l. fi. numero. 4. in fine. C. vnde vi, nam inest temeritas cum existimabam rem ab alio possessam posse me inuadere quia ad me pertinebat, vt in casu nostri text. secundum Angel in l. si plagij. numero secundo. ff. ad. l. flaui. de plagi. cũ tamen credebam me possidere, deficit temeritas, & ideo differunt credere posse inuadere, vel credere possidere, vt primum non excuset, secundum vero sic, quoties iustam habebam credendi causam me possidere, vel quia per filium, vel per seruum credo mihi possessionem quæsitam, vel ex iusta causa credo possessionem esse vacantem, secus tamen si iustam causam non haberem, tunc enim neque credulitas credendi me possidere excusaret, iusta enim
36 debet † esse credulitas vt à pœna excuset, secundum Iulium Clarum, in practica crimi. §. fi. quæstione. 60. versicu. & generaliter scias numero. 22. & in nostris terminis tenet Menochius vbi supra numero. 131. neque obstat text. in l. igitur. ff. de *lib. causa, vbi ad excludendã malam fidem*
37 † iusta, vel in iusta causa sufficit, notat Bal. in l. 1. n. fin. C. vbi causæ status, quia regula illa non habet locum in nostra materia in qua si delinquitur, contra ea, quæ sunt iuris naturalis delinquitur, prout est proximum non lædere, neque violentiam facere, & vt nemo suis priuetur, & ideo nimirum si iusta adesse debeat causa ad cõstituendam bonam fidem, secundum Angel. in l. ex consensu. §. fin. numero. 2. ff da appellati. neque excusetur inuasor quãtumuis credat sibi licere inuadere, secundum gloss. illam, in hoc etiam communiter approbatã. Sed an si inuasor, & violator ab alio tertio expellatur, tertius ille
38 † pœnam nostræ legis incurret, tradit Ferrara in pract. in libello, in causa rei spoliatę gloss. tentæ & possessæ. Quid tamen si pos
39 sidentem † non admisi an teneat nostri text. pœna, & teneri inquit gloss. dict. l. siquis in tantam, quæstione. 10. circa personas, per text. in l. clam. § fin. ff. de acq. pos. quam ibi sequitur Bal. numero. 8. & 9. & Montaluus in l. 4. titulo. 4. libro. 4. fori, & plures relati per Menochiũ, vbi supra numero. 135. cum. 3. sequen. Et an magistratus contra legem nostram & similes delinquens teneatur, hanc & plures alias quæstiones prosequitur Menochius vbi supra à numero. 140. cum pluribus seq. quem antequam viderem examinatas habebam, & iidem antequam viderem Anton. Gabrielẽ, in suis communibus opinionibus titu. de acq. pos. conclusione. 1. per totam, vbi ampliat & limitat, quibus visis allegatione eorum fui contentus & quã plura dicta omisi sciens, ne aliorum scripta transcribere viderer. Et an mandatum
40 † superioris excusaret à pœna nostri text. vltra Menochium, vbi supra numero. 210. cũ sequen. aliq. vide Clarum in practi. crimi. §. fin. quæstione. 60. versiculo solet dubitari. Et an in conscientia sit tutus, vtens
41 † remedio nostri tex. vide gloss. magnam in l. 1 ostrio. pa. 7. vbi in fine dicit quanto tempore præscribatur remedium nostri text. [illegible]

Ibi, intrare o tomare, ponderãda dictio est illa disiunctiua, o, quæ diuersificat verba & sensum, & sic videtur ita incurrẽdam pœnam nostri tex. etiam quoad iuris *amissionem siquis tantum ingrediatur*
42 possessionem † alicuius rei profanę, quamuis violentia ablatiua, vel expulsiua non adsit, sicut si adesset, & secundum hoc quantum ad profana etiam approbari opinionẽ Archidiaconi, in ca. cum qui, de præben. in. 6. asserentis iniustum possessorem beneficij etiam sine violẽtia priuari iure suo
43 si quod in eo habebat, quæ fuit opinio † Dyni in ca. primo de regu. iur. in. 6. & Anchar. in. cap. possessor, eod. titulo. in. 6. & gloss.

gloss. in prag. sancti. rub. de pacifi. possesso. §. quod si talem. verbo, violentus, & hanc probat Bellamera, consi. 10 numero. 19 à quo desumpsit Ripa. in cap. sæpe numero 69. de restit. spoli. dicens quod rota noua non tuetur tales possessores, neque tribuit illis effectus possessionis, refert Cassiadorus, decisio. 6. numero 6. de causa pos. & propri. & Gometius, in regulis cancel. regula de annali possessore quæstione. 44. & in regu. de triennali possessore quæst. 47. & in regu. de subrog. collitiga. quæst. quarta, & pro hac opinione facit text. in dict. ca. eum qui de præb. in. 6. vbi æquiparantur violentus & iniustus possessor facit etiam text. in ca. pastoralis, de priuileg. vbi sine episcopo non licet monachis intrare possessionem ecclesiæ annexæ in proprietate. præterea facit. l. extat. ff. quod metus causa. vbi prædo iudica-
44 tur quiuis sibi † sine iudice facit, qualis est iste, neque licet occupare possessionem rei in qua habeo titulum, secundum text. in. l. si ex stipulatione. ff. de acq. posses. & in officijs regijs idem hoc probatur, in. l. fin. C. de offi. milit. & Archi. opinio per rotam approbatur, secundum Perusi. in dict. ca. eum qui, & iustiorem testatur Couarr. lib. 3. varia c. 16. num. 8. versi. quod si iuris, pro qua & videtur facere noster text. dum disiunctiue loquitur, & sic licet anteà, vt violentus possessor caderet à iure suo, requireretur, quod adesset violentia compulsiua, vel expulsiua, secundum text. in. d. l. extat, prout communem testabatur opinionem Ioan. Durand. de arte testan. titu. 6. cautela. 12. relatus per Villalobos, in ærario mille com. op. litera. V. nu. 60. hodie ex tex. nostro non requiratur,
45 sed sufficiat † iniuste possessionem rei ingredi, & pro hoc videtur etiam facere tex. in. l. 11. titulo. 13. partit. 5. & l. 14. tit. 14. partita. 5. non violentiam, sed captionem considerantes, & text. in. l. 1. titu. 17. infra libr. 5. & sic iam vera sit opinio illa Archid. etiam quoad profana. His tamẽ non obstantibus contrarium quo ad text. nostrum tenendum iudico, imo quod vt pœna nostri
46 text. † locum habeat, violentias compulsiuam aut expulsiuam requiratur adesse ex parte violenti possessoris, ex communi ula per Villalobos, in dict. numero. 60. re lata, & ex tex. in dict. l. extat, & Bart. numero. 1. & Paul. 2. in. l. si deeo. §. fin. ff de acq. pos. & quia contra Archid. tenet glo. violenti, in dict. ca. eum qui dicens text. illum in secunda parte non habere locum nisi in eo, qui cum violentia occupat, & hanc approbat Abb. dicens communem in. ca. cum venisset numero. 15. de resti. spoliat. vbi nu. 14. satisfacit tex. in dict. ca. pastoralis & similibus iuribus in contrariũ adductis, & probat etiam glos. capellæ Tolosa. decisio. 443. dicens hoc communiter teneri, probat & Rebuf. in tract. de pacifi. possessor numer. 230. cum sequent. probat latè Couarru. dict. libro tertio variar. capitu. 16. numer. 7. & 8. omnes tenent, quod cũ alius est in possessione beneficij, vel rei ecclesiasticæ, vel prosanę non licet propria authoritate ingredi sub pœna nostri text. & dict. ca. eum qui, quantumcunque ingrediens legitimum titulum habeat, & sic violentia requiritur expulsiua, vel compulsiua, si vero nullus alius sit in possessione, legitimum titulum habens ingrediendo propria authoritate non incurrit dictorum iurium pœnam & sic contra Archid tenent omnes supra dicti & se habet communis opinio, quæ & probatur p Abb. in capit. transmissa numer. 3. de electi. oper tex. ibi, & ex tex. nostro si bene consideretur, nam illud verbum, por fuerça, ita refertur ad verbum illud entrare, sicut & ad verbum illud tomare, cum sit appositum vt vtraque verba complectatur, quod patet, quia immediate post illa verba, entrare, o tomare, subsequitur verbum hoc, por fuerça, & sic ad vtraque verba refertur, quasi verba indiffinita respiciẽs plura determinabilia pariformiter ea determinet, ex iuris Brocardico, quod & Clarius patet ex sequent. verbis, ibi, si el forçador algun derecho tenia, ecce, ergo quomodo de violentia quo ad vtumque verbum, entrare, o tomare, verbum, por fuerça, refertur, & per consequens quod violentia expulsiua vel compulsiua etiam
47 hodie † requiratur ad incurrendam pœnam amissionis iuris etiam quoad profana, dictæque leges partitarum pro prima opinione allegatæ si benè inspiciantur eodem etiam loquũtur modo, & sic pro hac secũda opinione faciunt, & posito quod sic nõ pro-

proloquerent, ita tamē deberent intelligi per text. nostrum: consequenterque tenē da est hæc secunda opinio, scilicet quod
48 in profanis, † sicut in ecclesiasticis violentia compulsiua, vel expulsiua adesse debeat vt inuasor & violator ius suum, si quod in rem inuasa habebat, amittat, & secundum hęc, verbum nostri text. entrare, teste Montaluo, hic super eo in gloss. 1. intelligatur, per vim expulsiuam, expellendo dominum à re & tunc datur interdictum, vnde vi, directum, secundum Marant. in practi. 7. distin. iudiciorum nu. 23. pagi. 173. in paruis, & verbum tomare intelligatur de vi ablatiua, quæ parit interdictum vi bonorum raptorum de quo in toto titulo. & . C. & ff. de vi bonorum raptorum, nam quantumuis quis resistentem non inueniat, inferat tamen vim rem per alium possessam capiendo incidet in nostri tex. pœnam, sicut in pœnam. l. si quis in tantam, incidebat, nam & tunc etiam dicitur committere vim, ex text. in. l. 1. §. cū igitur, versicul. idem Labeo. ff. de vi & vi armata & l. vim facit. ff. eo. titu. latè Corneus consi. 207. numero. 18. volum. 2. facit. d. l. extat. ff. quod metus causa, de quibus violentijs Montaluus hic in dict. gloss. 1. refert se ad locum vbi de ijs tractauit, est
49 enim quadruplex violentia, † secundum Ferraram, in practi. in for. lib. in causa spolii. posses. gloss. 1. vbi qualiter in vna quoque earum agatur examinat & declarat, & quinque modis committi vim declarat Menochius in præludijs ad tractatum recuperandæ possessionis fol. 4. numer. 38. cum. 5. sequent. & in supra dictis duabus compulsiua & expulsiua, in qua & datur ablatiua, inuasor & violator perdit ius suū si quod in re inuasa habebat, & sic secunda opinio contra Archid. remanet defensata, & tenenda est tā in beneficialibus, quā in profanis, licet inter dictas opiniones quoad materiam beneficialem, & fortius quoad profanam procedat, soleat assigna-
50 ri concordia †, scilicet, quod aut possessio beneficij vacat de iure & de facto, & tunc procedat secunda opinio supra relata, aut vacat de iure & non de facto, vt in. c. licet, de præbend. in. 6. & ca. de multa, de præbend. & procedat prima Archid. opinio, secundum Lapum, allegatio. 101. & gloss. capellæ Tolos. vbi supra. & Anend. in dict. cap. transmissa numero. 3. & Cassiador. & Couarru. vbi supra relati, & secuti per Menochium, de recup. pos. d. remedio. 9. numer. 280. & hanc credo communem concordiam & doctrinam, & pro hac concordia probus, in dict. capit. eum qui, numero 9. allegat gloss. in. l. non est dubium. C. de legat. & facit gloss. in. l. fin. C. vnde vir & vxor. quibus probatur, quod legatarius
51 vel dominus occupando † rē propriā illā amittit, si sit ab alio occupata, secus si sit vacans, quia non priuatur tunc, sed arbitrio iudicis punitur, & hanc communem testatur Suarez in. l. quoniam in prioribus 7. quæst. l. regiæ numero. 10. pag. 212. C. de inoffi. test. sicut beneficium vacans occupans quia arbitrio episcopi punitur ppter modestiam, quæ desyderatur in beneficialibus, secundum Couarru. vbi supra & id dici potest, quod si violentia non
52 committatur quamuis quis ingrediatur possessionem beneficij non priuatur iure suo si iustus & legitimus titulus præcedat secundum Rebuf. in concord. tit. de pacifi. posses. numero. 237. in antiquis & in nouis. 286. cum sequent. pluribus: & sic procedat dicta secunda opinio contra Archi. si vero non pręcessit legitimus titulus, quamuis violentia non adsit, priuetur, & sic loquatur prima Archidi. & videtur etiam hæc bona concordia interdictas opiniones, neque obstat quod habens canonicum titulum non potest propria authoritate apprehendere possessionem quia il-
53 lud procedit † in casibus positis per Rebuf. in. d. titul. de paci. pos. num. 243. cum. 12. sequent. secus vero videtur extra illos casus dicendum, vel procedit illud quod habens titulum canonicum non potest ppria authoritate apprehendere possessionem, vt scilicet non intelligatur per hoc perdere ius, de quo nunc agimus, sed puniatur alia pœna, & sic inquit Ripa in. ca. sæpe numer. 69. de resti. spoli. quod quamuis rota non tueatur hos possessores, non
54 tamen priuat eos iure suo † si vacans beneficium ingrediantur cum titulo propria authoritate. Ex quibus remanet vera conclus. quod vt pœna perditionis iuris, si q̄ iure ingressa habetur locum habeat requiritur sicut antea quod adsit vis cōpulsiua vel

vel expulsiuâ,alias enim aliqua harum viriû
deficiente non priuabitur iure suo ingres
sor,licet puniendus sit arbitrariè,& resti-
tutio rei facienda est spoliato statim secun
dum iura vulgaria,& tex.in l.infra sequen
ti & nostrum; nam quamuis clam quis sua
possessione priuetur interdictum vnde vi,
55 † competit, ex dictis per Anto.Gom.to.
3.ca.de violentia,col.2.& secundum cô-
munem assertam per Menochium in.d.
tract.de recuper.pos.1.reme.n.138.cum
sequen.pluribus & nu.147.cum sequen.
hoc tentat declarare,& quoad nostram.l.
& l.siquis in tantam,hoc vltimum dictum
declaratur vt procedat , quoties domi-
num post venientem non admittit pos-
sessor hic Clandestinus,nam tunc reme-
dium dict.l.siquis in tantam & nostræ cô-
petit domino spoliato vt restituatur in
possessionem secundum eund. Menoch.
vbi supra dict.rem.9.nu.264.& quando
56 dicetur quẽ clã † possidere vide gl.&ibi
Alex.n.5.&.6.§.qui ad nundinas.l.clam
possidere.ff.de acq.poss.non tamen priua
bitur iure suo clandestinus hic possessor si
dominum postea venientem admittat,
licet puniatur arbitrariè propter ingres-
sum propria factum authoritate vt dictum
est:ex quibus & præsertim ex nostro text.
habemus côlusionem aliam,scilicet,quod
etiam vbi datur solum vis compulsiua ha-
57 bet † locum remedium restitutorium,si-
cut quando datur vis expulsiua,de quo du
bitabat Meno.in d.rem..n.102.cû pluri-
bus sequ.dicti tractatus de recuperãda pos.
58 Ibi,[por fuerça,] quid sit vis † & quo
tuplex , tradit vltra Ferraram in loco in
gloss.supra proxima allegato,Menoch.in
pręludijs ad tract.de recu.pos.nu.37.cum
sequen.6.& Rebuf.in.2.to.constit.Fran.
ti.de rescis.côt.ar.vnico,gl.13.n.1.& seq.
Ibi, [alguna cosa,] nota generalia hæc
verba nostrę legis,nullam rem exprimen
tis,sed generaliter aliquam rem designan-
tis,quasi rem mobilem , vel immobilem
côprehendat,& sic licet anteà non dare-
tur interdictum vnde vi pro rebus mobili
bus princi paliter ablatis , vt in.l.1.§.illud
vtique,& in.§.sequen.ff.de vi & vi arm.sed
daretur si re mobili quis priuabatur violẽ-
tia côpulsiua,actio quod metus causa,& si
violentia erat ablatiua darentur alia reme-
dia,secundum distinctionẽ adhibitam per
Ferrara.in practica,in forma libelli in causa
rei spoliatæ,in glo.1.in princ.non tamen
dabatur interdictum vnde vi , sm eum ibi
59 hodie tamen lege nostra attẽta † cum ge
neraliter loquatur,sicut & loquitur dicta
l.siquis in tantam,pro re mobili dabitur in-
terdictû vnde vi ex remedio dictæ.l.siquis
in tantã,& nostri tex.& similiû, secundû
q̃ post hæc reperi tactû per Meno.in d.
tract.de recupa.pos.9.rem.nu.265.& quã
uis tex.noster principaliter,& d.l.siquis in
tantum prouiserit circa res mobiles vi cap
tas,vt & probatur in §.pen inst.de vi bon.
rap.idem tamen esse circa res immobiles
cum gloss.in.l.siquis in tantam in glossa
magna.secunda pa.vbi de rebus tradit,as-
serit communis doctorû caterua,& tamẽ
Ripa.in.c.sæpe.n.68.de restit.spoli.& pro
bat tex.in.l.10.ti.10.p.7.& ex generalitate
nostri tex.probat,imò & in iurib' incorpo
ralibus habebit locû remediû nostri text.
60 † sicut.d.l.siquis in tantã, saltim vtilis a-
ctio circa incorporalia competet iura,li-
cet non directa,& côiuniter hoc cû glo.
in ea.l.siquis approbatur,secundû Rip.in.
d.c.sæpe.n.68.& Areti.in rub.nu.7.ff.de
acq.pos.& Meno.in.d.9.rem.n.268.cû.3.
sequen.p quo est tx.in.l.3.§.vnde vi.ff.d vi.
& vi arm.& sic ex hac gl.notãdû est,q̃ ius
61 † & remedium competens côtra possidẽ
tem iura incorporalia est vtile,sm Bart.in.
d.§.vnde vi.nu.3.quem reprobata Azon
sententia sequitur Meno.vbi sup.n.270.&
est communis secundum Rip.in.cap.cum
Ecclesia Sutrina.nu.101.de causa pos.&
prop.& iterum in.d.c.sæpe.n.68.qui vidẽ
dus est circa declarationem verborum
Bar.in.d.l.siquis in tantã nu.19.erga hæc
iura incorporalia,& de ijs tractat Ant.Go
mez.in.l.45.tauri.n.191.in personalibus ta
men inquit.d.gl.d.l.siquis in tantã , tunc
62 demum † dari remedium nostri tex.quan
do ius incorporale non est personalissi-
mum,secus vero si esset personalissimum.
quia tunc non datur dictû remedium no-
stri tex.&.d.l.siquis in tantã,ei similis,quo
63 niã quasi possessio quæ cadit in iuribus †
personalissimis nô est quasi possessio, sed
quędam improprijssima possessio,secûdû
Bald.in.l.2.numero.41. C. de seruit.&
aqua,& gloss.illam in hoc sequitur Ias.in

l.3.in prin.n.18.ff.de acq.pos.pro quo vi
detur tex.in l.cũ hæredes.§.1.ff eo.tit. in
64 præbenda tamẽ clerici † simile remedium
prouidetur,ex tex.sæpè p nos allegato in.
d.c.eum qui,de præben.in.6.prout tradit
Meno.in.d.9.rem.n.273.tertia &.4.quę
stionis illius gl.circa res de quibus in secũ
da illa parte agit in.d.l. siquis in tantũ, cũ
in prima de personis egerit claræ sunt ne-
que declaratione indigẽt.Et de quæstio-
65 ne illa de capiente † equum solitũ agũ in cã
pis existentẽ,an cõtra eum competat re-
medium illius.l.siquis in tantam & nostræ
tradit late Menoch.in.d.9.rem.n.281.cũ
66 se.sequent.Et quo tempore † debeat esse
facta hæc occupatio vt constitutioni huic
sit locus,glo.in.d.l.siquis in tantam. con-
cludit quod quocunque tempore siue an
te litem contestatam siue post, siue ante
sententiam,siue post, nisi post licentiam
ingrediendi ritè & rectè datam à magistra
tu,nam si minus rite & recte concesserit,
tunc vtique erit locus remedio.l.memine-
rint.C.vnde vi,& legis sequentis ei similis
secundum Menochium in.d.9.reme. nu.
304. & notandum quod licet conditio
nostri text. & similium detur hæredibus
67 spoliati † non tamen datur contra hære-
des spoliantis, cum pœnalis dispositio sit,
& pœna in hæredes non transeat,nisi qua
tenus ad eos peruenit,vt inst.de perpet.&
tem.acti.§.non autem,& ff.vnde vi.l.1.§.
hoc interdictum,& §.fin.& l.7.titu.1. &
l.23.tit.9.par.7.Anto.Gom.tom.3.cap.
1.numer.78.cum.6.sequent.vbi declarat
quomodo hoc pcedat.Sed an si inuasor re
stituat rem ante litem contestatam,vel an
tè sententiam liberabitur à pœna nostri
text.gloss.in dict.l.siquis in tantam col.fi.
68 inquit quod non,† vt.ff.de furtis,qui ea
mente,etiam si sponte expulsus acceperit
rem cum pœna loco rei non succedat, vt
ff.de arbit . si quis in rem, de quo opti-
mè per Menoch.vbi sup.d.9.rem.n.142.
cum pluribus sequent.vbi declarat aliqui-
bus modis,bene tamẽ euitabit infamiam,
si quam incurrerat,prout alio in loco pri
mi tomi latè diximus,inquit tamen Rebu.
in.1.to.const.Fran.titu.de senten.execu-
tor.ar.8.gloss.5.in.fi.in senatu fuisse deci
sum in interdicto vti possidetis , si pars
69 confiteat possessionẽ aduersarij nõ teneri
ad dãna & interesse ad quæ alias teneret.
Ibi,[en su poder y en paz] ex ijs verbis
habes notare requisitum vt pœna nostri
tex.locum habeat, scilicet quod spoliatus
probet se possidere tempore spolij quietè
& pacificè,siuè res esset sua, siue non, ita
quod non habeat necesse probare domi-
nium illius rei,seque dominum esse , sed
sufficiat solum probare possessionem eius
rei quietè & pacificè habere,nam vbi vio-
lentia datur non requiritur dominij pro-
70 batio †,& quod res sit propria,sed solum
eius quieta & pacifica possesio , nam &
prædo spoliatus restituendus est ante om-
nia ca.fi.de restit.spoli. & sic quamuis per
literam antiquam huius.l. positam sub.l.
4.tit.4.libr.4.fori requiri videbatur vltra
possessionem quietam,ex quibusdam ver
bis,ibi que otro tenga en juro,dominum
etiam esse probandum,secundum Mon-
tal.ibidem,in.gloss.en juro,quasi per hoc
verbum dominiũ denotaretur, hodie ta
men cum nostri tex.contextura nõ inter
ponat sub ijs verbis, en su poder y en paz,
verbũ illud,en juro,nulla requiretur domi
nij probatio, sed solũ possessionis quietæ
& pacificæ,præsertim cũ & in illa fori lege
verba disiunctiuè apponantur, sicut & in
fine nostræ apponuntur ibi,en juro, o en
poder y en paz,& sic quod libet horũ suf
ficiet probare,& sic male loquitur Mont.
vbi sup.dominium probari requirens,sta-
tutumque imponens pœnã contra illũ qui
ingressus fuerit fundum alterius,vel acce
perit rem alterius,verificatur in possiden-
71 te † tantũ attento cõmuni vsu loquendi
quamuis alias statuta essent stricte intelli-
genda præcipuè in materia pœnali, hæc
est Bartoli doctrina,in rub.nu.5.col.2.ff.
de noui.op.nunti.vbi.Rom.col.2.n.10.
Alex.Iaso.n.6.& Carol.Ruynus.col.3.n.
9.cõmunem cum Bart.testatur opinionẽ
& alij plures relati per Dida.Per.in præsen
ti sub.l.2.ti.14.li.3.ordi.in glo. que otro.
vbi per tex. nostrum inquit illam Bartoli
doctrinam quamuis iure ciuili attento nõ
careret scrupulo,lege tamen nostra atten
ta non esse dubitandum de ea,& sic q pos
sessio sola sufficiat,vt pœna nostri text.&
similium locũ habeat tenẽt gl.Bar.&DD.
in.d.l.siquis in tantam,teste gloss.in.l. 10.
tit.10.in glo.magna,pa.7.vbi ex illa.l.10.
&

& sequen. id probat, & ideo secundum cũ ibi commodatario, & depositario nõ competit regis nostræ remedium, sed solum
72 actio in factum, † secundum supra dictos, & Mont. in d. l. 4. tit. 4. li. 4. fori in gl. y en poder & Rip. in c. sępe. n. 17. & 18. de res. spoli. & Menoc. in d. 9. rem. n. 46. cum sequent. aliquibus, & probat. l. 11. tit. 10. p. 7. & sic secundum Mont. vbi supra tria opera
73 tur possessio hęc †, scilicet quod possessorem facit esse reum, vt hic & l. 2. ff. de alie. iud. mut. causa facta, & tradit Rip. in d. c. sæpe. n. 2. Secundo facit præsumi eum esse dominum, vt. l. 1. ff. fami. ercis. & l. titia. ff. de solution. tertio transfert onus probãdi in petentem, vt. l. titia. ff. de probatio. possessio tamen hæc debet esse quieta & pacifica, prout ex ijs verbis nostri tex. deducitur, ibi en poder y en paz, nã si inuasus non posideret quietè quamuis per alium inuaderetur non competeret ei remediũ nostri tex. secundũ Montal in d. l. 4. in gl. en paz. Est tamen optimũ dubium in pro
74 posito, num requiretur † probare possessionem tempore spolij adesse & sic tunc posidere spoliatum, vel sufficiet probare paulò ante spolium, & inuasionẽ possedisse, quamuis tempore spolij non probetur possedisse, & videtur vltra spolium probãdum esse, quod ipsius spolij tẽpore spoliatus ipse posidebat, ex tex. in l. 1. §. rectissime, & ibi Bat. & Albe. ff. de vi & vi arma. & tex. gl. & Bal. col. 2. in c. cõsultationibus, de offi. del. rota noua. 439. n. 2. gl. præsumitur in. c. 2. de resti. spoliat. quos & alios ita tenendo allegat Dida. Perez. in l. 5. tit. 14. li. 3. or. col. 1293. in fi. & tradit Ferra. in pract. in forma libelli, in causa spoliatæ pos. in gl. ingressus, & in gl. sępi', fo. 170. & gl. magna, in d. l. 10. ti. 10. p. 7. Deti. conf. 125. n. 2. probaturq; ex viuaratione, nam si ratione inuasionis & spolij datur & conceditur spoliato remediũ nostri text, quomodo potest dici spoliatus, qui nõ probat tẽpore inuasionis & spolij posidere, & ad incurrẽdã pœnam aliquã probãdũ est, qualitatẽ extitisse tẽpore delicti cõmissi, quæ quidẽ qualitas facit aliter delictũ puniri, quã puniret, si qualitas illa nõ extaret, sed probatũ est supra & clarè patet, possessionem efficere legis nostræ pœnã incurri ꝑ inuadentẽ rem possessam ab alio, ergo si qualitas illa non probetur & sic possessio tempore spolij, nihil agitur neque punietur inuasor pœna nostri text. hæc tamen quamuis quoad alia interdicta vera sint & procedãt tamen quoad interdictum vnde vi, & sic recuperandæ possessionis non ꝓcedunt, in eo enim non ita stricta requirit probatio possessionis tempore spolij, sed sufficit probare paulò ante possedisse, vel possessionem antiquiorem habuisse, vt noua possessio inuasoris clandestina & vitiosa pręsumatur, & ex hoc etiã resultet præsumptio quod tempore spolij poside bat dum tamen ita allegatur in spolij libello, & contrarium nõ probetur, nã cũ possessio nõ amittat sine animo, vt. ff. de acq. pos. l. quamuis, & l. 3. §. in amittẽda, eo. tit. semper præsumitur posidere saltim ciuiliter, qui primo possedit, facit l. non ignorauit. C. ad exhiben. & ita tenet Specul. in ti. de petit. & pos. §. 1. n. 33. in fi. pa. 2, fo. 80 & Hostien. in c. cũ ad sedem & ibi Abb. n. 28. de restit. spoli. & in ca. cum ecclesia de caus. pos. & prop. & Faber, in. §. 2. inst. de fidei. com. hæ. quos ad hoc allegat Monta. in d. l. 4. gl. 1. in fine, tit. 4. li. 4. fori. & communẽ testatur Rip. in d. c. cũ ecclesia. nu. 23. & 32. & Coua. in. c. possessor. 2. p. §. 1. n. 4. de regul. iur. in 6. & Ant. Gom. l. 45. tauri n. 181. in fine, sufficit enim in reme-
75 dio possessorio recuperandæ † probatio possessionis antiquioris, secundũ Rolan. Valle. consi. 6. n. 33. & 36. vol. 1. probataque possessioni antiquiori noua præsumi-
76 tur † clandestina ex tex. & ibi Abb. in c. licet reprobatio. & Marant. in pract. dist. 7. pag. 171. in parnis. n. 17. & plures alios ita tenentes refert post hæc Menoc. in. d. rem. 15. recuperandæ possessionis, n. 383. cum sequent. pluribus, vbi ampliat & limitat, quamuis alij teneant cõtrarium relati per eũ, vbi & per Coua. vbi sup. ibique ipse Coua. testatũ idẽ esse in interdicto vti posidetis, & erit hic vnus modus probandi quẽ posidere tẽpore spolij, sm Farra. in pract. in forma libelli in causa rei spo. in gl, sæpius requisitus, vbi & alium probãdi modũ annectit, & sic nostri tx. remediũ, duo sufficiet ꝓbare, antiquiorẽ s. spoliati possesionẽ, & nouã cõueti, imo quãuis sm Mõta. vbi sup. in gl. 1. requirat, ꝙ spolians ingrediat possessionẽ ipsius rei inuasę, ex tx.

per eũ corruptè allegatum, in.l.1.§.eum verò, versicu. vi possidere.ff.de vi & vi armata, sufficiet tamen quod eiectio ipsius possessoris ad hoc ordinata sit, vt spolians ingrederetur possessionem, etiam si nunquã eam occupauerit, ad quod considero glo. verbo deiectũ lo.2.in.l.3.§ si quis autem.ff.de vi & vi arma. & tenet Imol.in.l. non solum.§.si dominus.ff.de vsu capio.in alijs autem interdictis possessorijs, quã recuperandæ possessionis,
77 † probandum est tempore vis illatæ possidere inuasum, vt dictũ est. Sed an doli probatio requiretur in materia nostri text. dicendum est
78 nõ requiri †, sed latam culpam sufficere, secundũ Ferraram, vbi sup. in glo.1.col.3. in medio, & Ant.Gom.in.l.45.tauri.n.187 nam quantumuis in materia interdicti, vnde vi, doli secundum eos ibi, probatio requiratur non tamen requiritur in materia nostri tex. & cum eius remedio & dictę.l. si quis in tantam ei similis agitur, vt probatur.in.l.momentariæ.C.vnde vi, secundũ gloss.in.l.fin.capitu.qui legi.person.stan. in iud.hab.licet, & tunc vtrumque remedium annullari possit, secundum Menoc. de recuper.pos.9.remedio.n.310.vbi.n. 312.ponit formam libelli, & quod remedium erit melius tunc intentare, vide Anto.Gom.d.nu.187.& de ijs omnibus tractauit etiam Boeri.decisi.238.& Villalo. in suo ærario mille com.opini.litera.P.nu. 214. cum sequent. vbi nu.216.allegat Alciatum, dicentem esse communem opinionem quod vt præsumatur possessionẽ adesse tempore spolij ex probatione pos
79 sessionis † paulo ante habitæ debet allegari. alias non præsumitur, & sic requiritur de iure, secundum Meno.in.d.15.rem.n. 430.cum pluribus sequent. quod in libello apponeretur possedisse tempore spolij, aliàs libellus erat ipso iure nullus, sed ex.l. 7.tit.17.infra isto lib. non annullaretur libellus quamuis hoc deficeret in eo, quoniam secundum veritatem est procedendum, prout in proposito voluerunt simili stante lege, Alex.consi.6.col.1.vol.3.& Afflictis decisi.250.relati per Meno.in.d. 15.rem.n.440.cum sequen.

Ibi, [pierdalo,] simile disponitur, in.d.l. si quis in tantã.C.vnde vi, & in.l.11.ti.13 p.5.&.l.14.ti.14.ea.p.5.&.l.10.ti.10.p.7. &.l.2.&.3.nostri titu. & tex.in c.placuit
80 16.quæstio.6. nam & vis adest † tũc quoties id quod quis deberi sibi putat non per iudicem reposcit, vt in.l.creditores.ff.ad.l. Iuli.de vi priu. & probatur ex text.nostro in finalibus verbis: quod adeò verũ est, quod & in beneficialib' similis iuris amisio disposita reperitur per inuadentem ꝓpria authoritate beneficiũ ab alio possessum, sm̃ tex. in.c.eum qui, depræben.in.6.& per DD. ibi & Rebu.inde pacifi.pos.n.228.&.231. & in hac lege remanet dictum & non solum intẽtando remedium nostri text. potest amisio iuris in proprietate, verũ etiam
81 excipiendo † contra dominum agentem de proprietate, secundum glo.& ibi Abb. in.c.pastoralis.n.28.de causa pos. & proprĩ quẽ post hæc reperi relatum, per Menoch.in.d.9.rem.n.413. Est tamen notãdum quod circa hoc differunt profana à beneficialibus in duobus, primo quia in
82 profanis † priuatio non fit ipso iure, sed per sententiam, secundum glo. amittat in. d.l.si quis in tantam, & iterum in glo.magna.quæst.4.col.pen.ad fi.& glo.in.c.lator. 2.quæst.7. quibus glos. cæteri assentiunt secundum Rip. & alios relatos per Menochi.in.d.9.rem.n.305.& probatur nam verbum hoc pierda, est futuri temporis, de
83 cuius temporis † natura est, non ipso iure sed per sententiam inducere priuationem secundum glos.ab omnibus laudatam, & secutã, in.l.incriminali.C.de iur.om.iud. quod secus est in verbo præsentis tẽporis, secundũ glo. illam, quam in vtroque communiter approbatam testatur Ripa. in.c. sępè.n.99.de restit.spoli.D.Menesium, in l.1.num.28.C.de iur.& fac.ig.vbi Tiraq. latissimè hæc tractantem allegat, & approbatur hoc per tx.in.l.10.ti.10.p.7.quãuis glo.in auth.de hære.& fal.verbo auferri. §.si quis autem non implens, velit quod verbum etiam futuri temporis ipso iure inducat priuationem, & male & contra eã in suo casu est text.in.l.fi.tit.10.p.6.iũcta communi supra relata, per verbum futuri non est latæ, sed ferendæ sententiæ, & illam.l.fi. contra glo.illam cõsiderat Padilla, in auth.hoc amplius.n.22.C.de fidei com.& gl.por juizio, in.d.l.fi. In beneficialib' vero, & spiritualibus nõ per sententiã,
84 sed ipso iure † spoliator si quis ius habebat in re

re spoliata amittit, ex tex. in. d. c. eũ qui, de
preben. in. 6. & sic violẽtia in spiritualibus,
85 † & beneficialib' est odiosior, quã in tẽpo
ralibus, & profanis, sm̃ Rip. in. d. c. sæpe. n.
100. de resti. Spoli. & Meno. in. d 9. rem.
n. 306. vbi & ipsi optimè inquiunt ꝙ licet
in spiritualibus & beneficialibus ipso iure
fiat, adhuc tamẽ requiritur sentẽtia d'clara
toria, prout in simili diximus late in. l. 1. ti.
de las cõtestaciones, gl. aunq̃ no sea supra
isto lib. Et an in cõscientia & foro poli pos
sit iste cui applicat res illa ꝑpter amissionẽ
86 iuris in ea habiti ꝑ spoliatorẽ, retinere † rẽ
illã, tradit Grego. Lo. in. l. 10. ti. 10. p. 7. in
87 gl. 1. & an lex potuerit † aliquẽ dñio rei suę
priuare, tradit Coua. in. c. peccatũ. 3. p. §. 1.
n. 5. vers. de legibus, de reg. iur. in. 6. secun
do & vlterius differunt profana ab spiritu
alib' & beneficialibus in hac materia. s. ꝙ
88 in spiritualibus † & beneficialib' pœna hęc
omissionis iuris adhuc est in viridi obser-
uantia, sm̃ Alexand. cons. 15. li. 5. & Fe. in
tract. de conatu, falla. 8. n. 8. & Benedict. in
C. Raynuntius, de testã. verbo si absq; libe
ri. moreret, el. 2. n. 148. non solum si pro-
prietas beneficij inuadatur, verũ & si tan-
tũ fructus, amittitur ius possessionis fru-
ctuum sm̃ Rebu. in. 3. tom. constit. Fran. ti
tu. de causis benef. pos. art. pen. glo. vna, in
fine, quoniã in beneficialibus maior est cõ
tumacia & delictum, quam in profanis. In
89 profanis verò pœna † hæc amissionis iuris
consuetudine abrogata est, secundũ supra
dictos DD. maximè Feli. & Rebuf. in re-
petit. l. quod iussit. n. 184. ff. de re iudi. &
fuit Specul. in tit. de resti. spol. §. 1. & tra-
dit. glo. 5. & ibi optimè Abba. nu. 9. in cap.
1. de dolo & contum. & D. Coua. li. 3. va-
ri. c. 16. n. 7. versi. his præterea, vbi asserit
legem nostrã & sequentes & similes iuris
ciuilis & partitarum, pœnam hãc amissio-
nis iuris ponẽtes iam vsu, & obseruãtia cõ
muni derogatas esse, prout refert Villalo.
in suo ærario mille com. opi. verbo posses
sio. n. 239. Idq; nimirum, nã si in foro cõs-
cientiæ retineri nõ potest res ꝑ spoliatum
90 ei adiudicata † ex vi huius iuris amissi, sm̃
gl. in. d. l. 10. ti. 10. p. 7. & dixi in. l. 10. verbo
pierda, ti. 1. sup. isto li. n. 65. quare esset ob
seruãda lex cũ peccato, quãuis nõ ignorẽ
Dida. Per. in. l. 2. ti. 14. li. 3. ord. col. 1255.
cõtra tenuisse, imo ꝙ etiã in ꝓfanis pœna
hæc amissionis iuris sit in viridi obseruãtia
& retineri posse rẽ hac de causa, nã lex ex
iusta causa, sm̃ Coua. in. d. c. peccatũ, iube-
re potest. vt quis dominio rei suæ priuetur
sed quæ iustior causa hac esse potest, cũ cri
91 mẽ hoc violẽtię † crimini læsæ maiestatis as
similet, sm̃ eund. Dida. Per. vbi supra. col.
1256. in prin. & metu huius pœnæ arcerẽ
tur plures ab eius cõmissione & ꝑpetratio
ne, & nisi sic inuasores punirent, aperiret
via ad exercendã auaritiã contra tex. in. §.
quia tamẽ, inst. de vi bon. raptorũ, & pęna
legalis saltim secuta condẽnatione in cons
ciẽtia retineri potest, sm̃ Menes. in. l. siquis
maior. n. 57. C. de trãsactio. ergo mirum
nõ est, si & hodie, pæna hęc obseruãda sit,
& DD. aliud asserẽtes tantũ quoad patriã
suã vbi scripserũt credendi sint de consue
tudine affirmãtes, vidi tamen semel & bis
negotia circa nostri tex. remedia in profa
nis & nũquã hãc iuris amissi pœnã impos
tã vidi, neq; iudex imponere voluit, vnus
quisq; cũ casus occurrerit de practica, & sti
lo tribunalis se informabit, & notãdũ ꝙ pę
na vbi amissionis esset practicãda tũc pra
cticaret data vi cõpulsiua, vel expulsiua, nõ
vero alias, vt dictum remanet, neq; impo-
neretur in casib' de quibus ꝑ gl. in. l. 14. ti.
14. p. 5. & Mat. Affl. in. c. 1. de pace iur. fir:
à. n. 43. vsq; ad. 93. Quid tamẽ si rẽ propriã
ab alio possessam inuadã, vel quia debitũ
mihi soluere nõ vult propria authoritate
92 cepi rẽ debito † æquiualentẽ an pæna hu
ius. l. teneat, & glo. magna. col. 2. in med.
in dict. l. siquis in tantum, tenet quod sic,
& glos. in. c. ius gentium. i. dist, licet si co-
pia iudicis non adesset & scandalum time-
retur, probationemq; nõ haberem, pœnã
legis huius & similiũ nõ incurrerem neq;
in conscientia tenerer, secũdum glo. illã,
quam sequitur in hoc plura allegans Re.
buf. in. l. vnica. nu. 178. C. de sent. quæ pro
eo quod int. profer. & Abb. in. c. qualiter
& quando, nu. 2. de iudi. & in. ca. 1. n. 10.
de dolo & contum. & est similis glos. in.
l. nullus. C. d' Iudæis, & ita declarat D. Co
uar. li. 1. var. c. 2. nu. 15. nã si copia iudicis
deficeret, & hoc & propriã iniuriã vindi
93 care liceret † propria authoritate, secũdũ
eun. Coua. in. c. peccatũ. 2. p. §. 9. n. 3. quã
uis Alex. relatus ꝑ Cou. d. nu. 15. versic.
primum hanc, & Hipp. cons. 135. n. 23. &

24.& Cæpol.consil.crim.26.numero.5. & Rip.in.cap.1.n.89.extra de iudi.teneāt quod quamuis copia iudicis adsit, posit quis rem suam ab alio occupatā propria authoritate capere, vel propter debitum suum posit rem æquiualentem percipere ipse tamen Couarr. inquit hoc esse contra communem, & ideo non tenendum saltim in foro conscientię in quo ipse loquitur: data tamen copia iudicis aliquid horum faciens pœnam nostri tex. & similium incurreret, quamuis à furto liberari
94 posset † data bona fama & probato debito, vel rei dominio, secundum Ripa. & & Cæpol. vbi supra prout iam in facti contingentia liberaui. Sed an condemnatus
95 nostræ legis pœna † erit infamis tradit Ferrara, vbi supra in gloss. per vestram diffinitiuam, vbi & tractat an à diffinitiua super hoc lata appellari posit, de quo & per Ripam, in dict.cap.sæpe, numero fin. extra de resti.spoli.& latissime per Menochium de recup.pos.9.remedio, numero 316.cum pluribus sequent. Sed an & vltra quod inuasor renetur pœna amissionis iuris tenebitur & fructus perceptos re-
96 stituere †, & dicendum est quod sic, ex tex.optimo in.l.10.tit.10.par.7.vbi gloss. frutos, etiam qui percipi potuerunt, inquit restituendos, tenetur enim inuasor
97 ad tria † rem restituere, & fructus reddere, & dāna & interesse persoluere, vt notatur in.l.si de possessione.ca. vnde vi, & in C.grauis, extra de resti.spoli.quæ iura ad hoc allegat Ferrara, in practi.in forma libelli rei spolia .gloss.ad reintegrandum, vbi & optimè declarat quomodo probabuntur damna hæc & interesse, de quo & quo ad conscientiæ forum tradit illustrissimus Couarr.in.d.ca.peccatum.2.parte. §.6.nu.4.vbi & num.1.inquit adeò teneri inuasorem restituere in conscientia rem inuasam quod tenetur etiam si absque eius
98 culpa † perierit modo non foret eodem modo apud dominum peritura, & qua æstimatione res illa tunc erit æstimāda, & an in animæ iudicio retinere expensas vtiles, & meliorationes deducere posit talis inuasor videndus est D. Couar. vbi sup.n. 2.&.3. Estque etiam notandum remediū nostri text.&. d.l.siquis.in tantam, & similium, etiam pro damnis & interesse
99 perpetuum esse † non vero annale, sicut est interdictū vnde vi pro damnis ijs & interesse, secundum Ferrar.vbi sup.gl.1.versic.sciendum est ergo, & in gloss.simul cū omnibus damnis, vbi & declarat, quæ damna sint ista, quæ in restitutorio remedio veniūt, in condemnatione, & tenet idem q tenet Ferrara, Ant.Gom.l.45.tauri, nu. 187. Et an præsumptio sit contra posidētem rem meam, quam ego probo me antea possedisse, iam alibi tetigimus in ista lege & tractat late Anto.Gom.d.l.45.tauri num.192.perquem videbitur per lapsum tamen triginta annorum, quælibet mala fides, quæ præsumi poterat, excludetur
100 † etiam si petens probet se possessorem antiquiorem, secundum Couar.in.c.possessor.2.p.§.8.n.3.vbi hanc testatur communem opinionem, quamuis ipse inuehat contra eam, perdit etiam ius suum ille,
101 † qui pendente lite super re aliqua spoliauit aduersarium re illa, secūdum glo.in ca. non solum, de appell.in.6.quam sequūtur plures relati per Ias.in.l.naturaliter.§.nihil cōmune.n.133.ff.de acq.pos.& idem esse si pendente appellatione fiat, testatur Meno.alios referens, in d. recup. pos. remedio.15.nu.39.cum sequent.

Ibi, [demandelo, non enim est licitum alicui sua propria authoritate sibi ius dicere, sed debet ad hoc iudicem competentē adire, vt.C.de Iudęis.l.nullus, & hoc est regulare vt ibi, &.l.extat.ff.q met' causa. & in rub.& in nigro.C.ne quis in sua causa.l.11.ti.13.p.5.l.14.ti.14.p.5.& alia iura in præsenti allegata p Mont.in gl.demādeglo, imo & successor maioratus nō po
102 test tertiū possessorē † à possessione rerū maioratus ppria authoritate expellere, sm Bal.in rub.d causa pos.& propr. Alex.cōs.82.n.4.li.2.& alij nouissimè relati p Moli.de primoge. Hisp li.3.c.12.n.12.fo.85. pa.2.nō enim licet propria authoritate occupare rē etiā si adeā iustus titulus habeat vt pro regula ponit Ber. Diaz, in regula. 67.nisi in casibus p eum & per Speculat. relatum, per Plateā, in.l.deuotū.c.demeta. & epedimet.li.12.positis, putā si desit copia iudices, vt in hac. l. diximus, vel si esset periculum in mora, putà cum famulus seruiens, cui diminus vestes dederat, recedit à domino

103 mino, nam potest dominus † ei vestes auferre, secundum Bar. in l. pen. §. seruus vxoris nume. 4. ff. sol. mat. & Puteum, de sindicatu verbo salarium ca. 6. num. 13. & 14. fol. 401. in paruis, & Montaluus in præsenti, gloss. demandegelo, vel nisi esset pactum interpositum quod sua propria au-
104 thoritate † posset possessionem ingredi, secundum tex. in dict. l. 11. tit. 13. par. 5. & l. 1. tit. 17. libro. 5. infra & l. 2. titu. 13. lib. 8. infra & ibi gloss. 1. eo quod ius exequendi ex partium conuentione, & ex iudicis permissione æquiparantur, secundum Suarez. l. post rem in l. regia. in prin. num. 11. & 12. pagi. 273. versicu. præterea, vel in alijs casibus in quibus licet vnicuique sibi ius dicere, de quibus per Ias. in l. qui iurisdictioni. ff. de iur. om. iudi. & per gloss. & DD. in cap. cum venisset, de iudic, & Socin. regul. 195. & Dueñas vbi supra, vel ni
105 si iudex concesserit licentiam † occupandi rem propria authoritate, prout potest, vt communem testatur Tiraquel. de iure constit. pos. 3. parte limi. 17. numer. 14. quem corrupte allegauit Villalobos in suo ærario mille com. opini. litera. P. numero. 237. & tradit post hæc Menochius de recuper. pos. 9. rem. num. 204. cum. 7. sequent. tunc enim poterit pars propria authoritate ingredi possessionem rei, secundum gloss. vulgato in l. meminerint. C. vnde vi, ad hoc allegatam, per Abb. in. ca. 1. num. 4. de causa pos. & proprie. & in. C. de cætero num. 11. de re iud. & Bar. in. l. 3. n. 26. C. de pignori. quod tamen intelligitur sm Bar. in. l. iustè possidet. ff. de acq. pos.
106 num. 3. nisi inuenerit resistetem †, quia tunc non licet ingredi quamuis iudex permiserit, & cum Bar. testatur communem Ias. in ea. l. iuste. n. 19. cum. 2. sequent. & Abb. in. d. n. 11. declarãs, & est ratio nè fortè tumult⁹ maioris occasio fiat, ex l. nõ est singulis. ff. de reg. iur. & cap. nihil de præscripti. & l. pen. ff. ad. l. cor. de sicar. vbi tumultus in populo vitandus est, vel secundo intelligitur, secundum Bar. in. d. l. meminerint, & ibi Salic. quoties in ingressu possessionis virtute licentiæ iudicis ordo iuris seruatus est, non alias, prout probatur in. l. sequente, nisi certum & indubi-
107 tatum sit nullam † defensionem competere, nam tunc nullus iuris ordo neque citatio requiretur, secundum Abb. in. ca. 1. num. 4. de causa pos. & prop. & Ias. in. l. siquis arbitratu numero 23. fol. 73. ff. de verbo. obli. & ijs lex hæc remanet expedita in cuius declarationem, sicut & aliarum nostri tituli quam plura consulto omisi postquam vidi Menochij opera, quæ scripta habebam super eis, cum per ipsum videri possint.

LEX. II.

SVMMARIVM LEGIS

Rescriptum Principis, seu sententia iudicis concedens alicui licentiam occupandi rẽ ab alio possessam debet intelligi præmissa citatione possessoris, aliter enim si citatione prætermissa occupetur restituenda est resspoliato intra triduum per iudices alios populi qui si negligentes fuerint, concilium ciuitatis restituet, & est singularis dispositio hæc nostræ legis.

Similemque dispositionem habemus, in l. meminerint. C. vnde vi, & in l. præsenti. §. cum autem. C. de ijs qui ad eccles. conf. & in ca. licet de prębend. in. 6. perquę iura suppleri posset noster tex. scilicet, vt etiam talis occupator priuetur iure suo, si quod in re illa habebat, veruntamen quia textus noster hoc non expresit, & si voluisset expresisset prout in lege supra proxima fecit, non admitto suppletionem hanc, præsertim, quia quoties cum principis, vel iudicis authoritate quis occupat rem alienam iuris ordine non seruato licet ad restitutionem rei agi posit, ex textu nostro & dictis iuribus, non tamen ad

Z 4 incur-

1 incurſum pœnæ † amiſsionis iuris, ſecundum Bar.in.l.ſi finita.§. Iulianus numero. 21.ff.de dam.inf.cum quo reperio relatū Fran.Curti.in.l.4.num.16.ff.de iur. om. iudi communem dicentem, pro qua communi allegatur text.in.l.is cui.§.quæri poteſt.ff.vt in poſ. eat.& quia quamuis præceptū hoc principis, vel iudicis cōtra legis diſpoſitionem latum non excuſet in totū, neque ei obediendum eſſet, ſecundum gl. in.l.non videtur.§.qui iuſſu.ff.de reg.iur. ad declarationem tex.ibi & tex.in.l.5.tit. 15.p.7.&.l.9.&.20.tit.ſi.ea par.de qua p DD.in.l.vt vim.ff.de iuſ.& iur. & Soci. reg.541. aliquantulum tamen excuſaret, & ideo nō ſine myſterio lex noſtra pœnā amiſsionis iuris omiſit, prout omittendam ſiue ex iuſtis ſiue ex iniuſtis præceptis iudicum poſſeſsio ingrediatur, teſtatur eſſe commune dictum aduocatorum Caſsiadorus, in deciſi.6.de cauſa poſ.& propriet. n.7. nam obediens primo ſuperioris præcepto, in cuius executione ſecūdam habebat ſpectare iuſsionem, excuſatur propter
2 bonum † obedientię, ſecundum glo.in.c. ad aureſ.de tem.ordi. & gl.iniquitas in.c. quid culpatur.23.quæſt.1.quas commendat Ripa in ca.ſi quando.n.17.de reſcrip. & de materia noſtræ legis dum eam ſcriptam haberem prodijt in lucem Menoch. de recuper.poſ.8.rem.ibi ſcriptorū meorum partem referens, & ipſum allegabo vbi opus fuerit.

Ibi, [deſpojar,] ſpoliare pro deijcere in præſenti capimus, itidem requiritur hic violentia expulſiua, vel compulſiua vt eius remedium locum habeat, ſi vero ſpoliare pro ingredi, & occupare rem alterius capiamus abſque perſonæ poſsidentis deiectione, eſt hic text. quod etiam ſpoliatus abſque violentia eſt ſtatim reſtituendus, prout ſupra lege proxima diximus, ſatis enim dicitur ſpoliare & expellere, & violentiam inferre, qui reuertentem dominū nōadmittit, vt ſupra lege proxima dixim', & ſic cum ſpoliatus dicatur, reſtituendus eſt ſtatim, & qualiter intelligatur, vt qui facto & authoritate iudicis priuatur poſ-
3 ſeſsione † reſtituatur, vide optime per Menoch.vbi ſup.nu.3.pluribus ſequent.

Ibi, [ſin primeramente ſer llamado], nullum eſt enim iudicis mandatū ſiue ſcripto ſiue verbo factum, quod quis det alteri rēcertā nulla præcedente cauſæ cognitione, ſm̄ tx.in.l.22.ti.22.p.3.& tradit Bal.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro marito, relatus per Parladorium.c.10.rerū quotidia num.1.& probatur ex.l.inter locutio.C. ne vxor pro marito, alias eſt. C. com. vel epiſtolæ, & ſi quis virtute talis mandati nulli quia vocata non fuit pars rem illam ingrediatur & poſſideat violentus poſſeſſor iudicatur, ſm̄ Rolan. Valle.conſi.6.n. 24.vol.2.eſt enim ſecundum eū ibi.n.25. in lata culpa qui vtitur ſententia nulla, & ideo nimirum ſi teneatur de violentia illata.vt.§.1.inſti.de vi bonorū raptorum, ſpoliareque dicitur iudex nulliter procedens.
4 † & ſpoliatus illico reſtituendus eſt, ſecun Abb.in.c.conquerente, nu.8.& ibi Beroi. de reſti.ſpoliat.& alios plures relatos per Menochium in.d.8.rem.nu.19.&.20.& ideo abſque citatione neque eſt ſimile præſtandum mandatum neque res alterius ingredienda, quotieſcunque enim
5 celebratur actus in quo alicui paratur † præiudicium, citandus eſt ille, cui principaliter intereſt, vel præiudiciū parari poteſt ex tex.in.l.nāta diuus.ff.de adoptio.& in. l.de vnoquoq;.ff.de re iud.vbi p Hippo.& Rebu.& Tiraq.in tract.res inter alios acta, & eund.Hipp.ſing.30.&.75.& Soci.conſ. 11.n.3.vol.4.& in regulis poſtremis.23. incip.citatio. & Menochiū.d.8.rem.nu. 101 cum pluribus ſequent.quod adeo verum eſt, quod ſi per iudicem eccleſiaſticū
6 fiat inhibitio iudici ſeculari † ad partis inſtantiam adhuc requiritur citatio aduerſarij aliter inhibitio non valet, ſecundum Iaſ.in.l.admonendi num.22.ff.de iure iura. & hanc communem teſtatur idem Iaſ. in.l.ſi opus n.6.ff.de noui op.nunti. & verius hoc eſſe aſſerunt omnes teſte Oroſc. in.l.ne quicquam.§.vbi decretum nu.59. col.430.ff.de offi.procōſul.licet in praxi male aliquando obſeruetur limitat tamen hoc ipſe Oroſcius, ibi niſi res notoria ſit, aut inhibitio fiat magis ex iudicis officio quam ad partis inſtantiam, quæ nouiſsimè poſt hæc refert ſic declarādo conciuis noſter Doctor ac Canonicus Ciuitatenſis Ioannes Guterrius, in tract.de iuramen. confirm.1.par.ca.2.num.31.ex quibus ſi
7 lis tractatur contra dominum ſuper iuris dictio-

diἀione debent citari vassalli, alias eis non præiudicatur, sicut & si agatur contra populum super terminis ab eo possessis, quibus cohæret iurisdiἀio terminorum debet dominus citari, aliter enim ei non præiudicatur, prout vtrumque prosequitur & declarat Auend. cap. 5. prætor. num. 9. & 10. lib. 1. non enim aliquid contra inauditam partem debet diffiniri, secũdum tex. in cap. cum ecclesia. de causa poss. & prop. defensionisque facultas nemini est deneganda. l. defensionis. C. de iure fisci. lib. 10. citatio vero remedium † defensionis est à iure naturali proueniẽs, ex tex. in Clem. pastoralis, verbo cæterum de re iudic. latè Felin. in cap. dilecti, nume. 7. de exceptio. ergo omittenda non est, neque per iudicem deneganda aut negligenda, imò neque Papa, vel Imperator † de potestate ordinaria, vel saltim de honestate, cũ esset contra omne ius diuinum naturale vel positiuum, possunt aliquem damnare non præmissa citatione, ex text. in cap. 1. de causa possess. & prop. vbi DD. maxime Abb. num. 4. ita notat, & Hippoly. in diἀ. l. de vnoquoque, num. 8. cum pluribus sequent. ff. de re iudic. & diἀ. singul. 75. & Beroi. & alij relati per Didac. Perez in. l. 3. titu. 14. lib. 3. ordin. colum. 1257. in fine, imo neque de plenitudine potestatis possent † parte non citata causam diffinire, secundum Ias. in. l. Gallus, in princi. nu. 18. ff. de lib. & posth. nam licet princeps aliquas solennitates prætermittere possit, non tamen, quæ iuris naturalis sunt, vt citationem, sic omnes in. l. vt vim, vbi Claudius, col. 1. ff. de iust. & iur. clare Socin. Senensis consil. 266. col. 16. lib. 2. & Decius consil. 498. in fine, & alij plures relati per Menochium, in diἀ. reme. 8. numero. 58. Deus enim ipse, cui nihil absconditum est, neque fuit, neque esse potest, noluit Adamum ipsum inauditum condemnare propter inobedientiam aduersus ipsius domini præceptum commissam, quod si per Deum hoc reperimus faἀum, quid non & per hominem erit faciendum, & ideò non est quis inauditus priuãdus possessione sua etiã si esset iniustus possessor, † ex tex. & ibi notatis, in. c. licet Eps beneficiũ, de præb. in. 6. & l. fi. C. si. per vim vel alio modo, Rota antiqua Feli. & alij relati per

8 (margin, beside "ci. lib. 10. citatio vero remedium")
9 (margin, beside "imò neque Papa")
10 (margin, beside "sent † parte non citata")
11 (margin, beside "ne sua etiã si esset")

Didacum Perez in. d. l. 3. titu. 14. libro. 3. ordi col. 1258. in quorum propositũ quã plura adduci possent. Solum tamẽ vnum notandum est, scilicet quod illi tantum citandi sunt, quibus principaliter negotium † tãgit, nõ vero illi, quos secũdario vt licet videre latissime ex Tiraquel. in traἀa. res inter alios aἀa, limi. 1. col. 2. versic sed hæc, cum pluribus sequent. nam id quod principaliter agitur est attendendum, & ideo testis periurus in incidentibus † & non in principali negotio non punitur de periurio, secundum Thom. Gram. decisi. Neapo. 43. num. 3. & 4. & Euerard. in cẽturia locorum loco à contrario sensu pag. 85. in medio in paruis, & Auend. cap. 27. prçt. numer. 19. & 27. libro. 2. & sic & in aἀu successori præiudiciali, ille est citandus de cuius formato præiudicio † principaliter agitur, neque de necessitate erit citandus alias sequens in gradu, secundum glossam in. l. de vnoquoque, verbo quos causa. ff. de re iudica. communiter approbatam teste Ias. in. l. siquis nec causam colum. 2. ff. si cer. pet. & iterum in. l. rescriptũ. n. 5. ff. de paἀ. Fel. in. c. fi. n 4. de maio. & obed. & alios allegat Dida. Perez in. l. 1. titulo. 2. columna. 829. lib. 3. ordi. ex quo ipse ibidem infert, quod possessor maioratus, si agatur contra eum pro parte vel in totum erit citandus, non verò vocatus ad maioratum post mortem ipsius, & ideo sententia lata contra possessorem maioratus super maioratu † vel parte ipsius successori non citato vel certiorato præiudicat, ex text. in. l. 1. §. quanuis, versicu. denuntiare, & versicul. denuntiari. ff. de ventre inspi. & in. l. ex contraἀu. ff. de re iud. & ex alijs iuribus hanc sententiam & opinionem tenuit Bart. in. l. in diem, num. 1. ff. de aqua. plu. arc. & Angel. Roma. Paul. & alij plures nouissimè relati per Molinã de primogen. Hispa. lib. 4. capit. 8. num. 3. vbi allegat hanc magis communem opinionem asserentes, quam & frequentiores tenere asserit Orosc. in. l. ingenuum num. 7. colum. 251. in fin. ff. de statu. homi. vbi inquit id procedere etiam si vocati litem motam minimè sciuerint, & ideò superfluum est consilium Didac. Perez, in rubric. titul. 1. lib. 3. ordinam. colum. 724. dicentis quod citetur successor per generale

12 (margin, beside "tium tãgit")
13 (margin, beside "ideo testis periurus")
14 (margin, beside "dus de cuius formato")
15 (margin, beside "ioratus super maioratu")

tale proclama, nam necesse non est hoc, ideo nō expendendum est tempus in proclamationibus, & edictis, omniaque acta iudicis illius nocebunt successori vocato, cum nocere soleant illis, quibus & sententia nocet, ex tex. in cap. inter dilectos, versicul. nec attestationes, de fide inst. & alijs allegatis per Molin. vbi supra, numer. 5. &
16 per consequens confessio † possessoris in iudicio illo facta nocebit successori vocato, ex dictis per Suarez in l. post rem. 3. notab. num. 7. pag. 254. & Pinelum in l. 1. 3. part. num. 50 limit. 9. C. de bon. mater. & hoc dummodo à maioratus possessore bona fide confessio fiat, vt fraudis præsumptio absit, de qua ibi Pinelus fundamentū capit, & faciliter auferetur si bonam famā confitentis probaueris, & præsumptiones aliquas extitisse, quibus confessio illa iustificari posset, bonaque hac fide possessor litem prosecutus fuerit, secus verò si fraus vel collusio interuenisset, secundū Molinam, vbi supra, num. 7. cum sequent. quem referre satis sit, nam diligentissimè hæc prosequitur, sic & sententia lata con-
17 tra institutum † nocet substituto, & ex text. in dict. l. ex contractu, ita tenet Iason in lectura. 1. dict. §. diui. num. 48. & ibi Additio. Bar. n. 9. litera. A. dele. 1. idē Ias. in l. de eem, num. 38. cum seq. ff. de verbo. oblig. fol. 145. vbi plura adducit, in propositum dictæ gloss. in dict. l. de vnoquoque, cumque hæc ita se habeant, nimirum si tex. noster disposuerit, iudicem inauditam partē & non citatam non posse priuare sua possessione, neque ad id mandatum, vel licentiam tribuere, neque tale mandatum, vel principis rescriptum esse obtemperandū & si aliter fiat intra triduum est restitutio facienda.

Ibi, [Sea obedecida y no cumplida,] ambitiosum enim præsumitur tale principis rescriptum, & iudicis mandatum, & per importunitatem obtentum, vt probatur in l. 1. C. de petiti. bon. sub. quem text. cōmendat Palac. Rub in rubri. de don. inter vir. & vxor. §. 81. & est etiam text. in capi. cum in iuuentute, de purga. cano. ibi compulsi fuimus non iuris necessitate, sed importunitate petentis, tradit Roma. consil. 436. quod indultum Petri, col. 1. & 4. & Cœpola, cautela. 36. & 56. & Hippolytu plures citans, sing. 6. Segura, & eius additio. in l. 1. §. si vir. num. 128. ff. de acq. poss. text. in extrauag. execrabilis, & ibi glo. extorsisse, de præben. Ioan. 22. cap. fin. de rescrip. in 6. & ibi glo. importunitatem, cap. non sanè. 14. quæst. 5. & ideò exequenda non sunt, vt l. ambitiosa. C. de diuersis rescrip. neque literæ principis contra ius sunt exequendæ, secundum text. in l. 2. tituli infra proximi, licet enim imperatorem eas concedere posse asserat Abb. & eius Addition. alios allegans in cap. 1. nume. 4. de causa poss. & propr. non vult tamen vt exequantur statim, quoniam vltra & præter voluntatem suam censentur cōcessa, imo
18 & ea, quæ sunt iuri contraria † nunquam censentur confirmata, secundum Bald. relatum & secutum per Rebuf. in tracta. de pacif. poss. num. 256. versic. quia ea in antiquis, & in nouiss. num. 307. & ideò secundum eum ibi in prin. illius numeri, violentus possessor quanuis confirmationē im-
19 petret, nihil agit, nisi de violentia † mentio fiat: motuque etiam proprio gratia facta de beneficio violenter ingresso nihil adiuuat, quia Papa gratiam non fecisset, si inhabilitatem sciuisset, secundum eundē Rebuf. in concord. Regni Franciæ, in rubrica, de forma mandati Apostoli. in glo. motu proprio pag. 187. in antiquis colū. 2. versic. sexto non inducit. Ex quibus potest notari contra miseros prelatos & correctores statim exequentes literas papæ, vel regis inferentes tertio non citato præiudicium, cum in earum executione deberent supersedere vsque dum papam ipsum, vel principem consulerent, & eius secundam iussionem expectarent, an velléc tertio præiudicare, cui præiudicari in dubio nolunt, secundum text. in l. 1. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico, put in l. 14. titu. 3. num. lib. 1. supra latè dictū remanet, & ideo iure optimo lex nostra disponit tales literas esse obediendas, sed non adimplendas.

Ibi, [Que los otros alcaldes,] & hoc in odium ipsius violentię, nam sicut ipsemet iudex de facto aliquem spolians, potest de facto restitutionem concedere, & tollere
20 de facto † id, quod de facto fecit, vt per gl. in l. minor. ff. de euictioni. & in l. si pacto. C. de transactio. Bal. & DD. in l. meminerint.

rint. C. vn de vi. & Bal. in. d. l. si pacto, col. 1. Hippolyt. consil. 38. num. 11. & facit glo. infirmabitur, in. l. 1. §. 1. ff. de ferijs, vbi infirmari asserit quatenus de facto processit quam in hoc allegat Bart. in. l. quæ sub cõditione. §. fin. in fin. ff. de condi. instit. & in l. 1. num. 14. C. quando prouo. non est necess. & est notab. secundum Ang. in. §. præterea, num. 31. instit. de actio. & Alexand. in. l. fin. num. 21. C. de bon. pos. cõtra tab. similis est gloss. in. l. si minor. C. de euicti. & considero glo. etiam in. l. 1. glos. 5. C. non licere habit. Metropol. libr. 11. & idẽ Bart. in. l. eleganter, in princip. num. 7. ff. de dolo, & ideò posset peti à iudice, quod
21 defacto reuocaret, † quod defacto fecit, secundum Barto. Socin. consil. 18. num. 30. lib. 1. de quo & iterum in hoc titulo dicemus: ita eodem modo socius talis iudicis spoliantis poterit reuocare spolium illud propter odium violentiæ, vt in cap. grauè, de offic. ordin. & in isto casu non habet lo
22 cum. l. vna. ff. de offi. consul. nam par † iudex cognoscit de causa, quam par ei præuenit, sed malè exercuit spoliando, & hęc est vna causa attributiua iurisdictionis, secundum Auenda. hæc considerantem in cap. 1. prætor. num. 30. versic. nona causa, libro. 1. vbi text. nostrum adhoc considerat.

Ibi, [Restituyan a la parte despojada,] ex ijs verbis approbatur opinio dicentium
23 spoliatum † etiam authoritate principis absque citatione antè omnia esse restituẽdum, sicut si à quolibet priuato spoliaretur, quæ quidem fuit opinio Bald. in cons. 135. in causa egregij propè finem, libr. 2. & aliorum relatorum per Menochium, in dict. 8. remed. recup. pos. nu. 52. cum pluribus sequent. & tenet Bart. Socin. consil. 32. num. 25. lib. 1. & ibi inquit quando dicatur de facto procedi: Impetrator enim talis rescripti à principe concessi ingrediens possessionem rei non vocato possessore dicitur spoliare, ex text. in dict. l. meminerint, & ex. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, & ideò nimirum quod antè omnia sit restituendus, in odium spoliantis, ex text. in cap. 1. & in cap. in literis, de restit. spoli. cap. cũ dilectus, cap. in causa, de causa pos. & propr. & alia plura iura, & DD. de hac regula tractantes allegat Didac. Perez. in rubr. titu. 14. lib. 3. ord. glo. 1. in princi. col. 1249. verbo, despojados, & Ant. Gomez. l. 45. tauri. nu. 182. cum pluribus sequent. & Capit. decis. 77. quem corruptè allegat Didacus Perez, vbi supra, & vide optimum consilium Roman. 158. imò & quod plus est spoliatus omnibus bonis nõ
24 tenetur creditoribus durante spolio †, prout communem testatur Grammaticus in decis. Neapol. 85. num. 1. ex Anton. & Anchar. in cap. cum olim. 2. de restit. spol. quos allegat Villalobos, in suo ærario mil. com. opin. litera. S nume. 155. itidemque in tantum est restitutio facienda spoliato vt procedat, etiam si statim spoliatus ipse
25 esset † restituturus rem ipsam spoliatori, secundum D. Couar. alios allegantem in cap. peccatum. 2. part. § 4. colum. penulti. versic. sed & spoliatus, de quo tamẽ in hoc titulo latè dicemus: Sed nonnè iustè possidet, qui authore Præto. possidet, vt in. l. iustè. ff. de acq. pos. & in cap. quod quis mãdato, de reg. iur. in. 6. item spoliatus à iudice non potest petere se restitui, secundum gloss. in cap. præsentium. 7. quæst. 1. & gl. 7 quæst. 1. cap. præsentium, & iterum in cap. in nomine domini, verbo, audientia, distinct. 23. quas adhoc allegat Abb. in capit. dilectus filius, num. 4. de rescript. idem Abb. in cap. conquerente, num. 7. & 8. de restit. spoli. Felin. in cap. si quando, colũ. 1. de offic. delega. Ias. in. l. iustè possidet, nu. 3. ff. de acq. pos. Franc. Curt. in. l. fin. num. 75. C. de edicto Diui Adria. tollen. quarũ glossarum doctrina habuit originem ex decis. Dini. in dict. cap. quod quis mandatum, vbi semper pro iudice præsumendũ esse asserit, ex quo cum pro iudice præsumatur, communem opinionem testatur Curt. Iuni. cons. 175. num. 5. relatus per Villalobos, in dict. ærario mille. com. opi. litera. S. num. 154. quod spoliatus à iudice
26 non potest petere † vt ante omnia restituatur, cum pro iudice præsumatur, sic & si quis iudicis mandato damnum dederit,
27 vel tertium iniuriauerit, † non tenetur, secundum text. in. l. 5. titu. 15. partit. 7. ergo decisio nostri text. procedere non potest, & iniustam esse iudicandum videtur, quibus tamen non obstantibus contrariũ est dicendum, scilicet legem nostram iustam sanctam & æquam continere dispositionem,

nem, scilicet, quod spoliatus iudicis authoritate inauditus & non citatus est ante omnia restituendus, tunc enim procedunt contraria supra adducta, quoties iudex ordine iuris seruato, & sic citato possessore
28 † ab eo rem aufert & alij tradit, tūc enim non dicitur spoliare, vt dicunt glo. illæ & communis asserta, quas glossas sic intellexerunt Doctores supra citati, & intelligunt omnes in dict. capit. conquerente, teste Abb. ibi nume. 7. & Bartol. in l. meminerint, numero. 3. C. vnde vi. Platea, in l. deuotum. numero. 12. C. de met. & perimet. lib. 12. Deci. in l. non videtur. §. qui iussu numero. 4. ff. de reg. iur. eodemque Decio consilio. 125. numero. 8. volum. 1. Hippolyt. in pract. §. nunc videndum, numero. 38. & in §. secunda, nume. 73. Imo. & Dec. num. 2. in cap. referente, de præb. & Dec. iterum in l. factum à iudice, num. 9. ff. de reg. iur. Abb. in cap. consultationibus, numero. 5. de iure pat. Ripa, in l. naturaliter. §. nihil commune, numero. 60. ff. de acq. poss. Roland. consil. 6. num. 26. volumine. 2. & ita etiam intellexit gloss. in summa. 3. quæstio. 1. & tenent alij plures relati per Menochium, in dict. 8. remedio recuper. pos. numero. 3. vbi cum pluribus alijs numeris sequen. dictas glossas alijs declarat modis, & nouissimè post hæc scripta tradit Pelaez in tract. de primogenitura. 3. part. quæst. 14. per totam, hæc tamen declaratio concors & communis est inter doctores, ita quod contradicentem non inuenies, & probatur ex text. nostro, dum restitutionem asserit ante omnia faciendam spoliato non citato iudicis authoritate, & sic ordine iuris prætermisso, quasi secus sit è contrario, ex quo intelliges dictam. l. 5. titulo. 15. partit. 7. scilicet quod
29 tunc iussus † iudicis excusat damnum dātem quoties iussus ille fuit cum causæ cognitione adhibitus, non verò alias, secundū Hippolytum, ita intelligentem, in dict. §. nunc videndum, numero. 41. sic etiam in
30 telliges text. in. l. qui restituere †. ff. de reiuendi. vbi aliquo ex iudicis iussu condemnato in iudicio reiuendicationis manu militari mittitur victor in possessionē, nam intelligitur hoc, quoties processum est iuris ordine seruato, & sic committendo executionem, quæ non habet annexam controuersiam violentiæ, secundum Iasonem in dicta. l. iustè possidet, numer. 4. & 22. ff. de acquir. posses. & Alexand. in dict. l. à Diuo Pio. §. in venditione, numero. 30. ff. de re iudicat. & ideò si iudex contra ius priuauit aliquem re sua potest spoliatus recuperare possessionem cum
31 fructibus † perceptis, secundum Abb. cōsilio. 43. columna fin. volum. 2. & Roma. consilio, 454. numero. 26. voluit Bartol. in l. sed si lege. §. scire, numero. 4. & 5. ff. de petitio. hære. Dec. numero. 4. in dicto capitulo, cum causa de offic. delegat. Couarru. lib. 1. varia. capit. 3. numero. 8. quando enim iudex absque causæ cognitione procedit, reputatur vt priuatus, neque ei obediendum est, secundum text. in capit. conquerente, de restit. spol. tradunt Cardin. & alij relati per Dueñas, regulis suis, regula. 186. in princip. Eodem etiam themate retento declarabis, text. in l. 7. titul.
32 12. libro. 8. infra probantē †, quod si principis mandato bona alicuius capiuntur, non incurrit capiens pœnam aliquam, id enim debet intelligi, si mandatum iustè, & seruato iuris ordine expeditum est, sicut in sententia iudicis ibi disponitur, aliter enim esset legi nostræ & supradictis lex illa contraria, nisi sic intelligas eam, & ideò optimè gloss. illæ declarantur supradicto modo, vt nostræ legi non obstent, quæ loquitur cum iuris ordine prætermisso principis, vel iudicis authoritate aliquis re sua priuatur, tunc enim ante omnia restituendus est spoliatus hic, & hoc sub intelligendum est quoties constaret iniustè & ordine iuris prætermisso esse processum, se-
33 cus vero si dubium † esset, quoniam tūc text. noster locum non haberet, eo quod in dubio pro iudice & eius mandato & sententia præsumendum est, ex text. in. l. 2. C. de offic. ciuil. iud. tradit Dynus in dict. cap. quod quis mandato, de regu. iur. in. 6. & Alciat. de præsumptio. regul. tertia, præsumptione. 10. per totam, & ideò rectè dicebat Archidia. in capit. quorundam. 74. distinct. relatus per Felin. in capit. dilectus, numero primo, de rescript. talem spolia-
34 tum debere in primis probare † se iniustè spoliatum, & sic affirmant Durandus, Decius Raynus, & Craueta relati per Menochium, vbi supra, numero. 5. & 6.

&.6.& sic semper facies apparere proces-
sum in quo spolium factum fuit, vt appa-
reat de iniustitia & ordinis cognitionis
prætermissione: & sic dictæ glossæ text.
nostro non obstant: minusque obstabit si
quis opposuerit de text.in.l. fin.§. fi. ff. de
eo quod met. causa, vbi mandatum iudi-
cis absque citatione fuit datum, & nihilo-
minus non fuit facta restitutio, neque re-
35 uocata exactio, quia ratio communior †
quare ibi illa exactio per vim facta nó fuit
reuocata est, quoniam ibi vis illata fuit cõ-
pulsiua, non verò expulsiua, ita illam.l. in-
telligunt Imo. & Alexand. numero.5. in
dict.l.à Diuo Pio.§.in vendi.ff.de re iudic.
& Francis. Curt.in.l.iubere cauere, num.
13.ff.de iurisd.om.iud.& Bald.in ea.l.fin.
§.fin.lectura.2.ff.quod met. causa, & Ri-
pa,in.l.naturaliter.§.nihil commune, nu.
74.ff.de acq.pos.& Menochius, de recu-
per. pos. 1. remedio. num. 104. & iterum
8.rem.num. 28. quem post hæc scripta vi-
di, & iste videtur magis communis intelle
ctus ad illam legem, & ratio differentię &
diuersitatis est, nam in vi compulsiua adhi
betur quidam consensus, & quædam ta-
cita voluntas, quæ licet coacta sit, volun-
tas tamen est, secundum tex. in.l.patre co
gente.ff.de ritu nupti. Sed in vi expulsiua
nullus inest consensus aut voluntas, ideò
procedit noster tex.& nostra materia, qui
quidem intellectus nunquam mihi applau
sit, tum quia ibi non agitur ad solutionem
pœnarum, vt inquit Ripa, vbi supra, sed ad
debiti satisfactionem ex iudicis præcepto
inordinate prolato, tum etiam, quia ibidē
restituendum debitorem exactum in pri-
ma parte inquit text.ille, quemadmodum
disponit dicta.l. meminerint, tum etiam
quantum non deberet fieri similis differē-
tia, præsertim lege præcedente attēta, vbi
æquiparauimus vim compulsiuam, & ex-
pulsiuam, iudexque iniustè & sine ordine
procedens ad spoliationem non differt à
priuato, imo & ipse dicitur spolium com-
mittere, sicut priuatus, & potest sibi con-
tradici etiam si habeat literas papæ cũ clau
sula, contradictores &c. secundum Maran
tam in disputatione. 1. num. 30. & ita ante
omnia restituitur spoliatus à iudice iniustè
& inordinatè, sicut si à priuato spoliaretur
secundum Boer.decis.238.num.4.& cō-
petit tali spoliato interdictum vnde vi.se-
cundum glo.in dict.cap.præsentium.7.q.
1.& per me supra relatos, & per Glossato-
rem Salmantinū, in.l.1. tit. 14.lib. 3. ord.
colum.1252.in medio, & Rip.in.l. natu-
raliter.§.nihil, num.58.ff.de acq.pos.& si-
cut priuato spoliante vis compulsiua suf-
ficit, secundum quod in.l. præcedente di-
ximus, vt eius remedium locum habeat,
ita debet, iudice inordinatim iubente aliũ
re sua priuari, sufficere, & multò fortius,
quandoquidem iudicium in inuitum red-
ditur, & iudici, cui sicut priuato resisti nō
potest, consensum & voluntatem non di-
citur, quem præstare, quia habet parere ne
cesse, & sic dictus intellectus non mihi ap
plaudet, qua de causa alius assignabatur in
tellectus ad illā.l.fi.§.fi.ff. quod met. cau-
36 sa, † scilicet, quod ideò ibi exactio vi facta
non reuocatur, quia ibi cum officiali iudi-
cis, & cum eius apparitore fuit exactio fa-
cta, non vero authoritate ipsius creditoris
prout ex text.ibi & glo. verbo simplici, pa
tere videtur, in nostra vero lege sua autho
ritate creditor fecit exactionem nullo ap-
paritore aut ministro iustitiæ interceden
te, & ideò reuocatur, quem intellectum as
signauit Bald.in illo.§.fi.lectura.2.qui qui
dem intellectus, sicut neque primus pla-
cet, tum quia bona ratio differentiæ assig-
nari non potest, tum etiam, quia & in no-
stro text. officialis iustitiæ misit in posses-
sionem virtute rescripti principis absque
citatione, & nihilominus vim fecisse pro-
bat noster text.& eius remedium compe-
tit, igitur nihil valet Baldi intellectus lege
37 nostra attenta: Ideò nouissimè assigno †
illi.§.fin.dictæ.l.fin.ff quod met.causa, in-
tellectum verum & literalem, vt supradi-
ctis non obstet, neque nostro text. scilicet
quod ideò ibi non reuocatur quod extra
ordinem violenter & iniustè per iudicem
factum est, quia constitit & notorium fuit
dum restitutio rei illius, & quantitatis abla
tæ peteretur per spoliatum verè quantita
tem illam deberi, ideò non fuit reuocatū
actitatum & iussum per iudicem inordina
tè, & est Deus testis quod multò antequā
viderem dicta & scripta Menochij, sic in-
tellexi text.illum, & gauisus sum dum eam
viderem, in de recuperan.pos. 1. remedio,
numero.104.& 8. remedio. num. 28. sic
intel-

intelligentem,& licet ipsi non placeat iste
intellectus,mihi tamen tanquam verus &
literalis applaudet, quia text.ibi bis gemi-
nat verbum illud,debitis,& ibi debitarum
quantitatum, quæ geminatio arguit deli-
beratum animum consulti restitutionem
denegantis processisse,ex eo quod debitę
essent illæ quantitates spolianti:idque ful-
citur,nam licet spoliatus non obstante ex
38 ceptione dominij † sit ante omnia resti-
tuendus,vt in cap.1.& in cap. in literis,de
resti. spol. vel non obstante quod allege-
tur spoliatum non habere ius in re, secun-
dum gloss.in dict.cap.in literis, quoniam
spoliator semper delinquit,donec ablatam
rem restituat, & ideo nisi purget vitium,
& delictum suum,non debet audiri super
proprietate, vel alio iure suo, secundum
Bald.consil.84.colum.1.versic.porro spo
liatus,lib.1.& notatur in cap.frequens.de
restit.spoli.& in alijs locis relatis per Dida.
Perez in l.5.titul.14.lib.3.ord.col.1263.
& tenent plures relati per Mexiam in ap-
paratu ad.l.de Toledo,in 9.fundamẽ.2.p.
num.21.&.22.& in interdicto recuperan
dæ hanc vocat generalem doctrinam &
theoricam Anto.Gom.l.45.tauri, nume.
182.& sequitur Matth. Afflict in decisio.
Neap.7.& nouissime Olanus, in concor-
dia Antinomiarum iuris ciuilis & regij,li-
tera E.num.17.& 18.& probat optima.l.
fin.titu.10.part.7.vbi glo. ampliat etiam
si spoliator offerat se incontinenti proba-
turum,imò & probat plus illa lex fin.titu.
10.partit.7.quod neque alius tertius huic
iudicio spoliationis se opponens audiretur
quin spoliato restitutio ante omnia fiat,sal
uo iure remanentę ipsius tertij, & ibi glo.
fin. ita notat, in correctionem commu-
nis opinionis de iure ciuili contrarium as-
serentis,vt patet ex Ripa. in dict.§.nihil cõ
mune,nume.79.& 80.hæc enim quanuis
ita se habeant, verumtamen si constiterit
39 statim notoriè,† & sic per instrumentum
publicum, vel per sententiam lapsam in rẽ
iudicatam, vel spoliati confessionem, vel
per probationem probatam cum ipsomet
spoliato, nullum ius ipsummet spoliatum
habere ad rem illam spoliatam, sed ad spo-
liatorem pertinere,tunc enim etiam in in-
terdicto recuperãdæ possessionis,vbi alias
dominij exceptio non impedit restitutio-
nem,admittetur & impediet eam, quem-
admodum impedit in alijs interdictis pos-
sessoris remedium ipsum possessorium in-
tentatum probatio dominij incontinenti
oblata,prout in alijs quam recuperandę in
terdictis,asserunt Bart.in.l si coloni.num.
2.C.de agricol.& cens.lib.11.& Boer.de
cis.238.num.5.& Abb.in cap. in literis,de
restit.spoliat.licet in recuperandæ interdi
cto,opiniones adessent,de quibus per Boe
ri.vbi supra,& Rip.in dict.§.nihil commu-
ne,num.98.& 99.& ibi Ias.num.43.cum
pluribus sequenti. prout in interdicto vti
possidetis, vt in.l. si de eo, & ibi Paul.&
DD.ff.de acq.pos. adnotat & asserat Auẽ
dan.in cap.4.prætorum,num.15.in prin-
cip.lib.1.ad terminos legis de Toledo,idẽ
tamen dicendum est in interdicto recupe
randæ,constando statim de dominio per
aliquam ex dictis probationibus, & sic in-
quit l.27.tit.2.part.3.quod exceptio pro-
prietatis non impedit quominus de posses
40 sorio tractetur,nisi de iure petentis † pro
prietatem possit incontinenti probari &
constare,notat Ang.in l.2. C.de edic. D.
Adria.tolen.& probat.l.2.titul.14.part.6.
& nouissimè Pelaez,de maioratibus & me
liorations.in.3.p q.15.num.14.vbi legem
illam.27.in quocunque, & bene intelligit
possessorio: ita quod & in possessorio.l.
fi.C.de edic. Diui Adria.tollen.obstat ex-
ceptio defectus dominij si incõtinenti pro
batur, secundum Bal. & alios relatos per
Roland.Valle,consil.78.num.4.volu.3.
& in numero.27.in hoc casu etiam posses
sionem requirit,& tradit Menoch.de adi-
pisc.pos.remedio.4.num.747.cum pluri-
bus sequen.& sic limitabis doctrinam In-
nocen.in cap.2.de causa pos.& propri.di-
centis, quod in possessorio exceptio pro-
prietatis non admittitur, de quo plura per
Dec. relatum per Pelaez, vbi supra in ini-
tio dictæ primæ partis,numero.13.& in-
41 continenti † dicetur tunc intra triduum,
vt ex lege nostra apparet quæ iubet intra
triduum restitutionem fieri,& sic si appa-
ret statim de defectu notorio proprietatis
spoliati,& de iure spoliantis,vt inquit Ca-
pit.decis.Neap.69.numero.39.impedie-
tur restitutio, etiam in interdicto hoc re-
42 cuperandæ † possessionis,prout & in ter
minis nostris voluit Feli.in cap.cum olim,
num.

num. 12. de re iudi. & Abb. & DD. in cap. in literis, de resti. spo. & Augustin. Bero. in quæstio. 3. familiari, & per alios relatos per Auend. in dict. cap. 4. numer. 11. lib. 1. vbi id intelligitur dummodo ante litem motam sit in esse, & posit constare incontinenti de defectu dominij spoliati, & de iure spoliantis, puta si per instrumentum, vel sententiam in rem lapsam iudicatam, vel per spoliati confessionem, vel per probationem probatam cum spoliato constare posit, ita quod vt inquit Craueta, singulariter loquens in propositum, in consilio. 229. num. 8. & consil. 302. num. 3. lib. 2. relatus & secutus per Menochium, de recuper. pos. 1. rem. num. 228. & per Auen. vbi supra, dict. num. 11. opponatur exceptio dominij & probetur probatione iam probata ante inter easdem personas, non vero probanda, fact ique probatio necessaria non sit, vt inquit Ias. in dict. §. nihil cōmune, num. 46. & Menochius, in quæsti. finariensis causæ, in. 1. art. discutiendo, fol. 215. num. 39. in fin. tractatus, de recuper. pos. itaque probatio sit in promptu, vt inquit Afflictis, decis. Neap. 14. numer. 4. & Ysernia, in consti. Regni, verbo violentia, ita eandem, tenens opinionem, quam & tenet Lupus, in l. fin. titul. 10. part. 7. legem ipsam sic declarando, & iterum in. l. 27. titul. 33. part. 7. & melius in. l. 27. titu. 2. partit. 3. vbi hanc contra Bart. dubium in hoc testatur communem opinionem, quam & tenet idem Auend. cap. 22. præto. nume. 4. in fine lib. 1. & Afflict. decis. 303. num. 1. & communem testatur Gozadinis, consil. 21. num. 31. & probat eam ex. l. 27. tit. 2. part. 3. Pelaez in dict. quæst. 14. num. fi. 3. partis, & iterum in ead. 3. par. quæst. 15. num. 10. cum sequenti pluribus, vbi idem in terminis. l. 4. auri esse dicit afferendū, & communem itidem testatur Ripa, in. l. naturaliter. §. nihil commune, numer. 35. ff. de acq. pos. quod absolutoria lata in petitorio, obstet spoliato agenti in possessorio recuperandæ, præsertim cum secundum. l. 10. titu. 17. infra eod. lib. 4. secundum veritatem iudicandum est, quæ clausula, veritate in specta operatur, vt obstet agenti
43 possessorio † recuperandæ exceptio defectus dominij incontinenti probanda, secū dum Octauianum, in decisio. pedam. 1. n. 27. neque dicendum est communem hāc non loqui in spolio per violentiam facto, nam Doctores relati per Auend. dict. cap. 4. num. 11. indistincte loquuntur, imò &
44 in spolio per violentiam † etiā facto, quod talis exceptio dominij statim probanda asi quo ex dictis modis admittatur, communem itidem contra Bart. testatur opinionem, Berous, in cap. 1. num. 31. de restit. spol. relatus per Menoch. vbi supra. 1. remedio. num. 243. de recup. pos. & iterum nume. 245. & communem etiam testatur doctor quidam relatus per Villalobos, in ærario opin. com. litera. E. numer. 161. & Couar. in 4. 2. par. cap. 7. §. 5. nume. 10. & Ias. in dict. §. nihil commune, numero. 43. cum pluribus sequent. & magis communem testatur Anto. Gomez in. l. 45. tauri, num. 183. versic. ex quo clare, & idem D. Couar. in pract. quæst. cap. 23. numero. 4. in princip. & tenet & sequitur eam Bero. in quæst. 3. familiari, num. 6. & 7. & nouissime posthæc Mexia, in apparatu ad. l. de Toledo. 9. fundamento. 2. partis, numer. 23. & Parladorius, in suo libello rerum cotidianarum, cap. 10. num. fin. pro qua com muni opinione facit, nam licet sententia
45 absque causæ cognitione lata † sit nulla prout communiorem testatur opinionē Additio. Abb. in lectura cap. ecclesia. S. M. num. 8. litera B. & in repet. num. 12. extra de consti. adeò vt etiam in facto notorio vbi non requiritur ordinem iuris seruari,
46 adhuc citatio, † & sic causæ cognitio seruanda est, prout communem testatur ipsemet Abb. in dict. num. 12. & Anto. Gom. tomo. 3. cap. 1. num. 43. tamen si certum
47 est nullam † defensionem competere nō est nulla talis sententia, vel actus, sed valida, secundum eund. Abb. ibi communem que testatur opinionē Paul. Paris. cōs. 1. n. 33. volum. 1. quem refert Villalobos, in ærario, malle. com. opi. litera. C. num. 72.
48 vbi enim quis caret † defensione non est vlterius citandus, secundum Bald. & alios relatos per Thom. Gram. decis. Neap. 36. num. 70. cum aliquibus sequen. & Maran. in pract. titu. de citatione, pag. 360. in paruis, num. 37. & communem testantur relati per Clarum, selectarum sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 9. num. 4. & in terminis nostris tenent Brunus & relati per Menochium in dict.

in dict. 8. remed. num. 12. de recupe. pos. & iterum idem Menochius, de adipiscen. pos. 4. remedio, num. 450. faciuntque dicta per Rip. in l. 2. §. voluntatem, num. 20. & 21. ff. sol. mat. & Hippoly. in rubri. nu. 210. cum pluribus sequent. de probatio.
49 sic & eodem modo videmus attentata † non reuocari, quoties certum est iustitiã non competere, secundum Afflict. decisi. 98. nume. fin. & Lupum in l. 27. in gloss. magna, in fine, titul. 23. part. 3. & Couar. in practicis quæstio. cap. 23. numer 4. Imo neque in beneficialibus reuocantur atten
50 tata si notoriè † cõstiterit de defectu iuris petentis ea reuocari, secundum Casiado. decis. 3. de restit. spoliat. vbi numero. 5. inquit communem esse, quod notorius defectus iuris obstat in beneficialibus, neque restituitur spoliatus beneficio, vel vxore, si notoriè constat defensione carere, secũdum text. in cap. significasti, de diuortijs, & gloss. in cap. fin. de adulter. regiam. l. 8. titul. 2. part. 4. quæ adhoc allegat Couarr. in. 4. part. 2. cap. 7. §. 5. num. 9. & text. cap. quoniam, & cap. constitutus, de filijs pres byt. allegat ad hanc opinionem eam communem profitens Nauar. in repet. cap. acceptam, confirma. 1. num. 9. de resti. spoli. & Menoch. de recuperan. pos. remed. 17. num. 32. & hæc vera sunt, si adeò sunt notoria, quòd constet nullam defensionem competere, secundum Tiraq. in tract. res inter alios acta. 2. limit. versicul. postremo *hinc est*, pag. 19. & Ripam, *in dicto* §. nihil commune, num. 70. & Petrus Pekius, in cap. beneficium, num. 28. de regul. iur. in 6 & sic dicta. l. 27. titul. 2. partit. 3. quæ ita debet intelligi, inquit, prueuas ciertas, ex quo inquit Matth. Afflict. in decis. Neapo. 361. nu. 12. quod si spoliatio est facta à iudice sine causæ cognitione & res spoliata tradita ei, cui danda erat & tradenda, non parit interdictum vnde vi. si ergo hæc ita se habent, prout & infra latius probabuntur, dicendum est in illa. l. fin. §. si. ff. quod metus causa, ideo non reuocari violenter per iudicem factum, quia certum erat rem illam, & quantitatem ablatam, verè debitã fuisse, & sic nullam defensionem competere spoliato, ideò nimirum si non reuocetur exactio, quod probatur ex text. ibi, dũ de debitis satisfactum bis dicitur, nam & geminatio illa, de debitis satisfactis, emphasim continet, & has ob res credo intellectum hunc verissimum esse ad illius. §. fi. intellectum, à nomine quem viderim sic consideratum, in nostra vero lége non apparet ita notoriè de defectu dominij & proprietatis spoliati & de iure spoliatoris, & ideo nimirum si tunc restitutio facienda sit spoliato etiam iudicis authoritate, prout dictam. l. meminerint, similem nostræ declarauit & intellexit Hippol. sing. 195. & Francis. Curt. in. l. fin. num. 63. C. de edicto D. Adria. tollen. & voluit Alex. in. l. à Diuo Pio. §. in venditione, nume. 7. ff. de re iud. & expressius Ripa in dict. §. nihil commune, num. 74. ff. de acq. pos. quos licet hæc non ita declarans adhoc allegauit concius noster Doctor Gutierrez in tract. de iuram. confis. 3. part. cap. 19. nu. 7. & 8. pro quo est gloss. absenti, in capit. cum olim, desent. & re iud. & ibi Felin. numero. 11. & facit text. in. l. 2. §. si de frumẽtaria. ff. de admin. rerum ad ciuit. pertin. & text. in cap. ad nostram, el. 3. de iureiuran. vbi probatur non esse illum citandum, cui certum est non competere defensionẽ, & sic limitatur text. noster ex dictis, vt non procedat quoties de dominio spoliantis & de defectu proprietatis spoliati constat in continenti per instrumenta vel sententiã lapsam in rem iudicatam vel per probationem probatam inter easdem personas factam & iudicatã, & vt ex dictis patet hæc est *cõmunis doctrina & limitatio ad* text. nostrum, pro qua vltra supra allegata considero text. in eo videri expressum in dict. l. 27. titu. 2. part. 3. si eam in interdicto recuperandæ etiam intelligimus, prout videtur intelligendam, neque obstat intellectus glossę, entregasse, ibidem, volentis eã intelligere in interdicto adipiscẽdę, prout & voluit eam intelligere Anton. Gomez l. 45. tauri, numero. 183. in fine, quia diuinatiuus videtur, & nimium potius restrictiuus, ibi enim non de interdicto adipiscendæ tantum agitur, sed & recuperãdę: quod patet nam postquam lex illa, in vers. otro. si dezimos, tractauit, quando agitur petitorio & possessorio simul super spoliatione rei violenter occupatæ, immediatè illam prosequitur materiam, & in versicul. e si por auentura, cum de possessorio recu

perandæ

perandæ lex illa tractat, inquit & probat, quod admittatur hæc exceptio dominij per certas probationes, quæ quidem debent esse tales, vt supradictum est, & sic verbum illud, ciertas, illius.l.27. debet intelligi, & ad proximum versiculum, vbi de violentia tractatum est, referendus est versiculus ille, e si por auetura, qui est quædam appendix versiculi proximè præcedẽtis, cum loquatur de eadem materia, vt & per copulatiuam illam, e, clarius demõstratur, ita quod à versiculo illo, otro si dezimos, de interdicto recuperandæ lex illa.27. loquatur, & sic pro nostra opinione lex illa est expressa, & post hæc vidi legẽ
51 illam intelligentem loqui † in omni possessorio, modernum Melchiorem Pelaez, in tractat. de primogen. & melioratio. in dict. 3.p.q.15.n.14. vbi & dictis fundamẽtis hanc partem & examinat & fundat, & multo post hæc prodijt in lucem, neque obest intellectus alius Anto. Gomez. vbi supra legem illam.27. intelligentis, quoties petitorium & possessorium simul intentatur, quo casu exceptio dominij indistinctè admittitur, secundum communẽ ibi per eum relatam in.3.limitat. quia hæc est maxima diuinatio ad versiculum illum, e si por auentura, vbi nostra limitatio probatur, in quo tantum de possessione agitur, ponderando verbum illud, tenencia. quod idem est quod possessio, vt patet ex principio illiusmet.l.27. nam licet versiculus, e si por auentura, sit appendix versiculi præcedentis, otro si dezimos, vbi de possessorio & petitorio agitur, est verum quoad possessorij materiam & propositũ, non vero quoad petitorij, de quo ibidem non prosequitur, qua ratione & consideratione, ipse Anton. Gomez vbi supra dixit legem illam.27. pro nostra limitatione nostri text. facientem esse correctam per illam.l.fin. titulo.10. partita.7.&.l.5.titul.10. partita.3. probantes statim restituendum agentem interdicto recuperandæ, quod dicendum non est, neque inducenda correctio, vbi euitari potest, prout hic facillimè euitatur, si leges illas fi.&.5. declaraueris per legem illam.27. & ex supradictis in hac nostri text. limitatione & declaratione, scilicet vt non procedant quoties de dominio & titulo spoliatoris, & de defectu iuris spoliati doceri potest statim per instrumentum, priuilegium sententiã lapsam in rem iudicatam vel probationem probatam inter easdem partes, vel partis spoliatæ confessionem, de quibus loquitur lex illa.27. ibi, e que si lo quisiere probar, prout ibi gloss. que le entregasse, declarat & tenet, & dum lex illa 27. per testes inquit probari posse, intelligitur per testes iam tunc vel antea inter easdem partes examinatos, super dominio illius rei, nam & hæc probatio dicitur probatio probata, & admittitur, vt diximus supra, & tradunt relati per Menochium, in dict.1.remedio recuperan. pos. num.228. & hoc denotat lex illa.27. dum de præterito tẽpore loquitur, ibi e tuuiesse sus prueuas, ciertas, & sic considerando lex illa.27. expressa est pro nostra limitatione: vlterius & pro hac limitatione videtur esse text. in.l.5. intra isto tit. & lib. vbi si spoliator intra tertium diem probauerit, iudicis competentis mandato possessionem illam occupasse, inquit text. ibi admittendum esse spoliatorem ad hanc probationem faciendam, & restitutionem denegandam, & si hæc probatio admittitur, quare & non admittetur illa defectus notorij proprietatis doloq; facere videtur, ex iuris regula, qui petit, quod statim restituturus est, vt capi. dolo facit, de reg. iur. in 6. neque obstat si
52 quis dixerit regulam hanc † non habere locum quoties agitur remedio possessorio recuperandæ, secundum gloss. in eod. cap. dolo, & gloss. fin. in.l. vnica. C. quorũ legat. & gloss. in cap. in literis, de rest. spol. quas sequitur Dec. in.l. in condemnatione §. fin. ff. de reg. iur. & Afflictis, decis. Neap. 403. num.18. & communẽ testatur Abb. in d. c. in literis, nu.8. & quod quando lex statim iubet restitutionem faciendam non habet locum exceptio dominij, neque alia secundum Afflict. ibid. n.19. quia respondeo hæc esse vera quotiescunq; in promptu non adest probatio, neque potest incõtinenti de dominio spoliatoris, & de defectu iuris spoliati doceri, secus vero si de ijs incontinenti doceri potest, nam tunc bene habet locum regula illa dolo facis, & c. & admittitur exceptio dominij in promptu probata, secundum gloss. ita declarantem, in.l. inuitus. §. cui damus. ff. de regul.

Aa iur.

iur.& gloss.in dict.l.in condemnatione.§.dolo.ff.eo.tit.tenet Bart.in.l.fin.nume.2.C.quorum legatorum,& sic est intelligẽda glo.in.l.3.§.causæ.ff.de Carboni.edic.probans quod etiam in possessorio habet locum regula illa,dolo facis,& Bolognius,in additione marginali ad gloss.restituere in.l.1.in princip.ff.quod vi aut clam,& facit ad hanc declarationem dictum Ripæ,libr.1.responsorum,cap.45.numer.9.fol.51.& hoc dummodo ei à quo petitur sit restitutio facienda, secus si alij tertio,
53 quia tunc † non habet locum regula illa dolo facis,& per consequens cessabit nostra limitatio,secundum Abb.in dict.cap.in literis,num.8.& Bart.in.l.si socer.§.Lucius,num.3.ff.sol.matr.vlterius & pro nostra limitatione vltra supradicta facit,quia constito de dominio spoliatoris & de defectu iuris spoliati, si restitutio esset nihilominus spoliato facienda & fieret,spoliatus ipse esset in peccato retinendo rem alienã vt ergo hoc euitetur,exceptio hæc dominij admittenda est,secundum Ripam,in.l.naturaliter.§.nihil commune.nu.83.& ibi omnes.ff.de acq.pos.& Lupum in.l.27.titu.2.part.3.& Abb.in.d.c.in literis,nu.9.
54 notoriaq; hæc exceptio † dominij defectusque proprietatis nunquã censetur exclusa,secundum Ripam,ibi.nu.70.etiam in interdicto possessorio recuperandæ secundum eum ibi, sicut dictum est probetur incontinẽti aliquo ex dictis modis per nos relatis,quos modos prosequitur Menoch.de recuper.pos.in dict.1.remedio,num.223.vsque ad.252.vbi in illo num.252.cum.7.sequen.prosequitur examinãdo quando dicetur incontinenti probationem fieri & de ea constare,& ex.l.5.infra eo.& ex nostro text.crederem incontinẽti in hoc casu dici, intra tres dies, & ideo spoliatus sit semper cautus vt ostendat,vltra possessionis probationem tẽpore spolij obtentæ,de dominio & iure suo,quod habet ad rem illam cuius restitutionem petit,dum tamen protestetur quod non intendit deducere dominij probationem & sic petitorium,nisi ad confirmationẽ possessorij intentati & ad coadiuuandũ possessorium ipsum,imo & petat suspendi petitorium, & tantum quod super possessorio intentato agatur, & quod non admittatur spoliator ad probandum de proprietate,& appellet si de proprietate admitta-
55 tur libellus spoliatoris,aliter enim † præiudicabit sibi spoliatus, secundum Boer.decis.238.num.5.vers.& sic videtur cũ seq.& Rip.in.d.§.nihil cõmune,nu.72.& Couar.in pract.c.23.n.3.in medio,& optimè omniũ Menoch.in.d.1.reme.q.15.per totam,nu.161.cum pluribus seq.vbi.n.174.hoc intelligit nisi verteretur periculũ animarũ,quoniam tunc nihil obstaret,quod dominij exceptione opposita per spoliatorẽ,non contradiceretur per spoliatũ:neq; itidem obstabit contra nostram principalẽ limitationem & communẽ nostri text.si quis fortiter opposuerit,quod cum spolians violenter perdiderit ius,si quod in re spoliata habebat, vt in.l.si quis in tantam C.vnde vi.& in.l.supra proxima,non est admittendus ad dominij exceptionem oppositam demõstrandam,cum nullum dominium iam habeat,prout in propositum contra nostram limitationem tenens considerauit Bar.in.d.l.si de vi,relatus per Menoch.vbi supra,num.243.quoniam responderi potest,quod de hac iuris amissione non est curandum, tum nè cũ peccato spoliatus rem alienam retineat,tum etiam quia,vt inquit in propositum Alexand.in dicto.§.nihil commune,nu.14.& in.l.supra proxima diximus,nõ ipso iure,sed per sententiam perditur dominium, & sic interim quod eo spoliator non priuatur retinet illud,& sic opponere de eo poterit,tũ & melius,quoniam cum hæc pœna amissionis iuris,vt iam dictum est in hoc titulo & iterum repetetur,communi obseruantia iudiciorum abolita & abrogata sit,obiectio hæc cessat,& sic remanet nostra cõmunis limitatio & cõclusio,optimè defensata,scilicet,quod etiam in possessorio recuperandæ obstat spoliato agenti ad restitutionem possessionis exceptio dominij spoliatoris,& defectus notorius proprietatis ipsius spoliati,dum tamen statim per instrumentum vel probationẽ probatã, vel sententiã iudicatam,inter easdẽ personas cõfecta & pronuntiata,vel per priuilegiũ appareat, & id quod maius est in hoc remedio recuperandæ possessionis est, quod per vnam ex dictis vijs debet statim cõstare de intẽtione spoliatoris & de defectu iuris

ris spoliati, in alijs vero remedijs possessorijs, sufficit id probare per testes nouiter examinatos intra breue tamen tempus,& hac limitatione attenta cessant declarationes positæ per Menochium, vbi supra, numero. 245. cum quatuor sequent. & indubitatæ redduntur. Alias duas limitationes ad nostrum text. & similes colliges ex Angelo, in. §. quadrupli, institut. de action. & alias vide per Alexand. in additio. Barto. in. l. generali, numer. 9. C. de decurio. lib. 10. & Socin. consil. 13. num. 5. volum. 4. & in regula, spoliatus, & per DD. relatos per Boer. decis. 238. num. 5. vnumtamen est notandum, quod quanuis spoliator de dominio opponens, & probans incontinenti aliquo ex dictis modis non debeat iure suo priuari, tamen propter audaciam illam
56 adhibitam † in spoliando sua authoritate absque iudicis mandato & ordine iuris prætermisso aliqua deberet pœna puniri, secudum Couar. in dict. cap. possessor. §. 4. col. penul. versicul. sed & spoliatus, & facit. l. 12. in fine, titul. 10. part. 7. item & nõ obstabit notorius defectus proprietatis ap-
57 pellanti agenti remedio † attentatorum, etiam in causa beneficiali, prout ex tex. in capit. si constiterit, de accusatio. notat Couar. in pract. cap. 23. nume. 4. in princip. & eo relato Menochius, de recuper. pos. 17. remed. numer. 32. alium etiam casum vbi etiam in remedio adipiscendæ non obstat notorius defectus proprietatis ponit Ant. Gomez. l. 45. tauri, num. 129. in fine. Sed num sicut iudex fuit facilis in spoliãdo absque citatione spoliati facilis & esse debe-
58 bit in restituendo † absque spoliatoris citatione, vt quem de facto spoliauit, de facto restituat, & dicendum est quod non, quia non debet fieri restitutio nisi parte spoliante citata, aliàs spoliatio fiet ei, secundum Baldum in. l. si deserta. C. si propter publi. pensi. notat Innoc. in cap. veniens, de fil. presbyt. & in cap. inter quatuor, de maio. & obed. contra quod tamen faciũt, notata per Alex. in. l. de vnoquoq;, nu. 6. ff. de re iudi. scilicet quod illud quod iussit iudex parte absente, & non citata, potest
59 reuocare aduersario † non citato, quia sicut de facto procesit, ita de facto reuocare debet, vt notat Innocen. cap. querelam de in int. resti. & Bal. in. l. si aquam, col. 16. C. de serui. & aqua, & Dec. Gozad. & alij relati per Menoch. de adipisc. pos. remed. 6. num. 29. & sic inquit glos. in. l. minor. §. 1. ff. de euicti. & in cap. primates. 2. q. 1. & in. l. 1. verbo, infirmabitur. ff. de ferijs, possessionem sine ordine iudiciario etiam sine citatione, vt inquit Innoc. dict. cap. querelam, relatus per Nauar. in repet. cap. acceptam oppos. 10. num. 6. de restit. spolia. & pro hoc videtur text. in. l. 5. infra isto titulo.

Ibi, [sin llamar,] quæ tamen cum declaretur per. l. 6. infra isto titu. in qua quidem citatio requiritur, tenenda est opinio Bal. prout in ea. l. 5. verbo, sin llamar, dicemus Deo volente. Et an in causa spolij habeat locum reconuentio, tradit Maranta in practica titul. de conuen. & reconuen. pagin. 152. in paruis, num. 32. cum sequen. aliquibus, & Abb. in cap. fi. not. 3. de ordi. cogn. & vide. l. 5. tit. 10. part. 7.

Ibi, [Officiales de cõcejo,] hic est vnus
60 casus vbi concilium † ciuitatis habet iurisdictionem, quem & alios refert Auenda. cap. 1. prætor. num. 30. casu. 9. versicul. ita eius, lib. 1. & num. 31. versic. quod facit, intelligit hoc, cum spoliat iudex non si alia pars, quia tunc si iudex loci non restituit, ad regem recurrendum est, & optimè dicit, quia ex lege nostra iurisdictio hæc concilio ciuitatis tribuitur, quæ quidem loquitur quoties iudex spoliat, ergo vltra casum in quo loquitur non est censendum concilio ciuitatis tributam iurisdictionem, de quo & traditur per Curiam Pisanam, libr. 2. cap. 18.

Ibi, [Hasta tercero dia,] nisi interim de dominio spoliatoris doceatur, secundum quod in gloss. magna, supra hac lege dictum remanet, vel nisi intra triduum doceatur de mandato iudicis rite prolati, prout in. l. 5. supra eo. disponitur, vel nisi iste posidens rem inuasam alleget se non esse verum possessorem, sed nomine talis eam posidere & ipsum in iudicio nominet, vt ipse conueniatur, nam tunc ille cõueniendus erit, secundum Matth. Afflic. decis. Neapo. 217. si agatur aliquo ex remedijs ibidem declaratis, & hæc pro lege hac sufficiant.

(?)

LEX. III.

SVMMARIVM LEGIS.

¶ *Nullus sub nostri text. pœna possessionem bonorum defuncti ingrediatur hæredibus inuitis.*

ET de materia huius legis, vltra dicta per scribentes in l.fin.C.de edic.Diui Adria.tollen.post hæc nouissimè vidi late tractatum per Menochium,de adipis.pos. remedio.4.per totum, & Burgos de Paz consil.39.per totum,lib.1.& per Roland. Valle consil.78.vol.3. vbi quid sit in fidei commissario declarat,& sic consulto plura tacebimus, & relinquemus intacta, & per eund.Rolan.cons.1.lib.1.

Ibi,[Otros parientes],ampliat remediũ l.fi.C.de edic.D.Adria.tollen.&.l.2.titu. 14.p.6.ei similis,vt nõ solũ filio, prout leges illæ loquũtur,sed etiã alijs consangui-
1 neis † transuersalibus testatoris cõpetat illarum legum remedium,& nostræ itidem secundum gl.1.in dict.l.2.& notat nouissimè conciuis noster Gutierrez, in. §. fui nu.73.inst.de hær.qual.& differ.

Ibi, [Por testamento,] siue testamentũ sit in scriptis siue nuncupatiuum, sufficit enim quodcunq; testamentũ, dũ tamẽ sit
2 scriptũ †, vt cõcludunt omnes in.d.l.fi.C. de edic. D.Adria.tol.& plures alii per Menoch.relati,in de adipiscen.pos.rem. 4. n. 91.cũ pluribus seq.& è nostris tenet Ant. Go.l.45.tauri,n.135.& Grego.Lopez in l.2.tit.14.p.6.in glo.3.in quo notandũ est quod si testamentum est in scriptis factũ, iuxta tex.in.l.hac consultissima.C. de testam. ante omnia requiritur, quod huiusmodi testamentũ aperiatur per iudicem.l. cũ cognitio cum.l. seq.ff. quẽ.tes.aperi.& l.3.tit.2.p.6.& per aperturã constet quod est heres nominatus in testamento,vt possit petere remedium possessorium dict. l. fin.& nostræ, si vero est testamentũ nũcupatiuũ coram tabellione & testibus confectum sufficit,vt in ea.l.fin.probatur & per DD.ibi,sed si testamentũ est tantum corã testibus absq; tabellione confectũ, vt fieri potest,secundũ tex.in.d.l hac consultissima.§.nuncupationũ,&.l.1.tit.de los testamentos,infra lib. 5. tunc est necesse quod
3 testamentũ tale sit publicatũ, & redactũ † in publicam scripturã per iudicẽ & tabellionem,vt.l.publicati.C.de testam.l.4.tit. 2.p.6.& examinatis testibus præsentibus declarationi voluntatis defuncti fit scriptura secundũ eorũ depositiones, & sic testamentũ dicitur, cuius virtute hæres põt petere possessionem bonorũ defuncti,secundũ glo.in.d.l.fi.idẽ dicentem quando testamentũ est factũ in villa,vel in rure,corã clerico parochiali & testibus,nam tunc & publicari debet,secũdũ dicta iura,prout dicemus Deo volente,in.d.l.1.tit.de los testamẽtos,prout & hæc prosequitur Menoch.in.d.4.remed.q.14.15.&16.& Suarez.l.post rem.3.limi.l.regiæ,nu.1.in fin. pag.297.ff.de re iud.nã vbicunq; cõstiterit testatorem testasse, de eius volũtate cõstare debet per scripturã,vt possesio hæreditatis peti possit, testamentũq; tale de-
4 bet † esse solẽne, & sic legitimo numero testiũ vallato,non rasum, vitiosum,vel cãcellatũ in parte suspecta, secundũ tex.in.l. fi.C.de edic.D.Adri.&.l.2.tit.14.p.6.vbi glo.Gregoriana bene declarat,nã si in par te substãtiali & suspecta vitiosum esset impediretur missio hæc in possessionẽ,prout cõmunẽ testatur Cur.Iun.in ea.l.fi.& An. Go.l.45.tauri.n.145.& facit tex.in.d.l.2. vbi Greg.verbo,rayda,bene declarat,& latissimè Menoc.vbi supra,n.698.cũ pluribus seq.& sic in effectu debet hæres petẽs possessionem ex remedio illius.l.fi.& no-
5 stræ quatuor † probare,primo q̃ testamentum illud virtute cuius petitur missio est solenne non vitiosum rasum neq; cancellatũ in parte substantiali, idque ex ipso testamento præsentato constabit & probabitur, vel si ex causa intestati petatur missio hæc in possessionẽ ex remedio nostri tex. allegari debet, q̃ mortu' fuit absq; testamẽto,& se esse illi' vnicũ & legitimũ propinquiorẽq; heredẽ, vel si sint alij cũ eo,se esse vnũ ex ꝓpinquorib' succedẽtib' abintestato secun-

secundo debet hæres probare quod res
in quibus missio petitur fuerunt in bonis
defuncti tempore mortis eius, sicque pra-
ctica erit, quod tempore possessionis peti-
tæ bona singulariter describantur in libel-
lo, vel in petitione in actis descripta (non
est enim libellus in scriptis necessarius,
prout communem testatur Curtius in
præsenti, numero. 61. relatus per Villalo.
in ærario mille com. opin. litera. P. nume.
228.) & probetur ea defunctus reliquisse
tempore mortis, & tunc erit differentia in
ter petitionem hæreditatis, & remedium
possessorium illius. l. fin. & nostræ, scilicet
quod quamuis petitio hæreditatis non de-
tur contra titulo possidentem etiam acqui
sito post mortem testatoris, prout contra
Bald. communem testantur relati per D.
Couarru. pract. cap. 12. nume. 3. remediũ
tamen hoc possessorium dict. l. fin. & no-
stræ itidem dabitur contra titulo possiden
tem habito post mortem illius defuncti, se
cundum Couar. ibidem, prout & tenet &
declarat Ferrara, in pract. titul. de forma li-
belli quo peti. hær. ex testam. glo. possidе-
bat, prout & in hac legem glos. a los here-
deros, dicemus Deo volente, inquit tamẽ
ibidem Couarru. in dict. num. 3. ad finem,
quod si in probatione summaria reus pro-
bauerit, rem cuius possessio petitur non
fuisse in bonis defuncti tempore mortis,
vel esse in dominio ipsius rei, tunc impedi
retur possessio, de quo an defectus domi-
nij, vel proprietatis impediat possessionẽ,
tradit Menochius, vbi supra, num. 747. vs
que ad. 752. & Rolan. Valle hæc declarãs
in consil. 78. num. 4. volum. 3. & num. 27.
& vide optimam. l. 2. titul. 14. partit. 6. di-
centem quod sic, si incontinenti probatur
prout & de iure erat anteà dispositum, &
6 tria, quæ requiruntur † in legitimo contra
dictore declarat Roland. Valle, consil. 1.
numero. cum. 3. sequen. volum. 1. ter
tio probanda est mors illius defuncti, secũ
dum Ferraram, vbi supra, & Fulgos. & A-
lexand. in dict. l. fin. contrarium tamen te-
net Bar. ibi, quem & ibidem sequuntur Sa
lic. Paul. & Ias. colum. 5. & Dec. 8. & tenet
gloss. carta, in dict. l. 2. titu. 14. partita. 6. &
communem testatur Curt. in ea. l. fin. nu.
55. relatus per Villalobos, in dicto. ærario
mille com. opi. litera. P. num. 218. quia ex
quo hæres producit testamentum in iudi-
7 cio præsumitur † testatorem esse mortuũ
vt in. l. 2. §. si dubitetur. ff. quem ad tes. ape
ri. & hæc Bart. opinio, inquit Ias. vbi supra
quod in praxi seruaretur propter eius au-
thoritatem, quamuis contrariam veriorem
dicant Curt. & Fulgos. vbi supra, quam cõ
tra Bartol. inquit Alexand. fundari infragi
li fundamento, nam ex multis patet quod
hæres in vita testatoris habet testamentũ
in sua potestate, & ista opinio Alex. in pra-
ctica obtinetur & seruatur multoties, cau
ti enim iudices nolunt possessionem præ-
bere, nisi de morte testatoris prius constet
vel notorium sit esse mortuum, & ita sem
per articulos facio de morte testatoris.
Quarto requiritur quod iudex ante om-
nia inquirat, an alius sit in possessione bo-
norum illorum, nam si esset absque citatio
8 ne possessoris † vel contradictoris legiti-
mi non esset tradenda similis possessio, se-
cundum Bart. col. 6 in dict. l. fin. num. 16.
& in. l. 3. C. de pignori. & quia possessor,
siuè iustus, siuè iniustus audiendus est, vt
l. meminerint. C. vnde vi. & l. fin. C. si per
vim vel alio modo, & text. in. l. supra pro-
xima, & hæc sunt principalia requisita in
materia dictæ. l. fin. C. de edic. Diui Adria.
tollen. & nostri text. vt remedium hoc
possessorium concedatur, nam & alia re-
quisita per DD. ibi posita, & per Menoch.
dict. 4. remedio, numero. 56. sub ijs com-
prehenduntur, & aliqua eorum non sunt
necessaria, puta illud, quod probet pos-
sessionem petens virtute testamenti se es-
se hæredem in eo contentum, maxime si
ignotus est, nam in omni causa quantum-
cunque summaria legitimanda est perso-
na, petentis, prout suo diximus loco, &
quia quando qualitas est fundamentum
alicuius, ante omnia debet illam qualita-
tem probare. l. ei qui. ff. de probationib. l.
actor. C. eo. l. in rem, eo. titulo, quoniam
hoc probare non est necesse, præsumitur
9 enim præsentantem testamentum † tan-
quam hæredem testatoris se esse hære-
dem ibidem contentum absque alia pro-
batione, ex dictis per Paulum in. l. Meuia,
in principio, numero tertio. ff. sol. mat.
& Boerius decisione. 154. numero pri-
mo, cum duobus sequentib. interim quod
per aduersarium hoc non negatur, neque

probatur aliam in illo loco eſſe eiuſdem
nominis, ita quod res ex hoc dubia efficia
tur, ſecundum Bartol. in. l. ſiquis ſeruum.
§. ſi inter duos, de lega. 2. & in. l. ſi in rem,
la. 1. & ibi eius add. ff. de reiuend. & ſic ſub
dictis requiſitis omnia alia comprehendũ-
tur requiſita per DD. notata. Et eſt notan
dum, quod ſufficiet oſtendere teſtamenti
10 exemplum manu notarij † originale ſcri-
bent is tranſſumptum, nam & hoc pro ori
ginali habetur, ſecundum glo. carta, in di-
cta. l. 2. titul. 14. part. 6. & ita vtimur coti-
die in practica. Quid autem ſi iſte talis pe-
tens poſſeſsionem virtute dictæ. l. fi. C. de
edic. Diui Adria. tollen. & noſtræ legis, ſit
inſtitutus hæres in codicillis an competet
11 ei remedium horum iurium, † & Ferrara
vbi ſupra, in gloſ. non abolitum, fol. 188.
inquit quod non, quia dicitur ſuccedere
ab inteſtato, nam cum hæreditas dari, ne-
que adimi poſsit in codicillis, vt. l. hęredita
tem. C. de codicillis, & ſi datur in eis vel
adimitur nihil valet, neque debetur virtu
te codicillorum, ſed operatur vt debeatur
12 iure fideicommiſsi à venientibus ab inte
ſtato, ex remedio tex. notabilis in. l. Scęuo
la. ff. ad Trebel. quam adhoc vltra DD. ibi
commendat Suarez in. l. quoniam in prio
ribus limit. 1. pag. 103. & 116. C. de inof.
teſ. & Anton. Gomez tomo. 1. Varia cap.
4. numer. 6. in medio, & Molinam, de pri-
mogen. Hiſp. lib. 2. cap. 8. num. 39. & Gre
gorium Lopez, verbo, derechamente, in
l. 2. titul. 12. part. 6. & idem Anton. Gom.
clarius in eo. tom. 1. cap. 5. nu. 54. nota. 3.
& ſic eſt declaranda. d. l. hæreditatem, &
leges regiæ cum ea concordantes, & cum
ab inteſtato capiatur tunc hæreditas ceſſat
remedium dictæ. l. fin. C. de edic. D. Adri.
tollen. & tali hæredi inſtituto in codicillis
non competet, ſecundum Ferraram vbi
ſupra, & l. illa fin. attenta vera erat eius opi
nio, ſed cum ex noſtri text. remedio veniẽ
tes etiã ab inteſtato admittantur, poterit
talis inſtitutus in codicillis tãquam ſucceſ
ſor ab inteſtato petere poſſeſsionẽ bono-
rũ hæreditariorũ ſi ei verbo eſt facta reſti-
13 tutio, nam fideicommiſſario † facta verbo
reſtitutione competit dictæ. l. fin. reme-
dium, vt communem teſtatur Curtius, ibi
num. 44. & Menochius vbi ſupra, nume.
181. & infra dicam, quæ eſt optima conſi-
deratio & noua ad legem noſtram, de qua
quæſtione optimè agebatur per Boe. deci.
156. num. 20. cum. 2. ſequent, & ſic fidei-
commiſſario, cui reſtitutio verbalis eſt fa-
cta competit remedium noſtri text. in ca-
ſu ſupradicto & ſimili, ſicut & competit re
medium dictæ. l. fin. prout ibi Curt. com-
munem teſtatur in dict. numer. 44. relatus
per Villalobos, in dict. ęrario mille comm.
opinio. litera. P. num. 222. & gloſſ. 1. in d.
l. 2. titul. 14. partit. 6. & Anton. Gom. dict.
cap. 5. num. 30. & Guido Papæ, deciſ. 132.
in fine, & 219. & Boer. deciſ. 156. per to-
tam, & Menochium dict. num. 181. cum
ſequent. aliquibus, vbi & ipſi dicunt maxi
me Curt. num. 50. & 57. communẽ eſſe
quod & tacito ſubſtituto, & epiſcopo,
14 vel executori teſtamenti, † qui habet di-
ſtribuere bona inter pauperes illius. l. fin.
remedium & conſequenter noſtri tex. cõ
petere, prout & tenet Suarez in. l. poſt rẽ.
2. ampli. pag. 282. nu. 5. de hoc tamen epi-
ſcopo executore teſtamenti, vide late Me
noch. in dict. remedio. 4. de adipiſc. poſ. n.
256. cum ſequent. pluribus, & ſic ſubſtitu
15 to † vulgariter vel compendioſè compe-
tet etiam, vt per Barto. conſ. 5. & in. d. l. fi.
num. 10. & Menoch. vbi ſupra, num. 206.
cum ſequentib. pluribus. & an meliorato
16 † pro hæreditate, vel pro parte meliorata
tradit idem Suarez in dict. l. quoniam. 7. q.
l. regiæ pag. 215. num. 19. & ibi Additio.
alios DD. allegat de materia. d. l. fi. tractan
17 tes, & ibi an prolegato † competat reme-
dium poſſeſſorium, de quo & per Anton.
in. l. 45. tauri, nume. 137. vbi inquit quod
non, ſed tantum competent aliæ actiones
de quibus ibi per eum, & iterum in to. 1.
cap. 12. numer. 7. & Dueñas, regul. 15. &
Couar. in de teſtamen. § 10. num. 2. folio.
120. & Auiles cap. 10. præto. num. 8. folio
141. & vide text. in. l. fin. tit. 9. partit. 6. &
quid ſi hæreditas non adeatur, vide opti-
me per Tellium. 3. par. l. 3. tauri, num. 7. &
infra hac gloſſ. dicemus, in gloſſ. de los, &
18 an executor pro maritandis † puellis in
contumaciam hæredis mittatur in poſſeſ-
ſionem honorum, vide Bald. in capit. cum
veniſſent, nu. fi. de eo qui mittitur in poſſ.
19. & an vxori pro medietate † lucrorum cõ
petat hoc remedium poſſeſſorium, vel de
manu hæredis eam capere debeat, tradit
Suarez

Suarez in titu. de las ganancias, versi. quęritur vlterius in fine, fol. 21. quem post reperi relatum & secutum per Tell. in l. 16. tauri, num. 15. cum distinctione quadam, scilicet quod si emptio & acquisitio bonorum nomine ipsius mariti & vxoris facta est, tunc quia dominium in vxorem statim fuit translatum potest optimè possessoriũ intentare, secus vero si nomine mariti tantum, quoniam tunc non transfertur dominiũ in vxorem: Attenta vero communi opinione doctorum nostri regni asserentiũ indistinctè transferri dominium bonorũ lucratorum in vxorem, siuè nomine mariti & vxoris, siuè mariti tantum emptio, & acquisitio fiat, crederem in vtroque casu possessorium intentari posse per vxorem pro medietate sua lucratorum etiam nulla ex parte mariti in vxorem facta cessione nam si domina est nulla est cessio necessaria, quicquid voluerit Auen. responso. 20. nisi circa iura incorporalia consistat multiplicatio lucratorum, vt circa nomina debitorum, nam tunc quia traditio non fit sine cessione l. 12 & 2. ff. pro socio, cessio erit necessaria, secundum Molinam, de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 2. numer. 33. & per consequens neque in eis sine cessione poterit vxor petere possessorium hoc pro medietate iurium incorporalium multiplicatorum durante matrimonio, sed pro medietate aliorum bonorum optime poterit sine cessione, secundum eum ibi, siuè empta vel adquisita sint nomine vxoris & mariti, siuè mariti tantum: & an missus in possessionem officio iudicis remedio dictæ l. fin. & nostræ, sit mittendus in possessionẽ
20 fructuum † etiam post mortem testatoris perceptorum, tradit Boer. in singul. incip. iudicis officium inter singularia doctorum, & an vno ex hæredibus immisso in
21 possessionem cæteri † immissi videantur tradit Suarez, in tit. de las herencias, vers. vnum tamen num. 11. pag. 446. & in cre-
22 ditoribus an vno † immisso in possessionẽ bonorum debitoris cæteri immissi videantur differit Fanus, in tractatu de pignorib. 3. part. 2. membro. numero. 10. & in. 5. parte. 2. membro, numero sexto, & glossa l. 9. titulo. 15. partita. 5. & quid si sint duo hæredes ex diuersis testamentis an impe-
23 dietur missio † per vnum ex eis petita, vide Ferraram in practica, vbi supra in gloss. iniuste occupauit, folio. 188. & late Menochium vbi supra, numero. 781. quæstione. 95. per totam, & notandum est vltra Ferrara, vbi supra, quod impeditur missio hæc in possessionem per tertium com-
24 parentem & ostendentem † simile testamentum, & cognitio fit ordinaria & non summaria, prout communẽ testatur Gozadinis, consilio. 10. numero. 26. prout eum refert Villalóbos in dict. ærario mille. litera. P. numero. 220. qui remittit se circa hoc ad ea, quæ dixit in eodem ærario, litera. T. numero. 69. cum tribus sequent. hęc tamen procedunt quoties nondum aliquis in possessionem missus est, Ferrara vero loquitur, quoties aliquo immisso in possessioné, alius comparet prætendés se esse hæredem ex alio testamento, tunc enim distinctione procedendum est, prout Ferrara ibidem procedit, & notandum quod in casu in quo missione petita tertius comparet ad impediendum eam, debet tertius
25 † iste vt eam impediat de iure suo incontinenti ostendere per testamentum & institutionem de eo factam, vel per probationes, nam neque defectus proprietatis im-
26 pediet † missionem hanc, nisi de iure suo tertius hic statim ostendat, prout in propositum asserit gloss. otro, per text. ibi in dict. l. 2. titul. 14. partit. 6. & text. in l. 3. eo titu. & ea par. sed si incontinenti ostenditur de testamento tunc, qui potiora iura habuerit, obtinebit, & in possessionem mittetur, ex doctrina singulari Archidiaconi, relati per gloss. primã in fine, in ea. l. secunda, quod probari videtur ex text. in dicta. l. fin. §. sin autem, ibi & ei possessio acquiratur, qui potiora iura ex legitimis modis ostenderit, quod si testamenta inuicem se impediant, quia nes-
27 citur, quod eorum prius fuerit factum † neutrum eorum valebit propter incertitudinem, secundum communem doctorum doctrinam per Villalobos, vbi supra, in dicta litera. T. numero. 69. relatam, & per Anton. Gomez l. 45. tauri, numero. 147. & 148. & Menochium dict. numero. 781. in hac tamen dubietate vno eorũ in possessione existẽte pro eo tanquã pro possessore iudicabitur, sm eund. Villa. vbi n. 71. neq; ei obijci poterit, ꝙ perdidit ius,

si quod habebat, quia possessionem est ingressus cõtradictore existente, quoniam dum possessionem ingressus fuit, bona vacabant, & iusto titulo eorum possessionem fuit aggressus, quo casu non perditur ius, secundum quod gloss. infra hac lege in glo. pierdan, dicemus Deo volente, & quia statim ostendit de iure suo, quo casu possessionem rei vacuæ ingrediens nõ priuatur iure, secundum communem assertam per Couar. lib. 3. Varia. cap. 16. numer. 7. sicque iustam ingrediendi causam habuit, quæ quidẽ excusat à dolo, qui quidem dolus vel saltim lata culpa † in mate-
28 ria nostri tex. requiritur, & est necessarius vt pœna eius locum habeat, ex Bart. in l. 1. §. non autem, colum. fin. ff. si quis testamẽto, lib. esse ius. fuer. & Bal. in auth. licentia colum. 2. numero. 3. ad fi. C. de episcopis & cleri. adnotante Glossatore Salmantino, hic sub. l. 1. titul. 14. lib. 3. ordin. colũ. 1251. sicut & in terminis. l. cum quærebatur. C. vnde vi. à qua lex nostra maximum fundamentum habuit, vt infra dicetur, nõ vero si per errorem, aut per iustam causam motus quis ingrediatur possessionem horum bonorũ, vt loquitur. l. inuasor. C. vnde vi, vbi Barto. ita notat, & quod ita loquatur lex nostra fundatur, ex eo quod ingressi possessionem bonorum hæreditatis alicuius tantum fundare suam intentionẽ volebant, ex eo quod possessio eorum vacans erat, non verò ex aliqua iusta causa, & sic dolus, vel saltim lata culpa in talibus adhibetur, cum rem alienam scienter ingrediantur solo hoc quæsito colore quod vacans sit, ideòque & meritò pœnis nostri
29 text. tenebuntur: & quis legitimus † contradictor dicatur vltra DD. in dicta. l. fi. C. de edic. Diui Adri. tollen. & Menochium latè ibidem super. 4. remedio, de adipiscenda pos. num. 554. cum pluribus sequentib. tradit gloss. per text. ibi in l. 3. titu. 14. par. 6. & Ripa, in responso. finali, incip. priusquam discutiatur, & Rolandum Valle, cõ-
30 sil. 1. num. 71. volum. 1. sed an hæredi † hæredis competet remedium dict. l. fin. receptissimam dicit sententiam quòd sic, Menochius in dict. remedio. 4. numero. 236. cũ sequent. aliquibus, vsque ad. num. 249. vbi & quærit an cessionario hæredis scripti competet.

Ibi, [O ab intestato,] hic habes text. expressum pro opinione Baldi relata per Suarez in l. post rem. 3. limitatione, columna. 2. in medio, pagina. 297. ff. de re iudic. dicentis, quod etiam abintestato haberet locum remedium illius. l. fi. C. de cadu. tollen. & sic quod licet iure ciuili communis esset opinio illam. l. fin. non habere locum abintestato, prout communem testatur Curtius, ibi numero. 86. ex Alexand. & Dec. ibi & glossa prima, in dicta. l. 2. titulo. 14. partita. 6. & Ferrara, in practic. in forma libelli quo peti. hære. ex testamento in gloss. in omnibus, folio. 186. & ex relatis per Molinam, de primogen. Hispa. libr. 3. cap. 13. numero. 50. hodie tamen lege no-
31 stra attenta corrigitur † hæc communis opinio & approbatur per text. nostrum opinio illa Bald. secundum glossam illam 1. dictæ. l. 2. & Villalobos, in ærario mille commun. opinion. litera. P. numero. 225. & nouissime per conciuem meum Doctorem Gutierrez, in repet. §. sui. inst. de hær. qual. & dif. num. 74. ex lege nostra ampliãdo legem illam. l. fin. quæ ex testamento tantum loquitur, vt & abintestato procedat, cum lex nostra ei similis videatur, nam licet lex nostra loquatur, quotiès aliquis est ingressus possessionem bonorum hæreditariorum propria authoritate, idem tamen & à fortiori dicendum est si nullus alius sit in possessione bonorum, dum hæres possessionem eorum petit, & sic secũdum Molinam, vbi supra, numero. 50. & 51. etiam in remedio possessorio. l. 45. tauri habebit locum lex nostra, vt vocato
32 ad maioriam ex præscriptione † immemoriali inductam non verò ex testamẽto vel scriptura constitutam competat remediũ possessorium dictæ. l. 45. tauri.

Ibi, [Por dezir que hallan vaca la possession, & sic solum hac occasione ingressi sunt possessionem horum bonorum, non vero ex eo quod legitimum, vel saltim coloratum titulum haberent, vel putarent se habere, tunc enim iure, si quod tales ingredientes habebant, priuandi forent, possessionem talium bonorum hæredi legitimo & instituto, vel abintestato succedenti restituendo, secundum quod in glo. por testamento, in fine, in hac lege dictum remanet, & in. l. 1. gloss. magna,

supra

supra istomet titulo & libro: & de remedio. l. cum quærebatur. C. vnde vi. à qua maximum fundamentum habuit lex nostra, secundum Suarez in titu. de las herencias numer. 12. vltra DD. in ea. l. cum quærebatur tradit Anto. Gom. l. 45. tauri num. 188. cum pluribus sequen. cuius dicta & nostræ legi adaptari possent per eũ tamen videbuntur. Et quæ dicatur posses-
33 sio † vacua tractant gloss. in vacuam in. l. cum res. C. de probatio. & gloss. vacua, & ibi DD. in. d. l. cum quærebatur, quas glo. omnes sequũtur secundum Menochium, in tract. recupe. pos. remedio. 13. numero 4. vbi & per totum illud remedium de materia dictæ. l. cum querebatur differit. Quæ quidẽ lex cũ quærebatur, cum in possessione rei hęreditariæ occupata locum
34 † non haberet, secundum gloss. ibi communiter tamen per DD. reprobatam teste Menochio, vbi supra numero. 37. cum sequent. aliquibus, ideo tex. noster prouisit de simili remedio in hoc casu, & sic lex illa fuit maximum nostræ legis fundamentũ, nè hæredes destituti remedio possessorio in hoc casu remanerent, & voluntates defunctorum litibus super proprietate bonorum deducendis in longum protraherentur, & approbata fuit opinio communis gloss. verbo longa, in. §. quod autem insti. de vsu capio. dicentis, legem illam, cum quęrebatur, in hoc etiam casu, cum vacua hæreditas occupatur locum habere, siuè hæreditatis aditæ non dum apprehensa est possessio, siue neque hæreditas adita est, neque eius apprehensa possessio, quã uis in ijsce casibus distinctim procedi per aliquos DD. asserit Menochius vbi supra numer. 38. vsque ad. 56. quod est contra legem nostram indistinctè loquentem siuè hæreditas adita sit siue non. & ita tenendum iudico prout & tenere voluit Couarr. libro. 3. varia. capitu. 16. nume. 7. versiculo. his pręterea suffragatur, relatus per Menoch. vbi supra numer. 43. in fine. Sicque ex. l. nostra videtur correcta doctrina gloss. penul. in cap. fi. de succes. ab int. asserentis in bonis hæreditatis iacentis non ha-
35 bere † locum. l. si quis in tantum. C. vnde vi, & consequenter. l. 1. ei similem, supra hoc tit. & hac de causa si legatarius propria authoritate iacente hęreditate ingredia-
36 tur possessionem † legatę rei non priuari legato, ex text. nostro; contra glossam illam priuari, quam ibi glo. DD. sequi asserebat Rebuf. in tract. de pacifi. pos. n. 248. in antiqua impressione, & in noua numero. 299. & Suarez. l. quoniam in prioribus in quæstione. 7. legis regię numer. 9. pagina. 213. & pag. 214. numero. 13. cum seque. & Ias. in. l. si ex stipulatione numero. 6. & in. l. fi. ff. de acq. pos. & Anto. Gom. tomo. 1. c. 12. numero. 10. & in. l. 45. tauri num. 132. & gloss. 1. l. 10. tit. 10. parti. 7. & Mõtaluus. in. l. 8. titulo. 6. libro. 3. fori & Ripa & Couar. relati per Didacum Perez in. l. 1. titulo. 14. libro. 3. ordi. col. 1254. in fine, sic limitando Rebu. vbi sup. l. nõ dubiũ C. de legat. & sic corrigi p text. nostrũ gl. illius cõmunẽ opinionẽ tenuit Dida. Per. vbi sup. & Villalo. in suo ęrario mille cõm opini. litera. p. n. 239. & iterũ in antinomia iuris ciuilis & regij, litera. L. n. 2. & nouissimè Olan. in cõcordia Antinomiarũ litera. L. numero. 5. Ego tamen salua eorum pace, absque dubio teneo gloss. illius opinionem non corrigi per tex. nostrum, sed potius in suo esse remanere, & sic legatarium ingredientem possessionem vacantem non priuari legato, quemadmodum neque hæres priuatur hæreditate, cuius possessionem vacuam intrauit, prout ipsemet Didacus Perez. in. d. col. 1251. verbo por el mesmo, in principio tenuit, & optimè conciuis noster Ioan. Gutierrez. in repeti. d. §. sui numer. 76. inst. de hære. qual. & dif. & Roland. Valle. consil. 77. numer. 38. volu. 1. vbi idem de fidei commissario asserit, & ideo si legatarius possessione vacua hæreditatis existente rem legatam intrauerit & occupauerit, non priuatur legato, sed tenetur restituere eius possessionẽ hæredi eam petenti ad detrahendum falcidiam, si detrahenda erat, qua detracta residuum restituetur legatario vel totum si falcidia non detrahitur, prout in expresso tenet Anto. Gom. l. 45 tauri nume. 132. cũ sequen. vbi & plus tenuit, scilicet, q si post aditam hæreditatem ingrediatur rei legatæ possessionem legatarius, possessione hęreditatis existente vacua adhuc tunc non perdet legatũ, & ibi respondet dictę. l. non dubium. nam cum tunc in vtroque casu legatarius ex titulo legitimo

legati ingrediatur vacuam possessionem nulla lata culpa neque dolus dari potest' eò q ex titulo à defuncto habito ingredit neque obstat dicta. l. non dubium, quia loquitur quoties possessione vacua nõ existẽte possessionem rei legatę ingreditur legatarius, prout inquiunt gloss. Bart. & Cæteri in. l. extat. ff. quod metus causa, teste Menochio in dict. tract. recup. poss. rem. 5. numero. 30. cum sequen. aliquibus, nam si ante adeptam possessionem hæreditatis, legatarius, non tam confidens in vacua possessione, quam in eo, quod titulũ habebat ex vi legati, possessionem legati ingrediatur, non priuatur iure suo, quoniã iusta causa motus dolum omnem, & latam culpam excludente ingressus fuit vacuam illam possessionem, & sic nimirum quod non priuetur iure suo, prout non priuari communem testatur Couarr. libr. 3. varia. capitu. 19. numer. 7. neque obstãt verba nostri textum quia vt dictum est intelligi possunt, quoties ingrediens vacuã possessionem nulla alia ratione & titulo ingreditur, quam quod eam vacuam reperit, tum etiam quia licet hæres vel legatarius dicerent possessionem rei hæreditariæ esse vacuam non ita erat, & ideò nimirum si in quolibet horum casuum iure suo talis ingressor priuetur, & attentis ijs intellectibus noster text. non obstat communi illi opinioni glos. dicti. cap. fin. extra de succes. ab int. & sic legatarius nõ priuabitur legato si possessionem eius ingrediatur existente vacua hæreditatis possessione, etiam si per hęredem sit adita, secundũ quod dixit Anton. Gomez vbi supra, & ita tenendum est, maximè si tenemus opinionem de qua in. l. 1. supra eod. scilicet rigorem nostræ legis & similium de amissione iuris loquentium, consuetudine abolitum esse, vel teneamus opinionem asserentium, attenta. l. 1. tit. de los testamẽ

37 tos libro. 5. infra licere † legatario propria authoritate capere legatum de qua per Menesi. in. l. eam quam nu. 115. C. de fidei com. præsertim si hæres adire differt, vel repudiat, secundum Tellium in. l. 3. tauri. nume. 6. 3. part. quem si ita intelligas locutũ esse. benè, sin minus ę malediceret. Et secundum supra dicta intelliges. l. 8. titulo de las herencias libro tertio fori probantẽ legitimũ hæredẽ posse ingredi ꝓpria authoritate possessionem rerũ hæreditariarũ, nam id verum si alius non existat in earum possessione, de quo & per Menochium, in dict. tract. de recup. poss. remedio 9. numero. 215. cum sequent. & nouissime per Doctorum nostrum Gutierrez in dict. repet. §. sui. quæstione. 4. per totam, inst. de hære. qua. & dif. de quibus & traditur per Suarez in. l. quoniam. 7. quæstione. l. regię. num. 13. cum seque. pagi. 214. cap. de inoffi. tes. & Bern. Diaz, regu. 507. & Anto. Gomez tomo. 1. cap 12. nu. 12. & Coua. vbi sup.

Ibi, [sin licencia y authoridad de juez,] nõ enim licet alicui sua authoritate possessionem ingredi rei alienæ vt. l. 1. sup. eo.

38 dictum est, est enim contra † ius naturale rem inuadere alienam, secundum Matth. Afflict. decisione. 403. numero. 12. nisi fiat in recuperationem possessionis antiquæ in continenti, vel ex interuallo si copia iudicis desit, secundum eund. Afflict. ibi numero. 7. & in. d. l. 1. supra eo. alia diximus.

39 Ibi, [competente,] & quis sit talis, † vltra DD. in. d. l. fi. tradit optimè Menoc. tract de adipis. pos. remedio. 4. quæstion. 52. & in quæst. 53. & in. gl. las justicias, infra eo. repetemus, competens enim debet esse iudex possessionem præbens, incõpetens etenim si esset non excusaretur immissus, impunè enim nõ paretur mandato iudicis incompetentis, secundum glos. 1. in. c. veniens, verbo propter extra de accusatio. & neminem adiuisse dicitur, qui incompetentem iudicem adiuit ar. l. quoties. ff. qui sat. cog. & ideò inuadens alterius

40 † rem authoritate iudicis incompetentis incurrit pœnã. l. extat. ff. quod metus causa, secũdũ Guilliel. Cugno. & Alberi. ibidem, quod ad hoc plura alia inferendo allegat Menoc. de recup. pos. 5. remedi. num. 8. cum sequent. aliquibus, & ideo secũdũ eum ibi in. 8. remedio. n. 15. cum sequen. in competens iudex licet procedat iuris

41 ordine seruato †, nihilominus spoliare dicitur, iudexque incompetens procedendo semper videtur grauare partem, nam vbi est incompetens iudex, ibi deficit iudicium, secundum Bal. in. l. Clarum. C. de author. præs. de quo & in gloss. que las nuestras

nostras insticias, in hac. l. infra dicemus
alia & ideo lex nostra non sine mysterio
de iudice competente locuta est.

Ibi, [por el mismo hechos,] & sic ipso
facto, verba enim hæc hoc important, vt
& alio in loco diximus, nihilominus tamē
sententia declaratoria requiritur, vt in. l.
2. de las contestaciones supra eod. dictum
est.

Ibi, [pierdan,] similis text. in. l. 1. sup.
eo. vbi & alias adduximus concordantias,
& an rigor hic seruetur, ibidem, & in hac
dictum remanet. Sed an & vltra iuris amis
sionem tenebitur occupator bona illa abla
ta & inuasa restituere, & dicendum est q
sic, frustra enim iuris amissio induceretur,
nisi & aduersario spoliato bona illa restitu
enda forent, grauareturque plus spoliatus
ipse, vt ita loquar, si bona ei non essent resti
tuenda, quam spoliator & inuasor in amis-
sione iuris, si quod in rebus illis habebat, &
quia quoties quis læditur propter factum
42 alterius, pœna per legem † imposita læ
so illi applicanda est, secundum Auenda.
capi. 2. prætorum numero. 13. libro. 1. &
ita probat textus noster in sequent. ver-
bis.

Ibi, [tornen y restituyan,] similis. l. 1.
supra eod. ex iisque verbis notat optime
Suarez, in titulo. de las herencias, numero
12. quod competit huic hæredi remediū
possessorium ante possessionem apprehē
sam ab eo, tanquā si spoliatus fuisset, quod
est singulare, & sequitur nouissime con-
ciuis noster Doctor Gutierrez, in repet.
§. fci. num. 72. inst. de hære. quali. & dif. sic
que inquit ibidem ipse Suarez, multoties
intentasse in practica ex ratione huius. l. &
probatur ex verbis nostri tex. ibi por dezir
que hallan vaca la possession, iuncto intel
lectu per nos in hac. l. ad verba hæc assigna
to, & ibi, y que los herederos no lo han to
mado, itaque lex nostra de Soria, secundū
Suarez. vbi supra numero. 16. facit filium
possessorem ante apprehensam possessio
nem, saltim vt remedium possessorium il
li competat, valetque similis lex & disposi
tio, secundum eundem Suarez ibidem,
prout & Deo volente dicemus in. l. 45.
tauri, quæ est. 8. titulo. 7. libro. 5. infra ha-
buitque lex nostra, vt iam dictum est, secū
dum Suarez, vbi supra maximum funda-
mentum à. l. cum quærebatur. C. vnde vi,
vbi cōtra occupantē rem vacantem alienā
datur remedium possessorium, & hac de
causa, vt inquit Suarez, vbi supra numero
43 14. cauti aduocati † semper intentant re-
medium dictæ. l. cum quærebatur, & no-
stræ legis, potius quam interdictum vnde
vi, quia in interdicto hoc vnde vi, durum
esset obtinere ante apprehēsam possessio
nem. Sed an & in hoc casu obstabit excep
tio dominij dicendum est quod sic sm q in
. l. 2. sup. eo. in gl. magna latissimè dictū est
& tenet in propositum Anto. Gomez. in
l. 45. tauri numero. 189. & in hac lege re-
missiuè diximus.

Ibi, [los bienes,] sed num & fructus
44 eorum † restituendi sunt, & dicendū est
quod sic, quia nullus lucratur fructus præ
ter ciuiliter possidens, & nullus possidet
ciuiliter nisi ei respondeat dominium, vel
quasi, vel res à nullo possideatur secun-
dum Matth. Afflict. decisio. 403. numero
22. hic tamen datur spoliatū esse posseso
rem, ergo spoliator tenetur fructus resti-
tuere, quia neque dominium habet, neque
ciuiliter possidet, item quia vbicumque ap
ponitur verbum, restitues fructus, etiam
45 † intelligitur restituendos esse, quoniā
verbum restituere intelligi debet integra
liter, tā de re, quam de fructibus rei, & ex
pensis omnibus accessoriè venientibus, ex
tex. in. l. qui restituere. ff. de rei vendi. quē
ad hoc allegat Boeri. decisi. 52. numer. 1.
vbi ampliat etiam si expensæ fuissent solu-
tæ excepto vno numo, & plene aliquid
non restituitur, nisi & expensæ restituan-
tur & fructus, vt probatur ex tex. in. c. cō
querente, de resti. spoli. & ex latè dictis per
Tiraquel. in. l. si vnquam verbo reuertatur
numero. 275. folio. 509. C. de reuo. dona.
& probari videtur ex finalibus verbis no-
stri text. clarissimè omnia dāna, & interes-
se & expensas restitui iubentis, id tamē ve
rum est fructus restituendos, scilicet ex re
medio petitionis hereditatis, post intenta
to, nō vero ex remedio nostri tx. quo qui-
dē agit ad bona existentia tēpore mortis te
statoris ita declarat Meno. de adipiscē. pos.
reme. 4. numero. 800. & 801. & text. no
ster de damnis & expensis loquitur & sic
fructus non veniunt in hac actione. Sed
an & fructus bona fide cōsumpti restituē

46 di † erunt cum ad eos restituendos remedio competente agitur, & dicendum est quod sic, cum Suarez, in d. tit. de bis herencias numero. 38. cum. 3. sequent. licet si aliquas expensas vtiles & necessarias in re fecerit, istæ tales cum illis compensabuntur, cum tantum teneatur & spoliatur hic ad fructus quorum ratione factus est locupletior, secundum Suarez, ibidem, & Couarr. in cap. peccatum. 2. p. §. 6. numero. 3. sic & eodem modo tenebitur spoliator talis ad rei spoliatæ restitutionem quamuis perempta sit & pœnes spoliatum esset peritura, ex dictis per Coua. d, c. §. 6. nume. 1. cum sequent.

Ibi, [o la estimacion dellos,] in foro enim exteriori receptum est frequenti omnium consensu, occupantem rem alienam mala fide per crimen & de eictum teneri

47 † omnino ad eiusdem rei restitutionem vel ad æstimationem re perempta apud ipsum occupatorem eodem etiam pænitus modo, quo apud dominum esset peritura, secundum gloss. Bart. & communem. in. l. quod te mihi numero decimo. ff. si cer. pet. gloss. in. l. item si verberatum. §. fi. ff. de rei vendi. gloss. in l. nemo. §. 1 verbo homo. ff. de verborum oblig. communis secundum Alexan. in c. cum res. §. 1 de leg. 1. & per Couar. in d. cap. peccatum. 2. par. §. 6. numero. 1 in medio. quamuis non sine scrupulo, secundum eum ibi, communis hæc procedat quoties apud dominum esset eodem modo peritura. Sed an

48 super æstimationem † hac differetur iuramentum damnum passo, & videtur quod sic, ex text. in. l. si quando. C. vnde vi, cui consonat. l. 9. tit. 10. par. 7. & l. 5. titulo 8. par. 3. & l. 2. versiculo, e si tal juramento, colum. 2. tit. 11. partita. 3. & l. 11. titul. 5. libro. 4 fori, & ibi gloss. nam & si ratione, & occasione violentiæ commissæ amisit quis aliqua bona potest æstimationem ab inuasore consequi, super quo statur iuramento eius, secundum dicta iura maximè dict. l. si quando, & text. in capitu. fi. extra quod metus causam, & ibi communiter DD. secundum Anton. Gomez. tomo. 3. capitulo. 4. in fine, & faciunt per eundem tradita, tomo. 3. capitulo. 7. numero. 2. in med, de dante fardellum signatum, sic &

59 probato furto † iuramento partis statur super scripturis amissis & super tenore earum, secundum Afflictis, decisio. 23. numero. 10. habetque necesse iudex condénare inæstimatione & quantitate iurata, licet prius sit per iudicem taxanda, ex texti in dict. l. si quando, nam cum iuramentum istud sit veritatis & non affectionis, secundum gloss. magnam in fine, & ibi Bar. nu. 22. in. l. in actionibus. ff. de in litem iur. & in. l. videamus. §. iurare verbo ex magna. ff. eo. titu. Bar. in. l. 3. §. in hac. ff. commod. Ferrara, in pract. titu. in reali actione &. §. in Florenis decem, in fine, & l. 5. titu. 11. pá. 3. & ibi gloss. que valia, ideo prius debet taxatio iudicis iuramentum partis præcedere, & hoc quia in iuraméto veritaais po

50 test. † quis de periurio notari, in iuramento verò affectionis non, secundum gloss. magnam in. d. l. videamus. §. fi. communis secundum Rebuf. in. l. 1. glo. 1. nume. 90. cum sequent. pluribus. C. de sent. & int. om iud. Abb. in capitu. fi. numer. 3. & 10. de eo quod metus causa, Ias. in dicta. l. si quando numer. 33. & 34. & ita practicari asserit Rebuff. vbi supra, numero. 105. & ijs de causis in iuramento veritatis prius præcedit iudicis taxatio, quam pars iuret,

51 in affectionis verò iuramento non; † & postquam tunc pars iurauit non potest à iuramento veritatis aliquid diminui, secúdum gloss. fin. in dict. l. si quando, ne fortè iurans de periurio arguatur, secundum Ias. Abb. & Rebuf. vbi supra, imo neque tunc debet reus admitti ad probandum contrarium secundum Bar. in. l. admonendi col. 3. ff. de iure iuran. vbi Ias. in repeti. numero. 304. cum sequen. eam defendit, idem Ias. in dict. l. in actionibus num. pen. ff. de in lit. iuran. hæc tamen quoad nostrã materiam procedere possent quoties spoliator ipse rem ipsam spoliatam consumpsit, vendidit, vel transportauit, tunc enim in odium violentiæ dictum iuramentum super æstimatione eius locum habere posset, sed quoties res inuasa nó est cósumpta sed est in potestate inuasoris, & duplum cum ea restituendum inuaso & spoliato. secundũ nostri tex. dispositionem non potest in eadem re restitui in qua existit res inuasa, tunc æstimationem eius pro duplo restituendam non ex iuramento spoliati credèrem declarandam, sed ex tassatione

facienda

facienda per iudicem & personas expertas ipsius rei inuasæ & spoliatę, quandoquidē tunc æstimari faciliter poterit, neque militat ratio & dispositio dictæ. l. si quando, & ita in hoc casu crederem faciendum, & quamuis iuramentum in litem locum habere sciam tantummodo in casibus à iure expresis, idem tamen iudicandum crederem in similibus casibus & vbi est eadem disponēdi ratio, vnusquisq; tamen cum casus occurrerit latius cogitabit.

Ibi, [por la osadia,] magnum est enim crimen violentiæ dum quis sua propria authoritate inuadit & ingreditur res alienas, quodammodo enim crimen læsæ maiestatis committi videtur, ex eo quod inuasor iurisdictionem regi attinentem propria vult authoritate vsurpare, eique quod suum est satagit denegare, ac à domino amouere, sibique appropriare contendit, arg. tex. in. l. vni. C. de priua. carcer. ibi maiestatis crimen proculdubio incursurus, & paulo inferius, tanquam ipsius violatores, quem ad hoc considerauit Didacus Perez in. l. 2. titu. 14. libr. 3. ord. col. 1256. & habetur Esaiæ. 9. capit. omnis violentia prædatio cum tumultu, & vestimentum mixtum cum sanguine erit in combustione, & cibus ignis, contra iusque naturale iudicatur vt dictum est supra hac lege.

Ibi, [que las justicias,] intellige de maioribus magistratibus, & sic de mixtum imperium habentibus, vt per Menochi. de adipiscen. pos. rem. 4. quæstion. 53. nume. 414. & ibi vt infra proxime dicemus distinctione vtitur, inferioribus enim magistra-
52 tibus non competit † missio in possessionem ex beneficio dictę. l. fin. capit. de dicto diui Adri. tol. prout ibi communē testatur Curtius numero. 58. & declarando prosequitur Menochi. dict. quæstione 53. per totam, imò & ipsi maiores magistratus debent esse competentes, vt supra dictum remanet, ita quod mittendus in possessionem sit eius subditus, vel res hæreditariæ sint sub eorum districtu & iurisdictione, hoc videlicet modo, quod si de
53 actuali missione † tractamus is erit competens iudex, sub cuius territorio bona sunt, sed si solum agitur de pronuntiatione missionis in possessionem tunc iudex competens est ille, qui præest iurisdictioni ratione domicilij illius, qui petit possessionem, & contradictoris eius, & tunc pronuntiatione facta is iudex concedit literas remissorias ad iudicem in cuius territorio bona sita sunt, vt is actualiter in possessionem mittat, ita gloss. in dict. l. fi. cui cęteri assentiunt, secundum Menochi. vbi supra numero. 402. cum sequent. & hoc contradictore existente, sed si non adsit contradictor pronuntiatione facta per iudicem domicilij ipsius petitoris vt in possessionē mittatur non posset iudex pronuntians missionem demandare iudici territorij vbi bona sita sunt, secundum Menochi. ibi numero. 403. dicentem esse notandum: itē & casu in quo remissio esset facienda iudici loci vbi bona sita sunt, debet ille iudex requisitus secundum Menoch. ibi nume. 406. habere mixtum imperium, & ideo si bona adsint in loco subiecto alicui ciuitati, & in loco illo adsunt iudices pædanei & limitatam iurisdictionem habentes, iudex
54 ciuitatis illius est † requirendus, non vero Pædaneus ille iudex: & quid si in duobus territorijs bona sita sunt, quis erit fo-
55 rus principalior † tradit Menochius, vbi supra numero. 480. quæstione. 59 per totam, & sic iudices, vt ad incepta deueniamus, debent esse competentes, aliter enim nihil ageretur, prout ex dicta. l. fi. patet. & ibi gloss. competenti, ex tex. nostro in præsenti, ibi de juez competente, & tenet glo. juzgar, in. l. 2. tit. 14. part. 6. verba que hæc generalia, las justicias, de habilitate sunt restringenda. l. vt gradatim. §. 1. ff. de mun. & honor. l. 1. cum gloss. capit. de success. eccles. & in expresso videtur pro hoc gloss. l. 1. ff. de eo quod certo loco, vbi exponit quasdam leges ibi allegatas dicentes loco quolibet, sub audiēdū, & intelligēdū
56 de idoneo † & est similis gloss. dict. l. 1. C. de sacros. eccl. & in. l. 1. cap. de fide instru. & in. §. procurator, inst. de ijs per quos ag. pos. l. qui autem in. fi. ff. de constit. pecu. l. 1. C. vbi conuen. qui cer. lo. dar. prom. & gloss. 3. per text. ibi. in. l. 35. in. princi. titu. 11. par. 5. Feli. in cap. postulasti nume. 11. de foro comp. Suarez. in. l. post rem. §. circa iudicem numero. 13. & 18. communiter que approbatas dicit glossas illas Paul. in dict. l. 1. cap. vbi conuen. qui cer. loco &

gloss. el juez. in l. 13. titulo. 11. parti. 5. & magis communiter approbatas esse appa-ret ex Ias. in §. plus numero. 28. inst. de actio. & faciunt tradita per Seguram, in l. 1. §. vir colum. 4. ff. de acq. pos. fol. 81. licet Bar. in l. 1. §. nuntiatio numero 25. ff. de noui. oper. nunti. in transitu dicat glossas illas non esse veras, sed vt vides communi-ter approbantur & bene, & ideò verba no-stri text. generalia, que las justicias, de competentibus & idoneis iudicibus intel-ligenda sunt, ex quo videmus quod si quis ingressus fuerit possessionem alicuius rei authoritate iudicis incompetentis non ex-cusaretur à pœna nostri tex. vt probari vi-detur clare ex l. 6. infra. eo prout ibidem sub l. 1. titulo. 14. lib. 3. ordi. colum. 1251. in fine, cum sequent. late fundat Didacus Perez, cuius fundaméta ne transcribamus omitto, & per Ber. Diaz, in reg. 560. vbi allegat Feli. & alios hæc limitantes, & tra-dit Ripa in l. naturaliter. § nihil commune numero. 58. ff. de acq. pos. & Rola. Valle. consi. 6. num. 28. volum. 2. & in gloss. có-petente, supra hac lege alia diximus.

Ibi, [que luego] ex ijs verbis colligit Didacus Perez hic, colum. 1253. quod occupans rem vacantem à nemine posses-sam non potest referre quæstionem domi-nij, de quo tamen vide quæ diximus in l. 2. supra eod. in verbo restituyan, & in verbo, por testamento, quicquid voluerit Dida-cus Perez, vbi supra vbi late probauimus exceptionem dominij in continenti pro-bantem aliquo ex modis ibidem expresis obijci posse, & obstare agenti interdicto recuperandæ.

Ibi, [informados,] & quæ informa-tio debeat esse ista ex requisitis per nos po-sitis supra hac. l. in verbo, por testamento decerpes, & an ad hanc restitutionem fa-ciendam partis spoliantis citatio requira-tur, iam in hoc dictum est titulo. & Latius in l. quinta verbo, sin llamar, infra eod. di-cetur.

Ibi, [pongan en la possession,] sed nó hæres ipse sua propria authoritate possessionem ingredietur, prout inquit. l. 8. titul. de las herencias libro tertio fori, dic quod sic, si vacans erat possessio & à nem; ne occupata, tunc enim non habet hæres necesse petere possessionem virtute. l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. sed authoritate pro-

57 pria † ingredietur secundum Rebuff. in tract. de pacifi. pos. numero. 248. & in hac lege iterum diximus, si tamen vacans nó erat possessio non poterit, sed iudicis re-quiritur authoritas & licentia, vt probat noster text, debetque licentia hæc esse in scriptis, nam huiusmodi missio in possessio-

58 nem † debet per scripturam probari, vt ex d. l. fin. probatur, ibi testificatione publi carum personarum vbi Bar. & Paul. sic no tant, & Roman. sing. 6. sed Ang. & Sali. & moderni, quos refert Ias. colum. 2. & De-ci. 5. in ead. l. fi. dicunt quod verior illius le-gis intellectus in illis verbis est, quod mis-sio in possessionem debet fieri per publi-cas personas, & hoc voluit gloss. ibi verbo, publicarum, dum exponit executoris & tabellionis, sed licet iste sit verior intelle-ctus, requisitú tamen verum est, nam cú licentia & præceptum hoc iudicis demit-tendo in possessionem debeant apud acta prouideri, de actis debet constare per scripturam, vt in capi. quanquam de proba tio. & sic licentiam hanc in scriptis dandá esse dici poterit, eritque vnus casus hic in quo scriptura requiritur ad alios plures re latos per gloss. in capitulo primo de censi-bus in. 6. in omnibus tamen illis casibus &

59 in alijs similibus vbi scriptura † requiritur sufficiet ad probationem partis confessio, ex tex. in l. fi. C. de fidei com. & l. 119. tit. 18. p. 3. quam ad hoc corrupte allegauit Auendaño capitu. 1. prætorum numero 27. vers. q limitarem libro primo vbi num. 10. ponit alium casum vbi requiritur scrip tura, imo si scriptura perdita est probari

60 † potest factum in illa contétum per quin que testes, secundum omnes in capitulo 1. desen. excom. in. 6. per tex. in l. testium, vbi DD. C. de testi. tenet. Ias. in l. cum pro ponas la. 1. numero. 8. C. de pactis, vbi & alios annectit casus, & alium casum vi-debis per Bar. in l. 1. numero. 7. C. de apo chis publi. libro decimo alium per tx. in l. 89. ti. 18. p. 3. in omnibus tamen ijs casibus in quib' scriptura requirit, itaq; p testes p bari non potest, poterit probari, non ad hoc vt ex probatione reus condemnetur,

61 sed ad hoc vt compellatur † scripturam fa cere, ex qua posit condemnari, quod est optimum Ange. dictum relatum per Ias. in l.

in.l.certi condictio.§. quoniam numero. 13.ff.si cer pet.vbi tamen ipse Ias. contra tenet,& an si in scriptura aderat iuramentum probato per testes iuramento con-
62 demnabitur † reus ad soluendum tradit Hippol.in pract.§. secunda.numero.66. nota tamen quod impeditur possessio, si
63 statim possessionem petens † debet eam contradictori restituere, vt super glossa, sin licencia,dixi me hic dicturum,impeditur inquam si possessionem petens debet restituere res illas contradictori ipsi, vel
64 nisi aliud constet † ex mente testatoris,secundum Burgos de Paz consi.39.numer. 4.&.11.libro primo,vel si non remaneat tuta causa proprietatis, putà quia non
65 posset faciliter † post conueniri possessor talis,vt inquit optimè Rolandus Valle. in consi.1.numero.33. libro primo, vbi numero.77.&.79.limitat duobus modis primo nisi talis petitor scilicet & contradictor essent sub eodem principe,vel secũdo nisi offerretur per petitorem possessionis idonea cautio de restituendis bonis casu,quo in petitorio cõdemnaretur,tũc enim non impediretur dicta missio in possessionem.

Ibi,[de los dichos bienes,] sed num idem erit si in vna re speciali sit quis hæres
66 institutus,quę tamen per alium occupata est,vt possit agi rem.nostri tex. ad ingrediendam eius possessionem,& in hoc Ferrara,in practi.in libello,quo peti. hær.ex tes.gloss.in omnibus foli.186. distinguit, quod aut iste institutus in re certa & speciali alium cohæredem non habet,vel si habet repudiauit,& tunc agere potest remedio dictæ.l.fi. & per consequens nostræ, prout & dixit gloss.1.l.2.titulo.14.parti. 6. communemque testatur opinionem Anton.Gomez tomo.1.capitulo.1.nu. 15.sed si alium habet cohæredem acceptantem hæreditatem,quoniam tũc hæres
67 hic particularis † pro legatario reputatur ex tex.in.l.quoties.C.de hęr.instit.quem ad hoc allegat conciuis noster Doctor Gutierrez in repet.l.nemo potest.quæst. 4.Bartol.numero.356.deleg.1.non competet ei beneficium dictæ.l.fi.C.de edic.diui Adri.neque nostræ,quia hæredibus nõ vero legatarijs competit, secundum Ias. & Deti notab.6.in.d.l.fi.Suarez.l.quoniã quæstione.7.l.regię,numero.19.pagina. 215.& Anton.Gomez & alios per me relatos supra in gloss.por testamento, & ideo neque huic instituto in re certa dato alio cohærede vniuersali,secundum Ferrariam & Anton. Gomez vbi supra optimè declarantes,& nouissime post hæc Menochius,de adipis.pos. remedio.4.nu.132. quęstione.1 per totam, & sic intelliges loqui nostrum Gutierrez in dict. numero 356.prout loquutur cõtę, quas allegat, alias generaliter intellectus malediceret.

Ibi,[a los dichos sus herederos,] hæredi enim etiam contra hæredes & bonorũ
68 possessores † competit remedium possessorium,secundum text.in.l.prima in fine.ff.de vi & vi arma.quem ad hoc allegat Matth.Afflict.decisione Neapoli.118.numero.2.& Anton.Gomez.l.45.tauri numero.185.& secundum Afflictis vbi sup. interdicta hæc adipiscendæ & restituendę possessionis in simul intentari possunt hoc in casu,cum nulla detur contrarietas, interdictumque adipiscendæ naturam sapit interdicti recuperandæ, secundum eundem Afflict.decisi.299.numero. 20. imo & contra possessorem singularem in quem spolians alienauit rem inuasam &
69 spoliatam † vi, clam,aut precario potest spoliatus aut hæres eius agere,sicut cõtra authorem suum,vt per Capicium decisione.1.num.4.&.5. interdictum enim vnde vi,vel condictio ex cap. re integranda cõ-
70 petit etiam † contra titulo possidentem, prout communem testatur Ripa. relatus per Villalobos,in ærario mille.com.opi.litera.I.numero.124.& idem Ripa.in capi. sæpe numero.28.de resti.spoliat quod intelligo secundum Bar.in.l.cum à te.ff. de vi & vi arma,si principalis non est soluendo,prout & tradit Anto.Gomez dict.numero.186.& communem testatur Corrasi.in.l.naturaliter.§.nihil.numero.45.ff.de acq.pos.relatus per Villalobos, vbi supra numero.125.vbi numer.126. alio modo hoc declarat,scilicet si non est bonæ fidei possessor ipse, & ille etiam à quo causam habuit,& sic declaranda sunt tradita per Couar.in pract.capitu.12.numero. 3.& Anton.Gom.vbi.sup.dict.numero. 186. vbi optime loquitur,& per Ripam,in dict. cap. sæpe numero.28.de res.spol.

Ibi,

Ibi, [procediedo en todo breue y sumariamente sin figura de juyizio,] & sic omissa iuris solemnitate, nam verbum si-
71 ne figura iudicij tollit † solemnitatem ordinis iudiciarij, secundum gloss. in clemétina, sæpe, verbo & figura, de verbo. sig. quã communiter approbatam dicit Didacus Perez, hic sub. l. 1. ti. 14. li. 3. or. col. 1253, sed an iam quod summariè procedendum summaria hæc causæ cognitio erit quoad ordinis iudiciarij prosecutioné quã quoad probationem, ita quod semi plena proba-
72 tio sufficiat, & videtur quod sic, quoniã cum contra spoliantem agatur remedio possessorio interdicto vnde vi recuperandæ possessionis per. l. momentaneæ. C. vnde vi, & per tex. hic, in remedijs possessiorijs debet summariè procedi secũdum tex. in. l. 3. §. sciẽdum. ff. ad exhiben. & ibi latè gloss. tex. & glo. mox in. d. l. momentaneæ, & in l. 1. cap. quorum bon. Bar. in extrau. ad reprimendum, verbo summariè, probationes etiam in ijs remedijs summariæ debent esse, & sic semiplenæ sufficiét in tali iudicio summario, secundum gloss. in. l. 2. C. de carboni. edicto, cum qua con. l. 7. tit. 22. pa. 3. & l. 2. tit. 14. par. 6. ex quo Mathesila. notab. 3. relatus per Deci. in cõsi. 252. num. 2. inquit quod sufficit probatio per famam, vel per vnum testem, & sic sufficiet in nostra materia, cum text. absq; ordine iudiciario iubeat in præsenti procedi, prout videbatur tenere Bar. in. l. 1. cap. quorum bon. nu. 4. 5. & 10. & ibi additio. litera. D. ita notat, & idẽ Bar. in. l. 2. §. fina. C. vbi in rem actio, & in. l. 1. §. fi. in princi. ff. de prętor. stip. & probari potest ex dict. gloss. d. l. 2. C. de carbo. edic. & ex dictis partitarũ legibus, quod adeò verũ videt q
73 neque reprobatio † horum testium admittenda sit, secundum Roman. singul. 383 communis secundum Curti. Iuni. in l. admonendi col. 19. ff. de iureiu. & curti. senioré, ibidem, & Cagnolum, in. l. impar. ff. de reg. iur. & Marantam, in pract. titu. de testi. reproba. in fine, & latè Menochi. de arbitrarijs iudicum libr. 1. quęstio. 32. eodemque modo in hac causa nulla requiritur litis contestatio prout tenet Bart. & Bal. relati per Ias. in. l. naturaliter. §. nihil cõmune numero. 168. ff. de acq. pos. nihilominus tamen contrarium est ten[...]

imo quod in iudicijs possessorijs & sic in
74 nostra materia plena & non semiplena † probatio sufficiat, & requiratur, quamuis sint iudicia summaria, prout tenet glossa per tex. ibi expressum. in. l. si quãdo. C. vnde vi & gloss. in. l. 1. §. filium. C. quorum bono. & gloss. prima in capi. fi. extra de ijs quę vi met. causa fiũt, & tenet Bar. in. d. extrauag. ad reprimédũ, verbo summariè, & in. l. à diuo Pio. §. super rebus. ff. de re iudi. testaturque communem Alexand. consi. 139. nume. 14. & ibi additionatores volu. 6. & consi. 187. volum. 7. vbi numero. 3. hanc magis communem testatur opinioné & communem etiam testatur Menoc. dict. 4. remedio, de adipis. pos. nume. 678. pro quo est etiam gloss. in. l. fin. C. famil. hercis. quæ communiter approbatur secũdum Socinum consi. 54. numero. 2. volu. 3. & Sali in. l. momentaneæ. colum. 2. C. vnde vi & in hac opinione fuit sacrum cõsilium secundum Afflictis, decisione. 364. nu. 4. & 5. & in interdicto interim appel-
75 lato, † quamuis summariè in eo procedatur plena requiritur probatio, secundum Couar. in practi. capitu. 17. numero. 4. in princi. prout & Deo volente dicemus in. l. 17. in glo. o que desfallesca, in fine, titul. 17, infra hoc libr. 4. neque obstant pro cõtraria parte adducta, vt pote quia procedunt, quando ex hoc summario iudicio non infertur alicui parti plenum præiudi-
76 cium † prout in carboniano interdicto, in hoc. n. casu semi plena sufficiet probatio, & tam in ordine iudicij, quam in probatione tunc summariè procedetur, & nulla requiritur litis cótestatio, neque reprobatio testium admittitur, sed vbi ex iudicio summario plenum paratur præiudicium, tunc licet summarie quoad ordinem iudicij pcedatur, quia lex sic iubet, debet tamẽ esse plena probatio, & in simul litis contestatio facienda est, & testium reprobatio admittenda, prout asserit Couarr. in dict. ca 17. numero. 4. in fine, & Auendaño capitulo quarto prætorum numer. 16. libr. causæ enim cognitio & citatio requiritur in causa quantumcunque summaria, secũdum DD. in clemen. sæpe. de verborum sig. & Lancelotum in tractatu de attentatis. 3. p. c. 28. nu. 35. pag. 462. sicque in iudicijs possessorijs, cum in eis de pleno tractetur

ctetur præiudicio, præsertim in nostra materia, in qua possessio auferéda est licet violéto possessore, merito requiréda est plena probatio & litis contestatio, prout cómunem vltra dictos restatur Ias. in d. §. nihil commune nu. 165. & 166. nisi in casibus ibi per eum positis in num. 169. cum pluribus sequent. quam concordiam inter has opiniones posuit Ias. ibidem numero. 168. & colligitur ex Bart. in l. 1. §. fin. ff. de prætor. stipul. & tradit Berengarius Fernandus in dicta. §. nihil commune. 3. parte numero. 85. & Cagnolus, in dicta. l. impari, & Maranta in dict. pract. 4. parte diuisione. 11. numero. 63. & Feli. in C. veniens. 2. numer. 14. de testibus, & optime per Lanfrancum, in practi. titulo de caus. delig. & summ. numer. 2. & numero. 9. cum sequent. sic que intelliges. l. 5

77 infra isto titu. † summariam informationem requirentem, nam intelligitur quoad ordinem iudiciorum, non verò quoad probationem, quia plena requiritur probatio etiam ex parte spoliati, nam ex parte spoliatoris etiam in qualibet causa plena requiritur probatio, quoad reum enim non

78 vero quoad actorem, † iudicium possessorium est summarium, secundum Lanfrancum, vbi supra nu. 10. & sic inquit legislator in l. 6. infra eo. in col. si q̃ actor ipse, & sic spoliator, vt impediat restitutioné possessionis petitę, debet plenè perscriptu ram authenticam, vel testes fide dignos probare intentionem suam, & quod de licentia iudicis competentis ingressus fuit possessionem rei petitę, alias non audietur.

Ibi, [hagan execucion,] prius tamen pręmissa sentencia declaratoria pœnæ incursæ secundum tenorem nostræ legis, nam licet pœna incurratur ipso iure, adhuc tamen requiritur sententia declaratoria incursæ pœnæ, eò quod vbi ipso iure propter quid præexistens deuenitur ad

79 certum † actum, semper requiritur senté tia declaratoria super præexistenti, secundum Roma. & alios relatos per Didacum Perez in d. l. 1. tit. 14. lib. 3. ord. col. 1253. in fine cum prin. sequen. & diximus in tit. de las contestaciones supra isto libro.

Ibi, [con costas y daños,] hic est text. clarè probans, quod appellatione expensa

80 rum † non veniunt damna, neque econtra, nam cum text copulatiue loquatur, costas y daños, de natura copulæ est, quod apponatur inter diuersa, secundum gloss. Bar. & DD. in rubri. ff. de iur. & fac. ig. & Bal. l. 1. quæsti. 6. C. quando non pet. par. ergo sequitur manifestè assumptum nostrũ pbari in inijs verbis, prout illud tenet & affirmat Boer. deci. 52. n. 7. alia circa materiá nostri tex. per DD. in progressu eius allegatos videri possunt, quæ missa facio vt finem legi imponamus.

LEX IIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Bona existentium in Regis seruitio non sunt occupanda per aliquem sub nostri tex. pœna.

Ibi, [que sean emendados,] impediti enim iusta de causa nullum in bonis suis damnum pati debent, & si de facto patiantur emendandum est ex remedio clausulę si qua mihi, &c. ex tex. in l. 1. & per totũ. ff. ex qui. cau. maio. & §. rursus, inst. de actio. sed qui regis seruitio & ministerio

1 † adstricti sunt causa iusta abesse dicuntur ex. l. 28. titulo. 29. partita tertia. & l. decima, & ondecima, titulo. 23. ead. parti. & ex notatis per Bart. in. l. fin. colum. prima ff. de in int. restitu. & refert Didacus Perez, in pręsenti, sub. l. quarta, titulo. 14. libro 3. ordi. columna. 1259. cum sequent. Meritò ergo si per legem nostram talis absens pro regis seruitio in bonis suis damnificatus, adiuuandus sit, & damnum factum tollendum, eritque hæc alia & iusta causa absentiæ aduersus temporis cursum, vt ex ea absens se iuuare posit, quæ quidem & addetur alijs absentiarum causis relatis per glossam.

l.aut religionis.ff. de procurat. quam sequitur Gometi. in §.rursus nu. 4.insti. de actio. vbi absentiarũ tria genera refert, & quinque retulit glo.fi.in.l.fin.ff.de in int. res. quam commendat Ias.in.d.§. rursus, num.1. Sed an in casu nostri text.erit necessaria restitutionis imploratio ex vi dictæ clausulæ generalis, si quę mihi &c. vt eius remedium intentari posit, & dicendũ est quod nõ, nam cum ex tex.nostre remedium ordinarium concedatur, cessat extraordinarium & subsidiarium restitutionis beneficium, nisi in casu in quo per aduersam partem exceptio præscriptionis ex lapsu temporis decursi opponeretur, tunc enim replicandum est nullũ tempus cucurrisse, & casu quo cucurrisset restitutio petit aduersus temporis lapsum ex capite iustæ absentiæ & ignorantiæ ob clausulam illam generalem si quæ mihi, &c. poteritque tunc simul intentari remedium rescindens & rescissorium, dummodo successiuè vnum post aliud in eodem libello intentetur, nam licet debeat præcedere remedium rescindens rescissorium, possunt

2 tamen simul intentari, secundum Ias.in dict.§. rursus numero.86. plures allegantẽ, communemque testatur gloss.in dict.l.28. titulo.29.partit.3. Et in casu quo remedia hæc intententur requisita vt intentari re-

3 media hæc rescindens, & rescissorium posint, hæc sunt. Primum quod in remedio rescindente necessarium est, quod actor dicat se læsum, siue propter absẽtiã aduersarij legitimè impediti, vt.l.1.§.1. ff. quibus ex causis maior. siue propter propriam absentiam, nam est remediũ præsenti datum contra absentem, vt dict. §.rursus, & absenti contra præsentem, vt in.d.l.1. licet in hoc distinctim procedatur nam qui præsens est si restituitur contra absentem nulla fit distinctio absentiæ, secus tamen econtra, nam absens cõtra præsentem tantummodo restituitur propter absentiam necessariam & probabilem, vel necessariam tantum, secus vero si absit ex causa voluntaria, vt probatur in.d.§.rursus. & in.l.succurritur.ff.qui ex causis maior. secundum gloss.in.l.fi.ff.de in int.res. Secundò requiritur quod imploretur officium iudicis nobile vt rescindatur læsio nam huiusmodi remedium non competit iure actionis, sed tantum per officium iudicis, vt.l.si quis stipulatus versiculo officium prętoris est.ff. ex qui.cau.maio. quem allegat Abb.in capitu.cum ex literis numer.19.extra de in integ.res. Tertiò requiritur quod petat lęsionem rescindi, vt.l.sed si per prætorem. §.sed cum feriæ &.§. quoties. ff.ex qui.cau.maio.& in.l. ait prætor.§.sed conditionales.ff. quæ in fraud.credi. tantum enim adfert restitutio quantum abstulit læsio, vt probant illi.§§.&.l.quod si minor.§.restitutio.ff. de minori.&.l.fin.C.sententiam pas. Quartò requirit quod intra quadriennium intẽtetur huiusmodi remedium, & incipit currere postquam absens rediit in ciuitatem, vt in dict.§. rursus, & clemen.de in int.res. optima.l.28.tit.29.par.3. Quintò requiritur quod actor proponat remedium cõtra vsucapientẽ, vel præscribẽtẽ pręsẽti parte, vt in.d.§.rursus, vel contra quemcunq; successorẽ, vt in.l.in causis.d.§.interdum ff.de minoribus. Sextò requiritur quod remedium rescissorium proponatur in euẽtum vsucapionis, vel præscriptionis præcisæ, & sic in euentum quod obstaculum sit sublatum, vt probatur in.§. rursus, & in.l.in honorariis, versic. sed cum rescissa.ff.de act.& obli. Septimò requiritur ꝙ remedium rescissoriũ si est reale concludat ad declarationem dominij, petendo quod declaretur dominus rei petitæ, si verò est personale, concludat debitorem esse obligatum, secundum Ias.in.d.§. rursus colu. fin.numero.85. & ibi.cum numero. 84. ponit formam libelli in rescindente & rescissorio, sicque si obijciatur de pręscriptione potest contra hanc præscriptionis obiectionem per maiorem vgintiquinque annorum peti restitutio hęc ex clausula generali, si quæ mihi &c, propter absentiam nostri text. vel aliam probabilem, vel si quis voluerit poterit & in ipso principali libello in quo remedium nostri text. intentatur petere, quod si necessaria est restitutio ad remedij propositi actionem nanciscendam aduersus quemcumque temporis lapsum concedi petit propter absentiam necessariam in seruitio & ministerio regis causatam, vel ob aliam probabilem causam, ex vi dictæ clausulæ generali, si quæ mihi.&c. tollendo de medio

dio quemlibet temporis transcursum, & hoc sublato declarando dominium rei petitæ ad ipsum pertinere actorem, & per consequens rem illam sibi restitui petendo cum fructibus, vel æstimatio eius de bonis spoliantis secundum nostri tex. tenorem: & absens iste si esset minor. 25. annorum si necesse esset, ex clausula, etiam minoris ætatis posset petere restitutionem hanc in simul cum restitutione ex dicta clausula generali competente, quæ quidem restitutio ex vi dictæ clausu-
4 læ generalis fauorabilior † est, quam restitutio, quæ conceditur ex clausula minoris ætatis, secundum gloss. aberat, in. l. cum quidam in princi. ff. de acquir. hær. quam ibi omnes commendant, maximè Ang. & Alexan. n. 3. idê Alex. in. l. cum filius fami. §. in hac. n. finali. ff. de verbo. obli. Gome. numero primo, in dicto. §. rursus, communis, secundum Ias. in. l. cum quidam. §. in hac. numero. 9. in fine, tametsi contrariam opinionem tenuerit glossa. prohibeant in. l. nec non. ff. qui. ex cau. maio. quam sequitur Socinus consilio. primo numero. 29. volu. 2. & voluit Alexand. in. l. si finita. §. Iulianus numero. 52. & 53. ff. de damno inf. & Gometi. vbi supra & quamuis eam dicat communem Francis. Curtius consil. 58. colum. 3. prima tamen communior est, ex qua infertur quod lex, dispositio, vel statutum excludentia minorem à restitutione contra aliquem actum, vel contractum, non censetur excludere maiorê virtute clausulæ generalis si quæ mihi, &c. secundum Sali. in. l. 1. n. 12. C. de resti. mili. Ias. in dicta. l. cum quidam numero septimo, & voluit gloss. dicta. l. nec non, possent tamen dictæ opiniones communes ad concordiam reduci hoc scilicet modo quod secundum diuersitatem casuum vna restitutio reputetur alia fauorabilior, & hæc pro hac lege sufficiât, alia videri poterunt per DD. in. d. §. rursus, & in toto titulo. ff. ex quibus causis maiores.

LEX. V.

SVMMARIVM LEGIS.

Forma procedendi contra capientes bona aliena, vel debitores suos vel bona debitorũ violenter ingredientes pro debitis suis consequendis, in præsenti lege ponitur, & declaratur, & confirmatur in lege sequente.

Ibi [, prenden aquel,] & sic carceris priuati crimen committũt, cum nõ liceat alicui
1 sub grauibus pœnis † aliquẽ in sua domo, vel alibi priuato in loco captũ tenere, vt probatur in. l. 1. C. de priua. carcer. & l. 1. ti. 10 p. 7. & l. 12. ti. 4. li. 4. fori, & l. 15. & ibi gl. ti. 29. p. 7. tractat Feli. in. c. nuper, de sentẽ. ex com. imò & cõtra priuatũ carcerẽ exer-
2 cẽtes iudices fraternitatis † procedere possunt, sm̃ tex. in. l. 2. ti. 13. infra li. 8. vbi hoc limitat duobus. s. modis, primò nisi capiat quis debitorẽ fugitiuũ, secũdo nisi capiat quis illum, qui potestatẽ ei dedit capiẽdi il-
3 lũ propria authoritate ꝙ fieri potest, † sm̃ tex. illũ, & l. 1. ti. 17. li. 5. infra & l. 11. tit. 13. & l. 14. ti. 14. & ibi. gl. p. 5. de quo per Dueñas, in reg. 175. & Dida. Pe. hic, sub. l. 5. gl. carcel, col. 1265. ti. 14. li. 3. or. & infra hac. l. in gl. carcel, aliqua dicemus: est tamẽ notandũ ꝙ in casib' in quibus licet de iure aliquẽ capere, adhuc tũc carcer priuatus nõ
4 est inducẽdus, sed infra. 24. horas debet † sic captus corã iudice præsentari, alias crimẽ priuati carceris cõmittit, sm̃ tex. in. d. l. 2. ti. 13. li. 8. & tx. & ibi gl. in. l. capite. 5. ff. de adulter. ꝑ quæ semel defẽdi quosdã depriuato carcere accusatos infra. 24. horas captũ quẽdã repræsentãtes, quẽ in fragãti crimine ceperãt, dũ eũ abscõditum in domo quarundã honestarũ puellarũ reperirent, potuerũtq; tũc ipsum capere cũ delinquẽdo reperiretur, & tãquã delinquentẽ iudi-
5 ci præsentare, sm̃ Bar. in. l. cũ eod. ff. ad. l. uel. pecul. & gl. l. 15. ti. 7. p. 7. & Ant. Go. to. 3. c. 9. n. 3. & 4. & Auend. c. 1. præto. n. 33. in. 23. causa. li. 1. & Rip. in. c. 1. n. 88. & seque. de iudicijs, & Dida. Per. li. 3. or. tit. 2. l. 1. col. 819. repertus enim in domo aliqua de nocte abscõditus in actu furis dicitur adesse, & quãuis nihil asportauerit, furti ta-
6 mẽ tenetur, & pæna arbitraria corporali puniendus venit, secundum Anto. Gom. to. 3. c. 5. n. 15. & Auiles. c. 1. præt. gloss. de rechamente. n. 16. fol. 38. vbi plus dicit ꝙ imo & pæna mortis puniri potest, ex. l. 74. styli, cuius tamen legis vsum non est

ausus affirmare Gregorius, in.l.18. in gl. magna, colum.4. in prin. titulo.14. part. 7. & de ea vide Montaluum, in.l. sexta tit.5.lib.4. fori, in hacque facti propositione, siue iste donum fuisset ingressus causa furãdi, cũ ostiũ clausũ aperuerit pęna mor
7 tis etiam pro primo † furto puniri posset secundum Bal. relatum per Paul. in auth. sed nouo iure, num.6.C. de seruis fugiti. siue furtum esset magnum siue paruum, prout practicatum fuisse asserit Antoni. Gomez.d.c.5.n.12. licet si furtum paruũ fuisset non punirẽ cũ pœna mortis, sed mitiori corporali, secundũ Auenda.ca.16. præt. numero.14. lib.2. & ideo siuè intrasset causa furandi, siue stuprandi puellam adhuc tunc & melius per quemlibet capi poterat, secundum text. in.l.2. titu.29. pa.
8 7. quæ est optima lex numerans casus, † vbi quis delinquentem capere potest, de quibus & per Ripam.d.cap.1. num.88. de iudicijs, & ideo isti iustè defensi fuere à crimine priuati carceris, nam & vbi crimen publicum commissum est non habet locũ pœna priuati carceris, secundũ Floria. in.l. 3. ff. ad.l. aquil. & Auendaño cap.1. prætorum num.33. ver. si.23. causa lib.1. & glo. in.l.5. titu,7.p.7. & cum tam Reip. intersit crimina puniri publicusque in hoc vertatur fauor etiam pro crimine quolibet siuè
9 publico siuè priuato, potest delinquens in fraganti crimine per quemlibet capi & iudici præsentari, neque dicitur crimen priuati carceris incursum, secundum Bal. in c.1.§. si quis verò el.1. de pac. iur. fir. & Rip. in cap.1 .nume.87. de iudic. & Anto Go. optimè.d. tomo.3. cap.9. num.3. facitque dicta.l.2. titu.29. par.7. & .d.l.2. titu.13. libro.8. infra & dicta per Bart. in. dicta.l. capite quinto. numero tertio per text. ibi. ff. de adult. aliter enim faciliter delinquens fugere posset, & iustitia illusa remaneret, neque esset qui delinquentẽ capere vellet neque auderet, deficienteque iudice, qui
10 capiat, quilibet capere † potest, secundũ Rip. vbi supra nu.89. & addition. Abb. in ca. cum non ab homine numero vndecimo. litera.L. de iudicis & iterum in num. 17. litera.E. & Dida Perez. in.l.1. tit.2. lib. 3. ord. col.819. & Auend. cap.22. prætorum numer.2. lib.1. imo & quamuis delin
11 quens clericus sit † capi potest in fraganti crimine, si tunc copia iudicis ecclesiastici deficiat, dum tamen infra dictas.24. horas iudici suo præsentetur, secundum Auendañ. capitulo.5. prætorum nume.3. libr.2. & iterum in capitulo.22. prætorũ numer.2. versiculo. Item si facta, libro primo imo & inquit Iulius Clarus, in practi. crimi.§. fi. quæstione.29. versiculo vnum tamen, quod quicunque etiam non habẽs mandatum à iudice ceperit aliquem malefactorem & tradiderit curiæ, & in eo capiendo aliquid expenderit, poterit illud ab
12 officiali recuperare †, vel à fisco, & hoc omnes fateri inquit ibi Clarus. & sic iustè supra dicti excusati fuere à crimine carceris priuati, excusarique debent capientes delinquentem in fraganti crimine & iudici præsentantes infra.24. horas, & sic limitatur nostri tex. dispositio & iurium similium, scilicet text. in auth. vt non fiant pignora, & in auth. vt nulli iudicum.§. quia verò, & text. in.l.5. titul.25. infra hoc libro. quæ loquũtur quando capitur persona aliqua, secundum Bar. in.l. extat. numer.2. ff. q̃ met' causa, quę quidẽ vera esse intelliges quoties iustè delinquẽs vel debitor per priuatum aliquem captus est secus vero si iniustè, nam tunc quamuis intra.24. horas præsentetur iudici priuati carceris crimen incurritur, prout omnes concludere asserit Iulius Clarus in.d.§. fi. quęstio.68. versiculo priuatum carcerem: aliud etiam notãdum est quod si creditor, qui potest propria authoritate de facto apprehendere bona debitoris, vadat ad iudi-
13 cem, censetur † sibi preiudicasse, & non poterit amplius propria authoritate vti, secundum Bal. in.l.1. not.2. C. de executi. rei iud. cuius dictum refert illud declarando quatuor modis, Alciatus in.C. perniciosum.n.28. cum.5. sequen. de offi. ordi. & an tunc iudex aditus debeat citare possessorẽ, vide gl. q el otro, in l.14. ti.14. p.17.

Ibi, [prẽden a su hijo,] q crimẽ repræsaliarũ videt, iureque optimo reprobatum p tex. in.d. auth. vt nõ fiãt pignora, & tex. in auth. vt nulli iudicũ.§. quia vero, & text. in.l.15. ti.10. p.7. & ex toto ti.17. li.5. infra, & ex dictis à Bar. in tract. de repræsalijs.

Ibi, [a los concejos,] similis in.l.2. supra hoc tit. vbi diximus aliqua.

Ibi,

Ibi, [que luego restituyan, idem dispo
nitur in dict. l. 2. supra eod. vbi dicta
videbis, & qualiter formetur libellus
14 contra † spoliantem vide Bart. & DD. in
dict. l. si quis in tantam. C. vnde vi, & ibi
Menochius, de recuper. pos. remedio. 9.
nu. 312.

Ibi, [sin llamar las partes,] &
sic videtur quod in restitutione spolij
15 facienda partis spoliantis citatio † non
requirttur, sed quod quemadmodum
spolians per vim de facto possessionem
rei ingressus fuit, ita & de facto restitu-
tio spoliato fiat, prout in iudice inquit
Alexand. in l. de vnoquoque numero
sexto. ff. de re iudi. dicens quod illud
quod iudex iussit parte absente non citata
potest sine aduersarij citatione reuocare
vt sicut de facto processit, ita & defa-
cto reuocet prout & notat solum duas
glossas allegans Tiraquellus in tract. res
inter alios acta, limi. 39. pagina. 38. &
Bart. & Alexand. si. notab. in l. si pacto
quo pœnam. C. de pact. & Paris, de sin-
dicatu verbo captura. cap. 3. per totum fo
lio. 190. & Bart. Socin. consil. 18. nume
ro. 30. libro. 1. & Domini. consilio. 53.
Gregorius duodecimus, numero. 5. & 6.
& alij plures relati p Tiraq. in legibus con
nubialibus, gloss. 5. numero. 15. vbi tex.
in l. 1. §. hoc edictum. ff. si mul. vent. no-
mi. pro hoc plurimum commendat, no
tat etiam Innocen. in. ca. querelam de in
int. restitu. & Bal. in l. si aquam numero.
16. C. de serui. & aqua, & post hæc vidi
Mexiam, in apparatu. l. de Toledo in fina
lis partis conclusione, numero. 52. cum
sequent. plures allegantem, & Minchacam
controuersiarum vsu frequentium. capit.
11. numero. 13. & latè Barbat. consil. 51.
colu. 26. cum sequent. libro. 1. & Parlado
rius in suo libro rerum quotidi. capitu. 10.
numero. 2. 3. & 4. & 10. & Lancellotus
in tracta. de de attentatis. 3. pa. cap. 28. nu.
45. cum. 2. sequent. pagin. 463. & videtur
hoc per text nostrum approbari in ijs ver
bis contrarium tamen tenuit ipsemet Bal.
in. l. si deserta. C. si propter publi. pensi. &
ibi eius additio. vbi inquit quod iniusta
etiam possessio nemini sine causæ cogni-
tione est auferenda, & additio Matthæi
Afflictis, decisio Neapolita. 361. sub
verbo iudici, & iterum ibidem in finali
additione, & Celsus, consilio. 119. nu-
mero secundo, & Innocentius in. ca. ve-
niens, de fili. presbit. & in capitu. inter
quatuor, de maior. & obed. & glossa, de
uelo, in l. secunda titulo 14. partita sexta,
& tradit Suarez, in nostris terminis, in
titulo, de las herencias, numero. 37. &
Hippolit in dicta. l. de vnoquoque nume
ro. 38. cum sequent. pluribus & ideò in-
quit Bar. Soci. in consilio. 32. in fine, libro
primo, quod licet actum de facto per iudi
cem debeat de facto reuocari, non tamen
sine citatione partis, & ibi num. 25. & 26.
inquit Socin. quando dicetur de facto
procedi, & inquit quod non solum re-
16 quiritur partis citatio † vt non dicatur de
facto processum, sed & audienda est
pars, & idem videtur tenere Alexa. & rela
ti per Additio. dictæ decisi. 361. Afflictis,
in fi. verbis, & idem Socinus relatus &
secutus per Menochius de arbitra. iudi-
cum libro primo quæstione decimasepti-
ma, numero decimo approbataque vide-
tur hæc opinio per text. in lege sequente,
quæ nostræ declaratoria est, inquantum
ibidem iubetur spoliantem intra tertium
diem debere probare de iure suo, secundū
quod ibidem disponitur: ergo audiendus
est spoliator, item quia vt restitutio despo
lio fiat, debet constare despolio per proba
tionē sed pbatio nihil valet nisi aduersarius
citetur ergo, & ita nouissimè post hæc, in
terminis vidi ita tenētē Pelaez, d primoge
nijs. 3. p. quæst. 14. n. 8. neq; obstat illud di
ctū Alexan. in d. l. de vnoquoque. n. 6. quia
posset procedere quoties iudex interlo-
quendo aliquid absque partis citatio-
ne iuberet, resque integra existeret,
tunc enim nimirum si absque citatione, iu
dex ipse reuocare illud posset, prout in-
quit sic concordando has opiniones addi
tion. Matth. Affli. in. d. deci. 361. verbo in
causæ cognitione, quoniam inter locuto-
ria quoad iudicem non transit in rem iudi
17 catā cōmunis, vt per Villalo. in ærario li
tera. S. n. 27. vel secundo dici potest id ve
rū esse quoties parti illi ex reuocatione præ
iudicādę nō infertur ex reuocatione max.
mū præiudiciū, tūc enim absq; eius citatione
18 † reuocari posset, sicut aduersarie eius nō
citato actū fuit, p ut magis cōmunē testat

Petrus Rauenna, in Alphabeto, verbo iudex, relatus p Villalo. in erario opin. com. verbo sententia. n. 32. secus verò si magnū inferretur præiudicium, prout est auferre possessionem possessori etiam iniusto. tunc enim citandus esset, etiam si propria authoritate, vel iudicis authoritate inordinate procedentis eam ceperit & intrauerit possessionem. vel possunt & tertio opiniones hæ concordari, scilicet, quod si sit notorium nullam defensionem spolianti competere posse, nulla eius in restituenda possessione citatio requiratur. secus vero alias, ita colligitur ex dictis per Hippokin dict. l. de vnoquoque numero 77. & ex. l. 7. infra eod. quę tamen concordia non satisfacit, nam quamuis in facto notorio, vbi ordo iuris non requiritur succinctè procedatur, ad huc tamen
19 tunc citatio debet † interuenire, prout communem testatur Abb. in repetit. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. numer. 12. de constitu. adeò vt & princeps sententians citare debet quantumuis de plenitudine pro-
20 cedat, † secundum Capiti. decisi. 69. numero. 35. & 36. & ideò tutius est, secundum additio. Matth. Afflictis dict. decisio. 361. versiculo causæ cognitione, semper citationem adhibere, præsertim si spoliator habeat de iure fundatam suam intentionē, tunc enim nō debet facto respoliari secundum Minchia. in dict. numero. 13. in fine. Ex quo inquit Auenda. capitul. 4. prætorum numer. 47. in fine, cum princi. sequen. li. 1. quod cum ad causæ cognitionem debeat citari persona illa, quæ limites amouit, vel terminos, aut rem alienam occupauit, ex quo lis inducitur, & protrahitur restitutio, quod tutior erit practica, quod idem concilium, vel persona, cuius termini occupantur absque authoritate iudiciali & sine causæ cognitione reponat in locum suum terminos auulsos, & amoueat furtiuos & malè positos, quod tamē verum intelligerem si incontinenti & sic vim repellendo fieret, non vero si ex interuallo, tunc enim non consulerem sic fieri ob euitandas plures rixas quæstiones & scādala & lites.

Ibi, [summaria informació,] quæ quidem informatio an sicut quoad ordinem, sic & quoad probationem sufficiat quod sit summaria & sic qualis qualis, vide quæ diximus in. l. 3. sup. eo. in glo. Informados.

Ibi, [sin mandado de juez legitimo,] vel ex consensu & licentia partis interessentis, vt in. l. 11. titu. 13. pa. 5. & in. li. 2. titulo. 13. libro. 8. infra probatur, par est enim in hoc casu conuentio partium & iudicis mandatum, secundum Suarez in. l. post rem pagina. 273. numero. 11. & 12. & alibi diximus. Est tamen aduertendum quod sufficiet quod spoliatus alleget se spoliatum, probaueritque spoliationē, neque est necesse quod probet sine licentia & mandato partis, vel iudicis competentis id factum esse, id enim probare tenetur spoliator vt defendere se possit ab impetitione spolij, aliter enim præsumitur clandestine & contra ius factum esse, probata enim per spoliatum possessione antiqua rei illius tempore spolij allegati, vel paulo ante, prout in hoc titulo dictum remanet, nouior illa possessio spoliatoris asserti clā-
21 destina †. & vitiosa præsumitur, secundū Matth. Afflict. decisi. 324. numero. 8. &
22 quando dicetur † recens & quando antiqua possessio tradit Capitius, decisi. 6. numero. 10. si ergo clandestina pręsumitur & vitiosa, ille, qui habet pręsumptionē iuris contra se tenetur pbare authoritate iudicis competentis possessionem habuisse & occupasse, & ideo iure optimo lex. 6. proxime sequens, quæ nostræ legis declaratoria est, prouisit, vt spoliatori incumberet probatio hæc, quod authoritate iudicis competentis nactus fuit possessionem rei, & id intra tres dies secundum legem illam probandum est.

Ibi, por leyes de nuestros reynos, quę est. l. 15. & l. 16. titulo decimo partita septima, & in. l. decima, titulo. 17. infra libro. 5. vbi dicemus Deo volente super gl. pierda.

Ibi, [de carcel priuada,] & quæ pæna sit hæc, disponitur in. l. vnica C. de priua. carce. & in. l. 15. titulo 29. partita septima. tradit glossator Salmantinus sub. l. quinta, titulo. 14. libro tertio, ordina. columna. 1264. vbi annectit quæstionem per ipsum videndam, & ex sequentibus decidendam: & hæc priuati carceris pæna imponetur etiam creditori † detinenti de-

debitorem pro debito, quamuis non causa iurisdictionem acquirendi id fiat, nam lex nostra in ijs verbis decisiuè meo iudicio procedit, licet gloss. in dicta. l. 15. titulo. 29. partita. 7. asserat, quod cum lex ista se referat ad alias leges regias, si illę leges non reperiantur, non imponetur hoc casu pæna hæc priuati carceris, maximè cum secundum. l. 15. tit. 10. partit. 7. creditor capiens debitorem pro debito, aliud tantundem soluere debet debitori insuperque arbitrio iudicis puniendus est corporaliter, licet non pœna priuati carceris, & sic cum in hoc casu non reperiatur lex pœnam priuati carceris imponens, non imponetur creditori huic debitorem pro debito capienti, sed illa tantum, quæ de iure reperitur scripta: hæc tamen consideratio lege nostra attenta nullo modo satisfacit, & ideò ex lege nostra teneo quod talis creditor debitorem pro debito detinens vltra. 24. horas pœnam priuati carceris incurret nam postquam lex nostra tali creditori vetuit debitorem detinere, dum pœnam ei pro tali detentione imponit, inquit, & pœnam priuati carceris incurrere per leges regias impositam carcerem priuatum exercentibus, & sic dispositionem, non verò relationem tantum legem nostram induxisse, quasi lex nostra non tãse referat ad leges alias regias, quàm dispositiuè procedendo iubeat talem creditorem puniendum pœna priuati carceris per leges regias imposita carcerem priuatum exercentibus, & ideo quamuis non reperiatur lex regia pœnam priuati carceris creditori debitorem pro debito capienti imponẽs, imponetur tamen hæc pœna priuati carceris contra exercentes eam disposita, quia sic lex nostra disposuit, & quia quoties ille, qui relationem facit, potest principaliter
24 & de per se relata disponere † non est necesse de relato apparere, secundum Ias. in auth. si quis in aliquo documento numero 8 C. de edendo, & ita tenendum credo, scilicet creditorem capientem debitorem propria authoritate & eum detinentem priuati carceris pœnam incurrere, nisi in casibus vbi id licet. notandum tamen est q secundum Clarũ in pract. crimi. §. fi. quæst. 68. versi. priuatum carcerem, quod in practica pœna priuati carceris non est mortis,
25 sed minor, & sic pecuniariam impositam fuisse domino famulum diu in priuato carcere detinenti. Et quis dicatur priuatum
26 carcerem habere, decerpes ex. l. vni. C. de priuat. carcer. & ex. l. fi. tit. 29. part. 7. & ex. l. 12. tit. 4. & l. 2. tit. 14. lib. 4. fori, & ex l. 2. tit. 13. lib. 8. infra. & an pater committat carcerem priuatum detinendo filium,
27 vel dominus seruum, vel famulum † absconditum in camera propter delictum cõtra patrem ipsum, vel dominum commissum, tradit Boeri. decisi. 275. & gloss. fi. c. quemadmodum, extra de iureiuran. & Anto. Debut. in. c. cum contingat, extra de foro com. & Montal. in. l. 4. tit. 13. lib. 4. fori. & Boer. vbi sup. refert alias personas ius capiendi habentes.

Ibi, [casos de corte,] qui quidem referuntur. l. 8. titulo. 3. supra isto libro vbi diximus.

LEX. VI.

SVMMARIVM LEGIS.

Lex hæc. 6. confirmatoria & declaratoria est legis præcedentis, & sic sufficient ibidem dicta.

Ibi, [hasta el tercero dia,] hic videtur approbari opinio dicentium incontinenti constare de domino, si intra tertium diem de eo doceatur, vt traditur per relatos per Menochium, in tracta, recuperandæ possessionis, remedio. 1. numero. 253. vbi num. 253. opiniones referre circa hoc incepit.

Ibi,[por mandado,] intellige iuris ordine seruato, alias si iudex ordine omisso mandatum tale præstaret, nihil adiuuaret, vt potè quia & tunc spoliare dicitur iudex talis, secundum tex. in.l.2.supra isto titulo. vbi diximus, & ideò verba hæc de mandato iuridico præstito intelligenda sunt, alias essent cótra ius & contra.l.2.supra eod. & ibidem dicta.

LEX. VII.

SVMMARIVM LEGIS.

Regiæ literæ & prouisiones continentes vt quis à possessione bonorum priuetur, licet obediri, non tamen exequi debent nisi delictum esset notorium, & de eo esset Rex certificatus.

IBi,[se an obedecidas, y no cumplidas,] idem disponitur in.l.1.supra eod. vbi diximus in gloss. sea obedecida, & in.l.1.& sequent. infra titulo proximo, hæc enim literæ ob importunitatem potius, quam ex principis concedentis voluntate, censentur concessæ, & ideò obediri non vero ad impleri debent, & allegat in hoc legem nostram Celsus, consi. 119. nume. 2. ex quo inquit Afflictis in constitutio. Siciliæ libro 1. rub. 24. nu. 50. quòd admonet iudices,
1 † vt quando recipiunt literas regias sigillatas ad restituendum alteri possessionem suam, qua quidem asseruit esse spoliatum, citent prius partem inserto tenore literarum & iubeant quod restituat cum clausula iustificatiua, & sic compareat, & dixit, quod non spoliauit, tunc debet iudex ordinarie procedere, quamuis commissa non sit cognitio, nam intelligitur commissa etiam si non dicatur, iuxta tex. in.l. & si nó cognitio & ibi Paul. C. si contra ius vel vt. pub. & ibi alios allegat Afflict. & aliis rationibus dictum hoc fundat.

Ibi, [no entendemos hazer mercedes,] similis est text. in.l.1. titulo. 26. libro octauo infra nisi secundum quod dicitur in finali versic. nostri text. delictum sit notorium.

Ibi, [de bienes ni officios,] similis videtur tex. in.l. tertia titulo. 18. libro. 8. infra.

Ibi,[pero q̃ si el maleficio que alguno cometiere fuere notorio,] hic ponitur limitatio verborum præcedentium, scilicet quod tunc prouisiones & literę regiæ de bonis alicuius tertij, alteri tertio applicandis, exequendæ non sunt, quoties delictũ propter quod bona illa veniunt auferenda non erat notorium, secus verò alias, & cóstaret regem literas concedentem esse de delicto illo certificatum: aliter enim non posset Rex iustitia mediante partem inauditam priuare bonis suis, imo neque de plenitudine potestatis nisi adhibito bono cãbio, vt dixit.l.31.titu.18.p.3.& alibi diximus in hoc tomo, si ergo hæc procedunt & vera sunt, prout negari, vera esse, non potest, necessariò verba præcedentia nostri text intelligenda sunt, quoties bona illa regi pertinere poterant propter delictũ alicuius tertij ea possidentis, tunc enim vsque dum tertius hic bonorum possessor delinquens audiatur, literæ illæ iubentes bona ab eo auferri exequendæ non sunt, ad quarum limitationem processit noster text. in hoc versiculo finali, vt hoc non procedat si delictum propter quod bona illa regi pertinere poterant, sit notorium, sitque Rex literas concedens de eo certificatus; & sic de notorietate delicti tunc enim literæ, quibus mediantibus Rex mercedem & beneficium de bonis illis, regi ipsi propter delictum illud notorium applicandis faceret, deberet exequi nulla expectata secunda iussione, cum enim delictũ sit notorium, certum est bona illa regi cópetere, & de certa scientia ipsius regis hæc asserentis constare, ergo de iis potest Rex ipse disponere etiam parte non citata, nam licet in notoriis communior sit opinio citationem requiri, tamen si certum est nullam

lam defensionem competere nulla requiritur citatio, secundum quod diximus, in lib. gloss. restituyan, in medio supra isto titulo, & libr. & hoc videtur text. nostrum velle, dum in principio dixit partes citandas, in hoc vero versiculo nihil de citatione dicit, neque eã requirit quoad eius propositum, quicquid velit Didacus Perez, hic sub. l. 7. titu. 14. lib. 3. ordin. col. 1268. citationem in hoc casu & malè requirens, aliter enim nihil versiculus iste differret à primis verbis nostri text. neque posset dici esse exceptionem de regula: ex quibus nouissimè infero limitationem singularem
2 ad. l. 1. titul. 26. lib. 8. infra † disponentem regem non posse facere mercedem de pœnis camerae applicandis, vsque dum super eis sententia promulgetur & in rem iudicatam lapsa sit, nam illud verum est nisi delictum illud propter quod pœnæ illæ cameræ regiæ applicantur sit notorium, & de hoc rex ipse fuerit certificatus, nam tũc poterit de bonis illis mercedem facere statim nõ expectata sententia, & nisi sic legẽ illam intelligas & declares esset admodum contraria nostræ legi, fundanturque etiam
3 supradicta, eò quod notorium plenam † probationem inducit, secundum Hippol. in pract. §. secunda, num. 44. cũ sequentib. aliquibus, & quod dicatur notorium deli-
4 ctum † tradit Ant. Gom. to. 3. ca. 1. n. 42. & n. 44. declarat qualiter fiet probatio & liquidatio delicti notorij, & quod dicatur merè notorium, ibidem num. 48. differit, de quo & per Amedeum, de syndicatu, versic. etiam per modum notorij, num. 6. folio. 63. in paruis. Est tamen notandum, quod adhuc isto casu rex de notorietate certificandus est, prout noster text. inquit insuperque debet esse casus & delictum, propter quod amissio bonorum vel partis eorum de iure inducitur, regique veniant applicãda ex iuris dispositione, aliter enim si alicui tertio applicata essent de iure bona illa, nihil de eis rex posset disponere, nisi adhibito bono cambio & ex causa publica, & non esset tunc exequenda iussio, sed secunda esset spectanda, vt alibi diximus, & sic declarabis dicta per Didac. Perez hic sub. l. 7. titu. 14. lib. 3. ord. colum. 1267. ad finem, & ijs titulus iste satis remanet declaratus.

SEQVITVR TITVL. XIIII.

De las prouisiones y cedulas que se dan cõtra derecho y en perjuyzio de partes.

ET cum superiori titulo dictum sit qualiter per priuatum quis bonis suis spoliatus restituendus sit, & spoliator castigãdus, nunc autẽ immediate sequitur titulus noster tractans qualiter literæ regiæ cõtra ius elicitæ, & in tertij alicuius præiudicium concessæ exequendæ non sunt, ne tertius ille inauditus bonis suis priuetur & spolietur.

LEX. I.

SVMMARIVM LEGIS.

Literæ prouisionesque regiæ contra ius, legem, vel forum vsitatum concessæ nullo modo sunt exequendæ quanuis sint datæ cum clausula, non obstante quacunque lege in contrarium faciente.

1 IBi, [Por importunidad,] omne enim rescriptum impetratum contra ius † censetur per importunitatem obtentum, ideo que ab eo supplicari debet, expectandaq; est secũda iussio, secundũ tex. in l. 1. C. de petitio bon. sub. lib. 10. qui tex. in verecũ-

dam petitionem hanc vocat, optimus tex.
in cap. cum in iuuentute, ibi compulsi fui-
mus nō iuris necessitate, sed importunita-
te petentis, de purgatione can. notat Ro-
ma. consil. 436. quod indultum Petri de-
rogans. colum. 4. versic. quarta principalis
ratio Cœpola caut. 36. & 56. Hippoly. &
alij relat. per Didac. Perez hic sub. l. 1. titu.
12. lib. 3. ordin. colum. 1175. & ideò secū-
dum eum ibi, colum. 1176. quotidie sup-
plicatur à similibus regijs prouisionibus
per partes, quibus tangunt, & quarum prę
iudicium concernunt, quia subreptitiæ
censentur & contra concedentis volunta
tem concessæ, nam quæ per importunita-
2 tem conceduntur, inuito † dante videtur
concedi, secundum glos. fin. in. l. 29. titul.
18. part. 3. & quæ late diximus in. l. 14. tit.
3. lib. 1. supra, & sic inquit Boe. decis. 1 or
num. 10. quod obtenta per importunita-
3 tem æquiparantur obtentis per metum †,
& Vitalis de Cambanis in tractatu clausula
rum, titu. de metu tyranni, pagina. 450. in
paru. petentiū enim importunitas sæpe fa-
cit vt princeps non concedenda concedat
vt notatur in cap. fi. & ibi gloss. de rescript.
in. 6. & ideo in concessione ad instantiam
4 partis facta non præsumitur causa † imo
potius absque causa factam esse præsu-
mitur, quanuis alias in principe causa iusta
præsumatur secundum gloss. ex aliquā in
l. relegati. ff. de pœn. Fel. in cap. quæ in ec-
clesiarum num. 60. de constit. Hippolyt.
singul. 6. vnde infero, teneri patritios iura
re quod non aperient partibus assessorem
5 † nè importunitatibus deuictus assessor
iniustum quid faciat in causa commissa,
quod est optimum ad l. fin. titu. de las ap-
pellaciones infra isto lib. prout hæc & alia
infert Didac. Perez in. l. 24. titu. 3. lib. 2. or-
dinam. colum. 365. cum sequen. vbi in fin.
infert ad legem, 55. tauri, quod licentia
6 à marito vxori per importunitatem † ad
contractum concessa, non inducit mariti
consensum, & quam plura alia de importu
nitate tradit Rebuff. in concordat. regul.
Fran. in forma mandati apostolici in gloss.
motu proprio in effectu. 17. pagi. 184. in
mediocri impressione, & idem Rebuff. in
2. tomo, consuet. Franc. titul. de rescript. ar
ticulo. 2. gloss. 3. per totum, & iterum in
eod. tomo titu. vt beneficia ante vacatio-
nem artic. 1. gloss. 1. per totam, & in eo. ti-
tulo de rescript. pagin. 15. numero. 71. in-
quit quando per importunitatem censen-
tur concessæ, & Silua Nuptial. lib. 6. titul.
in dubio quomodo iudicandum num. 53.
cum pluribus seq.

Ibi, [No vala,] regula enim hæc verissi-
ma est rescriptum contra ius elicitum nul
7 lum esse, † prout probatur in. l. rescripta,
C. de precibus imp. offerend. & l. nec dā-
nosa, & l. quoties. eo. titu. & l. fin. C. si cō-
tra ius, vel. cap. rescripta. 25. quæstion. 2.
glo. noscatur, in capit. 2. de constitutio. in
6. text. in authen. de mandatis principum.
§. deinde competens text. in. l. 29. cum tri-
bus sequen. & l. 4. ad fin. titul. 24. partit. 3.
neque iudices debent illi obtemperare, si-
ue sit contra ius diuinum, quia inferior le-
gem superioris non tollit Clem. nec Ro-
mani. de electione capit. cum inferior. de
maioris. & obed. cap. noli. 9. distinctione,
siue contra ius naturale quod immutabile
est. §. sed naturalia. institut. de iure natura-
li cap. fin. 9. distin. idem si esset contra con
cilia generalia cap. ex parte. de capel. mona
chorum, nam sicut sancti Euangelij, qua-
tuor libros, sic sancta concilia suscipere &
venerari oportet. cap. sicut & per totum,
distinct. 15. siue sit contra ius gentium, vt
potè si rescriptum dominium rei meæ au-
ferat, non valere probat gloss. in. l. quoties
C. de precibus imp. off. Anton. de Burg.
in rubr. de emptione & venditio. colum.
penult. & Ias. in. l. fin. C. si contra ius vel.
Abb. & alij in capit. quæ in ecclesiarum de
constitutio. siue sit contra ius ciuile, nam
imperiali constitutione, & sanctione con
stitutum est, vt ea quæ contra ll. sunt non
solum inutilia, sed etiam pro infectis habē
da sint, cap. imperiali 25. quæstio. 2. l. non
dubium. C. de ll. Ferrara in pract. in for. op
po. contra instrum. glo. contra ius, vbi sic
ait, Deus nouit quanta sit in principū mo-
dernorum curijs abominatio de talibus re
scriptis & priuilegijs contra ius elicitis, &
impetratis, quod tamen Dei gratia in no-
stra Hispania Ferrara ipse si vidisset, non di
xisset, imo neque valeret rescriptum con-
8 tra ius † municipale & consuetudinarium
non facta illius expressa mentione] secun
dum Bald. num. 5. in dict. l. fin. C. si contra
ius, & Matth. Afflictus in constitut. Siciliæ
lib.

lib. 2. rubr. vt bãnito liceat intra duos mẽses redire. 3. notab. num. 7. & horum ratio est, quia talia rescripta censentur concessa præter principis concedentis intentionem, tunc iuris non recordati, cap. cæterum de rescriptis in integra, cap. ex parte. 1. de offic. deleg. non enim censetur iura tot vigilijs excogitata subuertere velle imo rescripto. l. si quoniam. C. de in offic. testamento, & probatur in. l. sequẽ. prout hæc omnia asserit optimè Rebuf. in. 2. tomo, constitutio Franc. titu. de rescriptis in præfationibus, num. 70. & 71. à quo, eo tacito, credo desumpsisse Didacum Perez, sub. l. 6. titu. 12. lib. 3. ordin. colum. 1211. cum sequen. & vltra prædicta iura conclusionem hanc nostri tex. & supradictorum probat optima. l. 29. cum tribus sequenti. titu. 18. part. 3. optimè distinguens in ijs, scilicet, quod si rescripta sint contra fidem nullomodo valent, neque recipi debent & si sunt contra iura regia non debent statim exequi, sed debet expectari secũda iussio, sicut quando sunt contra ius publicũ, secundum tex. in. l. 30. eo. titu. 18. part. 3. & tunc si secunda iussio emanauerit quanuis tunc exequenda sint, secundum text. in dict. l. 29. quam adhoc allegat ita notando Didacus Perez. l. 3. titul. 12. lib. 3. ord. colum. 1180. allegando ad idem Abb. & alios, debent tamen exequi & intelligi, vt
9 minus lædant †, neque plenè debent interpretari, secundum Ioan. Orosc. in. l. beneficium, nume. 7. & 8. columna. 211. ff. de constit. princip. si vero sint talia rescripta contra ius naturale, nihil valent neque exequenda quantascunque clausulas derogatorias habeant, sicque limitatur, cap. 1. de corregidores pro. l. 1. titul. 6. libr. 3. supra positum, iubens regis mandata obedienda & exequenda, nam non procedit si contra ius sint, nam tunc non debet exequi, imo & exequendo illud peccaretur, & in foro
10 conscientiæ exequens teneretur, † secundum Innocent. in cap. inquisitioni. de sen tent. excommun. & secundum allegatos per Auiles, cap. 1. præt. glos. mandamientos, num. 17. fol. 47. & Nauar. in Manua. cap. 25. num. 9. De quo & agitur per Rebuff. vbi supra, vbi à nume. 72. cum pluribus sequentib. plures limitationes ad hanc regulam nostri text. annectit, & quando
11 dicetur rescriptum esse contra ius, † traditur per DD. in. l. neque damnosa. C. de precib. imp. off. & in. l. quoties eod. titul. & per Didac. Perez, in. l. 2. titul. 12. libr. 3. ordin. colum. 1178. in fin. cum princip. sequentis, vbi inquit cum Bald. in dict. l. nec damnosa, numer. 2. rescriptum contra ius illud esse in quo nulla ratio reperitur, nec finalis, neque impulsiua ad concedendũ, imo lex est in contrarium, & ibi cum pluribus columnis sequentibus ipse Didac. Perez plura de rescript. annectit, de quibus per Rebuf. dict. tom. 2. titu. de rescrip. & notandum quod rescriptum etiam mẽdacium tantum cõtinens non est exequẽ-
12 dum, † imo & mendax precator puniri debet, si reperiatur improbitas & dolus, secundum tex. vbi DD. in. l. & si legibus. C. si contra ius, de quo vide Abb. c. super literis. 2. 3. & 4. columnis. de rescript. sed num hæc de rescriptorum contra ius inua-
13 lidatione, † procedunt ex defectu potestatis principis, simile rescriptum concedẽtis an ex defectu voluntatis, & dicendum est cum Ias. in. l. rescripta, in princip. C. de precib. imp. off. quod ex defectu voluntatis, prout & in. l. sequent. probatur, nunquam enim princeps alium velle præiudicare censetur, secundum dictã. l. sequentẽ infra vbi dicemus Deo volente, sed num-
14 quid idem erit si principis rescriptum † cõtra ius elicitum ex motu eius proprio emanauerit, & non ad postulationem alterius & videtur quod non sit idem nam clausula motus proprij, clausulæ ex certa scientia æquiparatur, vt per DD. in cap. adhoc de rescrip. & Ias. in dict. l. nec damnosa, num. 5. C. de precib. imp. offe. sed in clausula ex certa scientia rescripta cum ea concessa valent & si iuri præiudicent, vel publicæ vtilitati, ergo & idem erit quoties cum clausula motus proprij rescripta contra ius conceduntur, vt assimilatorum sit eadem ratio & idem ius & ideo rescriptum tale contra ius motu proprio concessum validum esse asserit Ioan. And. in cap. 1. 3. column. de excessib. prælat. in. 6. quem allegat Rebuf. in dict. concor. Regn. Franc. in forma mandati apostolici gloss. motu. 16. effectu pag. 184. in mediocri impressione, & Abb. in cap. 2. numer. 16. de immunit. eccles. & Ioan. Ferrar. in pract. in form. opposit. contra

tra instrumenta verb. contra ius, folio. 65. eo quod tunc importunitas non præsumitur, prout præsumitur si ad partis supplicationem, secundum glossam noscatur, in cap. 1. de constitutio. in. 6. & Rebuf. vbi supra in effectu. 17. id enim operatur motus proprius, sic & videmus, quod licet impetrans secundum beneficium teneatur facere mentionem de primo, id tamen non
15 procedit † si gratia sit facta motu proprio secundum text. in cap. si motu proprio de præb. in. 6. dummodo clausula hæc in gratia exprimatur. c. postulasti, & cap. proponente de rescript. c. cum teneamur, de præb. & est ratio, quia clausula motus pro
16 prij tollit omnem subreptionem † vt in Clemen. si Romanus Pontifex, & ibi glo. de præb. & ob id appellatur salutifera & salutaris clausula, secundum Cardi. ibidem & plures relatos per Cremensem, sing. 135. & cum clausula hæc omnia dicta & quam plura alia per Rebuf. vbi supra, congesta operetur, clausulæque ex certa scientia æquiparetur, nihil imputari potest prouiso seu expectanti, vt inquit gloss. in cap. fin. de offic. leg. in. 6. & gloss. in Clement. vna, & ibi communis, de offic. legat. nam quanuis omnia impetrata contra ius ad petitionem partis ambitiosa, & restringenda sint, quia propter importunitatem præsumuntur concessa, vt. l. 1. C. de petiti. bon. sub lib. 10. & ideo gratiæ ad beneficia sunt
17 ambitiosæ † & restringendæ, vt in capit. quanuis. 1. de præb. in. 6. nam beneficia ecclesiastica possunt honeste concedi, non
18 vero honeste peti, † text. l. si quenquam. C. de episcopis & cler. & text. in cap. sancimus. 1. quæst. 7. & text. & ibi glo. in capit. ante omnia. 40. distinct. quæ tamẽ cessant quando motu proprio à papa conceduntur, vel à principe, vt declarant DD. in dicto cap. si motu proprio, de præb. in. 6. & Abb. in capit. accedentes prope finem, de præscriptio. & expressa hac clausula motus proprij in gratia, prout exprimi debet
19 non admittitur probatio in contrarium † quia includit negatiuam, nempe quod nullus postulauit, quod probare est impossibile, vt tenet gloss. fin. in dict. capit. si motu proprio, probat benè rota noua. 27. de rescrip. probat glo. literis in cap. quod literas de præb. nam cum in literis exprimenda
20 sit † clausula motus proprij secundum q inquit gloss. in Clem. si Romanus Pontifex, verb. proprio eod. titul. & gloss. fin. in Clemen. & si principalis de rescript. idem in clausula ex certa scientia dicit & gloss. literarum in cap. statutum de rescrip. in. 6. alia in cap. si pluribus. verb. motu de præb. in. 6. quas declarat Abb. in capit. ad hæc de rescrip. & idem Abb. in cap. nonnulli, numero. 8. in fi. & ibi Addi. de rescrip. Ias. & Dec. in. l. 3. ff. quod quisque iur. vbi Ias. ponit sex limitationes ad istam regulam, licet
21 & possit probari per duos testes † quod interuenit clausula hæc motus proprij, secũdum Rotam vbi supra, & Ias. vbi supra, & si gratia ipsa per testes probari non possit, secundum Rotam ibi, sicuti dicimus quod per duos testes potest probari factum esse
22 † testamentum legitime, & si testamentũ duobus tantum testibus fieri non possit iure ciuili, & ideo merito dicitur non admitti probationem in contrarium, scilicet nõ ex motu proprio concessam gratiam quãdo quidem contrarium exprimitur, hæc tamen quanuis ita se habeant, quoad nostram quæstionem contrarium videtur tenendum, imo quod etiam si rescripta contra ius elicita clausulam motus proprij cõtineant nihil valeant, cum Gregorio Lup. in dict. l. 29. tit. 12. part. 3. in glo. mag. vbi quam plures rationes pro hoc allegat, quæ per ipsum videri possunt, & probatur expresse ex. l. 3. infra isto titu. legis sequentis declaratoria & confirmatoria, & nostræ itidem, cum legi sequenti similis sit, quæ inquiunt talem concesionem non valere quo casu, & secundum ius canonicum nihil valet tale rescriptum contra ius elicitũ, quod secus esset si prohiberet solum talia rescripta contra ius impetrari, tũc enim
23 † si cum clausula motus proprij impetrarentur valerent, secundum Rebuf. in dict. titu. forma mandati apostolici, glo. motu. 15. effectu, pag. 184. in mediocri impressione, cumq; per. l. nostram disponatur nõ valere, & si contineat dictam clausulã motus proprij nihil valebit, neque debebit rescriptum tale contra ius exequi, quid tamẽ si contineat clausulam ex certa scientia tale rescriptum contra ius, & videtur secundum quod infra dico in gloss. infra proxima, si tenes intellectum, quem ibi ad nostrum

strum text. assigno quod valeat & exequi
24 debeat, quia per illam tolli possunt ea, † quæ sunt iuris ciuilis, si in damnum tertij alicuius non redundent, secundum Alexand. plures allegantem in. l. 3. §. si is, num. 7. ff. quod quisque iur. & ideo tenere quod si literæ hæ contra ius elicitæ & concessæ motu proprio principis solum ipsi principi concedenti & non tertio alicui, neq; publicæ vtilitati noceant, valerent vtique & exequendæ forent, secundum Abb. in cap. 2. num. 16. & 17. de immunit. eccles. & voluit gloss. mag. dictæ. l. 29. titulo. 18. partit. 3. nam lex nostra in hoc casu non loquitur, sed quoties ad petitionem partis fit huiusmodi confessio, nam tunc neque in damnum principis valerent literæ contra ius. Quid tamen erit in clausula de plenitu
25 dine potestatis, † dic quod idem, quia habet clausulam derogatoriam, *vt per Felin.* in cap. nonnulli, num. 8. de rescript. & ibi
26 Additi. dum tamen de scientia principis † appareat, quæ scientia præsumitur, sed si ignorantia probetur, vel præsumatur ex cōiecturis, vt quia est super facto, tunc & si adsint dictæ clausulæ nihil valebunt talia rescripta contra ius elicita secundum illustrē admodum D. Anton. Menes. in. l. vniuersi numero. 3. C. de diuers. rescrip. & Thom. Gram. decis. 105, num. 3. neque itidem valebunt neque exequenda erunt quoties vltra hoc quod esset contra ius tertius aliquis ex eis præiudicaretur, nam tunc quantascunque clausulas haberent talia rescripta contra ius in tertij damnum concessa, *nihil valerent, neque exequenda forent*, secundum text. in. l. 2. & 3. infra sequentib. quæ ita loquuntur & intelligendæ sunt, imo & tunc quanuis essent in fauorem publicæ vtilitatis non deberent statim exequi, & si in fauorem publicæ vtilitatis valeret rescriptum contra ius elicitum, vt asserebat Hippolyt. in pract. §. aggredior, numero. 63.

Ibi, [Ni sean cumplidas,] sicque licet
27 principis & regis rescriptis † obuiare instar sacrilegij sit, secundum text. vbi D. Anton. Menes. in. l. sacrilegij. C. de diuers. rescrip. & per. l. 1. titu. 6. lib. 3. supra, & l. 11. & ibi gloss. & l. 16. & ibi glo. titu. 13. parti. 2. iubeatur exequi regia mandata & per. l. 71. titu. 5. lib. 2. supra iubeatur trahi ad curiam non obedientes eius mandata,
28 non tamen erit sacrilegium, † neque punietur, non obediens literas regias contra ius elicitas, ex text. nostro, & quia intelligitur tunc eis obediendum quoties iustæ fuerint, secundum Rebuff. in. 2. tom. constitut. Fran. tit. de rescript. art. 2. glos. 7. licetque in hoc casu principi dicere, cur ita facis, licet alias non liceret, secundum Bal. relatum & secutum per Ias. in. l. rescripta, num. 2. C. de precib. imp. offe. & qualiter
29 † tunc debet iudex principi rescribere, tradit optimè Rebuff. vbi supra, art. 1. in glo. 5. 6. 7. & 8. vbi à glos. 3. prosequitur optimè qualiter mandati executio differtur, ex ijsque confunduntur miseri correctores & prælati literas regias etiam contra ius & in damnum partium per importunitatem obtentas statim non expectata secūda iussione exequentes, contra quos mouent glossatores & doctores prout alio in loco latius dictum memini.

Ibi, [Aunque contenga que se cumpla no obstante qualquier fuero o ley,] Notanda sunt verba hæc generalia, quasi generalitas eorum, non tollat legem specialem contrariam & sic si specialiter in tali rescripto contra ius diceretur non obstante
30 tali lege † nominando eam & iure incontrarium faciente, valebit tale rescriptum & exequendum erit, ex doctrina glossæ singularis in. l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem pub. probantis quod si in rescriptis cōtra ius elicitis apponatur clausula non obstante tali lege in contrarium faciente, va*lebit tale rescriptum*, ex glo. illa quam sequi videtur Bart. in. l. omnes populi, num. 31. ff. de iustitia & iure, vbi Orosc. colum. 64. num. 105. communem cum Bart. testatur opinionem, nam licet lex illa videatur habere clausulam derogatoriam ad rescriptum contra eius dispositionem obtentum, secundum text. hic & l. nec damnosa. C. de precib. imp. offer. tamen si specialis talis legis derogatio in rescripto contra eius dispositionem obtento à principe fiat & inseratur, valebit rescriptum illud, nam nemo potest sibi ipsi legem imponere à qua recedere non liceat, ex quibus plura inferri possent, quæ refert Baeça de non meliorand. fil. cap. fin. & quia sic videmus, quod constitutio contra constitutionem haben-

31 habentem † clausulam derogatoriam valet & tenet si de prima constitutione talem continente clausulam specialis in secunda constitutione contraria reuocatio fiat, secundum textum. l. siquis in principio testamenti de leg. 3. de quo late agitur per Domin. Francis. Sarmiento, libro. 3. selectar. interpret. cap. 14. per totum, imo & plus est, quod si reuocatio specialis non esset, sed diceretur non obstantibus qui-
32 buscumque legibus † in contrarium facientibus sufficeret, prout communem testatur Domin. Anton. Menes. in. l. causas, vel lites, numero sexto. C. de transactio. pagin. 93. vbi inquit ita vti, & tradit nouissimè post huius mei operis primam inscriptionem conciuis meus Doctor Gutierrez & literis & moribus optimè praeditus in repetitio. l. nemo potest, num. 161. cum duobus sequentibus de legat. 1. vbi cum pluribus numeris sequentibus hoc limitat & declarat, imo & in quacunque cõcessione, vel priuilegio facto per principem, vel papam alicui tertio, censetur derogatum priuilegio primo contrario alteri, etiam specialiter concesso, & si primum illud priuilegium clausulam derogatoriam habeat, si in secundo ei contrario apponatur clausula illa, non obstanti-
33 bus † quibuscunque priuilegijs, quantumcunque verba derogatoria habentibus, quorum tenores pro expressis habemus, secundum Baldum & alios relatos per Domin. Couarru. in secunda parte, rubricae de testament. numero. 20. conclus. quarta, illatione. 2. versiculo, rursus erunt folio. 13. & in versiculo, primum equidem hanc frequentiorem testatur opinionem, & praxi receptam dicit, & secundum eam vti in curia asserit, prout & asserit Ioann. Andr. relatus per Rip. optimè in capit. 1. de rescript. numero. 55. vbi cum sequentibus aliquibus nititur concordiam inter doctores assignare, alias enim, secundum eundem & Rebuff. in concordat. Regni Franc. in rubr. forma mandati apostolici, in gloss. pro expressis, columna secunda, esset extendere in infinitũ si de omnibus priuilegijs esset in secundo priuilegio mẽtio facienda, quam & tenent plures relati per Hippolytum, in practica. §. quaeritur, numero. 16. & à numero. 10. plura pro corroboratione huius opinionis adducit & Sarmiento, libro. 3. selectarum capit. 14. numero sexto, & si Grammaticus, decisione Neapolit. 20. in fine, contrariam etiam dixerit magis communem quam & tenuerunt plures relati per Domin. Couar. vbi supra, versiculo, secundo infertur in fine, quae vltima magis communis fortassis lege nostra attenta procedere posset in rescripto, non in priuilegio prout loquitur, eò quod natura priuilegij est, prouidere & priuilegiare contra ius, secus esset in rescripto, quod secundum legem nostram & si clausulam non obstante, contineat, nihil valet, quod adhuc non affirmo, si generalissimam illam clausulam contineret, non obstantibus quibuscunque iuribus in contrarium facientibus, quorum tenores, &c. neque in ijs potest, dari certa doctrina qualis mentio fieri debeat de clausulis priorum literarum sed arbitrio iudicis relin-
34 quitur †, qui debet considerare an si expressio facta fuisset literas obtinuisset, vel saltim non ita facile, vt inquit Rebuff. in 2. tomo, constit. Franc. titulo de rescript. in praefatione, numero. 94. est tamen verũ quod si ex tali rescripto contra ius elicito tertius aliquis praeiudicaretur, tunc & si quascumque clausulas haberet, generales, siue generalissimas cum quibuscũq; derogatorijs & derogatoriarũ derogato-
35 rijs, nihil valeret, † neque esset adimplẽdũ in tertij illius praeiudiciũ speciale aliquod rescriptũ, vel priuilegiũ habentis, secundũ text. in. l. 2. & 3. infra isto titulo, expressos adhoc & text. in. c. cum ordinem extra de rescript. quem adhoc cum alijs allegat Bal. in. l. fi. in. fi. C. si cõtra ius, vel vtil. publi. nã & secundũ Bal. in authẽ. hoc inter liberos 1. col. ad fi. versic. de clausula autem. C. de testam. clausulaque, nõ obstantibus sufficit in rescripto principis, qui non tenetur scire singulares constitutiones, secundum Bal. in. l. nauigia. C. de furt. & Paul. in. l. humanũ. 1. notab. C. de testib. & in. l. fi. C. si contra ius, vel vtilita. pub. & Ioann. Neuizanis, inter consilia Bruni, consilio. 12. columna. 30. quoties tale rescriptum ius principis respicit, sed si ius tertij lederet nõ sufficit generalis illa clausula, sed specialis requiritur clausulaq; ex certa scientia tũc
36 operatur quoties † ius tertij nõ laeditur, sm̃ Molinam

Molinam inde primogen. Hispaniæ, libr. 2. cap. 7. num. 23. Idemque dicerem quoties lex specialem & indiuiduam derogationem de ea requireret, nam tunc non cẽ
37 seretur sublata † per clausulam illam generalissimam non obstantibus, &c. & si adijceretur clausula illa, quorum tenores, &c. nisi de illa lege specialis fieret mentio & derogatio, secundum Gomecium, in regulis cancellariæ in prooemio earũ quæ, stione. 6. in fin. verbis, nam vbi plura sunt
38 obstantia nihil proderit † clausula non obstantibus, secundum Ias. consil. 233. colũ. 7. volum. 2. quem & alios refert Rebuff. 2. tom. constitu. Franc. titul. de rescript. in præfatione, numer. 79. & de hac clausula
39 non obstante † plura cumulat Felin. in capit. nonnulli, num. 2. cum pluribus sequentibus extra de rescript. & in capit. causam quę extra eod. titul. & Ias. in l. fin. C. si cõtra ius Alexand. in l. ex facto ff. de vulg. Baptist. de sancto Seuerino in l. omnes populi ff. de iustitia & iure. Vitalis de Cambi in tract. clausularum, titul. de clausula non obstantibus.

¶ Et notandum, quod inquit Bald. relatus per Thom. Gram. decisio. Neapol. 66. numero. 39. quod clausula non obstanti-
40 bus plus † operatur quam clausula ex certa scientia, & ideo Rip. in dict. l. nemo potest num. 14. inquit quod clausula ex certa sciẽtia, habet vim clausulę non obstantibus, & sic pro validiori videtur ponere clausulam non obstantibus, de quo & per Felin. in c. nonnulli de rescript. num. 12. fall. 4. & Roland. Valle consil. 5. num. 20. lib. 1. vbi, numero. 19. inquit clausulam non obstante in approbatione, vel cõfirmatione apposi-
41 tam inducere † nouam concessionem & num. 35. ponit ipse Thom. Gram. quid importet clausula illa quorum tenores, &c.

¶ Et sic teneo, quod si rescriptum contra ius elicitum contineat clausulam derogatoriam specialem illius iuris in contrarium facientis, vel clausulam illam generalissimam non obstantibus quibuscũque, &c. quorum tenores, &c. valebit tale rescriptum & exequendum foret, si ex eo tertius aliquis non læderetur, nam si vltra hoc quod esset contra ius tertius aliquis ex eo læderetur, tunc quantascumque clausulas haberet generales, generalissimas, vel speciales, non est statim exequendum, sed debet expectari secunda iussio, ex doctrina illa Bald. in dicta authentica, hoc inter liberos & ex. l. 2. & tertia, infra sequentibus, & notanda sunt hæc, quia singularia.

LEX. II.

SVMMARIVM LEGIS.

Literæ regiæ quibus aliquid in damnum tertij, contra ius & legem, vel forum vsitatum iubetur, licet sint obediendæ non tamen exequendæ, quantascunque clausulas derogatorias vel abrogatorias generales, vel speciales quibuscunque vinculis roboratas, contineant etiam si motu proprio, ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis concedantur, vel habeant quascunque alias firmitates dominique de consilio supremo, vel alij auditores, vel officiales regij etiam non possunt, neque debent expedire literas cum clausula non obstantibus.

SVb pœna priuationis officij, tabelliones que eas expedientes eadem pœna puniendi sunt, & hoc dicit cum l. sequent. eius declaratoria, possumusque dicere vt inquit Card. relatus per Felin. in cap. super eo, num. 3. de offic. deleg. nostrum text. es
1 se singularem & processisse † ad refrenandam & regulandam ambitionem quorundam impetrantium literas, qui aliquando impetrant, & eis conceduntur non concedenda propter eorum importunitatem.
2 Ibi, [Cartas,] quid sit rescriptum † & quotuplex & plura alia in materia rescriptorum vltra DD. in locis ordinarijs tradit
late

late Rebuff.in.2.tomo, constitut. Franc. titul.de rescript.& Didac.Perez,in.l.2.titulo.12.lib.3.ordinam.columna.1178.in fine,cum quam pluribus sequentibus, vsque ad fine illius tituli, quæ quia est materia lōga & per alios satis lecta & declarata, nihil super ea insistendum puto, solum habes notare,rescriptum principis legem esse, secundum Bernardum Diaz in regula. 585.

Ibi,[Que la justicia florezca,]Cuius voluntatis causa alterius voluntatis sumitur ratio, scilicet, eò esse voluntatis principis alicui tertio non præiudicare,vt infra dicemus sæpe ne per varias suggestiones iustitia postponatur, quæ plerumque fiūt pro commissionibus,seu mandatis,& declarationibus habendis in causis, prout in proposito, inquit Rebuff. in praxi beneficiorum,in regula de non tollendo ius quæsitum. glo.1.pag.260.

Ibi, [En perjuyzio de partes,] nō enim
in partium & tertij præiudicium priuile-
3 gia † sunt concedenda, secundum gloss.
in.l.authoritatem.C.vnde vi.vbi plura iu-
ra pro hoc allegat,ideoque si filius natura-
4 lis ante,vel post donationem † natus legi-
timetur per principem non ex hoc reuo-
catur donatio,ante legitimationem facta,
vt per Tiraq.in.l.si vnquam verbo, susce-
perit liberos,numer.64.vsque ad.101.C.
de reuocand. donation.& tradit Bernard.
Diaz,reg.213.limitatione. 2. sic & si vno
5 doctore † priuato à collegio ob culpam
alius succedat in eius locum, si ex dispensa
tione priuatus reuertatur in suam pristinā
dignitatem ad collegium non præiudica-
bit tertio illi in eius locum succedenti, sed
obtinebit nouissimum locum, quod ad
prouisiones officiorum regiorum & itidē
beneficiorum optimum est,& tenet in ex
presso Bart. in.l.2.§.si alia.ff.de decurio.&
l.& si fine.§. sed quid. ff. de minorib.tenet
Guido singul.365.quos allegat adhoc no
ster Auiles capit.44.præt.gloss.1.num.3.
folio.239. & nouissimè Menoch. in de re
cuperand.poss.10.remedio,numero. 105.
& 106.cum aliquibus sequentibus,vbi nu
mero. 104.ex hoc intulit minorem resti-
6 tutam ad beneficium renuntiatum † non
censeri restitutum, cum illud fuit alteri
collatum, prout asserit gloss. in capit. ex
parte.verbo,quamuis de restit.spol.vbi alle
gat eam sequenti. licet non desint qui con
tra illius glossæ opinionem teneant, prout
licet videre ex Couarruu. lib.1. Variarum
cap.5. numero. 3. sufficit tamen si glossæ
illius opinionem tenes, hoc processisse, eò
quod nunquam iuri tertij censetur præiu-
dicium fieri, neque principis literæ ex qui
bus tertio præiudicium infertur exequen
dæ sunt, secundum Ias.in.l.precibus,num.
3.C.de precib.imp. offer. probat optima
l.30. titulo. 18.partita.3.non enim potest
princeps rem meam me inuito & inaudito
à me auferre,secundum quod in.l.7.titul.
supra proximi probatur, quia quoad domi
nium rerum princeps, etiam imperator,
7 nō dicitur fundatus in suo imperio, † post
quam enim Deus creauit hominem,& res
ad illius vtilitatem Genes.1.& 2.capit.de-
ditque Deus omnia bona dicens, quidquid
calcauerit pes tuus,id tuum erit, Deutero
nom.11.cap.& Iosue.14.homines occu-
parunt possessiones effectique sunt illarū
domini Genes.13. & cum illæ possessio-
nes non essent aliquo onere affectæ, adeò
liberè, sic sunt translatæ in occupantes ex
Dei optimi maximi prouisione, vt eis inui
tis ab eis auferri non possint, prout optimè
considerat Rebuff. in tractatu congruæ
portionis, numero.125. cum omnibus se-
quentibus, vbi optimè respondet legibus
quæ contrariæ videbantur, faciuntque di-
cta per nos in.l.7. supra dicta glossa. 2. su-
pra isto titulo, & quæ Deo volente dice-
mus, in.l.4.in gloss. o les tomar, infra isto
8 titulo,& lib.& sic absque causa † non po-
test princeps alicui præiudicare secundum
Bernardum Diaz in regula. 582. & opti-
mè per Bellonum consil.2.numero. 1.cū
sequenti.& in.l.1.titulo.1.supra eod.dixi,
quas ob res in.l.11.titulo.4.libro. 2. supra
9 res in præiudicium † tertij alicuius peten-
dæ, non aliter quam in regio consilio iusti
tiæ,& non per viam cameræ, expediendæ
sunt,& si prouisiones aliquæ in rebus iusti
tiæ dentur & supplicetur ab eis, non aliter
debent exequi, nisi prius reuideantur in
eodem consistorio,& regio consilio, non
enim est præsumendum in dubio regem
vel dominos regij consilij velle tertio præ
iudicare, prout probat.l.16.titulo.10.lib.
5.infra probaturque ex tex. cotidie adhoc
allegato

allegato & singulari in.l.1.§. siquis à principe.ff. nequid in loco publico, idque iuri diuino consonat, prout ex supradictis patet, & ex authoritate illa. 3.regul. cap.21. relata in propositum per Rebuf. in praxi beneficiorum, regula de non tollendo ius quæsitum gloss.1. pag. 260. nam Achab. rex qui vineam Nabot accepit, volens illi etiam meliorem dare pro ea, vel argenti precium, audiuit à domino, in loco in quo linxerant sanguinem Nabot, lambent quoque sanguinem tuum, iuri quoque humano ex dictis & dicendis id consonum est, quod non solum quoad principes seculares, sed & quoad ipsum papam & summū Pontificem procedit, sanctiss. enim Papa, & si in beneficialibus maximam & liberā potestatem habeat, vt patet ex cap.2.& ibi DD.de preb.in.6.ita quod de superiori or
10 odinata potestate potest vni† sine causa auferre beneficiū & alteri dare, vt notat glo. cap.omnes.7.q.1.&.c. episcopus quas allegat Domi.in cons.99.nu.6.& 7.& quoad beneficia Deus in terris iudicatur, potestque quadrare rotunda, in dubio tamen tol
11 lere ius quæsitū † tertio non intendit, sm̄ Domi. vbi supr. & iura supr. allegata, nō ex defectu potestatis, sed voluntatis, secundū Domi. & Bal. relatos & secutos per glo. in prag. sanct. tit. de electio. cap. licet, verbo, impedire ad finē, nam si vellet posset licet non sine peccato si absq; causa vellet, alias esset exercere potestatē ad destructionē non ad ædificationē, vt inquit Rebuf. in.d. prax.benef.reg. de non tol. ius quæsi. glo. 6.nu.13.& 14. & latius idē Rebuf. in tracta.nominatio.q.21.nu.62.cum pluribus seq.in nouiori impressione, & tradit Gome.in reg. cancellariæ, de iure quæsito nō tol. per totum maxime in glos.1. essetque aliter aliena largiri sine culpa possidentis quædam species tyrannidis per quam contaminaretur principis liberalitas & magnanimitas, secundum eund. Gom. ibi quæst. 1.fol.31.in fin.& sic si papa contulerit be
12 neficium duobus, † & posteà declaret q̄ intendit & intendebat tunc secundo conferre & non primo, ea declaratione nō obstante iudicabitur pro primo, secundum Rebuf. in dict. praxi benef. in dict. regu. de non tol. ius glo.1.pag.260. vbi dicit ita iudicasse magnum consilium, pro quo facit illud dictum Paul. de Cast. in l. hæredes palam.§. siquis, num.4. ff. de testam. scilicet, quod si papa facit declarationem aliquam
13 † circa id quod non erat dubium de iure, declaratio illa non tollit ius quæsitum tertio, prout in simili dixit Abb. in cap.1. in fi. de sagit. & Paul. vbi proxime, sequitur Burgos de Paz in procœmio legum taur. num. 308.cum sequent. nam cum princeps sine causa tollere non possit dominium tertij, non est credendum tollere verbis narratiuis eius in factum priuationis tendentibus, prout singulariter inquit Dominic. in consi.53. incipienti Gregorius Duodecimus, numero.14.& illud Gom. in procœmio dict. regul. cancellariæ.6.quæstio.fol. 24.in paru.pag.2.in medio, scilicet, quod indultum concessum Archiepiscopo To
14 letano † de conferendis beneficijs, non derogat mensibus octo regulæ Clementis Papæ eorum reseruatiuæ, eodemque modo si princeps concederet alicui priuilegio speciali, vel generali quod posset in publico ædificari intelligitur sine damno alterius, puta si obscurat lumina, secundum Cœpolam de seruit. vrb. cap.39. nume.3. fall.6. fundaturque ex ijs decisio singularis & optima text. in.l.11. titu.18. part.3.
15 & ibi glos. scilicet quod si rex exemerit † aliquem à portagijs, intelligitur exemisse à portagijs in locis subiectis ipsi regi priuilegium concedenti, non vero in locis dominorum inferiorum, & est singularis decisio & fortassis quilibet diceret contrarium & facit pro hoc optima.l.16.titulo. 16.libro.5 infra, ex quibus & fundari potest dispositio.l.5.titulo.15. partit. 2. disponentis ea, quæ regiæ dignitatis sunt nūquam censeri concessa, vt pote multum preiudicialia regno & regis successori, put & in.l.1.tit.10.de las donaciones.ǰ.lib.5.in simili asseritur & probatur, vnde donatio facta à principe intelligitur sine preiudicio
16 tertij, quapropter si ipse donauerit terras † alicui, ille tenebitur soluere collectas ciuitati dari solitas, vt consuluit Alexand. consilio.125. Viso titul. volumine.2.& consil.35. viso processu, colum.3.vol.4.& cō sil.23.viso. colum. penul. vol.5. nec censetur principem velle tollere gratias, quæ suū sortitæ sunt effectū. cap. fi. de concess. præb.in.6. Paul. Castr. consilio.340. præ-

missis, colum. 1. vol. 1. & ideo vicarius imperialis, vel vicerex quacunque generali potestate hoc non potest, quod si attentaret, cum in hoc sit priuata persona, vt l.3.ff.de offic.præt.poterit ei resisti, argumento.l.defensionis,&.l. prohibitum. C. de iur.fisc.libr.10.Cumanus,consil.158. visis in.1. quæst. prout hæc referendo tenet Rebuff.in dict.praxi in titu.de iur.quę sit.non tollend.gloss. 6. num.3.&.4.pag. 264.qui cum numeris sequẽtibus alia plura singularia in propositum dicit, vltra quem notandum est, adeò tertij præiudicium euitandum,& euitatum cẽseri,quod in generali concesione imperatoris non
17 veniunt ea,† quæ sunt ciuitatis, neque res singulares vicinorum, quia tantum videtur concedere, quod erat eius proprium, secundum Bald.per text.ibi in cap.1.de capita.qui curi.ven.quem sequitur Aret.cõsil.15.col.3. & ideo concessa per regem li
18 centia ad constituendum maioratum † in vnum ex filijs de omnibus bonis suis intelligitur relictis alimentis alijs filijs,secundũ Molin.de primogen.Hispan.libr.2.cap.1. num.10.cum sequẽtibus aliquibus, & plura alia in propositum refert, Menoch. de arbitr.iudic.lib.1.quæst.9.num.8.cum sequẽ. nisi expresse & ex certa scientia aliud constaret voluisse,secundum Are. vbi supra,quem & alios refert Auenda.capit.4. præt.num.6.lib.1.vbi ex hoc alia inquit & infert,eodemque themate retento notan-
19 dum est principem non posse validare † nullitatem alicuius scripturæ, quando ex tali nullitate quæsitum est ius tertio,secũdum Tellum Fernan. in. 2. part. l.3.tauri, nume. 9.in fin.potiusque verba priuilegij superflua censenda sunt,quam quod ex eis præiudicium tertio inferatur, secundum Additio.Suarez in.l.quoniam in prioribus quæst.9.l.regiæ,num.7.pag.226.& Gome.in regul.cancel.de iur.quæsit.non tol. quæst.1.in princip.fol.27. vbi ampliat, vt procedat dictum hoc,etiam si verba illa &
20 priuilegium † vbi continẽtur essent & redundaret in fauorem piæ causæ, & ideo si
21 à Papa † intrusus petit confirmationẽ beneficij intrusi, & ei concedatur nihil operatur concesio tanquam redundans in veri domini præiudicium, secundum Rebuf.in tract.de pacif.pos.num.259.in antiqua impresione & in noua. num. 307.
22 princeps enim dum aliquid confirmat, † semper censetur confirmare absque tertij præiudicio, secundum Thom. Gram.vbi plur.dicit in decis.Neapo.103.num.236. & quia per obreptionem priuilegia talia cẽsentur concessa,quæ obreptio semper præsumitur,cum de alienis rebus fit confirmatio.l.diligenter.C.de aquæ duct. adhoc allegata per Thom.Gram.decisio.66.num. 59.& sunt suspecta de falsitate, secundum Rip.in.c.ex parte,el.2.de rescrip.fol.352. num.32.vbi cum numeris sequentibus ponit effectus resultantes ex falsitatis præsumptione & suspicione. Est tamen verũ, quod licet priuilegij verba ex quibus ius tertij læditur superflua censenda sint, priuilegium tamen & concesio non redde-
23 retur ex hoc † superfluum, neque debet in totum inualidari, imo potius pręiudicium tunc tertio est inferendum quam priuilegium ex toto inualidetur, secundum quod inquit Rebuf.in dict. prax. beneficialibus,regula de non tollend.ius quæsit.gl. 6.num.25.pag.266.& Gom.vbi supr.fol. 31.in paru.pag.2.per totam,& Felin.in capit.super eo.num.3.de offic. deleg. & Alciat.in loco infra proximè allegando, numer. 8. & ibi hoc declarat in num.9.& sic secundum Rebuf.ibid.si papa mandat duas
24 † ecclesias vniri,debet intelligi etiam cum præiudicio tertij,quia alias concesio nihil operaretur,si tamen non ex toto inualidatur, ne tertio præiudicetur, verba illa ex quibus lædi potest, superflua cẽsenda sunt ex quibus & si habeamus beneficium principis esse latisimè interpretandum, vt.l. beneficium.ff. de const. princip. id tamen
25 fallit † si ex eo tertio præiudicium inferatur,quia tunc restringitur, secundũ Ias. ibidem, num. 32. nam in tertij præiudiciũ
26 † restringitur, in principis tamen concedentis præiudicium extẽditur beneficium vt per Rebuf.in repetit.l. vni. de sent. quæ pro eo quod int.prof.in princ. numer.35. Cæpola,consil.ciuili.66.nume.9. Gram. decis.Neapol.59.num. 55. vbi limitat verum quoties princeps motu proprio id cõcedit, secus si ad postulationẽ partis, quia neque tunc quoad principem debet extẽdi, imo & si motu proprio beneficium cõ
27 cedatur,non est censendum † concedentem

tem velle tertio præiudicare, secundum Abb.in cap.1.num.20. de iudi.ex gloss.in verbo, præiudicium in capi. cum olim de consuet. quam adhoc allegat Dominic.& alij relati per Gom.in regul.cancel.de iur. quæsi.non tollen.quæst.1.fol.28.in paru. in princip. & Rebuf. in dict.prax.benef.in dict.reg.de non tollen.ius quæsit.gloss.6. num.1. vbi inquiunt quod & si adsit clausula ex certa scientia in simul cum clausula motus proprij, vel de per se prout & tenet Dec. consil. 580.nam motus proprius nõ
28 lædit ius tertij,† secundum Rotam relatã per Bertachi.in repertorio verbo, clausula motu proprio & sic intelliges dict.per Ias. dict.l.beneficium,num.32.dicentem motum proprium extendere latissimè rescriptum, nam id verum si tertio non præiudicetur secus alias, nam clausulę ex certa sciẽ
29 tia, & de plenitudine † nihil operatur si absque causæ cognitione apponantur, vt per relatos per Molin. de primogen. Hispan.libr.3.cap.3.nume.12.adeò vt neque
30 ius tertij etiam ad rem † tollat motus proprius, secundum DD. teste gloss. antiqua regularum cancellariæ Innocentij Papæ 8.regul.15.in princip. prout & hæc refert Roland.consil.2.num.163.cum sequentibus volũ. 1. vbi inquit quod licet motus
31 proprius purget † subreptionis vitium nõ tollit falsitatem causæ expresse imperatori,& idem Rebuff.in dict.prax.benef. in titul.res perinde valere,num.27.& 28.pag. 314.in mag.impressione,idem in clausula perinde valere intelligit, ex quibus pro regula tradit Matth.Afflict.decis. 334. numero. 3. quod in principis rescripto semper intelligitur clausula illa absque tertij
32 præiudicio † & saluo iure tertij,& Cœpola,de seruit.vrb.cap.60.num.4. & Alciat. de præsumptio.reg.3.præsumpt.11.num. 4.vbi per totam illam præsumptionem alia dicit,& ibi,nume.13.14.& 15.examinat an clausula motus proprij, vel ex certa sciẽtia sint efficaces vt censeatur principem velle tertio præiudicare, imo & quod plus
33 est quod & ipse rex † rescriptum cum pręiudicio tertij absque causa vrgenti concedens & exequens illud peccaret, prout Deo volente dicemus,in.l.4.in gl.o les tomar,infra isto titul.

¶ Nec obstabit supradictis siquis sabtiliter opposuerit, ex eo quod cotidie videmus rusticis & laboratoribus dari literas regias, quæ à iure vocantur quinquénales & moratoriæ, quibus prorogatur eis terminus soluendi debita creditoribus suis per vnius anni & duorum & aliquando quinque spacium, de quibus concedendis est tex.in.l.quoties,& in.l.vniuersa.C.de précib. imp. offer. & ibi per DD. modernos, text.in.l.4.titul.24.part.3.text. optimus in.l.32.& 33.titul.18.partit.3.& de eis fit mentio in.l.15.titul.5.lib.2.supra, vbi &
34 aliqua de eis diximus, de quibus quando † concedantur & in quibus casibus & si concedantur nihil valeant, tradit Boer. decis. 296.per totam,& Guid.Papæ, decisione. 97.& 109.& Bernard. Diaz, regul. 583. principis rescripto,& Matth. Afflict.decis. 66.& P.P.P.optime & singulariter in cõsil. volum. & Rebuff in.2.tomo, constit.Franc.titul. de literis dilatorijs per totum,& Villalob.in suo ærario mill.commun.opin.litera.D.num.3. & 4. & vnum
35 nouum † casum in quo concedi non possunt vltra dictos DD.pono in.l.6.in fin.titul.17.infra lib. 5. neque dari possunt pro
36 prorogatione † solutionis debiti ex delicto descendentis, secundum Boerium, decis.349. columna antepenult. & Baeçam, de debitore inope. cap.11.num. 5. vel de-
37 biti iurati, neque ad debitum † iuratum extenduntur, secundum Thom. Gram. decisio.12. numero. 2. & conciuem nostrum Gutierrez, de iuramento confirm. prima parte, capit. 65. numero secundo, quia saluus conductus ex defectu inten-
38 tionis ipsius † concedentis ad debita iurata non extenditur, secundum Loazes, in allegatione de Mula.dubitatione prima in responsione ad quintum & sextum fundamentum, numero sexto, pagina. 57. in paruis, nisi sit facta mentio iuramenti, vt in propositum inquit Lancelotus Conradus, in templo omnium iudic. libro. 1. de imperatore, capit. 1. §.4. 12. quæst.debitoribus dilationes indulget, numer.7.fol.87. Item non conceduntur dar
39 danarijs † & pistoribus rerum comestibilium & iantatum vendentibus, secundum Rebuff. relatum & sequutum per Mexiã in prag.panis conclusio. 1.num.165.item
40 non extenduntur ad præiudicium † regis

vel fisci, nisi expressè dicatur, vt in authē. de mandatis princip.§. publicorum, notat Lucanus tractat. de priuileg.fisci casu.32. Guido decisio.420. Carolus Graf. libr.1. regal.Fran.iur.fin.pag.309.in paruis,in casu tamen in quo concederentur posset de eis & eorum beneficio opponi ad execu-
41 tionem † pro debito petitam.quasi de exceptione violentiæ, secundum Auend. in titul.de las exceptiones,num.33.in princ. posito cum responsis & dictionario suis, & licet Boer.vbi supra dicat quod si literæ hæ prorogant terminum solutionis intra annum debet prius debitor adhibere probationem quod sine fraude & cum necessitate coactus petit,& tunc creditor admittetur, ad probandum contrarium,secus vero si dentur ad annum tantum, tamen per dictam legem partitarum terminus non limitatur, ideo nō est facienda differentia hæc dum tamen dilatio solutionis nō prorogetur, vltra decenniū,secundum gloss. 1.in eadem.l.33.quia tunc non valeret datio earum, vt pote, quia grande damnum ex hoc creditori resultabat, & perpetuatio quædam & debiti remissio fieri videbatur,quod fieri non potest,ipsæq; literę moratoriæ nunquam nisi ad partis petitionē concedendę sunt,neque conceduntur,secundum Ripam, rem.87.num.7.fol.78. & in eis semper committitur iudicibus locorum vbi debitores degunt,quod si constiterit de paupertate eorum,vsque ad terminum in eis prorogatum non petantur ab eis debita per creditores, solentq; quasi semper per annum solum concedi præstita per eos fideiussione quod in termini prorogati fine soluent debita illa, & hoc regulare est, vt fideiussiones præstentur, secundum Abb.in cap. quoad consultationem,num.23.de re iud.vbi inquit an tunc possit interim capi debitor si in termino non præstiterit fideiussores, & an prosint
42 hæ literæ fideiussoribus † debitorum tradit Ias.in dict.l.quoties,num.fin.& multū post hæc vidi Lancellotum Conradum, in templo omnium iud.lib.1.cap.1.de Imperatore.§.4.in quæst.debitoribus dilationes indulget,de ijs optime agentem, hæc inquam non obstant supradictis in glo.nostra,nam faciliter responderi potest, quod ideo literæ hæ creditoribus præiudicant,

quia id expresse princeps vult & declarat in literis ipsis,& adhoc conceduntur vt solutio debitorum prorogetur,& id non sine causa, ne rustici quibus cōceduntur deserant culturam anni futuri, & omittāt eā facere si debitorum solutione opprimant, vel mercatores mercantias deserant, & cū princeps vult in literis tertio præiudicare
43 † id exprimendo, & si nomen tertij illius specialiter non declarat,literæ tales valent & exequendæ sunt,secundum Ias. in dict. l.quoties,num.4.& Rebuf.in prax.benef. titu.de non tollen.ius quæsit.glo.6.n.11. pag.265. & Loa. in allega. de Mula dubitatione.1.in respons.ad.5.& 6.fundamen. num.12.pag.309.imo & tunc latissimè tales literæ interpretandæ sunt, secundum Ioan.Oros.in dict.l.beneficium, col.21. versi.7.ff.de const.princ. vbi inquit quod tunc non est necessarium exprimere nomen tertij, sed sufficit dicere cum damno alterius, prout & sentit glos.impetrauerit in dict.l.1.§.siquis à principe.ff. nequid in loco publico, & Cœpol. de seruit. vrb. c. 60.num.4.& 5.text.vero noster procedit cum princeps id non declarat, sed sumus in dubio, tunc enim tertio non censetur præiudicare velle, & procedunt dicta in princip.huius glossæ, ante oppositionem hanc,quę quidē oppositio vt vides procedit quoties de principis voluntate constat voluisse tertio præiudicare, & tunc de minori præiudicio intelligendum est sensisse si aliud non declaratur, secundum glos. in dict.§. siquis à principe quam putat veram Cœpola dict.cap.60 num.5.& in de seru. rust.cap.4.num.76.in princip. & Ias.in d. l.quoties, & Gom.in dict.reg.cancel.& iure quæsit. non tol.quæst.1.fol.28.pag.1. ad fin.& iterum in pag.2.illius folij.28.idē attestatur,& Alcia.dict.præsump.11.numero.6.in leuibus enim & paruis toleratur talis derogatio & prouisio cum damno tertij in magnis verò nequaquam,secū dum illam glos. quam plures allegando eā sequen.comendat Rebuff.in dict.gloss.6. num.15.& sic inquit singulariter gloss.in l.19.titul.18.part.3. quod si rex concedit
44 † alicui priuilegium (prout fratribus demesta) vt possint in regno pasci cum animalibus suis intelligitur intransitu,nè ciuibus & incolis aliàs præiudicetur notabiliter

ter, & hæc est vna de causis quare à literis papæ in damnum & præiudicium iuris patronatus regij & laicorum supplicari potest, & earum executio differri vsque de determinata ipsius papæ voluntate cõstet attento graui damno ex eis resultante regno, vt supra l. 14. tit. 3. lib. 1. diximus latè & tradit Simanc. in de inst. cathol. titu. 45. num. 35. cui quidem iuri patronatus nunquam vult præiudicare & si motu proprio concessionem faciat, secundum Casiador. decis. 4. de probatio. nume. 3. existente tamen iusta causa, non sola voluntate principis, quia illa iusta tunc non reputatur, etiã in magno præiudicio literæ exequendæ forent, secundum quod in. l. 4. infra eod. in glo. o le tomar, Deo volente dicemus, cum igitur ex ijs moratorijs literis paruũ præiudicium creditoribus inferatur, quia mora modici temporis modicè & leuiter præiudicat, quod enim differtur non aufertur, ex iuribus vulgaribus & ex dicta l. 33. titul. 18. partit. 3. & tradit Ias. in dict. l. quoties, nume. 2. C. de precib. imp. off. & per eas iuri omnino non derogatur, secundum Rebuf. 2. tom. titul. de rescrip. in præfatio. quæst. 9. num. 74. & Bellonum dict. consil. 2. num. 12. & 17. quod secus si derogaretur, vt in optimis exemplis per Lancellotum, vbi supra appositis, num. 5. & 6. rexque ipse in literis ijs declaret voluntatem suam tertio præiudicandi, & id ex iusta causa, vt fides faciat, securitasque præstari creditoribus pro debitis suis soluendis tempore constituto in ipsis literis per eas
44 iubeatur, quæ quidem securitas † si tunc petatur, & non detur, literæ ipsę vitiantur secundum Ias. in dict. l. vniuersa. num. fin. C. de precib. imp. off. & Ripa. l. ita stipulatus nu. 80. fol. 286. ff. de verb. ob. probatque. l. 33. tit. 18. parti. 3. adnotante ibidem glo. fi. quæ optimè loquitur in propositũ, & Gutierrez in repet. l. nemo potest, nu. 432. cum seq. de leg. 1. alia adducit ex quibus probari potest petitionem requiri per partem aduersam vt fideiusio hæc per debitorem præstet, quod tamen mihi nõ videtur, quia pro forma datur in literis, vt fideiusio præstetur & tempus apponitur, & sic non est necessaria partis petitio, vt communem testatur Lancellotus, vbi supra, num. 11. ex Socin. regul. 299. fall. fin.

ideo nimirum si oppositio hæc non obstet dictis in gl. nostra & nostræ legi, quæ in dubio casu loquitur, vnum tamen habes notare quod dictæ literæ moratoriæ non possunt concedi, vt in perpetuum debitor conueniri pro debito non possit, secundũ text. in l. 32. titu. 18. part. 3. quia hoc esset maximum damnum, princepsq; ex potestate etiam plena absque iusta causa & non adhibito bono cambio, non potest rẽ meã à me auferre, secundũ quod dicã in. l. 4. infra eod. quæ sic intelligenda est, si ex hoc graue damnum mihi resultaret, vt ibi loquitur, & si de facto per literas auferret & graue damnum intulisset etiam si id declararet se velle non sunt statim exequendæ, sed expectanda est secunda iussio, secũdũ quod in. l. illa. 4. declaratur, quæ sic intelligi debet, vt supradictis non obstet, probaturq; in. l. 30. tit. 18. p. 3. Ex quibus deducitur primũ notabile. s. quod princeps in dubio non intelligitur velle alicui præiudicare & si motu proprio concedat rescriptũ, neq; tale rescriptũ exequendũ est in tertij præiudicium, nisi in casibus supradictis, & in alijs positis per Rebuf. in. d. prax. benef. tit. de nõ tol. ius quæ sit. gl. 6. per totã & Alcia. in. d. 11. pręsump. secundũ est, principẽ nominando tertiũ cui vult per rescriptum præiudicare, vel & si nõ nominet declarãdo, q vult vt exequatur & si tertius lædatur ex eo, tale rescriptũ exequendũ est, cũ minori tamẽ dãno, nã si magnũ resultaret tertio illi præiudiciũ nõ debet tũc exequi, sed expectanda est secunda iussio, etiã si cũ causa appareat concessum fuisse, aliud etiã contra supradicta in hac gl. poterat allegari. s. quomodo cotide cõceduntur literæ & licentiæ, ad constituendũ maioratũ in vnũ ex filijs tantũ in præiudiciũ magnũ aliorũ filiorũ, & respõdendũ est ex eo id fieri, tũ quia ex tali maioratu familia illũ cõstituentis & filiorũ perpetuatur & augmentatur, bonaq; ipsa non ita de facili consumuntur sicut si essent libera & alienationi subiecta tũc etiã quia & alij filij expectatiuã habẽt in eo succedendi mortuo filio maiore in quem constitutum fuit insuperque in ipsamet licentia cæteris filijs reseruantur alimenta, & licet antea modica essent, nunc autem tempore nostri Christianissimi regis Philippi secundi sufficientia relinquuntur,

tur: & sic cessat damnum, & licet diminuatur aliquid à legitima, quæ alijs filijs competere in illis bonis poterat, fieri optimè potest, nam licet de iure naturali legi-
45 tima filijs debeatur in bonis † patris, vt pote, quia loco alimentorum succedit, quanta tamen est de iure ciuili positiuo, ideo princeps eam diminuere potest, cum nemo sibi ipsi legem imponere possit à qua recedere non liceat, prout in proposito inquit Suarez in. l. quoniam in prioribus secunda limitatione. l. regiæ, numero sexto, pagin. 140. de inoffic. testamen. & Orolcius in. l. de quibus. colum. 187. versiculo. 107. cum alijs. ff. de legib. vbi communem dicit quod ex causa in totum tolli potest, & causam iustam vocat, conseruari familiam, vel si aliunde filij alimenta habeant, & glossa, del moço. l. septima, titulo quinto, partita sexta, ibi & commu-
46 nem dicit, quod statuto potest † diminui legitima filij, si ergo statuto, ergo & principis iussu, qui lex viua reputatur & si filij alij habeant vnde se alant, in totum tolli potest, secundum glossam illam & Abb. in capit. Rainuntius, numero. 12. & ibi Additio. litera. A. de testament. & nouissime hæc differit optimè Domin. Molina, de primogen. Hispan. capit. primo per totum libro secundo, & ideo inquit Palac. Rub. relatus per Suarez Additio. in dict. limitatione secunda, numero octauo, quod qui vult recte facere maioratum, semper alijs filijs relinquat aliquid pro legitima, vel faciat, vt alij filij eam renuntient libere non metu, vel dolo compulsi, & ideo maxima cum deliberatione hæc facienda sunt, & licentiæ hæ per regem concedendæ, ne vnus filius opipare & splendide viuat, alij verò cogantur mendicare, nam vt in-
47 quit Suarez vbi supra licentiæ † regiæ ad maioratum constituendum de omnibus bonis sunt iniustè & contra conscientiam, & pater qui tali licentia vteretur alijs filijs relictis absque alimentis peccaret, & non esset tutus in foro conscientiæ, secundum Suarez ibi quem sequitur glo. mag. in princip. l. 32. titu. 9. part. 6. & ideo rex noster, vt dixi maxima cum deliberatione & causæ cognitione licentias has concedit, nam prius iubet informationem fieri quantitatis bonorum & redditus eorum, & numeri filiorum & quæ quantitas sit vnicuique aliorum filiorum quam primogeniti necessaria, secundum status qualitatem ad alimẽta, & alia plura, quod quam iustissimè fiat nemo est qui ignoret, & sic semper reges facere deberent in similibus licentijs concedendis & hæc pro glos. hac sufficiant.

Ibi, [Que sean contra ley,] nota orationem hanc vno contextu positam, en perjuyzio de partes que sea contra ley, & nota etiam collectiuũ illud, quæ, quod colligit præcedentia, & omnia ea refert & referre videtur, secundum quod in. l. supra proxima in glo. fin. dictum est, nam ijs cõsideratis reperies, quod vt dispositio nostræ legis & sequẽtis eius declaratoriꝫ procedat, non solum requiritur vt literꝫ istꝫ non valeant, quantascũque clausulas & firmitates habeant, quod ex illis tertius lædatur. Sed etiam requiritur, quod sint contra ius, secus vero si tantum essent contra ius, nam tunc reuocato illo iure expressè, vel tacite per clausulam illam generalissimam non obstantibus, &c. quorũ tenores, &c. vel per aliquẽ ex supradictis, in. l. supra proxima, valeret tale rescriptum & esset exequendũ, & ita loquitur d. l. supra proxima vt ibi dixi, scilicet cum literæ tantum sunt contra ius, ita quod ex eis tertius non læditur, secus vero si vltra hoc quod essent cõtra ius, tertius aliquis læderetur, nam tunc & si quascunq; fortissimas clausulas haberet tale rescriptum, non esset exequendũ, sed deberet secũda iussio expectari, prout nostra lex loquitur, vt ex dictis verbis patet clarissime dicta ponderatione facta, tã ex contextu orationis, quam ex relatiuo
48 illo, quæ, de cuius natura est repetere † præcedentia cũ omnibus qualitatibus suis secundum Bart. l. si quis seruũ. §. fi. de legi. 2. l. 1. in fi. ff. si fami. fur. feci. dica. l. à filio. §. testator. ff. de alim. & cib. leg. Aretin. l. etiã 4. col. post mediũ. ff. de vulg. & quia de iu-
49 re ciuili si rescriptũ † tantũmodo erat contra ius ex eo tantum aliqua pars non lædebatur bene valebat secundũ Ias. per tex. ibi in. l. rescripta. nu 9. C. de precib. imp. off.
50 & ea quæ † sunt iuris ciuilis princeps de facto tollit, secundũ Bal. relatum per Matth. Afflict. decisio. 128. num. 11. vbi & plus dicit, scilicet quod etiam ius quæsitũ mediante iure ciuili princeps tollit, quod tamen

men communiter intelligitur, secundum Oroscium. l. 3. §. si is pro quo. vbi notat Alexand. numero septimo. ff. quodquisque iur. quotiescumque graue damnum ex hoc tertio non resultaret, & insuper clausula ex certa scientia adesset, alias si graue esset damnum cum clausula illa ex certa scientia insimul requireretur & clausula specialis non obstante, ex. l. tamen su-
51 pra proxima† iam cessant hęc, nam etiam si rescriptum sit tantum contra ius nihil valet quamuis ex eo nemo lædatur, quandoquidem lex illa illud reprobat, secundum Iasonem, vbi supra nisi adsit clausula specialis non obstante tali lege in contrarium faciente, vt ibidem dixi, si tamen esset contra ius & insuper tertius ex tali rescripto læderetur ex lege nostra & sequenti, iam reperimus dispositum nihil valere, & si clausula non obstante specialis, vel generalis adsit, & iste est verus harum legum intellectus, prout ex eis clarissime probatur. Neque obstant ei verba nostri text. ibi, O especial de la ley, fuero, o ordenamento contra quien se diere, nam verba hæc procedunt sub præsupposito illo, quod tertius etiam ex tali rescripto & literis cōtra legē Digestorū, vel ordinamētum editis & concessis lædatur, de quo ante lex nostra præmiserat, nam quando lex
52 vnum disponit, † & alterum præsupponit, vt habeat locum dispositum, debet verificari præsuppositum, secundum glossam in. l. mancipia. C. de seru. fug. verbaque sequentia nostri text. ampliatiua sunt verborum præcedentium, & dispositionis primæ in principio legis nostræ insertæ, non vero alterant præcedentia, & quia si aliud diceremus, lex nostra parum aut nihil differret à lege præcedente, & sic duo illa vincula, quod sit rescriptum contra ius & tertio præiudicet, fortiora sint quam solum vnum illud cum esset contra ius tantum ex eo tamen tertius non læderetur, vt priori casu, secundum. l. nostram & sequentem nulla clausula firmitatem tali rescripto tribuat, in secundo vero possit tribuere specialis clausula non obstante tali lege in contrarium faciente, cum de iure habeamus quod duo vincula vno fortiora debent esse, & an possit princeps tol-
53 lere dispositionem † aliquam ex qua quidem alicui tertio ius quæsitum est, tradit D. Couarruuias, libr. 3. Variarum. capit. 6. numero. 9. versiculo. 5. cum sequentibus.

Ibi, [Obedescida y no cumplida,] Nota, contra miseros prælatos, & rectores, qui non audent supplicare à literis papæ, vel principis contra ius elicitis, & ex quibus tertius lædi potest contra quos & inuehit glos. & ibi Ias. numero. 1. in. l. rescripta. C. de precib. imp. offer. cum deberent supersedere in executione mandati alicuius iniusti, secundum Felinum in capit. si quando de rescrip. & ibi Bald. quos allegat ita notando Auiles cap. 1. prætor. glo. mandamos, numero. 20. fol. 48. nam de iure non tenetur talis iudex illud implere ex dictis per Bald. consil. 159. columna. fin. volum. 3. quem refert & sequitur Gregorius Lupus in. l. 16. titu. 13. partit. 2. & tradit Auend. cap. 2. præt. fol. 29. libr. 1. non enim est pro principe præsumendum si ad alicuius supplicationem scribit, sed tunc cum legem condit, secundum Rebuff. in tractat. de nominatio. quæstione. 21. numero. 66. imo & vt iam dictum est, & in l. 4. infra eod. dicetur peccat concedens iniustum & illud exequens.

Ibi, [O especial,] caute adiecta sunt verba hæc, nam alias si specialis fieret mentio de lege contraria habita, valeret equidem contra ius elicita prouisio, cum clausula illa non obstante tali lege in contrarium faciente, vt. l. 1. supra eod. in gloss. fin. dictum est. Sed an si clausula ex certa scientia apponeretur cum clausula non obstante tali lege in contrarium faciente valebit
54 tale rescriptum contra ius † & in partis præiudicium & de iure ciuili communis erat opinio, secundum Oroscium, in. l. 3. §. si is pro quo. column. 606. versic. 40. ff. quod quisque iur. cum Alexand. ibi, num. 7. quod si resultabat tertio alicui graue damnum non valebat, secus si paruum, prout & patet ex dictis nouissimè per Molinam in primogen. Hispaniæ, libr. 2. capit. septimo, numero. 16. & 23. & 24. lege tamen nostra attenta, qualecumque damnum resultet tertio alicui, & quascumque clausulas habeat, iunctim siue separatim, nullæ sunt tales literæ, neque exequendæ sunt, vsque dum secunda

iussio expectetur & mittatur, quoniam non est intelligendum voluisse tertio prę iudicare, secundum dicta, & Dec. optime in consil. 544. num. 34. & seq.

Ibi, [La nuestra voluntad es,] Ecce ergo quomodo ex defectu voluntatis principis similes literas concedentis, nõ ex defectu potestatis, annullantur & nõ exequi iubetur, per legem nostram & sequentem prout in simili inquit Ias. in. l. rescripta. in princip. C. de precib. imp. off. non est enim voluntatis principis tertio præiudicare, secundum text. in. l. nec auus, vbi gl. & Bal. C. de emancip. liber. quem tex. & alios allegat adhoc Ias. in. l. quoties, nu. 3. C. de precib. imp. offer.

Ibi, [Que no libren ni firmen,] nõ enim possunt inferiores à papa, vel imperatore
55 vti clausula hac non obstante, † vel ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, secundum Rip. in. l. nemo potest, nume. 14. cum. 5. sequen. de leg. 1. vbi nouissime cõciuis meus Doct. Gutierrez, num. 157. cũ sequen. alios allegat, & tenet Gregor. Lopez in. l. 32. titul. 9. part. 6. in glo. mag. in princip. & August. Bero. in quæst. familiari. 60. num. 7. vbi num. 8 inquit quod princeps non potest in alium plenitudinem potestatis transferre, quia est de reseruatis insignum supremæ potestatis, & ideo alius quam princeps nõ potest, hac clausula vti, vt & per Additio. Octaui Vestri, in praxi cancella. apostol. lib. 3. cap. 2. additio. 2. inferiorq; non potest legi superioris derogare text. in Clem. ne Romani de electione,
56 imo neq; curia suprema † potest vti clausulis ijs, secundum text. nostrum, etiam si diceret pro hac vice tantum, secundũ Rebuf. in praxi beneficiorum, in tit. requisitæ in literis collationum, num. 26. cum duobus sequentibus, pag. 46. in mag. & tenet Ias. in. l. rescripta. num. 2. & 3. C. de precib. imp. offer. & hoc nisi subsistente iusta causa, secundum Ripam vbi supra, vel nisi in personis laicis, vt in ducibus & marchionibus, qui in terris suis, si perpetuam vt Do-
57 ctores dicunt iurisdictionem habent † pro se & eorũ descendẽtibus ac iure proprio, poterunt dictis clausulis vti, & clausula etiam simpliciter & deplano, sine figura iudicij, possuntque in terris suis condere leges iuri communi contrarias, secundum Ripam vbi supra, & idem quod Ripa asserit Alexand. consilio. 1. colum. 7. volum. 5. quem refert & sequitur Cassane. in consuet. Burg in conclusio. & approba. consu. Duc. Burg. verbo, auons possunt, numero. 3. fol. 381. qui tamen Rip. meo videri in ijs omnibus allucinatur, & maximè errauit, non enim possunt dominij contra ius regium disponere, sed in terris suis illud obseruare tenentur, secundum text. in. l. 5. titul. 1. lib. 2. supra per quem ita tenet Auend. cap. 5. præt. num. 6. lib. 1. nam condere legem nulli alij, quam principi cõpetit, de supremo enim imperio hoc est, vt l. imperialem. C. de legib. is autem, qui cõdere potest, potest & ei derogare & non alius, ergo isti domini legi regiæ derogare non poterunt, neque contra eam statuere quantumuis enim domini isti in terris suis vicereges & vicarij regis dicantur regem tamen vt dominum & eius leges recognoscere, eique fidem & homagium præstare tenentur, secundum text. in. l. 5. titulo. 15. partit. 2. & ideo neque contra eius leges disponere possunt, secundum Auendan. vbi supra. numero. 6. & Ias. in dicta. l. rescripta, numero. 3. & ideo etiam in casibus vbi rex potest, de tertij alicuius præiudicio disponere non possunt isti domini,
58 † secundum Ias. in. l. fin. num. 3. C. si contra ius, & in dict. l. rescripta, nume. 3. & facit asserta opinio communis per Dueñas, reg. 238. limit. 5. hacque de causa non possunt vti clausula simpliciter & deplano sine figura iudicij, secundum gloss. figura, in cap. fin. de hæretic. in. 6. & Abb. in cap. 1. num. 1. de rescrip. & in capit. dilecti filij, num. 5. de iudic. & in consi. 61. num. 5. lib. 1. & Hippolyt. in practica. §. secunda, numero. 47. & alij relati per Didac. Perez, in rub. titu. 1. lib. 3. ordinam. columna. 750. & iterum in. l. prima eiusd. titul. & libr. columna. 808. & hæc est receptior sententia secundum Orosciumin. l. deplano. ff. de offic. proconsul. columna. 433. in principio. quicquid Auendan. infra allegandus aliud & male velit, nisi iusta causa adsit necessaria & euidens, quia tunc non procedit doctrina illius glossæ dict. cap. fi. secundum Tiraq. de temp. pen. in præfat. nume. 35. & sic neq; possunt dicere, sic facias, vel
59 † iudices, secundum Auen. d. c. 5. præt. n. 7. lib.

7.lib.1.de quo & diximus in.l.5.tit.1.lib. 2.supra in gloss.1.crederem tamen quod si superiorem tales domini perpetui non
60 recognoscant possent in dominijs † suis dictis clausulis vti ex dictis per nos in rub. titu.1.libro.2.supra circa tales dominos, & ansi supplicetur Papæ vt commissionẽ cum clausula summariè simpliciter & de
61 plano,& dicat audiat † vt petitur, censeatur concessum cum dicta clausula, vide. additio.Octa. Vestri, vbi supra additione, tertia.

Ibi, [aya el escriuano,] idem in simili disponit in.l.infra proxima, si prouisionem contra stylum solitum incuria expedierit, alios plures casus vbi tabellio perdit officiũ referemus Deo volente in.l.23.tit.25.infra isto lib.

LEX. II.

SVMMARIVM LEGIS.

Summã l.3.huius in. l.5 proximæ, cuius hæc declaratoria est insertam reperies ideo hic non est aliud pro summario dicendum.

Ibi, [y en perjuizio de qualquier de ellas,] non enim in partium præiudicium similes literæ expediendę sunt, prout supra. l.proxima dictum remanet, nisi secundũ modum consuetum concedantur, puta ad hibita causæ cognitione & clausulis cõsuetis insertis & in figurã iudicij partib' auditis quia tunc cum princeps processerit in modum iudicij & tanquam iudex, pro eo pręsumendum est quod iuste processisset, & ideo adimplendæ tunc sunt literæ eius habita in eis mentione de causæ cognitione & iudicij ventilatione, nisi manifeste constaret iniustas esse, quia tunc poterũt iudices quibus diriguntur tales literæ super sedere in earum executione, & principẽ de earũ iniustitia certiorare, & spectare secundam iussionem, sed quis iudicum hæc faciet, & laudabimus eum.

Ibi, [especiales,] vide quæ supra diximus in.l.præcedenti in gloss.especial.

Ibi, [aunque se digan proceder de nuestro proprio motu,] per hãc clausulã, & si motu proprio concedantur literæ contra legis præcedentis tenorem, non sunt exequendæ vt ibidem dixi, & inquit Rebuf.in concorda.regn.Fran. in rubrica forma mandat. apost.glo.motu versicu. penult.pag.188.in mediocri impressione & de hac clausula motus proprij, ibidem
1 Rebuff. plures annectit † effectus, & Suares allegatio.12.fo.150.vers.neq; obstat, cum.3.sequent.& DD.in.C. si motu proprio de præb.in.6.& Bertachi.in repertorio suo litera.C. in clausul. rescriptorum, verbo, motu proprio, & Staphile. latè de literis gratiæ & iustitiæ, titu.de vi & effectu clausularum in. 1. clausula motus proprij incipienti, subsequenter statim numer. 13 & sequent.& notandum quod clausula motus proprij, non operatur nisi in casi-
2 bus à iure † expressis, secundum gloss.vbi Card.ita notat in clemen.si Romanus de præb.& glo.antiqua in regul.cancel.apos. in.15.regu.in prin. nunquamque cense-
3 tur quid motu proprio † concessum, sed potius ad postulationem nisi exprimatur, secundum Suarez, vbi supra, & Orosci.in. l.beneficium colum.211.numer.9. ff.de const.princ.vbi id aliquibus modis limitantes allegat, & vltra eos hoc limitatur nisi præcedant merita illius cui rescriptum cõceditur, nam ex præcedentibus præsumi-
4 tur motu proprio concessum, † secundũ Tiraquel.in.l.si vnquam, verbo donatione largitus numero.52.pagina.202.C.de reuoc.donatio, & nota vnum quod operatur motus proprius, scilicet quod operatur quod auocatio causæ ab inferiore per superiorem facta habeat clausulam annul-
5 latiuam factorũ incõtrariũ † per iudicẽ etiã ignorantem, secundum Couar.in pract. capitu.9.numero.7.volumi.2.& differentias inter hanc clausulam motus proprij, & clausulam ex certa scientia de qua in gl. sequen. ponit Staphileus, vbi sup.

Ibi, [cierta sciencia,] caute dictum, nam si non diceretur, si ex certa scientia,

vel ex plenitudine potestatis princeps aliquid concederet, etiam contra ius & tertij præiudicium paruum tamen valeret concessio vt in l. præcedenti dixi, & tenet Gigas de pensio. quæst. 10. numero. 11. & 12. sed ex legis nostræ dispositione quamuis modicè tertio præiudicetur non valebit talis concessio &c cum clausula hac ex certa scientia vt ibidem dictum remanet, & tenent plures DD. relati per Roland. consi. 7. numer. 114. cum sequent. 3. vbi à numer. 100 plura de his clausulis ex certa scientia & plenitudine potestatis adducit singularis, & de hac clausula ex cer-
6 ta scientia, vide late per DD. relatos in l. 3. §. si is pro quo numero. 7. ff. quod quisque iur. & per Bertachi. vbi supra proxime allegatus, in clausula ex certa scientia, & per Molin. in de primogen. Hispan. in repertorio, in verbo clausula ex certa scientia, & Roland. vbi supra, & vide dictum optimũ quod de ea diximus in l. supra proxima in gloss. o especial, & notandum quod clausula neque sequens de plenitudine potestatis nihil operatur in rescriptis, nisi in ijs de quibus princeps præsumitur habere
7 certã scientiam, † sicut sunt ea, quæ in iure consistunt, secus in ijs, quæ cõsistunt in factu, vt commercia & consuetudines locorum, secundum Bal. in l. fin. C. sent. rescind. non pos. & Alexand. consi. 103. volumine. 4. & Deci. cons. 544. numer. fi. & Roland. cons. 2. n. 161. cum sequent. volu. 1. & in dict. cons. 7. numer. 105. & Suarez allegatione. 12. fol. 118. in fi. & Molin. vbi supra libro. 2. capit. 7. numero. 15. in ijs enim quæ consistunt in facto cum ibi scientia principis non præsumatur, nihil operabuntur istæ clausulæ, secundum quod & tenet D. Antoni. Menes. l. vniuersi numero. 3. C. de diuers. rescrip. quia in eis secundum eum ibi, intelligitur clausula si preces veritate nitantur, secundum quod intelligendum est quod inquit Feli. in c. nonnulli de rescrip. imo nihil dictæ clausulæ operantur si absque causæ cogni
8 tione † apponantur vt dixi in glos. magna. l. 2. supra isto tit. & libro, & latè & nouissime tradit Mexia in l. de Toledo in. 17. fundamento. 2. partis numero. 20. cum pluribus sequ. vbi late loquitur in propositum, & Molin. vbi sup. n. 26. & Rolan. dict. consi. 7. numero. 28. & notandum quod verba generalia non inducunt scientiam certam sed specialia secundum Suarez vbi supra fol. 149. verficulo. 4. quia & quando
9 præsumatur principem † scienter concedere tradit nouissime D. Francis. Sarmiento lib. 3. select. interpreta. capitu. 14. numero vndecimo, & sequent. aliquibus & secundum Mex. vbi supra numer. 32. non præsumitur in principe causa, quando ius
10 tertij læditur, † & an rescriptum emanãs ex certa scientia idem operetur ꝙ clausula non obstantibus in l. 1. huius titu. ad fi. dictum est & idem operatur clausula ex certa scientia quod clausula de potestate absoluta, secundum Moli. vbi supra nume ro. 17.

Ibi, [poderio real absoluto,] clausula hæc habet effectum clausulæ derogatoriȩ
11 † omnem legem contrariam etiam, habetem clausulam derogatoriam derogat, secundum Feli. in cap. nonnulli. numero. 8. de rescrip. & ibi additio, idem in clausula ex certa scientia dicit & de hac clausula tradit etiam Bertachi. in dicto repertorio litera. C. in clausulis rescriptorum clausula de plenitudine potestatis, & Hippolitus in pract. §. sequitur. numero. 9. cum pluribus sequent. & Menoch. de recup. pos. 2. responso. causæ Finariens. numero. 144. cum. 4. sequentibus quæ quidem omnes clausulæ motus scilicet proprij, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, vel non obstante, simul iunctæ vel de per se nihil operantur in rescripto appositæ contra legẽ digestorũ vel ordinamentum vsitatũ & in tertij in simul prȩiudicium, prout operarentur si solum esset tale rescriptũ contra ius, & non in damnum tertij, prout in l. proxima diximus, & probat clarissimè ex fine legis nostrȩ, iubentis rescriptum contra ius & in tertij præiudicium & si dictas clausulas habeat nullum esse & vitiari in eo tantum in quo tertius læditur quasi in alio & si contra ius sit valeat aliqua dictarum clausularum in eo appositarum vti pluries in progressu diximus, & est mea noua & subtilis ponderatio, tam à partiũ numeratione quam ab exceptione ad regulam, argumentis est tamen notandum quod istis clausulis, vel aliqua earum princeps vti non debet neque eas apponere in

lite.

literis suis nisi causa cognita, vt diximus & tradit Deci.consi.410.nu.21. & Alex. consi.2.numero.6.libr.1.vbi inquit quod princeps magis quam alius debet ca-
12 uere † vti hac clausula non cognita alias nihil operaretur, secundum Deci.vbi supra & alios relatos nouissime per Molin. in de primogen.Hispan.libr.1.cap.8.num. 31.& libr.2.cap.7.num.26.& iterum libro.3.cap.3.num.11.&.12. vbi numero 13.inquit cum Aretino, quod cum causæ
13 cognitio requiratur † citandi sunt ij quorum interest nam vbi agitur de priuando aliquẽ in iure quæsito nõ potest princeps procedere parte non citata prout communem testatur Villalobos in suo ærario mill.com.opi.litera.P.nume.376.& num. 14.ipse Molina alia in propositum adducit, & de istis clausulis videre poteris per Vitalẽ de Cambanis in tract.clausularum, neque debet princeps vti plenitudine potestatis nisi ex magna causa, secundum Moli.d.capitulo.7.numer.31.alias potius dissipatio quam dispensatio erit secundum eum ibi num.32.

Ibi,[del estilo acostumbrado,] alias enim si vltra solitum stylum literæ ordinatæ sunt, præsumuntur de falso suspectæ, vt dixi in.l.2 gloss.1.titu.10.supra isto libro.vbi alia de stylo diximus & tradit Suarez allegatione.7.folio. 193.& Didacus Perez.l.28.titulo.4.libr.2.ord.colu.421.

Ibi,[que pierda el officio,]prout & supra.l.proxima dictum est.

Ibi,[en quanto a la tal exorbitancia;] subreptio enim in vno articulo non viciat
14 capitula † separata & diuisa vt ex text.in ca.si eo tempore de rescrip.in.6.quã regulã cũ limitatione ponũt Feli.in.c.Iodẽs de rescrip.& Rimina.& Iaf.in.l.si ex falsis.C. de trãsactio.Ruin.conf.70.n.8.&.11.li. 5.vbi dixit id maxime procedere quando vnũ ca. gratiæ tendit ad commodũ vnius & aliud ad vtilitatem alterius, nam vnius factum alteri nocere non debet.l.si vnus. §.ante omnia.ff.de pact. & vide Bernar. Diaz.reg.348.instrumenta falsitatis quos refert Dida.Per.in.l.6.titu.12.libr.3.ord. col.1195.cum sequent.sed cum sit contra stylum in eo quod tertio præiudicatur & ex hoc vitiatur,non nẽ in totum debet vitiari,secundum text.in capi.quam graui, de crim.fals. quem ad hoc allegat Suarez allega.27.fo.193.pag.2.& fatendum quidem est, fallit tamen illa regula dicti.C.
15 quam graui,† in casibus vbi de iure aliud dispositum reperimus quorum vnus est nostrę legis,in ijs enim non vitiat in totũ nisi in eo quod subreptio adest & si sit cõtra stylum,quia lex sic vult & disponit ꝙ vltimum & nostrum text. sublimitarem ex dictis,nisi commode illud in quo subreptio adest separari ab alijs capitulis rescripti non posset,& sic capitula essent indiuisibilia,quia tunc omnia vitiabunt, ex dictis per dictos DD. & p tex.in d.c.si eo tempore & per Ruyn.& DD.sup.relatos.

Ibi,[donde se quite,] ergo in omni alio in quo pars non lædatur,licet sit contra ius,si aliqua clausularum nostræ legis in rescripto adesset, valeret tale rescriptum,prout ex text. nostro clare denotatur & deducitur, & sic prout ponderaui in gloss.poderio,istius legis est tex.hic pro intellectu ibidẽ asignato, & in.l.sup.proxima inter nostras.l.2.&.3.&.l.5.huius titu.

LEX IIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Literæ à qualibet ex regijs cancellarijs emanatę, vel alio quolibet iudice, continentis vt quis occidatur, vel puniatur corporaliter, capiatur persona, vel bona eius, exuletur, vel exhæredetur, vel aliud quid iniustum & iniquum fiat , quæ literæ (cartas desaforadas) vocantur, nullo modo sunt exequendæ sed secunda iussio spectanda est & alia contenta in lege nostra circa id tunc temporis seruanda sunt, & facienda secundum quod in ea continetur.

Ibi

Ibi, [desaforado, similis est tex. in l. 5. in fi. tit. 17. infra lib. sequenti.

Ibi, [o les tomar sus bienes,] similis est text. in l. 30. tit. 18. par. 3. vbi gloss. alia iura allegat, non enim potest princeps sine
1 causa alicui auferre dominiũ rei suæ † prout est gloss. notab. & singul. in l. fi. C. si contra ius, vel vtil. pub. & l. 2. tit. 10. par. 2. & text. l. 2. tit. 1. partit. 2. l. 31. titulo. 18. par. 3. & alibi diximus, q̃ ne dum in dominio directo, sed etiã in dominio vtili procedit. secundũ Bar. in l. quicunque. C. de fũdam. patrim. lib. 11. imo & ius in spe ex te
2 stamento, vel cõtractu dependente † nõ potest princeps auferre, sine causa, secundum Molin. de primogen. lib. 3. c. 3. num. 14. cum 4. sequen. nam cum rerum domi-
3 nium sit de iure gentium † licet modis ciuilibus acquiratur, secundum illam gloss. & cõmunem testatur ex Feli. & Deci. in c. quę in ecclesiarum de constitu. prin. cons. 1. num. 108. volum. 1. relatus per Villalobos, in suo ærario mil. com. op. litera. D. numero. 131. & quæ iure gentium sunt immutabilia existunt, vt in §. penul. insti. de iur. nat. nimirum si princeps tollere nõ po-
4 test, nam & naturalia † absque causa tollere non potest, prout communem testatur Villalo. vbi supra litera. P. nume. 371. cum pluribus sequent. & ideo neque dominium absque causa publica per principẽ auferri potest & bono cambio non adhibito secundum Bal. in l. 2. C. de iur. & fact. igno. quem & alios allegat Moli. in de primoge. Hispa. li. 2. ca. 7. nu. 28. & 29. & in Papa beneficium alicui auferenti, affirmat Rebuf. in praxi benefi. tit. de non tollendo ius quæsit. glos. 6. nu. 16. & Gome. in reg. cancel. de iure quæsit. non tollendo quæs. 1. fol. 32. in princ. in paru. & diximus. l. 1. ti. 1. supra hoc lib. imo & quod plus est neq; actiones absque causa princeps tollere po-
5 test, quæ licet origine de iure ciuili esse dicantur, secundum glos. obligationes in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. cum qua est communis, secundum Paul. num. 32. Ias. 48. ibidem & eund. Ias. nu. 39. Gome. 32 in prin. inst. de actio. & Abb. n. 13. & Feli. 55. in c. quæ in ecclesiarum de const. & Alex. l. 1. §. sublato. n. 2. ff. ad trebel. adhuc tñ princeps illas actiones tollere sine causa nõ potest, sñ gl. in d. l. fi. C. si cõtra ius, nã debitũ ipsum iuris naturalis est, p̃ quo est tex. in l. 32. ti. 18. p. 3. probãs nõ posse princ. pẽ facere vt in perpetuũ debitũ nõ petat
6 & ibi gl. ita tenet & declarat, ergo si hoc nõ potest neq; tollere actionẽ, nã ea mediãte debitũ petẽdũ est & hoc siue actio il
7 la psonalis siue realis sit, † nã si in personali nõ tollit, prout. d. l. parti. probari videt̃ mul tomin' in reali, quicquid Alex. in rub. n. 2. ff. si cert. petat. & Gom. in §. omniũ. n. 16. inst. de actio. velit distinguere inter psonales, & reales actiones, de quo vide Feli. in c. quæ in ecclesiarũ col. 2. & seq. cõcl. 4. de cõsti. nã licet princeps sit supra ius, illud verũ vt possit cõtra illud dispẽsare nõ tamen in tertij preiudiciũ actionẽ ex iure quæsitam tollere absq; causa publica & nõ adhibito bono cãbio, vt patet ex dictis p̃ D. Couar. li. 3. var. c. 6. n. 9. cũ seq. sic neq; iurisdictio
8 nẽ propriã auferre potest, sñ Suar. allega. 7 & ideo Castrũ, seu oppidũ constitutum sub aliqua ciuitate nõ potest princeps tolle
9 re † sñ Loazes in allega. de Mula dubita. 1. 4. fundamẽto pro Oppido in fi. nisi ex necessitate vt per Coua. in c. quãuis pactum 2. p. §. 2. n. 4. & tũc ciues illius oppidi pos-
10 sent pro tãto se liberare † maximẽ cum & dominia rerũ hominib' ex iure diuino cõcessa esse videantur, ex authoritate illa Genes. 1. & Deuteron. 11. & Iosue. 1. & 14. de qua & supra isto tit. iã egimus, & tradit per Rebuf. in tract. de cõgrua portione. n. 125. cũ omnib' seq. vbi respõdet optime cõtrarijs, & ideo princeps dñio priuare aliquẽ absq; causa & nõ adhibito bono cãbio
11 tollere illud nõ potest, q̃ & in Papa † etiã in beneficialib' in quib' plenissimã habet potestatẽ, sñ tx. in c. 2. de præb. in 6. pcedere ait gl. in c. 1. dist. 10. quam sequitur, Card. cons. 142. & Abb. in c. fi. n. 10 cum seq. de cõs. vtil. latẽ Gom. in reg. d̃ iur. quęsit. cõ tol. quæs. 1. latissime Barba. d̃ præstã tiũ Card. quæs. 4. li. 2. & Rebu. in tract. nomin. quæs. 21. n. 63. licet quoad hoc cõtra riũ teneat gl. in c. pprincipalẽ. 9. q. 3. & late Dominic. in c. si gratiose de rescrip. in 6. quã sequit̃ Immol. in clem. 1. §. fi. vt lit. pendẽt. idẽ Imol. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & Abb. Anton. de Butr. in capitu. constitutus, de religio. domi. scilicet, q̃ sicut Papa in beneficialibus habet plenissimam potestatem quoad collationem, ita quoad

12 quo ad priuationem † etiam sine causa, & tenet Hippolytus sing. 21. & est communis. secundum Pala. Rub. de benefi. vacan. in cur. §. 1. colum. 4. Papæ enim nemo dicere potest cur ita facis, secundum gloss. in ca. quamuis de pœni. d. 3. de cuius tamen veritate tradit late Iaf. in. l. Barbarius num. 35. 42. &. 43. ff. de offi. præf. & consi. 145. volu. 2. Soci. consi. 156. volu. 2. Abb. & Imol. in cap. translato. de constitu, Aimon. Crauet. de antiqui. tempo. fo. 12. nu. 30. sine causa tamen non debet Papa hæc facere, vt inquit gloss. in. ca. 1. 22. distin nõ tamen negat quin possit, prout eam ponderauit Abb. in. d. c. constitutus numero 12. posset tamen sed non sine peccato vt infra hac gloss. dicemus, si ergo in Papa circa hæc datur inter DD. & Glossatores diuersarum opinionũ assertio, cur & non in principe dicendum est non posse auferre ius alteri quæ situm, & dominium rei suæ absque causa publica & non adhibito bo-
13 no cambio, imò & neq; interesse † partis remittere absque causa poterit ex text. cũ glos. legis venia. in fine. C. de in ius vocan. quam ad hoc aliquibus modis limitando allegat Rebuf. in. l. vni. in princi à num. 30. vsque ad. 47. C. de sent. quæ pro eo quod interest. prof. cum vt diximus iure etiam diuino prohibitum sit ius alterius tollere, & tradit idem Rebuf. in prax. beneficio. in tit. de non tollendo ius quæsit. gloss. 1. pag. 260. imo & quod plus est quod neq; legem, ex qua iam tertio alicui ius quæsitũ est, in eius præiudicium tollere poterit, secundum Couar. lib. 3. var. cap. 6. nume 9. vbi à num. 6. incepit. legem tamen condẽ-
14 do generalem † posset vtique tertio alicui præiudicare, secundum Iaf. d. l. barbarius nu. 44. neque tunc teneretur secundum eum ibi, bonum cambium adhibere, imo & si princeps absque causa hæc faceret de plenitudine potestatis, peccaret
15 mortaliter † secundum Rebuf. in princ. dictæ. l. vnicæ. numero. 34. & diceretur hæc facere de potestate absoluta, secundũ Capiti. decisi. 166. num. 14. & non diceretur de plenitudine potestatis sed tempestatis hæc facere, secundum Soci. & alios relatos per Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. ca. 7. num. 33. & per Loazes in allegatione đ Mula dubita. 1. fundamẽto. 5. infi. pro oppido, & potestatem hanc diabolicã vocat & consulentes principibus hæc in infernum deijciendos inquit idem Rebuf. in dict. praxi benefi. dict. tit. de non tollen. ius quæsit. gloss. 6. num. 35. & non solum ipse concedens, sed & eam exequens etiã,
16 concedentis mandato peccaret, † secundum Nauarro, in manuali c. 25. num. 9. & cum id princeps vellet de plenitudine potestatis simile quid absque causa cum peccato facere, debet exprimere clausulam
17 † illã alias non censetur ea vti velle secundum Thom. Gram. decisi. 65. num. 80. & quantumcunque clausulæ illæ apponantur per principem si præsumitur illud ignorare, quod concedit in tertij præiudicium, nihil operantur, secundum Menesium. l. vniuersi nume. 3. pag. 93. C. de diuers. rescrip. cum causa tamen publica posset hæc princeps facere adhibito tamen bono cambio & si dicta clausula non vteretur vt probat text. in. l. 31. tit. 18. par. 3. & ibi gloss. & id verum est, secundum Iaf. post gloss. ibi in. l. fi. C. si contra ius, vel vti. pub. & Rebuff. in dict. principio dict. l. vnicæ. C. de sententijs quæ pro eo quod. à num. 30. vsque ad. 47. & in praxi benefi. dict. glo. 6. à nume. 11. ex quorum dictis plures limitationes colligi possunt regulæ huic, quod princeps sine causa rem meam à me auferre non potest cuius regulæ & aliam limitationem colliges ex Thom. Gram. in decisi. Neap. 66. num. 2. & latissime post hæc vidi per Anto. Gabri. libro com. op. tit. de iur. quæsit. non tol. est tamen notandum quod non semper præsumitur causa in tali concessione principis, sed cum ex tali concessione apparet, nam licet in principe causa præsumatur, secundum glos. in. l. relegati. ff. de pæn. id tamen
18 verum † est & debet intelligi condendo legem generalem, non vero quando scribit ad alicuius supplicationem secundum Rebuffum in tractatu nominationum quæst. 12. num. 66. & Carol. de Gras. lib. 1. regal. Fran. priuil. fin. versicu. pro rege præsumitur, pag. 315. in fi. cum sequent. in paruis, vel quoties disponit contra eã quę sunt de iure gentium, prout est rerũ dominium, imo & iure diuino, vt diximus vel quando verisimilis causę coniectura dari non potest: in his enim casibus nulla præsu-

presumitur in principe causa, secundum Soci. Iuniorem consi.65. numero.4.7. &.8.volum.2.& ideo ad hæc principes aduertere debet, non enim eis licet etiam de absoluta potestate, secundum aliquos, & verius, rem suam absque causa legitima & non adhibito bono cambio auferre, cum contra iura naturalia disponere non possit, nam hæc potestatis vis nequaquam conuenit his, quæ iure naturali, vel gentium sunt instituta, iura siquidem naturalia immutabilia sunt, & ideo nemo vnquam dicet his principem posse derogare etiam absoluta potestate, cum hæc potestas non esset, sed tyrannis quę longe abesse debet à principibus & ab ijs qui de eorum imperio & potestate tractare conantur, ius etenim naturale dictat, quemlibet propriæ rei dominium habere, posseque libere de ea disponere, nisi ea dispositio ex causa rei publicæ, vel propter publicam vtilitatem, interdicta sit, quod si princeps absque publicæ vtilitatis causa dominium ab aliquo auferat, eivè interdicat rei propriæ liberam dispositionem, non ne tyrannidem verius quam principis leges & iura exercet; hoc profecto apertissimi iuris est neque admittenda est in bene constituta republica plenæ potestatis ditio, prout hæc doctissime prout sui moris est inquit D. Couarru libro.3.varia.capitulo 6.nume.8.vbi inquit distinctionem hanc
19 † potestatis ordinariæ & absolutæ in humanis principibus falsissimam esse, ita vt miretur, & merito viros vtriusque iuris peritissimos ea vsos fuisse, cum potius diabolicam inuentionem & potestatem eam vocet Rebuf. iam supra allegatus; ne
20 que ex absoluta potestate † sicut neque ex ordinaria potest princeps auferre alicui dominium rei suæ prout magis communem testantur Felin. & relati per Molinam dicto libro tertio capitulo.3.numero 19. & ideo in Hispania nostra vbi principes & reges. non tyrannide sed christianitate vtuntur id neque fit, neque factum fuisse rarissime reperitur, secundum Molin. vbi supra dicto capitulo septimo numero. 33. sed potius ipsi principes subditis subueniunt, & subuenire debent, non vero res subditorum absque causa directe, vel indirecte auferre, nam causa existente, vt maxima regis necessitate, & regni oppressione & & commodo & publica vtilitate, posset ex bonis regni vti, vt ex.l. octaua, titulo primo, partita secunda probatur, & ibi glo, id tamen magna cum deliberatione fieri debet circa quæ & alia diximus in.l. septima glossa secunda titul.13.supra hoc libro, & iterum in titulo primo huius libri.4. & intellige legem nostram ne sit contraria ijs, quæ diximus in.l.secunda glossa en perjuyzio supra isto titulo vbi diximus principem posse concedere literas in damnum tertij, si hoc exprimat se velle, vel de voluntate sua aliomodo constet, nam id verum est iusta existente causa, vel si damnum esset paruum, secus si magnum, quia tunc & si exprimat non debet exequi, sed debet secunda iussio expectari secundum tex. nostrum in præsenti qui ita debet intelligi & limitari.

Ibi, [o desheredar,] sed non ne ius non radicatum neque quęsitum, sed quærendum princeps tollere po-
21 test, & fatendum est quidem posse, † cum glossa in .l. prima.§. siquis propter verbo per integrum. ff. de itin. act. priui. & glossa, lege prima.§. primo. ff. ne quid in loco publico, communemque testatur opinionem Couarruuias, libro tertio variarum, capitulo sexto numero nono, versiculo nec principali, sed exhæredatio hæc non est ante ius quæsitum, & radicatum, cur ergo noster text. iubet, principis rescriptum vbi mandatur quem exhæredari, obediendum non esse, ideo dicendum est, quod textus noster loquitur, vel cum princeps testatori volenti aliquem hæredem facere, iubet per literas suas vt exhæredet eum, nam cum libera debeat esse facultas testandi ipsaque libertas à iure gentium & naturali procedat, secundum Coua. vbi sup. nu.7. non est exequendum tale mandatum, vtpote quia quæ de iure gentium aut naturali sunt sint immutabilia, secundum tex. in.§ penu. instit. de iur. natural. , vel postquam quis est hæres in testamento aliquo institutus, ita quod iam habet ius quæsitum iubet

bet princeps mortuo testatore, nè testamentum illud impleatur, & ab eo institutus ab hæreditate illa alienus reddatur, tũc enim tali mandato obediendum non est, tanquam iniustum, vt pote princeps non
22 possit testamentis priuatorum † derogare, secundum Couar. vbi supra nume. 5. & ijs duobus modis potest noster text. in ijs verbis intelligi, & declarari.

Ibi, [no sean cumplidas,] destruit & corrigit opinioné communem assertam per Cagnolum in. l. velle. ff. de reg. iur. relatum per Auiles in cap. 1. præt. in gloss. mãdamientos num. 20. fol. 47. asserentem of
23 ficialem posse sine peccato exequi † sententiam principis absque processu mandãtis, vt aliquis furca suspendatur, hoc enim per text. hic corrigitur & per text. similẽ in. l. 30. tit. 18. p. 3. imo quod cum tex. noster prohibeat similes literas exequi quæ quidem lex iustißima est & omni iuri conformis & sic obligat in conscientia, non erit immunis à peccato iudex, qui eas exequeretur, quandoquidem iniustæ videntur, cum absque processu & contra inauditam partem conceduntur, imo & similes literas concedentes, vt scilicet, quis inauditus occidatur statim homicidę iudicãtur, secundum Naua in manuali confes. capit. 25. num. 9. & ipsi exequentes eas, secũdum eum ibidem peccant, non enim tené
24 tur implere † similia mandata, secundum gloss. in. l. 16. titu. 13. par. 2. plura allegantem, & Auend. cap. 2. præt. fol. 29. libr. 1. maxime si ex concedentis iracundia præsumeretur processisse, & ex subita eius sæuitia vt in. l. si vindicari. C. de pæn. quam allegat Auiles, vbi supra nume. 19. & Anto. Gom. 3. tom. cap. 13. num. fin. & Cæpola Cautela. 12. num. 5. inferens contra miseros prelatos, & licet Alex. in. l. debitoribus num. 15 ff. de re iud. hoc intelligat esse speciale cum princeps ex iracundia profert sententiam personalem contra aliquem, secus alias, idem tamen dicendum est ex tx. & ex supra dictis & si non constet quod ex iracundia hoc fecerit & iusserit, adhuc enim tunc similes literæ exequendę non sunt absque processu, & forma iudicij emanatæ, & post hæc certè sic reperi communiter teneri asseruisse practicam Carrerij, relatam per Iulium Clar. in pract. crimin. §. fi. quæst. 60. num. 16. & ibi inquit hanc videri magis communem & quamuis ipse ibidem asserat se non consulere amico differre executionem talem nè ei contingeret id quod ibi refert đ prætore Varisij, qui suspensus fuit eo quod non interfecit quẽdam statim quod capitaneus iussit, ego tamen neque consulerem amico neque ipse facerem similẽ exequutionem nisi rescrip to prius principi & monito de iniustitia, potius est enim omnia mala pati quam peccato & iniustitię consentire, & sic consulo fieri, faciat princeps quicquid voluerit, si ego iustitiam facio, nihil ad me & quod ipse princeps per leges suas fieri iubet & disponit sancte & iuste, quia si in forma iudicij & parte audita dictæ literæ ꝓcederẽt quis dubitaret de eius executione nisi de manifesta & notoria iniustitia constaret, & sic iam vidi quendam ciuitatis Limę regium auditorem in Indiarum regnis ad mortem condemnatum propter exequutum quoddam mandatum Viceregis in quo ei mandabatur, vt Capitaneum quendam visis illis literis interficeret, quod ipse auditor fecit & in prima sententia fuit ad mortem condemnatus, & in gradu appellationis coram inuictißimo Rege nostro, & eius consilio Indiarum in Hispania se præsentauit & in mille aureorum summa applicata hæredibus ipsius Capitanei, inq; officij suspensione condenatus fuit, propter repentinam illius mandati executionem, & iure optimo.

Ibi, [proueamos,] & sic non sufficiet iam principem literas has concedentem cõsulere & expectare eius responsum per triginta dies vt dicebat dicta. l. si vindicari C. de pæn. sed & debet haberi & expectari omnino responsio ipsius principis, & secunda iussio, & sic consultatio & eius responsio desideratur iam, ex. l. nostra & interim supersedendum est in executione.

(?)

LEX.

LEX V.

SVMMARIVM LEGIS.

Vna prouisio contra aliam concedenda non est, nisi prima prouisio in secunda inseratur, & insuper causa, quare secunda datur, & si per iudices curiæ, vel per aliquem eorum detur prima prouisio per ipsum & non per alium secunda danda est seruatis in secunda supra dictis additamentis.

IBi, [mandamos que en la dicha segunda carta,] hic probatur rescriptum secundum † primo contrarium debere expressam facere mentionem de primo, ad hoc vt primum per secundum tollatur, tx. est in capitu. 2. de dol. & contuma. notabilis ad hoc secundum Barbatia, in rub. extra de rescrip. fo. 29. colum. 2. versiculo quid si autem, in primo, & hoc late traditur per Rebuff. in. 2. tom. const. Fran. titu. 1. de rescrip. in præfatione à numero. 87. vsque ad. 102. alias si mentio de primo & eius clausulis in secundo non fieret & primum haberet clausulam decreti irritantis secundũ nihil valeret, † & ipso iure nullum esset secundum Barba. vbi sup. & Panormi. & Deci. in cap. cæterum col. 3. numero. 6. de rescrip. si tamen non contineat relationem prędictam non valet, opetantum exceptionis, sed gesta per primum ante oppositionem valebunt, secundum Deci. vbi supra numer. 8. & Barbatia. vbi supra & in hoc casu intelligitur ca. cæterum & ca. ex parte de rescrip. secundum Gofred. relatum per Dida. Perez in. l. 1. titu. 12. libro. 3. or. colum. 1214. quæst. 37. vbi ita refert & sic veniat declaranda lex nostra, cum in ea nullum verbum annullatiuũ reperiamus. nisi dicamus quod eo quod prohibitiua est, clausulam derogatoriam habeat in cõtrarium, sicque secundum rescriptum forma hac prætermissa contra primum rescriptum datum nullum sit, etiam si non opponatur, idemque dicendum est quoties secunda gratia impetratur super vno delicto, vel homicidio, nam debet in ea fieri mentio de alia gratia si cõcessa fuit eidem † secundam hanc gratiam impetrãti de alio homicidio, vel delicto, neque sufficeret si in secunda fieret mentio delictotum comissorum per impetrantem ipsum nisi & de prima gratia fiat mentio secundum text. in. l. 2. titu. 25. libr. 8. infra tenet Iaf. in. l. nec damnosa. C. de precib. imp. offer. num. 3. vbi inquit dicere Andre. Sicul. per hoc dictum fuisse vnum Bononiæ decapitatum, qui impetrauit gratiam remissionis secundi homicidij non facta mentione de primo homicidio & eius gratia, quod & tradit Paul. in. l. 3. C. de episcop. aud. quos refert Sylua nuptialis li. 1. verb. non est nubendum, numer. 140. fol. 32. in paruis, vbi reprobat Barbat. requirentem etiã vt secunda gratia super remissione delicti concessa valeat, quod vltra quod mentionem faciat de primo delicto, & gratia eius requiratur etiam quod super primo delicto fuerit condemnatus impetrator earũ, sed est contra text. in. d. l. 2. titu. 25. infra libr. 8.

Ibi, [y otro si que no vala la tal,] & idẽ quod dicti DD. tenet Alciatus in cap. cum non ab homine nume 43. de iudi. vbi id tẽperat, si primum delictum est idem quod secundũ, secus si diuersum, & facit pro hoc dict. l. 2. dum loquitur per dictionẽ, otro, quæ est repetitiua similium, sed nihilominus teneo idem esse dicendum si aliud differens maleficium committat, tum quia hoc est secundum communem intellectum text. in. d. capit. cum non ab homine secundum Alcia. vbi supra tum etiam quia militat eadem ratio text. dict. l. 2. refrenare maleficia volentis, tum etiam quia difficilius concedet princeps remissionem secundi delicti, & ita tenet nouissime Auendañ.

dañ. in tit. de las injurias nu. 3. & id verum credo & tenendum, deberet tamen secundum Alcia, vbi sup. consuli princeps, antequam sententia exequeretur contra gratiam secundam impetrantem, non facta mentione primæ gratiæ, inquit tamen ipse Sylua. vbi supra sub dubitatione tamen quod non obstante indulgentia poterit
4 torqueri fur † vt indicet res sportatas. Si ergo in gratia hæc procedunt quanto magis procedent in rescripto secundo contrario vt non valeat nisi de primo & eius clausulis mentio in secundo fiat, secundū tex. nostri dispositionem, maxime si secundum non concedatur per primum concedentem, sed per alium.

Ibi, [y otro si razon derecha,] idem in remissione condemnationis vt non valeat,
5 nisi causa, † & qualibet facti qualitas exprimatur, inquit Ias. in. d. l. nec damnosa num: secundo. ca. de precib. imp. offe. per. text. in. c. super eo. de cohab. cler. & mul. vbi probatur literas facti seriem non continentes nihil valere.

LEX VI.

SVMMARIVM LEGIS.

Cedulæ & prouisiones regiæ litium et negotiorum pendentium suspensiuæ, vel annulatiuæ licet obediantur non exequentur, quibuscunque clausulis derogatorijs in eis contentis non obstantibus.

IBi, [por importunidad,] vide quę dixi in proposito horum verborum. l. 1. gl. 1. supra eod.

Ibi, [no embargante qualesquier palabras,] & sic licet in eis fiat mentio de vero statu causæ, & de processus pendentia, adhuc non valebunt, [illegible] hic ex quo deducitur quod quamuis ex. c. inter monasterium & Panorm. ibi 3. notab. de re iud. si
1 de vero statu causæ & pendentia † mentio fiebat in rescripto, valebat tale rescriptum vt ex tex. notat. Dida. Per. in. l. 1. ti. 12 lib. 3. ord. col. 1212. versi. quid autem erit ex text. tamen nostro quo ad forum se-
2 culare † nihil valeat, & si de vero illo statu causæ in rescripto mentio fiat, quod ex tx. nostro probatur, tum quia præsupponit tex. noster mentionem in literis illis deliti bus & earum pendentia fieri, tū etiā, quia limitatiue loquitur, scilicet vt nō aliter detur tale rescriptū neq; pactū valeat cōtra nostri tx. dispositionē, nisi prius fuerit visum in regio supremoq; cōsilio, & cōsultū ibidē, & post detur & cōcedatur, ergo limitatio hæc constituit regulā in contrariū vt si aliter detur, quascunque clausulas habeat, nihil operetur, vt valeat, & si de vero litis statu fiat mētio, pro quo & facit lex sequēs huic nostræ similis, quę & suspensiones litiū ante eius promulgationē cōcessas reuocat & annullat, & ratio horū est quia talia rescripta pręter principis intentionem cēsentur cōcessa, propter multas & varias
3 occupationes, quæ obliuionis causam † solent inducere. c. cęterū de rescrip. c. ex par. 1. de off. deleg. nō enim præsumitur velle iura tot vigilijs excogitata subuertere vno rescripto. l. si quando. C. de in off. testam. vel quia præsumuntur impetrata per importunitatē, quæ alias nō cōcederentur. l. 1. C. de pet. bon. sub li. 11. & hæc est melior ratio quæ ex. l. nostra colligitur.

Ibi, [por importunidad,] quas rationes assignauit in nostrū propositū Dida. Per. vbi sup. versi. ratio autē, cū seq. & de ijs literis quæ status vocātur, quasi statū causæ suspēdāt, plura annectit Rebuf. in. 2. to. const. Frā. ti. de lite dilato. anna. ar. 1. gl. 2. cū omnib' seq. poterūt tn̄ cōcedi p principē reuocādo legē nostrā in eis, nā non potest esse princeps, qui ex causa legibus suis derogare non possit, secundum Rebuff d. secundo tomo, titulo de restitutio. in præfatione num. 6.

LEX. II.

SVMMARIVM LEGIS.

De materia huius legis, vide quæ diximus in l. 2. supra isto tit. quia eadem est et quæ diximus in. l. 13. tit. 7. supl. eod. ib.

Dd Ibi,

Ibi,[cócordia có cósentimiento de partes,] & insuper q tales literæ in supremo regis consi. sint expeditæ vt inquit & declarat.l.vndecima, titulo.4.libro secundo supra, & hæc pro hoc titulo sufficiant.

SEQVITVR TITVL. XV.

De las prescripciones.

ET cum superiori ti.dictú sit,quib' modis res aliorú ex principis permissione iusta de causa obtineri & nácisci possunt, nunc vero sequitur quibus modis ex legis prouisione acquirantur præscriptione, & lapsu temporis mediante.

LEX I.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter iurisdictio merum & mixtum imperium & per quod tempus, villæ & ciuitates præscribi possint, in præsenti lege declaratur quódque suprema iurisdictio, ius que imponendi, exigendiq; tributa nullo vnquam tempore præscribantur, neque præscribi possint.

Ibi,[algunos,] non diuersificat status,
sed generaliter de omnibus dicit, & sic iã
1 tam particulares, quã dñi temporales præ
scribere poterunt præscriptione immemo
riali iurisdictionem merum & mistum im
perium quicquid antea vellet distinguere
inter vnos & alios, Oros.in.l.imperium.n.
15.ff.de iurisd.om.iud.
Ibi,[la possession immemorial,] & hoc
etiam, si titulus non adsit, ita enim tex. no
ster loquitur, prout ex eius serie clare pa-
tet, & in præsentiarum Did.Per.sub.l.6.ti.
13.lib.3.or.glo.1.col.1240.notat, & an-
te eum D.Coua.in.c.pos.2.p.§.3.nu.5.de
reg.iur.in.6.& notat Auen.c.1.præt.nu.
19.in prin.li.1.& sic secúdú eú ibi, sicut ti.
anteà acquiri poterat iurisdictio, vt ibidem
n.9.declarat, ita nunc etiam, absque tit. ac-
2 quiri poterit præscriptione † immemoria
li, quæ titulũ tribuere videtur & tenet Pa
la.Rub.in repeti.c.§.sed est pulchra dubita
tio.n.43.fol.83.in mag.q si titu. adesset
3 quadraginta annorum † spatio præscribi
posset, secundũ D.Cou.vbi.sup.n.3.versi.
merum imperiũ. Vlterius notandũ est dis
positione & contextura nostræ.l.attenta
nó esse iá necesse disputare, an prima, secú
da, vel tertia eius pars differãt inter se, nec
ne, prout antea litera antiqua attéta dispu
tabatur p D.Cou.vbi sup.n.4.ad.fi.& Di
da.Pe.in præsenti sub.l.6.ti.13.li.3.or.co.
1244.in.fi.vel [illegible] .&.2.eius parte re-
quiratur eadé immemorialis prescriptio,
vel maior in.2.quam in.1.nã vt breuitati
cósulamus lex nostra duas tantũ partes có
tinet, in.1.tractatur de iurisdictione ordi
naria vt ita loquar, meri & mixti imperij,
& villarum & locorum & in hac consti-
tuit tex.regulá.s.quod immemoriali præ-
scriptione acquiri potest in.l.2.quę consti
tuitur à versi.pero la iurisdiction, vsq; in-
finem, tractat tex.de suprema iurisdictio-
ne, quæ maioria vocatur, tã circa ciuilem
quam criminalem, & de iure percipiendi
tributa regi debita vt supremo dño, & in
ijs constituit tex.aliam regulam, scilicet
quod nullo tempore acquiri possint, & in
præscriptibilia sint, & sic lex nostra clara
redditur iá, & cessant disputationes docto
rum circa hæc, habes etiam notare quod
lex nostra in prima parte vbi prescriptioné
permittit, immemorialem tamen, loquitur
quoties cótra regé præscribendum est, nã
si contra eius inferiorem prescriberetur
4 sufficeret ordinaria præscriptio † decem
annorum inter præsentes & viginti inter
absentes, secundum Pala.rub.in repeti.c.
p vestras.§.sed est pulchra dubita.n.48.

folio. 83. & D. Coua. vbi supra. 2. par. §. 3. nume. 5. & Auenda. d. cap. 1. n. 21. versicu. siue rogatur lib. 1. & communem testatur Ias. in l. imperium num. 20. ff. de iurisdict. om. iud. & Balbus de præscriptio. 2. p. 5. p. princip. quæst. 3. & Alex. cons. 16. nu. 27. lib. 5. & communiorem testatur nouissime. Mene. l. si quas actiones nu. 53. cũ sequent. C. de seruit. & aq. & qualiter præ-
5 scriptio immemorialis † probetur extra casum nostræ legis, in eius enim casu, & materia debeat probari secũdum l. 41. tau. positam sub l. 1. tit. 2. li. 5. tradit D. Coua. vbi supra numer. 7. vbi ponit differentias inter præscriptionem immemorialem, & centenariam, & Auend. in c. 6. nu. 6. libro 1. Qua quidem immemoriali possessione probata modo & forma requisitis directũ
6 dominium † probatur, secundum Bal. in l. traditionibus. C. de pact. & Ias. in §. omniũ instit. de actio. nã probatio huius temporis pro veritate habetur, secundum Auẽdan. cap. 4. præto. numer. 10. lib. 2. & hoc modo possessor probat se verum domi-
7 num esse, † & possessorem vt in capit. super quibusdam. §. 1. de verbo sig. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aq. cot. & æst. per gloss. l. 1. C. de seruit. & aq. Feli. in capi. cum à nobis de præscriptio Ias. & Rip. in l. quo minus ff. de flum. de quo late per D. Coua. dict. cap. possessor in initio. 2. par. princip. quæst. 2. nume. 1. cum pluribus sequentibus & Aymon de antiquit. temp. versicu. sed cognitus num. 1. cum pluribus sequentibus, & in. §. absolutis differentijs quæst. 2. num. 9. fol. 139. & P. P. P. consi. 112. numer. 21. lib. 1. plura de immemoriali dicendo, & consi. 21. in præsenti consulatione, num. 33. lib. 1. & hoc dum modo præscribens capax sit illius iuris præscribendi, secus si esset incapax nam tunc non sufficeret immemorialis pro titulo, sed titulus requireretur, secundum Abb. in cap. 4. n. 2. de const. & Couar. lib. 1. var. c. 17. n. 6. in fi. & Auen. in nostris terminis in. d. c. 1. n. 20. ad. fi. li. 1. vt puta quoad ecclesiasticos qui si præscribere velint iurisdictionem
8 laicos incarcerandi †, & capiendi, non sufficeret præscriptio hæc immemorialis, si & sciẽtia & patiẽtia regis nõ pbaret, vt dixi in l. 14. gl. 2. limi. 1. ti. 1. sup. isto li. & gl. seq. dicemus quia reprobata ibidẽ in illa l. 14. cõsuetudine nõ dum scientia & patiẽtia regis nõ solũ præterita sed & futura etiã immemorialis reprobata cẽset, vt diximus late in l. 3. tit. 1. li. 2. supr. & nõ intelligas ideo in materia nostri tex. immemorialem requiri, quia præscriptio iurisdictionis causam discõtinuam habeat, nam non habet, sed conti-
9 nuã † prout asserit D. Coua. vbi supra d. n. 5. versi. hinc apparet & prout communẽ testatur Villalo. in suo erario mill. cõmu. opin. litera. P. n. 291. sed quia regi competit iurisdictio & ciuitates, & villæ, & populi alij, ipseq; & non alius habet insignia meri dominij, & qualiter acquiratur quasi
10 † possessio in iurisdictionibus & de effectu huius quasi possessionis in iuribus personarũ, & in iurib' officiorũ, vel obligationum, & qualiter probetur hæc quasi possessio & alia similia remissiue tradit Greg. Loan. l. 1. gloss. fi. titu. 30 p. 3. & ex ijs. & præsertim ex tex. nostro solum immemorialem præscriptionem admittente in materia eius notabis quod minor præscriptio
11 sine titulo, quam immemorialis † non sufficeret contra regem etiam eius scientia, & patientia probatã, prout optime aduertit Coua. vbi sup. d. n. 5. versicu. ex his primo, contra Ias. ibi relatum & Menoc. d. n. 53. & Auenda. d. cap. præt n. 20. in fi. lib. 1. nam limitata dispositio limitatum producit effectum, sed tamen immemoriali probata non requiritur probatio scientiæ & patientiæ, vt in hac. l. dicemus Deo volente, & immemorialis dicitur illa, de cuius initio non est memoria in contrarium, quo fit vt si aduersus probationem huius immemorialis præscriptionis probetur certum quasi possessionis initiũ,
12 idque vitiosum †, etiã vltra centum annos à die motæ litis exclusa erit præscriptionis immemorialis probatio, & vis, secundum Coua. d. 2. p. cap. possessor. §. 3. num. 7. ad. fi.

Ibi, [que es la ley. 1.] vbi latius Deo volente de his dicemus.

Ibi, [baste,] hic approbatur iã clarissime cõmunis illa opinio, quę d iure ciuili aderat merũ, & mixtũ imperium iurisdictionem
13 criminalem, & ciuilem præscriptione † acquiri posse, disponens, quam tenuit gloss. iurisdictionem in authen. defensor

ciuit. §, ius iurandum & communem eam testantur quam plures relati per D. Coua. dict. cap. possessor. §. 3. 2. p. num. 1. corrigique videntur leges partitarum, scilicet. l. 18. tit. 4. p. 3. & l. 6. tit. 29. pa. 3. probantes merum imperium præscribi non posse, nisi leges illas intelligas, vt procedant secundum nostræ legis partem, scilicet, quantum ad præscribendam regis supremam iurisdictionem, quo ad hac enim nulla sufficeret præscriptio, & sic concordant potius cum nostra lege quam discordant, & hoc modo voluit eas intelligere Villalo. in sua antinomia iur. ciu. & regijs litera. P. num. 27. & Grego. Lop. in ea. l. 6. titu. 29. p. 3. in gloss. iusticia qui tamen intellectus mihi ad dictas leges diuinatorius videtur, ideo & melius dici potest leges illas partitarum loqui in præscriptione longi temporis, quæ quidem non est sufficiens absque titulo, ad præscribendum merum & mixtum imperium prout ex. l. illa 18. colligitur, ibi, por luengo tiempo, & secundum eam etiam declaretur. d. l. 6. vt

14 † in præscriptione illius longi temporis loquatur, nō vero in immemoriali prout noster tex. loquitur; & sic leges illæ non sunt nostræ contrariæ, neque per nostrū text. corriguntur, sed potius fortificantur & declarantur hoc scilicet, modo quod quamuis leges illæ partitarum loquantur in alia potestate & iurisdictione, quam suprema, prout in effectu loquitur dict. l. 6. in quantum præscriptionem eius excludant, procedant in longi temporis præscriptione, non vero in immemoriali, quā d. l. 6. exclusisse non censetur & per. l. nostram permittitur & hanc nostri tex conclu. ex eo colligit. Did. Per. hic in. d. glo. 1. sub. l. 6. tit. 13. lib. 3. ord. & Auend. d. ca. 1. præt. n. 19. lib. 1. & D. Coua. vbi sup. optime eam examinans in. d. nu. 1. & per totū illum. §. optime l. nostram declarabat secūdum literam eius antiquā & Auiles. c. 1. in prin. n. 8. in cap. præt. fol. 20. & Villalo. in dict. ærario mill. com. opi. litera. P. n. 289. cū. 3. seq. quæ quidē conclu. l. nostra attenta non solum procedit quoad præscriptionem immemorialem ante eius promulgationem impletam, sed etiam inpost eam acquirendam in qua etiam tempus istud immemoriale sufficiet, prout ex text. nostro patet, ibi, tienen y possee, & sic de præterita loquitur iunctis verbis illis, baste para adquirir, quæ futuri temporis sunt, & sic etiam de inposterum acquirenda præscriptione tex. noster loquatur, maxime cum tex. noster quā plurima verba contexturę antiquæ resecet & explodat, ita vt non sit iam necesse tractare de intellectu ad legē nostram circa hæc assignato per D. Coua d. §. 3. n. 4. versi. tertia legis pars dicentem primam partem eius litera antiqua attenta loqui in præscriptione, iam ante legem illam obtenta, tertia vero pars in obtinenda post eam, quem intellectum sequebatur Auend. d. c. 1. præt. nu. 21. lib. 1. & Didac. Perez hic colum. 1244. in fin. sed indistincte tenendum iam sit quod in iurisdictionis meri & mixti imperij, & ciuitatum populorumque acquisitione præterita, vel futura immemorialem sufficere præscriptionem. Maior tamen difficultas, quæ in propositum huius conclu. nostri tx. adest, est num in hac immemoriali iurisdictionis præscriptione, scientia & patientia regis

15 contra quem præscribitur requiratur, † & breuiter dicendum est non esse necessariam quoties immemorialis probatur præscriptio, quia per dictum tempus scientia illa & patientia præsumitur, prout communem testatur Balbus in tract. præscrip. 2. p. 3. par. quæst. 6. & magis communem testatur Alex. cons. 5. n. 6. vol. 1. quos refert D. Couar. in dict. c. possessor. in initio 2. partis. n. fi. versi. tertio supra, & Villalo. in ærar. mil. com. op. litera. P. n. 299. & cō muniorē itidē testatur Ioan. Orosci in. l. imperium. n. 17. ff. de iurisd. om. iud. quā & tenet Tiraq. de nob. c. 14. n. 4. & Auen. di c. 1. n. 22. in prin. lib. 1. & Did. Per. hic plures allegans colum. 1243. vers. dubitatur præterea & nouissime Pelaez inde maioratib⁹. 1. p. quæs. 62. n. 13. & tenet etiam eosdē allegans D. Ant. Mene. in. d. l. si quas actiones. n. 51. 52. C. de seruit. & aqu. vbi n. 53. inquit quod si minori tempore quā immemoriali præscriberet, si posset, scientia & patiētia regis cōtra quē præscribit, deberet ꝓbari, prout & tenet Villalo. vbi supra. d. n. 299. in quo casu sm eun. D. Ant. ibidem. n. 56. sufficiet tunc probare scientiam & patientiam magistratuū ac prætorum in loco illo, vbi præscriptio allegatur

&

& inducitur, interessentium, prout & tenet D. Co. d. c. possessor in initio. 2. p. col. ante pen. & communiter teneri dicit Bur. de Paz, in l. 1. taur. n. 233. & Villalo. in d. ærario litera. P. n. 299. in fi. neq; cótra hãc cõmuné & magis có. opinioné obstabit si
16 quis dixerit ex l. 15. tit. 1. sup. isto lib. videri reprobatam consuetudinem præteritã incarcerandi laicos per ecclesiasticos iudices, vt pote quia erat sine scientia & patiétia regis quasi requiratur ex hoc scientia, scilicet & patientia, & cum tex. ille absq; illis reprobet præteritam consuetudinem; nó solum præterita, sed & futura reprobata censetur, & si immemorialis sit, vt diximus laté in l. 3. tit. 1. lib. 2. sup. quia lex illa 15. loquitur quoties per ecclesiasticos iudices inducitur consuetudo & ex ea iurisdictio capiendi laicos & incarcerandi, tũc enim scientia hæc & patientia requiritur, tum quia ex acquisitione & præscriptione hac maximum prçiudicium regi fit, quia
17 non præscribitur tunc † accumulatiué, sed priuatiue, non sic quando præscribitur per seculares & laicos quia tunc accumu
18 latiue † præscribitur, prout aduertit Auenda. n. 22. relatus per Villalob. vbi sup. d. nu. 299. & idem si per ecclesiasticos quo ad episcopum acquiratur iurisdictio per præscriptionem, nam & hæc accumulatiué ac
19 quiritur, † prout hanc magis communé, & in praxi seruandam testatur Coua. c. alma mater. 1. p. §. 11. n. 3. per totum nisi secundum eum ibi detur & probetur actus aliquis prohibitiuus & postea probetur inducta præscriptionem, nam & tunc pri
20 uatiué † erit, tum etiam quia per leges regias est prohibitum né ecclesiastici iudices laicos capiant & incarcerent, neq; vsurpét iurisdictionem regiam vt per plures leges illius ti. 1. supra isto lib. patet, & si hoc per ius hoc regium prohibetur & reprobatur, merito quod nulla consuetudo in acquisitione huius iurisdictionis regiæ per ecclesiasticos valeat præterita neque futura, nisi scientia & patientia principis inducta sit quamuis sit immemorialis consuetudo ex relatis & ex dictis per Aymonem de antiquit. temp. 4. p. nu. 134. imo & quod plus est quod tentari posset, etiam data scientia & patientia regis per nullum tempus eius iurisdictionem præscribi posse per ecclesiasticos iudices, tanquam eius in capaces, vt paté quia prælati territorium non habent, & ideo præscribere non possunt, prout aduertit Villalob. in d. ærario mille. com. opin. d. n. 299. ad fi. nam merum im
21 perium non præscribit † nisi qui territoriũ habet, secundũ Orosci. d. l. imperiũ. n. 14. neque obstaret tunç d. l. 15. quia ex illa nó est sumendum argumentum à contrario in præiudiciũ maximum regię iurisdictionis proueniens ex eo quod ecclesiasticis iurisdictionem hanc acquirerent, prout sumeretur si diceremus legem illam aduersus hanc doctrinam facere saltem quoad consuetudinem prætensam ante illius. l. 14. 15. supra isto libr. tit. 1. vt in illa l. 14. diximus, sed quod requiratur in prælatis, & personis ecclesiasticis demonstratio tituli illius iurisdictionis, prout voluit Pala. Rub in repetitione. c. §. sed est pulchra dubitatio. n. 43. fol. 83. & id probat ex text. in l. 4. tit. 1. lib. 2. ord. quæ ponitur pro l. 3. tit. 1. supra isto lib. licet quia consuetudo & præscriptio aliquatulum differunt, vt poterit videri ex Rebuf. in tract. de decim. quæst. 13. n. 45. & Melius idem in. 3. tom. const. Fran. tit. de consuet. vsu & stylo in præfatione. n. 14. cum alijs sequent. & latius ex Orosci. in l. de quibus. ff. de leg. colu. 178. numero. 43. & Couarru. in capitulo possessor. 2. par. §. 3. numero. primo in fin. cum sequenti. & consuedo consensum exigit, præscriptio vero aduersus inuitos datur, secundum Orof. vbi sup. l. illa. 25. quæ in cõsuetudine loquit, & suprad. nó videntẽ extédéda ad prçscriptioné, & sic quãuis p consuetudinem immemorialé etiã data scientia, & patiétia regis ecclesiastici iudices non possent regiã iurisdictionem ante illam legem acquirere, possent tamen per viam præscriptionis immemorialis data dicta scientia, & patientia regis siue eius officialium in locis vbi prçscriptio inducitur, ex capitulo primo de præscriptio. in sexto, & quia de iure habemus prælatos præscriptione acquirere posse iuris dictionem, secundum Auen. d. c. 1. nu. 24. lib. 1. per tex. in l. 2. tit. 1. supra isto lib. quæ licet titulo, & priuilegio loquatur, idem dicendum videtur de præscriptione immemoriali, cum vim priuilegij & tituli habeat

diff.ª consuetudinis et prescriptionis

habeat, secundum Auen. ibidẽ. n. 21. versi. tertio deducitur. & Bur. de Paz in proemio legum taur. in nu. 42. vbi inquit immemo
22 rialem consuetudinem † tantum posse sicut imperator cum causa, licet secundum eund. Auen. ibi. num. 25. multum differat ex priuilegio, an vel præscriptione, merũ imperium acquiratur, & habeatur, & ideo secundũ eund. Auenda. ibidem nu. 24. & circa prælatos & ecclesiasticas personas. l. nostra locum habet, prout & in. d. l. 14. ti. 1. supra. hoc lib. dictum remanet, & sic declarabis etiam. l. 2. tit. 1. sup. isto lib. quæ cõtraria ijs videbatur, & fundatur ex dictis per Coua. d. §. 3. 2. p. num. 1. in. fi. differentiã constituentis inter consuetudinẽ & præscriptionem, circa quos tamen prælatos & ecclesiasticas personas post illius. l. 15. promulgationem hoc plus specialitatis ex. d. l. 15. inducta videtur siue quoad consuetudinis probationem, siue præscriptionis vt dicta scientia & patientia regis contra quem præscribitur requiratur, vel suorum officilium in locis illis vbi consuetudo allegatur, quæ quidem patientia in laicis non requirereť neq; est necessaria ex tx. nostro siue in præscriptione immemoriali siue in immemoriali consuetudine se fundent, quamuis non careat scrupulo apud alios licet non apud me hæc specialitatis inductio circa consuetudinis immemorialis allegationem, per ecclesiasticos, sed illa. l. 15 multum vrget quod obstet ecclesiasticis quoad consuetudinem, sicut & quoad præscriptionem vt dixi & ibidem in illa. l. 15. verbum costumbre, pro præscriptione sumendum credo, saluum vt sicut ex illa lege consuetudine immemoriali acquiri potest iurisdictio per ecclesiasticos data regis, vel suorum scientia & patientia, sic & ex nostra lege præscriptione immemoriali cum dicta scientia & patientia ecclesiastica acquirere poterunt, prout in iure pluries sumitur, & alia de. d. l. 15. dixi in. l. 14. glossa magna prima limitatione titulo primo supra isto libro, ex quibus con-
23 clusio elicitur † scilicet, quod si allegatur præscriptio immemorialis & probetur circa iurisdictionem merum & mixtum imperium, & loca & ciuitates si per ecclesiasticos cum scientia & patientia regis aut officialium suorum, si vero per seculares absque scientia & patientia. prout neque quo ad seculares et articulum super scientia regis neque suorum officialium, hucusque factum esse asserit Burg. de Paz & in literis, & causarum negotijs satis versatus in. l. prima taur. numero. 233. valida erit ipsam immemorialem probando, cum requisitis nostri tex. neque erit necessaria probatio neque eius allegatio, secundum Auendañ. vbi supra numero. 22. communis, secundum D. Couarru. dict. §. 3. numero. 7. ad fin. & Cassane. in consuet. Burg. rub. 1. de iustices. §. secundo, gloss. le seigneur versiculo, & ea prenue. numero. 7. fol. 26 nisi adsit ius in contrarium prout in casu l. 7. titu. 29. par. 3. vt ibi notat gloss. 1. limitatione. 2. & Auendañ. cap. 1. prætor. numero. 8. libro. 1. quoniam tunc vltra præscriptionem hanc requiretur saltim allegatio tituli, vel probatio scientiæ & patientiæ illius contra quem præscribitur vt in ecclesiasticis dictum est iam, sed vbi ius permittit vt hic in laicis, sola immemorialis sine tituli allegatione sufficiet, neque scienriæ & patientiæ probatio requiritur, quoad consuetudinem vero inducendam etiam vltra immemorialem in ecclesiasticis iudicibus, scientiæ huius & patientiæ regis, vel suorum officialium requiretur probatio ex illa. l. 14. quoad laicos vero consuetudine aut præscriptione immemoriali se fundãtes, nulla patientia & sciẽtia regis neque suorum officialium requiritur, & sic per. l. illam. 15. lex nostra declaretur. Neque contra primam huius nostræ conclusionis partem obstabit siquis dixerit, ex lege nostra, sm̃ hoc duo specialia circa idem concurrere, contra regulã iuris in. l. fin. C. de dot. promiss. primo quod possessio immemorialis sufficit, secundo quod sufficiet sine scientia, & patientia, quia hæc non possunt dici specialia, vtpote quia primum quod speciale Villalobos vbi supra vocat, non est cum id de iure dispositum reperiamus, prout ex dictis apparet, secundũ vero itidem cum in immemoriali præscriptione vt dictum est, scientia & patientia regis contra quem præscribitur præsumatur ex tanti temporis transcursu, princepsque ipse huius legis conditor, per eius dispositionem præscriptioni huc

huic volũtatem suam accommodat, nullã que scientiæ & patientiæ probationem requirit, sicut neq; de iure ciuili per communem illam in princ. huius gloss. assertam requirebatur in præscriptione hac. Sed an &
24 bona fides probãda erit in iurisdictionis † huius præscriptione immemoriali, & dicẽdum est quod non, quia indubio præsumitur bona fides, prout in terminis nostris inquit Auen. c. 5. præt. n. 3. li. 1. & in d. c. 1. li. 1. n. 21. vers. hodie vero, d͛bet tñ allegari, secundũ Cæpo. deser. vrb. c. 20. n. 2. & 3. & eun. Auen. c. 6. præt. n. 8. concl. 9. li. 1. vbi plus dicit quod in immemoriali & si nõ allegetur præsumitur, tñ semper eã allegari, quia in iurib' incorporali', cõmunior & verior est opinio q requiritur probatio
25 bonæ † fidei, licet non desint qui cõtrariã cõmunem dicãt, sm̃ D. Anto. Mene. d l. si quas. n. 36. C. deser. & aq. eò tñ quod immemoriali probata titul' dat & presumit, sufficiet & in incorporalib' bonæ fidei allegatio licet nõ probetur si mala fides nõ p betur in cõtrariũ, nã si cũ titulo possidetur
26 sufficit bonæ fidei allegatio, † neq; probatio eius requiritur, sm̃ Cæpo. deser. vrb. c. 20. n. 2. ergo & in immemoriali prescriptione probata, ex qua titulus datur, sufficiet allegatio bonæ fidei, neque probatio eius requirit, imo & in præscriptione. 30. vel. 40. annorũ eius allegatio sufficiet, nã
27 ibidẽ bona fides † præsumitur, sm̃ Afflict. deci. 40. n. 12. etiã si à princ. res vacua aprehẽdatur, prout communẽ cum Bar. testãtur relati per D. Coua. d. c. possessor. 2. p. §. 8. n. 3. vers. illud tñ cum seq. & Villalo. in d. ærario litera. P. n. 284. & Menoch. in de recup. pos. 13. rem. n. 70. vbi cũ. 2. seq. alia de ijs dicit, imo & tũc sufficiet bonã fidem allegare in iuris informatione & tẽpo
28 re disputationis, sm̃ Afflict. deci. 178. n. fi. ideo vt omnia incõuenientia euites semper allegabis bonã fidẽ, imo & si potueris eã probare proba, nè forte mala fides probetur in contrariũ cõtra te & vincaris, nã
29 immemorialis præscriptio † nihil operat, probata mala fide cõtra præscribentem, sm̃ D. Coua. d. §. 8. n. 4. per tot. & Menoc. vbi sup. 15. re. n. 47. & tradit Tiraq. in tract. de præscriptio. §. 1. gl. 2. per tot. vbi late de bona fide agit, & si Cassa. in cõsuet. Bur. rub. 1. de iustices. n. 7. fo. 26. aliud & male velit, dicẽs bonã fidẽ non requiri in immemoriali, nisi eũ intelligas quoad probationem vel allegationẽ eiu, requiritur tñ vt præscriptio etiã immemorialis procedat & efficax sit aliàs data mala fide nihil proficiet.

Ibi, [Villas y Ciudades,] sed non nè per l. 3. ti. 10. lib. 5. hec imprescriptibilia sunt, ergo lex nostra aut illa procedere nõ potest : ideo pro earum intelligentia videnda sunt, quę ibidem in dict. l. 3. in gl. de su naturaleza, Deo volente dicemus, est enim maxima contrarietas inter has leges maxime attenta l. prima eiusd. tit. 10. lib. 5. vt ibidem videbitis, Deo annuente.

Ibi, [y parte de ello,] ex ijs verbis notandum est quod licet litera & contextura nostrę legis antiqua attenta, in præscriptione ciuilis iurisdictionis quadraginta anni sufficiebant prout ex ea notabat Auendañ d. cap. 1. num. 21. in princ. lib. 1. & D. Coua. in dict. 2. p. dictæ regulæ, possessor. §. 3. num. 4. versicu. tertia huius & Didac. Perez hic sub l. 6. tit. 13. lib. 3. ord. colum. 1248. in. fi. nunciauit ijs verbis nostræ legis attentis, etiam in ciuili sola, vel criminali sola, sicut in ambabus simul iunctis, eadem præscriptio immemorialis requiratur
30 † quæ est mea & noua consideratio & vera meo iudicio.

Ibi, [annexas y pertenescientes,] sed nõne prescripta re principali, accessoria ei censetur præscripta vt. l. eos. C. de vsur. quam in hoc commendat Anto. Gom. to. 2. c. 11. n. 45. & cũ principale est imprascrip
31 tibile, accessorium † itidẽ est, vt est tex. & ibi Abb. n. 6. in c. cũ ex officij, de præscriptio. notat Pela. de maioratib'. 4. p. quæst. 1. n. 36. in. fi. fo. 406. ergo verba hæc superflua censenda sunt, quæ tamen obiectio faciliter cessat, si dicamus prout dicendum est vt eã euites quod cũ præscriptio sit stricta, & tantũ præscriptum, quantũ possessum, regula iuris sit ne in dubium reuocari posset an annexa præscripta essent, nec nè. verba hęc posita fuere, vt omnis dubitationis occasio tolleret, nã si iurisdictio fuerit simpliciter præscripta in aliquibus actibus
32 intelligit præscripta in connexis † inseparabilib' à principali, & hoc quãdo principale non potest stare sine connexis, sm̃ Bal. l. eos. C. d͛ vsur. bon' tx. l. si in aliena. §. 1. ff d͛

vsuf. quæ ad hoc allegat Cassane. in consu. Burg. ti. des iustices rub. 1. in prin. n. 96. fo. 20. & sic in connexis inseparabilibus à principali legem nostram intelliges.

Interruptio praescriptionis

Ibi, [interrũpido,] quibus modis inter-
33 rumpatur præscriptio † tradunt DD. nostri in. l. 65. tau. vbi Deo volẽte aliquid dicemus, quæ est. 7. huius tit. & tradit Bal. in trac. præscrip. 3. p. 6. partis principis per totã & don Anto. Mene. in. l. si. aquã. n. 64. cum pluribus sequen. C. de seruit. & aq. & D. Coua. in. d. c. possessor. 2. p. §. 12. per totum & per DD. in locis alijs ordinarijs latè de ijs agitur. Sed an si quis vi expellat̃ in continenti tamen recuperet possesionẽ
34 interrumpetur pręscriptio, tradunt glos. & DD. in. l. si quis ad se fundum. C. ad. le. Iul. de vi pub.

Ibi, [o otros en nuestro nombre,] puta si vassalli, & vicini ciuitatis, vel loci illius vbi pręscriptio inchoatur, vel iã cæpta est nondũ tamẽn impleta, cõtradicant, nolintque consentire in iurisdictionẽ præscribentis, & sic ijs attentis in hac possessione, vel quasi iurisdictionis acquirendæ, patientia vassallorum loci vbi præscribitur requiratur prout requiri asserebat Innocen. relatus & secutus per Matth. Afflict. decisio. 301. n. 1. ita quod neque per regẽ aut eius vassallos contradictum sit.

Ibi, [natural, o ciuilmente,] duplex est
35 enim interrumptio † naturalis, scilicet & ciuilis, de quibus & earũ exemplis, tradit vltra allegatos in glos. interrumpidos supra hac. l. D. Anto. Mene. d. l. si aquam. n. 99. cum pluribus seq. C. de seruit. & aq. & p D. Coua. ante eũ in. d. c. posse. 2. p. §. 12. p totũ.

Ibi, [pero la iurisdicion,] hic constituto secundam nostri tex. partem, in qua de suprema iurisdictione regi cõpetẽte insignũ vniuersalis dominij, & de portagijs & tributis in recognitionẽ tãti dominij ei debitis & soluẽdis, agitur & tractat̃, & in ea circa primã huius secũdę partis partẽ constituitur cõclusio singularis. s. quod nullo
36 vnquã tẽpore præscribi potest † suprema hæc potestas, quæ in eo versat̃. s. ꝗ ab omnibꝰ inferioribꝰ iudicibꝰ ad principẽ appellet̃, ipseq; princeps in defectũ dominorũ inferiorũ & eorũ negligẽtiã cognoscat in terris eorũ de qua etiã tradit in. l. 1. tit. 1. s. isto lib. hęc em̃ suprema potestas imprærscriptibilis, nulliq; præscriptioni cẽtũ annorũ neq; immemoriali subdita existit, ꝓut ex tex. nostro probat̃ qui cũ d̃ immemoriali pręscriptione in. 1. parte præmiserit eãq; cõcesserit quãtũ ad iurisdictionẽ simplicẽ merũ & mixtũ imperiũ ciuitatis, populos, & villas. vel ꝗlibet eorũ, negãdo post in hac. 2. parte, ꝓut negat, quãtũ ad hanc supremã potestatẽ præscriptionẽ aliquã nõ sufficere, intelligẽdũ est nõ solũ centenariã, quæ minor & minꝰ priuilegiata est quã immemorialis sm̃ D. Cou. d. c. possessor. 2. p. §. 3. n. 9 sed & ipsam immemorialẽ exclusisse, alias nõ esset nostra. 2. pars. exceptio 1. partis, & quia cũ præscriptio in hac. 2. parte quo ad cõtenta in ea reprobet̃, nõ solũ ordinaria, sed & immemorialis reꝓbata cẽset̃, argumento glossę quæ de cõsuetudine loquitur in clem. statutũ de electione. de qua late diximus in. l. 3. tit. 1. sup. lib. 1. & notat Rip. in. l. quo minus. nu. ff. de flumi. vbi inquit ita DD. tenere in. c. cũ ex offi. de præscriptio. cum cõsuetudini vt plurimũ assimilet̃ præscriptio, & si immemorialis quę priuilegiatior est & validior quam centenaria, excluditur à fortiori centenaria ipsa censetur exclusa per argumentũ à minori negatiue conceptũ ꝙ validissimũ est in iure, vt per Euerar. in centuria locorũ, in loco à minori, neque obstat si dicatur quod lex nostra in. 2. par. de immemoriali cõsuetudine & præscriptione nõ esset intelligẽda, quia in centenaria verificari posset, & in quadragenaria cum titu. ex text. nostro quę & quoad simplicem procedit iurisdictionem acquirendam, & cum in alia quã immemoriali, posit verificari, secunda nostræ legis pars, non est in immemoriali intelligenda, ex dictis per Auendañ. respõ. 16. numero. 1. & 2. quia licet hoc verum esset, non tamen procedet quoties ex dispositione & mente legis patet ꝙ immemorialẽ pręscriptionem tollere voluerit, quia tunc & si incẽtenaria verificari posset & immemorialẽ sustulisse censendũ est, ex. l. tamen nostra hoc clarissime patet legislatorẽ voluisse & non aliud, cũ de ea in prima præmiserit parte, & hæc secunda pars est exceptio & limitatio primæ. ergo exceptio debet esse de regula, & sic de immemoriali intelligi secũda pars, de qua in prima parte lex nostra locuta est, quod &

& clariſsime probatur ex verbis illis, ſecundæ partis, ibi, por el dicho tiempo ni por otro alguno, & ſic tenendum eſt nullam quoad ſecũdam noſtræ legis partem ſuffi cere temporis præſcriptionem, neque lapſum, prout in expreſſo tenuit Couar. dict. cap. poſſeſſor. 2 part. §. 2. num. 8. verſic. ex his vero, & Villalob. in antinomia iuris ciuil. & regij, litera. P. num. 27. & Auenda. cap. 5. præt. num. 2. lib. 1. & idem D. Cou. in pract. cap. 1. num. 9. verſi. ſecundo hinc, & in cap. 4. num. 1. eo quod neque vt ibi ipſe dicit, alienari poteſt, neque à ſe illam ſupremam iuriſdictionem princeps tollere excutere, vel repellere, prout & tenet Auiles, cap. 1. præt. gloſ. 1. num. 3. & Did. Perez, in. l. 5. titul. 4. lib. 1. ordin. col. 186. & diximus in. l. 1. titul. 1. ſupra iſto libr. & ſic licet in donatione iuriſdictionis per re-
37 gem alicui facta non reſeruetur † ſuprema hæc regis iuriſdictio, non cenſetur cõceſſa, ſecundum text. in. l. 5. colum. penul. titul. 15. part. 2. & l. 1. titul. 10. infra lib. 5. quantumuis latiſsimis verbis donatio conciperetur, ſecundum Auend. dict. capit. 5. præto. num. 2 in princip. libr. 1. & hoc eſt quod voluit Caſſan. in conſuetud. Burg. rub. 1. de iuſtices in princip. num. 107. fol. 21. & ſic remanet noſtra concluſio, vera & firma, ſcilicet quod nullo vnquam tempore hæc ſuprema iuriſdictio regis præſcri bi poteſt, ex text. noſtro & dictis iuribus,
38 in deſtructionem & correctionem † communis & magis communis opinionis, relatę per Felin. in cap. cum non liceat de præſcriptio. & Greg. Lop. in l. 6. titul. 29. partit. 3. in glo. tributos, & Didac. Perez, hic ſub. l. 6. titu. 13. lib. 3. ordin. colum. 1244. verſic. ex tertia parte, & Balb. relatum per Villalobos in dict. ærario, litera. P. numer. 293. vbi dicebant centenariam ſufficere, & ex contextura antiqua noſtræ legis ita colligebatur, prout & colligebat Couar. dict. cap. poſſeſſor. 2. part. §. 3. num. 4. verſiculo, tertia legis regiæ pars, quæ tamen communes opiniones per text. noſtrum remanent correctæ, ſecundum Villalob. dict. num. 27. ita conſiderantem & bene, & ſic quod nullo tempore præſcribi poteſt hæc regis ſuprema poteſtas, prout in
39 papæ ſuprema † poteſtate, aſſerit Innoc. in cap. bonæ, el. 2. de poſtul. prælat. communiter approbatus, ſecundum Franc. Varg. in tract. de iuriſdict. epiſcop. & Pont. Max. authoritate, axiomate. 1. pag. 2. in parua impreſsione Venetijs facta, & latius, in confirmatione. 6. cum aliquibus ſequenti. confirmationibus id proſequitur & tenet, & multa de hac ſuprema papæ poteſtate, pertractat curioſa & ſingularia, inquit tamen D. Couar. in dict. cap. poſſeſſor. 2. p. §. 2. num. 8. dict. verſic. ex his vero frequẽtius per DD. probari poſſe ſubditum alicu
40 ius principis ſecularis † exemptionẽ pręſcribere, eo quidem ſenſu vt nemini ſubiectus ſit, neque recognoſcat aliquem in dominum.

Ibi, [Anſi miſmo,] hic conſtituo ſecundæ partis noſtræ text. finalem particulam, in qua eodem modo nullo tempore ex dictis in gloſſ. ſupra proxima, & ex. l. 6. titul. 29. part. 3. parificante iura hæc rebus ſacris
41 poſſunt præſcribi tributa hæc † & pedagia regi debita in ſignum vniuerſalis domi nij, pro quo eſt ſimilis text. idem diſponẽs & de quo lex noſtra mentionem fecere vi detur, & ibi notat gloſ. tributos, in illa. l. 6. vbi gloſ. illa inquit nullam conſuetudinẽ,
42 neque præſcriptionẽ † in contrariũ prodeſſe poſſe, reſpondetq; optime legi om-
43 nes. C. de † præſcriptio. 30. ann. probanti, excluſa præſcriptione non cenſeri excluſam illam, quæ ſit 30. vel. 40. annorum, id enim non procedere dicit quoties per legem aliter eſt prouiſum, prout in præſenti prouidetur, & excluditur omnis præſcriptio, ſiue centenaria, ſiue immemorialis, prout in gloſ. ſupra proxima dictum remanet, nam & in morte & in vita hæc tributa regno annexa ſunt, imperium enim ſem-
44 per ſuperſtes eſt, † & ſi præſcribi poſſet eſſet in diminutionem regni & contra vniuerſale dominium, ſecundum Didac. Per. hic ſub. l. 6. titu. 13. lib. 3. ordin. col. 1247. in fin. & ideo quoad cenſus & tributa hęc in ſignum vniuerſalis dominij, & ſupremę poteſtatis & ſubiectionis regi debita nulla præſcriptio locum habebit, de quibus tributis lex noſtra intelligenda eſt, ſecundũ D. Couar. in dict. reg. poſſeſſor. §. 2. 2. partis, num. 8. verſic. ſecunda rerum ſpecies, vbi melius, quam omnes alij, quos viderim bona regia diſtinxit, & præſcriptiones eorum, & idem etiam tenet Auenda.

cap.4.præt.num.20.& 27.lib.2.tenuit,& Iaſ.in.l.imperium,num.20.ff.de iuriſdict. omn.iudic.& Villalob.in ærario mille cō-mun.opin.litera.P.num.298. vbi hanc cō munem teſtatur opinionem ex Pirrho.in conſuet.Aurelianen.de præſcrip.cap.4.& Auiles in cap.1.præt.glo.1.num.3.vbi idē
45 dixit in pertinentibus ad papam † in ſignū ſupremæ iuriſdictionis,ex Innocen.in capit.bonæ,el.2.de poſtul.prælat.communiter approbato per plures relatos per Frā ciſc.de Vargas,in dict.tract.de iuriſdictio. epiſcop.& Pontif.Max.author.axiomate 1.pag. 2.in parua impreſsione,& iterum in confirmatione.8.vbi multa de hac ſuprema papę poteſtate dixit,& ideo niſi vaſ
46 ſallus oſtendat circa hæc titulū † ſuæ poſſeſsionis excludi poteſt ſecundum relatos per Aluarum Velaſ.quæſt.8.de iur.emphiteo.num.32.vſque ad 37.regalia enim hæc quæ regi competunt in ſupremæ poteſta-
47 tis † ſignum & recognitionem ſubiectionis alienari non poſſunt,ex cap.intellecto de iure iuran.quem text.adhoc plura allegando allegat Mencha.de ſucceſsio.crea.
48 §.26.num.39.& melius,num.82.niſi † vt ipſe ibidem dicit,num.83.regnum parum ex hoc læderetur, quia bene liceret alienari non alias,prout aſſerit communem dicens D.Couar.cap.quanuis pactum.2.parte.§.2.nume.4.vbi allegat Matth.Afflict. hæc optimè tractantem,imo & ſi rex alienet aliquid de ſuis ſemper regalia hæc cenſentur excepta,neque veniunt in alienatione,ſecundum D.Couar.vbi ſupra,alio modo hæc ampliantem in dict.num.4.& ſupra diximus in hac lege,& Pelaez de maioratibus.4.part.quæſt.1.num.55.cum ſequentibus aliquibus,fol.406.& iterum ibi in.3.&.6.limit.cum ergo alienari non poſ ſint,neque præſcribi poterunt, quia quæ
49 inalienabilia † ſunt,itidem ſunt impræſcriptibilia,ſecundum text.in.l.ſi fundum.ff. de fund.dotal.tradit Bal.nouel.in noſtris terminis de priuil.dot.6 aut.7.part.priuilegio.8.limitatione.1.Quæ autem regalia dicantur regi, vt ſupremo competentia,
50 & quæ papæ,tradit † Bald.relatus per Iaſ. in.l.reſcripta.C.de precib.imp.offer.eun. Iaſ.in dict.l.imperium,num.20.& Anto. Gom.optime in.l.40.tauri,numer.10.& Montal.in.l.5.titul.11.lib.1.fori,melius omnium Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi.5.part.24.conſiderat.optima.l.5. titul.15.part.2.vbi gloſſ.1.quęrit an mineræ ſint de regalibus,ſed vt infra dicam non ſunt de ijs regalibus impræſcriptibilibus, quia tempore immemoriali acquiruntur, ſicut ſalinæ & tertiæ, quæ licet de regalibus ſint,ſunt tamen de patrimonio regio, ideo præſcribi poſſunt,vt infra dicetur in tertia & quinta bonorum horum ſpecie,
51 & an ſubditi alicuius principis † poſsint præſcribere libertatem & immunitatem à ſoluendis, non quidem tributis & cēſibus dictis,quia ab his non poſſunt hanc immunitatem præſcribere,ſecundum gloſ.fin.l. 6.titul.29.part.3.ſed ab indictionibus, & ſuperinductionibus, quæ non ſoluuntur in recognitionem ſupremæ poteſtatis,ſed pro expenſis belli imminentis,aut pro alijs ipſius principis ſubleuandis neceſsitatibus tradit D.Couar.dict.cap.poſſeſſor.2.par. §.2.nume.8.verſic.ſecunda ſpecies & de ijs iuribus regalibus loquitur prout eam allegat Olanus in concordata litera.P.num. 49.ſi vero bona hæc ſint de alijs regalibus quæ principi ratione dignitatis præſeruantur,& competūt,ita vt nullus præter principem ea expedire poſsit, vt tabellionum inſtitutio, vectigalium inductio, illegiti-
52 morum legitimatio † & horū ſimiliaquorum fit mentio in ca.ſuper quibuſdam de verb.ſignif.hæc per tempus immemoriale præſcribuntur, prout communem teſtatur D.Couar.dict.§.2.2.par.ca.poſſeſſor num.7.verſic.tertia ſpecies,& de ijs bonis loquitur Oroſc.in.l.de quibus,columna. 180.num.54.cum duobus ſequent.ff.de leg.& gl.diez,in.l.5.titul.2.part.1.& Villalob.in ærario mil.com.opin.litera.P.nu. 295.& Montal.in.l.5.titu.11.colum.2.libro.2.for.& Auen.cap.6.præt.num.7.in concluſ.2.lib.1.& Alexand.conſil.6.nu. 3.cum ſequent.aliquibus,lib.1.& in ijs debent intelligi,quæ ipſe Villalobos ibidem dixit,num.293.& 294.alias malediceret, & de ijs loquuntur omnes DD.allegantes dictum text.in dict.cap.ſuper quibuſdam, & an in illis præſcribendis ſcientia & patiē
53 tia † principis contra quem præſcribitur requiratur tradit D.Couar.vbi ſupra,in dicto verſicul.tertia ſpecies,vbi tenet quod ſi tenes opinionem,quā in hac lege,nu.15. tenuit

tenuit tanquam veriorem, & communiorem, quod non requiritur in immemoriali præscriptione scientia & patientia principis, neq; in hoc casu requiretur, & in hoc casu hanc esse veriorem & communem testatur Alexand. dict. consil. 6. numer. 4. & est notandum, quod si hæc princeps concesserit alicui, vel donauerit tempore cō-
54 muni contra hunc † donatarium præscribetur, quia persona mutatur, & sic priuilegium, secundum Suarez in. q. maioratus, num. 24. pag. 437.

¶ Alia vero & tertio sunt bona, quæ fisco principis delata sunt, & hæc etiam præ-
55 scribuntur tempore † de quo per D. Couar. dict. cap. possessor. 2. part. §. 2. num. 7. versicu. res quidem per quem de ijs videri potest, & hæc regij etiam patrimonij appellantur, secundum gloss. Reyes, in. l. fin. titu. fi. part. 6. & Quemada late, in quæstionibus suis in materia fiscali inquisitionis, quæst. 16.

¶ Alia vero sunt bona, quæ principis, vt principis sunt, vt pote, quæ regiæ coronæ tantum competunt, & eius propria sunt, & tamen possunt esse iure communi alicuius priuati, qualia sunt prata pascuorum & saltus ferarum, viuaria, prædia rustica,
56 & vrbana & in eis quoto † tempore præscriptio procedat, tradit licet aliquantulū intricate Dominus Couar. vbi supr. dict. §. 2. num. 9. & an essent hæc præscriptibilia, vel alienabilia dubitauit Auend. cap. 4. prætor. num. 27. in princip. lib. 2. cuius quidē dubitatione non obstante dicendum est, quod hæc præscriptibilia sunt, sed quanto tempore, (præsupposito quod de iure ha-
57 bet princeps fundatam † suam intentionē circa terminos suæ iurisdictionis intra regnum sitos, secundum Auend. cap. 4. prætor. num. 3. lib. 1. & eodem termino diuiso per regem, dando vnicuique ciuitati, vel villæ terminum suum, ciuitas illa, vel villa ibidē
58 intra terminum illum † fundatam habet intentionem, secundum eund. Auendan. ibidem, & optimè Aluarus Velasc. in quæstio. 8. de iur. emphyteo. num. 38. cum sequentibus omnibus, quem post hæc scripta vidi & gauisus sum cum dictis meis acquiescat, prout & reperi itidem hæc tenere Mexia, in. l. de Toledo. 9. fundamento 2. part. num. 50. imo & inquit Auenda. in dict. cap. 4. lib. 1. num. 4. versicul. & ciuitas aut villa, quod non solum quoad dominiū verum & quoad possessionem fundatam habet suam intentionem ciuitas, aut villa
59 in territorio † suo, & sic secundum eund. Mexia, dict. num. 50. non videtur posse regem, terras vni ciuitati concessas alteri donare, & sic villas, ciuitates, & castra regni alienare non poterit, sine consensu omniū
60 principum & populorum † regni, secundum glos. 2. l. 5. titul. 15. partit. 2. optime loquentem) & hoc præmisso dico, quod si regio fiscali procuratore agente contra aliquam ciuitatem, & dicēte terras aliquas proprias regis esse, è contra vero ciuitas suas esse asserat & sui termini, & cum in hoc casu ius resistat ciuitati huic, nam terræ aliæ petitæ sunt intra regnum vbi rex fundatam habet intentionem, nisi ex parte ciuitatis conuentæ probetur immemorialis præscriptio, secundum formā cap. 1. de præscript. in. 6. mediante qua demonstretur terrarum illarum diuisionem esse factam & pro proprijs illius ciuitatis habitas fuisse à tempore illo & quod intra suum terminum & circuitum diuisum existunt, & in hac possessione ciuitatem illā ab illo tempore esse, necessaria erit exhibitio tituli, & aliter in proprietate terrarum minor quā immemorialis præscriptio non sufficeret, cum talis acquisitio sit respectu regis maximi præiudicij, quo casu necesse est posidenti docere de titulo, secundum D. Couar. lib. 1. Varia. resol. cap. 17. num. 7. relatum & sequutum per Auend. dict. cap. 4. num. 7. versic. si vero lib. 1. & quia per immemorialem præscriptionem, vt in hac. l. dictum remanet, titulus adquiritur & nō per minorem, ideo necesse est illam in hoc casu probare dicto modo sicut & si ciuitate petente res aliquas sui termini & districtus per aliquem possessas & occupatas, quæ in vsum communem & vicinorū sunt, cum secundum. l. Toleti debeat de ti-
61 tulo † doceri, secundum Auend. cap. 12. prætor. num. 2. lib. 1. non aliter admittetur præscriptio, vt restitutioni illarum locus non sit, quam immemorialis temporis, quæ titulum præbet, prout in proposito tradit optime Auend dict. cap. 12. numero. 4. cum pluribus sequent. vbi per cōclusiones prosequitur quis titulus sufficiet.

ciet in tali casu circa terminos dictæ legis Toleti, & hoc nisi adsit licentia populi & consistorij eius, quæ licet dari non possit, secundum.l.11.titu.7.lib.7.infra, tamen si detur & ea data trãsierit tempus.40.anno
62 rum, valida erit licentia illa, † si terræ illæ cultiuantur & seminantur tritico auena, vel simili semine, non vero sint plantatæ, imo & tunc per lapsum illum.40. annorũ cum titulo hæreditario allegato & probato illarum terrarum à suis prædecessoribus possidentibus procedente præscribetur contra ciuitatem spacio.40.annorum, secundum Auend.dict.cap.12.præt. numero.27.versic. quando vero lib.1. si tamen tales terræ arboribus aliquibus vineis
63 vel oliuetis † vel alijs arboribus plantatæ fuerint, tunc & si tantum tempus.40.annorum non transierit, non sunt restituendę ciuitati eas petenti, sed imponendus est super eis census quidam, a respecto de cinco marauedis por alançada, qui ipsi ciuitati quotannis soluatur, secundum Auenda. dict.capit.12. numero.22.in fin. cum sequenti. per text. expressum in.l.9.titu.7. lib.7.infra, prout latius ibi Deo volente dicemus, & terræ hæ contra ciuitates præscribendæ, dupliciter per Auend.dict.cap. 4.numer.9.lib.1. considerantur vt ibi per eum, qui in hac materia melius quam alius quẽ viderim loquitur, si tamen essent exi-
64 tus platea ripa, † vel aliquid ex contentis l.7.titul.29.partit.3. illud quod præscribi prætenderetur per aliquem contra ciuitatem, nullus temporis cursus ad præscribẽdum aliquid eorum sufficeret, etiam immemorialis, secundum illam.l.7. vbi glos. 1.ita tenet & verius esse asserit, quam ad hoc allegãt Auend.dict cap.4.num.8.versic.item ex his lib.1.quidquid ipse Auend. dict.capit.12. numero.6.lib.1.voluerit & male quod & hæc etiam præscriberentur immemoriali tempore, sed male dicit, nam cum per legem illam omnis præscriptio excludatur, etiam immemorialis exclusa censetur, secundum quod supradictum est, nisi in simul cum allegatione talis præscriptionis allegetur titulus habitus ab eo, qui concedere illum poterat, & si non probetur, quia tunc sufficeret illum allegare & immemorialem solam probare, secundũ glos.magnam, limitatione.1.in ead.l.7.titul.29.partit.3. & secundum Auendan. dicto cap.12.numero.7.lib.1. qui nisi ita intelligatur male loqueretur ibidem, quẽ quidem titulum si realiter, tu vel prædecessores tui non habuistis, nunquam alleges, quia conscientiam tuam læderes & damnificares, nam ad malum non est ius vtendum, est tamen verum quod gloss. mag.dictæ.l.7.titu.29.part.3. nullam differentiam cõstituit in supra proximis duobus casibus, sed indistinctè vult, quod omnis locus etiam, si non sit platea, exitus, aut defensa, deputatus tamẽ vsui publico & cõmuni populi, nullo tempore præscribi possit, quoad proprietatem, sed tãtum quoad seruitutem in eis constituendam, vt pasculandi, bibendi, & similium seruitutum, & sic dicit in regijs audientijs pronuntiatum quicquid dixerit Suarez allegatione.15. & Auend. in dictis locis, & credo verius, id quod per Gregor. Lop. asseritur. Si vero bona hæc ciuitatis ad vniuersitatem pertineant & non sunt in vsu publico, sed
65 reddit⁹ eorum seruiũt in cõmuni, † vt in casu.l.10. titulo.28. partita tertia, quadraginta annis præscribuntur, secundum dictam.l.septimã, titulo.29. partita tertia, adnotante Auendaño dict.nume. octauo versiculo alia quoque, & sic ex supradictis deducitur, quod si contra principem & regem præscribenda sunt bona hæc huius quartæ speciei, sicut si contra ciuitatem absque titulo præscriberentur, requiritur immemorialis præscriptio, nisi in casibus supra nominatis & dictis, à fortiori & eodem modo requiratur & si contra regem præscribantur, cum ex ea immemoriali titulus constituatur, vt dictum est, & tenere Doctores communiter asserit Auendaño dicto capitulo.12. numero octauo, libro.1. & quemadmodum in hoc casu contra ciuitatem sufficit immemorialis hæc præscriptio si tenemus opinionem Auendaño & Suarez vbi supra quoad.2. primos casus, ita & sufficiat quoties contra regem, cum & ciuitas in suo districto, & rex in suo regno fundatam habeant suam intentionem, & ex.l.final. titulo decimo nono, partita sexta, rex & ciuitas æquiparentur, & sic bona hæc regis regiæ coro-
66 næ † pertinentia dicta immemoriali

præ-

præſcriptione acquirentur. Neq; obſtat
text. in l. 5. titul. 10. lib. 9. infra probans bo-
na regiæ coronæ pertinentia impræſcripti
bilia eſſe, quia procedit, eo quod per con-
tractum bona ibidem declarata regiæ co-
ronæ inalienabilia & impræſcriptibilia fa-
cta ſunt, ideo nimirum ſi talis contractus
ſeruandus ſit, & nota quod vbi ex præſcri-
67 ptione competit ius paſculandi † in alieno
territorio intelligitur ſi paſtus ſuperabun-
det, neque valet conſuetudo in contrarium,
ſecundum Auend. cap. 4. prætor. num. 27.
lib. 1. vbi idem dicit in iure hauriēdi aquā,
& in iure ſcindendi ligna, idem teſtatur ibi
dem ipſe Auend. num. 21. verſic. imo plus
dicerem.

¶ Alia vero & quinto ſunt bona coro-
næ regię inſerta, ſunt tamen patrimonij re
gij, vt tertiæ, & ſalinæ, & alia inſerta in. l.
18. titu. 8. lib. 9. infra, & in. l. 1. tit. 21. lib. 9.
infra, & pœnæ fiſcales, prout dicebat Auē
dan. cap. 24. præt. num. 1. lib. 2. (de quibus
tamen pœnis fiſcalibus iam dictum eſt,)
ideo de eis nihil amplius hic dicemus, ſed
de edictis, quæ ſunt patrimonij regij, de
quibus in dictis titulis, & in. l. 11. titul. 28.
part. 3. per quam ſecundum Suarez in alle-
gatione. 17. verſic. nec prædictis obſtat de
claratur text. in cap. 1. quæ ſint regalia, &
68 hæc talia bona dicti patrimonij regij, † etiā
immemoriali tempore præſcribuntur cū
& alienari poſſint, vt optimè tradit Min-
cha. de ſucceſ. creatio. §. 26. n. 84. eò quod
ſecundum eum ibi rex habet vicem duarū
69 † perſonarum, vna mortalis & vera, cuius
reſpectu quaſi priuata perſona intelligitur,
altera verò immortalis & perpetua non ve
rè, ſed ęnigmaticè, & repræſentatiuè, quæ
durat quandiu ipſa regalis dignitas durat,
& ſuperſtes eſt, ſecundum Bal. conſ. 159.
num. 5. lib. 3. Tiraq. de primogenit. quæſt.
32. num. 22. vnde quod ad regem tanquā
priuatum, non tanquam in regali dignita-
te conſtitutum pertinet, id liberè, & abſq;
vlla cauſa, vel neceſſitate alienare poteſt,
etiam abutendo. l. ſed & ſi lege. §. conſu-
luit. ff. de petitio. hæred. allegata per Min-
cha. ibidem: cum ergo alienari poſſint, &
etiam præſcribi, ideoq; ſupradicta præſcrip
tibilia ſunt, tempore tamen immemoriali,
vt prædictæ leges probant, maximè dict. l.
1. titul. 41. lib. 9. infra, & ſub his poteſt cō-
prehendi ius percipiendi, el ſeruicio y mō-
tazgo, quod quidem immemoriali etiam
70 † tempore præſcribitur, ſecundum text.
l. 16. titu. 27. lib. 9. infra, hæcque poſſunt
comprehendi ſub ſpeciebus bonorum ſu-
prapoſitis, in quibus immemorialis proce-
dit præſcriptio, nam text. ille in dict. capit.
ſuper quibuſdam, de verb. ſig. de ſalinis lo-
quitur, & de tertijs, dict. l. 1. titul. 21. lib.
9. infra, & tamen immemoriali tempore
conceduntur præſcribi, & ideo ſalua ſit ratio-
ne gloſſ. o rentas in. l. 6. titul. 29. part. 3.
per text. l. 8. titul. 1. lib. 6. ord. quæ eſt. l. 2.
titul. 13. infra lib. 6. huius recop. & ſi Auē-
dan. dict. cap. 4. num. 21. lib. 2. aliud & ma-
le velit dicens, tertias impræſcriptibiles eſ-
ſe, fallit tamen: quia de patrimonio regis
ſunt, & ſic alienabilia: & per conſequens
præſcriptibilia, prout ex illa. l. 1. probatur
dum diſtinctiuè loquitur, & licet dicere-
71 tur quod illa. l. 1. titul. 21. † loqueretur
quoties quis velit præſcribere immunita-
tem à ſolutione tertiarum, non verò ſi ius
eas percipiendi, idem tamen dicendum eſt
in vno caſu, quod in alio, & in hoc loqui-
tur dicta. l. 1. dum dicit, toman y ocupan,
neque ius primum excuſandi ſe à ſolutio-
ne tertiarum conſiderari poſſet, cum ex
decimis ſolutis & aceruo illarum facto
fiat diſtributio inter epiſcopum clericos
& regem, ex aceruo illo tertias regi com-
petentes aſſignando, & ſic neceſſario illa. l.
la. 1. intelligenda eſt de iure percipiendi de
cimas has, quod quidem & dicto tempore
immemoriali præſcribi poterit, data tamē
capacitate in præſcribente, alias enim ſi in
capax quis eſſet eas percipiendi nullo tem
pore eas præſcriberet, nam ſecundum ali-
quorum opinionem laici ex regis conceſ-
72 ſione incapaces † ſunt percipiendi tertias
has ipſi regi priuilegio apoſtolico conceſ-
ſas, prout tenuit Montaluus in repertorio
legum in part. decima, ſed ſecundum Pala.
Rub. in rubr. de don. inter. §. 37. num. 13.
& gloſ. non los, in dict. l. 22. tit. 20. part. 1.
73 contrarium vti videmus, † & ideo per lai-
cum præſcribi dicto tempore poſſent, qui
bus de cauſis glo. Gregoriana quam ſem-
per in lecturis meis pro glo. tantum allego
de ea intelligendo, in. l. 6. verbo, o rentas,
titu. 29. partit. 3. inquit redditus ſalinarum
immemoriali præſcriptione acquiri per
quan-

quandam legem ordinamenti, quam ibi allegat, quæ nunc ponitur pro. l. 2. titu. 13.
74 li. 6. infra, † quæ licet alterata videatur per l. 19. titul. 8. lib. 9. infra, vt super eius margine per compilatorem harum legum dicitur, non tamen alterata est in totum, neque in eo quod facit ad propositum & materiam nostram, sed tantũ quoad limites & prohibitiones in salinis positos, vt nullus intra eos existens foras exiret ad salē emendum, hoc enim per dict. l. 19. alteratur & corrigitur, non vero alteratur facultas præscribendi tempore immemoriali, ius salinarum, per illam. l. 2. dict. titu. 13. concessa, & hoc vult dicere verbum, alterada, in margine illius. l. 2. positum, quasi in parte tantum, non vero in totum, nam si in totum diceretur, corregida y reuocada, neque obest, quod dicitur in dict. l. 19. in fin. quod non possint alibi fieri salinæ, neque laborari, ex hoc enim non prohibetur, præscriptio in regalibus salinis vbi datus est ordo laborandi, sed tantum iubetur salinas non fieri per aliquem nisi regia præcedat licentia & facultas, neque etiam dict. l. 2. quo ad alias mineras argenti & auri alteratur, illæ enim, sicut salinæ regiæ tē-
75 pore immemoriali † præscribuntur, quia de regis patrimonio, vt dictum est sunt.

¶ Alia vero sexto & finaliter sunt bona quæ principis propriæ sunt, non tamen ea princeps habet iure principatus, sed vt priuatus, quippe qui ea habuerit priusquam princeps esset, vel etiam post princeps acquisierit, & tunc aduersus principem in eis, sicut contra priuatum admittitur præscriptio,
76 † secundum Couar. in cap. possessor. 2. part. §. 2. num. fin. versic. vltima species, & hæc etiam bona de patrimonio regis dicū-
77 tur, dupliciter enim regis † patrimonium consideratur, secundum D. Anto. Menes. in. l. præses. C. de transactio. & triplicitur, secundum gloss. Reyes. l. fin. titu. fin. part. 6. & de quolibet modo dictum est si bene inspiciatur in præcedentibus, adeo repetere, quæ ab his doctoribus dicta sunt, necessarium non iudico, sed potiùs superfluum & licet in ijs meis commentarijs notari ab aliquo possem, quod DD. antiquos passim non allego, malo vitio hoc, si tale dici potest notari, quam relatione doctorum ab alijs congestorum & allegatorum, aures legentiū prægrauari, prout aliquos video facere, & quod peius est, tacere eos à quibus desumpserunt aliorum labores, honorem sibi capere cupiendo, quem apud doctos, & graues amittunt, cum opus enim fuerit, non solum DD. sed & leges & glossas, & sciemus allegare & ponderare & in ijs operibus breuitati, & non vanis, & amplis & tumidis linguarum verbis, ne dicam furtiuis, attēdendum est, & an in quo-
78 libet † horum patrimoniorum regi competat restitutio si lædatur tradit glossa illa dictæ. l. final. titulo. final. partita sexta.

L E X. II.

S V M M A R I V M   L E G I S.

Ius exigendi & percipiendi gabellas nullomodo potest alij quam regi competere etiā ex præscriptione immemoriali, vel quacumque alia, & si tolerantia principis regisque adsit, si titulus legitimus non demonstretur, omnisque præscriptio etiam immemorialis ante hanc legem incboata & perfecta interrumpitur per legem hanc & annullatur & quæcunque in posterum prætendi poterit.

IBi, [Y alguna tolerancia nuestra,] propterquam multi ex dominis huius regni gabellas has in suis perceperunt comitatibus, & dominijs, vsque dum rex inuictissimus noster Philippus secundus tolerantiam hanc interrupit, noluitque amplius quod dominiisti gabellas has perciperent, sed ei liberæ remanerent, & quod tolerā-
1 tia vsque tunc fecerat prout multa facere solet, vt ex Auend. cap. 1. præt. nume. 29. in

in fin.lib. 1. videre licet, ea interrupta dein
ceps non efficeret, neque domini ipſi poſ-
ſent in terris ſuis gabellas has percipere, cũ
regis eſſent, & vt melius id fieri poſſet,
coacti ſunt domini oſtendere titulum, ſi
quem habebãt percipiendi gabellas has, &
qui non oſtenderant, vel ſi oſtenderunt
& ſufficiens non erat, condemnati fuere
vt eas dimitterent, vel emerent ſi vellent
iuſto precio pro eis dato, prout aliqui do-
mini tunc fecerunt, vt in.l.2. titu. 1. ſupra
iſto lib. latius dictum remanet, & ſic ſecun
dum Auend. vbi ſupra, num. 30. in princi.
verſic. quod facit tandiu domini vaſſallo-
1 rum huius regni habebunt † gabellas, quã
diu Rex Caſtellæ voluerit tolerare, niſi ti
tulum oſtendant legitimum.

Ibi, [Ni puedan alegar,] Probatur clariſ
ſimè ex verbis iſtis nullum vſum nullam
ve conſuetudinem, vel præſcriptionem
2 etiam immemorialem † tribuere ius ga-
bellas has percipiendi, prout ea non allega
ta tenet Auend. cap. 4. præt. num. 20. &
27. lib. 2. vbi ad hoc conſiderat alia iura re-
gia, & Olanus text. noſtrum allegans in
coucor. antinom. litera. P. num. 49. niſi re
gio priuilegio iuſta de cauſa conceſſum
ſit ius eas percipiendi dato in forma requi-
ſita, ſecundum quod inquit Auenda. dict.
num 27. & text. in. l. 1. titul. 18. lib. 9. infra
ita quod abſque titulo & regia conceſsio-
ne percipi per alium quam per regem non
poſſunt, imo ſecundum. l. 15. titu. 8. lib. 9.
infra domini tẽporales regni iurant quod
non conſentient vſurpari ab aliquo regios
redditus, & gabellas, quod & in. l. 22. eiuſ-
dem tituli, & in. l. 12. clarius diſponitur, &
quod concilia ciuitatum permittentia bo-
na hæc per aliquos vſurpari pœnis de qui-
bus ibi punientur, & quare ius percipiendi
3 gabellas non poteſt præſcribi † contra re-
gem, tradit Belug. in ſpeculo princip. cap.
14. §. 1. in fine, relatus per Auendan. cap.
1. prætor. num. 30. verſic. quod facit, lib.
1. & in dict. cap. 4. in fin. lib. 2. præt. & ex. l.
noſtra aliquæ colligi poſſunt.

LEX. III.

SVMMARIVM LEGIS.

Poſsidens rem aliquam per annum & diem titulo & bona fide non tenetur ſuper eius poſſeſsione reſpondere vlterius in locis vbi ſimilis forus habetur, aliàs ſi titulum & bonam fidem non habeat, non excuſabitur quin etiam ſuper poſſeſsione reſpondere non teneatur.

IBi, [Fueros de algunas ciudades,] Ex
his verbis notandum eſt legem hanc &
eius materiam tunc obſeruandã eſſe, quo-
ties vſus eius probatus fuerit & ſic in locis
vbi ſic vſitatur fieri tantum, & non gene-
raliter in omnibus, & ideo dicendum eſt
legem hanc noluiſſe inducere nouam diſ-
poſitionem neque legem, ſed tantum le-
gem fori, de qua hic fit mentio, quæ eſt. l.
1. titul. 11. lib. 2. for. declarare, hoc ſcilicet
modo quod in locis vbi illius vſus habeba-
tur, & ius obſeruabatur diſpoſitio indiſtin
ctè exiſtente, vel non titulo & bona fide,
procedat deinceps eius vſus dato titulo &
bona fide, & non alias, ita in propoſitum
noſtrum ſubtiliter, & optimè conſiderat
& declarat doctiſsimus Couar. in cap. poſ-
ſeſſor. 2. part. §. 11. num. 7. quem refert &
ſequitur Didac. Perez hic ſub. l. 1. titu. 13.
lib. 3. ordin. in gloſſ. 1. col. 1220. in fin. &
probatur clare ex verbis noſtri text. ibi, y
fueros, forus enim ex duobus conficitur
1 † vſu ſcilicet & cõſuetudine, vt per Oroſ.
in. l. de quibus, colum. 178. num. 42. ff. de
leg. cumq; l. noſtra de foro loquatur, qui
forus conſuetudinem & vſum requirit,
tunc intelligendum text. noſtrum proce-
dere, cum vſus eius probatus fuerit in ciui
tate illa, vbi deciſio eius in controuerſiam
& litem vertitur, & non in alio loco vbi
non vſitatur forus hic, item & probatur
ex verbis noſtri text. ibi, de algunas ciuda-
des

des, ergo nō in omnibus disponit indistincte ciuitatibus, sed in illis vbi lex fori vsitatur, vlterius etiam id probatur, nam cum lex nostra illius legis fori declaratoria sit, non debet esse plus vis in lege declarante quā in declarata, leges vero fori vsum requirunt ad earum validitatem, secundum text. in l. 3. titul. 1. lib. 2. supra ergo & in l. eas vel aliquam earum declarante intelligēdum est, vt tunc demū eius declaratio procedat quoties illius legis vsus probaretur & non alias, sicut & in legibus styli quæ legum fori declaratoriæ sunt requiritur, prout in dict. l. 3. titu. 1. lib. 2. supradictum remanet, neq; obstat supradictis, id quod in l. 3. in gloss. se vsaron, titu. 1. lib. 2. supra diximus, quod si lex fori reperitur inserta in hoc volumine nō sit necesse, eius vsum probare, quia hic non inseritur lex fori sed eius declaratio ponitur & sic nō censetur confirmata, ita quod eius vsum non sit necesse probare, item tunc per insertionem legis fori in nostra recopilatione censetur cōfirmari talis lex fori in ea inserta, vt eius vsum non sit necesse probare, quoties ex tali insertione non colligeretur vsum eius probādum, secus vero si colligatur, prout hic, nam tūc omnino debet eius vsus probari, sicut antea, quandoquidem noluit legislator per insertionem hanc plus roboris tali legi fori præbere, quàm antea habebat, & sic remanet satis tutus intellectus domini Couar. & verissimum iudico & tenendum in iudicando & cōsulendo, quicquid voluerit sentire Didac. Perez, hic columna. 1224.

Ibi, [Posseyere,] nam sine possessione præscriptio non procedit. l. sine possessione. ff. de vsucap. l. naturaliter, & l. si is qui pro emptore. ff. eod. tit. l. 3. §. Labeo. ff. de acquir. posses. cap. sanctorum, & cap. illud de præscriptio. reg. sine possessione, de regu. iur. in 6. & quotuplex sit possessio tractauit hic Didac. Perez gloss. 2. col. 1224. vbi & quid sit possessio, de quo & per Doctores in locis ordinarijs & per Anton. Gom. l. 45. taur. num. 17. cum pluribus sequen. vbi in num. 20. tractat an in acquirēda posses. causa vel titulus requiratur, & plura alia de possessione dicit, de quo & per Couar. dict. cap. possessor. in initio. 1. part. vbi num. 7. inquit an possessio ciuilis sufficiat ad præscriptionem veri dominij, de quo & per Didac. hic glo. 2. col. 1222. versic. sed inquirendum, per quos videri possunt hęc, non est enim nostræ materię & sic ex text. nostro vnum commodum possessionis decerpes, cuius plura † commoda retulit Castillo in. l. 17. taur. & moderni maxime Ripa, in cap. sæpe de restit. spol. solum vnum habes notare ad propositum & declarationem nostri text. scilicet quod verba nostri text. disiunctiuè posita, ibi, tuuiere o posseyere, idē significare debes intelligere, quia sola detentatio nō sufficeret, eò quod cum ex. l. nostra ad præscriptionem in ea sit tam possesio requiratur, vt ex ea patet, detentatio sola non sufficeret, quia detentatio nihil aliud est quā † sola nuda & simplex rei insistentia, quæ in facto consistit, ex qua nec dominium, nec possessio aliqua resultat, propter qualitatem personæ, vel rei, vel ex ipsa natura actus, secundum Anto. Gom. in dict. l. 45. taur. num. 6. cumque detentatio hoc significet, in prętentiq; possessio requiritur verbum, tuuiere, idem quod posseyere significat, in text. nostro & nō sumitur hic pro sola detentatione, sed possessione, & sic dictio, o, latine, vel, pro id est, ponitur, nam & si id sit eius proprium, vbi inter duo idē significantia ponitur, secundum Couarr. vbi supra, num. 8. versic. ego vero, idem tamen & si inter similia & detinere pro possidere multoties ponitur in iure, & Hispanicè loquendo inter vulgares detētor possessor vocatur, ideo in nostra lege pro possidere debet capi, & sic disiunctiua illa, o pro id est poni, vel pro coniunctiua, prout & aliquādo fieri solet, & in. l. fi. C. de verb. signifi. probatur.

Ibi, [Casa, o viña, o heredad,] & sic tantum in immobilibus loquitur text. hic non vero in mobilibus, vt patet ex. l. illa. 1. titul. 11. lib. 2. for. & tradit D. Couar. dict. cap. possessor. 2. part. §. 11. num. 7. dum de immobili loquitur. Neque obstant verba illius legis fori, ibi, o otra cosa qualquier, quia de simili intelligitur, cum verbū, otra latine alia, sit similium repetitiua, secundū Bald. & DD. in. l. conuenticula. C. de epis. & cler. sed nihilominus si. l. nostra & illa for. 1. tit. 11. lib. 2. for. inspiciantur, in mobili etiam locum habent, vt sentit Couar. vbi

vbi supra, dum per verbum etiam loquitur per quod includit mobiles res.

4 Ibi, [En paz,] patientia enim † & tolerantia pro consensu habetur, secundum Montalu. in d. l. 1. tit. 11. lib. 2. for. glo. en paz, qui verba hæc ibidẽ cõmentat & gloss is adornat, & intellige, en paz, secundum l. 242. styli, illius. l. fori declaratoriam, ita quod durante illo anno & die per dominũ rei illius non sit interrupta possessio, neq; possidens in ea alteratus & turbatus, &
5 multa quæ patientia & tolerãtia † operat, vide per Auẽ. c. 1. præ. n. 29. 7. causa, lib. 1.

Ibi, [En faz,] scientia enim domini ipsius rei in tam parui temporis præscriptione necessaria est, & tex. hic, ne domini immaturè suis rebus defraudẽtur, quod esse non debet, vt institu. de vsucap. §. 1. quia hoc iura nolunt, vt ibi notat glos. & C. de vsu. fru. l. corruptionem, & cũ omnes præscriptiones sint odiosæ, vt C. de annali. exceptio. l. fi. maxime si immatura dominia tollantur, vt hic, sunt per consequens restringendæ, vt. c. odia de reg. iur. in. 6. præsertim cum præscriptio tam modici temporis non posset causari sine iniqua intentione præscribentis, rem alienam vsurpare volentis, neque induci debet ad duplicẽ finem, imo debet induci vt concordet, & non discordet naturali æquitati, vt negligẽtes puniantur & finis litibus imponatur vt optimè inquit Montal. vbi sup. glo. 1. in princip. ideoque in præsenti necessario, vl
6 tra titulum † & bonam fidem sciẽtia illius contra quem præscribitur requiritur, qua si præsens & sciens consentire videatur, & qui consentit iura sua perdit, vt inquit Mõtal. vbi supra in glo. en faz.

Ibi, [Entrando y saliendo,] & sic exigitur quod ille contra quem præscribitur in eodem oppido vbi res est, habitationem habeat, vel assiduũ commercium ex. l. 242. styli, quæ sic verba nostri text. declarat, ex ea adnotante D. Couar. in dict. cap. possessor. 2. part. §. 11. num. 7.

Ibi [Responder por ella,] etiam in proprietate si titulum & bonam fidem haberet, sed si non haberet titulum, sed bonam fidem non teneretur respondere, quoad possessionem sed solum quoad proprietatem, secundũ illam. l. 242. styli, quæ tamẽ per. l. nostram corrigitur, imo quod si titulum & bonam fidem habeat possessor iste anni & diei cum scientia & patientia illius contra quem præscribitur solum quoad possessionem, non vero quoad proprietatem præscribat, quia de proprietate respõdere tenetur, secundum Couar. vbi supra, & Montal. vbi supra, quos adhoc citat Villalobos in sua antinomia iuris ciuilis, & regij, litera. P. num. 22. quicquid voluerit dicere & male Didac. Perez in præsenti qui per Villalob. vbi supr. & merito reprobatur, vt & ex dictis in gloss. saluo si, clarius patebit, & verum iudico & ex contextura nostri tex. clarissime probatur, & quanuis Villalobos vbi supra citet adhoc dominũ Couar. ipse hoc non dicit, sed transit cum disputatione. l. 242. styli, sed forte tunc nõ dum viderat legis nostræ dispositionem, quæ postea promulgata fuit.

Ibi, [Año y dia,] intellige continuò nõ interpollatim, prout optime inquit Mont. in præsenti super his verbis, quẽ videbis ne eius dicta transcribamus, & facit quia tẽ
7 pus iuris intelligitur † esse cõtinuũ. 23. d. presbyt. vers. trienniũ. c. 1. & ibi Ioa. And. de vit. & hon. cler. in. 6. c. laudabile cũ glo. de frig. & malef. Alex. in rubr. ff. de diuers. & temp. præs. Ant. Gom. de delict. c. 1. n. 3. maxime quando agitur de odio finiendo, secundum Bal. in. l. genere. ff. de infam. & Alex. ad Bart. ff. de calũniato, & quali
8 ter probetur continuatio †, dic quod probatis principio & fine, nã eis probatis præsumitur medium, secundum Lanfrã. in. c. quoniã contra tit. de test. depos. n. 94. hãc dicentẽ communẽ opinionẽ, & ibi additio plures allegat, & Tiraq. in tract. de præscriptio. §. 1. gl. 5. pag. 83. in prin. in magnis, & pag. 85. vers. illud autẽ hoc intelligit in ea possessione tantũ, quæ solius præscribẽtis factũ aut animũ desiderat, alterius aũt nihil præter patientiã, non etiã cũ debet interuenire factũ alterius, vt in solutione cẽ
9 sus † tunc enim nõ satis est probare initiũ & finẽ, vt cõtinuatio probetur, & solutio integrorũ decẽ annorũ, sed necesse est, vt probetur, solutionẽ esse factã quolibet anno, vel saltim triũm posteriorũ annorum,
10 alias anni † tantum præscriptiones refert, Did. Per. hic glo. 1. col. 1219. per eum videri poterunt & nouissime per Quesadã, in quæstionibus suis. q. 17.

Ee Ibi,

Ibi, [Saluo,] Hic ponitur & incipit conclusio & declaratio nostræ legis ad legem illam. 1. tit. 11. lib. 2. for. scilicet quod lex illa in illis locis vbi vsitatur habeat locum & procedat datis ex parte præscribentis titulo & bona fide, vltra scientiam & patientiam illius contra quem præscribitur, & ijs concurrentibus proderit tantum hæc præscriptio anni & diei, vt præscribens & eam præscriptionē allegans nō teneatur respōdere super possessione illius rei possessæ per dictum temporis spatium præscriptæ, sed super proprietate tenebitur, & quoad proprietatem & possessionem, & qualibet earum tenebitur respondere aliquo ex dictis requisitis deficiente ad præscriptionē hanc inducendam & inquirendam, vt supra hac. l. dictum remanet.

Ibi, [Con titulo,] Non intelligas titulo legitimo, putà ad non ipsius rei habito & procedente, quia si de hoc intelligeres, nō est necesse legis nostræ præscriptionem allegare, nam si titulum legitimum habes à vero dño, neque ipse te potest molestare cum de euictione teneatur, neq; necesse habes præscriptione hac vti, sed intellige legem nostram loqui de titulo non legitimo & sic putatiuo, ex causa tñ vera, putà, quia rem illam emisti à non dño, credés eum dñm, vel ille qui pro dño reputabatur donauit eam tibi, hoc enim casu si sciente & patiente dño cum titulo hoc & bona fide per dié & annū rem illā possederis, nō teneberis vero illius rei dño respondere super possessione illius rei, sed tātū super proprietate, vt in terminis nostris, inquit Mōtal. in. d l. 1. gl. 1. in princ. tit. 11. lib. 2. for. minus enim iustus titulus causam præscri
11 bendi dat, † vt in cap. si diligenti & ibi glo. extra de præscriptio. probat tex. & ibi Glossator in. l. 14. & in. l. 18. titu. 29. par. 3. sed nonne patientia & tolerantia tribuit titulum vt licet videre ex dictis per Monta. hic in glo. en paz, & per Auend. cap. 1. prętor. num. 30. lib. 1. & fatendum videtur, tamen illud procedere posset in longi tēporis spatio, non vero in tam modici temporis, prout est anni & diei, trāscursu, & ideo titulus requiritur, cum & in præscriptione triennij requiratur, vt licet videre ex D. Couat. in. d. c. possessor. 2. p. §. 5. nu. 2. vbi per conclusiones hoc declarat, & tūc titulus præsumitur ex tolerantia & patientia cum est maioris temporis, putà, decem annorum ad minus, secundum D. Anto. Menes. in. l. si aquam num. 33. cum. 3. seq. C. de seruit. & aqua.

12 Ibi, [Buena fe,] bona enim fides † figmētum quodlibet, & dolum excludit, isq; bona fide dicitur posidere, qui credit se id iuste facere, & vt dicitur nullum figmentū, neque dolum in corde habens, is vero qui aliter credit, quam quod dicatur mala fide posidet, secundū D. Coua. d. c. possessor. 2. p. § 6. num. 2. per totū cum seq. & an bona fides præsumatur, supra hoc titulo dictum est, & num dubitans bonam fidem habeat, tradit ipsemet Couar. vbi sup. §. 7. n. 2. vbi nu. 5. & seq. declarat quis sit bonæ
13 fidei possessor, † & in. §. 12. n. 13. declarát quo tempore sit necessaria bona fides & an error iuris præscriptionē impediat, nulla enim præscriptio absque bona fide procedit ex text. in cap. fi. de præscriptio. quia omne quod non est ex fide peccatū est, prout & in hoc titulo latius Deo volte dicem᷑.

L E X IIII.

S V M M A R I V M L E G I S.

Præscriptionis remedio nullus vti potest in aliquo ex casibus in. l. nostra contentis.

IBi, [Si alguno,] hæc est pars. l. 1. tit. 11. lib. 2. for. & quia pars hæc illius. l. fori, ponitur, & inseritur in. l. nostra quasi lex noua non vero legum fori declaratoria, neque fori, aut vsus faciens mentionem, censenda est lex nostræ recopilationis, & ideo neque eius vsum probare necesse erit, ex dictis in glo. 1 l. supra proximæ, & in. l. 3. glo. se vsaron, tit. 1. lib. 2. supra, estque hæc dispositio iuri ciuili consentanea, vt ex infra dicendis apparebit, fœminamque sicut & masculum comprehendit

dit, vt in l. i. glo. 1. tit. 13. supra eod. dictũ
1 est in castillius legis, & quia semper ius † communue interpretatur, vt sexus masculinus comprehendat fœmininũ, secundum Maria. Soci. Iuni. consi. 3. n. 4. & 5. vol. 2.

Ibi, [Empeños,] Pignori enim rem ac-
2 ceptam † vsu non capimus, quia pro alieno possidemus, inquit text. in l. pignori. ff. de vsucapio. & l. non solum §. qui pignori. eod. tit. in l. nec creditores. C. de pignora. actio. vide glo. & Cyn. in l. cum notissimi C. de præscriptio. 30. vel. 40. annorũ, & concordat l. 27. tit. 29. part. 3. & l. 22. eo. tit. & partit. nam quamuis creditor pignus
3 habens verè illud † possideat ciuiliter & naturaliter ex communi opinione Bart. l. si de eo. in princip. ff. de acq. poss. non tamẽ perdit debitor dominium pignoris, secundum text. vbi notat glo. fin. l. 13. tit. 10. p. 7. sed nõ ne hypothecariæ actioni, imo & rei, quantumcunque hypothecata sit, præscribitur triginta annorum spatio, vt. l. sicut. C. de prescriptio. 30. an. l. 21. tit. 29. p. 3. l. 6. infra isto tit. & lib. & fatendum quidem est, dicendũ tamẽ & difficultati huic respondendum, legẽ sequentem vt ibi dicam, cum bona fides datur procedere, legem vero nostram cum mala, quæ quidẽ mala fides adest in creditore rẽ in pignus habente, ideo nullomodo præscribit cum mala fide, secundum gl. aliquo in d. l. pignori. & gl. possidente in. d. l. sicut. Salice. in l. qui Balneum. §. fi. ff. qui pot. in pi. hab. sed adhuc ijs obstat, nam hypothecæ non
4 nè etiam cum mala fide præscribitur, † vt licet videre ex dictis per Ant. de Fan. in tractat. de pigno. 2. memb. 6. par. princ. nu. 2. fol. 184. in paru. & Couar. in lib. 1. Variar. cap. 9. num. 5. insuperq; pignoratitiæ actioni per creditorem pignus possidentẽ præscribitur contra debitorem quantum ad ius offerendi ipsi debitori competẽs intra triginta annos, secundum Fano. vbi supra, memb. 3. 5. part. n. 52. & iterum in. 6. p. 2. memb. nu. 19. adeo vt hæc procedant iure canonico stante, secundum eund. Fan. d. 2. memb. 6. p. nu. 21. & 22. imo & ipse debitor præscribit contra creditorem ius petendi pignus ipsi creditori obligatũ per debitorem, vt probat tex. in l. 39. tit. 13. p. 5. & fatenda sunt hæc igitur supradicta non procedunt, & vt procedere possint dicendum est, quod ideo præscriptio in supradictis procedit, quia acceptando & offerendo debitum cõpetit debitori huic pignoratitia actio ad ius illud offerendi, interim tamẽ quod nõ acceptat offerre, bonã fidẽ creditor habet, & sic præscribit, secundũ Fan. vbi sup. & Couar. d. n. 5. & quia saluũ remanet ius ipsi debitori dominiũ rei illius petendi, etiam præscripto iuri huic ex pignoratitia offerendi, sm̃ Fan. d. 2. mẽb. 6. p. n. 24. vbi allegat Angel. ponentẽ qualiter intentabitur remediũ, & actio, & sic quatenus est respectu illius iuris offerendi, q̃ cõsistit in facultate & voluntate debitoris, an scilicet velit offerre debitũ creditori, nimirum est, q̃ dicta præscriptio procedat, quia creditor possidens pignus spatio. 30. annorũ excludit debitorẽ ab offerendo, & per consequens ab ipsa actione pignoratitia, quæ oritur, mediante dicta oblatione non obstãte q̃ creditor sciat dictũ ius cõpetere eius debitori si velit ipsum acceptare, quia requiritur, q̃ debitor dictũ ius acceptet, & offerat adhoc vt sibi oriatur pignoratitia, sed quatenus est respectu pignoratitię iam ortę, vel per oblationẽ, vel solutionẽ factã creditor, vel eius hæres scientes actionem prædictã iã cõpetere debitori, nõ possunt eam præscribere, obstante illa mala fide, secundũ Fan. d. n. 23. aduersus tñ hanc doctrinã Ant. de Fan. & Couar. vbi s̃ fortiter
5 vrget, q̃ iuri offerendi tam ex parte † creditoris contra debitorẽ, quam ex parte primi creditoris contra secũdũ creditorẽ prę scribi nõ pót, prout tenẽt plures relati per Ant. de Fan. vbi sup. 3. mẽb. 5. p. princip. n. 52. & per Did. Per. in præsenti sub. l. 2. tit. 13. lib. 3. ord. col. 12[illegible]. vers. cõtrariã sententiam & licet aliqui p eos relati contrariam tenuerint, cõmunẽ eã testando, imo & magis cõmuñẽ videtur testatã à domino Couar. vbi sup. n. 6. in princ. hanc tñ q̃ nõ præscribat iuri huic, testatur æquissimã & in practica tenendã esse Alc. in rubr. de præscriptio. n. 65. vers. ex ijs infert ad quæstionẽ, & in. l. petẽs gl. 1. ad fi. C. de pact. tã quam æquiorem & conscientiæ aptiorem asserit se libenter sequi, prout sequitur Dida. Perez vbi supra, ita asserendo & hãc magis communem testatur Anto. Gom. tom. 1. Variar. cap. 9. num. 27. in princip. videturque approbari per. l. 46. titu. 13. p.

5.ibi, Que quando quiere el señor, & per text. nostrum in præsenti, dum præscriptionem omnem tollit & pignus recuperãdum disponit, sed pignus recuperari non potest nisi debitum offeratur, item quia quando ius offerendi est sequela actionis cõpetituræ, vt in casu proposito, quia pignoratitia non competit nisi solutam, quomodo potest præscribi tali iuri, cum nondum formatum sit, præscriptioq; introducta est ad extinguendũ aliquod ius forma-
6 tum, † secundum Bart. ita considerantem in dict. l. pignori in princip. ff. de vsucapio. & vsque dum debitor in cuius voluntate consistit offerat, & declaret velle offerre nullum ius formatum est, cui præscribi possit, ideo præscriptioni locus non est, qua de causa doctrina illa Anto. de Fano relata per Dom. Couar. vbi sup. dict. num. 5. nullomodo videtur procedere posse, & sic tenendum quod non solum rei pignoratæ
7 † præscribi non posit, sed neque ipsi iuri offerẽdi, & si pignus creditori traditũ sit, prout Fano dict. memb. 2. 6. part. num. 19. asserebat & loquebatur, & sic cessabunt omnino contraria aduersum nostrum textum in hac glo. opposita, & quia si contra
8 creditorem pignus possidentem † nõ currit præscriptio iure canonico attẽto, quin debitum petere non possit, vt inquit Fan. dict. 6. p. 2. memb. num. 2. vers. secũdo declara quare & cõtra debitorẽ debet procedere præscriptio, vt offerre non possit, certè nulla ratio differẽtiæ neq; prærogatiuæ in vno, quam in alio dari potest, & quia si ipse Fano, ibidem, nu. 1. seruandũ ius canonicum malam fidẽ excludens, asserit circa creditorem respectu debitoris, & eius hæredũ præscribere volentiũ ius petendi debitũ, cur & non idẽ ius seruabitur circa debitorẽ respectu creditoris & eius hæredũ volentiũ præscribere ius offerendi debitori cõpetẽs, cũ æqualitas inter contrahentes omnino seruanda sit, & si ipsius debitoris voluntati & facultati, dicatur ius offerẽdi inesse, ideoq; vsq; dũ debitor petat, creditorem in bona fide esse, asseratur & sic præscribat, quare & nõ idẽ in debitore respectu creditoris dicendũ erit, cũ in voluntate etiam ipsius creditoris sit pignus possidentis, pignus offerre & petere debitum & dicere quod præscripto iure hoc offerẽdi saluũ remanet ius debitori rẽ ipsam petẽdi, & sic præscriptio iuris illius cũ mala fide procedit, nõ applaudet quoniam quid est hoc quod præscribitur, & si nihil importat debitori, ad quid prodest præscriptio, itẽ quomodo potest offerri debitũ nisi res pignorata petatur, & ad quid offertur nisi ad rẽ recuperandã, ergo de nihilo hæc seruiunt quoad nostram materiã, & ita credo de nihilo hæc seruire, nisi in casu quo per pactũ in re vendita ius venditori remaneret offerendi debitũ ad rem ipsam recuperandã, tunc enim de ijs disceptari posset quia si præscribitur iuri illi per tempus aliquod remanet res ipsa penes emptorẽ, & sic illud ius offerendi per pactũ cõpetens, nihil cõtra nostrũ ex iure cõpetens obstare videtur, de quo loquitur Cou. in princ. d. c. 9. & Rebuf. in l. vni. notab. 1. n. 52. cũ seq. C. de sen. quæ pro eo q. sed in materia nostra pignoris, secus est, ideo differentia illa & intellectus q præscripto iure offerẽdi remanet ius debitori ad pignus recuperandũ, de nihilo seruit, & sic contraria in principio nostræ glossæ cõtra legẽ nostrã opposita nihil obstant. Est tñ verũ, q quo ad illas opiniones cõtrarias per dictos DD. relatas maxime per Did. Per. hic. dict. col. 1228. an iuri offerẽdi præscribi possit, assignatur cõcordia p Bar. in d. l. pignori. ff. de vsucap. quã refert Fan. in d. 3. mẽb. 5. p. nu. 52. & sequitur Dec. in d. l. petens. n. 7. C. de pact. & in cons. 164. n. 4. vol. 1. vbi videt eã cõmunẽ reddere, & sic ex dictis poteris ampliare legẽ nostrã loquentẽ ex parte creditoris, vt scilicet ex parte eius pign' ab eo possessum præscribi nõ possit, vt idẽ dicamus ex parte debitoris, vel eius hæredis, vel etiã alterius tertij possidẽtis sciẽter rẽ pignori & hypothecæ obligatã, vt & ipsi nullo tẽpore præscribant, quin debitor & eius heres teneatur debitũ soluere oblato ei & restituto pignore pro debito illo creditori per debitorẽ tradito, q ex nostri tex. generalitate, & eius ratione, scilicet ꝑpter malã fidẽ fundari faciliter põt, & quia licet per. l. 27. tit. 29. part. 3. & l. 39. titul. 13. parti. 5. pignori præscribatur per tertiũ
9 † possessorẽ bonã fidẽ habentẽ per decẽ vel viginti annos, & si malam habeat per triginta & per ipsum debitorem & eius hæredem malam habentes per quadraginta,

ti, hodie tamen iure canonico attento, quod etiam in personalibus præscriptionibus seruandum est tam in foro canonico quam ciuili, secundum Couar. cap. possessor. 2. part. §. 1. [illegible] n. 3. & Villalobos, hanc communiorem testando opinionem in suo ærario mille. commu. opin. litera P. numero. 276. & Didac. Perez, hic colum. 1229. in principio, si hæc mala fides datur tam in hærede debitoris, quia in debitore ipso nulla bona fides dari potest, quam in tertio aliquo possessore particulari, nullo modo præscriptio hæc procedit & si immemorialis esset, secundum D. Couar. in eo. capit. possessor. 2. part. §. 8. num. 4. & Villalobos vbi supra dict. litera P. num. 277. & hoc si de ea constet, nam in tam longi temporis spacio bona præsumeretur, vt per D. Couar. in eo. §. 8. num. 3. sed an hæres eius qui rem in pignus habebat, vel precario 10 possidebat, vel ex locato, præscribat † dicendum videtur, quod sic data in eo bona fide & præscriptionem à se non vero à prædecessore suo inchoando, ex qua quidem tempus legitimum cucurrit ad præscriptionem illam sufficientem, prout decerpitur ex dictis per Couar dict. cap. possessor 2. part. §. 9. per totum, & per Villalobos in dict. ærario litera P. num. 280. cum seque. & hoc dummodo solutio allegetur, pro tota illa re, asserendo non esse pignus, sed emptionem & pro probatione solutionis allegetur temporis illius cursus probetur, que per testes venditionis iure illam rem habere, ita vt excluderetur probatio contraria quod esset pignus, nam si hæc non allegarentur & probarentur, si pignoris, vel precarij, vel locati loco rem illam probaretur, traditam prædecessori huius hæredis, neque quoad hæredem præscriptio illa aliquid prodesset hoc probato, bene tamen verum est, quod si res pignori obligatur pro tanto precio vt verisimile sit eum 11 † qui pignori rem illam dedit nunquam eam luiturum transfertur dominium per hoc cũ potentiori & id genus homini pignori res datur, à quo facile non potest recuperari, secundum Bald. & frequẽtiores teste Orosc. in l. manumissiones. num. 11. colum. 26. ff. de inst. & iur. non tamen in conscientia tutum hunc potentioré reddere, quin debito ei soluto non teneatur pignus reddere debitori, nam æquiũ teneatur in conscientia, sicut & tenere tur quilibet hæres malam fidem habens à prædecessore suo præscriptionem inchoando, vel si à se ipso mala fides ei superuenit ante impletam præscriptionem.

Ibi, [Encomienda,] cuius ratio est, quia depositarius non possidet ciuiliter neque 12 naturaliter, † imo potius per eum possidemus, vt l. qui vniuersas. §. possidemus. ff. de acq. poss. & cum non possideat depositarius nimirum si præscribere non possit, quia sine possessione præscriptio non procedit eademque ratione idem dicendum in precario, secundum text. in capit. cum personæ de priuileg. in 6. cap. olim. 1. de rest. spol. licet enim hæc sit iusta possidendi causa, non tamen præstat titulum præscribendi ne ille, qui precario concessit, ex liberalitate sua damnum consequi videatur contra naturam contractus. cap. fin. de precario, vbi precarium tantũ durat quãtum patitur, qui concessit, remque preca 13 rio tenens † non dicitur possidere, sed cõcedens. l. certè. §. is qui rogauit. ff. de prec. & quia cum tenens precario habeat scientiam rei alienæ, & sic malam fidem nullo tempore præscribere potest, prout hæc & alia notat in propositum Didad. Perez hic sub l. 2. tit. 13. lib. 3. ordin. colum. 1226. 14 vbi idem in inquilino & commodatario † testatur, prout ex l. nostra probatur, quia rem locatam non suo nomine, sed locatis, & ad eius commodum possident tex. in l. id quod. §. & quod per colonos. ff. de acq. poss. l. 22. titul. 29. part. 3. l. 5. titu. 30. part. 3. l. 1. C. communia de vsucap. tradit Pau. cons. 16. per tot. vol. 2. optima l. male agitur. C. de præscriptio. 30. vel 40. ann. ibi nemo igitur qui ad possessionem conductor accedit, diu alienas res tenendo, ius sibi proprietatis vsurpet, nè cogantur domini aut amittere, quæ locauerunt, aut conductores vtiles sibi fortassis excludere, aut annis omnibus super dominio publicè protestari, quæ optima sunt & singularia verba, ex verbis cuius legis sumit gl. 1. in fi. l. 1. C. de sen. quæ sine cert. quant. optimam 15 rationem, vt super iure de futuro † possit sententiari, puta pro annuo debito soluendo quolibet anno, quod spe de præsenti debetur, ne scilicet cogatur creditor

omni mense repetere, vel super iure suo protestari, cui est similis glos. in. l. non quēadmodum. ff. de iudic. est etiam hæc optima ratio, quæ in. l. 1. C. de fideicommiss.
16 alimenta possunt † peti tam præterita, quā futura, ne cogatur alimentandus omni mēse repetere alimenta in iudicio, & in tantū per colonum & commodatarium possidemus, quod si rem hoc pacto tibi vendiderim, ne de manu tua exeat, poteris eam lo-
17 care † & pignori tradere, neque enim locatio aut pignoris oppositio dominiū trāsfert. l. non solet. ff. locati, & hanc communem esse ait Orosc. in. l. manumissiones, num. 7. & 8. colum. 2. 6. ff. de iusti. & iuri ampliatur & secundo quod & si ipse colonus vel conductor & commodatarius alij locet, vel commodet adhuc dominus pos-
18 sidet, † secundum text. in dicto. §. si ego, & tunc secundum glos. ibi, ciuilis possidetur per dominū, naturalis vero per alium, neque obstat. l. non solum. §. qui pignori. ff. de vsucapio. vbi dominus desinit vsucapere, & sic possidere, si colonus, vel depositarius rem alij tradat, quia ibi traditio facta
19 fuit per modum alienationis, quo casu † dominus ipse desinit possidere, secundū glo. in eod. §. si ego, quam ibi sequitur Bar. & Paul. & veram dicit, & idem tenet glos. in eo. §. qui pignori. & glo. vsurpet. in dict. l. male agitur, & ibi Salicetus, nume. fin. & Roman. in dict. l. qui vniuersas. §. si ego tibi. ff. de acquirend. poss. quod adeò verum est quod idem etiam est de iure nouo, per text. in. l. fin. C. de acquir. posses. & ibi glo. generetur indistinctè loquitur similis gl. mag. in fine. l. 1. C. communia de vsucap. magis communis, secundum Alexand. in l. peregrè. §. quibus, num. 3. & 4 ff. de acq. poss. & Abb. in cap. olim. 1. num. 11. de restit. spol. pro qua est text. in. l. 13. titul. 30. partit. 3. licet contrarium tenuerit, imo quod per traditionem & alienationem coloni dominus non amittat possessionem, tenuerit Cynus in dicta. l. fin. per text. ibi & licet cum Cyno dicat communem Bal. consil. 330. num. 7. volum. 1. quæ quidem Cyni opinio, & si prima sit tenenda in iudicando & consulendo, in puncto iuris verā videtur, imo quod dicta. l. fin. attenta per traditionem coloni dominus non amittat possessionem, quod probatur per ratio-

nem dict. l. fin. quæ ratio est in lege scripta, & quando ratio in lege scripta est generalis, licet ius sit non correctoriū semper extēditur ad casum eandem rationem habentem secundum glos. eli. in Clemen. 1. de electione. ... quod licet ita sit potest tamen dominus ex capite ignorantiæ restitui, si ignorauit traditionem coloni per tempus illud soluentis domino pensionem, secundum Spec. in tit. de præscriptio. §. 1. numer. 5. Alexand. consil. 3. num. 5. per. l. 1. versic. fin. ff. ex quib. caus. maior. per gloss. militia in. l. sicut. C. de præscriptio. 30. ann. & glo. l. si patrem. §. 1. ff. quemadmod. seru. am. glos. 1. in. l. 1. C. de patria potest. communiter approbatas, secundum Felin. in cap. vigilanti. nume. 1. & 2. de præscriptio. idemque dicendum est si colonus, vel commodatarius dominum venientem non admisit, vel expulit eum,
20 nam amisisse possessionem censetur, † secundum gloss. vsurpet. in dict. l. male agitur quam ibi sequitur Salicet. num. fin. & Roma. vbi supra, facit text. in. l. 3. §. si quis nuntiet. ff. de acq. pos. & text. in. l. 17. titu. 30. part. it. 3. & ibi gloss. porque, vbi si domino nuntietur domum à latronibus occupatam & præ timore dominus non ac-
20 cedat perdit possessionem, † quod tamen intelligo quando sit animo obediendi, secus si deliberādi, quod sibi magis expediat, secundum gloss. in dict. l. 17. & Abb. in capit. olim. 2. num. 7. in fin. de restit. spol. vbi num. 13. alio etiam modo hoc declarat, & tunc dominus per condictionem ex lege recuperabit, secundum gloss. in dicta. l. 1. C. communia de vsucapio. & pro complemento intelligere debes supradicta scilicet colonum, vel depositarium, vel commodatarium rem depositam locatam, vel cōmodatam non præscribere, scilicet quantum ad acquisitionem dominij, sed quantum ad præscribendam actionem ex locato, vel conducto prouenientem benè po-
21 test colonus præscribere † spacio. 30. annorum, secundum gloss. in dict. l. male agitur, ver. possidentibus. communiter approbatam, secundum Salic. ibi num. 3. quā & sequitur Ias. in. l. 2. num. 157. C. de iur. emphyt. quod tamen intellige quod præscribit spacio. 30. annorum respectu, scili-
22 cet pensionis præteritæ † non tamē respectu

ne futuræ, secundum Ang. in l. 2. num. 5. C. de præscrip. 30. annor. & Balbum de præscriptio. 4. part. 4. part. principalis, quæstione. 11. & voluit dict. gloss. possidentibus, notandum tamen est, quod si locatio est facta ad longum tempus, vel si ad modicum pacto de renouando, vt de biennio in biennium vtile dominium transit incon-
23 ductorem, † secundum Orosc. in dicta. l. manumissiones, num. 9. & 10. colum. 16. ff. de iusti. & iur. & quid si colonus animo deserendi possessionem exijt de fundo,
24 an dominus eam amittat, † tangit glos. in dict. l. 1. C. communia, de vsucap. de quo vide omn. Abb. in cap. olim, el. 1. nume. 9. de rest. spol. & Paul. in l. si colonus. ff. de acquir. pos.

Ibi, [Arrendada,] vide quæ dixi in glos. supra proxima & plures quæstiones in specie ponit Balbus relatus per glos. fin. l. 21. tit. 29. partit. 3.

Ibi, [Forçada,] vt instit. de vsucap. § furtiuæ. l. 1. titu. 11. lib. 2. for. l. 4. & 5. tit. 30. partit. 3. faciunt. l. 1. & sequen. tit. 1. supra isto lib. omnes enim personæ in lege nostra declaratæ non possident, sed possident illi, quorum res istæ sunt, vt in progressu huius legis dictum remanet, & corrigitur
25 l. 21. titu. 29. partit. 3. † per 30. annos permittentem præscribi rem per vim ablatam præsertim iure canonico attento, ut notat glos. mala se. in l. 27. titu. 29. partit. 3. & Didac. Perez. l. 5. titul. 3. lib. 3. ordinam. columna. 1240.

LEX V.

SVMMARIVM LEGIS.

Vnus cohæres, vel socius contra alium cohæredem, vel socium, non possunt præscribere rem pro indiuiso habentes, neque fur, vel rem absconditam habens tempore aliquo suam facere possunt.

Ibi, [Que no sea partida entre ellos,] notanda sunt & multum ponderanda verba hæc, ex eis enim clarissime colligitur, glossa prima, in l. si maior. C. communi, diuidund. probantem ex diutina possessione bonorum apud hæredes præsumi diui-
1 sionem † esse factam, quam gloss. communiter approbatam testantur Boer. decisione. 58. & Didacus Perez alios allegãs in præsenti sub l. 5. titulo. 13. libro. 3. ordinamenti, columna. 1239. & plures relati per Domin. Anton. Menes. in l. si aquam numero. 34. C. de seruit. & aqu. & nouissimè per conciuem intimum Doctorem Gutierrez literis moribusque optime præditum in repetitio. sua legis. nemo potest, numero. 211. de leg. 1. vbi à numero. 209. de illa glossa, incepit tractare & dictos dominos posthæc mea scripta vidi & habui, colligitur inquam ex ijs nostri text. verbis glossam illam non esse per text.
2 nostrum correctam, † sed & adhuc hodie procedere ex textu nostro, prout supradicti domini Menes. & Gutierrez, considerant, nam cum text. hic præsupponat hæreditatem, remque illam in communi existentem nondum diuisam fuisse inter socios, & cohæredes illos, clarè colligitur, quod si de hoc non constet per lapsum illius temporis, & sic ex diutina possessione censeri diuisam, si possessor id alleget & in corroborationem suæ intentionis lapsum temporis opponat & sic glossam adhuc in suo esse robore, si ex aduerso non probetur, nunquam fuisse factam diuisionem bonorum illorum à cohærede, vel cõsocio petitorum, quod faciliter probari potest, si probetur alios fratres & cohæredes,
3 † & consocios ex bonis illius defuncti, cuius hæreditatem petunt, nihil vnquam percepisse, & si cohæredes & consocij ad eã extiterint, vel si probetur possidentem bona illa hæreditaria, vel societatis plura bona habere, quam ille, qui petit diuisionem bonorum illorum, & partem ex eis ei prouenientem sibi assignari, nam ex inæquali
4 possessione † tollitur præsumptio diuisionis, prout testatur Balbus de præscriptio. 1. part. 3. part. princip. quæst. 10. num. 4. 5. vel si probetur testatorem illũ, cuius bona

& hæreditas & diuisio eorum petitur nõ
reliquisse alia bona, quam illa, quæ possi-
det nunc ille alius cohæres contra quem
diuisorium iudicium intentatur, si tamen
hæc probari non possent, vel aliquid eorũ
quo probato constet diuisionem non esse
factam, sed res in dubio remaneat sit facta,
vel non, tunc optimè procedit illa glossa,
vt ex diutina illa possessione præsumatur
diuisionem esse factam si ita possideos alle
get & in corroborationem lapsum tempo
ris proponat, prout optimè aduertunt D.
Anton. Menel. & D. Gutierrez vbi supra,
quos antequam viderem sic scriptum ha-
bebam, & ita tenendum iudico quicquid
Didac. Perez, hic sub l. 5. glo. 1. titul. 13.
lib. 3. ord. voluerit inducere correctionẽ il
lius glossæ, & eius communis doctrinę ex
verbis nostri text. cum correctionem vt vi
des non inducant ad illius glossæ doctri-
nam, sed potius declarationem, prout ex
dictis per D. Doct. Gutierrez, in dict. l. ne
mo potest, num. 212. & 213. clarius & la-
tius patet, ex quo ipse & bene infert in nu
mero. 215. quod & si aliquarum rerum sit
facta diuisio, illarum tamen quarum facta
non est, & probatur facienda erit, & secun
dum hæc declaranda erit communis opi-
nio, relata per Balb. de præscriptio. 4. part.
4. partis princip. quæst. 13. asserentem pre
scriptionem non cadere inter socios etiã
per longissimum tempus, quin teneantur
diuidere, nam id verum dicendum est, nisi
allegetur diuisio, & ad probandum eam
diutina possessio allegetur, nam tunc nisi
probetur nunquam diuisionem fuisse fa-
ctam, vt quia bona illa & non alia in socie
tatem adducta sunt, præsumetur ex diuti-
na illa possessione diuisionem factam es-
se, & sic male dixit glo. in §. 1. inst. de perp.
& temp. act. quam adhoc allegauit Villalo
bos in suo ærario, litera. D. num. 99. quam
hucusque nondum inueni, dicens quod si
per triginta annos frater vel socius posse-
disset, & si constaret diuisionem non esse
factã, non teneri posidentẽ diuidere qua
si præscriptio hæc triginta annorũ etiã ma
læ fidei possessorẽ adiuuet, secundũ leges
ciuiles & regias, scilicet. l. 19. 21. & 27. tit.
29. p. 3. nam data hac mala fide non proce
dũt illæ leges, vt ibi in gl. mala, d. l. 27. no
tatur, & per consequẽs neq; illa gl. si mala
hæc fides probetur probando diuisionem
inter socios non esse factam, alias si nõ pro
baretur, cũ per tẽpus illud. 30. ann. præsum
ptio malæ fidei excludatur, secundũ quod
iã in hoc titulo & alibi dictum est, si allege
tur diuisionẽ fuisse factã societatis, & ad
probandũ allegetur præscriptio illa absol
uendus erit reus, nam tunc per lapsum. 30.
annorum mala fides excluditur quoties
non apparet de mala, sed in dubio res exi-
5 stit, † secus si appareat, nam tunc iure ca-
nonico attento, quod in foro etiam secula
ri seruandum est, nihil operabitur lapsus il
lius temporis, & per consequens diuisio
petita erit facienda, licet ipsi socio, & cohę
redi contra quos intentatur iudicium hoc
diuisorium per consocium, vel cohære-
dem sanum reputo consilium dicti D. Gu
tierrez vbi supra, numero. 208. si de bona
fide dubij existerent, vt se componerent
cum consocio & cohærede ad diuisionẽ
eum prouocante. Habes tamen notare q
in omnibus casibus in quibus adiuuat præ-
scriptio non debet allegari quod parti pe-
tenti non est ius, quia præscriptum, sed est
6 allegãda diuisio, † & ad probationem di-
uisionis præscriptio, & diutina illa posses-
sio, alias nihil proderit, prout declarat Gu
tierrez vbi supra, num. 212. quod seruiet
ad totam præscriptionum materiam & vbi
cunque de ea est allegandum, ijs tamen, ad
malum non vtaris data mala fide ex parte
tua, quia animam omnibus rebus precio-
siorem damnabis. Notandum est etiam,
quod inquit Matth. Afflict. decis. 13. n. 12.
& 13. quod si soror permisit hæreditatẽ
paternã diu possideri per fratres, & cũ ege
bat aliquo, petebat ab eis, vt à fratribus suis
exclusa videtur renuntiasse potentiæ suc-
cedendi, quod pro nunc non examino, ne
diutius immoremur, dubiũ tamẽ optimũ
& nouũ adest in nostræ legis propositum,
de quo iã semel in facti contingẽtia discep
tatũ vidi, res tñ cõpositione partiũ decisa
fuit, scilicet ponamus enim q cum venit
alius hæres absens aliqui ex hæredibus
qui totã hæreditatẽ inter se diuiserũt, abs-
que eo q illi absenti cohæredi partẽ suã ex
eis dederint, oẽs partes cõsumptas habẽt,
quæ eis ex dicta hæreditate assignatæ fue-
runt, alij vero suas nondũ partes consum-
pserunt, sed potius integras eas habent, co
hæres

hæres vero absens nunc vero veniens & rediens in patriam, ab illis cohæredibus, qui partes eis ex hæreditate illa adiudicatas integras & nondum consumptas habet, petit totam integram partem suam ex hæreditate illa obuenientem & adiudicandam si præsens tempore diuisionis extitisset replicant verò cohæredes conuenti quod ipsi non tenentur insolidum pro parte illa, sed tantum pro rata debent conueniri habito respectu ad numerum cohæredum & quod partem eis adiudicatam ex parte huic cohæredi petenti pertinenti ei restituere volunt, & quod residuum petat ab alijs co-
7 hæredibus, quæritur nunc quid iuris, † & pro parte quod isti cohæredes conuenti non teneantur integram partem suam cohæredi petenti pertinentem ex hæreditate illa restituere, sed satisfaciant restituendo pro virili tanquam duo ex quinque hæredibus, fundari potest, primo per totum tit. C. de hæreditar. actio, & per dictum notab. Paul. Castr. in l. vnica. §. sed vt manifestetur nume. 6. C. de caduc. toll. dicentis quod si testator grauet vnum ex hæredibus restituere talem fundum hæreditatis Titio, quod non tenetur iste talis hæres
8 nisi pro parte sua tantum, † licet ipse solus sit grauatus illum restituere fundum, item & pro hac parte secundo facit text. in l. cum qui na. §. te & Titium, & quæ ibi notat Ias. 1. notab. fol. 83. ff. de verb. obl. vbi probatur quod promissor inserendo obligationi personam vnius hæredis futuri non obligat vnum solum tantum nominatum, sed talis obligatio passiue transit ad
9 quemlibet † hæredum pro hæreditarijs portionibus, & hoc nè fiat præiudicium creditori, qui ex dispositione legis habet omnes promissoris hæredes obligatos, & sic contrahentes non possunt immutare naturam obligationis à lege attributam, & ratio rationis est quia obligatio passiua tran
10 sit † in omnes hęredes promissoris, tanquam repræsentantes personam defuncti pro hæreditarijs portionibus in l. 1. C. si cert. pet. l. pro hæreditarijs. C. pro hæredi tar. act. & cum vnus hęredum non repræsentet personam defuncti nisi pro ea parte pro qua est hæres, ideo obligatio non potest descendere in vnum pro toto, sed in omnes pro parte prout hæc & alia in simi-

li adducit Ias. vbi sup. & Anton. Gomez. tomo. 2. capit. 10. num. 4. & num. 6. versic. item etiam prædicta, nihilominus tamen pro contraria opinione immo quod isti cohæredes conuenti integram partem suam teneantur cohæredi præstare, non obstante quod alij cohæredes, qui erant etiam conueniendi partes suas consumptas habeant, facit quia hæredes ij, eò quod hæredi absenti partem suam integram in eius absentiam non constituerunt, sed potius inter se eam diuiserunt perperam & male egerunt, conscientiamque re alienæ habeant, diuidentes bona aliena inter se tanquam sua propria, & sic in solidum vnusquisque tenetur & conueniri potest sicut in pluribus capientibus rem alienam, nam vnusquisque eorum pro totius rei restitutione conueniri potest tam in foro fori quam in
11 foro poli, † secundum D. Couarr. in capi peccatum. 2. par. §. 12. num. 3. & 4. imo vt ibi ipse dicit num. 3. versicu. secundo constat, & versiculo sequenti quotiescunque plures dant causam acceptioni iniquæ, aut damno, quia simul concurrunt tenentur insolidum etiam si vno eorum deficiente nihilominus damnum datum fuisset, hic tamen quis dubitat, nisi quod omnes ij cohæredes diuidentes inter se totam illam hæreditatem nulla dimissa parte cohæredi absentis, iniquæ acceptioni operam dedere ergo in solidum tenentur & conueniri possunt, item etiam quia cum alij soluendo non sint satisfacere debent, neque habet tunc locum
12 † ille. C. de hæred. actio. † secundum Anto. Gom. vbi supra item & quia titulus ille respectu creditorum extraneorum, & pro debitis talibus creditoribus debitis à defuncto loquitur, non vero respectu hæredum ipsorum quorum partes ex hæreditate eis obuenientes ipsis absentibus, alij præsentes cohæredes sibi diuiserunt, & sumpserunt, & per consequens ipsi ex hoc tenentur, & sic ex suo facto non vero ex facto defuncti, & sic ratione contraria pro prima opinione adducta, & quia ratione incertæ partis non diuiditur
13 † actio pro hæreditaria portione, secundum Bal. in l. 2. n. 6. C. de hæred. actio. hæc tamé pars hæredis absentis incerta est, quia portio hæreditaria, secundum Bal. ibi est in pendenti, ergo cessat dicta diuisio

portionis hæreditariæ inter omnes cohæredes, & tenebuntur qui nunc soluendo sunt cum cohæres absens venit, quod & optimo simili probatur, fideiussores enim plures si pro aliquo intercedant, si aliud non dicatur, vnusquisque tenetur & potest conueniri pro sua parte, imo & computatur in eo, quod tantum debitor soluerat, secundum text. in l. inter con. §. 1. ff. de fideius. & tamen si aliqui eorum non sint soluendo, qui sunt soluendo pro illis tenentur, secundum text. in l. 8. titul. 12. par. 5. & l. 9. eod. tit. & par. ergo & eodem modo in nostro casu, neque obstat l. 11. col. ... in princi. eod. titul. & partita 5. quæ contraria illis legibus eiusdem tituli

14 li videbatur, quia illa l. 11. quantum ad ipsos fideiussores soluentes loquitur, vbi si vnus ex fideiussoribus ipsis totum soluit debitum ab alijs pro virili solutum recuperabit, neque pro illo qui non est soluendo ille qui est, tunc tenebitur, cum omnes certent de damno vitando, sed dicta l. 8. & nona, non loquitur in hoc casu, sed in primo, & sic non sunt contrariæ, item & quia si pro exoneranda cõscientia de-

15 functi vnusquisque hæredum tenetur pro alio, qui non est soluendo, prout communem testatur Villalobos in suo ærario mill. com. opin. litera. H. numero. 4. quanto magis tenebuntur cohæredes ij pro exoneranda conscientia sua, & ne cohæres absens nunc veniens ex parte sua defraudatus remaneat, ob ipsorum factum, & diuisionem, hæc sunt, quæ pro vtraque parte excogitaui, lectori dissolutionem relinquo, & præsupposita scientia ipsorum hæredum scientium se habere alium cohæredem absentem, & noluisse illi partem indiuisione hæreditatis facere, sed partem suam inter se diuidere potius voluerunt, tanquam si nihil absenti pertineret ex hereditate, pro nunc hæc secunda plus placet opinio, cogitate vos.

Ibi. [alguna cosa hurtada,] ex quo colligitur, l. 2. titulo. 29. partita tertia

16 quæ per ... permutabatur res furata ... & sic ex tex. nostro nullum tẽporis lapsum furanti, pro re furata ius aliquod tribuere, prout & probat tex. in §. furtiuæ, institu. de vsucapio. & tex. in l. quarta & quinta, titulo. 29. partita. 3. & l. 2. titulo. 10. lib. 2. for. imo & plus pro-

17 bans ille lege, quod neque vsusfructus rei furatæ præscribi potest, non solum per ipsum furantem, neque per eius successorem ... personam ... res illa furata cum vitio illo, furta enim & violentia

18 & violentia vitia realia sunt quæ rem ipsam afficiunt & eam sequuntur, secundum gloss. fursada in d. l. 4. ideo ad quemcunque possessorem cum eodem vitio transeunt, ideq; probat tex. in eadem l. 9. tit. 29. partit. 3. vbi idem quod noster text. probat, imo neque

19 expensas in re furata factas repetere potest fur, neque successor eius cum vitio in re illa succedens, secundum D. Couarr. in cap. peccatum. 2. p. §. 6. per totum vbi & an teneatur re perempta penes eum.

Ibi. [o alguno tuuiere escondida] nota disiunctiuam illam, o, quasi vnum tãtum sufficiat, vel furatam habere, vel absconditam, licet litera. l. fori. 2. ti. 11. lib. 2. for. attenta tenebat ibi Montal in gloss. sic vtrunque requiri, scilicet quod furata esset & insuper abscondita, eo quod text. ibi loquebatur copulatiue, sed cum text. noster disiunctiue loquatur, vnum istorum sufficiet nam & abscondens rem & non manifestãs furti tenetur, imo & si rem repertam quis intra tres dies non manifestauerit pro furto conueniri potest, secundum text. in l. falsus. §. quia alienum. ff. de fur. allegatus ad hoc per Anto. Gom. to. 3. c. 5. n. 2. ex quo inoleuit practica q re aliqua deperdita, præconizatur vt habens eam intra tres dies manifestet alias quod furti tenebitur: si ergo absconsor furti tenetur, ergo idem de eo erit quo ad nostri text. materiam, quod est de furante.

LEX VI.

Quæ erat. 63. Tauri.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter, & quo tempore ius exequendi actioque personalis & executoria super illa data, vel vbi ad est hypotheca, vel actio est mixta, præscribantur, in præsenti lege disponitur & declaratur.

IBi, [se prescriua por diez años,] hic ponitur prima nostri tex. conclusio, quem vt melius examinemus per conclus. examinabo & declarabo, quarum conclusionum prima ex verbis ijs colligitur, scilicet, quod
1 ius executiuum decem annis † præscribitur ex tex. nostro in correctionem iuris ciuilis quo mediante triginta durabat annis, quoniam per officium iudicis fiebat quod officium isto spatio. 30. annorum durabat, secundum gl. cũ tex. in. l. sicut in rem. C. de præscriptio. 30. an. & Anton. Gom. hic, & nouissime Olanus in concordia antinomiarũ, ver. ius exequẽdi. n. 57. vbi. 58. n. inquit idem caueri quod hic in regno Nauarræ, & habes notare, quod istę conclusio respicit omnia verba sequẽtia nostri text. & ponitur quasi quædam maxima ad sequentia, cum clausula generalis in
2 principio † posita ad omnia sequentia referatur, vt per DD. in. l. 1. C. de lib. præt. & per Bar. in. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus nume. 4. ff. de verb. obl. & per gloss. 1. l. 9. tit. 6. par. 7. & Abb. additio in cap. causam quæ de rescrip. nume. 5. Rebuf. in. l. vnica super glo. ver. & non ex quibusdam, pagi. 453. in magnis, vbi inquit ipse Rebuf. nu. fin. quod facilius præcedens clausula determinat sequentia, quam sequens pręceden-
3 tia †, & quadruplicem virtutem præcedentiũ ad sequentia ponit idem Rebuf. tract. nominatio. quæst. 5. n. 21.

¶ Et sic ampliatur primo hæc conclusio, vt procedat non solum si ad sit personalis obligatio pro debito, sed & si adsit executoria super illa obligatione, vel hypotheca, vel etiam si actio ad debitum & eius obligatio sit mixta, realis, & personalis, ad huc enim tunc in ijs casibus, & quolibet
4 eorum ius exequendi † virtute instrumenti hæc continentis, vel aliquid eorum decennio præscribetur, quod fundatur ex eo quod diximus clausulam præcedentẽ sequentia respicere, item ex eo ꝙ conclusio hæc solum respicit instrumentum, virtute cuius debet peti executio, neque considerratur adsit in eo obligatio personalis, realis, vel mista, & ideo quæcũque horum vel itidem omnia hæc contineat tale instrumentum, præscriptio iuris executiui locum habebit per decennium quicquid nouissime aliud velit Ioan. Yañez in libro suo rerum quotidianarum. cap. 1. §. 13. n. 45. quem post hæc in lucem author ipse produxit.

¶ Item & secundo ampliatur hæc conclusio vt procedat, quod non solum ius exequendi ex instrumento publico resultans pręscribetur decennio, verum & si ex confessione clara in iudicio facta, resultaret, nam cum talis confessio habeat exe-
5 cutionem † paratam secundũ tex. in. l. 5. titul. 21. infra isto lib. merito quod iuri huic exequendi ex tali confessione resultante per decenniũ pręscribatur, cum ius istud ex confessione resultans, & illud quod ex instrumento publico resultat per tex. in. l. 1. iuncta illa. l. 5. tit. de las entregas, infra isto lib. parificentur & lex nostra indistincte loquatur.

¶ Vlterius, & tertio hæc conclusio ampliatur, vt & etiam instrumenti priuati & sic priuatæ scripturæ ius exe-
6 cutiuum decennio † hoc pręscribatur, nam cum ex. d. l. 5. titu. 21. infra isto libro priuata scriptura executiuum ius proferat postquã recognita est nimirũ si ius eius executiuum dicto decennio præscribatur ex text. nostro generalem ponente conclusionem, scilicet, quod ius executiuum per decennium præscribatur. Est tamen optimum & singulare dubium, in priuatis
7 ijs scripturis à quo tempore currit † decennium istud, præsupposito quod dies solutionis iam lapsus est, nam ante neque in ijs neque in publicis non incipit currere præscriptio hæc prout inquit nouissime in propositum nostræ legis Gometius Leon in centuria informationum iuris capitul. 88 ex Castillo in. l. 63. taur. in glo. Diez & tenet Parlado. iu. d. §. 13. numer. 43. num, scilicet tunc procedet præscriptio iuris talis exe-

executiui à die solutionis, vel an à die recognitionis priuatæ huius scripturæ, & videt dicendũ quod à die recognitionis factæ incipiat currere istud decenium, eo quod ius istud exequendi virtute huius priuatæ scripturæ non datur neque competit, nisi postquam scriptura illa recognita est secũdum text. in d. l. 5. tit. 21. infra isto libro & virtus eius à die recognitionis procedit, neque retrotrahenda est, secundum Angel. in l. si. fideiussor. in versi. in textu, ibi, præsentibus C. de fideiussori. & Hippoli. singul. 135. & 484. quos refert Did. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ord. colum. 1090. si ergo ex die recognitionis cõpetit ius executiuũ, vsque tunc nõ potest procedere præscriptio hæc quia nihil est quod præscribat eò ꝙ præscriptio introducta est ad præscri-
8 bendum ius aliquod formatum, † secundũ Bar. in l. pignori. ff. de vsucapio. neque datur præscriptio si nõ datur actio, vt. l. sicut C. de præscriptio. 30. ann. & quia licet sche-
9 dula hypothecam inducat à die, † quo facta est, vt l. scriptura. C. qui pot. in pign. hab. id tamen verum est quando est recognita, secundum Rebuf. in 1. tomo. titu. de chirographo & sched. recog. art. 1. nume. 41. & articu. 2. nume. 3. ita videtur in nostrum propositum tenere, neque obstat si dicatur quod licet hæc ita sint, tamen sta-
10 tim quod facta est recognitio, † trahitur retro ad tempus celebrati contractus, ex text. bene notando in l. potior. ff. qui potio. in pig. hab. quem ad hoc allegat Anto. Gom. tom. 2. cap. 11. nume. 30. quia id verum est, nisi in facultate creditoris esset, illud implere facere, secundum Anton. Gomez. ibidem limi. 1. hic tamen in potestate creditoris est, vt recognoscatur schedula hæc, ergo retrotrahi non debet ex dicta doctrina, & si non retrotrahitur à die recognitionis competit hoc ius executiuũ, & sic ex tunc currit decennium hoc, pro contraria vero parte imo quod à die celebrati contractus & solutionis faciendæ incipiat currere decennium hoc, facit, quia non est dicendum schedulam priuatã esse melioris conditionis, quam instrumentũ guarentigium coram tabellione publico confectum, sed instrumenti guarentigij publici ius executiuum à die solutionis decenio præscribitur, ergo & ius executiuũ ex priuata scriptura resultans eodem tempore & ab eodem die præscribetur & si post multum eius recognitio fiat, maioris enim effectus est instrumentum publicũ
11 † coram tabellione confectum, vtpote quia instrumento priuato præfertur secũdum text. in l. 31. titul. 13. part. 5. & si instrumentum illud publicum sit posterius, priuato præfertur secundum text. in l. 31. par. 5. nisi priuatum ipsum instrumentum contineat signa de quibus in illa lege. 31. traditur si ergo hæc ita in instrumento publico se habẽt, à maioritate rationis procedent in priuato instrumento, item & quia si teneremus primam opinionem sequeretur maximum absurdum, scilicet, ꝙ si in viginti annis elapsis post diem solutionis, priuatum instrumentum non recognoscatur, & postea recognitio adsit abinde currerent decem hi anni, & sic personali actione præscripta i'executiuum abinde inciperet currere, quod esset absurdũ præscripta actione principali ius executiuum nasci, item quia attento ordine literæ nostri text. quod argumentum ab ordine literæ optime procedit, prius præscribitur ius executiuum quam actio personalis sed si primam teneremus opinionem, nunquam actio personalis etiam per mille annos præscriberetur si ius executiuum nõ nasceretur nisi à die recognitionis priuatę scripturæ, quod esset contra nostrum tex. actionem personalem viginti annis præscribi probantem, ergo item quia scriptura priuata seu confessio redacta in publicã formam, vim executiuam habet, tanquã si à principio fuisset in publicam formam posita, secũdum gloss. de positionibus in. l. fin. C. de edi. diu. adr. tol. quam in hac specie instrumenti guarentigij communiter approbatam fatetur Alexand. consi. 93. col. fi. lib. 6. & Hippoli. sing. 484. si vera loqui fas est quos refert Dida. Per. in d. l. 4. lib. 3. ord. titu. 8. colum. 1090. sed instrumentum priuatum recognitum coram iudice, vel confessio coram eo facta clare in publicam formam rediguntur quia coram tabellione & iudice, & sic executiuam viã continẽt, ergo habenda est ratio viæ executiuæ tanquam si à principio & sic à die so-

solutionis executiuam vim haberent, & per consequens abindè incurret decennium hoc, & est istud forte fundamentũ pro hac opinione. Quam tenendo non obstant pro prima opinione adducta, nam licet ius executiuum priuatæ scripturæ cõpetat à die recognitionis factæ, ea tamen
12 recognitione facta † retrotrahitur ad tẽpus & diem celebrati contractus, secundum quod ex gloss. illa. d. l. si. patet, & ex dictis per Anto. Gom. vbi supra & hæc retractio ad diem celebrati contractus & diẽ paratæ solutionis, fit in præiudicium ipsius creditoris negligentis petere debitum, licet non in præiudicium aliorum creditorum secundum Anto. Gom. vbi supra & Dida. Per. d. col. 1090 & in quacunque ratihabitione & in quacunque retractione ita tenent relati per Tiraquel. in de retract. lınagiel. §. 1. glo. 10. nume. 69. cum duobus sequent. & cum ad tempus illud retro trahatur abinde numerandum est decennium & sic à die quo potuit creditor instrumento illo vti, & non à die recognitionis, imputet enim sibi creditor, qui negligens fuit in petendo, neque huic responsioni obstabit si quis dixerit quod quoties est in facultate creditoris conditionem contractus adimplere tunc non
13 trahitur retro contractus † conditione impleta, secundum text. in. l. potior. ff. qui potio. in pig. ha. ad hoc allegatum per Anto. Gom. d. tom. 2. cap. 11. num. 30. limit. 1. & sic quando quidem est in potestate, & facultate creditoris facere priuatam recognosci per debitorem scripturam, recognitione facta nõ retrotrahatur cõtractus ad diem celebrati contractus & solutionis faciendæ, quia resp. ex vi rationis huius doctrinæ, ideo enim dicta retro tractio locum non habet quoties in facultate creditoris est purificari contractum, in odium scilicet ipsius creditoris nolentis, cum posset contractum impleri & purificari, & cũ in odium eius sit, itidẽ & in nostro casu in odium eius esse debet, nolle petere & compellere debitorẽ recognoscere priuatam scripturam in tempore, quo à die solutionis non essent elapsi decem anni, quod si non fecit & ab illo die decem anni elapsi sunt, imputet sibi si post recognitionem factam lapsis decem illis annis à die solutionis faciẽdæ careat iure exequutiuo cũ à die solutionis illius decenniũ lapsum sit, & sic ius executiuũ præscriptum, ex odio enim contra ipsum creditorẽ introducto non debet ipse creditor cõmodũ reportare in debitoris damnum, neque itidem obstabit quod vbi non datur actio non datur præscriptio, quia hoc in nostro casu non procedit, cum præsupponamus diem solutioni affixum in priuata illa scriptura lapsum esse & si lapsus est ab illo competit actio & sic petendi priuatum instrumẽtum recognosci, & sic cessat contrarium hoc sicut & omnia alia pro prima adducta opinione, & hanc secundam pro nunc amplector, licet non ignoro latrunculatores decimas ex executionibus instrumẽtorum capientes, hanc non, sed primam amplexuros esse, capiant tamen ipsi, quã velint, hæc enim secunda nunc mihi plus satisfacit, idéque posset dici in iure execu-
14 tiuo resultante ex cõfessione in iudicio facta, † quod dicimus in resultãte ex priuata scriptura, cum idem videatur, & eãdem demus retroactionem, confessione facta, sicut recognitione facta, vt diximus de quo tamen cum casus occurrerit latius cogita.

Vlterius, & quarto ampliatur nostra conclusio quod per decennij lapsum à die solutionis faciendæ numerandum ius exe-
15 quutiuũ præscribatur quod & hoc procedat etiam si adsit mala fides † nam cum remaneat creditori ius saluum ad pertendũ debitum via ordinaria mediante instrumento illo publico, vel priuato recognito, vel confessione facta in iudicio, mirum non est si cum mala fide etiam iure canonico attento ius executiuum præscribatur, prout in expresso tenet Anton. Go. in l. 63. tauri, & ibi Cifuentes, & Did. Pe. hic sub. l. 3. ti. 13. lib. 3. ord. colum. 1233. in. fi. & glo. 1. in l. 22. tit. 29. par. 3. & conciuis meus Doctor Gutierrez in. d. repet. l. nemo potest num. 205. de leg. 1. & post hæc tenet Ioann. Yañez in libro rerum quotidianarum capi. 1. §. 12. numer. 41. vbi & alio modo ampliat, & ante eos D. Couarr. in capit. possessor. 2. part. §. 11. n. 4. in fi. de reg. iur. in. 6. & nouissime Ponce de Leon Mexia, in pragmatica tassę panis. concl. 1. n. 150. vbi num. 151. ampliat vt

ve & præscriptio actionis personalis redhi
16 bitoriæ cum mala fide † procedat, licet in conscientia præscribens ad damni resartionem teneatur qui desumpsit à Couarru in dict. cap. possesso. 2. par. §. 11. num. 5. sic
17 & pœna etiam cum mala fide † præscribi potest, quia in conscientia non debetur pœna ante condemnationem prout expresse tenet illustris D. Coua. in. 4. 2. parte. c. 6. §. 8. n. 16. fol. 74.

Item & quinto amplia vt procedat nostra conclusio præscriptionis iuris executiui etiam contra ecclesiam, & contra
18 minorem, † cum æquiparentur, in restitutione petenda ex l. fin. titulo. fin. partit. 6. prout in ecclesia tenet gloss. in dict. l. 22. titul. 29. par. 3. & Parladorius Yañez in d. §. 13 est tamen bene verum, & ita iudicarem si casus occurreret, quod intra quadriénium à die lapsi temporis horum decem annorum numerandum restituetur ecclesia aduersus huius decennij lapsum ex text in clemen. 1. de in integ. resti. minor vero si contra prędecessorem suum incepit præscriptio vsque ad impletos viginti quinque ætatis suæ annos restituetur, sed si contra prædecessorem non incepit per vigintiquinque ætatis annos nulla curret præscriptio, secundum text. in. l. 9. tit. 19. par. 6. & tradit licet in aliud propositum, Anto. Gom. tomo. 2. capit. 14. numer. 3. secundum quod intelliges l. fi. tit. 14. par. 6. in. fi. & in expresso tenuit Cifuentes in præsentiarum, & Auiles capit. 10. prætor. gloss. 1. nume. 69. fol. 147. colum. 3. & sic intelliges dicta per Ioannem Yañes, in suo libro rerum quotidianarũ, d cap. 1. §. 13. numer. 46. argumento doctrinæ Bar. in. l. etiam. ff. de minori. & quia in omni actu & negotio cuiuscunque qualitatis & naturæ in quo minor læditur restitui potest secundum Ant. Gom. vbi supra nume. 5. illatione. 12. sed in non petita executione intra decennium quis dubitat nisi quod minor & ecclesia lædantur, tum
19 † quia per viam executiuam facilius debitum consequi possent tum etiam quia minores expensas faciét, ergo nimirum si restituendi in hoc casu sint, cum & rei pub. intersit ne lites immortales fiant, prout quotidie per viam ordinariam intentatam fiunt idemque dicendum videtur in ab-
20 sente ex iusta & probabili causa, † cui ex remedio generalis clausulæ competit, & cópetere potest restitutio, hic enim & aduersus huius decennij lapsum restituetur nam & si secundum Paul. consi. 297. incip. visis & ponderatis, currat præscriptio contra hos absentes, impeditos, & ignorátes, restitui tamen possunt, & restituendi sunt, virtute dictæ clausulę, ná & ex capite iustæ ignorantiæ restitui quis potest cō
21 tra præscriptionem †, secundum Boheri. decisi. 39. & Couar. in cap. possessor. 3. p. §. 3. per totum. quemadmodum & famulus absens & forensis restituitur, aduersus
22 lapsum temporis, † puta triennij, non petiti salarij, secundum Imolam in rub. extra de consue. & ibi omnes, & Fab. in breuiario. l. cunctos populos. C. de sum. trin. vbi Ias. num. 66. eum allegat, & Alexan. consi. 179. volum. 2. & Hippol. in. l. fin. numer. 78. ff. de iurisd. omn. iud. & an quadriennũ
23 dictum ignoranti curreret † tradit. Boherius decisione. 39. & Cou. in. c. possessor. 3. p. §. 3.
24 Et an hæreditate iacente † curreret hæc præscriptio, vel alia, tradit additio pen. Bal. in rub. C. de succes. edicto. & tradit melius Balbus, relatus per Villalob. in suo ęrario mil. com. opini. litera. P. num. 326. vbi inquit communem esse quod nó currit.

Qua conclusione, sic ampliata primo venit limitanda vt non procedat quotiescunque obligatio est contracta vt
25 post decem annos, † debitum in ea contétum soluatur, túc enim etiam, si illi decem anni sint elapsi non habet locum hæc præscriptio, sed ab illis primis decem annis decursis, & completis in alios decem annos sequentes curret præscriptio huius iuris executiui, nam non valenti agere non currit præscriptio, prout in terminis videtur tenere Paul. Cast. & Ias. in. l. centesimis in prin. ff. de verb. obl. & tenet expresse in nostris terminis, Cifuentes. l. 63. taur. limitatione. 1. Did. Per. in. l. 3. tit. 13. col. 1237. versi. intellige lib. 3. ord. & Bal. relatus & secutus per Villalo. vbi supra litera. F. nu. 101. & addition. segure. l. cohæredi. §. cũ filię nume. 89. de vulg. & hoc argumento illius scilicet doctrinæ, quod tunc demum fideiussor potest agere vt liberetur ab obliga-

obligatione fideiussionis cum iam incipit te
26 neri fideiussione illa non ante, † vt per Anton. Gomez, optime tom. 2. cap. 13. n. 10.

Secundo limitatur in persona minoris contra quem non currit hæc prescriptio, neq; alia si ab eius persona incipere debet, sed si à persona sui prædecessoris maioris curret, & contra minorem sed restituetur secundum Cifuentes hic quæst. 7. quod & ad l. 9. infra eod. optimum est, de quo & in quinta ampliatio ne supra diximus.

Tertio limitatur nostra conclusio vt non procedat quotiescunque in contractu, & instrumento illo adesset iuramen-
27 tum †, nam hoc casu etiam vltra decem annos exendetur remedium hoc executiuũ, iuramentum enim perpetuat obligationem vsque ad quadraginta annos.
28 † l. cum postea. §. si is qui. ff. de iur. iuran. notat Bal. & ibi Angel. Roma. & communiter moderni in l. naturaliter. ff. de vsu capio. quos & alios citat. Did. Per. in d. l. 3. titul. 13. libro. 3. ord. colum. 1236. & Boheri decisi. 328. num. fi. & Auiles. c. 10. præt. gloss. 1. num. 69. fol. 147. & Cifuentes. l. 63. taur. quæst. 3. vbi id in expressis terminis executiuis notat, & Cæpo. cant. 20. vbi inquit quod virtute talis iuramenti potest peti executio: si ergo eius virtute potest, ergo & vsque ad quadraginta durabit annos, quod tamen intelligeres secundum Feli. in rub. extra de præscriptio. num. 15. falla. 4. relatum per Did. Per. d. colu. 1236. quoties iuramentum tale tenderet circa renuntiationem præscriptionis futuræ nõ aliâs nã debet regulari iuxta naturam contractus super quo interponitur neque ad incogitata debet exendi: de qua tamen doctrina, & de quo iuramento intelligatur tradit conciuis meus Gutierrez in tract. de iurã. confi. 3. par. cap. 1. num. 5. cum sequent. pluribus vbi num. 15. & 19. ad nostram legem applicat & allegat Dida. Per. vbi supra eum declarando de quo iuramẽ to intelligi debeat hæc opinio, hæc tamẽ iure nostro regio attento de nihilo seruiũt cum in obligationum instrumentis, validis aliisque ea iuramenta iam ab vsu resilierint neque apponi possint, vt in Francia inquit Rebuff. infra proxime allegandus num. 9. vbi tenet contra istam limitationem, & benè, nisi limitationem intelligas vt confiderat Guterrius vbi supra numero. 18. ideo super ijs amplius non est insistendum, de cuius iuramenti effectu & intellectu traditur per additio. capellæ Tolosanæ. 220. ex quo decerpi potest & alia limitatio, scilicet quando in obligatione exprimeretur quod finito vno decennio ad præscribendum ius executiuum aliud incipiat curre-
29 re, † nam tunc primo finito non finietur ius hoc executiuum, & non est mala limitatio & doctrina, & faciunt dicta per Rebuff. 2. to. const. Fran. tit. de mercat. min. ven. arti. 1. gloss. fi. numer. 6. fol. 232. quẽ post hæc reperi in hoc secutum per Gutierrez in suo tract. de iuramento confirmato. par. 3. cap. 1. numer. 12. & Parladorius in dict. §. 13. num. 44. & Boher. decisi. 328. num. 5. nam si renuntiatum sit in in-
30 strumento huic † præscriptioni iuris executiui non procedet nostra conclusio, secundum D. Ioan. Yañez in lib. rerum quotidianarum cap. 1. §. 13. numer. 43. vbi & num. 44. illam doctrinam additio capellæ Tolosanæ tenere videtur, licet eam non alleget & ibi limitat vt non procedat in casibus, de quibus supra diximus, poterat & alio modo limitari nostra conclusio, vt non procederet quotiescunque in instrumento apponeretur aliqua ex dictionibus
31 perpetuitatem denotantibus, † puta semper quotiescunque petitum fuerit, & similibus, tunc enim etiam post decennium ius executiuum duraret, prout expresse in propositum nostrum tenuit Bal. l. quod si nolit. §. fi quid ita. ff. de ædil. edi. & ibi Cæpola numer. 3. & 4. & circa in propositum nostri text. etiam tenuit in præscriptione cui renuntiari potest, sic intelligens procedere, & hoc ex opinione illorum tenentium dictiones has perpetuare actionem
32 & excludere † præscriptionem secundũ Boheri. & Auiles vbi supra, & conciuem meum Gutierrez in rep. l. nemo potest de leg. 1. nume. 275. & nouissime Ioan. Yañez in libro rerum quotidianarum capit. 13. §. 1. nu. 44. Couar. & Grego. Lop. ad hoc allegans, & Augusti. Beroi. in quæst. 5. familiari num. fi. vbi alios allegat, & veriorem hanc testatur Alcia. in rub. extra de præscrip. nume. 67. & 68. & Rebuff. 2. to. const.

const. Fran. tit. de mercat. minor. venal. gl. fin. nu. 6. & Bertach. plures allegando in repertorio suo. verb. præscriptio cōtra quos versiculo. 35. & plura tradit idem Rebuff. in l. vni. C. de sent. quę pro eo quod inter. prof. notabi. nūm. 45. vbi cum omnibus numeris sequē. plura infert in propositum maxime illud, scilicet, quod si in pacto de retrovendendo non apponitur tempus intra quod res redimi debeat, sed quandocunque venditor voluerit offerre debitū & soluere recuperet rem venditam, in per-
33 petuum, & semper offerre poterit & rem habere, secundum Ant. Gom. to. 2. c. 2. num. 18. ad fi. & Couar. libr. 1. var. cap. 9. num. 1. versi. tertio communi, & sic fuisse sententiatum in parlamento Burdegal. asserit Rebuff. in d. l. vni notab. 1. nu. 53. licet & secundum eum ibi in parlamento Parisi. contrarium fuerit iudicatū, imo & in Burdegalen. scilicet quod in hoc pacto sic interposito triginta annis præscribi possit ipseque Rebuf. ibidem nu. 54. hāc veriorē & communiorē testatur opinionē & sic declarabis opinionem relatorum per Ioan. Yañez vbi supra, numero. 49. dicens post l. nostram pactū de retrouēdēdo in quo nō adest hypotheca tolli. 30. annis nam verum quoties aliqua dictarum dictionum apposita non fuerit in eo, secus alias quia tunc durabit per. 30. annos etiam si hypotheca nō adsit secundū hanc cōmuniorē & veriorē opinionē neque durabit in perpetuū actio tamen, sed illis. 30. annis tunc poterit præscribi etiā cum mala fide
34 eo quod contra eum, cui non dum actio competit, sed patet nō currit præscriptio cum mala fide procedit, vt diximus in l. 4. gl. 1. in fin. sup. hoc tit. & quia licet præscriptio auferat, non tā pro tempore quæ. 30. annorum sit & sic licet aliqua dictarum dictionum apposita fuerit, nō excludet præscriptio in toto, sed tātū perpetuabit actio & ius vsque ad triginta annos, argumento dictorum per Vallad. in ... cōm. ... in litera P. num. 48. & Barbat. ... & ita exposuit in proposito dictarum dictionum ... Hugonem Gellium ... numero 5. in fine, & per Tiraquel. de retract. conuen. tit. ... titulo 1. §. 1. glos. 5. numero 23. ... cum tirulo 1. §. 1. gloss. 2. numero. 6. cum pluribus sequent. & per Couar. vbi supra, nam & hę dictiones maxime si à lege proferan-
35 tur de habilitate restringendæ sunt, secundum eund. Tiraq. dict. tractatu titulo. 1. §. 1. gloss. 7. numero. 29. cum tribus sequētibus, neque secundum eum ibi dict. titulo. 1. §. 1. gloss. 2. numero. 1. q. valet pactum
36 omnem excludens præscriptionem, nisi expresse ei renunciaretur, vt ponit d. Tiraq. dict. gloss. 2. numero. 14. & cum per verba hæc non expresse renuntietur præscriptioni, consequens quod intelligendæ sunt, secundum eius commune, & sic quod non ex toto præscriptionem excludant sed perpetuent eam vsque ad. 30. annos, imo lege nostra attenta vsque ad. 20. tantū annos, secundum d. gloss. 1. in d. l. 42. titulo. 5. p. 5. tetigit Anto. Gom. dict. num. 28. qui tamen contra tenet, & ego itidem teneo quod existente aliqua ex dictionibus perpetuitatem denotantibus durabit vsque ad triginta annos, quoniam lex nostra non loquitur in casu in quo aliqua dictarū dictionum adesset, nisi ipsum Gregorium intelligas vbi non adesset dictio denotāns perpetuitatem, sed tantū pactum redimendi, vel intelligi potest Grego. l. pp. quoties actio principalis debitæ per. 30. annos præscriberetur, tunc etenim & ius executiuum præscribetur. 20. annis quamuis aliqua dictarum dictionum non apponatur, & sic vsque ad eos triginta annos, vel tempus, quo durabit actio principalis, perpetuabitur ius executiuum virtute alicuius dictarum dictionum & similium perpetuitatem denotantium, quod tamē intelligerem, & verum crederem, si in ipsa met clausula executiua, vbi datur iudicibus pote-
37 stas exequendi instrumentum illud aliqua dictarum dictionum apponeretur, puta, si diceretur, Doy poder a todas y quales quier iuezes y iusticias destos Reynos y señorios de su Magestad, y de otras qualesquier partes, fuera de ellos agora y en todo tiempo, para siempre jamas, o cada y quando, que por testimonio deste ... por ... y ... cumplir ... de ... como ... perpetuo ... dictiones ... intelligi-

tur

tur verba illa apposita circa renuntiationē præscriptionis futuræ iuris executiui, in perpetuum & sic vsque ad tempus principalis actionis durabit ius exequendi, & sic ad tēpus ad quod obligatio ipsa ex instrumento procedens duratura erat, quæ est optima & noua mea in propositum consideratio, quam & post hæc scripta punctuatam, vidi per conciuem meum Doctorē Gutierrez in repet. l. nemo potest, numer. 475. de leg. 1. & Ioan. Yañez vbi supra d. numero. 44. licet ipsi non aduerterint, vbi & in quo scripturæ loco apponenda esset dictio aliqua ex dictis, vt hunc iuris executiui effectum operaretur, nā si ad iuris executiui propositum & intentum non apponeretur aliqua ex dictis dictionibus nihil quoad illud operaretur, & si in alio instrumenti loco apponeretur, sed operatur tunc tantum, quoad perpetuationē actionis, non vero executionis, & suspenditur licentiatus Gutierrez, nunc vero Doctor meritissimus, cum quo eodem die & ego gradum doctoratus assumpsi nouissimè in suo tractatu de iuramento confirmatorio 3. part. cap. 1. numer. 9. & 10. aliud velit, & non displicet ex toto hæc nobilior eius opinio, quod alias præscriptiones quā iuris executiui, & ibi numero. 11. limitat alio modo, vt præscriptio hæc in eo operetur, scilicet, quod ei renuntietur, & tenet Ioan. Parladori, in dict. §. 13. numero. 43. item & non procedit textus noster quoties tempus solutionis non est præfixum in instrumento, tunc enim post interpellatio-

38 nem factam † de soluendo modico tempore expectato poterit exequi, secundum Bald. cap. quoad consultationem, numer. 14. de re iud. & Auiles dict. cap. 10. glo. 1. ad fin. vbi & limitationes annectit de quibus supra, & per Parladori, dict. §. 13. hæc & aliæ ponuntur, quas ego primo posui ante ipsius impressionem.

¶ Vlterius notandum est, quod per solam petitionem executionis interrumpi-

39 tur præscriptio hæc † iuris executiui, nā in instrumentis paratam executionem habentibus, productio ipsorum in iudicio & executionis petitio habet vim litis contestationis, secundum Bartolum notabiliter in. l. si quis stipulatus. num. 4. ff. de solutio. & Bald. ibidem, per litis tamen contestationem interrumpitur præscriptio, vt. l. si post moram. C. de peti. hære. l. naturaliter. ff. de vsucapio. ergo per petitionē executionis remanet integrum decennium illud, prout & tenet Cyfuentes, in præsenti & eo relato nouissimè Gomecius Leon, in sua centuria informationum iuris. c. 82. & Ioan. Yañez vbi sup. n. 46. ad fin. sed an

40 per petitionem extraiudicialem † interrūpetur, tradit nouissimè cōciuis meus Gutie. in suo tract. de iura. cōfir. p. 3. c. 1. n. 24.

¶ Pro complemento igitur huius nostræ conclusionis & in ea dicendorum vt ad secundam nostri tex. partem & conclusionem deueniamus quærendum est, numquid si ius executiuum ex instrumēto publico, & guarentigio resultans præscriptū sit, vel itidem ex priuato, per lapsum huius decennij, possit peti, vt recognoscatur instrumentum illud publicum, & quod cōfiteatur pars debitum ibidem contentum adhuc deberi per confitentem ipsum, an virtute huius recognitionis & confessionis poterit executio pro debito illo peti &

41 fieri non obstante † quod ius executiuū ex instrumēto illo publico, vel priuato resultans per lapsum decennij præscriptum sit, & videtur dicendum quod sic, vt pote quia cōfessio, vt in. l. 5. tit. 21. huius nostri libri probatur, paratam habet executionē, & est hæc optima cautela, vt executio locum habeat, prout in expressis terminis voluit tenere Didac. Perez, in. l. 3. titu. 15. lib. 3. ord. col. 1092. in medio, & eo relato, nouissimè idem tenuit conciuis meus Doct. Gutier. in d. repe. l. nemo potest. n. 488. cum sequen. & ante eos Aui. in. c. 10. præt. gl. 1. n. 69. fol. 147. & nouissimè hos & Castillo referendo tenet Ioa. Yañez, in d. §. 13. n. 45. ego tñ salua eorū pace semp tenui & teneo contrariū, imo q virtute dictæ talis cōfessionis hac cautela à debitore extortæ executio nō habeat locū, tū quia lex nostra de nihilo seruiret, & faciliter eius dispositio elidi posset, tū etiā quia qui non pōt conueniri nō præiudicat sibi recogno

42 scēdo, † sm̄ Bal. relatū & secutū per Auē. in cap. 30 præt. num. 11. in princ. & num. 12. in versic. vbicunq; ergo libr. 2. sed debitor iste virtute illius instrumenti publici, vel priuati via executiua conueniri non potest, quia ius executiuum ex illis

procedens, præscriptum est per lapsum decennij, ergo & si recognoscatur & confitentur in iudicio debitum, non ob hoc ius executiuum iam præscriptum, suscitari potest, nam cum recognitio hæc & confessio referat se ad instrumentum illud, non debet esse maior vis in termino referente, quàm in eo ad quem fit relatio, sed eadem secundum textum in l. si prior, ff. solut. matrimo. quem commendat in hoc Iasi. in l. qui sic stipulatur, folio. 78. ff. de verbo. obligatio. sed in ipso instrumento non est vis executiua, ergo neq; in recognitione & confessione de eo facta, debet adesse. Neque obstat fundamentum primæ opinionis, nam procedit ijs inconuenientijs de medio ademptis, & sic cum de debito illo non adest instrumentum ad quod confitens se refert, & ita hanc meam opinionem verissimam iudico, imo & quod plus est teneo, scilicet, quòd & si absque exhibitione instrumenti huius coram iudice petatur per creditorem, quod debitor eius iuret & confiteatur an debeat sibi decem, potest ipse debitor dicere de hoc debito adest instrumentum publicum, vel priuatum, creditor ipsum exhibeat, & petat virtute illius, quia ad illud se refert in confessione, & tunc non debet exequi confessio hæc, si ius executiuum ex instrumento illo resultans præscriptum est, neque debitor compelli aliter iurare, neque confiteri, nè forte creditor volens vti confessione debitoris eum condemnet ad debiti illius solutionem virtute dictæ confessionis, & post virtute schedulæ, & instrumenti iterum debitum illud petat, & quoniam in hoc casu militant rationes dictæ meæ opinionis, quam semper tenui tanquam veram, & reperi post tenuisse Auendan. vbi supra, de quo admodum gauisus sum, & quòd inuenit autorem meæ opinionis, ideò eam tene, & sequere, licet iudices iurium executionis admodum auidos, & cupidos primam opinionem & male aliquando tenuisse vidi, meam tamen iuridicam, & tenendam consulo, neq; cum fueris iudex auaritia tentus aliud facias, nè dû bursæ tuæ prouidere cupis, animam oneres. Neque placet mihi distinctio, qua inter has opiniones vtitur Parlad. vbi supra, nume. 46. Nam si in prosequutione executionis de supradictis apparet, & quòd instrumentum ius executiuum præscriptum est, quantumcunque primo reus confessus fuerit simpliciter vere debere, neque adijciat soluisse, non propterea est locus executioni nam hic non tractamus de præscriptione debiti, sed iuris tantum executiui, & ideò non est facienda vis in modo confitendi, prout ibidem Parlad. pro concordia dictarum opinionum faciebat nullo fundamento iuris fulcitus, & hæc pro prima nostri text. conclusione sat sint.

¶ Sit igitur secunda conclusio, scilicet, quòd actio personalis tantum, vel itidem
42 ea & executoria super ipsa personali actione concessa præscribuntur viginti annis, sed si in obligatione personali adsit hypotheca, vel obligatio ipsa sit mixta partim realis, & partim personalis triginta annis, & non minori tempore præscribentur, & hoc est, quod in effectu continet noster text. illis verbis, y la action personal, vsque ad finem inclusiuè, cuius dispositione attenta, cum iam leges quædam ordinamenti circa hæc anteà disponentes in hac nostra recopilatione non inserantur, cessant latè dicta circa earum intellectum per Didac. Perez super his, in l. 2. & 3. titulo. 13. lib. 3. ordinam. col. 1231. cum quatuor sequentibus, & ante eum per Couar. in reg. possessor. §. 11. 2. partis, num. 1. & per Anton. Gom. & alios scribentes in præsentiarum, & per Dueñas, regul. 6. & Greg. Lopez in. l. 22. glo. 1. titu. 29. part. 3. & Mencha. de success. creato. §. 10 nume. 28. cum pluribus sequenti. & quæ nouissimè post hæc, & alia mea scripta tradit dictus aduocatus Pincianus Ioan. Yañez Parlad. in dicto suo lib. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 12. num. 40. solumq; notandum iam est ad huius conclusionis intellectum, quod in primo illo decennio illorum viginti annorum actionis personalis, vel executoriæ super personali latæ, & in primo decennio triginta annorum actionis hypothecariæ, vel mixtæ realis, scilicet & personalis computatur decennium illud per nostram. l. iuri executiuo constitutum, ita quod decennio illo primo elapso, ad præscriptionem personalis actionis, & etiam executoriæ super ea latæ solum decem alij anni supersunt, & ad præscriptionem hypothe-

pothecæ, vel mixtæ actionis solum viginti remanēt anni, & sic in primo decennio præscribitur ius executiuum, & currit & in eo præscriptio iuris principalis, & sic debiti, & hic est nostri text. verus intellectus & vera declaratio, prout ex eius verbis, & ex latè dictis per dictos doctores clarè colligitur, dum sic leges illas antiquas, & ordinamenti, & nostram declarabant, & in terminis legis nostræ hodie tenet nouissimè conciuis meus in l. nemo potest, numero 480. & post eum & hæc Ioan. Yañez vbi supra, numero 47. ex quibus vt particulariter ad aliqua deueniamus videtur cessare

43 illud, † quod disputabatur per Dueñas, vbi supra, & Anton. Gom. hic in fin. & Didac. Perez vbi supra, colum. 1234. in fin. an scilicet, quod lex illa. 3. dict. titul. 13. libro. 3. ordinamē. procederet tam in realibus, quàm in personalibus actionibus, nā dicendum est ex text. nostro in realibus procedere præscriptionem à nostro text. designatam, dum tamen sit directa præscriptio realis ad debitum præscribendum, pro cuius debiti solutione personalis est inducta obligatio, vel realis solum obligādo res aliquas, & hypothecando, vel mixtæ realis, & personalis, & sic in reali illa, & hypothecaria, quæ pro debiti solutione non est introducta, & directa iure antea constituto attento procedet præscriptio, quod colligitur ex text. hic, ibi, La deuda, & sic hypothecaria sola, quæ non pro debiti solutione est constituta, sed pro assecuratione alicuius rei venditæ, permutatæ vel mutuatæ, aut commodatæ, aut ex simili causa quadraginta anni erunt necessarij ad eius præscriptionem, sicut antea ex. l. cum notissimi. C. de præscriptio. 30. ann. ex. l. 27. titulo. 29. partita. 3. requirebatur, quoniam de hac posteriori hypotheca lex nostra non tractat, sed de prima, quæ pro debiti assecuratione, & solutione cōstituitur, prout aduertit Parlad. vbi supra, §. 16. sic declarando Anto. Gomez, Palac. Rub. & Castellum hic in vtraque hypotheca legem nostram intelligentes, & placet mihi eius declaratio, & intellectus, quem & ante eum vidi per modernum quendam nomine Gomeciū Leon in sua cēturia informationum iuris loco. 50. & hoc quoties

44 hypothecaria † præscribitur viuente debitore, à quo tertius possessor rei hypothecatæ causam, & titulum habuit, sed si tertius possessor rem hypothecatam ab altero haberet, tunc decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes præscriberet, vt per Negusant. de pignor. 6. part. memb. 2. num. 1. & per Balb. de præscript. 4. part. part. 4. princip. quæst. 3. principali, num. 9. & melius per Mench. controuers. illust. §. 60. num. 4. cum pluribus sequent. vbi declarant quanto tempore præscribatur hypothecariæ ad assecurationem propositæ, sic neq; in actionibus in rem scrip-

45 tis † procedet tex. noster, sed vt antea præscribebantur viginti annis ex. l. 3. C. quod metus causa, vt tradit Parlad. vbi supra, capit. 1. §. 11. numero. 37. sic & nunc quoniam realibus assimilantur, & fere aliam naturam sortiuntur, secundum Balb. de præscript. 4. part. 3. part. princip. quæst. 1. numer. 5. fol. 52. in paruis. & plures actiones

46 in rem scriptas enumerat † glo. 1. in. l. 2. §. est autem personalis. ff. ad exhib. notant DD in rubr. ff. si cert. petat. cessantque iti

47 dem dicta † per Anto. Gom. in præsentiarum in colum. fin. & iterum in tom. 2. variarum cap. 2. num. 28. ad finem, vbi asserebat, quod si debitum debebatur virtute instrumenti priuati, vbi tamen aderat actio personalis, vel executoria etiam super personali ipsa actione existebat, decem annis præscriberetur, si vero per instrumentum publicum debitum erat, viginti essent anni necessarij, prout & dicebat Didac. Per. vbi supra colū. 1239. in princip. lege enim nostra attenta, siue debitum contineatur in instrumento priuato, siue in publico, viginti anni sunt necessarij ad præscribendū actionem personalem, & executoriam super eam latam ex debito illo resultantem, prout ex. l. nostra grosis verbis apparet, præsertim in quantum derogat. l. illā. 3. titul. 13. lib. 3. ord. in personalibus decē annos tantum requirentem. Quæ quidē nostri tex. 2. conclus. non procedit quoad

48 petendum † supplementū legitimæ, siue petatur petitione hæreditatis, nō præscribetur minori tempore triginta annorū, secundū gl. penul. in. l. 5. tit. 8. p. 6. siue cōdictione ex lege, tempus idem erit necessariū sicut & si peteretur per petitionē hæreditatis triginta annis duraret, vt cōmunē

Ff 2 inquit

inquit Suarez in. l. quoniam in prioribus. 10. ampliat. num. 7. C. de inofficio. testa. & gloss. cinco, in. l. 4. titu. 8. part. 6. & pe-
49 titionem hæreditatis triginta † annis dura re, tenet Couar. in pract. cap. 12. numero 2. ad finem, & nouissimè tenuit post hæc Parlador. vbi supra, numero. 50. §. 15. vbi alias limitationes ad nostram legem annectit, & per consequens legitimæ totius, sicut neque partis, ius minori tempore triginta annorum præscribetur, prout in propositum statuti similis legi nostræ tenet Balb. in tract. præscrip. 4. part. 4. part. prin. quæst. 23. in fine. fol. 81. in paruis, vbi de validitate talis statuti tractat. Secundò nostri text. dispositio non procedit, quotiescunque eius dispositioni, & remedio re-
50 nuntiaretur † expressè, vel etiam tacitè iuramento partium adhibito, & interueniente in contractu, vel scriptura, quoniã tunc, vt in hac. l. remanet dictum, viginti annorum præscriptio vsque ad triginta extendetur, & triginta annorum præscriptio vsque ad quadraginta annos, vt aliquid operetur natura iuramenti, vel & renuntiatio tacita, vel expressa præscriptionis; prout in prima nostri text. conclusione remanet dictum, vbi adducta de iuramento, & de quo iuramento intelligatur, me remitto, alias plures fallentias ad legem nostram remissiuè ponit Dueñas, reg. 6. & Auendan. capit. 30. prætor. numero. 12. versic. sed aduerte. cum sequentibus, libr. 2. & an parte debiti soluta, in parte non so-
51 luta procedat præscriptio, † dependet à quæstione à nobis tacta in. l. 7. in fine infra
52 eod. Et an præscriptioni per pactum † renuntiari posset, tradunt Doctores maximè Ripa, numero. 104. & conciuis meus Gutierrez, in dicta. l. nemo potest, numero. 467. cum sequentibus aliquibus. ff. de leg. 1. vbi & an statuto fieri posset, vt præscriptio decem annorum locum habeat de quo & per Dueñas vbi supra, & Didac. Perez in dict. l. 3. colum. 1231. cum sequẽtibus, & Auend. cap. 30. præt. lib. 2. ex quibus omnibus communiter & verè colligitur, quod valet tale statutum, dummodo adsit bona fides, nam ea deficiente, neque per mille annos præscribetur iure canonico attento, quod in hac materia in vtroque foro seruandum est, ex cap. fin. extra de præscript. Quod etiam quoad actiones personales tenendum est, in quibus præ-
52 scribendis & bona † fides requiritur, secũdum Couarr. latè in reg. possessor. 2. part. §. 11. num. 3. per totum, & hanc dicit magis communem Ioan. Baptist. in suo ærario mill. commun. opin. verb. præscriptio, num. 276. & tradit Didac. Perez dict. l. 3. colum. 1232. & iterum lib. 1. ordina. col. 61. cum sequentibus. Neque lex in contrarium valeret, secundum Couar. vbi supra, num. 3. & 4. & hæc est verissima conclusio & in vtroque foro tenenda, nam vbi datur materia peccati ius canonicum in
53 foro ciuili seruatur †, prout & nouissimè tenet, & examinat conciuis meus Gutierrez in dict. l. nemo potest, num. 476. cum sequentibus, vbi ipse, & supradicti doctores inferunt plura in propositum ad leges sequentes seruitij famulorum & pharmacopolarum, & similiũ præscriptiones permittentium, vt tantum procedant bona fide in præscribente adhibita, & sic licet famulus non admittatur lapso triennio ad probandum seruitium non esse solutum,
54 quia est præsumptio iuris & de iure †, quòd per lapsum triennij solutum sit, secundũ Mench. de succes. creat. §. 10. numer. 33. admittetur tamen per partis confessionẽ, secundum eum ibi, & communem gloss. & doctorum in cap. is, qui fidem. de sponsal. & Alciat. de præsumptio. in argumentis. 2. part. imo & quod plus est, quòd si verè, & realiter probaretur non solutũ, posset iudex tali manifestę iniquitati suadente æquitate etiam si sit præclusa via, succurrere, & facere, vt soluatur salarium famulo, secundum Hippolyt. in pract. §. sequẽs, num. 36. vbi & num. 32. plura similia adducit, & hoc nequis cum peccato locupletetur ex iactura aliena. Ex quibus nouissimè vltra dictos Doctores infero vnum singulare in practica, scilicet, regem, & dominos habentes ius immemo-
55 riale percipiendi mostrencat, & res perditas, & si fecerint omnes diligentias à. l. 7. titulo. 13. libro sexto, infra requisitas, lapsaque sint post tempora legis illius, teneri tam in foro iudiciali, quam conscientiæ restituere bona illa mostrenca veris dominis ea petentibus, & offerentibus expensas, si quæ cum illis factæ sunt,

sunt, neque possunt se domini illi excusare per lapsum illius temporis ab illa lege præstiti, & assignati, vt domini compareant, neque prætextu diligentiarum secundum tenorem illius legis factarum, & hoc ex dictis, & ex sequentibus fundamentis clarissimè patet. Primò & principaliter, quia nulla lex (meo quidem iudicio) dari potest probans, quòd bona mostrẽca (vt ita loquar) elapso termino anni & duorum mensium, factisque & impletis diligentijs, & requisitis sint illius, qui solet talia bona percipere, nam licet dicta. l. 7. titu
56 lo. 13. libro sexto infra, † dicat, quòd diligentiæ ibidem descriptæ fiant per illum, qui ius habet percipiendi bona hæc, non tamen disponit, quòd eis factis si dominus illorum bonorum intra tempus ibidem constitutum non venerit, remaneant receptoris illius, & sic mostrenci iuris, ita quòd dominus post veniens non audiatur, neque vllum verbum est ibidem hoc denotans, neque per argumentum à contrario sensu est dicendum, legem illam hoc voluisse, neque disposuisse, vt pote resultaret absurdum, & peccatum, scilicet, quòd quis cum aliena iactura locupletaretur in tertij præiudicium, vt per Euerard. optimè in sua centuria locorum, in loco à contrario sensu, & quia argumẽtum hoc à contrario sensu non habet itidem locum, quotiescunque si tale sumeretur argumentum, eadem ratio milita-
57 ret, † quæ à principio eo non sumpto, militabat secundum Suarez allegat. 14. versiculo, vnde dico. Hic tamen siue fiat dictum argumentum à contrario, siue non, eadem ratio peccati, & locupletationis cum iactura aliena militat, ergo sumendum non est, & sic non reperies legem, quæ permittat mostrenca fieri illius, qui ius ea recipiendi habet, quantæcumque diligentiæ fiant, & tempus anni, & duorum mensium labatur, imo potius si bene consideretur, solum permittit lex illa septima, ius hoc recipiendi bona hæc illis, qui de consuetudine sic habent, vt res ita repertas in custodia habeant, vt cum dominus earum venerit, ei restituantur solutis expensis, si quæ cum illis & ab illis rebus factæ sunt, non verò, vt ea perceptor lucrifaciat, & tunc consuetudo hæc res has percipiendi, hoc scilicet operatur, quòd quamuis alius, quam mostrenci collector bona hæc retineret, & iudici loci non manifestaret, & præconizari faceret, de furto teneretur, prout patet ex. l. 9. & 10. titulo. 10. libro septimo, infra, & in. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. tradit Antonius Gomez, tomo tertio, variar. à capite quinto, numero secundo, iste tamen perceptor bonorum mostrencorum nul-
58 lo modo de furto teneatur, † sed ea retine re posit, & interim quod illorum dominus non venit ea iure optimo retineat, & sic lex illa. 7. non probat, quòd bona hæc sint illius, qui de consuetudine immemoriali habeat ius ea retinendi, quantumuis illius. l. diligentias fecerit, & tempus ibidem assignatum lapsum sit. Item & secundo hoc assumptum manifestè probatur, & colligitur, nam si per leges illas. 9. & 10. titulo decimo, libro septimo, infra disponitur, quod inuentor rerum in mari per nauigantes proiectarum causa tempestatis vitandæ, vel ex alia causa, vbi quodammodo in dominis illarum datur incertior spes eas recuperandi, non lucretur illas, imo tenetur in custodia eas habere, & inuentarium illarum conficere coram iudice loci, si haberi potest, & si non coram honestis personis, quanto magis in nostro casu tenebitur hæc facere perceptor horum bonorum mostrẽcorum? quibus quidem de causis in hac nostra, & noua recopilatione inposterum obseruanda, non est inserta lex quædam. 17. titulo fin. libro octauo, ordinamenti regal. quæ mostrenca hæc cameræ regiæ applicari iubebat, quam hucusque legem in nostra recopilatione nondum reperi, neque credo insertam fuisse, imo & si inserta reperiatur, nihil nostræ intentioni, & conclusioni obstare habet, eo quod lex illa loqui videbatur in re mostrenca pro derelicto habita.

Ibi, [Mostrenco desamparado,] in qua quidem nimirum si nostrum assumptũ non procederet, nam in ea domini voluntas datur eam habentis pro derelicto, & ideo cuiuslibet capientis eam effici poterat, & cum posset, cameræ regiæ applicari lex illa iusit, nè dominia rerum essent in incerto, nos vero loquimur in re

solum mostrenca, quia deperdita, nō quia pro derelicto habita, & in ea optime pcedit nostra illatio, & conclusio, vt perceptoris de consuetudine ius percipiendi habentis non fiat, cum ibidem non demus domini voluntatem eam non recuperandi, sed potius si dominus sciret, vbi adesset recuperaret, & ideo in ijs mostrencis non habet locum titulus, pro delicto † secundum Couarruu. in regul. peccatum. 3. part. §. 1. nu
59 mero. 5. & Hieron. Paul. in pract. cancell. apost. in declaratoria super proponente, seu volente ingredi, versic. materia de bonis vacantibus, pag. 109. in paruis, nam nemo præsumitur velle iactare suum, imo si dominus sciret, vbi bona sua existerent, pro eis recuperandis veniret, & sic lex illa 17. quamuis in nostra recopilatione esset inserta, nihil obstaret nostræ conclusioni, & illationi, cum nos in mostrencis ijs loquamur, in quibus similis coniectura habendi ea pro derelicto capi non potest, & sic nulla vsucapio, neque præscriptio prodest ex titulo pro derelicto, secundum text. in l. siquis merces. ff. pro derelict. tenet expressè Syluest. in summa verbo, inuentum, numero. 3. differunt enim habita pro derelicto ab ijs, quæ vulgo mostren
60 ca, † à Gallis albana dicuntur, siquidem pro derelicto habita domini voluntate vacant, ades porta, eo aut ignorante, aut inuito, quo fit, vt illa occupanti cedant, hæc vero nequaquam, secundum Oresciumi, in l. 1. verbo, in nullius, columna. 326. ff. de rerum diuis. vbi inquit, quòd ideo lege regia certus modus in occupandis mostrencis præscriptus est, quem siquis non obseruat, furti tenebitur, & sic remanet non esse legem nostræ conclusioni, & illationi contrariam. Item & tertio probatur nostrum assumptum, eo quòd & si ex illa. l. 7. titulo. 13. libro. 6. infra desumi posset, absque veri tamen præiudicio, quòd faceret in augmentum, vt res illæ mostrencæ, diligentijs ab illa lege constitutis, factis, & tempore ab ea præfinito elapso ipsius perceptoris, & ius huius mostrenci habentis percipere, efficerentur, adhuc in iustitia, & præmaximè in conscientia quandocunque dominus verus illarum comparet eas petendo, & expensas cum eis factas offerendo, & alia, quæ offerri debent audiendus esset, eique restituendæ forent imo & quod fortius est re illa perempta alio modo, quam apud dominum esset peritura tenebitur receptor illius ad interesse vero domino, si ab ipsa re receptor hic commodum aliquod perceperit, & sic soluet illud, in quo factus est locupletior ex sequentibus, videlicet, quòd quemadmodum lex, quæ diceret, quòd perdita in ma-
61 ri sint Ioannis, esset † iniusta secundum Nauar. in manua. cap. 27. num. 117. sic & eodem modo esset lex iniusta, quæ iuberet, quòd perdita in terra, & sic mostrenca sint talis priuati, tum quia talis lex est contra ius naturale meum, & tuum introducens, & contra ius canonicum, vt paulò post patebit, & insuper contra ius diuinū indistinctè semper, & ad semper aliena restitui obligans, omne enim, quod inuenisti, si non reddidisti, rapuisti, inquit Diuus Augustin. & cum talis lex sit iniusta, non est seruanda, neque vocanda lex, quandoquidem deficiunt in ea requisita text. in cap. erit autem lex. 4. distinctione, neque procedit lex cum mala fide permittēs aliena retineri, vt licet latè videre per Domi. Couarruu. in regul. possessor. 2. parte. §. 11. numero. 3. versiculo, verum aduersus in fine, & sic aut dicendum est, legem illam. 7. dicto titulo. 13. libro. 6. infrà non permittere, vt supradictum fuit, retentionem rei mostrencæ adueniente vero domino, vel si hoc permittit, dicatur iniustam esse, neque seruandam, vt potè contra prædicta iura, & quia aliàs permitteret cum mala fide aliena retineri, & sic seruanda non esset, vt patet ex dictis per Dominū Couarruuias vbi supra, sed tunc ius canonicum esset omnino seruandum, secundum eum ibi, tam in foro seculari, quam in ecclesiastico, vt nulla præscriptio cum mala fide permittatur, vt est communis omnium, & indubitata opinio, cumque recipiens, & capiens mostrenca malam fidem habeat, scit enim aliena esse, nam ideò mostrenca dicuntur, quia aliena sunt, & perdita, ergo nullo tēpore præscribere ea potest talis mostrencorū receptor quibuscūq; diligētijs factis, & quocūq; tēpore lapso, imo potius & in iustitia & in cōscientia quandocunq; verus eorū dñs apparuerit ea petendo, & expēsas soluere

nere volendo, restituenda ei sunt, & si cō sumpta sint eo modo, quo apud dominū non consumerentur, æstimatio, & valor eorum restituendus est domino demptis expensis herbæ, & custodiæ, si quæ factæ fuerunt cum re illa, compensato tamen in expensis illis commodo, si quod ex re illa perceptum est, neque aliud velle. l. illam 7. censendum est, & si vellet, nihil perficeret, vt vides, quia ius canonicum est seruādum, & lex illa potest intelligi, vt procedat interim, quod verus dominus non venit pro re illa consequenda, interim enim receptor mostrencorum ea tenens tutus erit, si tamen paratus sit restituere domino venienti, potest enim secundum Couarru. in regul. peccatum. 3. part. §. 1. numero. 3. per principem fieri, & iuberi, ꝙ
62 res perdita pauperibus † alias restituenda, sit illius, qui ius habet percipiendi mostrenca, licet pro nunc non ita succinctè affirmo, sed dato, quòd ita esset, non tamē esset domino venienti pro ea re consequēda deneganda, quandocunq; veniret, neque receptores mostrencorum possunt se iuare dicendo, quod lapsis temporibus illius. l. 7. & eius diligentijs factis, de consuetudine habent, quòd res illæ remanent in totum suæ, quia hæc non est consuetudo sed corruptela, & bonorum morum corruptio, & sic non seruanda tanquam iniqua, & peccati inductiua, quod est contra esse consuetudinis, & sic talis consuetudo dici non potest, neque valet, tanquam sit contra esse consuetudinis, secundū Cœpolam, consil. crimin. 39. num. 48. & similis consuetudo per text. in cap. fin. de præscript. reprobatur, & ideò non obseruanda non solum præterita, sed futura, quia vtraque reprobata censetur, & si immemorialis sit, vt diximus in l. 3. in glossa, nq embargante, titulo. 1. supra libr. 2. imo & neq; quoad pœnæ excusationem talis ini-
62 qua consuetudo aliquid † operabitur secundum Auend. cap. 5. prætor. num. 13. & 14. lib. 2. & si quoad pœnam nō excusat, quantumuis excusabit quoad rei alienæ restitutionem, in conscientia enim nū
63 quam mala consuetudo excusat, † secundum gloss. in cap. denique. 4. distinct. verbo. consuetudine, & glo. fin. in capit. sane. de tempor. ordinat. quas sequuntur plures relati per Didac. Perez in titul. ordinamenti, quæst. 12. proœmiali, & Couar. in cap. quamuis pactum. 1. part. §. 7. numero 12. versic. quid de. Nam & cum contra iustitiam sit capere aliena, sic & ea retinere
64 † secundum Florent. in 2. part. suæ summæ, titulo quando facienda est restitut. in princip. imo & secundum eum ibi, alienū iniuste, & inuito domino retinere simpliciter prohibetur, propterea semper, & ad semper necesse est saluti, alienum non retinere, & sic sicut neque lex aliqua in hoc casu tam in iustitia, quàm in conscientia excusare posset receptorem mostrencorū à rei restitutione facienda domino pro ea quandocunque venienti solutis expensis secundum quod supradictum est, sic neq; vlla consuetudo quantumcunque inueterata, quia non est consuetudo, sed malorū morum introductio, & bonorum corruptela, & sic sine dubio semper tenui, & cō sului, & tenendum in iudicando, & consulēdo assero, prout tenuit expressè Couarruu. in dict. reg. peccatū. 3. part. §. 1. num. 5. vbi inquit id esse adeò verum, quod quāuis ex sententia iudicis factis diligentijs, & lapso termino per sentētiā iudicis esset res illa adiudicata collectori mostrencorum adhuc domino post veniēti esset restituēda, & allegat Cassan. de iniustitia harum legum dubitante.

¶ Vlterius quæro, an lex nostra procedat necne, quoties in obligatione adest iuramentum, & Ioan. Yañez Parlad. in dict. lib. rerum quotidianarum, cap. 1. num. 50. inquit tunc legem nostram locum nō habere, de quo latè agit conciuis meus Doctor Gutierrez in tract. de iuram. confir. 3. p. c. 1. per totū, & in hac diximus lege.

¶ Et pro complemento huius gloss. ad notandum est, scilicet quod vbi præscriptio locum habet, & allegenda est, nunquā eam alleges cōtra aduersarium tuum simpliciter, sed cum grano salis, scilicet, quòd aduersarius tuus ius non habet, quia quod
65 petit, ei solutū est, & sic præsumitur † per lapsum tanti tēporis, quod ad præscribēdū ius illius sufficit, aliàs si diceres, ꝙ præscriptū est ius, nihil ageres, prout in proposito optimè aduertit cōciuis meus Gutierrez in rep. l. nemo potest. num. 200. cum sequen. de leg. 1. vbi admonet debitores, ne

cum mala fide præscriptionibus ijs sese
tueantur, & idem numero. 484. cum se-
quentibus.
Ibi, [donde ay hypoteca,] quæ quidẽ est
actio realis, & fundũ sequitur hypotheca
66 tum ad quemcunque vadat † de qua late
vltra doctores in locis ordinarijs videri po
test per Ant. Negusant. in tract. de pignor
& hypoth. & de qua hypotheca tx. noster
loquatur, dixi supra in hac. l. in glo. magna
& principali. & an sublata actione hypoth
67 ecaria. sit etiã sublata † actio personalis,
tradit ibidem ipse Negusant. 6. pa. memb.
2. numer. 5. vbi & tradit, quanto tempore
præscribatur hypothecæ, quã creditor ha
bet in bonis debitoris, & ibidem à numer.
1. cum sequentibus plures quęstiones in
nostri tex. materiam annectit per ipsum vi
dend. Et ex lege nostra habem⁹, respectu
creditoris contra debitorem, & eius bona
& debitoris contra creditorem, non vero
contra quemlibet alium tertium, triginta
annis præscribi hypothecam, de quo per
Negusant. d. n. 1. & nouissime quo ad ter
68 tios † tradit (vt nullum in allegatione re-
linquam) Gomecius Leon in sua centu-
ria informationum iuris loco. 50. & supra
hac. l. diximus, & tũc demũ præscriptio hy
pothecę currit, quoties actio ex ipsa hypo
theca descendens competere incipit & nõ
69 ante, † vt decerpitur ex. l. sicut. C. de præ
script. 30. anno. & nouissime post hæc
tradit Sarmiento in selectis suis capit.
& Parlado. vbi supra capit. 1. §. 16. in fine.
Obiectioni tamen, quæ contra omnia su-
pradicta obijci potest, scilicet, quod tem-
pus non est tollendæ, neque inducendæ
70 obligationis † modus ex. l. obligationum
fere. §. placet, & l. in omnibus. ff. de Actio.
oblig. & l. creditor. C. de vsur. & l. si cer-
tis. C. de pact. faciliter respondere poteris
ne materię nostræ legis, & præscriptionis
obstet, ex dictis per Montaluum in. l. 1. ti.
11. libro. 2. for. gloss. 1. in fine, & per conci
uem meum Gutierrez in rep. l. nemo po-
test num. 198. & 199. & 200. ff. de leg. 1.
ne eorum dicta transcribamus, & legem
nostrã longiori materia, quã decet, onere
mus, ipsos videre sufficiat, vt ad alia tran-
seamus.

LEX. VII.

Quæ erat. 65. Taur. in ordine.

SVMMARIVM LEGIS.

Interruptio possessionis operatur circa proprietatem, & è contra.

LEx hæc, prout asserit in præsentia-
rum Ant. Gomez, est difficilis, & sub
tilis, & libenter inquit, se audire ab eiu cõ
ditoribus sensum, & intellectum ipsius,
qua de causa ipse præmittit, quid sit pos-
sessio, quid dominium, quid vsucapio, vel
præscriptio, quid interruptio, & perpetua
tio. Ego tamen solum præmitto, quod in
terruptio sm̃ eum, est annullatio, & reuo-
1 catio vsucapionis cæptæ † præscriptionis vè
quæ fit, quando possessor conuenitur du
rante illo tempore in præsentia, & lis con
testatur, vel in absentia, & alijs casibus spe
cialibus per solam citationem, vel libelli
oblationem, quia tunc interrumpitur vsu-
capio, & præscriptio, vt non noceat domi
no petitori, ac si nunquam processisset, vt
probat tex. in. l. penul. & fin. C. de Annal.
except. & tradit Anto. Gomez in præsen-
ti. Item & præmitto, quod interruptionis
2 duplex est species, naturalis, scilicet, & ci-
uilis, naturalis est, cum deficit aliquid ex
ijs, quæ necessario ad præscriptionem re-
quiruntur, nempè vel bona fides, vel titu-
lus. Ciuilis verò interruptio est, quando
actus aliquis acciderit, qui ex lege ciuili in
terruptionem inducit, prout hæc asserit
Couarru. in. d. reg. possessor. 2. p. §. 12. col.
2. vers. interruptio, & Gome. in regula cã
cel. regula de triennali possessore. quæst.
22. Item præmitto, dominium præscrip-
3 tione † adquiri, vt videre licet ex dictis
per

per Couar. vbi suprà .3. part. in princip. nu. 2. & 3. His sic præsuppositis pro legis no-stræ intellectu assigno ad eam rationẽ du-bitandi, & sic contra nostrum text. oppo-no, nam cum possessio nihil commune habeat cum proprietate, vt in .l. naturaliter. § nihil commune. ff. de acquirend. poss. ba 7. in principio tit. .2. part. 3. item interruptio præscriptionis in vno articulo nõ prodest
4 in alijs † ex cap. auditis. de præscript. in fin. ex quo plura infert Castil. in præsentiarũ, colum. 1. & 2. videbatur dicendum, quod licet interrupta sit possessio, non censea-tur interrupta proprietas, & è contra, & sic text. nostrum procedere non posse. Pro ratione tamen decidendi, vt oppositio cesset, dici potest ideo, quod possessio, & pro prietas cõnexa sunt, & sine possessione p-prietas nõ datur, & data proprietate neces se est, vt possessionẽ demus, ideo possessio ne interrupta, & proprietas interrũpitur, & è cõtra, nã sunt quidam, qui tantum vo cant possessionem ad proprietatem respi-
5 ciendo, † secundum Bartolum in .l. cum antiquitas. C. de vsufruct. & in .l. interdum ff. de verb. sign. possessioque secundum communem vsum loquendi proprietas di citur, & proprietas possessio, secundum Castillo hic col. 3. & hac de causa cum ad proprietatem per possessionem deuenia-mus, optime disponitur in l. nostra, quod interrupta præscriptione in possessione, censeatur & interrupta in proprietate, & itidem è contra, quod interrupta præscrip tione in proprietate censeatur & interrup ta in possessione, qua possessione median-te deuentum fuit ad proprietatem ex vi cõ nexorum, & correlatiuorum, quæ in hac materia possessionis, & proprietatis datur & hæc est vera nostri text. ratio decidendi & planus intellectus meo videri, vel po-test alia & secunda ratio decidendi assigna ri, videlicet, quod eo quod ciuilis posses-sio est illa, quæ causat præscriptionem, & iura, quæ habent, quod in præscriptione requiritur possessio, debent necessario in-
6 telligi † de ciuili, secundum text. in .l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acquir. poss. & in .l. si à bonæ fidei possessore. ff. de rei vendic. & alia iura, & glos. & communem quæ allegat Anton. Gom. hic numero. 3. & ideo nostra lex de ciuili interruptione intelligenda est, prout eam intelligit Co-uar. dict. §. 12. num. 8. dataque ciuili inter-ruptione tota ciuilis præscriptio interrum pitur, cum que amplius quam vna dari nõ possit, maximè vbi in proprietate datur, ideo mirum si interrupta possessione, & proprietas interrumpatur, & è contra iuxta dum text. nostrum, sicq; mota lite quoad iudicium possessorium, cum à possessio-ne proprietas quodammodo deriuetur, imo proprius ad proprietatem per posses-sionem descendatur, mirum non est, si nõ tantum fiat interruptio præscriptionis quoad possessionem, super qua cõtrouer-titur, verum etiam quoad proprietatem, super qua nondum controuersum existit in iudicio, & è contrario mota lite super proprietate, cum ea interrupta interdicta possessoria, quibus actor agere posset, ex-tinguantur, & in possessione interrumpa-tur præscriptio, prout optimè considera-uit Couar. dict. num. 8. quidquid Anton. Gom. hic plures intellectus assignando velit nostram .l. difficilem, & intelligibilẽ reddere. Ex quibus deducitur, quod inter
7 ruptio facta ab vno † ex correis prodest alij correo, & è contra interrupta præscri-ptione contra vnum ex correis nocet alij, secundum Castil. hic num. 7. & 8. & alia in fert, & hoc propter connexitatem inter vnum & alium, nam vno correlatiuorum destructo, & reliquum destruitur, vt .l. si. ff. de acceptilat. & per Euerard. in sua cen turia locorum, loco à correlatiuis, quod non est quoad fideiussorem, cum non sit ita connexus, sicut sunt duo rei, & ideo præscriptione interrupta contra reũ prin-cipalem, non censetur interrupta contra fi
8 deiussorem † suum ignorantem, & nõ ci-tatum, secundum Suarez in .l. post rem iu-dicatam. notab. 2. versic. considera vltimo num. 4. in fin. pag. 247. ff. de re iudic. pro quo allego glo. viginti, in .l. 1. C. de long. temp. præscript. quam opinionem & tenet Baib. de præscrip. 3. part. 6. part. princip. q. 4. num. 49. in fine, quidquid velit contra-rium hic dicere Castillo num. 9. sicut ne-
9 que præscriptio debitoris prodesset † fide iussori, secundum Dueñas in reg. 6. ad fi-nem, & hoc in fideiussore contractus intel
10 lige, nam secus est in fideiussore iudicij, † & sic de iudicato soluẽdo, vt optimè post

hæc declarat concius meus Gutierrez nūc meritissimus Canonicus doctoralis in ecclesia ciuitatensi in dict. tract. de iura. confirm. 3. part. c. 1. numero. 36. vbi numero 37. ponit rationem differētiæ, & an idem sit in duobus correis, de quibus supra proxime diximus. Est tamen notandū, quod tunc demū interruptio præscriptionis prodest correo debēdi, vel credendi, vel non est, quoties interruptio facta fuit vigore iuris communis, secus tamen si ex priui-
11 legio, & sic iure speciali, † quia tunc illa interruptio solum prodest interrumpenti & non alteri etiam connexo secundū Bar. & alios relatos per Gome. in dict. reg. de triennali poss. dict. quęstio. 22. vers. secūdo quia vbi in vers. primò quia licet sit verum pag. penul. eiusdem quæstionis hoc sublimitat, nisi & ille alter causam connexam habens etiam iure speciali iuuari posset, quia tunc iuuabitur dicta interruptione iure speciali obtenta, quod est optimū, & singulare, vlterius notandum est, pro nostri text. exornatione quod interruptio præscriptionis inducta, & facta per litis contestationem perpetuat actionem vsque ad
12 quadraginta † annos. l. fin. C. de præscript. 30. anno. aliæ tamen pręscriptionum interruptiones non perpetuant vsque ad dictū tempus quadraginta annorum sed eodem tempore, quo primò remanet actio præscriptibilis secundū Suarez vbi supra, nu. 3. & Dueñas. dict. reg. 6. ad finē, & voluit Couar. dict. regula possessor. 2. par. § 12. numero. 6. vbi & quærit, an præscriptio semel interrupta possit iterū cessante inter-
13 ruptione † procedere, siue sit interruptio naturalis, siue ciuilis, & ibidem. numero. 4. declarat, quæ litis contestatio debet esse hæc, an sufficiat extra iudicium, de quo & traditur nouissime per D. Don Anto. de Meneses in l. si aquam. numero. 73. C. de seruit. & aqua. & an requiratur, quod litis contestatio fiat animo prosequendi litem,
14 † cōmunem & veriorem testatur Couar. dict. num. 4. quod non, prout asserit. D. Ant. de Meneses. vbi supra. num. 82. vbi. num. 84. inquit optime, quod interruptio
15 præscriptionis solo vno teste † omni exceptione maiori, & partis iuramento probari potest. Nota tamen quod iuramentum idem operatur, quod litis contestatio, quia
16 perpetuat actionem vsque ad illos quadraginta annos, secundum Suarez, dict. nu. 4. & Boer. decis. 328. nu. fin. & Auil. c. 10. prætor. glo. execucion, fol. 147. num. 69. & Cap. pol. caut. 26. & Didac. Perez, in l. 3. tit. 13. lib. 3. ordin. col. 1236. & nouissimè post hęc tradit concius meus Gutierrez in tract. de iuram. confirm. 3. part. cap. 1. nu. 4. cum sequent. vbi declarat de quo iuramēto intelligatur. Et quibus alijs mo-
17 dis interrumpatur † præscriptio, tradunt prædicti doctores, maximè Don Ant. vbi supra. numero 69. cum sequentibus & glo. in. l. cum notissimi. §. sed & si quis. verbo innouata C. de præscrip. 30. anno. Montal. in. l. 7. titulo. 11. libro. 2. for. & Balb. in suo tract. de pręscrip. notandū etiam est secundum Couar. dict. §. 12. numero. 8. text. nostrum solum loqui in interruptione ciuili, non vero in naturali, & ibi. numero. 1. declarat ipse Couar. quæ sit naturalis, & quæ ciuilis interruptio, & vide. l. optimam. 29. titulo. 29. parti. 3. sed nunquid per partis
18 debiti solutionem interrumpetur † præscriptio? & glo. à paucis allegata, in. dict. l. cum notissimi. §. fin. glo. fin. inquit, quod sic, cum qua transit Barr. in. l. naturaliter. numero. 21. ff. de vsucapio. & Floria. in. l. vna est via. ff. de seruit. vrban. sicul. in. c. illud. de præscript. vers. item illud. Montal. in dict. l. 7. tit. 11. lib. 2. for. verbo, o emplazele. & Auend. c. 30. præt. fol. fin. illius. c. col. 1. in fin. lib. 2. facit text. in. l. si vni. C. de nōnum. pecu. & optimus tex. in. l. 29. titulo. 29. parti. 3. & quia per partis debiti solutionem totum debitum debetur, & peti potest, & debet solui, licet exceptio cōpeteret ad non soluendū secundum Ant. Gom. tom. 2. c. 6. numero. 2. vers. septimò limita. fol. 42. in prin. quod intelligo verum, quoties pars illa ante completam præscriptionē à debitore soluitur, secus si post completam, quia tunc eatenus nocebit solutio, quatenus est solutum secundum Barba. & Rebuf. relatos per conciuē meū Gutierrez in dict. tract. de iuram. confirmat. 3. part. cap. 1. num. 34. & hæc pro commento huius. l. dicta sufficiant, cætera perscribentes super ea videri poterunt.

(:)

LEX

EX VIII.

SVMMARIVM LEGIS.

Quoto tempore præscribantur impositiones, & stanca tam in possessione, quam in proprietate per dominos contra vassallos in præsenti lege declaratur.

IN cuius. l. declaratione notandum est, duas cótinere partes, in prima enim tractatur vsq; ibi, en quanto, de præscriptione harum impositionum quantum ad possessioné, & asserit per quadraginta annos adquiri quasi possessionem horum iurium percipiendorum & facit text. in. l. 12. titu. 1. part. 2. in secunda vero parte, quæ incipit ab illo vers. Y en quanto al derecho, tractatur de præscriptione, horum iurium quantum ad proprietatem, & ait probata immemoriali præscriptione cum qualitatibus, & requisitis à iure ciuili, & regio nostro, positis præscribi etiam in proprietate ius percipendi has impositiones, & stança per dominos à vassallis suis, quasi præscriptio talis titulum tribuat, potestque ex hac l. assumi optimum exemplū ad dispositioné. l. supra proximæ, scilicet si præscriptio quasi possessionis horum iurium interrūpatur, interrūpetur etiā quoad proprietaté, & è contra, ita quod neq; in vna, neq; in alia præscriptio procedat. Et pro huius. l. exornatione remissiue procedemus solū notando, quod de iure ciuili dominus non
1 poterat cogere subditos † suos venire ad furnum, vel molédinum suū, neque hoc induci poterat aliquo statuto, quia hæ impositiones, & stanca erant, quę dominus inuitis subditis acquisijsse censebatur, & per extorsionéinduxisse, nisi volūtas vassallorū probaretur, vt licet videre per Tiraq. de primoge. quæst. 69. & cōmunem testatur D. Couarr. in reg. possessor. 2. part. §. 4. num. 1. cum sequentibus, quia tamen per lapsum quadraginta annorum in possessione, & in proprietate per lapsum temporis immemorialis voluntas quædam in vassallis ipsis præsumebatur, & possessio, & titulus acquirebatur, ideo disposuit noster textus possessionem acquiri, & titulum per præstationem temporis à lege nostra præfiniti, cuius quidem hæc fortassis fuit ratio decidendi. De qua materia impositionum
2 dominorum in † vassallos, vltra plures allegatos per ipsum Couar. ibidem & per D. Ant. de Mene. in. dict. l. si aquam. num. 37. cum quinque sequentibus. C. de seruit. & aqua. & Suarez allegat. 24. vers. adde, Bal. fo. 185. col. fin. tradit optimè Guido Pape cons. 1. per totum, & Boerius decis. 55. num. 1. 2. & 4. & decis. 31. num. 1. 12. & 13. & melius decis. 125. & 126. & Auen. c. 6. preto. num. 4. vers. & cum domini. lib. 1. & vide cōsil. 15. Burgos de Paz in 1. volum. & iterum in consil. 16. & in consil. 33. num. 25. cum seq. eod. vol. habemus que. l. 12. titul. 11. lib. 6. infra, has impositiones, & stanca reprobantem, quia tamen ex lapsu quadraginta annorum quoad quasi possessionem harum impositionum, & immemoriali quoad proprietatem illarū, & consensus, & patientia vassallorum tacitè saltim inducuntur, titulusque ex tali immemoriali possessione acquisitus censetur, & ideo lex similé præscriptionem, & quasi possessionem induxit & permisit ad limitationem supradictorum, & dict. l. 12. quæ per nostram debebat intelligi, & limitari, quia lex nostra nouior est, neq; vna per aliam venit corrigenda, sed potius declaranda, & limitanda, ideo lex nostra quoad vtrunq; prouisit. Et quibus testibus debet hæc quasi possessio, & prescriptio probari, & an causa exigatur, vel error, vel alia legitimá excusatio contra eam admittatur, tra
3 dit † optimè in propositum nostræ. l. loquendo Greg. Lop. in. l. 6. titul. 25. part. 4. glos. deuen, & Auend. c. 4. præt. num. 7. lib. 2. & tres casus, vbi anteà domini has po
4 terát collectas † imponere, ponit Boerius decis. 126. nu. 3. & 4. & Guid. Papæ, decis. 57. num. 1. fol. 17. Et an dominus pos
5 sit subditos flagellare † tradit idē Boerius decis.

decis. 55. num. 2. & optime Thom. Gram. decis. Neap. 104. vbi & tractat. an si male dominus eos tractauerit possit eorum iurisdictione priuari, & contra dominos male vassallos tractantes inuenies glos. in. l. 21. titul. 13. part. 2. & an monitio tunc requiratur, pro & contra examinat Grammat. vbi supra num. 8. & secundũ eum ibi. nu. 12. domini semper sunt hominibus suis infesti, & pleni auaritia, quam de die cogitãt, & de nocte somniant, prout & refert Rolandus Valle, cõs. 18. num. 25. & seq. vol. 3. vbi num. 29. inquit quod vt dominus propter hoc priuetur iurisdictione est prius monendus, & vide etiam Capitium, decis. 69. num. 28. & vassalli inuiti non possunt
6 † per dominum alienari secundum glos. in l. inuitis. ff. de fide. lib. tradit Ias. in. l. si non fortem. §. libertus, num. 26. ff. de cõd. ind. & Llozes in allegatione de Mula, nisi adsit necessitas, secundum Alex. & alios relatos per Rol. Val. cons. 80. nu. 3. vol. 3. vbi plura propter necessitatẽ permissa esse, habesq; notare, quod si daretur mala
7 fides ex parte † dominorum in percipiendis his impositionibus, non essent tuti in iustitia, neque in conscientia, quia data mala fide seruandum est ius canonicũ, prout in hoc titul. dictum remanet, secundum quod ius canonicum cum mala fide nullo tempore praescribitur, secundum Couar. in reg. possessor. 2. part. §. 8. per totũ maxime num. 8. vbi dicit, quod tunc neque immemorialis praescriptio iuuat, & contra dominos semper malam fidem circa haec praesumere, cum in eis circa subditos quaedam extorsio, & violentia detur, prout in materia nostra. l. aduertit Greg. Lop. in dict. l. 6. titul. 25. part. 4. & ideo inquit D. Ant. Meneses. vbi supra quod raro circa
8 haec legis nostrae dispositio † seruata fuit, & iure quidem optimo. Et de his dominis quoad forum conscientiae plura cumulat Nauar. in Man. c. 25. num. 5. & 6. & Paris. de Synd. titu. de excessibus Baronum, & plura de his annectit Cassa. in consuetud. Burg. Rubric. 1. des justices, §. 4. num. 1. cum pluribus sequentibus. fol. 28. col. 3. & sequent. vbi & declarat ad quid tenentur, domini vassallorum, & an possit praescribi contra aliquem, tanquã contra emphyteo
9 tã †, vel colonum vide Ias. in. l. 1. nu. 158. C. de iure emphyt. & Balb. in tract. praescrip. 4. par. quartae part. princip. quaest. 11. Ibi, [Por derecho, y leyes destos reynos,] quae est. l. 1. titul. 7. lib. 5. infra, de quo & tradit dominus Coua. dict. reg. possessor. 2. part. §. 3. num. 7. & Auend. c. 6. praetor. num. 7. in medio lib. 1.

Ibi, [De titulo bastante,] immemorialis enim, vt. l. 1. huius titul. dictum est, tribuit titulũ, neq; tituli allegatio requiritur.

L E X. IX.

SVMMARIVM LEGIS.

Famulorum salaria pro seruitio petẽda, debitaq; pharmacopolarũ, & nugiuendorum aliorumque officialiũ mercimonia publica, & comestibilia habentium per triennium praescribuntur à recessu dominorum computandum, nisi famuli ipsi, vel aliqua dictarum personarum demonstrauerint in illis tribus annis petysse à dominis salaria, & dominos noluisse soluere.

Ibi, [Quieten viuido,] Nota haec verba nam cum generalia sint, habent locum in omnibus quomodocunque seruiant, & in quocunque artificio, nam indiffinita aequipollet vniuersali, intelligo tamẽ de iuste seruiẽtibus, nã si de lenonis officio quis seruiret, non meretur salarium, sed suspendium, secundum Rebuffum in simili ordinatione ita asserentem. 1. tom. constitut. Franc. titu. de sent. prouisional. art. 2. glo. 12. item & in glos. 7. ibi nu. 2. videturque quod cum haec verba praeteriti sint temporis ad salaria famulorum ante legem hanc debita eius dispositio extendatur, cuius

tamen

tamen contrarium respondendũ esse credo nam de legis natura est futura, nõ vero præterita respicere, neque hęc verba pręteriti temporis sunt, sed subiunctiui, in quo
1 præterita in propositum † non comprehẽduntur secundum Felin. in. c. fin. num. 2. de cõstitu. bene tamen verum crederem, scilicet, quod si post legis huius promulgationem, & constitutionem inciperet, & finiretur trieniũ hoc, sufficeret, vt famulus excluderetur à seruitio ante legis hui⁹ promulgationem factum, secundũ Oroscium in. l. omnes, num. 148. col. 70. cũ sequentib. ff. de iust. & iur. eo quod post legis huius promulgationem ex non petitione seruitij per triennium lapsum nascitur ius, ac exceptio domino famuli, & licet iã quoad nostram legem hæc deseruire non possent, quoad similes tamẽ dispositiones futuras prodessent, prout ad pragmaticam de las dotes, quæ est iam lex. 1. titul. 2. de las dotes, infra lib. 5. applicat vbi sup. Oros. & Deo volente dicemus in eadem. l. 1.

Ibi, [Se les quedare deuiendo,] sed quid si totum salarium, & non pars debeatur, an sit idem, & dicendum est, quod sic, nã tex. noster non excludit casum, cum totũ salarium seruitij debetur, & non pars eius sed prouisit in casu magis dubitabili, scilicet, cum nõ totum, sed pars aliqua salarij debebatur, tunc enim quia magis dubitari poterat, an pro parte debita procederet præscriptio, prouisit, vt & tunc triennio lapso pars illa præscriberetur, & cũ in casu magis dubitabili prouiserit lex nostra, idẽ in minus dubitabili prouisisse censendum est, & sic cũ totum integrum salarium petitur per famulum post lapsum trienij, nã & tunc dominus dispositione nostri text. se tueri poterit. Sed an sufficiet vna præscri
2 ptio † pro omnibus rebus, & annis, dic quod in cõtractibus, quod sic vt per Rebu. dict. 2. tom. titul. de famul. salar. glos. 11.
3 num. fin. secus in legatis annuis †, vt per Ioan. Yañez Parlad. in suo lib. rerum quotid. c. 1. §. 12. in fine & §. 13. nu. 44. & qualiter tunc incipiet, & curret præscriptio cõtra plurima seruitia plurium annorũ consequutiuè labentium, vide Rebuff. vbi supra titul. de merc. minut. ven. glos. 18.

Ibi, [del salario,] sed an si famulus nullũ cõstituerit salarium cum domino, tempore quo intrat eius seruitium, procedet pręscriptio hæc, & hæc quæstio terminari facillime poterit, si discutiamus prius quæstionem illam, scilicet num debeatur salarium, famulo pro tempore, quo seruiuit si tempore ingressus seruitij nullum fuit
4 taxatum salarium †, neque conuentum, & videbatur dicendum quod non, prout ex Alex. cons. 109. col. 2. lib. 6. voluit tenere Dida. Perez, in. l. 1. titul. 2. glos. 1. vers. est tamẽ dubium. col. 61. lib. 1. ord. ego tamẽ salua eius pace semper tenui, & teneo contrarium, scilicet quod debetur famulo tali salarium pro tempore seruitij, & si tempore ingressus eius nullum fuerit cõuentum salarium, ex eo quod dignus est mercenarius mercede sua, ac de consuetudine similia salaria taxata sunt, & constituta, prout solent alijs similibus famulis per dominos suos solui pro seruitijs illis, neque ex hoc, quod tempore ingressus seruitij nullum sit cõstitutum salarium, debet eius seruitio vtens mercedem debitam secundum consuetudinem, vel meritum seruitij facti retinere inuito famulo contra. c. 16. Leuit. inquiens, non morabitur opus mercenarij apud te vsque mane, & salarium famuli tacite, vel expresse debitum non est per do-
5 minum † eius retinendum, secundũ Tho. 2. 2. quęst. 62. art. fin. probat. text. in. l. fin. C. de statuis & imag. ibi, & virtutum pręmium tribui merentibus conuenit, & ita voluit Rebuff. in. 2. to. constit. Franc. tit. de famul. salar. glo. 3. vbi inquit sic hodie de bono & æquo seruari, quem post reperi relatum per conciuem meũ Gutierrez de iuram. confir. 1. part. c. 64. num. 3. & seque. & ibi, alijs medijs hoc fundat, & tutatur, & sic practicari video, neque obstat, quod salarium est incertum, nam negari hoc posset, eo quod satis certum effici potest per probationes faciendas de seruitio illo, & merita, & debita mercede pro illo impendẽda, præsertim attenta consuetudine, secundum quam similia salaria arbitrio boni viri regulantur ex notatis per Paul. in. l. si merces, num. 3. ff. locat. & in. l. 1. ff. de leg. 2. & in. l. in vendẽtis. C. de contrah. empt. imo & ipse iudex, qui bonus vir nũcupatur, taxare poterit, nõ enim locupletãdus est dominus laboribus aliorum propter non conuentum salarium, neque taxatum

statum tempore ingressus ad seruiendum, cum per bonum virum taxari possit seruitij qualitate, & seruientis attenta, & attento eo, quod consuetum est in similibus casibus pro seruitio dari secundum quod inquit additio Bar. in l. penul. num. 2. C. de iur. fisc. lib. 10. & ideo non probata contraria consuetudine non soluendi salarium pro tempore consueto iuberem solui, secundum quod consuetum est solui similibus famulis, etiam si per famulos consuetudo illud soluendi non probaretur, quamuis & tandem ipse Didac. Perez vbi supra col. 61. in fine consuetudinem soluendi salarium attendendam dicat ex quibus cum salarium tali famulo debeatur, moderandum tamen & taxãdum, secundum quod consuetum est solui similibus famulis, si per triẽnium famulus ille illud nõ petierit locus erit & tunc dispositioni nostri text. nam paria sunt, aliquid esse certum de par se, vel per relationem ad aliud, & ideo per debet esse dispositio, cum vtroque casu militer eadem ratio nostri text. scilicet ne bis à dominis, vel eius hęredibus salarium petatur, & pro hac opinione videntur facere verba nostri text. ibi, O otro qualquier, seruicio que les ayan hecho, dum inquolibet seruitio text. nõster loquitur, neque salarij assignationem requirit, & hæc mihi vera videntur, & tenenda, dum tamen tãquã famulus domino seruierit, secus vero si negotia aliqua tanquam amicus, vel negotiorum gestor gessit in vim amicitiæ, vel alio respectu, vt infra hac lege in glos. despues, dicemus Deo volẽte. Et qua æta
6 te famulo debeatur salarium †, tradit Didac. Perez, vbi supra col. 61. cum seq. vbi & ipse infert contra tutorem, qui pupillos suos in suo seruitio habet, victumque & vestitum eis computat, quod hoc facere non possunt, nam si ei seruiunt vltra victũ & vestitum etiam certum quid aliud debet eis persolui attenta ætate, & qualitate
7 pupillorum. Et qualiter sint † soluenda salaria, tradit Bar. in l. 1. §. diuus. ff. de varijs, & extraord. cog. & quando sit salarium soluendum, dicendum est, quod si aliud pacto vel consuetudine statutum non repe-
8 riatur, in fine temporis debet † solui, secũdum Didac Perez vbi supra col. 62. tradit que in pensione domus Ant. Gom. tom. 2. cap. 3. num. 13. & Dueñas reg. 63. sic & medicis debetur salarium, postquam infir
9 mi sani facti † sunt, secũdum text. in l. Archiatri. C. de profession. & med. lib. 10. & ibi Bar. & refert Dueñas, vbi supra, & Ias. in l. diem functo num. 12. ff. de off. assess. & in §. sin minus, num. 60. inst. de action. quos sequitur & refert Oroscius insignis præceptor meus in l. illicitas. §. sicuti medicus num. 8. col. 459. ff. de officio præsid. vbi num. 9. quæstionem ponit de medico promittente podagram curare pro annuo ei soluendo, an si semel curauerit, teneatur eam curare. Et salarij promissio qua ratio
10 ne † actionem producat, tradit idẽ Orosc. in l. iuris gentium. §. quinimo. num. 60. & 61. ff. de pact. col. 810. & an debitum ex causa seruitij sit filio in legitimam imputandum, & an filius ratione administrationis rerum paternarũ possit, aliquid petere, dicemus (Deo volẽte) in l. 3. titul. 8. lib. 5. infra, & an dispositio nostri text. & tempus, eius sufficiat, vt decima tutori non debeatur, si finita tutela intra triẽnium eam non
11 petierit †, tradit Baeça de decima tutor. c. 30. nu. 19. & 20. sed an si dominus expellat famulum ante tempus conuentum impletum, famulus poterit petere totum sala
12 rium † integrum pro toto tempore conuento ad seruiendum, & dicendum est quod sic, dummodo alij domino post expulsionem non seruiat, secundum Didac. Perez vbi supra col. 63. in princip. nam si alij seruiret, pro illo tempore, in quo alteri seruiuit, nihil à priori domino percipiet, si à secundo domino mercedem recepit, vt probatur ex l. sed ades. §. fin. ff. locat. sicut & si mortuo domino, in cuius seruitio quis
13 existit, debetur tali seruienti † totum salarium, si operas suas alteri non locet, secundũ Cassiador. decis. 1. de locat. & cõduct. & Decium in l. diem functo. nu. 13. ff. de officio assess. & ibi Oroscium, numer. 13. col. 514. in fine vbi inquit ipse, quod faciet pro animæ suę bono testator, si sub ea conditione integrum anni illius salarium cuique relinquat eodem etiam themate retento ẽ conuerso si famulus ipse domi-
14 num deserat absque domini culpa † ante completum seruitium, nullũ famulo etiã pro tempore, quo seruiuit, debetur salariũ, neque pro tempore futuro, prout veriorẽ, & æqui-

& æquiorem legẽ quæ fori approbatam opinionem testatur Orosc. vbi supra col. 515. sequitur Didac. Perez dict. col. 63. in princ. maxime attenta. l. 2. titu. 20. lib. 6. in fra ipsos famulos à dominis absque eorum licentia recedentes pœnis, de quibus ibidẽ puniri iuuẽte, sed data domini culpa, putà quia dominus ipse est contra operarium, vel ei alimenta non ministrat, vel pactionis fidem non seruat, quantumuis famu-
15 lus † recedat à domino ante impletum tẽpus, non perdet operarius salarium, vt inquit Montal. in dict. l. 8. titul. 4. lib. 4. fori. verbo, Sin su culpa, quid tamen si famulus infirmus extiterit, an pro tempore infirmi
16 tatis debeatur ei salarium †, & pro parte affirmatiua, quod debeatur, Didac. Perez vbi supra col. 63. cum seq. vbi hanc tenet opinionem, considerat regulam illam, quod per me non stat, non est mihi imputandũ & iusta causa infirmitatis à pacto conuẽto liberat, casusque fictus tantum operatur in casu ficto, quantum verus in casu vero, sed lex famulum infirmum durante infirmitate finxit, & si non sit, in nostro esse seruitio, serui enim ægroti, quos curamus
17 †, nobis seruire intelliguntur secundum glo. in l. de arboribus. §. de illo verbo ęgrotante. ff. de vsufruct. & glos. & Abb. in c. 1. de cleri. ægrot. si ergo nobis seruit, salarium ei debetur, & cõmunẽ hãc affirmat Imol. in c. propter sterilitatem num. 13. de locat. relatus per Ioan. Orosc. in l. diem functo. num. 16. & 17. col. 515. ff. de officio assess. quam ipse ibidem approbat, & sequitur, contrariam vero opinionem tenuerunt Oldrat. Bar. Alberi. & alij antiqui in l. si vna. §. itẽ cum quidam. ff. locati. quos sequitur Ant. Gom. tom. 2. c. 3. num. 3. & hanc communem testatur opinionẽ Abb. in c. 1. num. 9. de cleric. ægrot. & pro hac secunda opinione considero. text. in l. 9. titul. 8. part. 5. in fine. dum ibi inquit tantũ pro tempore, quo famulus seruiuit, deberi salarium officialibus, & operarijs, & pro hac etiam secunda opinione, quam vltra Abb. vbi supra, communem testatur Syluest. in summa. verbo. familiæ. n. 2. allego text. in l. 7. titul. 2. part. 5. vbi glos. nona Greg. ibidem considerat text. illum pro hac secunda opinione, quam adeo veram dixit Bar. relatus, & sequutus per Ias. in d. l. diem functum num. penul. quod si tempus illud, quo famulus infirmus stetit, velit ablata infirmitate seruire famulus ipse nõ
18 admittitur adhoc †, neque illius temporis salarium habebit, expẽsæ quæ pro famulo infirmo factæ debẽtur domino eas faciẽti & expendenti de suo, & potest dominus
19 ipse † eas repetere argumento traditorũ per Alex. in l. quamuis num. 13. ff. solut. matrim. & per Bart. in l. si cum dotem §. sin autem. ff. solut. matrim. & in l. diuortio. §. impendia. ff. eod. titul. vbi tamen tenet, quod si expensæ hæ sunt magnæ, repeti possunt, si vero paruæ non possunt repeti, prout & tenet Syluest. vbi supra num. 2. & Alex. in dict. §. sin autem. & in dict. §. impendia, & glo. in l. 7. titul. 2. part. 5. ponderando tex. illum pro hac distinctione expẽsarum, & hanc etiam secundam opinionẽ è nostris tenet dominus Coua. lib. 3. variarum. c. 13. num. 8. in principio legem regiam pro ea allegando, & hanc tenendam credo. vt veriorem, & in practica receptã. Nam si dominus pro seruitio faciendo famulum hunc conduxit, quid est domino imputandum, si famulus propter infirmitatem non seruiuit, est tamen verum quod si famulus ipse infirmus existens alium dedisset famulum æque idoneum, qui pro tẽpore infirmitatis domino ipsi seruiret, sicut ipse seruire debebat, esset famulo ipsi
20 infirmo etiam pro tempore † infirmitatis soluendum salarium, prout colligitur ex tex. in dict. l. 9. in fi. nam licitum ei fuit per substitutum æque idoneum seruire tẽpore illo secundum Oroscium, vbi supra dict. num. 17. Vel secundo hæc secunda cõmunis opinio non procedet, quoties famulus ipse reiecta infirmitate, & in sanitate existens vellet adimplere, seruiendo
21 domino pro tempore illo infirmitatis †, quod quidẽ vulgo dicitur, Pagar las fallas, nam tunc posset hoc facere, & esset ei pro illo etiam tempore soluendum salarium, prout in expresso tenuit Rebuff. in concord. reg. franc. 2. part. titul. de collat. §. 1. verb. impedimẽto cessante versiculo, quæro an durante impedimento, fol. 32. in me dioc. i impressione, & Montal. in l 8. tit. 4. lib. 4. fori. in glos. final. & decisio Capellæ Tolos 359. quidquid & male contrarium voluerit Bart. relatus à Ias. in dict. l.

diem

diem functo num.penul.& ibi Ias.tenet cõ
tra Bart. & sic contra Bart.video quotidie
practicari & hoc verum intelligerem,quo
ties idem seruitium faciendum est per fa-
mulum infirmitate sublata,quod faciendũ
erat tempore infirmitatis, vel aliud æqui-
pollens,ita quod damnum domino non re
dundet,secus vero si tempore infirmitatis
erat seruiendum in aliquo officio,ea tamẽ
cessante non habet dominus necesse fa-
mulum illum, quia adimpletum est illud,
ad quod famulum recẽperat, quoniam tũc
non compelletur dominus per famulũ ad
seruiendum tempus illud,cessat enim iam
causa,propter quam,& ad quam famulum
ipsum recepit dominus ipse & ita in effectu
loquitur Bart.pro contraria opinione per
Ias.dict.l.diem functo num.pen.allegatus,
& sic cõcordari possunt dictæ opiniones
exquibus si famulus ipse per triẽnium à die
recessus numerandum non petierit salariũ
pro tempore,quo seruiuit debitum, am-
plius illud inposterum petere nõ poterit.
Et an si famuli recedunt à dominis ante
seruitium completum, poterunt domini
absque pœna eis auferre, & tollere vestes,
22 quas eis dederant †, tradit Bart.in l. pen.
§.seruus vxoris num.4. ff. solut. matrim.
& Paris.de Put.in tract.synd.verbo,salariũ
c.6.num.13.& 14.fol.401. & Petrus Co
stal.in.l.id vestimentũ.ff. de pecul.vbi in-
quit,quòd sic, dum tamen id iudicis autori-
tate faciat nisi fugæ suspicio insit, quia tũc
absque iudicis autoritate poterit, secundũ
eundem Costaliũ ibidem, ex Alex.in dict.
l.penul.ff solut.matrim. & ex text.in.l.ait
prætor.§.si debitorẽ.ff.de ijs,quæ in fraud.
credit.& tradit Montal.in.l.4. titul.4. lib.
4.for. & vide Bart. distinguentem in.l.in
his.§.seruus,nu.4.fol.34.ff.solut.matrim.
& an si famulus conuenit stare cum tribus
scholaribus pro certo precio in mense, &
vnus scholaris moritur, vel recedit,an de
23 beat diminui salarium †, vel augeri si alius
scholaris superueniat, vide Cœpol.de ser
uitut.Vrban.c.50.de farno.num.14.pag.
153.in paruis & an dominus posit famu-
lum facere, vt alij seruiat,& sibi percipere
24 interdum † mercedem famulo dandam
per aliũ,cui dominus iubet, vt seruiat,tra-
dit glos.& Bart.& Ias.num.17.&18.&25.
& 26.in.l.si nõ sortem.§.libertus.ff.de cõ
dict.indeb. & Bald. in.l.liberti,libertęque.
C.de operis liber.& in.l.1.num.fi.C.eod.
titul.& late Alex.in.l.2.in principio.ff.so-
lut.matrim. & ibi Paul. & Ioan. Imol.&
Lucas de Pena id declarantes in.l.1.C.de
agricol. & cens.lib.11.col.2.vbi & quæ-
rit an & diebus festiuis teneatur famuli do
mino seruire, & melius Bertachin reper
to. suo verb. conductor vers.30.& notan
dum est, quod si dominus iratus expellat
famulum, qui debebat seruire per annum,
25 non intelligitur † famulus liberatus, secũ
dum Syluam Nuptialem, libr.6.num.49.
ad finem quod est notandum ad legem se-
cundam titul.10.lib.6. infra.nam per vul-
gares aliud intelligitur, & sic.l.8.titul.4.
26 lib.4.fori † declarabis,per quam aliud esse
statutum,videbatur, cuius legis dispositio
seruanda esset in locis, vbi vtitur cum sit
lex fori,& tunc seruabitur,quoties domi-
nus non iratus famulum expulit, quasi si
iratus expellat,deficiat animus in domino
eum expellendi, sed si famulum redeun-
27 tẽ dominus ipse post expulsionẽ † quo-
cunque modo factam recipere noluerit,
totum eis soluet salarium,quia per merce-
narium & sic famulum non stetit, vt pro-
bat text.in.l.qui operas.ff.locati & in.l.sed
ędes.§.fin.eod.titul. vlterius notandũ est,
quod si cõduxisti famulum,vt addiscat of-
ficium tuum, & promittis illum intra cer-
tum tẽpus doctum in eo efficere, non de-
bes illũ in alio officio exercere, sed in illo
tantum,ad quod eum recepisti, seruire de
28 bet †,vel saltim non debes, eum iubere,
vt in officijs vilibus, & mulieribus compe
tẽtibus tibi seruiat, vt probat text.in.l.eius
artificij,cum seq. & in.l. hæ operę.& in.l.
interdũ. ff. de oper. liber. & facit id quod
in muliere dixit Suarez in.l.9.titul.9.lib.
1.for.§.vlterius,ad fin. fol.75. amittitque
dominus seruitium famuli, si seruitio eius
29 abutatur †, secundum Baeça.de debitor.
inop.c.15.num.32.cum præced.ante,po-
testque famulus petere restitutionem con
tra contractum cum domino super serui-
30 tio factũ ob domini † sæuitiam, vel malos
mores, secundum eundem Baeç.ibidem
c.1.num.18.vbi & tractat, an liceat filio
31 familias absque patris consensu † pacisci
cum sartore. Et an posit quis in perpetuũ
locare operas suas glos.reuerti in.l.3.ff.de
vsu-

32 vsufruct.tenet quod sic†, & glo.nunquã
in.l.antiquitas.C.de vsufruct.& habit.gl.
& ibi Angel.communem dicens in.§.1.in
stit.de vsufruct.& tenent Bart.& alij rela-
ti per conciuem nostrum doct.Gutierrez
in tract.de iuram. confirm.1.part.cap.16.
nu.39. contrarium tamen in sui principio
voluit d.gl.in.d.l.antiquitas.& gl.in.l.post
certi,& ibi Bald. de liberal. caus. & tenent
alij relati per Gutier.vbi supra,num.72.&
hanc testatur communem Boer. in tract.
de autho.mag.consil.num.34.relatus per
Baeçam in dict.cap.1.nu.16.& 17.& sic
non valebit legatum relictum sub modo,
vel conditione demorando, vel habitãdo
33 † perpetuo in aliquo loco ex.l.Titio.§.Ti
tio in.2.ff.de condit. & demonst.& ibi cõ
muniter DD. teste Ant.Gom.tom.1.ca-
pit.12.nu.79.& sic non valet pactum ap-
positum tempore contracti matrimonij,
quod maritus teneatur perpetuo habitare
34 † cum vxore in certo loco,secundum eũ
dem Anton.Gom.tom.2.cap.10.nume.
24.& hoc procedit, quoties nihil interes-
set alicui,viuere,vel non in tali loco,secus
tamen si posset interesse,& in fauorem ali
cuius apponatur tale grauamen,quia tunc
valeret optimè tempore contracti matri-
monij appositum, secundum eundẽ An-
ton.Gom.dict.num.24.& glo.porque,in
l.2.titul.1.part.4. sic intelligentem Ho-
stien.& communem assertam per Abb.in
cap.1.qui matrim.accus.poss.dicentes va-
lere prædictum pactum, satisfeceret tamẽ
maritus,si pactum noluisset seruare, si sol
ueret interesse,non tamen vt præcisè te-
neatur adimplere pactum,secundum Gre
gor.Lopez,vbi supra, & Ant. Gom. dict.
num.24.& Couar. in.4.2.part.capit.7.in
princip. num. 5.& si aliqua superuenisset
causa,ex qua maritus non potuisset ibi ha-
bitare, tunc secundum eosdem ad nihilũ
teneretur, & sic tenendum est, regulari-
35 ter non posse quem locare operas suas,†
præsertim in casu, in quo interesse æstima
bile dari non potest, neque per substitutũ
36 seruiri,spe tamen præmij † secundum Go
me.dict.num.24.potest quis adhoc inuita
ri,ita tamen vt perdat præmium,si absque
iusta causa nõ adimpleuerit. Fauore tamẽ
37 piæ causæ bene † potest quis sibi iniunge-
re onus perpetuum, vt patet ex Innoc. in
cap.inter dilectos,num.2.ibi,toto tempo
re vitæ suæ ibi deseruirent,extra de dona.

Ibi, [Dentro de tres años,] & sic pro tri
bus annis ad summum debet salarij senten
tia exequi non obstante appellatione, vl-
38 tra vero tres annos nõ, † quia nõ præsumi
tur,quod tandiu distulerit petere, secun-
dum Rebuff.in.1.tom.const. franc. titul.
de sententijs prouisio. art. 3.glo.8. qui li-
cet loquatur,secundum ordinationes suas
eadem tamẽ ratio militat in nostro regno,
eo quod salarium statim est soluendum,se
cundum Rebuff.ibi glo. 7.ex.1. Leuit. c.
19.& quia salarium pro alimentis præsta-
tur, & sic exequi debet vsque ad tempus,
in quo solutio non præsumitur,& tunc se
cundum Rebuff. ibi gl.10.iudex iubebit,
id exequi per modum prouisionis nõ ob-
stante appellatione, & oppositione præsti
ta cautione per famulũ, si sententia fuerit
reuocata, & tunc sufficeret iuratoria cau-
tio,secundũ eundẽ ibi gl.11.& in gl.7.idẽ
de exequutione dicta repetit ipse Rebuf.
quod tamen cum difficultate si via ordina
ria prædictũ salariũ peteretur,obtinebitur
in nostro regno appellatione interposita.
quid tamen erit,si fiat pactum tẽpore,quo
39 famulus recipitur, † in quo dñs obligatur
soluere salarium ad omnẽ voluntatẽ peti-
tionem & requisitionem famuli, an post
tres annos poterit petere,vide Tiraqu. de
retract.lignag.§.1.glo.10.nu.33.dicentẽ
quod non.Item per cap. 82. curiarum de
Madrid annorum.1579.& 1582.nouissi
mè disponitur vt aduocatorum, procura-
torum,& solicitatorum salaria peti nõ pos
sint, elapsis tribus annis postquam debita
sunt,nisi super eis lis contestata fuerit, &
quod huic legi renuntiari non possit, &
quamuis renuntietur dicta seruentur.

Ibi,[Y que passados aquellos,] Nam
cum salaria seruitiorum famulis minuta-
tim soluantur, & durante tempore serui-
tij illa recuperant, præsumitur quod so-
luta eis fuerint, sibique imputent, si illa
non petierint, & recuperauerint in termi
no: vigilantibus enim, & non dormienti-
bus iura subueniunt, alias enim faciliter
domini, & eius hæredes semel solutum sa
larium cogerentur iterum soluere, quod

tamen intelligendum est, dum tamen ex parte dominorum, vel suorum hæredum
40 † adsit bona fides, vt supra in l. 6. istius tituli in gloss. fin. remanet dictum, & vltra DD. ibidem allegatos tenet Menes. in l. si quas actiones, num. 43. & 44. C. de seruit. & aqua. vbi & inquit, quod etiam in personalibus actionibus bona fides requiritur, debet tamen præscriptio hæc, vt ibidem dixi allegari, scilicet, quòd salarium solutũ est, & quod sic præsumitur per lapsum triennij.

Ibi, [Excepto si mostrare,] Quasi tunc per famulorum interpellationem censeatur dominus in mala fide cõstitutus, quo probato omnino est soluendum salarium
41 † etiam lapso termino nostri text. nisi dominus probauerit se soluisse, prout ex tx. nostro colligitur, & ex text. singulari in materia in l. 29. titu. 29. part. 3. sufficietq;
42 interpellatio †, & petitio extraiudicialis, vt in nostrum propositum inquit Rebuf. in dict. 2. tom. tit. de famul. sal. gl. 15. & iterum in eodem tom. titul. de mercat. minu. vend. glos. 16. vbi inquit, quod sufficeret
43 etiam petitio † coram incompetenti iudice facta, ex quibus, & ex verbis nostri text. colligo, quòd licet famulus directo non admittatur ad probandum salarium non esse solutum lapso triennio nisi per domini confessionem, quia per triennij lapsum præsumptio est iuris, & de iure, ꝙ solutum sit, secundum Mench. de succes. creat. §. 10. num. 33. per totum, tamen si famulus ipse velit probare, quod durante triennio nostri text. dominum interpellauit, vt sibi solueret salarium, noluisseque dominum sibi illud soluere, admittendus est famulus ad hoc probandum, quo probato compelletur dominus ei soluere salarium, quasi tunc videatur dominus fateri debitum, quandoquidem illud non negauit debitum esse, & sic interpellatio cõstituit eum in mala fide, & interrumpitur præscriptio triennij nostri text. nam agni
44 tione † debiti præscriptio interrumpitur, secundum Boer. decis. 333. num. 2. & probat dict. l. 29. in fine, quæ & plus probat, scilicet, quòd erit idem, si triennio duran-
45 te, vel itidem eo lapso debitor faceret, † schedulam debiti, per schedulam ipsam sua manu vel aliena suo rogitu, si scribere nescit, subscriptam debitum recognoscendo nam tunc lapsus triennij huius nihil obstaret, quin famulus petere posset salarium suum, & ab inde non præscriberet minori tempore, quam necesse esset ad illius schedulæ præscriptionẽ, nam per hoc censetur renouatum debitum, secundum tex. in d. l. 29. & tenet Rebuf. in 2. tom. const. fran. titu. de famul. salar. gloss. 13. & iterum in glo. 15. num. 4. & idem in titu. de mercat. minut. vend. glo. 20. num. 6. & 7. qui & in titu. de famul. salar. glo. 15. dict. num. 4. inquit, quod per præstationem fideiussoris interrumpetur præscriptio hæc; quod intelligit Ias. in l. qui bis idem, num. 5. ad fin. ff. de verb. obligat. quoties renouatio hęc sub debiti primi commemoratione fieret, secus vero si simpliciter, & videnda est. l. illa. 29. quæ alios modos renouandi debitum annectit ad nostri text. limitationem, & alias limitationes ponit etiam Dueñas, in reg. 306. suarum regul. quas desumpsit à Rebuff. in 2. tom. constit. franc. titu. de famul. salar. gloss. 10. & iterum in titu. de mercator. minut. vendent. art. 1. glo. 20. & finali. Cauendum tamen est à limitatione. 2. ibidem per Dueñas posita, quoniam quotas, quas pro eius probatione allegat, reperies non probare intentum, prout optime & nouissimè aduertit concinis meus Gutierrez in dict. suo tract. de iuram. confirm. 3. part. cap. 1. num. 20. Notandumq; itidem est, interpellationem extraiudicialem interrumpere hanc præscriptionem, secundum text. hic notatque Gutierrez vbi supra, numero. 24. cum pluribus sequentibus.

Ibi, [Despues que fueren despedidos,] ponderanda sunt verba hæc, & illa, ouierẽ biuido, quasi secus sit, si quis non vt famulus, neq; in vim seruitij salarium lucretur, sed vt amicus, vel propinquus negotia aliqua absque constitutione salarij expedierit in commodum ipsius amici, vel propinqui, vel alterius cuiuslibet extranei, tunc
46 enim non erit locus † nostri tex. decisioni eo quod intentum horum verborum deficit, & itidẽ eius ratio, scilicet, ꝙ solent domini minutatim famulis salariũ soluere, ꝙ in nostrę propositionis casu cessat, & ideo legis nostræ dispositio cessare debet. Id tñ verum intelligerem, quoties animo repetendi

tendi id fieret, secus vero si ex gratia, qui quidem animus ex factis, & ex qualitatibus personarum deprehenditur, & tunc in casu, quo debeatur debebitur id, quod in illa regione consuetum esset solui similibus administratoribus, & negotiatoribus.

Ibi, [Pedido,] siue in iudicio, siue extra, hoc enim verbum istud denotat, vt si
47 triennio durante † petitum salarium sit à famulo, interrumpatur præscriptio nostri textus, vt ex dicta. l. 29. in fine, probatur titulo. 39. partita tertia, & tenet Rebuffus, in nostris terminis in secundo tomo, titulo de mercatoribus minutatim vendentibus gloss. 20. 21. & 22. & finali, & iterum in eod. tom. titulo de famul. salar. gloss. 15. vbi per titulos illos plura in nostræ. l. propositum annectit, & tenet Gutierrez vbi supra, numero. 24. vbi numero. 31. pro hoc legem nostram considerat, quid tamen si in testamento testator iubeat sua debita soluere, an tunc etiã lapsis his tribus annis poterunt salaria non soluta à famulis peti, & crederem, quod si præscripsit testator bona fide, peti non
48 poterunt, secus vero si mala †, ex adductis per Balb. in tractat. præscript. 1. part. princip. quæstione quinta, numero. 14. & 15. de quo vide Auendan. in cap. 30. prætor. numero. 12. versiculo, item dicta lex. 3. non haberet libro secundo, & Tellius Fernandez, in. l. 32. tauri, numero. 5. & an posset quis in perpetuum operas suas locare, vide Baeçam de inope. debit. capit. 1. num. 8. cum pluribus sequentib. & supra hac lege diximus.

Ibi, [Y que esto mismo mandamos,] iusta est eius dispositio propter euitanda peccata, quæ possent oriri inter istos pharmacopolas, & officiales à nostra lege designatos, nam cum medicina præstita, munus solui soleat pro ea, & pro factis ab alijs officialibus, & post lapsu memoriæ, vel alio respectu, scilicet, vt locupletiores fiãt iterum possent eadem petere, ideo & in eis idem, quod in famulorum salarijs lex nostra disposuit, & per consequens cum in vtroque casu militet eadem ratio, & eadem dispositio, limitationes propositæ circa famulorum salaria, & circa officiales in versiculo isto contentos locum habebũt, & ideo in his, sicut in famulorum salarijs præscribendis bona fides requiritur, vt nouissimè per Gutierrez in. l. nemo potest, numero. 203. ff. delegat. 1. asseritur, & bene.

Ibi, [Officiales mecanicos,] qui sint ta-
49 les † tradit Rebuff. in dict. 2. tomo. titulo de mercat. minut. vend. per totum, & à gloss. 16. incæpit ibidem regulam nostri text. prosequi, & limitare, & ab eo desumpsit Dueñas in dict. regul. 306. per quos videri hæc poterunt, nè aliorum dicta trãscribamus. Pro complemento tamen nostræ. l. & totius tituli, videbis conciuem meum Gutierrez in suo perutili tractatu de iuramento confirmat. 3. part. cap. 1. numer. 21. cum seq. aliquibus determinantẽ quæstionem, an si famulus, cui obijcitur, ist hæc præscriptio, retineat rem domini penes se, à quo dominus ipse rem illam petit, an poterit ei obijcere compensationẽ ex debito salario, vide eum, & an lex no-
50 stra cum minore vigintiquinque † annis procedat, dixi supra eod. in. l. 6. limitatione. 2. idem prouisum est per capitulum 82. curiarum de Madrid annorum. 1579. & 1580. in salarijs aduocatorum procuratorum & solicitatorum, & quod per partes illa lex renuntiari non possit, vt & supra diximus.

SEQVITVR TITVL. XVI.

De las recusaciones de los juezes ordinarios y delegados.

ET quoniam in iudicijs, vbi præscriptionum ius allegatur iudices, qui iudicare debent, quandoque, & pluries recusantur, ideo & de recusationibus iudicum ordinariorum, & delegatorum subsequitur noster titulus.

¶ In rubrica, ibi, Delegados, ex his verbis patet legẽ primã nostri tituli in delegatis loqui, sicut in ordinarijs, prout aduertit Did. Perez in præsenti, colum. 960. qui & in colum. 959. quæst. 11. tractat an merus executor recusari possit, imo & nũ
1 tius publicus recusari † potest, secundum Præposit. in cap. cum parati, num. 22. extra de appellat. & sic. l. 22. titu. 4. partit. 3.
2 † quæ in recusatione iudicum ordinariorum, & delegatorum discrimen constituebat corrigitur per istam rub. & legem primam eius, teste Olano in tractat. correctionum part. in correctionibus legum. 3. partitæ, numero. 24. & nota quod notario recusato datur adiunctus, secundum glo. magnam in dict. l. 22. & hoc si res nõ erat integra, secus si integra esset, nam tũc secundum glossam. l. decima, titulo. 17. partita tertia in totum remouetur, & electio notarij actorum ad iudicem pertinet, vt per Decium capi. quoniam contra. numero decimo, cum duobus sequentibus de proba.

LEX I.

SVMMARIVM LEGIS.

Qualiter iudex ordinarius, vel delegatus recusandi sunt, & qua forma, & modo associandi in præsenti. l. declaratur, & quotidie præ manibus habetur apud tribunalia inferiorum, de quibus loquitur.

1 IBi, [Recusationes,] Quid sit recusatio, & quo iure inuenta †, & alia quam plura in materia recusationis declarat Rebuff. in tertio tomo, constitut. Franc. titulo de recusatione, à quo desumpsisse, credo Didacũ Perez super isto titulo, columna. 973. quæstione prima, & sequentibus. Et an possit causa per principem
2 committi † cum clausula, recusatione remota, vide Lancelotum de attentatis in præfatione, num. 66. & 67.

Ibi, [Ponen los demandados,] sed an in voce, vel in scriptis proponantur recu-
3 sationes †, & respondendum est, quòd in scriptis, nam si iure ciuili & canonico, itã antea receptum erat, vt scilicet in scriptis recusatio proponeretur, secundum glossam in capit. quoniam contra. in verbo recusationes deprobat. & in capit. secundò requiris. §. primo, de appellationibus, notat Speculat. in titulo de exceptio. §. viso. versiculo, sed nunquid & Panormitan. in capit. prudentiam. §. sexta de officio delegati, & Præpositi, in capit. cum sit speciale, numero decimo octauo, de appellation. quos refert Didacus Perez, huc columna 959. in 4. dubio, & Latius, columna. 960. quæstione. 14. vbi ex Rebuffo hanc communem testatur, cur nõ idem & iure nostro regio censendum est requiri? cum contrarium non reperiamus dispositum, & sic remanere debemus in dispositione iuris communis requirentis in scriptis recusationem proponendam, prout his considerationibus, tenet expresse Didacus Perez, in dicta quæstione decima quarta, & Auendaño, in capit. vigesimo tertio prætorum, numero duodecimo, versiculo, primum est, libro secundo, & ideo iudices ordinarij nolunt recusationem sui ipsius admittere, nisi in scriptis proponatur, imo & aliqui eorum aliquando, nisi de manu aduocati sit subscripta recusatio, nolunt eam admittere, & malè, nam de iure aduocati subscriptionem requiri in simili casu non reperimus, vsquã dispositum, solent tamen iudices hac cautela & fraude, doloque vti, vt interim quod aduocatus recusationem subscribit, ipsi sententiam proferent, præsertim si ipsius iudicis res, & interesse agebatur, quod si ita est perperam faciunt, & possent de iustitia denegata in residentia iudices

ces tales conueniri, ideò sufficere assero, quod inscriptis recusatio hæc proponatur & si manu aduocati subscripta non sit, dũ tamen à parte recusatio proponatur, vel à
4 procuratore † eius ad id habente speciale mandatum, secundum text. in l. non solú. §. fin. ff. de procurat. notat Bart. in. l. si procurator. ff. de condict. indeb. Rebuff. in dicto. 3. tom. const. franc. titu. de recusat. artic. 1. glo. 1. pag. 150. in magnis, quoniam famæ causa est, & iudici ex recusatione iniuria irrogatur, & verius eò, quòd vt ex text. nostro patet, recusatio iuranda est, & suspicio iudicis in animo partis consistit, & ideo, vel ab ipsa parte, vel ab eius procuratore, ad id tamen speciale mandatũ habẽte proponenda est, non tamen nego quin si, secundum Rebuff. vbi supra, procurator recusans absque speciali mandato partis alleget dominum eius esse absentem, petatq; terminum ad approbandam recusationem à domino, concedendus erit ei
5 terminus, † quod est singulare, & notandum in practica.

Ibi, [Maliciosamente,] Notate verba hæc, videtur enim ex eis legem nostram permittere, vt etiam cum malitia recusationes proponantur, nam cum lex nostra sub hoc præsupposito recusationi iudicũ formam præbeat, & assignet, recusationi malitiosæ viam aperire videtur, & sic peccare permittit, & partes mentiri docet, cõtra notata in princip. institu. de action. nisi pro excusatione huius obiectionis dixeris contrarium esse asserẽdum, scilicet, quòd lex nostra malitijs, & mendacijs locum tribuere nõ vult, imo potius eis obuiare, hoc scilicet modo, quod cum antea malitiosè causa protrahendarum litium partes recusabant iudices, vt libellis & petitionibus contra partes ipsas per aduersarium propositis non responderent, neque prouiderẽt causaque recusationis non assignabatur, imo neque iuramento interueniente recusatio proponebatur, vt hæc inconuenientia cessarent, textus noster prouisit, partẽ recusantem iurare debere, se non malitiosè recusationem proponere, sed eo quod iudicem recusatum suspectum habet recusat eum, quasi iuramentum illud malitiæ præsumptionem excludat, præsumendumque non sit, Christianum hominem iuramẽtum malitiose interponere, sed potius malitiam propter iuramentum cessare, quandoquidem Deum in testem suę intentionis adducit, & tali teste interueniente veritatem iurare partem recusantẽ, credendum est, & non vti malitijs. Et nota ꝙ
6 habemus calumniam euidentem, † & calumniam præsumptam, vt licet videre ex Rebuf. in. 1. tom. constitu. franc. tit. de lit. oblig. art. 10. glo. 1. per totum, vt si forte de calumnia euidenti constaret, nullo modo partes ad recusationem admittantur, sed potius repellantur, putà si non expressim aliqui recusentur, sed omnes populi aduocati recusarentur generaliter, vt infr. hac. l. in glo. tome, Deo volente dicemus,
7 & si aliquem de superioribus iudicibus † malitiose, & absque causa recusauerit pars aliqua punitur pœnis, de quibus in titulo. 10. supra lib. 2. prout in Francia fieri, asserit Rebuff. vbi supra, dict. artic. 10. glos. 2. numero. 3. Notandumque vlterius est, quod recusatione proposita neque ad re-
8 credentiam † potest iudex recusatus procedere, secundum Rebuff. in. 1. tom. constitut. franc. titu. de sent. executor. artic. 3. glo. 3. nume. 1. fol. 342. in magnis, & hoc secundum eundem Rebuff. ibidem si pars recusans appelliauerit à cognitione, & prosecutione processus per iudicem facta nõ obstãte recusatione, sed indistinctè quod erunt nulla in contrarium acta, etiam si nõ appelletur à iudice procedente post recusationem propositam cum Bart. tenet Marant. in pract. tit. de appel. n. 24. & gl. mag. in medio in. l. 22. tit. 4. p. 3. & idẽ Marant. in pract. 4. part. dist. 16. nu. 4. pag. 139. in paruis, & optime agitur, de his per Prepo. in rubr. extra de appell. & ibi additio in prima apostilla, vbi & inquit, quod appellatio relatio, & recusatio ad paria procedunt, & cum ad paria procedant, omnia in contrarium acta nulla esse, tenendum credo iure nostro regio attento, quanuis nõ appelletur ab actis in contrarium contra dictam recusationem, nam & iure ciuili acta (recusatione proposita) facta per iudicem recusatum absque adiuncto ipso iure nul-
9 la † sunt, secundum gl. in c. quod suspecti 3. quæst. 5. quam sequitur Bart. eam veriorem dicens in consil. 105. & in. l. quia poterat. ff. ad Trebell. & Alexand. Hostien.

Panorm. Lapus & alij relati per Did. Per. in præsentiarum, col 955. in fin. cum seq. & communem ipse Did. Per. testatur, & *ante eum communẽ testatus est Marant.* vbi sup. d. tit. de appel. d. n. 24. pag. 558. in paruis, & Auen. c. 23. pręt. n. 14. lib. 2. quãuis de iure canonico, secundũ dictos DD. præsertim Did. Per. vbi sup. non sint nulla acta facta recusatione proposita absq; adiuncto ante arbitrorũ electionẽ, sed annullanda veniant, primam tamen opinionem cum Bar. tene in foro seculari, cum ibidẽ causæ expressio corã inferioribus iudicibus, & electio arbitrorũ non requiratur, recusationẽque appellationi, & relationi æquiparare asserunt DD. etiam canonici, & sic cessat concordia Bal. in l. 1. n. 2. C. si qua præd. potest. Et tenenda est hęc prima, & communis opinio, quam tenendo limitabis, vt non procedat, quoties recusatione proposita in iudicem recusatum consensum est expressè, vel tacitè præ-
10 sentando corã eo petitionẽ † aliquã absq; protestatione, quod per eã nõ prætendit pars recedere à dicta recusatione, secundũ Maran. d. tit. de appel n. 75. pag. 563. imo & tunc bonũ esset protestari, quod nõ intendit nisi, & quatenus de iure pôt ex dictis per Ias. in l. non solũ § morte. n. 46. ff. de noui oper. nuntiat. vel quia iudex ipse pronuntiauit, quod pars recusans depositaret pro assessoria tot nummos intra talẽ terminũ, alias quod nõ habebat se ꝑ recusato, sed ꝙ tanquã non recusatus procederet in causa, partique id notificatũ sit, neq; appellet ab hac declaratione, neque grauamen alleget, tunc enim valebunt in cõtra-
11 riũ acta † illo termino elapso, absq; eo, ꝙ pars nõ reclamasset, neque appellasset ab actu illo ex dictis per Alex. in l. quia poterat. n. 6. ff. ad Trebel. & si securius faciet iudex talis, si tale quid nõ pronũtiaret, sed ꝑ assessoria iudicis adiuncti pignora caperet vt consulit Auẽd. c. 23. præt. n. 15. lib. 2.

Ibi, [Lo jurare,] Ponderanda est copula illa, y, quasi iurare nõ sufficiat, quod iudex suspectus habetur, nisi & recusetur, neq; recusare sufficiat, nisi & iuramentũ nostri tex. interponatur, copula enim cõcursum vtriusq; copulati requirit, & sic quod recusetur iudex vt suspectus, & ꝙ iuretur recusatio, iuramentũ enim hoc habetur pro causa sufficiẽti ad recusandũ tã iudices ordinarios, quã delegatos inferiores, & hoc
12 iure nostro regio, sicut ciuili sufficiebat, † & si causa nõ exprimeretur, sm̃ gl. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. notatur in l. apertissimi. C. de iud. & text. in l. 22. tit. 4. p. 3. & Rebuf. in d. 3. to. const. Fran. tit. de recus. art 9. gl. vnica, col. 1. sed an debeat peti, ꝙ iuretur, vel etiã si nõ petatur, iurandũ erit,
13 & ex iure ciuili quãuis nõ peteretur †, erat iurãdũ, sed ex. l. 22. tit. 4. p. 3. petitio requirebatur, ex lege tñ nostra cõmuni vsu, & practica sic declarata iurandũ omnino est absq; eo, ꝙ petatur sm̃ gl. si le demandarẽ, in ead. l. 22. & infra hac gl. iterũ repeto, & an sit nulla aliter facta recusatio, & quare iuramentũ pro causa sufficiat, ex eo procedit, ꝙ nullũ præiudicium generatur, vt in propositum inquit Tiraq. in tract. de reb. exig. in princ. vers. quia & hinc, ex. l. Thesaurus. ff. ad exhiben. & in. c. ex literis extra de in integ. restit. & notandũ quod cũ causa iure nostro regio in recusatione inferiorum non requiratur, quod exprimatur in qualibet parte iudicij etiam si causa recu
13 sationis non sit nouiter † orta apponi poterit, secundum glo. mag. d. l. 22. sic practicari apud inferiora tribunalia asserentẽ, & infra repeto, iure tamen canonico causa
14 recusationis † est exprimenda, alleganda, & probanda coram arbitris à partibus electis, per quos est iudicandum, an sit sufficiens causa, vt probat singularis text. in. c. legitima. de appel. in. 6. tradit latè ponens causas legitimas Marant. in practic. in titu. de appellat. num. 24. cum pluribus sequentibus, & Didac. Perez in pręsentiarum lib. 3. ordinam. colum. 958. quæst. 10. & Lanfranc. vbi supra. numer. 14. cum sequentibus, in recusando tamen aliquem ex iudicibus superioribus ius nostrum regium
15 cum iure canonico concordat, † scilicet, quod causæ allegatio, & probatio requiritur, secundum text. in l. 2. 3. 4. & 5. tit. 10. lib. 2. supra, excluditurque auditor, & iudex superior recusatus, interim quod causa recusationis ꝑ collegas, & coauditores pro iusta, aut iniusta declaratur super cognitione ipsius, & negotij principalis, si aliquid in eo interim agendum est, quod dilationem non patiatur, secundum Cardina. in dict. cap. cum speciale. de appellatio. &

Capi-

Capitium decis. 138. numer. 5. & Rebuf. allegatos per Didac. Perez hic dict. libr. 3. ordin. col. 956. in fin. quiquidem Rebuff. in dict. tit. de recusat. art. 9. nu. 8. cum seq. & Marant. in dict. pract. 4. part. dist. 5. nu. 40. tradunt causas legitimas recusationis, & in. l. 6. illius. tit. 10. assignatur terminus dandus in causa recusationis regij auditoris, & in. l. 14. qualiter alij auditores debẽt in causa procedere vsque ad diffinitiuam, ne lites interim protrahãtur. Et an omnes de cõsilio regio recusari possint, eò quod
16 præses est suspectus, † tradit Boer. decis. 269. & colligitur ex dictis per Marant. vbi supra, num. 31. pagin. 559. in paruis, & per Doct. maximè Rip. in cap. 1. de iud. num. 41. & duobus sequen. Et an minor, vel ecclesia non obijciens recusationẽ intra terminum à iure concessum, eo elapso; per viam restitutionis admittantur ad eam pro
17 ponendam †, diximus in. l. 16. tit. 10. lib. 2. supra proxim. per text. ibi, & an si nolit pars iurare recusationem, valeat recusatio
18 tene quod non †, quia pro forma substantiali recusationis per tex. nostrum iuramẽtum requiritur, & si omittatur, omittitur forma, ergo & ita tenendum iudico, dum tamen à parte, vel à iudice petatur, vel iubeatur recusantem iurare recusationem, alias si non petatur, & si omittatur, non vitiatur recusatio, quasi tunc non sit necessarium, prout ex dict. l. part. adnotat D. Couar. in pract. c. 26. num. 1. in fin. & Auen. cap. 23. præt. num. 13. lib. 2. & Didac. Per. in præs. dict. lib. 3. titu. 5. l. 1. col. 970. in fi. cum sequent. ex practica in vsu iam recepta, vt ipse Didac. ibidem col. 971. in fin. asserit, & Auend. d. nu. 13. & gl. si le. in d. l. 22. quotidie apponitur iuramentum in recusatione absque partis petitione, vel sine iussu iudicis, & sic videmus quotidie fieri, ideò si aliter fieret, cum redundaret contra practicam, & stylum communem, & contra nostri tex. formam forsan pro nulla reputaretur similis recusatio. Sed an in recusatione tabellionis, vel notarij suffi-
19 ciet iuramentum † pro causa, sicut in recusatione iudicis inferioris, & dicendũ est, ꝙ sic, secundũ Alex. & alios relatos per Auẽ. d. c. 23. n. 13. lib. 2. & gl. mag. in. d. l. 22. tit. 4. p. 3. & tunc de consuetudine, secũdũ gl. illam datur tali notario recusato adiũctus, seu socius, & hoc si res non erat integra, vt potè, quia notarius incepisset iã causam agitare, secus vero si res erat integra, quia notarius in causa illa nondũ se intromiserat, quia tunc in totũ ab illa causa notarius ille repellitur, vt in ea etiã cũ adiũcto se intromittere non possit, secundũ eandẽ gl. in. d. l. 10. tit. 17. p. 3. & sic declarãda sunt, quæ ipsemet Glossator dixit in l. 22. d. tit. 4. p. 3. in gl. mag. ad finem.

Ibi, [Tome el juez consigo,] cõcordat l. 22. in fi. tit. 4. p. 3. vbi gl. por si, inquit ꝙ iam non est necesse, ꝙ episcopus loci sit
20 adiũctus, vt antea † requirebatur per tex. in auth. si vero contigerit. C. de iud. sed cuius expensis dabitur assessor iudici recusa
21 to, † dicendum est, ꝙ recusantis, cùm ipse fuerit causa inquirendi extraneũ iudicẽ, secundũ Bal. in. l. 4. §. sed et si. ff. finiũ regũd. & Alberi. & alios quam plures relatos per Did. Per. in præsenti, col. 954. in fi. cũ seq. & Auen. c. 23. præt. n. 15. lib. 2. & iterũ in c. 15. n. 6. eod. lib. 2. vbi quid in tabellione recusato asserit, & tractat an inter tabellionẽ recusatũ, & associatũ debeãt diuidi ex-
22 pensæ, vel an vtrisq; integræ † soluendæ sint, & de assessore tradit gl. in. l. 3. tit. 21. p. 3. ex qua colliges, ꝙ si vtraq; pars recusat, vtraque soluit assessoriã, vt per Orosc. in. l. fi. col. 520. ff. de offic. assess. quidquid voluerit Auil. c. 2. præt. verb. ygualmente n. 4. fol. 75. sed si vna pars recusat iudicem alia verò recusat oẽs aduocatos illius popu
23 li, † & officiales iustitiæ, & omnẽ hominẽ non literatũ, ita ꝙ ibidẽ non adsit, quo cũ possit iudex se associare, pars recusat iudicẽ ordinariũ, soluet assessoriã necessariam prouidendo, & sententiando processum, expensæ vero itineris solent aliquãdo per dimidiũ inter ambas partes diuidi, quia recusans iudicem, fuit principiũ, & causa earũ, ideo & dimidiam partẽ illarũ expensarũ obligatus est soluere, prout hic Placentiæ circa has expensas itineris vidi, & audiui practicari, vbi tñ aliud de cõsuetudine fieret, id est seruandũ, sed an post conclusionẽ in causa admittetur recusatio saltim ex causa tũc nouiter orta, & dicẽdũ est, ꝙ cũ ex tex. nostro causę expresio nõ requirat & sic neq; eius probatio quoad iudices inferiores, de quibus in nostro titu. tantũ agimus, sed solum iuramentũ sufficit pro cau-

sæ expreßione, etiam post conclusionem
24 in causa † admittitur, secũdum glo. mag. in dict. l. 22. tit. 4. part. 3. & Couar. in pract. cap. 26. nume. 2. versic. in recusatione autem, secus verò, secundum glo. in dict. l. 22. si causa recusationis esset probanda, prout de iure canonico debet probari circa omnes iudices, & iure nostro regio circa supremos tantum, nam tunc post conclusionem in causa non admittetur recusatio, nisi causa illa sit tunc nouiter orta, ita quod ante conclusionem orta non erat, secundum Couar. dict. num. 2. vbi duobus modis id temperat, & Præposit. in cap. cũ speciali. num. 22. de appel. & tradit Auen. cap. 23. prætor. numer. 12. illat. 5. lib. 2. & Marant. vbi supra, num. 74. pag. 563. sed
25 an recusatio generalis † aduocatorũ omnium populi admittatur, vide glos. por si, in dict. l. 22. titul. 4. part. 3. & Paul. Castr. in l. sed si hoc. §. cum vir, num. 3. ff. de cõditio. & demonstrat. & Alexand. consil. 4. volum. 2. & Alberi. 2. part. statutorum. q. 98. & Auend. cap. 23. præto. num. 13. lib. 2. & Rebuf. dict. titu. de recusatio. artic. 9. num. 46. vbi num. 47. id declarat nisi adesset iusta causa, putà si ageretur contra ciuitatem episcopum, aut capitulum, nam tũc liceret recusare generaliter omnes populi aduocatos, & an suspecto vicario posit
26 episcopus recusari, † & quid è contra vide Ripam in capit. 1. de iudic. num. 44.

Ibi, [Por compañero a vn hombre,] idẽ iure ciuili statutum erat, vt scilicet iudici
27 ordinario recusato † adiunctus quidam præberetur, prout communem testatur opinionem Abb. in cap. siquis contra in lectura. num. 12. de foro compet. iure vero canonico ordinarius recusatus probatá causa, & pro tali declarata in totum remo
28 uetur, † ab illius causæ cognitione, secundum text. & ibi DD. maximè Præposit. in dict. cap. cum speciali. num. 11. de appella. & tunc secundum text. ibi est in optione ipsius ordinarij recusati remittere eam ad superiorem, vel eam cõmittere alicui personæ vtrique parti non suspectæ, & hunc communem illius text. intellectum declarat Abb. in cap. siquis contra in lectura. & in repet. num. 13 & 14. de foro compe. licet secundum eum ibi partium consensus requiratur in commisione fienda, nõ vero vt communis dicit, requiritur partium consensus in persona cui commißio debet fieri, quod si recusatus hic iure canonico
29 loquendo sit delegatus, † probata causa recusationis, & pro tali habita & declarata, si à sede apostolica est delegatus, remittit causam ad superiorem, ex text. cap. iudex de offic. dele. in. 6. & in recusatione huius proceditur & habet locum text. in capit. si contra vnum. de offic. delega. in. 6. si vero ab inferiori est delegatus, tunc qualiter, & quis de causa recusationis cognoscat, tradit, & probat text. in dict. cap. si contra. §. fin. quem adhoc allegat Didac. Perez dict. lib. 3. ordin. titul. 5. l. 1. col. 960. quæst. 13. vbi & col. 962. versic. quid facere declarat, quid habet facere iudex delegatus pro posita contra eum recusatione, de quo & per Marant. in pract. 4. part. distinct. 5. nu. 40. & 41. vbi & an remoueatur in totum, sed an hic iure ciuili, & nostro regio iudici ordinario adiunctus erit etiam ordinarius necne? & dicendum est, quòd ordinarius erit talis adiunctus, vt potè datus à lege, & legis ministerio nominatus & crea-
30 tus †, ex dictis à Paul. de Castr. in auth. in si vero cõtigerit. C. de iud. & Auend. cap. 23. prætor. num. 14. versic. vel aliter lib. 2. ideoq; si adiunctus hic, postquam iudex ordinarius recusatus se cum eo associauerit recusetur, adhuc iudex remanet in ciuilibus, prout nos loquimur, & tunc iudex ipse ordinarius, & hic eius adiunctus tertiũ
31 alium nominabunt, † qui cum eis causam determinet, prout quotidie fieri videmus & in practica contingit, ideo probatione, neque alia elucidatione in his opus nõ est, & in glo. sequenti, allego Bart. & Curiam Pisanam, sic tenentes. Est tamen notandum, quòd adiunctus hic, quandoquidem iudex & ordinarius est in causa illa, debet adsistere audientijs omnibus super & in illa lite faciendis in simul cum ordinario ipso recusato, secundum text. in l. infra sequenti, quod intelligerem, quoties ad totam causam iudex ordinarius loci recusatur, secus si ad sententiam diffinitiuam tantum recusaretur, nam tunc non est necesse, vt alijs causæ actis adiũctus asistat. Notandumque vlterius est, scilicet, quòd tenetur iudex hic ordinarius loci recusatus
32 sequi consilium iudicis adiuncti, † cum

quo

quo se associauit, ex dictis per Simanc. de institut. cathol. tit. 41. num. 14. quod verum intelligerem cum eodem ibi, quoties iuri consentaneum foret tale consilium, alias enim si iudex essem, illud non sequerer, sed meum proferrem, & tunc in discordia illa tertium nominarem cum ipso iudice ordinario, qui quidem tertius cum aliquo ex dictis consilijs se conformaret, & sententiam duorum tunc tenendam iudicarem, & sic vtimur in similibus in hac nostra Placentina ciuitate, & pluries practicari feci, & in gloss. sequenti dicemus, & diximus aliqua de ijs in l. 7. tit. 18. num. 108. cum sequentibus aliquibus, infra isto libr. Quid tamen si iudex loci ordinarius subscripta iam sententia per eum, traditaq; tabellioni, vt pronuncietur, dum est in fieri pronunciationis recusetur, an admittetur tunc recusatio hæc? & dicendum est,
33 quòd non † cum Couar. in pract. dict. ca. 26. num. 3. ad fin. quem sequitur Auenda. dict. cap. 23. præt. num. 12. lib. 2. pro quorum opinione facit text. in l. 15. tit. 10. lib. 2. supra, dum ibidem post triginta dies tantum postquam per iudices incipitur videri processus, permittitur recusatio, non vero post, & facit etiam tex. in l. 14. illiusmet titul. 10. & libr. 2. supra, quas leges adhoc allegat Couar. vbi supra, in effectu, & sic secundum hoc vidi iam fieri, & consului faciendum, cum tunc recusatio maliciosè ob euitandam condemnationem potius, quam ob causam suspicionis proponatur, & ideò malicijs non est indulgẽdum, sed obuiãdum, & idem tenet Rebuf. in dict. 3. tom. dict. titul. de recusatio. art. fin. pagin. 167. vbi pag. 168. inquit, quòd & idem esset, si dum iudex in itinere esset, recusaretur ex regia Franciæ ordinatione. Aduertet insuper iudex hic adiunctus ordinario recusato in causa ciuili, quod si abest à loco iudicij, tunc debet coram aliquo tabellione publico loci, vbi ipse adiunctus electus viuit, acceptare iurisdictionem, & iuramẽtum præstare, quod in causa illa iustitiam facere curabit, & faciet omni odio, amore & timore postpositis, & coram eodem tabellione, & testibus pronũtiare debet sententiam & iudicium suum, & omnia hæc acta originaliter mittere tenetur, iudici ordinario loci signata, & subscripta sua manu, & tabellionis illius cum die & anno, & testibus, vt & ipse ordinarius pronuntiet eam, alias nisi sic adiunctus fecerit, & obseruauerit, nihil faciet, & nulla erunt, quæ in contrarium his omissis pronuntiauerit, & sententiauerit, nam cum ordinarius iudex sit, omnia tenetur seruare, quæ ordinarius iudex loci obseruat in similibus causis, vt probat text. noster, neque est necesse, quòd ambo ordinarius recusatus, & ei' adiunctus in simul pronuntient, si absentes sunt, sed sufficit vnumquenq; de per se pronuntiare, cum quilibet iurisdictionẽ in causa illa insolidũ habeat, quod secus esset in duobus delegatis, qui insolidum iurisdi-
34 ctionem non haberent, † qui quidẽ vnus sine altero pronuntiare non possent, vt probatur in l. duo ex tribus. ff. de re iudic. optima lex. 17. versic. E sobre todo, titul. 22. part. 3. notat Anto. Gom. in l. 38. tau. num. 2. & 3.

Ibi, [Ambos a dos de consuno,] Et hoc si ordinarius loci, & adiunctus ipse presentes in loco iudicij extiterint, & se concordauerint in tenore sententiæ, secus verò si adiunctus sit absens, nam tunc in suo loco pronuntiabit, neq; tenetur venire ad locũ iudicij, vt in glo. supra proxima diximus. Quid tamen erit si ordinarius ipse, & adiũctus discordant in tenore sententiæ, & dicendum est, quòd tunc in ciuilibus debẽt
35 assumere, † & nominare tertium secundum Bart. in l. in offerendis, num. 3. C. de appellat. per text. ibi, si est ante prolationẽ sententiæ, secundum eum ibi, & secundũ Curiam Pisanam libr. 2. cap. 18. in fin. & quod maior pars illorum trium pronuntiauerit obseruandum est, & exequendũ, si appellationi locus non fuerit, secundum tex. in l. inter pares. ff. de re iud. & in l. 17. tit. 22. partit. 3. & hoc quia ordinarij iudi-
36 ces sunt. In criminalibus vero † ordinarius ipse, & associati, secundum nostræ. l. tenorem pronuntiat quilibet eorum suam sententiam, & si differunt inter se, tunc benignior sententia exequenda est, vel quæ pro libertate, vel alia fauorabili causa pronuntiatur, secundum dicta iura, quidquid in contrarium velit Auend. cap. 23. præt. nu. 14. lib. 2. scilicet, quòd tunc nulla sententia valeret, sed ad superiorem eundum erat per dict. l. duo ex tribus, quæ lex in de

legatis, non in ordinarijs loquitur, & ideò male loquitur Auend. nisi eum intelligamus loqui quoad executionem alicuius dictarum sententiarum, vt scilicet, quoad eã superior adeundus sit, vt declaret, quæ illarum sit exequenda sentẽtia, vt paulò post dicemus, si tamen omnes iudices in condemnando concordes essent, aliquis tamẽ eorum in minori summa cõdemnaret, vel propria causa illius sententia erit exequenda, secundum prædicta iura ex tex. in l. 18 titu. 22. partit. 3. si tamen non esset maior pars ex vna, quam ex alia parte, in delegatis nulla sententia debet executioni mandari, sed adeundus est superior, secundum text. in dict. l. 17. & in dict. l. duo ex tribus in ordinarijs vero nulla requiritur superioris confirmatio, secundum tex. & ibi Bar. in l. inter pares. ff. de re iud. & ibi Bart. ponit rationes, scilicet, quia ordinarij habent iurisdictionem iure suo proprio, delegati verò ab alio. Ex quibus infero, quod in causis criminalibus si iudices isti, del re-
37 gimiento † nominati in socios iudicis ordinarij recusati proferant diuersam sententiam à sententia iudicis recusati, sententia ipsorum iudicum, de regimiento, exequenda est tanquam à maiori parte prolata, cum duo iudices sint, & quilibet eorũ insolidum iurisdictionem habeat, nam ordinarij sunt, vt infra dicetur, & alio in loco latius diximus, & tenet Curia Pisana, vbi supra, maxime si benigniorem sententiam, quã iudex ordinarius recusatus proferant, prout à communiter accidentibus proferre solent, neque tunc esset necesse occurrere ad superiorem pro declarando, quæ harum sententiarum exequenda foret, imo iudices ipsi, de regimiento, si auderent, possent exequi sentẽtiam suam, si pars, contra quam profertur, ab ea non appellaret, prout iam audiui in hac Placentina ciuitate semel factum, quia tamẽ hodie non audẽt facere, & sapiẽter fortasis causa vitandi scandali, seruatur, quod inquit Didac. Perez, hic colum. 965. & Auenda. dict. cap. 23. num. 14. libr. 2. præt. scilicet, quòd vnaquæq; pars, quæ aggrauatur ab aliqua dictarum sententiarum, appellat ab ea, & superiores declarant, quæ sit illarum seruanda, & secundum ius benigniorem tutantur, & iubent exequi, quanuis de iure hæc facere, non esset necesse, quandoquidem isti de regimiento ordinarij sunt iureque suo iurisdictionem habent, secundum text. in l. more. ff. de iurisd. omn. iud. tenet Bart. in l. inter pares. ff. de re iud. possentque exequi sententiam suam, si nõ esset appellatum per reum vel si appellatum non haberet locum appellatio, secundum Bart. Alex. & omnes in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. text. & ibi omnes, in l. fin. C. de iud. & licet officium mercenarium deseruiens actioni extinctum sit per sententiã, vt in l. iudex posteaquam. ff. de re iud. non
38 tamen nobile †, secundum Bart. in dict. l. iudex, & sic secundum Alexan. ibi num. 5. quoad exequendum non finitur, & hoc absque dubio procederet, quoties sententia hæc de regimiento esset benignior ex dictis iuribus, & ex dict. l. 18. tit. 22. p. 3. tamẽ quia vt dixi, scandala oriri possent inter iudices ipsos, nunquam meo tempore vidi ausos esse iudices de regimiento, hæc facere, sed per appellationem causa ad superiores deuoluebatur, qui declarabant, quæ esset illarum sententiarum exequenda, & ita cõsulo fieri, nè scãdala oriãtur, maximè si periculũ in mora nõ fuisset, adeũdi superiores, & nota quod pars recusans iudicẽ soluit assessoriam, quid tamen erit si iudex inuita parte assumpsit consultorem vide Cassa. in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 7. in tex. si au. est du. consentem. nu. 36. & num. 37. quid in delegato fol. 162. & ibi inquit, quod potest iudex compellere aduocatos ad consulendum mediante mercede.

Ibi, [En los pleytos criminales,] sic incipit secunda nostræ. l. pars ponens formã procedẽdi, quoties in causis criminalibus iudex ordinarius loci recusatur, quæ quidem quotidie in iudicijs practicatur, eaque vbilibet vtimur, & nulla eget declaratione, & an iudices hi recusati in criminalibus
39 sint ordinarij, † in hac. l. remanet dictum, & latius diximus in l. 1. tit. 9. supra libr. 3. vnumque notandum in hac iudicum recusationis materia, scilicet, quod cum coram iudice recusato acta conficis, & litem prosequeris, semper protesteris, quod non intendis te à recusatione abstrahere, neque in eum iudicem consentire, nisi & quate-
40 nus † de iure arctaneris, secundum Ias. in

l. non

l.non solum.§.morte.num.46.ff.de noui. oper.nunt.nam si aliter feceris acta coram iudice recusato absque hac protestatione prædicto modo proposita, videberis renũtiare recusationi, secundum Marantam, in pract.titu.de appellat.num. 75. pag.563.
41 in paruis, & an in notorio crimine † admittatur recusatio, vt breuitati consulamus, tradunt relati per Anto.Gom. tom. 3.capit.1.nume.46. & per Didac. Perez, hic columna.970. in impressione prima, quamuis in hoc opere semper allegamus. & nota, quod si facta appellatione, & proposita ab aliqua sententia contra te prolata absque protestatione aliqua iudicẽ sententiantẽm super causa illa recusaueris, vi
42 deris appellationi † renũtiasse secundum additionem Bart.in.l.si quis libellos, in.1. addit.in fin. C.de appell.alia in materia recusationis videre poteris, vltra DD. antiquos in locis ordinarijs per Couar. in d.c. 26.pract.& per Auend.d.c.23.lib.2.præ. & Rebuf.d.3.to.const.Fran.tit. de recus.
43 & an inquisitor hæreticæ prauitatis recusetur †, tradit Simanc.de instit.cath. tit. 17. num.51.& 52.& Rojas in singularibus, si dei sing.100. & quæ dicatur in propositũ causa criminalis, videbimus Deo volẽte, in l.8.tit.de las appellaciones, infra isto lib.& aduerte ad finem nostræ.l. nam formam nouã ponit, quæ antea aliter apposita erat, quæ forma an in ciuilibus seruabitur, si totum concilium recusatur, dicemus in.l.7. verbo, dos buenas, infra tit.proximo, & an iudex ratione alicuius artis vel professionis, aut negotiationis recusari possit, vide Petrum Pekium in cap.generi, num. 3.de reg.iur.in.6.

LEX II.

¶ *SVM. Iudex adiunctus iudici ordinario loci recusato tenetur adsistere audientijs omnibus faciendis super lite illa, super qua associatus est & adiunctus.*

IBi, [Vaya a las audiẽcias,] intellige, quoties ad totam causam iudex ordinarius loci recusatur, sociusque assumitur propter recusationem, secus vero si pars etiã in litis principio iudicem recusaret ad sententiæ diffinitiuæ prolationem, tũc enim socius adiunctus non tenetur ad acta interim facta assistere, cum ad illa iudex loci recusatus nõ sit, vel secũdò nõ tenetur adiunctus assistere audiẽtijs illis, & si ad totã causam iudex recusaretur, quoties adiunctus ipse absens à loco illo existeret, & lis esset parui momenti, & interesse, in qua fortassis in expensis præbendis ipsi adiuncto plus expẽderetur, quam esset negotiũ principale, tunc enim vsque ad sententiã exclusiuè iudex loci ordinarius acta non præiudicialia facere posset, quamuis adiunctus non assisteret, imo & itidem crederem, & si negotium esset arduum, cum tunc propter absentiam adiunctus ipse legitimum impedimentum habeat non interessendi negotij illius audientijs, prout ex verbis nostri text. colligitur, ibi, no auiendo legitimo impedimẽto, & ideò malè, & perperam faciunt iudices ordinarij recusati, qui plerunque ob fatigandam partem recusantem maioribus expensis cum foraneis se associant, & exteros in adiunctos capiunt, & grauitèr credo eos peccare, si absque causa id facerent, & legitima.

SEQVITVR TITVL. XVII.

De las sentencias y nullidades que contra ellas se allegan.

ET quia recusationes à partibus proponuntur ante sententias & ad earũ prolationem, ideò post titulum præcedentem subsequitur noster titulus.

LEX

LEX. I.

¶ SVM. Intra quem terminum iudices tenentur proferre sententias interlocutorias, vel diffinitiuas in præsenti lege declaratur.

IBi,[Interlocutoria o diffinitiua], pōderanda est dictio illa alternatiua, o; quasi differentiā ponens inter interlocutoriam, & diffinitiuam sententias, quarum quidē
1 plures proposuit † differentias Rebuf. & alij relati per Didac. Perez in præsenti, col. 1274. in fine in glos. 2. secundum primam operis editionem, & vltra quos ibi congerit, videndus est Hierony. Paul. optime loquens in materia in sua pract. cancell. apostol. in titul. si non obstante lapsu temporis committatur iudicibus. pag. 52. in paruis, vbi optimè loquitur in materia harum sententiarum.

Ibi,[incurra], quam tamen pœnam iudex talis tunc demum incurret, cum per partem petitum, & requisitum est à iudice ipso, vt causam determinet, & sententia
2 diffiniat, non vero alias, † ex text. singulari, in l. 1. §. magistratibus. ff. de magist. conueniend. ibi si moniti, vel requisiti non dederint, ex quo text. notat ibi Bald. quod si per statutum punitur potestas non inquirens de delicto, quòd excusatur, si nemo
3 denuntiauerit delictum †, seu maleficium quod notoriū non erat, quem text. meliorem de iure dicit esse Bald. ibi ad excusationem officialium, in cuius propositum plura, ita tenendo refert, Hippolyt. in pract. §. nunc videndum. num. 4. cum aliquibus sequen. & Alex. in l. properandum. in princip. num. 8. C. de iud. & Ias. in l. vniuersa. C. de precib. imper. off. & in lect. l. admonendi num. 15. cum sex sequent. ff. de iure iur. & Felin. in cap. si autem, de rescrip. Cœpol. cautel. 236. & è nostris Ant. Gomez, tom. 3. cap. 9. num. 9. & Didac. Perez in præsent. sub. glos. 1. l. 1. tit. 15. de las sentencias, lib. 3. ord. col. 1273. & Latius. in l. fin. titul. 11. lib. eod. & plura. tradit Ripa. in l. 4. §. hoc autem num. 2. cum pluribus, sequent. ff. de dam. infect. imo & plus asserebat Bart. relatus per Hippoly. in pract. §. 1. num. 7. scilicet, quòd non valebat sentē-
4 tia, quæ ad requisitionem partis † lata non esset, nisi iurisdictio esset tēpore peritura. secundum Hippoly. ibi, ex quibus infero ad l. 7. infra titul. proximo istius nostri lib. scilicet, vt antiani illi pœnam decemmille marapetinorum per tex. ibi eis impositam si causam intra decem dies non determinauerint, tunc demum incurrant, si moniti, & requisiti per partē fuerint, vt causam determinent, & si Auen cap. 6. præt. num. 3. vers. & casu quolib. aliud & male in propositum dict. l. 7. velit, nisi eum intelligamus loqui, quoad interesse partibus soluendum ob non determinatam causam intra illos decem dies, nam illud tenetur soluere, quāuis non requisiti vt sententient, nā & si pœna sit respectu ipsorū antianorū, respectu tamen partis est interesse, & non pœna, ideo illud tenentur soluere parti, & si ab ea requisiti non fuissent, vt sententia diffinierint causam intra terminum illum, aliàs perperam & contra omnia supradicta Auend. ibidem loqueretur. Ex his etiam, inferri potest ad l. 20. titul. 7. lib. 3 suprà vt ibi diximus, & ad quam plures alias leges supradicta enim regula generaliter loquendo, vera est & cōmunis, & approbata. Et
5 an debeat ter tūc †, iudex interpellari, vel sufficiat semel, tradit vltra dictos Paris. de Puteo, in tractatu. synd. verbo. instantia, capite secundo, numero. 3. folio. 267. in paruis.

LEX II.

¶ SVM. Intra quod tempus agendum est de nullitate sententiæ, & qualiter à sententia super nullitate alterius sententiæ lata supplicari, vel appellari potest, licet nō de nullitate agi, lex nostra singularitate declarat.

Ibi,

IBi, [Allegare], sed corā quo iudice, an coram eo, qui tulit sententiam, an vero coram superiore, & respondedū est, quod si tantū de nullitate agitur, coram iudice
1 ordinario, qui tulit sententiā †, agi potest de nullitate, prout probatur ex l. fin. C. de sententijs, quæ sine cert. quan t. profer. de cuius intellectu videndus est Ripa, in rub. ff. solut. mat. num. 48. vbi post Bart. multipliciter. l. illam declarat, ad idem est tex. in l. 1. C. de sententijs, & interloc. omn. iud. quam Bart. & Paul. famosam esse dicunt in. l. 4. C. de accusat. & ibi glos. verb. eundē l. si præsunt. C. quomod. & quand. iud. Lā fran. in ca. quoniam contra verb. interlocutoriæ num. 54. de prob. l. 2. tit. 26. part. 3. quæ iura sic in vsu esse asserens allegat ad hoc Didac. Perez in præsent. sub. l. 2. titul. 15. lib. 3. ord. col. 1276. vel melius in hoc, & rectius meo iudicio responderi potest, cum Ferrar. in pract. in forma appell. à diffinit. in glos. fuisse, & esse nullam, vers. deinde quæritur, videlicet quòd aut quæritur de nullitate incidenter, & tunc coram illo iudice ventilabitur, coram quo causa pendet, siue sit principalis, siue appellationis, siue executionis, & in causa appellationis dicetur incidenter tractari, quoties simpliciter appellatum est, & in alia instantia cum dicitur sentētia, vel actus nullus, eiusque rescissio petitur per appellationem, prout patet ex dictis per Couar. in pract. cap. 24. num. 7. si vero de nullitate sententiæ principaliter agendum, vel quærendū est, tunc erit in electione ipsius agētis, vel causam nullitatis proponere coram iudice appellationis, & sic superioris, & hoc dummodo superior ipse, & iudex appellationis possit adiri per viam querelæ, secus vero si non posset, nisi tantū per viam appellationis, prout sunt iudices cancellariæ, tunc enim non posset nullitas proponi principa-
2 liter †, coram eis, prout in propositum sic declarando tenet Ripa in. l. quod iussit. n. 69. ff. de re iud. item & secundo vltra eū intelligendum modo per appellationem,
3 non saluetur in libello appellationis † remedium nullitatis, nā si saluaretur, prout pluries videmus per procuratores saluari, nullo modo posset superior, & sic iudex appellationis quantumcunque per viam querelæ adiri, neque cognoscere etiam incidēter de remedio nullitatis proposito prout in expresso tenet Decius in capi. dilecto filio. G. de appel. ad hoc allegans optimum consilium Alex. 95. n. 8. & 9. vol. 4. quia talis appellatio est conditionalis, & qualificata, & sic cum qualitate illa, & reseruatione intelligenda est ex dictis per Vātium de nullitat. process. titu. de nullit. sententię quot, & quibus mod. nu. 10. prout & in practica iam semel disceptatum vidi, & secundum hæc determinatū, & ideo ego nunquam propono libellos appellationum saluando ius nullitatis, sed potius dicendo, no haziendo alguno lo que ensi es ninguno appello, &c. vel (vt ad institutū redeamus) coram illo iudice, qui sententiā protulit, nullitas hæc principaliter intentari poterit, si ordinarius iudex est, ex text. in. l. 4. C. de accusat. & ex allegatis per Ferrar. vbi suprà, & in principio huius nostræ glos. ex quo vltimo huius distinctionis mēbro infero nouissime, quòd si à sententia iudicum de regimiēto in instātia appellationis, vel recusationis in causa criminali, de nullitate agendum sit, cum ipsi rectores in dictis casibus ordinarij iudices iudicantur, vt in. l. 1. supra titul. proxi. diximus, coram ipsis insimul, & coram ordinario loci agen-
4 dum erit de nullitate † sentētiæ ab eis prolatæ, non vero coram ordinario loci tantū alias nihil fieri credo, nisi ipsi rectores exequutionē talis sentētię ipsi loci ordinario cum eis adiuncto remiserint, nam cum ipsi iudices consistorij insimul adiuncti ordinario loci, & cum eo sententiam protulerint, & in causa illa ordinariam, quēadmodum & loci ordinarius, iurisdictionem habeant, sententiæ ab eis prolatæ nullitas nō tantū coram ordinario ipso loci, intentanda est, verum & coram rectoribus ijs adiūctis ordinario, quomodo enim ordinarius loci posset cognoscere de nullitate sentētiæ, nisi insimul cū rectoribus illam cū eo pronuntiantibus, cum quodā modo esset cognoscere super causa, & si non à maioribus, saltim à paribus in cognitione eius decissa, de nullitateque sententiæ non est agendum coram æquali iudice, sed coram
5 eo, † qui sententiam protulit, secundum Auen. in tract. de supplicat. M. D. dupl. nu. 8. & ita teneo, licet ipse Auc. respons. 26. num. 9. velit distinguere, an agatur de nullitate

litate sententiæ iudicum, del regimiento, intra illos decem dies, quos ipsi rectores habent ad pronuntiandum in gradu appellationis per l. 7. titul. de las appellat. infra isto lib. vt tunc coram ipsis rectoribus agẽdum sit insimul cũ ordinario, quasi & tũc duret iurisdictio rectorum, an vero illis decem diebus elapsis, & tunc coram ordinario loci solummodo nullitas sententiæ ipsorum rectorum intentanda sit, verbalis enim distinctio videtur, cum & iurisdictio ad exequendum duret etiam diebus illis, decem elapsis, si iudici ordinario loci non sit remissa, vt diximus in l. 1. supra tit. proximo, & probatur in dict. l. 7. in fine, prout ibi ponderabimus Deo volente, & si durat de nullitate habent cognoscere, cũ ex hoc pendeat, an sit sententia exequẽda, nec ne, neq; obstabit id, quod dixit ipsemet Auẽ. in cap. 6. pręt. num. 2. & 3. lib. 1. quoniam ibi, de priuilegio tractat, nos vero loquimur iure communi attento, neque itidem obstabit, si quis subtiliter dixerit opponendo de l. nostra permittente à sententia, in qua declaratur, adesse, vel non adesse nullitatem, appellari posse, & si potest, quo nã modo rectores poterunt cognoscere de nullitate sententiæ à correctoribus prolatæ? quoniam respondeo, id procedere eò, quod lex nostra sic permittit fieri, quemadmodum & permisit dict. l. 7. appellari à sententia iudicis ordinarij ad consistorium populi, & sic videtur tenẽdum, rectores ipsos insimul cum iudice ordinario loci cognoscere debere de nullitate sententiæ ab eis prolatæ, & verum credo, fateor tamen id in practica non esse obtentum, sed potius agi semper de nullitate sẽtẽtiæ rectorum populi ab ipsis rectoribus in gradu appellationis prolatæ coram ordinario ipsius loci tantum, eis omissis & de nullitate nõ cognoscentibus, fortassis tamẽ quia à partibus de ijs nõ curatur vel quia adhæret verbis alijs illius l. 7. ibi, sea firme y executado por la justicia ordinaria, solum de ordinario loci verba hæc intelligendo, sed an iudex delegatus poterit de nullitate,
6 sẽtẽtiæ suæ cognoscere †, tradit optime Ripa in l. quod iussit num. 63. cum pluribus sequent. ff. de re iud. vbi ponit regulã cum fallẽtijs, & Boerius decis. 6. & Bernard. Diaz. regu. 361. & additio Capellæ Tolosanę decis. 38. vbi in decisione ipsa tractatur, & discutitur, an iudex conseruator de nullitate suæ sententiæ cognoscere possit. Et in delegato inutiliter iudicante,
7 † an posset iterum iudicare, tradit etiam Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone limit. 1. num. 40. & 41. ff. de verb. sig. & num. 51. & nouissime Mexia in l. de Toledo in conclusione fin. part. nu. 1. & sequẽ. & nu. 39. quid in arbitro nulliter declarante sed est quęstionis, an iudex causæ nullitatis pote-
8 rit & de causæ principalis † iustitia cognoscere, & super ea pronuntiare in simul cum nullitate intẽtata, & dicẽdũ est quod sic cum Ferrara vbi supra ex Bart. in l. si ex presssim. ff. de appellat. & Abb. in cap. cum dilecti num. 4. de empt. & vẽd. & Sebast. Vant. de nullit. process. titul. quot. & quibus modis nume. 111. cum sequentibus, & melius in titu. fin. illius tract. num. 128. cum tribus sequentibus & nu. 132. communem hanc testatur opinionẽ, & tradit, Ripa in l. quod iussit num. 69. ff. de re iud. & tenet idem Bart. in l. cum quærebatur. ff. de re iud. vbi Alex. inquit cum Bart. doctores transire, & tenet Auend. in titul. de las exceptiones num. 38. in princ. & Præpos. in cap. dilecto filio num. 36. & melius num. 67. & num. præcedenti. extra de appel. vbi inquit, quod tũc prius pronuntiandum est super nullitate, quam super meritis causæ, in eadem tamẽ sẽtẽtia de vtroque agẽdum est, prout quotidie videmus fieri, & practicari, & de supradictis tradit etiam Boerius decis. 6. potestque superior
9 sententiam † nullam infirmare, & ex noua itidem causa reformare, secundum Deciũ in d. cap. dilecto. nu. 5. & sic inquit Alex. cõs. 67. viso themate. lib. 6. & cõs. 111. viso libro. li. 5. & in cõs. 79. in princ. lib. 2. quẽ refert, & sequitur Vãt. in tract. de nulli. tit. de nulli. sententiæ ex defect. proces. nu. 8. cõmunẽ esse opinionẽ, sententiam ex quocũque etiam iurisdictionis, aut citationis defectu nullam, reformari esse consuetũ per iudices appellationis, etiam si non allegetur per partem, secundum Rolan. à Valle cons. 41. num. 42. lib. 1. num. 20. 39. & sequentibus ex quibus, infertur meo videri perperã & male loquutos fuisse aduocatos aliquos suam tribuentes sẽtẽtiam doctori Auend. in dict. respons. 26. num. 8. in

fine

fine & asserentes, quòd si setētia horum iudicum consistorij in causis decem mille morapetinorum in instantia appellationis lata secundum quod disponit dict. l. 7. titu. 18. infra eod. lib. nulla fuerit, nō potest pronunciari amplius super iustitia, vel iniustitia causæ principalis, sed quod prima sentētia, à qua fuit appellatum, transiuit in rem iudicatam, & appellatio remansit deserta, & quod tunc ipsi iudices del regimiento, tenebuntur parti læsę ad interesse propter hoc hanc enim opinionem veram non credo, sed capitosam potius, & tenēdū, quod quantumcunque agatur de executione primæ sententiæ, petēdo quod exequatur & ad petitionem partis aduersæ id contra dicentis pars petens executionem replicauerit, exequi debere, quoniam sententia contraria iudicum de regimiento fuit nulla, & aduersarius petierit, quòd casu, quo nulla fit, pronuntietur alia similis valida super iustitia, vel iniustitia causæ principalis, quando quidem isto casu super nullitate sententiæ iudicum de regimiēto agitur, intra terminum iuris coram ordinario loci agendum, & coram rectoribus ipsis, retenta dicta mea opinione, & ea explosa coram ordinario loci, iudex hic de nullitate cognoscens potest cognoscere de iustitia, vel iniustitia causę, & de nullitate sentētiæ nullæ assertæ, secundum quòd dictum est supra proxime, nam si ordinario huic de nullitate sententiæ rectorū iurisdictionem concedimus super nullitate, & executioni non potest mandari sententia ordinarij aliter quamper rectorum sententiā quātumcunque nullam, annullata ea tāquam obstante impedimēto sublato, quod prius tollendum est, cur non & in consequentiā concedenda erit iurisdictio super meritis, causæ? quandoquidem secundū supra proximam communē opinionem iudex cognoscēs de nullitate sentētię, potest & cognoscere super meritis causæ, imò & secundum Alex. relatū per Vant. vbi supra dict. titul. fin. num. 130 tenetur iudex hoc facere, prout & tenet Ferra. vbi supra, pro qua communi considero text. in. l. 4. in fine infra isto titul. vbi nullitatis allegatæ sententiæ iudicum supremorum reseruatur determinatio cum negotij principalis diffinitione, & sic hæc opinio Auendan. falsa mihi videtur, etiam si solus ordinarius loci de nullitate sententiæ iudicum de regimiento esset cogniturus, adhuc tunc posset de meritis causę cognoscere, imo & cum teneretur ad hoc posset appellari nisi ita faceret, & iuberet; argumento notatorū per Rip. in. l. 4. §. hoc autem iudiciū nume. 99. ff. de dam. infect. & quia vbi nulla sententia alia superest proferenda, si prima apparet iniusta, non est curandū de apicibus iuris, præsertim si per partem agentem de nullitate petatur vtrumque fieri, secūdum Vant. vbi supra dict. titul. fin. num. fin. qua quidem mea opinione contra Auend. sic obtenta, si hoc voluit Auend. quod voluisse non video, sed meam potius tenuisse & hoc limitatur, vt nō procedat, quoties agitur de nullitate propter ineptitudinem libelli, vel ineptum modum agendi, & sic totus processus est nullus, tunc enim & si sententia veniat pro nulla pronuntianda,
10 non tamen tūc poterit super meritis † causæ pronūtiari, quia peccaretur eodem modo, quoniam non adest fundamentum, super quo sententia ferri posit, & ideo de nouo partes audiendæ sunt, secundū Præposit. vbi supra num. 76. & Ripa in dict. l. quod iussit num. 99. & decis. Cape. Tolos. & ibi Addi. dec. 114. & 179. & iam habui in practica, & si bene recordor sic actitatū fuit, sed an cum eisdem actis pronuntiabitur super causa principali, vel repetendus
11 est nouus processus super eis †, & in hoc idem Ferrara vbi supra distinguit, & decisio Capel. Tolos. 179. quod aut nullitatis causa respicit vniformiter acta, & sententiam, vt putà, si litigatum est cum minore indefenso, vel coram iudice incompetente, & tunc quia omnia sunt nulla, repetuntur acta de nouo, & super ipsis pronuntiabitur aut vero causa nullitatis respicit solū sententiam, & non acta, & tunc procedāt supradicta, quòd absque nouis actis pronūtietur super nullitate, & meritis causæ, si vero nullitas respicit partem actorum, & sententiam, puta si fuit processum contra aliquem tam in vita, quam post mortem acta in vita facta firma erunt, & quæ post mortem facta fuerunt, repetentur, vt super nullitate eorum, & sententiæ ipsorum vigore latæ pronuntiando super meritis etiam causæ pronuntiari posit, & ideo inquit

quit Vant.in dict.titul.fin.num.128.vers. erit etiam, quòd causa, quoad sui merita, quantum fieri possit, instruatur, vt iudici nullitatis, vel appellationis de bono iure partis in negotio principali constet, vt cũ sententiam super nullitate proferre debuerit, proferat etiã super meritis causæ, ideo que sit cautus agens de nullitate ad hæc obseruanda,& petendum sententiam nullam declarari, & ea declarata super meritis causæ pronuntiari,& tunc aduersarius eius idẽ petere poterit, scilicet, quòd casu sine præiudicio veri, quod nullitas locũ habeat pronuntietur eadem vel melior sententia, in eius fauorem, vt nisi sic fecerit, absque dubio appellari possit, quæ notanda sunt, quia in theorica,& practica singularia.

Ibi,[Que es ninguna], ex quibus causis
12 possit dici sententia nulla † vltra Vant.in dict.tract.de nullit.proces.vidẽdus est Ferra.in pract.in forma sententiæ diffinit glo. 1.vers.impugnatur autem cum pluribus sequent.& Prepos. in dict. cap.dilecto filio, G. de appel. num. 15. per totum vbi congerit.36.causas nullitatis sentẽtiæ,& quot casibus dicatur nulla ipso iure tradunt relati per Dnd.Per. in præsent.col.1277.vers. quæri potest & per Marant.in pract.4.par. 16.distinct.per totam. pag. 238. in paruis & an sententia sit nulla si dum centum es-
13 sent petita †, in quinquaginta fit condemnatio, de alijs vero quinquaginta nihil dictum sit, & decis. 178. Capel. Tolosa.inquit nullam esse & hanc vocat communẽ regulam Rebuf.in.3.tom. constit. Franc. titul. de expensis art. 8.num.4. cũ sequen. vbi nouem limitationes ponit ad eam,quarũ sex posuit Additionat. dict. decis. 178. inquit tamen ipse Rebuf.in primo tom.cõstit Franc.titu. de sentent. executoria, art. 9.glos.2.nu.48. quòd vbi virtute alicuius statuti,prout per.l fin.huius nostri titu.& lib.disponitur, quòd sola veritate inspecta procedatur,& sine strepitu, & figura, sola enim clausula,sola veritate inspecta, vt ibi, dicemus Deo volente, omnia hæc operatur tunc valet sententia lata, super condẽnatione partis debiti,nam æquitas naturalis est, vt si pro parte iudex habet plenas probationes,in eo tantũ ferat condemnationem & notandum est quòd & si nullitatis allegatio in plurimum videatur subla ta per text. in.l.fin.infra isto titulo. quam plures tamen ex dictis nullitatibus per dictos doctores relatis, & hodie etiam.l illa attenta præualebunt & si de eis in litis progressu nihil protestatum fuerit, nihilque petitum, vt seruentur, prout lex illa requirere videbatur, nam lex illa loquitur, & procedit,cum nullitas sententię veniret annullãda propter non seruatum ordinem substãtialem, tunc enim vt actus talis omissio annullaret sententiam latam eo pręter misso,necessè erat in litis progressu peti, vt actus ille seruaretur, & fieret, sed si ex alia causa,quam ordinis nullitas in sententia proueniret, putà, ex defectu citationis, incompetentiæ tam quantitatis,quam qualitatis, vel iurisdictionis, vel quia cõtra minorem absque autoritate curatoris lata vel extra territoriũ,vel die feriato in honorem Dei, cum terminus remaneret,vel extra terminum ad sententiandum assignatũ vel si in sententia expressus error iuris contineretur, vel si venalis esset, vel ex alia simili causa lata,tunc & si nihil de his in litis progressu esset protestatũ, nihilominus sententia talis aliquod horum vitiorũ, vel similium continens nulla esset, & pro tali veniret declaranda:sed an sententia sit nul
14 la †, si ex eisdem actis de eius iniquitate appareat, tradit Matth. Afflict.decis. Neap. 28.num.7.& 8.vbi inquit magis communem esse,quòd nõ sit ex hoc nulla,de quo & tradit Coua.in pract.cap.25.num.2.& alibi si bene memini latius infra dicam,& an iudex ferens sententiam nullam tenea-
15 tur † tradit Paris.de Put. de syndicat.ver. sententia cap.1.num. 4 & cap.2. num. 4. & cap.9.pone quòd iudex num.2.& cap. 10.an si sententia per totum.fol.mihi.404 num.4 & Bal. de syndicat.num.12.& Cataldi.eodem tract.num.157.& Amadeus eod.tract.num.140. & an iudex male iudicans,si soluat interesse parti, contra quam
16 male iudicauit,possit illud repetere † à parte, pro qua iudicauit, tradit Amadæus de syndicat. num.126.& num. 203.& 204. & Paris de syndicat. verb.lis sua cap. 4.fol. 314.& nouissime Burg.de Paz, in procemio legum tauri num. 212. & Catald. de syndicat.numero.29.Et an ordinarius teneatur de imperitia delegati, & episcopus
17 de imperitia vicarij,† tradit cum alijs quæstioni-

stionibus Bonifa. in peregrina legum par. verb. sententia. q. 9. in gl. iudicantis. sed est optima & singularis quæstio in propositũ num scilicet causa nullitatis durante currant dies appellationi interponendę à iure
18 assignati, & è contra, † ita quòd si pronuntietur, nullitatem non adesse, ex tunc inquinq; dies iure ciuili, & decẽ iure canonicó possit appellari à sententia illa, super cuius nullitate agebatur, & in hoc Bald. in l. contra maiores. C. de inoffic. testam. quẽ refert, & sequitur Didac. Perez in præsentiarum, col. 1277. vers. sciendum, & Hippol. sing. 152. inquit, quod si nullitas intẽtatur principaliter, ita quòd nullitas corã vno iudice tractatur, puta coram illo, qui tulit sententiam à principio, vel corã alio & sic corã superiore tractanda est, adestq; iusta causa agendi de nullitate, tunc pendẽte iudicio nullitatis nõ currit terminus datus ad appellandũ de iure, imo in hoc casu & si proferatur sẽtẽtia, qua mediante declaretur, non adesse nullitatẽ, potest ab illinc in quinq; dies ad appellandũ iure ciuili, & regio nostro cõstitutos, & decẽ iure canonico, appellari ab illa prima sententia à qua actũ erat de nullitate, essetq; hæc optima cautela protrahendi litẽ, sm̃ Bald. ibi, quẽ sequuntur Angelus, & alij relati per Præpot. in d. c. dilecto. n. 22. & n. 69. & cõmunẽ testatur Cuma. in l. si expressim. n. 36. ff. de appel. & iterũ in cõs. 36. quod tñ ego intelligerẽ procedere, quoties nullitas ipsa intentata fuit bona fide, & ex iusta causa, nõ verò temerariè, & itidẽ intra quinque, vel decẽ dies ad appellãdũ de iure cõstitutos, secus vero si eis elapsis, vel si intra eos, temerariè tñ, nã tũc & si post nullitas intẽtaretur, nõ crederẽ locũ remanere dictæ Bal. doctrinæ, & opinioni, sicut neque procederet, si causa nullitatis esset admixta causæ appellationis, sm̃ Fel. in c. sin autẽ §. tẽporalia, col. 1. in fin. de rescrip. vel si ad agendũ de nullitate iusta causa credendi sententiã esse nullũ, nõ præcederet, sm̃ supradictos: neq; obstat ꝙ appellans potuerit cumulare remediũ vtrumq; dicendo di
19 co sententiã nullã, & si quæ est appello, † iuxta resolutionẽ gl. in l. 1. C. quando prouo. nõ est nec. Bar. & oẽs in l. si expressim n. 4. ff. de appel. Dec. & oẽs in c. dilecto, extra eo. tit. quoniã respõdeo, quod licet corã iudice ad quẽ potuerit vtrumq; remediũ accumulari, tñ corã iudice à quo solũ potuit intentare nullitatẽ, & sic eam corã iudice à quo intentando non currit tẽpus appellationis, quoniam non debet sibi auferri facultas eligẽdi iudicẽ, argumento l. non vtiq;. ff. de eo quod cer. loco, ita Cuman. vbi supr. vel verius dic quod hoc nõ est contrarium supradictis, sed potius per supradicta declaratur contrariũ, hoc scilicet, quod si agitur coram iudice à quo de nullitate, & si sententia est aliqua & nullitas deficit ex nunc prout ex tunc & è contra appellatur, prout potest fieri coram iudice à quo, vt dixi, tunc si nullitatis intentandæ adest iusta causa non currit tempus se præsentandi in appellatione illa intra quinq; dies interposita ad appellandũ constitutos, secus vero si temerariè & iniuste fuit nullitas intentata, vt ex Bal. & alijs inquit Tiraq. de retract. linagiel. §. 1. glo. 10. n. 42. pag. 183. sic declarando decisionem Guid. Papæ indistinctè loquentis, & sic nihil contrarietatis dictũ argumentum inducit. Neque obstat quod instantia nul-
20 litatis currit simul cum instantia † appellationis & perit cum ea, secundum Innocentium in cap. sæpe, num. 6. de appellati. quoniam hoc verum, quando nullitas esset simul proposita cum appellatione coram iudice ad quem, vel quando appellatio esset simpliciter & pure interposita, & nullitas sub ea includitur, prout est regula re includi ex l. Carmelia pia. ff. de iure pat. l. quædam mulier. ff. fami. hercil. & ideò perempta instantia appellationis perimitur instantia nullitatis, ex regula accessorium, de regu iuris in 6. & l. cum principalis. ff. eod. titul. secus verò si nullitas seorsum proponatur coram alio, secundum Bald. in l. qui testamento, colum. fi. de excus. tut. vel responderi potest opinionem Innoc. non esse veram, & Bart. in d. l. si expressim. nu. 10. contrarium tenere cum communi, vt apparet ex dictis per Couar. in pract. c. 24. num. 8. in fine, & sic vt omnis cesset scrupulus soleo consulere litigantibus proponentibus nullitatem sententiæ coram iudice à quo, vt eam proponant intra tempus ad appellandum de iure constitutum cum dicta cautela, si quæ est sententia appello, &

tunc se presentent coram iudice ad quem in appellationis gradu cum relatione litis super nullitate pendentis, vt si forte post appareat nullitatem iniustã interpositam non sint elapsa tempora ad appellationem prosequendam concessa. Quid tamen erit è contra an pendẽte appellatione currant tempora à iure concessa ad proponẽdam nullitatem, & decisionem huius quæstionis ex dictis in præcedente percipere poteris, vel ex decisione quæstionis alterius, scilicet, num appellatione deserta, vel in causa appellationis victo appellante possit iterũ nullitatis causa proponi à pri-
21 ma sententia à qua appellatum extiterat, † de qua per Præposit. vbi supra, & Couarr. in pract. d. c. 24. nume. 7. & 8. & Villalob. in ærario, litera. N. num. 59. & an excep-
22 tio nullitatis impediat † executionẽ, per regulam & fallentias prosequitur Præpos. in d. c. dilecto. num. 67. & 70. cum seq. aliquibus, & Couar. vbi supr. c. 25. & suo loco latius dicemus Deo volente.

Ibi, [Sesenta dias,] de iure tamen antiquo in perpetuum poterat opponi, secundum text. in. l. 1. C. quando prouoc. non est neces. & in. l. 4. tit. 26. part. 3. & Præposit. d. c. dilecto. num. 21. de appella. saltim vbi vertebatur periculũ animę, aliter enim vsque ad. 30. annos, secundum Mexiam, in apparatu ad. l. de Toledo, in respons. ad 2. fundam. 1. part. nu. 36. & hoc in reo procedebat, in actore vero durabat vsque ad tempus actionis, vt per Ias. in. l. data opera. ff. de fideius. & Ant. de Tremolis relatos & secutos per Villalob. in suo ærario com. opi. litera. N. num. 59. hodie tamen ex lege nostra vides terminum nullitati proponendæ assignatum obseruandum tam per actorem, quam reum, sed opponitur contradicta & nostri tex. decisionem, quomodo enim quod nullum est potest effectũ sortiri, ex nihilo enim nihil gigni potest, neque fundamentum capi, sententiaque nulla nunquam transit in rem iudicatam,
23 imo semper † potest retractari l. si expressim, & ibi glo. & Bart. ff. de appell. Maranta, in pract. 6. part. pag. 537. num. 154. cũ sequent. & sententia nulla confirmari, seu reformari non potest, cap. cum dilecti, & ibi omnes. de emp. & vendi. allegatum per Mexiam, vbi supra, in responsio. ad. 4. fundam. 1. part. num. 2. cum sequentibus, vbi alia similia adducit, quod declara ex dictis in gloss. 1. supra hac lege, ergo quandocũque etiam ijs diebus elapsis opponi contra sententiam de nullitate poterit, neque effectus ex ea producetur, & sic text. noster procedere non potest, cui tamen obiectioni faciliter respondebitur si sciamus, quod
24 nullitati renuntiari † potest per partem, secundum Vant. in tractat. de nullitatibus proces. titul. qualiter & qui. mo. sent. nulla repar. pos. nu. 19. renuntiatio autem hęc ita tacite sicut expressè fieri potest, taciti enim & expressi idem est iudicium ex vulgaribus iuribus, ergo sinendo labi terminum nostri text. ad proponendam nullitatem assignatum, tacite renuntiari per partem videtur iuri nullitatis, & sic mirum nõ est, quod id quod alias nullum erat tũc effectum producat, pro quo facit doctrina notabilis Innocent. relata per Abb. in cap. prudentiam, num. 19. de offic. deleg. dicentis quod vbicunque actus est nullus ex defectu solennitatis, cuius suppletio nõ
25 dependet à potestate † mea, actus nullus etiam per meam approbationem conualescere non potest, prout posset si à mea pẽderet potestate illũ actũ supplere, prout tenet Fel. in. c. ex parte decani. n. 25. de rescript. cõsentire tñ sententiã nullã ex mea dependet potestate, cũ possim intra terminũ nostri tex. eius nullitatẽ allegare, & nõ allego, ergo nimirum si post termino hoc elapso, audiendus non sim vlterius super nullitate, & sententia maneat firma & valida. Ex quo in materia nostra infertur vna & singularis limitatio ad nostrũ tx. scilicet vt tex. noster nõ procedat, quotiescumq; nullitas proueniret ex defectu iurisdictionis iudicis iudicantis, nã cũ cõsensus priuatorũ iurisdictionẽ tribuere non possit, vt. l. priuatorũ. C. de iur. om. iud. etiã expresse, vt ibi, multominus tacitè, & sic per lapsum termini nostri tx. nõ censentur cõsensum in sentẽtia nulla ex defectu iurisdictio-
26 nis, imo etiã termino elapso poterit † allegari talis nullitas & proponi, secũdũ gl. fi. in Cle. 1. de seq. pos. & fruct. quam cõmunem testatur opinionẽ Vant. vbi sup. titu. quis possit dicere de nulli. n. 37. quẽ refert Villalob. in suo ærar. com. opi. litera. N. n. 61. & tenet Ferra. in pract. in forma executio.

cutio.sent.glo. 1. vers.sed pone cum seq. & Dec. cons. 7. nu. 7. plures allegans, & Bart. Soc.cons.83. nu.26.& 30.lib.4.& iterũ cons.31.n.3.lib.3. & è nostris Auẽ. de primo & secundo decret.nu. 16. ad fi. fol.131.& Did. Per.hic col.1276.versic. limitatur secundo, & Menes.in l.1.n.31. pag.10. C. de iur. & facti ig. vbi & ipsi no-
27 tant, quod contra tres sententias potest,† opponi nullitas hæc ex defectu iurisdictio nis, secundũ gl. i. Clemẽ. 1. de seq.pos.& notat Orosc.in l.1.§.1.col.602. vers. 30. ff. quodquisque iur.& communem testatur Menes.vbi sup.& Anto.Gom.to.3.c. 12.nu.8.in fi.& ante eos, Suarez in l. post rem, pag.324.n.32.& Auend.in tit. de las excepciones, in fine, idẽ in euidẽte & notoria nullitate dicit, vt in sequente limitatione dicemus, & ita tenendum circa nullitatem incompetentię iurisdictionis, quicquid in contrarium tenere voluerit gl. in Clem.1. de seiud. quã & aliqui secuti fuere relati per Couar.in pract.c.25. num. 4. vbi nititur proponere concordiam inter harum glossarũ dissensionem, imò quãuis partes iurassent nõ agere de nullitate sententiæ, possent nihilominus nullitatẽ hãc
28 defectus† iurisdictionis allegare, secundũ Ber.Diaz, reg.251. vbi eam limitat, nunquam enim nullitas hæc ex defectu iurisdictionis procedens censetur exclusa per legem nullitates explodentem, secundũ supradictos DD. quos posthęc nouissimè reperi retulisse Mexiam, in apparatu ad l. de Toledo, in respon.ad 2.fund.1.p.n.11.cũ 8.seq. vbi & nu.19.cũ.2.seq. inquit, quod & nullitas prouenient ex inhabilitate cõ-
29 parentium, vel contrahentium † non etiã censetur exclusa per text.nostrũ, imo eius termino elapso opponi poterit & intentari, prout & tenet Carolus à Grassallis, lib. 1.regali. Fran.iur.13.vers.item facit, pag. 194.in paruis, imo & secundum eun. Mexiam, vbi sup.nu.37.& 38. idem esset si ex ineptitudine libelli proueniret nullitas, de quo vltimo videbimus Deo volente, in l. fin.verbo, o alguna de las cosas, inf.isto tit. & lib. ¶ Secundo & principaliter, non cẽsetur per legem nostram & similes nullita
30 tem excludentes, excludi illam, quæ † euidenter apparet, stante enim tali nullitate non poterit exequi sententia nulla, potest que talis nullitas allegari etiam lapso termino nostræ legis, secundũ Bar.Paul.Ias. & alios relatos per Auend.respon.26.n.8. & per eundem, in de supplicatione mille & quingent.dup.n.4.& 5.& Did.Per.hic col.1276. & Gomeciũ Leon, in sua centuria informationum iuris. c.6.n.2.& Barbat.cons.18.vol.1.& Dec.vbi sup.n.7.& eund.Auend.de primo & secundo decre. nu.16.ad finẽ, fol.131. vbi ipse dat intelligere, notoriam nullitatem esse, si de iniustitia notoria appareat, & quod tunc dicitur de iniustitia notoria apparere, quoties
31 ex tenore† ipsius sententiæ id apparet, vt quia in ea iuris error esset expressus, & probatur, in l.3.& 4.titu.26.p.3. vel quia ex actis apparet, ita quod probatio ad eam
32 manifestandam † non requiritur, secundũm Couar.vbi sup.n.2. dum tamen sententia ad acta processus se referat, vt infra dico, vel idem videretur esse, si per publicum instrumentum de tali nullitate appa-
33 reret, quoniam & hæc notoria † dicitur, secundum Mex. vbi sup.n.36. vbi à n.34. hanc de notoria nullitate prosecutus est limitationem, secus vero si probatio aliqua per testes requireretur, nam hæc notoria dici non posset, de quo & tractatur per Vant.in dict. tract.de nullit.proces.tit.coram quo pos.& deb.nulli.inten.nu.13. & iterum in tit.quis posit dicere de nullitate n.51.52.57.& 59. & melius per Præposi. in c.dilecto filio. n.88. fol.100.de appell.
34 vera tamen & communis resolutio est,† quod si nullitas apparet ex actis ita quod nulla requiritur probatio ad iniustiã manifestandam, sententiaque tunc ad acta causæ se referat, de quibus actis apparet in processu quoniã hoc casu sentẽtia est nulla ipso iure, prout cõmunẽ testatur Afflictis decis.47.n.4.&.5. & decis. 28.n.7.& 8.& tradit Mex. vbi supra in. 20. fund.2. p.n.14.cum seq. credere etiã lapso termino nostri tex. posse opponi de tali nullitate quasi tũc in sentẽtia ipsa expressum errorẽ dicamus adesse eò quod ad acta causæ se refert sentẽtia, per quæ cõstat esse iniustam, & nõ secundũ acta prolatã & sic tũc euidens apparet iniquitas, secundũ Afflic. decis.39.nu. 6. & per consequens tanquã notoriã opponi posse nullitatẽ, sm̃ Mex. vbi s in respons.ad 2.fundam.1.p.nu.24.

cum 5. sequen. vbi à numero 1. id incæpit, secus vero si ad acta causæ sententia se nõ referret, & probatione esset nullitas manifestanda, quoniam tunc secus esset, eo quod contra ius litigatoris esset lata, & sic nõ ipso iure esset nulla, sed veniret annullanda, & pars contradiceret, tũc enim lapso termino nostri tex. non posset allegari, secũdũ Mexiam, in d. l. de Toledo, d. 20. fund. 2. p. n. 14. & 22. & distinguitur etiam optimè per Præpos. in d. c. dilecto. n. 88. de appella. secundũ quod intelligi põt doctrina cõmunis asserta per Orosc. in. l. ius plurib. nu. 11. & 12. col. 85. ff. de iust. & iur. & iterũ in. l. si feriatis, col. 711. ff. de ferijs, scilicet, quod sententia quæ continet manifestam iniquitatẽ ex actis apparentẽ est ipso iure nulla, quanuis cõtra ius litigatoris data sit, & per cõsequens post nostri tex. terminũ opponi poterit, nã id verũ, si sententia ipsa ad acta causæ se referat, quibus actis inspectis constet de notoria nullitate, secus vero alias, nisi dũ alia quælibet nullitas allegatur post terminũ nostri tex. pars taceat, & admittantur probationes super ea partib. nõ contradicentibus: nam tunc cognosci poterit de ea, ex dicendis in. l. 4. gl. ni impedir, inf. eo. tit. & lib. Ex quibus infertur, quod in casu in quo notoria nullitas prouenirct primo modo, scilicet quia error iuris expressè esset in sentẽtia, vel secũdo modo, quia sententia ad acta processus se refert ex quibus actis cõstat notoria iniustitia, posset in vnoquoq; horũ casuũ nullitas allegari etiã contra tres sentẽtias conformes, secundũ Felin. in. c. de cætero. n. 4. de re iud. cõmunis, secundũ Couar. in pract. c. 25. nu. 2. & Mex. vbi sup. dicto respon. ad 2. fund. 1. p. n. 26. 27. 52. & 54. imo & tũc etiã merus executor nõ teneretur exequi sed rescri-
35 bere superiori † executionẽ remittenti, secundũ Imo. Clem. 1. col. 9. de re iud. & Roma. consil. 51. attentis ijs, & iterũ, cõs. 42. & Hippol. in pract. §. sequens. n. 36. cũ pluribus ante & post, & in ead. prac. §. opportunè. n. 9. & 11. & alibi diximus latius: notandũ tñ est, quod si per statutũ excluditur
36 nullitas, censetur etiam exclusa, † quæ notoria esset, vt aliquid addatur iuri cõmuni, sm̃ Barbat. consi. 18. col. pen. in fi. libr. 1. & sic potest intelligi opinio Alex. in cõs. 105. nu. 4. & 5. vol. 5. quẽ refert Villalo. in ærario. opi. cõ. litera. N. nu. 59. Vlterius & tertio lex nostra limitatur vt nõ procedat, quoties nullitas prouenirẽt ex defectu citatio-
37 nis, † nã hæc etiam non censetur remota per nostrã legẽ, eò quod est iuris naturalis exceptio & defensio secundũ Vant. in d. tit. quis possit dicere de nullitate. n. 49. pa. 66. vbi plures allegat idẽ tenẽtes, & tenet etiã in principis sentẽtia Feli. in. cap. qualiter el. 2. §. licet autẽ. n. 15. de accusatio. & Rolan. Vall. cons. 29. n. 39. lib. 1. & Bar. & Ful. in. l. milites. c. de test. mil. & in nostræ legis propositũ tenet Auẽd. de primo & secundo decreto. n. 16. in fine fol. 131. & iterũ inde secũda supplicatio. n. 4. & 5. & Didac. Per. in. l. 1. tit. 2. lib. 3. ord. col. 815. in princ. & Mex. in d. l. de Toledo, in resp. ad 2. fund. 1. part. n. 23. neq; obstabit doctrina singularis Bal. in. c. personas, extra de appella. & Præposi. ibidẽ. n. 13. dicẽtiũ quod licet defensio, quæ iuris naturalis est, tolli
38 non possit † neque renũtiari expressè, sm̃ gl. vulgarẽ, & cõmunẽ in. l. iale pactũ. ff. de pactis, etiã per principẽ, sm̃ Mex. vbi su-
39 pra tacite renũtiari † poterit, sinendo labi terminum ad defensionẽ concessum, quoniã hæc doctrina præsupponit partẽ citatã & auditã, nos vero loquimur, cũ deest citatio & sic nõ est cõtraria dictis in hac limitatione, duas tñ primã videlicet & secũdam limitationes, (vt nihil omittamus) intellige, vt non procedãt, neq; opponi possint nullitates incõpetentiæ vel notoriæ iniustitię, in casu. l. 4. inf. isto tit. & li. quæ quidẽ lex. 4. an procedat in nullitate ex defectu citationis proueniẽte, in. l. 5. gl. fi. inf. eo. dicemus. ¶ Alio & quarto modo poteris limitare nostrã legem in præsenti ex dicendis per nos in. l. sequente, in gl. 2.

¶ Quinto modo limitatur noster tex. vt non procedat, in nullitate proueniente eò quod iudex pronuntians sententiam
40 erat tũc † excõmunicatus, hæc enim nullitas neque expresse neque tacitè remitti potest secundũ Auen. in dictionario, verbo nullidad, vbi idem inquit quoties agitur de periculo animæ.

¶ Sexto limitatur lex nostra vt non procedat, quoties nullitas proponitur
41 per viam exceptionis, † quia annalia ad agendum perpetua sunt ad excipiendum, ex iuris regul. prout tenet Præposit. in. c. dile-

dilecto, nume. 21. 90. 91. de appellatio. & Dec. consil. 7. num. 6. & 7. & voluit Auē. respons. 26. nume. 10. in fine, in quantum inquit quod incidenter in perpetuum opponi potest, & tenet Mexia, in dict. respōso. ad. 2. fundam. 1. part. num. 32. 33. & 34. contrarium tamen & melius meo videri in propositū tenuit Coua. in pract. c. 25. nu. 4. & Ferrar. in pract. in forma execu. sen. diffi. glo. 1. versic. quid si statuto, & Auen. sibi cōtrarius de primo & secundo decre. 3. part. num. 16. fol. 130. ex hoc dicens quod in materia primi & secundi decreti nullitas est alleganda intra. 60. dies
42 nostræ legis † etiam si per exceptionem proponatur, vltra quos considero quod tx. noster loquitur generaliter, & per verbum, allegare, & sic generaliter est intelligendus, & verbum illud, allegare, tam ad exceptionem, quam ad actionem accomodandum, nam & excipiens allegat, sicut & agens, item & ex alijs nostri tex. verbis, ibi, y no pueda ser puesta excepcion de nullidad, id clarè probatur, item quia per viā actionis competit huius nullitatis intentatio, eò quod principaliter intra. 60. dies intentari potest, ergo per exceptionem non potest opponi, nam legistas tenere inquit Henricus, in cap. super eo. de in int. resti. quod quoties per viam actionis potest aliquid intentari, per tempus, quo mediante præscribitur iuri agendi, præscribitur iuri excipiendi, sed si ius actionis non competat, vt in pacto de non petendo, in perpetuum opponi potest, quia nō fuit in potestate partis ante eam opponendi, & ita distinguit licet in aliud propositum Anton. Gom. tom. 1. c. 11. num. 20. & iterū, tom. 2. c. 6. num. 2. limi. 11. hic tamen principaliter per viam actionis potest intētari nullitas intra. 60. dies, si ergo non intentatur, neq; per viam exceptionis, imputet enim sibi pars, qui eā non intentauit cū posset.

¶ Septimo limitatur nostra lex per Did. Per. hic col. 1276. in fin. scilicet quod procedat in principali condemnato per sentētiam, sed in successoribus post eū non pro
43 cedat, qui quidem poterunt † agere de nullitate quamuis lapsis sexaginta diebus nostri text. succedant in iure condēnati, pro qua limitatione faciunt dicta per Vantium, in d. tit. quis possit dicere de nul. nu. 18. cum seq. pluribus, & per eundem Did. Per. in. l. 11. tit. 1. lib. 3. ord. col. 807. in medio, scilicet quod nullitas potest *per tertiū* allegari, ex decis. 107. num 3. Matth. Afflict. de quo & per Couar. in pract. c. 15. n. 9. vbi examinat an & contra sentētias tres
44 conformes admittatur tertius † agens de nullitate, & per Ferr. in prac. in forma execu. sen. diffi. gl. 1. q. 7. hæc tamen limitatio Did. Per. pro nunc non satisfacit, nam si habemus quod sententia lata cōtra possesso
45 rē rei restitutioni subiectæ † nocet eius successori, sm̄ Suarez, allega. 27. fol. 192. & Moli. late de primog. Hisp. lib. 4. c. 8. ergo & lapsus tēporis, cū cōmunia sint, vt in. l. 7. tit. supra proximi diximus, & idē crederē quoad tertium alium, cui nocet sententia inter alios lata, de quibus tu latius cum casus occurrerit allegabis & cōsiderabis.

¶ Octauo limitari potest nostra lex vt non procedat, quoties proposita nullitate post sexaginta dies pars aduersa tacet & nō contradicit, nam tunc pronuntiari super
46 tali nullitate † poterit, vt in hac lege diximus, & tenet Ias. in. l. patre furioso, num. 36. ff. de ijs qui sunt sui vel ali. iur.

¶ Nono & vltimo limitatur nostra lex, vt nō procedat, quoties nullitas allegatur virtute contractus, & arbitramenti nulli,
47 tunc enim intra triginta annos † allegari potest nullitas sententiæ virtute illius cōtractus vel arbitramenti nulli latæ, vel cōtra executionē ex vi eorū factam, sm̄ Auē. in. d. tit. de las excepciones, n. 58. secus vero si non ex hoc allegaretur nullitas arbitramenti, validi, sed ex alijs causis, nā tunc secundū eū ibi intra terminū nostri tx. est alleganda, nisi sit ex defectu iurisdictionis, vt putà, quia vltra & extra compromissa est sententiatum, quia tunc tex. noster nō haberet locum, secundum Mexiam, in d. respons. ad. 2. fundam. 1. part, num. 12.

¶ Ex quibus deducitur prima ampliatio ad nostrū tx. vt p̄cedat in sentētia arbitraria, cuius nullitas nō allegat̄ ex defectu iurisdictionis, neq; ex nullitate cōp̄missi, sed ex alia causa. Secūdo ampliatur dispositio nostri text. vt procedat etiam in sententia primi & secundi decreti, prout in. 6. limitatione remanet dictum.

¶ Tertio ampliatur noster text. quod expresso partium consensu etiam iurato

48 prorogari non potest terminus † 60. dierum nostri text. secundum Minchacam, de successio. creat. §. 7. num. 40. versicul. vnde similiter, & in. §. 2. numero. 4. versic. de hinc etiam. alia dixit in nostri text. propositum.

¶ Tertio ampliatur, quod neque per viã restitutionis audietur minor vel similis

49 priuilegiata persona ad allegandam † nullitatem sententiæ lapso termino nostri tex. prout voluit Coua. in pract. cap. 25. num. 4. versicul. vnde minor. ex Ias. & alijs per eũ relatis, & facit cõmunis doctrina asserta per Soci. Iun. consil. 12. n. 13. vol. 2. asserentis quod in generali dispositione cõprehenditur etiam causa siue persona priuilegiata, nisi specialiter aliud disponatur, neque obstat quod aduersum lapsum temporis appellandi vel prosequendi appellationem restituitur minor & similis, vt probatur in. l. 1. & 2. & ibi glo. su mayoral, titul. 25. part. 3. nam id verum, quia sic reperimus dispositum, secus in nostro casu, adhuc tamen in nostra materia teneo restitutionem concedendam aduersus decur-

50 sos † 60. dies vt nullitas proponatur, ex dictis in. l. 2. verbo, ni supplicacion, titul. 19. infra isto lib. & in. l. 1. verbo, cinco dias infra, titu. sequente, nisi essemus in aliquo ex casibus positis in. l. 4. infra isto titul. & lib. quoniam tunc restitutio etiam denegaretur, vt ibidem videbimus Deo volente.

Ibi, [desde el dia,] sed an dies ille computabitur in termino horum. 60. dierum decerpes ex dictis in. l. 1. verbo, hasta, titul. de las contestaciones. supra isto lib.

Ibi, [Dada la sententia. sed an de diffinitiua tãtum intelligemus, & videtur, quod sic, nam verba in potiori significato capiẽda sunt, & quia interlocutoria quandocũque potest per iudicem reuocari, vt in. l. quod iussit. ff. de re iud. & in. l. 2. tit. 22. p. 3. & ibi glo. lo puede, & verbum sententia, de diffinitiua intelligitur, secundum Felin. in rubr. num. 7. & 8. extra de re iud. sed an terminus hic. 60. dierum ignoranti

51 † curret, & dicendum videtur quod non, nam & in appellatione sic videmus quod ignoranti non currit terminus appellandi, secundũ text. cum glo. in auth. hodie. C. de appel. quam & alias gloss. allegat Bertachin. in repertorio suo, verbo terminus ad appellandum, in primo, probat text. & ibi gloss. faber, in. l. 2. titu. 23. par. 3. & tex. in. l. 1. infra titu. sequente. & tex. l. 1. C. de temp. appel. text. in cap. concertationi, de appel. in. 6. l. 1. in fine. ff. quando appel. sit, tradit Maranta, in pract. titu. de appel. numero. 204. & Didac. Perez in. l. 1. titu. sequentis, colum. 128 r. in fine, nam secun-

52 dum eos tempus appellandi est vtile, † licet post continuum efficiatur, & sic in eo etiam dies feriati in honorem Dei computantur, secundum text. in. l. 24. titulo. 23. partita. 3. & cum vtile sit non currit ignoranti, secundum Bertachi. vbi supra, verbo terminus currit, & quia regulariter terminus ignoranti non currit, secundũ Bal. Alex. & Salic. in. l. quam diu. C. qui admitti, eund. Bald. in. l. 1. eo. titu. & in cap. fin. not. 2. de prohi. fe. ali. pro Lothar. & DD. in rubric. extra de sup. neg. præl. & in cap. pastoralis, de except. & in. l. licet. C. de iure deli. & Additio. Bart. in. l. 1. nu. 2. C. de stratori. lib. 12. tempusque statutum ad ali-

53 quid faciendum non currit † ignoranti, secundum communem relatam per Villalobos, in ærario, litera. T. nume. 8. in contrarium tamen facit quoniam terminus hic 60. dierum, successit in locum termini. 30. annorum iure ciuili constitutorum ad agendum de nullitate, ergo idem de illo, quod de hoc dicendum est, de iure vero ciuili etiam ignoranti currebant illi. 30. anni, secundum glo. in. l. licet. C. de iure delib. & Bertachin. plura allegantem in repertorio, verbo præscriptio contra quos, versic. 14. 16. 17. & 18. & Boer. late, in decis. 39. & Fel. & DD. in. c. vigilanti, de præscripc. & Balb. de præs. 4. p. 4. p. prin. q. 28. ergo idem in nostro casu, nam dispositum per legẽ antiquã in aliquo casu, censetur per legẽ nouã terminũ antiquæ coarctãtẽ dispositũ, & quia quoties lex dicit aliquid

54 faciendum à tali tempore ab inde, † debet fieri, neque est supplendum à die notitiæ, cum si voluisset lex expressisset, secundũ Rebuf. in concordata, part. 1. titu. de regia ad præl. non. faci. §. 1. gloss. à die, pagina. 99. vbi & inquit quod quando lex exprimit vt tempus cõputetur à die vacationis tũc illi statur etiam extra notitiã, lex vero nostra expressit à die latæ sententiæ. 60. dies

dies currere, ergo abinde etiam nulla data notitia current, neque obſtat illud de appellatione, quoniam ibi aliud diſpoſitum reperimus, item & diuerſa ſunt remedia appellationis & nullitatis, ſecundum Vantium de nullita. proceſ. titul. quis poſsit dicere de nullitat. numer. 33. ergo ex diuerſis non debet illatio fieri, & ita cum hac ſecunda opinione teneo pro nunc, ſicut & teneo, quod tunc daretur reſtitutio ex capite minoris ætatis, vel ex capite iuſtæ & probabilis ignorantiæ virtute clauſulæ generali ſi qua mihi, &c. ſicut & antea concedebatur aduerſus preſcriptionem & lapſum triginta annorum, ſecundum communem relatam per Couar. in cap. poſſeſſor. 3. par. §. 3. num. 1. cum ſequentibus, & dabitur intra quadriennium numerandũ à die læſionis, prout ſolet dari & concedi, ſecundum Boerium dict. deciſione. 39. & Villalobos, in ſuo ærario mille, communium opinionum, litera. R. numero. 61. & 62.

Ibi, [No ſea oydo deſpues, etiam ex tacito partium conſenſu, quantumuis iu-
55 ramento vallato, † ſecundum Mench. de ſucceſ. creat. §. 7. numero. 40. verſiculo, vnde ſimiliter, imò & quod plus videtur, ſcilicet, quod lapſis illis. 60. diebus neque incidenter in cauſa appellationis poterit nullitas intentari, ſi in appellatione non fuit comprehenſa, ſecundum Præpoſitũ, in cap. dilecto, numero. 90. de appellatio. quod & verificari poteſt ſi intra illos. 60. dies non fuit parti notificata ſententia, ſed eis elapſis, & tunc appellauit, quoniam in hoc caſu, neque incidenter in appellatione poterit de nullitate cognoſci quantumuis ſub appellatione comprehenderetur nullitas, quæ eſt mea & noua conſideratio, niſi reſtituatur adhoc ex iuſta & probabili ignorãtia iudicis officio implorato, quod quidem & an ſublatum cenſeatur ſu-
56 blato remedio † nullitatis, tradit Ferrara, in practic. in forma executio. ſenten. diffinit. gloſ. prima, verſiculo, ſed poſito quod & an valeat ſtatutum excludens nullitatem, vide Præpoſitum in dict. cap. dilecto num. 87. cum aliquibus ſequent. fol. 100. de appellat.

Ibi, [Mas pueda apelar,] à ſententia enim in qua declaratur adeſſe, vel non ad-
57 eſſe nullitatem † appellari poteſt, ſecudũ text. noſtrum & quam plura alia iura allegata per Vantium, de nullit. ſenten. quot & qui. mo. propon. poſ. num. 117. pagin. 118. in paruis, licet de nullitate agi non poſsit, vt & text. noſter probat.

Ibi, [No pueda dezir alguna de las partes que es ninguna, imo quanuis hæc ſententia in qua declaratur adeſſe vel non adeſſe nullitatem in prima ſententia confirmetur in ſupremis tribunalibus in grado de viſta, poterit ab hac confirmatoria vel reuocatoria ſi talis eſſet ſupplicari, cũ tertio prouocare liceat, ſecundum Couarruuiam in pract. capit. 25. numero. 5. verſiculo nono, per totum, & hoc eſt, quod Cœpola, cautela. 85. nota. ſecundum Vber. numero. 2. & 3. docet plures appellationes interponere, quod intelligerem, prout dictum eſt, quoties hæc in ſupremis tribunalibus tractanda forent, quia valor & æſtimatio cauſæ eſſet maior decem mille morapetinorum, & ſententia ſuper nullitate prolata eſſet per iudicem inferiorem, tunc enim dictis locus eſſet, ſecus vero ſi cauſæ valor non excederet decem mille morapetinos, quia tunc non eſſet locus appellationi à ſententia ſuper nullitate lata per iudices conſiſtorij confirmantes, vel reuocantes ſententiam ſuper nullitate illa latam per ordinarium loci illius, à qua ad ipſum conſiſtorium erat appellatum. Et quem effectum ha-
58 beat appellatio interpoſita † à ſententia ſuper nullitate lata, vide Præpoſit. in cap. dilecto, nu. 19. & 20. de appel. vbi & tractat quomodo appellari poteſt à ſententia lata ſuper nullitate, de quo & per DD. in. l. ſi expreſsim. ff. de appellatio. & Lanfranc. in cap. quoniam contra titulo, de interlocut. & appellatio. nu. 33. in fine.

Ibi, [de que no pueda apelar la parte,] puta ſi neceſſaria eſt ſupplicatio, non appellatio, vt à principis ſententia à qua ſupplicat non vero appellatur, vt in auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. imp. offer.

Ibi, [Excepcion de nullidad,] niſi ſit ex defectu iuriſdictionis hæc enim ſi antea oppoſita non eſſet, poſſet, & adhuc tunc opponi, cum vt ſupradictum ſit nullitatem hanc etiam contra tres ſententias conformes opponi poſſe, & idem in illa,

quæ ex defectu citationis procederet dicerem, si nunquam allegata neque proposita fuit, nisi in casu. l. 4. infra eo. vbi neque hæ nullitates locum habent. Notandum tamen est, quod in Francia iudex ille, qui tulit sententiam etiam nullam, non potest
59 eam reuocare, sed superior adeundus† est, secundum Rebuffum in tertio tomo, constitut. Franc. titulo de sententijs, articulo. 3. gloss. vnica, numero decimo sexto, cætera de nullitatis materia videri poterunt per DD. in dict. cap. dilecto, & per Vant. in dict. tractatu, de nullitatibus processus.

LEX III.

¶ SVM. Sententia in gradu reuisionis in aliqua ex regijs cācellarijs lata omnino exequenda est, non obstante qualibet exceptione, saluo remanente iure parti executatæ allegandi de iure suo, vel supplicandi secūdum dispositionem legis de Segonia.

IBi, [Excepció de qualquier natura que sea,] & ideò neque exceptio nullitatis etiam incompetentiæ iurisdictionis, vel notoriæ iniustitiæ admittetur contra talem sententiam in gradu reuisionis latam,
1 nam dictio hæc, de qualquier, † est generalissima omnia & quæcunque comprehendens, secundum Tiraq. de retract. lina giel. §. 1. gloss. 7. numer. 20. cum sequen. aliquibus, & Mexiā, in prag. panis, super textualibus, verbo, qualquier, fol. 131. & quia de iure, etiam in criminalibus causis & quæstionibus, in quibus pœnæ impositæ postmodum reuocari possunt, tertia
2 sententia primis conformis † exequenda est, non obstante nullitatis exceptione, secundum glossam, in Clementina prima, de re iudicat. per text. ibi, quem adhoc legem nostram considerando allegat Couarruuias in pract. cap. 25. numero. 1. versiculo, huic vero conclusioni, & iterum in numero tertio, præsertim cum executione facta saluum secundum textum nostrum remaneat ius condemnato allegandi de iure suo contra sententiam illam, quod si non remaneret, posset & tunc agi de nullitate etiam ad executionem impediendam, secundum eundem Couarr. vbi supra, numero. 2. in fine, & ideò in nostro text. ius saluum relinquitur parti, imo & plus dispositum videtur in nostro text. scilicet, quod quamuis sententia in gradu reuisionis lata non sit conformis præcedentibus exequenda sit non obstante qualibet exceptione contra eam opposita, etiam si talis exceptio esset opposita per modum exceptionis moderantis, adhuc tunc non admittetur per executorem deputatum ad exequendam sententiam illam reuisionis, secundum Auendañum, in tractatu, de secunda supplicatione, numero octauo, vbi tex. nostrum allegat, dū legem. 18. titu. 4. lib. 3. ordin. allegat, quæ nostra lex est.

Ibi, [Y fecha la dicha execucion quede a saluo, ex eis verbis infert optimè Orosc. in. l. arbitrio, colum. 668. numero. 11. & 12. ff. qui sat. cog. quod licet per. l. 4. titul. 21. infra isto lib. sententiæ arbitrariæ exequendę sint reiecta nullitatis exceptione, vel qualibet alia, saluum tamen remanet
3 ius condemnato vt possit opponere † cōtra talem sententiam de nullitate, vel alia qualibet exceptione, & ex illa met. l. 4. clare id colligitur etiam si legem nostram nō haberemus, & tunc cum ex legibus ijs saluum remaneat parti condemnatæ & executatæ ius opponendi contra sententias de nullitate, & sic contra sententiam reuisionis de qua hic, credere quod quamuis interim pendente termino & tempore executionis lapsi sint. 60. dies legis præcedentis adhuc tunc executione facta, & conclusa allegari posset nullitas talis, nam cum ex textu nostro ius illæsum & integrum reseruetur parti, & interim, quod executio non fit cum effectu, nulla exceptio cuiuslibet naturæ contra sententiam illam admittenda sit, merito si tempus, illud. 60. dierum nō currat, nam impedito agere & à iure præseruato non currit tem
4 pus, † sicut & in terminis dict. l. 4. titul. 21. inf.

infra eo lib. idem censendum est agi posse, vt ibidem Deo volẽte repetemus, quę quidem leges illa videlicet & nostra erũt duæ optimæ limitationes ad l. præcedentem, oppono tamen contra nostrum text. ius hoc facta executione reseruantem parti executatæ ex tex. singulari in l. sequente in. 1. respõs. vbi probatur quod etiam facta executione non est admittenda cõtra sententiam exequendam aliqua exceptio etiã nullitatis notoriæ, vel incompetentiæ iurisdictionis, ibi ni por impedir la execuciõ de las tales sentencias, ni para que despues de executadas se puedan tornar al pleyto, & certe cuilibet intuenti leges has maxime contrarias in hoc reperiet, sed faciliter responderi potest, si verba legis sequentis & nostræ cõsiderẽtur: nam lex nostra loquitur in casu in quo gradus supplicationis locum habet, tunc enim quamuis sentẽtia lata sit exequenda saluum tamen remanet ius executato ad opponendum contra eã de nullitate executione facta, lex vero sequens loquitur quoties gradui supplicationis locus non est, tunc enim neque ante executionẽ neque ea facta allegari potest nullitas aliqua, etiam incompetentiæ iurisdictionis, vel notoriæ iniustitiæ, quasi cũ tunc lex gradũ supplicationis excludat, itidem & aliam quamlibet exceptionem ante & post sententiam executatam excludere censetur vt sit litium finis prout in eadem lege sequente dicemus latius, & hũc esse verum & literalem harum legum intellectum ex earum verbis quilibet concipiet.

Ibi, [pero por esto], hic habes tex. nouissime pro me, considero tamen adhoc scilicet quod quamuis remediũ appellationis sit sublatum, non tamen censetur † sublatum remedium supplicationis quod probatur ex text. nostro in quo sublatum est remedium appellandi, quia lata est vltima reuisionis sententia, & nihilominus supplicatio non censetur sublata, sed potius promissa: ergo probat tex. noster supradictã conclusionem, quam tenuit glos. supplicauit in cap. ex literis, de in integ. resti. sequiturque eam Bal. in l. si. §. fin. C. de temp. appel. & Ias. in auth. quæ supplicatio num. 6. C. de preci. imp. offer. Curti. Iunior, in l. imperiũ. ff. de iur. om. iud. quos & alios allegat adhoc Didac. Perez. l. 8. titul. 4. glos. 1. in princ. lib. 2. ord. col. 389. vbi in col. 391. in princ. hoc intelligit quoties à sententia non potest interponi appellatio propter dignitatem & excellentiam personę sentẽtiam pronuntiãtis, tunc enim potest ab ea supplicari ex dictis, sed quando de iure cõmuni non potest appellari, neque etiã supplicari poterit ad superiorẽ, nisi beneficio ætatis, vel matrimonij fauore, secundum Innoc. in dict. cap. ex literis, Ias. vbi supra, Hippoly. sing. 647. & in pract. §. opportunè, num. 67. facit glos. fin. in l. qui licitam C. vt lite pend. vel nisi in casu permisso ad regem supplicari quamuis appellari non liceret, prout est in casu legis de Segouia, de qua in hoc versiculo legis nostræ fit mentio & sic non ex toto dicta conclusio probatur ex versic. hoc, facit tamẽ in argumẽtum, & regula supradicta vera est de iure.

LEX IIII.

¶ *SVM. In casibus in quibus per leges regias non licet supplicare à sentẽtia dominorũ de cõsilio vel cancellaria, neque licet de nullitate etiam incompetentiæ, vel notoriæ nullitatis allegare, neque ad impediendam talis sententiæ executionem, neque vt eius executione facta liceat, neque possit contra sententiam illam de nouo allegari, & in casibus in quibus supplicatione semota debet exequi sententia dictorũ dominorum, secundum leges regias, non impidietur eius executio etiam ex oppositione alicuius dictarum nullitatum. Insuperque in negocijs in supplicatione prima, vel secunda secundum tenorem legis de Segouia pendentibus nullitatis allegatæ determinatio reseruatur, vt fiat in simul cum negotio principali, quod in*

omnibus negotijs etiam determinatis pendentibus tamen vel quæ in posterum pẽdent, seruandum, lex nostra iubet.

ET hoc est quod in effectu continet tota eius contextura, neq; breuius summari potest, & est singularis & vnica dispositio, & loquitur vt vides circa suprema regni tribunalia, & idem in Francia esse statutum apparet ex dictis per Rebuf. in 1. tomo. const. Franc. titul. de sup. sen. erro. proposi. art. 1. glos. 9. & 10. & habes similem text. in l. 3. titul. 19. infra isto lib. vbi limitat nisi habeat locũ secũda supplicatio, nam tunc non procedet text. noster.

Ibi, [conforme a las leyes], puta in casu l. 5. & 9. infra isto tit. & l. 2. titul. 19. infra hoc lib. & l. 5. tit. 20. eo. lib. & l. 4. tit. 21. eo. lib. infra & l. 22. & si titu. 4. lib. 2. supra & l. 4. titul. 5. supra hoc lib. & l. 9. titul. 13. li. 8. infra in quibus iuribus prohibetur supplicatio à sententia dominorum de cõsilio vel cãcellaria, & in ijs casibus cum supplicari per dictas leges nõ liceat nullomodo admittetur pars, etiam per viam nullitatis notoriæ, vel incompetentiæ iudicis iudicãtis & sententiam proferentis, neque alio remedio, secundum quod in summario nostri text. decisum remanet, estque vtilis & salubris dispositio, finemque litibus imponens, quam tamen intelligerẽ procedere, nisi ex beneficio regis per viam cameræ, aliud concedatur, secundum quòd disponitur in l. 4. titul. 24. part. 3. quod tamen raro fit, secundum l. 5. ibidem, nè homines inducantur adhoc petendum, neque absq; grãdi causa fieri debet, prout post hæc scripta reperi aduertisse Auend. in titul. de secunda supplicatione num. 3. post responsa sua, & hæc intellige itidem quando causa est minoris valoris de iure requisiti, nam si esset integri valoris ad interponendam secundam supplicationem mille & quingentarum duplatum, de qua secunda supplicatione agitur in titul. 20. infra hoc lib. tunc cessarent dicta, & interponi posset: secundo conclusio nostri text. intelligenda & declaranda est, quoties sententia illa à qua supplicatio per leges regias tollitur & prohibetur, pronuntiatur ab ipsis dominis de cõsilio, vel cancellaria regia tanquam à talibus, secus si ab vno eorũ per viã specialis commissionis pronuntietur similis sententia, secundum terminos l. 3. titul. 19. infra hoc lib. nam tũc benè admittetur exceptio hæc nullitatis notoriæ, vel incompetẽtiæ, prout in eadem l. 3. dicemus Deo volente quasi tunc non tanquam sententia consilij vel cancellariæ iudicetur, sed tanquam sententia iudicis delegati à principe, cui sentẽtiæ delegati non vult ius nostrum tantum honorem præbere, sicut sentẽtiæ dominorum de consilio vel cancellaria, quæ quidẽ declaratio ad nostrum text. sublimitanda est, nisi commissio hæc specialis alicui regij consilij vel cancellariæ auditori & senatori data per regem fit super negotio in eodem regio consilio, vel cancellaria tractando, cuius quidem determinationẽ rex ipse committit, tũc enim idem esset, ac si totũ consilium, vel cancellaria determinaret, cum ibidem negotium ventilatum sit, & determinatio vni vel duobus aut pluribus commissa, quod non esset si vni ex auditoribus negotiũ aliquod cõmittatur, prout in casu huius secundæ limitationis præsupposuimus, quia tunc tanquam vni iudici delegato commissum videtur, & sic non debet tunc habere locum dispositio nostri text. qui tantũ loquitur in sentẽtia prolata à cõsilio, vel cancellaria super negotio ibidem vẽtilato, & sic videtur colligi ex text. in l. 3. titul. 19. infra isto lib. si bene inspiciatur, licet non careat scrupulo isthæc secunda declaratio, ideò super ea latius cogitandum relinquo.

Ibi, [de incompetencia], caute verba hæc expressa fuere, aliter enim per exclusionem nullitatum, nunquam hæc censebatur exclusa nullitas incompetentiæ iudicantis, vt diximus in l. 2. verbo, sẽtenta, supra isto titul. & lib.

Ibi, [o de que notoriamente cõste de los autos del processo], ex tex. hic notabis limitationes optimas ad communẽ opinionem, quę habet, quòd notoria nullitas admittitur etiam contra tres sententias conformes, si ex actibus processus de nullitate apparet, quam veriorem, & receptiorem testantur opinionem Ias. & Moder. in l. 4.

5. cõ-

§.condemnatum.ff.de re iudi. quos refert & sequitur hanc communem vno modo limitando Ioan. Oros.in.l. si feriatis.num. 3.col.711.ad finem.ff. de ferijs.nam hæc cōmunis & receptior sententia non proce
1 det altero de duobus modis, † primo quoties à sententia lata per dominos de consilio, vel cancellaria non est locus supplicationi, tunc enim neque notoria nullitas admittetur, prout probat noster text. in sui principio secundo non erit locus dictæ cō muni opinioni, quoties sententia dictorū, dominorum cōsilij vel cācellariæ est exequenda absque obstaculo supplicationis, tunc enim neque talis nullitas notoria admittetur, ex text. nostro ad impediendam executionem talis sententiæ vt in respons. 2.noster tex.disponit, & sic declarabis etiā dicta per Didac.Perez in.l 8.tit. 4.in glos. no aya, col.392.in fin.lib.1.ord.alias si simpliciter & indistinctè illum intelligas loqui perperā loqueretur, & contra nostrū tex. & quæ tradit Auen.in tract.de secūda supplicatione num. 4. vbi tamen inquit quod si nullitas hæc prouenire ex defectu iuris
2 naturalis hæc omnino admittenda esset, † nullus enim inauditus condemnandus est neque defensio ei auferenda, vt.l defensionis facultas.C.de iure fis. lib. 10. sed an re-
3 medium restitutionis in casu nostri text. † admittetur præsertim in prima eius dispositione & responsione, & dicendum videtur quòd sic quia per text.nostrum non remouetur specialiterque (vt denegari possit) per legem repellenda est restitutio in integrum, secundum Boeri. decis. 140.n. 3.& Barbat. consi. 9.libr. 1. Paul.Bald.& alios relatos per Mexiá, in.l.de Toledo, in responsi.ad.2.fundam.1.par. num.45.cū 2.seq.& Didac.Perez in. l.8. titul.4.lib.1. ord.col.401.in fine, & Menoch.in.tract. de adipis. pos.rem.4.num.907.& Bal.cōs. 208.vol.3.& Crauetam.cons.101.num. 35.& Rebuf.2.tomo. cōstitu.tit.de restit. art.1.glos.1. num. fin. & faciunt dicta per Guid. Papæ dicis. 257.nu.2.& sic fuit sublatum expresse in.l.8.titul.11.infra lib.5. faciunt etiam quæ dicemus annuēte Deo in.l.2.in glos.ni supplicacion.titu.19.infra isto lib. nihilominus tamen quoad nostrū text. tenendum est per eum etiam remedium restitutionis sublatum, prout in hac l.in glos.y que ansi mismo, & in dict.l.2. glos ni supplicacion dicemus.

Ibi, [ni para impedir], caute dictum quia nullitas notoria, vel incompetentiæ solet impedire & impedit executionem, vt dicemus Deo volente in.l. 64. tau.posita pro lege.3.titul.21.infra isto lib.vnum tamen singulare est notandum, scilicet quod si petatur executio sententiæ in rē iudicatā lapsæ, & opponatur de eius iniustitia, & super ea admittantur de facto probationes, quibus constet iniustā esse sententiam, poterit tunc iure optimo sententia illa retra-
4 ctari † ex quo cognitum, & promissum per partem interessantē cognosci de eius iniustitia secundum Innoce. relatum & secutum per glos. non vale.l. 13. titul.22. par.3.& sequitur Altrat.de presump. in argumentis secundæ partis num.9. pag. 19. in paruis, & Ias.in.l.patre furioso, numer. 22.ff.de ijs qui sunt sui & num.35.ad propositū nostræ legis inquit, quod & si postquam sententia transiuit in rem iudicatā pars condemnata per eam non sit audienda, tamen si de facto fuerit audita & admissa, & iniquitatem sententiæ probauit est retractanda sententia, & idem tenet Feli. in cap.quoniam cōtra num. 29. extra de probatio.& nouissimè Lācelot. in suo solenni tracta.de attentatis. 2. part. cap. 4.limi. 15.num.14.alios allegans, quod est optimum ad declarationem dictæ.l.13.&.l.15. titul.11.part.3. vbi glos. & ad nostram legem, si iudices, prout debent seruarent.

Ibi, [ni para que despues], nisi hæc verba inserentur quantumcunque nullitas remoueretur per text.nostrum vt executionem non impediret, prout in terminis.l.4. titul.21.infra isto lib.post tamē executione facta & parte satisfacta opponi poterat secundum quod dicemus in dict. l.4.& dixi in.l. 3. præcedente in glos.fecha, vbi & satis fecimus contrario.

Ibi, [y que ansi mismo], hic incipit secunda nostræ legis pars & summarij cōclusionisque nostri text. quam ex eo desumpsimus, scilicet quod in casibus in quibus per leges nostras regias sententiæ dominorū de consilio, vel cancellaria exequēdæ sunt non obstante supplicatione, non impeditur earum executio quantumuis opponatur exceptio nullitatis notoriæ vel incom

petentiæ

petētiæ, vel alicuius alterius exceptionis, quæ alias solent impedire executionē etiā si nullitas per legem remoueatur; vt Deo volente dicemus in.l.1.titul.21.infra isto lib.in glos.magna in fine, & est singularis limitatio dispositionis nostri tex.ad ibi per nos dicta, imo & plus tenendum est verbis nostræ legis attentis, ibi, O otro qualquier scilicet quod neque in integrum restitutio petita impidiet in nostra lege executionē
5 dictarum † sententiarum ponderando dictionem illam, O otra qualquier, nā exclusis duabus nullitatibus notoria, videlicet & incōpetentis iurisdictionis, secutis post illis verbis, O otra qualquier, omnes aliæ exceptiones, quæ sententiæ executionem impedire possent, exclusæ cēsentur, & sic in integrum restitutio, quæ solet executionem impedire, prout in.l.3.titul.21.infra eo lib.dicemus: dispositum enim in vno casu, & in alio itidem dispositum esse censendum est, vbi similis ratio & dispositio de iure reperitur, dictioq; illa, qualquier, est ita generalis ꝙ cōplectitur casus improprios, secundum Alciat.in.l.mouentium.ff.de verbo.sign.& sic dictio, quicunque hæres
6 improprium † etiam hæredem comprehendit, secundum Roma.in.l.id tempus.§.1.ff.de vsucapi.quos plura in propositum cumulando allegat Tiraq.de retract.linagiel.§.1.glo.7.num.20.cum pluribus seq. & nouissimè Mexia, in pragmatica panis, super textualibus, verbo qualquier.fol.131. & Hippoly.in.l.vnius.§.cogniturum, nu. 28.fol.122.ff.de quæstio. præsertim si dictio, otra, præcedat, tunc enim complectū
7 tur quæcunque etiam dissimiles † qualitates, prout ex gl.in Clem.1.verbo quamuis de re iudi.deduxerunt. Imo ibi, & Panor.cons.fi.lib.1.& Soc.& alij relati per illustr. Couar.in pract.cap.25.num.3.vbi hanc asserit communem annotationem, neq; obstabit siquis dixerit, quod vbi verba generalia possunt aliquid operari, nun-
8 quam † operātur habilitatem inhabilium, secundum text.& ibi Bart.in.l.2.§.prætor. ff.qui sat.cog.vbi Oros.col.653.hanc esse cōmunem doctrinam testatur, & sic quòd cum verba hæc, otra qualquier, possint operari quoad alias nullitates, non operetur quoad restitutionem in integrum, nā respōdeo quod cōmunis hæc vera est nisi in lege statuto vel dispositione sint apposita aliqua verba apta comprehendere inhabilia: nā tunc ad ea extendēda sunt, secūdū Hippoly.in dict.nu.28.vbi in verbis, quibuscūque exemplificat hoc in nostro tamen text.non solum apponitur verbum, quibuscunque, sed & ante illud apponitur verbum, otra, quo casu etiā dissimiles qualitates & maiores expressis comprehendūtur, vt dictum est: igitur nimirum si restitutio in integrum comprehendatur, idque clarius deducitur ex text.nostro, nā postquam reiecit hic legis lator, tam in primo quam in secū do respōso quancunque nullitatem ibi, sin embargo de qualquier nullidad, verba hæc ampliando, etiam incompetentiæ & notorias nullitates reiecit, ibi aunque sediga y allege, & sic maiores & fortiores nullitates reiectæ sunt ergo cum priores generaliter minores nullitates reiecerit reijciendo post maiores, dictio illa, otra quier, de maioribus ijs & maximis est intelligenda, & sic de restitutione in integrum item quia, fauor publicus inest in executione iudiciorū, vt lites Abb.reutētur vt.l. properandum.C.de iudic.sed ratione pu-
9 blicæ vtilitatis verba generalia † non sunt etiam de habilitate restringenda, secūdum Ias.in.l.1.§.nuntiatio nu.5.ff.de noui op. nūti.ergo in nostro casu nō debet restringi vt restitutio non comprēdatur, præsertim cum nulla alia nullitas vel exceptio remaneat, quæ comprehendi possit subillis verbis, otra qualquier, nisi hæc restitutionis, cū antè verba illa, otra qualquier, omnes aliæ reiectæ remaneant, quæ comprehendi posent, neque itidem obstabit siquis dixerit quod restitutio in integrum vt nō competat debet expresse per legem auferri, vt in hoc lege in glos.o de que dictum est, & in.l.2.verbo ni supplicacion.tit.19. infrà hac libro dicemus, nam satis dicitur expræsse tolli per text.nostrum remediū restitutionis, per dicta verba, quæ idem æquipollent acsi de restitutione exprimeretur & expressum censetur, cum nihil aliud sub illis verbis, otra qualquier, proprius comprehendi possit quam restitutio
10 sententię que principis de iure † executionem non impidire per restitutionem in integrum, communem testatur Auen.cap. 30.præt.num.8.in principio lib.2.& quia dispo-

11 dispositio generalis † personas etiam comprehendit priuilegiatas. l. in fraudẽ. infr. vbi Bal. & doctor. nil. notãt Deci. & relati per Pelaez. in tract. maioratus. 1. part. quest. 1. num. 34. cum. 2. seq. vbi alia similia adducit & sic teneo firmiter, per text. nostrum in 1. & 2. eius responsis tolli etiam remediũ restitutionis, & quia si aliud esset infinitæ lites orirentur, neq; securi essent etiam habentes executorias pro se, & sic iam vidimus in cancellaria Pinciana semel in primo casu nostri text. reiectam esse in facto restitutionem in integrum per minorem petitam contra quandam executoriam, & exclusum esse in contradictorio iudicio validissimis aduocatis quantumuis reclamantibus, & semper excludetur, nisi per specialem gratiã principis ex magna causa aliud concedatur secundum text. in l. 4. & 6. & per totum titul. 24. part. 3. & Rebuf. in. 1. tom. consti. Fran. titul. de supplica. seu er. prop. art. 6. glos. 10. & in. l. 2. titul. 19. glos. 2. infra eo. iterum dico, & no, vnum quòd
12 remedium restitutionis censetur † sublatũ quoties lex defensionem tollit, secundum Auend. in titul. de las excepciones, num. 45. versi. & restitutio in integrum.

Ibi, [y otrosi], hæc est tertia nostræ legis pars in qua aliud singulare disponitur scilicet, quod in causis vbi pendet gradus supplicationis in presenti, vel in futurum ordinarius, vel specialis secundæ supplicationis gradus, si allegetur nullitas sententiarum, determinatio super nullitate reseruanda est, ad diffinitiuam, vt in simul cum negotio principali dirimatur, etiam questio nullitatis, neque debet formari iudicium de per se super nullitate illa solum vt sit litiũ finis, & sic est tex. hic expressus pro opinione illa per me relata in. l. 2. glo. 1. supra hoc tit. & lib. scilicet quod iudex coram quo de nullitate agitur, tenetur super nullitate & meritis causæ pronuntiare, & ideò debet procurare vt iudicium & processus substãtietur in gradu nullitatis, & itidem quod appareat de iustitia causæ, vt super meritis eius pronuntiari posit, estque iusta & singularis decisio & vtilissima, nè lites fiant immortales.

Ibi, [lo qual], iste versiculus omnia supra dicta & totam nostri text. conclusionem, (prout in summario eam colligimus) comprehẽdit & respicit, & iustè quidem, vt & negotiorum, tẽpore publicationis nostræ legis, pendentium, & eorum qui in futurũ pendent, sit finis, estque hic vnus casus in quo nõ procedit regula illa iuris, quod lex futura non pendentia, vel preterita negotia respicit, & idẽ disponit in suo casu. l. 4. titu. 1. lib. 2. supra, vt ibi diximus.

L E X V.

¶ SVM. Duæ sententiæ, conformes, coram iudicibus inferioribus prolatæ & per via appellationis ad cancellariam regiam delatæ, ibidemque si confirmentur, exequẽdæ sunt absque obstaculo supplicationis per partem grauatam interpositæ, neq̃ue ab eis supplicari potest.

IBi, [dos sententias conformes], similis tex. in. l. 2. tit. 19. inf. hoc lib. sed quomodo poterit esse, vt duæ in eadẽ causa ab inferioribus sententiæ proferantur, & dicendum est quod iure optimo, vel quia in loco vbi negotium in prima instantia determinatur, vel in eius districtu, adsunt iudices de appellationibus illius districtus cognoscentes à sententijs per iudices inferiores ibidem prolatis, qui vocantur, alcaldes de las alçadas, prout sunt in pluribus Castellæ veteris partibus, & in eis, si sententiæ ipsorum iudicum appellationum & iudicum à quibus ad eos appellatur sunt cõformes & in cãcellaria regia cõfirmantẽ exequendæ sunt ex text. nostro sine obstaculo supplicationis à finali sententia interpositæ: vel secundo exemplificari potest noster text. in locis, de señorio, vbi domini habẽt deputatum iudicem appellationum, qui cognoscat de appellationibus interpositis à sententijs iudicum ordinariorum sui dominij & districtus, tunc enim idem erit, quod in supra proximo casu: ideque in interlo-

terlocutoria sententia per alias duas inter-
1 locutorias † confirmata inquit esse, Marã-
ta, in prac. verbo sententia, nu.9. pag. 508. in paruis, & probat glos. sentẽtias, in Clem. 1. de re iudi. & ibi DD. & Feli. in rubri. nu. 7. de re iud. & Ias. in rubric. num. 12. & ibi Alex. num. 4. ff. eo. titul. nam appellatione sententiæ vbi nõ insurgit absurditas ita cõ
2 prehenditur † interlocutoria, sicut diffinitiua, secundum glos. illam, quam in hoc commendat Abb. in cap. causam matrimonij. num. 3. de offi. del. sed quæ erit conformis sententia, vel an illa, quæ adit & decla
3 rat, † vide Couar. in pract. capi. 25. nu. 6. & optime traditur per Marian. Soci. cõsilio. 18. numero. 5. volum. 1. & Barbat. consi. 10. vol. 1.

Ibi, [seyendo confirmadas], quasi secus si non confirmentur, quia tunc non procedet noster text. prout ex eo colligitur clare & clarius probatur ex. l. 2. titul. 19. infra hoc lib. quæ huius nostræ declaratoria est, & probatur etiã optimè in. l. 9. in fine, tit. 13. lib. 8. infra, sed an erit idem quoties aliqua ex dictis sententijs, vel ambæ per inferiores latæ, per superiores declarantur nullæ, vel appellatio declaratur deserta, tradit optimè Couar. in pract. dict. cap. 25. num. 5. vbi dicit quòd non erit idem, & videtur probari ex dict. l. 9. ibi, contrarias y differẽtes, sed quid in duabus sententijs conformibus vbi sub mora est appellatio, vide Couar. vbi supra num. 5. in fine, & num. 1. ad finem etiam tractati.

Ibi, [no pueda ser supplicado], & sic neque agi de nullitate vlla etiam notoria, vel incompetentiæ, secundum text. in l. præcedente, vbi dixi in glos. 1. & 2. vbi & diximus an admitteretur tunc restitutio in integrum, vbi & diximus an admitteretur nullitas prouenienis ex defectu iuris naturalis, puta quia citatus non fuit cõdemnatus sed an tertius admittetur agens de nullitate harum trium sententiarum conformalũ, vel quarum supplicationi non est locus, tradit Couar. in pract. cap. 15. nu. 9. & iterum remissiuè, in dict. cap. 25. nu. 3. vers. sexto illud, & diximus in. l. 2. in glo. sesenta. supra isto titul. & lib. alios vero casus vbi
4 supplicatio † nõ admittitur vide per Auẽ. vbi supra de secunda supplicatione mille & quingen. dup. num. 6.

LEX VI.

¶ SVM. Sententia, per superiores confirmata vel in rem iudicatam lapsa exequenda est per iudicem eam pronuntiantem ad tres vsque dies si super rebus immobilibus feratur, vel si super mobilibus dum tamen super pecunijs non sit: nam super eis vsque ad decem dies.

IBi, [confirmado], quid si prima sententia confirmata sit nulla an valebit cõfirmatio & operabitur effectũ & videtur dicẽdũ quod non, quoniam id quod nullum est, quomodo confirmari potest, imo & inutilis sententia non confirmatur, quamuis appellatio ab ea proposita deserta remaneat, quod adeò verum est quod appella-
1 tione deserta iudex primę instantiæ † non potest exequi sententiam nisi primo super nullitate pronuntiet, secũdum Montaluũ, in præsenti: nam lex nostra est. l. 7. titul. 15. lib. 2. fori. vbi in glos. 3. ita dicit Montal. nihilominus tamen dico distinguendum scilicet, quod aut in prima sententia aderat error expressus, & tũc cum talis error nõ tollatur per confirmatoriam sententiam, reddetur etiam nulla confirmatio hæc quia laborat eodem modo, quo prima ad quam refertur, neque debet esse maior vis in termino referente, quam est in eo, ad quem fit relatio, vt probatur ex. l. si prior. ff. sol. mat. & tunc cum notorius sit error in ipsa sententia, itidem erit & in confirmatoria
2 eius, quia relatum videtur † in esse in referente cum omnibus qualitatibus suis, vt notat Bar. in. l. 1. ff. de receptatori. Dec. cõs. 434. num. 5. aut vero non est error expressus in ipsa sententia confirmata, sed nullitas eius apparet ex actis, ad quæ quidẽ acta ipsa sentẽtia se refert, & tunc quia talis nullitas dicitur notoria, idem erit in hoc casu quod

quod in proximo præcedēte diximus: aut verò nulla eſt ſententia confirmata ex aliquo defectu extrinſecus probando, vt quia lata contra minorem indefenſum, & tunc ſi per ſecundam ſententiam tollitur vitium quod aderat in prima, quia ad hibitus fuit curator pupillo illi pro lite illa exercenda & proceditur ordine iuris ſeruato, valebit ſecunda hæc confirmatio ſecundū ordinem iuris lata, quamuis prima ſententia confirmata eſſet nulla, imputet enim ſibi pars, quæ non appellauit, ex quo per ſententiam talem potius ius litigatoris, quam ius ſcriptum offenditur, & ideò ſi prima ſententia eſſet nulla quia lata die feriata, ſecunda eius confirmatoria valeret, ſi die nō feriata lata eſſet, & quia cum pars à tali ſententia nō egerit de nullitate intra 60. dies legis renuntiatum videtur iuri dicendi eā nullam, & ſic eius confirmatoria valida remanet & hanc diſtinctionē colligo ex Præpoſito in cap. dilecto filio. num. 79. extra de appellatio.

Ibi, [que el alcalde que diere el juyzio], non declarat legiſlator, an loquatur de iudice appellationis, an vero de iudice à quo appellatum eſt, prout aduertit in præſenti Montaluus, ſuper his verbis: & ideò recurrendum eſt ad determinationē quæſtionis quis ſcilicet iudex exequitur
3 ſententiā iudex à quo, an iudex ad quē & in hoc melius quam alius quē viderim, diſtinguit optimè Bal. in auth. ſi quis litigantium, nu. 2. cap. de epiſ. aud. ſcilicet, quod aut loquimur in cauſa criminali & tūc ſemper pertinet executio ad iudicem loci delicti, & ſic ad primum iudicem, qui in prima inſtantia de illo delicto cognouit, qui debet eſſe iudex loci delicti, vt in auth. vt nulli iudicum. §. ſi quis vero. & ideò ille, qui detinet eū in carcere eſt primus iudex, vt l. eos. §. pen. C. de appell. nam vbi commiſſum eſt delictum ibi debet fieri executio, aut loquimur in cauſa ciuili, & tunc aut iudex appellationis primā corrigit ſentētiam iudicis à quo, ferendo contrariam, & hoc poteſt dupliciter eſſe, vel quia prima fuit abſolutoria ſecunda cōdemnatoria, & tūc condemnās exequitur quia ex eius ſententia oritur ius & officium eiuſdem iudicis & hoc verū niſi iudex condemnās iudici à quo, executionem remiſerit & à ſe eam abdicauerit vt proximè dicemus: aut verò è contrà, fuit prima condemnatoria, & ſecunda abſolutoria & tunc abſolutoria ſecum trahit executionem, & ideò non eſt, neceſſe tractare quis exequetur eam, idemque ſi iudex ad quem emēdat primam ſententiam, quia prima pronuntiatio trahitur ad ſecundam cum forma mutetur, & facit quod notatur extra de appellati. cap. preterea requiſiſti, aut verò confirmat iudex appellationis, & tunc eſt quæſtio dubia, quia ſi ius oritur ex confirmato & cōfirmante vterque poteſt exequi, ſed ſi oritur ius ex confirmato exequetur iudex à quo, ſi ex confirmante iudex ad quem, ideò tenendum eſt cum doctoribus cōmuniter ſecundū Bal. vbi ſupra quod ex eò quod non debent eſſe ſuper eodem duæ diffinitiuæ ſententiæ, quæ ambæ tranſeant in rem iudicatā, prima ſententia eſt extincta per appellationem & ideò ſecunda exequenda eſt, & ſic iudex ad quem exequetur eam, quia nō agitur ex confirmato, ſe ex confirmante ſecundum Imol. col. 1. per text. ibi, in l. aſſe toto non diſtributo. ff. de hær. inſti. & Ferrar. in pract. in forma ſentē. in cauſa appel. gloſ. pen. in principio & Lanfrācus, in cap. quoniam contra titul. de inter. & app. nu. 89. & Rebuf. in. 1. tomo. conſti. Fran. titu. de ſent. executor. art. 7. gloſ. 9. nu. 5. & 6. & ſic iudex ad quem, exequetur, ſecundū Bal. vbi ſupr. communem hanc aſſerentē, quā & magis communem teſtatur Alex. relatus per gloſ. los mayorales, in. l. 1. tit. 27. part. 3. vbi ipſe Alex. nu. 20. 21. & 22. hoc limitat, & tenui ante eos hanc opinionem Bart. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit num. 3. ff. de pact. tenetur tamen tunc iudex ad quem remittere executionem iudici à quo eo caſu quo ex eiſdem actis, & non ex nouis ſententia per iudicē ad quē confirmatur, ſecus vero ſi ex alijs nouis & diuerſis actis confirmaretur, quia tunc remittere non tenetur, ſecundum quod voluit Bart. in. l. ſi is ad quem col. 2. n. 3. verſ. ſed aduerte, cum verſic. reſp. ff. de acqui. hær. quæ tamen ſententia & opinio Bart. correcta videtur per. l. 27. titul. 23. part. 3. nullam differentiam conſtituentem confirmetur nè prima ſentētia ex eiſdem, vel ex nouis actis, vtroque enim in caſu ſecundum legem illam debet iudex ad quem, re

mittere

mittere executionem sententiæ per eum confirmatæ iudici à quo, & probatur ex tex. in cap. vt debitus honor, extra de appella. l. intra. ff. de maio. nisi sit Curia Parlamenti, quæ ex bono † & æquo, dum sibi
4 videtur retinet causam principalem, secundum Guidonem Papæ, dicis. 436. nu. 29. & Carol. de Grassal. lib. 1. regalium Franc. iure. 12. pag. 172. in paruis, sed si non confirmetur sententia iudicis à quo per iudicẽ ad quem, sed reuocetur potius, tunc ex. l. illa. 27. retinet iudex ad quem executionẽ eius, prout & in interlocutoriæ reuocatione probat tex. in. l. 7. infra isto titul. & lib. solent tamẽ iudices semper executionem iudici à quo remittere, prout inquit Rebuf. vbi supra num. 6. quandoque verò sententia non confirmatur per sentẽtiam sed temporis lapsu, eò quod deserta remansit appellatio, & tunc DD. dicunt, secundum Bal. vbi supra quod primus iudex exequatur sententiam, vt in auth. de appella. & intra quæ temp. §. 1. quia lapsu temporis reincidit iurisdictio in primũ iudicem ipso iure id est antequam pronũtiet appellationem desertã, sed si pronuntiatur deserta appellatio per iudicem à quo, qui potest de hoc pronuntiare, si nunquam fuit aditus iudex ad quem, vt per Marant. in pract. titul. de appella. num. 189. pagi. 592. in paruis, vel etiam si pronuntietur appellatio deserta per iudicem ad quẽ, quia iam aditus erat, in vtroque casu exequetur sententiam suam iudex à quo, secundum Bal. vbi supra & DD. in. l. si contra cap. de appellatio. teste eodem Marã. ibi titul. de executio. sen. nu. 7. pagi. 651. vbi num. 2. ponit regulam & fallentias licet multum succinctè, concluditque iudicẽ primum exequi debere, ex dictis & ex alijs rationibus per Bal. vbi supra adductis: neque obstat tex. in dict. l. tale pa-
5 ctum. §. qui prouocauit. ff. de pactis, † vbi propter desertionem appellationis iudex ad quem exequitur, vel quia ille text. intelligitur secundum communem intellectũ habitũ vsque ad tẽpora Bart. scilicet quod in iudice delegato loquatur, à quo ad delegantẽ appellandũ est, & tunc si appellatio efficitur deserta iudex delegans exequitur & sic iudex ad quem appellandum erat, nos vero loquimur in iudice ordinario: sed post tempora Bar. diuinatorius intellectus iste est reputatus ad illum text. teste Orosc. ibidem col. 903. num. 8. & 9. & ideò datur alius & singularis intellectus scilicet, quod text. ille loquitur, cum appellatio efficitur deserta propter renũtiationem, vel pactum partium, quia tunc iudex ad quem exequitur, nos vero loquimur quoties propter lapsum temporis desertio causatur, rationẽque differentiæ assignat Orosc. vbi supra videlicet, quod vbi per lapsum tẽporis efficitur appellatio deserta nihil coram iudice appellationis actum est, ideò nimirum si iudex à quo exequatur, sed quoties pacto & trãsactione deseritur appellatio, conuentiones coram iudice gestæ ius hoc illi tribuisse videri possunt, vt ipse exequatur, tuncque secundum eundẽ Orosci. vbi supra, nu. 16. col. 905. in principio hoc ideò est, quia iudex appellationis conuentionem tantum exequitur, qui tamen sententiam in priori instantia latam minimè exequeretur, & hũc post Bart. tempora testatur magis communem intellectũ Alex. in dict. l. à Diuo Pio, in principio num. 23. ff. de re iudi. & quamuis secundum Orosc. vbi supra col. 904. in principio iste etiam intellectus ad illum. §. qui prouocauit, diuinatorius sit, mihi tamen non displicet & tenendus est, quia & magis communis vocatur vnum tamen notandum est quod supradicta circa iudices inferiores procedũt superiores enim nunquam exequũtur, neque remittũt, sed iubent iudicibus inferioribus vt exequantur, vel suam sententiam confirmatam per eos, vel reuocatoriã ab eis prolatam, & ita practicatur cotidie, & sic quo ad eos nihil est necesse hæc disputare, quo ad inferiores verò sic, ex quibus decerpes clarissimè, quis est iste iudex, de quo in nostri text. versiculo, quem nunc declaramus & in dubium proposuimus quis iudex esset, vlterius notandum est, quòd ex lege sequente, ibi, y embie ambas las partes al alcalde, quod omnino iudex ad quẽ, (de inferioribus loquor) tenetur executionem sententiæ confirmatoriæ remitte-
6 re iudici à quo †, imo & reuocatoriæ sentẽtiæ etiam executionem cotidie remittunt, & ex dicta. l. 27. titul. 23. part. 3. sic fieri dispositum videtur, & ex text. in cap. cum in Ecclesia, & in ca. vt debitus, & ibi Abb. extra de appellatio. nisi dicamus, hæc iura in senten-

sententia interlocutoria loqui, nos vero in diffinitiua, vt diximus in glo. 1. legis sequentis, sed generalitas dict. l. 17. non patitur hanc differentiam, ideo practicam serua.

Ibi, [Hagalo executar,] sed cum iudex confirmãs debeat exequi sententiam suã, & sic eius mandato iudex à quo eam exequetur prout in iudicibus superioribus cõfirmantibus exemplificari potest, iudex à quo merus executor deputetur, & vt talis procedat, si coram eo cõpareat tertius aliquis pro interesse suo, opponens se executioni illi, tenebiturne talis tertius corã iudice requirente comparere vt audiatur an vero poterit coram requisito, & sic mero executore comparere, & illum audire debebit merus hic executor, an vero remittere superiori illi, & in hoc de iure cõmunis est opinio, quod coram mero executore

7 † non sunt proponendæ exceptiones, quæ impediant executionem, sed coram iudice requirente, & sic, qui de causa cognouit, & per consequens non est audiendus tertius hic à mero executore, sed remittendus ad requirentem, & multoties vidi in practica, & meri executores sic obseruabant, eam tamen iniquam iure optimo testatur Couar. in pract. cap. 16. nu. fin. versic. illud tamen, & talem eam reputo, tanquam dantem causam litibus, & vt innocenti iniuria irrogetur, & vt quis cũ aliena locupletetur iactura, ponam' enim tertium hunc esse pauperem, vel interesse esse parui momenti, ita quod si coram requirente iudice prosequeretur plus expenderetur, propter quod tertius omittit illud prosequi non ne aduersarius locupletatur cũ iactura huius tertij, quodquidem bonæ indoli & christianitati repugnat, & ideo si iudex essem tertiũ audirem hunc, præsertim si constiterit sententiam exequẽdam nullam esse, tũc enim nõ solũ tertiũ hunc audirẽ, verũ etiã non exequerer eam, sed iudici requirenti remitterem

8 exequendam, sẽm gl. Abb. & DD. in cap. de cætero, de re iudic. imo si nullitas esset notoria super ea pronuntiarem, sẽm Rom. optimè in cõs. 51. imo & merus executor debet audire de nõtoria iniustitia, sẽm Feli. in c. pastoralis. §. quia vero, de offi. dele. de quibus per Menoc. de arbitr. iudicũ lib. 1. q. 38. per totam, hæc tamen si iudicibus inferioribus allegaueris, somniare te dicent, ita enim sunt executionum amici, & aliqui iurium ignari, & timidi in non exequẽdis mandatis, vel literis requisitorijs, de quo & per Vant. de nullitat. proc. titu. coram quo nulli. pro. pos. numer. 22. & hæc præmaximè obseruarem, si tertius hic se opponens huic executioni esset in possessione rei exequendæ, tunc enim constito summariè de hac possessione impeditur executio, secundum Couar. in pract. cap. 16. num. 3. in fin. neq; iniuria fiet parti contrariæ si huius oppositionis & contradictionis copia detur, & citetur ad summariam illam informationem, secundum eundem Couarru. in eo. cap. 16. num. fin. versic. illud est postremò, & sic potest declarari id, quod ipsemet Couarru. ibi in capit. 43. numero. 4. & iterum in eod. capit. 16. num. 2. & 3. dicit, quod tertio comparente pro interesse suo ad impediendam executionem, non debet differri executio sententiæ lapsæ in rem iudicatam, sed debet fieri præstita cautione de reddendo rem, si tertius hic vicerit, nam illud verum nisi tertius hic alleget se possessorem & summariè probet, prout tenuit idem Couar. in dict. capit. 16. numero. 3. versic. tertia solet, imo & contra tres sententias conformes auditur tertius de nullitate agens, & impedit executionem earum, vt per Couarru. vbi supra, capit. 15. nume. 9. illud tamen quod supra diximus executorem merum posse se intromittere si de nullitate notoria sententiæ constaret, nõ procedit in terminis legis. 4. istius nostri tituli.

Ibi, [dineros,] Montaluus hic super ijs verbis verbũ hoc, dineros, latè intelligit, vt etiam ea, quæ pondere numero, vel mẽsura consistunt comprehendat, & meo videri fallitur, nam triticum de mobilibus est & de mensura, & mobilia intra triduum sunt restituenda ex textu nostro, ergo est contra textum nostrum hæc declaratio, & sic non tenenda & per consequens verbum, dineros, tãtum pro pecunia accipitur, alias autem siue in põdere, siuè in numero consistant aut in mensura non comprehenduntur in præsenti sub verbo, dineros, sed sub verbo, o mueble, & ratio

tio,quare in nostro text.sit differentia inter solutionem pecuniæ,& solutioné bonorum mobilium vel immobilium quoad temporis constitutionem, assignatur per Montalu. ibidem scilicet quia species stat ad manus, sed quantitas pecuniæ non ita. Sed an si pecunia sit deputata ad emptionem prædiorum,& super ea sit lis,computabitur ne inter immobilia vt sic intra triduum restituatur,vel inter pecunias,vt sic decem dies solutioni constituātur,& quo ad nostrum text. (quamuis alias disputabilis sit quæstio an talis pecunia inter immobilia computetur, vt licet videre ex Boerio, decisio.209.) tamen in nostra materia decem dies constituentur eius solutioni, nisi pecunia illa sit eadem & nondum consumpta.

Ibi, [Executarlas,] sed an ad huius sententiæ executionem erit altera pars citan-
9 da,† mouet Montal.hic in glo.fi.inquiés, quod de iure antiquo citari debebat, vt per DD.in cap.cum super de re iud.& Ferrar.in pract. in forma executio.senten. gl. 1. in princip. hancque opinionem tenuerunt etiam Bald.& alij relati per Meneses, in.l.1.num.14.C.de iur.& fac. ig. neque obstaret.l.1.titul.21.infra eo.dum executionem sententiæ & instrumentorũ æquiparat, quia responderi posset,quod nó tollit ordinem iudiciorum quamuis quoad executionem æquiparet hæc, nihilominus tamen contrarium tenét plures relati per Menes.vbi supra,& per dict.l.1. tenet Dueñas,reg.94.limit.4. communemque testatur hanc Alexand.in.l. à Diuo Pio.§. in venditione,de re iudic. teste Gome. in reg.cancel.de subrog.collit.q.4.in princ. quas quidem opiniones conciliat Menes. vbi supr.n.15.& vsq; ad.23.limitat aliquibus modis,de quo & in dict.tit.21.latius dicemus Deo volente.

Ibi, [Hasta diez dias,] non enim debet venire cum sacco paratus,& sic si secũdũ pecuniæ soluendæ quantitatem maius tẽpus esset necessariũ, maius esset assignan-
10 dum† prout iudici videbitur,ex tx.in.l.7. tit.3.p.3.vbi notat Gregorius Lopez, & sic per illam legem debet nostra declarari, ex quo Didacus Perez, in.l.13.titulo.16.lib.3.ord.col.1304.infert ad terminũ agasonis solitum Salmanticæ scholasticis assignari pro soluendis condẽnationibus, sed quid si est appellatum à sentẽtia,an pẽdente appellatione current dies nostri tx.
11 & dicendum est quod non,† sed post vltimam sententiam confirmatoriam primæ, secũdum Alex.in.l.1.n.3.ff.de re iud. vbi inquit quod si constaret de friuola appellatione assignatio horum terminorum non esset spectanda de rigore, licet de æquitate spectarentur termini nostræ legis.

LEX VII.

¶ SVM. Qualiter sit facienda condemnatio expensarum cum sententia interlocutoria, vel diffinitiua reuocatur, vel confirmatur, declarat lex nostra.

IBi, [Ante del juyzio afinado,] Ex ijs verbis notare habes tex. nostrum tantũ loqui,(quo adhoc an sententia lata per iudicem ad quem sit exequenda per eum, vel remittenda iudici à quo) quantum ad sententiam interlocutoriam,nó vero quo ad diffinitiuam cum de diffinitiua nihil dixerit,de quo tamen remitto te ad dicta supra in.l.6.in gloss.que el alcalde,supra eo. lib.circa illud vero qualiter sit facienda cõdemnatio expensarum tam in diffinitiua, quam in interlocutoria loquitur noster text. sed videtur contra nostrum text. esse text.contrarium in.l.1.titulo.22.infra eo.lib. vbi indistinctè iubetur condemnationem expensarum per iudices ad quos faciendam, nisi adsit iusta causa litigandi, noster vero tex.aliter distinguit,ergo sed responderi potest,quod non sunt contrarij text.ij, sed similes potius,prout clarissime ex eorum contexturis apparet, ita ꝙ inductione non egent.

Ibi, [Las razones porque el juyzio fue dado,] hic videtur tex.probans ꝙ in sentẽtia interlocutoria & diffinitiua tenetur iudex causam exprimere,nã si tex. noster inquit ꝙ iudex ad quẽ tenetur cõsiderare rationes sententiæ per iudicẽ à quo prolatæ

ergo

ergo vult causas in sententia expriměda, & sic quod quamuis antea id non requirebatur, secundum Marant. in pract. titu. de senten. n. 50. pag. 519. per tex. nostrū requiratur, ego tamen licet aliqui correctio
1 num amici sic tenerent, cōtrarium † teneo imo quod lex nostra nihil in hoc corrigat & verba hæc, las razones, &c. non ad causarum expresionem in sententia faciendā referuntur, sed tantum quoad mentalem considerationem habendam per iudicem ad quem rationum, quæ potuerunt moue re iudicem à quo ad sententiam illam pro ferendam, vel ex rationibus ex processu re sultantibus, hæc enim quilibet iudex tene tur circunspicere & considerare, vel dic ꝙ lex nostra quoad hoc an sententiæ executio sit remittenda, vel causa inseréda in ea loquitur in interlocutoria, vt sic in ea remaneant iura incorrecta, secus in diffinitiua, prima tamen declaratio melior est & tenenda. Sed an requiretur sententiā inter
2 locutoriā † inscriptis proferri, videtur per tex. nostrū quod sic, contrariū tamē tene, imo quod sufficit in voce pronuntiari, & quod in actis processus scribatur, prout antea, secundū Maran. vbi supra nu. 12. pag. 508. diffinitiua tamen sententia, secundū eum ibi inscriptis est proferenda & in voce legenda, & hæc est vna de differentijs harum sententiarum.

Ibi, [Y las razones porque el alçada fue fecha,] ex ijs verbis colligo hic esse text. expressum pro duabus differentijs inter sententiam interlocutoriam & diffinitiuā quarum prima differētia est, quod quoties cumq; appellatur à sententia interlocuto
3 ria † debent in libello appellatorio inseri causæ grauaminis & inscriptis est appellatio interponenda, aliter enim nulla esset, ex tex. in c. cordi de appel. in. 6. adnotāte Bart. in l. 4. ff. de appel. recip. & Marant. in d. tit. de senten. n. 18. pag. 511. & melius idē in tit. de appel. n. 141. pag. 583. & nu. 124. pag. 576. in tex. vero nostro disponitur considerandas rationes quare appellatio ab interlocutoria fuit interposita, ergo probatur in præsenti dicta conclusio, imò
4 & ad reuocationē † attentatorum post sen tentiam interlocutoriam, & post appellationem productam ab ea, debet adesse causæ expresio, secundū Coua. in prac. c. 24. n. 1. quem vide. Est tamen verum quod si interlocutoria hæc haberet vim diffinitiuæ, putà quia eius grauamen nō posset in diffinitiua reparari, tunc etiā in voce, & absq; expresione grauaminū posset appel
5 lari † ab ea, secundū Maran. d. tit. de app. n. 130. & 145. vbi. n. 144. aliā limitationē annectit, & sic à diffinitiua sententia in voce appellari potest, & grauamine non expresso, secundū Maran. vbi sup. & probatur ex tex. nostro, dū in finalibus verbis loquēdo de diffinitiua sententia, nullā mentionē facit expresionis grauaminū in appellatione ab ea facta declarandorum, sed tantū loquitur, quoad emendandam vel confirmādam sententiam iudicis à quo & condemnationē expensarū faciendam, & hoc modo hæc prima differentia probatur ex tex. nostro. Secunda verò erit differentia, quæ itidē ex lege nostra probari potest, scilicet quod appellatio ab interlocutoria sentētia non potest ex nouis actis iustificari, sed ex
6 antiquis † iustificanda est, ex text. in Cle. appellanti de appell. tradit Maran. in prac. verbo, sententia, nu. 10. pag. 508. & iterū in tit. de appella. nu. 147. pag. 585. vbi vsq; ad numerū. 160. limitationes huic regulæ annectit, de quibus & per Dueñas, regul. 47. probaturq; ex text. nostro, dum ex rationibus, quibus motus fuit iudex à quo iubet iudici ad quem vt confirmet vel moderetur sententiam interlocutoriam, de cuius iustitia, vel iniustitia coram ipso tractatur, & sic non ex nouis causis, sed ex veteribus ex processu resultantibus. Appella
7 tio vero à diffinitiua † ex nouis etiam causis & titulis & probationibus iustificari potest, secundum Marant. vbi supra, qui à n. 147. vsq; ad. 160. ponit etiam huius doctrinæ limitationes, de quibus & per Dueñas, in regul. 48. & ideò non sine mysterio dum in text. nostro mentio fit de diffinitiua sentētia in finalibus eius verbis nulla fit mentio causarum sententiæ propter quas fuit motus iudex à quo, ad sententiam illam proferendam, alias differentias inter has sententias, vide per Maranta, vbi supra, & latius Rebuffus, in repetitione. l. quod iussit. ff. de re iudic. Sed nonne iure ciuili appellatio ab interlo-
8 locutoria † sententia prohibita est, ex. l. ante sententiam. C. quorum appel. non reci

pi, & itidem ex l. 3. tit. 18. infra isto lib. & sic si appellatur non ligantur manus iudicis, neque suspenditur executio ipsius sententiæ, vt per Marant. in dict. tit. de sentẽtia, nu. 6. pag. 507. & melius in tit. de appellatio. num. 160. cum tribus seq. pag. 587. in præsenti tamen tractatur de sentẽtia interlocutoria, ergo permissa videtur eius appellatio, cui quidem obiectioni facillime respondebitur, si negemus tex. nostrũ permittere appellationem ab interlocutoria sententia in alijs casibus quam à lege & iure permisis & expresis appellari ab ea, de quibus in dict. l. 3. & per Dueñas regu. 52. vel in alijs à iure permisis, prout est quando causa appellandi ab interlocutoria exprimitur in libello appellationis, vt supradictum est, & sic cessat optime dicta obiectio, legem enim nostram de habilitate intelligendam esse tenendum est firmiter.

Ibi, [De las costas,] si legis huius dispositio, & similis legis. 1. tit. 22. infra hoc lib. ad vnguem seruaretur, præcluderetur via fraudibus molestijs & litibus, ob timorem enim condemnationis expẽsarum plures à litibus abstinerent, sed (proh dolor) nulla iam causa moti iudices etiam superiores qui circa hæc plus aduertere deberent, rarò vel nunquam condemnant victum in expensis, quantumcunq; ex eisdem actis sententias suas, & inferiorum confirmẽt qui quidem maximus abusus est, & contra ius, & est ansa & occasio maxima, vt partes immemores suæ conscientiæ, memores vero quod in expensis non sunt condemnandi, lites iniustisimas plerumq; prosequantur. Vnum tamen est notãdum quod singulare reputo, scilicet quod si per interlocutoriam sententiam condemnatio expensarum reseruatur ad diffinitiuam, si nõ appellatur ab interlocutoria illa, post à diffiniua in expensis illis condemnante, quo ad expensarum condemnationem in interlocutoria ad diffinitiuam reseruatam,
9 appellare † non poterit condemnatus in eis, secundum D. Couar. in pract. cap. 27. num. 2. ad fin.

Ibi, [Mejore,] ex ijs verbis videtur probari alia differentia, quæ de iure adest inter sententiam interlocutoriam & diffini-
10 tiuam, scilicet quod in interlocutoria † corrigi addi & minui potest, quod non est in diffinitiua, vt licet videre ex Maranta, in dict. tit. de sententia, nu. 21. pag. 511. nam tex. hic meliorandum iudicium dicit, sed melioratur cũ in toto, vel in parte corrigitur, minuitur, vel additur, ergo, nihilo minus tamen dicendum est ex tex. nostro hoc non probari, nam tex. noster loquitur quoad iudicem ad quem, & quoad eũ nulla est differentia inter interlocutoriam & diffinitiuam sententias, nã in ambabus cor-
11 rigi † addi vel minui potest per eũ, prout cotidie fit, & testatur Abb. in rubr. de appellat. relatus & secutum per gl. pragmaticæ sanctionis, in. 2. tom. tit. de friuolis appel. glo. non habente, fol. 43. in paruis, & dicemus infr. in l. 7. verbo, añadiendo, sequentis tituli, Maranta vero & eius doctrina procedit quoad iudicem à quo proferente sententiam interlocutoriam, hic enim optime minuere corrigere & meliorare potest eam diffinitiuam vero nõ, quia iudex posteaquam sententiã dixit amplius eã meliorare nõ potest, ex. l. iudex postea quam. ff. de re iud. de quibus vidẽdus est Alex. in l. Paulus. la. 2. ff. de re iud. & Lãfr. in c. quoniã cõtra tit. de interlo. & app. n. 34. vbi hoc quoad diffinitiuam vno modo limitat.

Ibi, [No le embie,] hic ex text. expressus probans, quod iudex ad quem, super in-
12 terlocutoria † aliqua cognoscens potest retinere causam vt in principali negotio & causa de qua tractatur eam diffiniat, quoties iudex à quo in interlocutória illa, à qua appellatũ extitit, iniustitiã fecit, quod est optimum ad loca & populos inferiorũ vbi nõ possunt ipsi domini vel iudices eorũ cognoscere in prima instantia, poterũt enim in hoc casu reuocare interlocutoriã iniustam, & retinere causam super principali negotio & super eo partes audire & pronuntiare diffinitiuam sententiã, prout iure canonico & ciuili dispositum reperimus, vt patet ex adductis per Mõtal. in præsenti sub. l. 6. tit. 11. lib. 2. fori in gl. pen. & ex tex. nostro probatur, & ex text. in cap. vt debitus, in fine, extra de appell. qui qui-
13 dem tex. † tam in iudice delegato, quam in ordinario procedit, sm̃ Couar. in pract. c. 9. nu. 5. versic. Quinta conclusio, debet tamen tunc iudex hic ad quẽ, retinens talẽ causam

cauſam ex dicto reſpectu inhibere iudici à quo ne in cauſa illa procedat vlterius, ne partes à diuerſis iudicibus iudicentur, & diuerſæ ſuper eodem negotio proferātur ſententiæ, aliàs enim ſi inhibitio hæc non fieret poſſet optimè iudex à quo, ſuper negotio principali procedere, quia per appel
14 lationem † ab interlocutoria non ligantur eius manus, ſecundum Maran. in dict. tit. de appellatione, num. 161. pag. 588. & melius, num. 596. pag. 595. ideo ſolet iudex ad quem viſo proceſſu, ſi ex eo de iuſtitia appellantis conſtat inhibere iudici à quo ne vlterius procedat in cauſa illa, idēque in diffinitiua ſentētia reuocata per inſtrumenta de nouo reperta probat. l. 27. tit. 23. part. 3. ſcilicet vt eius executionem iudex reuocans retineat ſi male condemnatio per primum iudicem facta fuit, ſecus alias vt ibidem, & in l. noſtra probatur, & in fine legis præcedentis dixi, & text. hos intellexi & declaraui.

Ibi, [Y no de coſtas à la otra parte,] intellige ſi iuſta fuit appellatio, quia iudiciū melioratur, tunc enim non fit condemnatio expenſarum, ſed iubetur quod vnaquęque pars expenſas pro ſua parte factas ſoluat, nam cum pars contra quam ſententia reuocatur, vel melioratur ſententiam habeat pro ſe, iuſtam habet cauſam litigandi & ideò non eſt in expenſis condēnandus, prout probatur in l. 1. titu. 22. infra iſto libro. 4. vel intellige non fieri condemnationem expenſarum per iudicem ad quē cognoſcentem de appellatione ab interlocutoria, quia plerumq; & à cōmuniter accidentibus ſolet reſeruari earum condemnatio vel abſolutio ad diffinitiuam ſuper negotio principali proferendam.

LEX VIII.

¶ SVM. Impediens vi & cum armis executionem ſententiæ in rem iudicatam trāſlatæ vltra alias pœnas amittit medietatem bonorum cameræ regiæ applicandorum, non enim debet quis audere ſimilem executionem vi & armis impedire.

IBi, [con armas,] ergo de iure ſuo opponendo bene poſſet tertius quilibet talis
1 ſententiæ executionem † impedire corā iudice cauſæ illius, prout cotidie in practica videmus fieri, & plures in propoſitum quæſtiones proponendo inquit Ferrara, in pract. in forma ſententiæ executio diffinitiuæ, glo. 1. verſic. ſeptimo quæritur, cū ſeq. & Couar. in pract. cap. 16. per totum cum. 3. præcedentibus.

Ibi, [de impedir,] qui quidem impediēs executionem ſententiæ in rem iudicatam lapſæ crimine læſæ maieſtatis puniri poteſt, ſi incarceratum condemnatū pro cri-
2 mine † quis violenter & cum armis decarcere eximat, vel de manibus familiæ cum ad ſuppliciū ducitur, ſecundū text. in. l. 4. verſ. item qui confeſſum. ff. ad l. Iul. Mai. tradit Ant. Go. to. 3. c. 2. n. 7. & hoc ſi talis delinquens erat captus per iudices regios & ſup crimine læſæ maieſtatis, alter enim iam quod puniretur ob violentiā, non ta-
3 men puniretur crimine læſæ maieſtatis, † ſm̄ Ant. Go. vbi ſup. & gl. in l. 14. tit. 29. p. 7. ſi enim condēnatus non eſſet incarceratus pro crimine lęſę maieſtatis, tūc enim eximens eū à carcere, vel à manibus familiæ dum ad ſuppliciū ducitur, punietur pœna d. l. 14. ſiue cū armis, ſiue abſq; eis liberetur, de quo & traditur per Ang. de maleſ. in parte fama publica. n. 55. & ibi eius Additio. & Auiles. c. 3. prætor. verbo, juriſdiction. nu. 8. & 9. & Did. Per. in. l. 12. titu. 14. lib. 2. ord. col. 557. & in ciuilibus tradunt DD. per text. ibi in l. quoties. C. de exac. & tribut. lib. 10. & vltra dictas pœnas punietur & pœna noſtri tx. talis impediens vi & armis executionē ſentētię in rē iudicatā lapſæ ſiue in ciuilib⁹, ſiue in criminalibus, quādoquidē indiſtinctè loquitur tx. noſter, & indiſtincte debet intelligi, &
4 in vtriſq; † pcedit lex nr̄a, & intelligēda eſt.

LEX IX.

¶ SVM. Sententia dominorum de cancellaria confirmatoria, vel reuocatoria ſentē-

tiæ per inferiores latæ intra octo leucas in summa sex mille morapetinorum, & minoris valoris exequenda est omni remedio supplicationis sublato.

IBi, [Que estuuieren dentro, nota requisitum, vt in similibus causis valoris tantum sex mille morapetinorum appellari possit ad cancellariam, scilicet quod locus, vbi talis sententia super simili negotio lata est, situs sit intra octo leucas à cancellaria ipsa, aliter enim ad consistorium ciuitatis esset appellandum, secundũ tex. in. l. 7. intra titu. sequente, quæ per nostrã limitatur dicto modo.

Ibi, [Confirmando o reuocando, & sic quod vel in totum confirmetur, vel in totum reuocetur, sed an erit idem si in parte tantum confirmetur, & in parte reuoce-
1 tur, † & videtur quod sic, quia iam hæc est finalis sententia, & nulla amplius expectatur, & quia sic videmus in sententijs iudicum de regimiento in causis minoris summæ decem mille morapetinorum cognoscentium virtute dictæ. l. 7. infra titul. proximo, nam siue illorum sententiã reuocet in totum vel confirmet in totum, vel pro parte sententiam iudicis à quo, exequenda est, si de nullitate eius non agatur, ergo itidem in nostro casu & lege dicendum est, & quia cui conceditur totum, & pars concessa videtur, publiceque interest lites abbreuiari, ex. l. properandum. C. de iudic. & cum publicè intersit, lex finẽ imponens litibus amplianda & non restringenda est, & ideo ratione publicæ vtilita-
2 tis casus mistus † sub simplicibus continetur, secundum Ias. in. §. omnium, num. 26. cum sequent. instit. de actio. in præsenti tamen conceditur reuocatio vel confirmatio in totum, ergo & in parte.

Ibi, [No se pueda supplicar,] & sic neq; agi de nullitate etiam notoria vel incompetentiæ, quandoquidem remedium supplicationis tollitur ex text. vbi diximus in l. 4. in principio. supra hoc titulo & libro.

LEX. X.

¶ SVM. Veritas in processu attendenda est, licet substantialia processus deficiant, neque propter eorum omißionem processus annullatur, nisi per partes expreßè petatur vt seruentur substantialia hæc, & hoc in effectu continet tota hæc lex.

ET est singularis lex & cotidie versatur in palacijs & tribunalibus licet in eis plerumq; veritas deficiat, & ex dictis per nos super contextura eius patebit intellectus ad eã, lexq; ista secundũ Minchac. & Orosc. super ea per me allegatos, & secundum practicos aliquos potius fuit litiũ se-
1 minaria, † quã abbreuiatrix, fortassisq; propter eam iudicibus ansa tributa est, vt vltra metã iuris & intentionẽ nostræ legis arbitria sua & volũtates extẽdant liberè, cum lex nostra nõ ita generaliter intelligenda sit, prout eius verba vidẽtur incortice demonstrare, vt in progressu declarationis eius apparebit, & similẽ ordinationẽ Franciæ & in alijs locis adesse refert Carol. de Graf. lib. 1. rega. Fran. iure. 7. versic. 2. vbi & inquit quod curia Franciæ non curat litis contestationem, neq; publicationem, vel libelli ineptitudinem, de quibus in cõmentatione eius dicemus.

Ibi, [Son cõtestados,] hic manifestè colligitur iunctis verbis finalibus, ibi, y la parte pidiere declarandolas, hic esse tex. pro opinione illa, quam tenui supra in. l. 1. verbo, sea tenudo, titulo de las contestationes supra hoc libro, quod si pars actrix voluerit vt omnino reus litem contestetur,
2 contestanda † est omnino, alias processus nullus reddetur, si tamen noluerit quod contestetur, sed contentus sit eligere viam probationis, vel primi & secundi decreti, non vitiabitur processus quamuis tunc omittatur litis contestatio, & ista est verissima & singularis conclusio ex nostro text. probata in dictis

tis verbis, de qua & diximus latius in. d. l. 1. verbo, sea tenudo, item & ex ijs verbis
3 videtur contestationē requiri † pro substātia processus, secundū Auend. resp. 1. n. 4. glo. tamen in. l. 5. tit. 26. p. 3. videtur contrarium tenere, sed concordandi sunt ex dictis, & ex relatis etiam per nos, in. d. l. 1. glo. 2. tit. 4. supra isto lib. & vide etiā. l. 15. tit. 22. p. 3. contestationem requirentem.

Ibi, [y que las partes,] hic colligitur alia & singularis conclusio, scilicet, quod etiā
4 lege nostra stante prius† partes legitimandæ sunt, quam processus sententia determinetur, & si partibus non legitimatis sententia proferatur nulla erit, vt diximus in l. 3. tit. 2. supra hoc lib. super verbo, q̃ son bastantes: Ex quo inquit in simili statuto, Paris de Puteo in tract. syndicatus verbo, sententia. c. 2. vtrum iudex, nu. 11. & Rebuf. in. 1. tom. const. Fran. tit. de sen. exec. art. 9. glo. 2. num. 31. & 32. & Octauian. in decis. 1. pedamontana. nu. 35. quod legitimatio personarum omnino requiritur & Alex. cons. 59. col. 1. vol. 2. & Roland. Valle, cons. 46. n. 1. & 2. vol. 2. & prędicta exceptio etiam contra tres sententias opponi potest, secundū Octauian. vbi supra, nu. 36. & sic inquit Paris de Put. vbi supra, & Rolan. Val. d. consil. 46. n. 3. quod filius fami. ad litē prosequendā debet habere cō
5 sensum † patris eum in potestate habentis, quicquid velit contrariū dicere Rebuf. in d. n. 32. neq; obstat gl. in. l. 1. C. qui admitti, quā Rebuf. pro se allegat, quia procedit quoad implorandū officium iudicis, illud enim potest filius sine paterno cōsensu implorare, & hoc dūmodo secundū Additi. Marginalē illius glossæ, non imploretur in figuram iudicij, secus alias, quid tamē si filius hic minor esset. 25. annorū an curator ad litē ei assignandus erit, vel sufficiet
6 patris † autoritas eū habentis in potestate, & in hoc Bart. in. l. fi. §. pupillus. ff. de verb. obli. relatus & secutus per Did. Per. in. l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. col. 891. in medio, inquit q̄ si lis est super re, ex qua pōt aliquid patri adquiri vel habere vsumfructū sufficit patris autoritas, sed si ex re illa, super qua lis vertitur pater nihil habere pōt, vt in obligatione personali aut criminali tunc nō sufficeret patris autoritas, sed dabitur curator huic filio minori, qui quidē articulus quia singularis est & in practica contingibilis per duas conclusiones est discutiēdus: quarū prima est, quod quotiescūque filius hic minor. 25. annorū existens in patris potestate conuenitur actione personali aut criminali, tunc nō sufficit patris autoritas etiā
7 si eius administrator sit, sed curator † tali minori filio fami. dandus est, quam cōclusionē vltra Bart. & Didac. Perez vbi supra tenet & cōmunem affirmat Anto. Gom. tom. 3. c. 1. n. 64. eo quod secundū eū ibi licet pater sit legitimus administrator filij ipso iure per legis dispositionem, debet tamen hoc quoad bona aduentitia intelligi in quibus pater habet vsumfructū, & in lui
8 bus taliū † bonorū eius sufficit authoritas vt in. l. 1. cū materi. C. de bon. mat. secus vero in litibus & causis criminalibus, quia in eis dandus est curator minori huic, neq; authoritas patris sufficiet, quantumcūque eū sub patria potestate habeat, vt in. l. 1. & per totū. ff. de autho. præst. alias iudiciū aliter factū erit nullū, secundū Spec. in tit. de actore. §. 1. n. 26. per tex. in. l. quoties & ibi Bart. ff. de noxalibus, nā licet in criminalibus adsit patris consensus, si nō adest curator in eis pro minore accusante, vel accu-
9 sato, nullū erit † iudiciū, secundū Marant. in pract. tit. de iudicio valido & inualido. n. 55. pag. 250. & Montal. in. l. 2. tit. 20. libr. 4. fori, vers. sin edad, quod ibi optime intelligit, nisi ex forma statuti executio condēnationis criminalis deberet in patrē fieri, nam tunc cū dānum pater sentire debeat, citādus est, & iudicio debet pater esse præsens, neq; sufficeret curatoris autoritas: simileq; statutū valet, sm̄ Couar. lib. 2. Var. c. 8. n. 7. deficiēte tn̄ tali statuto nō sufficeret patris autoritas in iudicio criminali per filiū minorē, vel cōtra eū intentato, nisi & curator daretur, vt dictū est, & tenet Soc. regul. 151. fall. 1. & Ang. de malef. in verbo & ad querelā, n. 81. vbi Hiero. in add. ad ipsum, hanc cōmunē testatur opinionē quā & tenet glo. menor. l. 2. titu. 1. p. 7. & Hippol. in pract. §. expedita, n. 82. in fin. & gl. maior in. l. 7. tit. 2. p. 3. quæ contrariū videbatur tenere intelligēda est in ciuilibus, in quibus patri pręiudiciū generabatur, vt in sequēte cōclusione dicemus, aliàs malè illa glossa loqueretur, imo & q̄ plus est q̄ neq; publicā accusationē sine pr̄is cōsensu

poterit filius familias (de quo loquimur)
10 præsentare † in iudicio, secundum gloss. magnam, in princip. in. l. cum non solum. C. de bon. quælib. contra quam tamen est communior & verior opinio, secundum Orosc. l. filius fami. ff. de ijs qui sunt sui, col. 268. in princip. & Didac. Perez, d. col. 891. ad fin. & Gandinus, de malefi. tit. de filio fam. nu. 1. pag. 11. & iterũ, pag. 258. num. 12. & 13. in paruis, dum tamen tunc filius hic sit maior. 25. annorum, nam minor non posset, secundum glo. menor in dict. l. 2. titu. 1. part. 7. & faciunt dicta per Suarez, in tit. de las deudas, quæst. 2. quæritur vlterius, vers. & ex prædicta solutione, bene tamen verum est, quod in crimi-
11 nalibus potest pater declarari curator † filij ad litẽ, secundũ Anto. Gom. vbi supra, de iniuria tamen facta filio licet nomine filij sit iudicium intentandum, necessarius est patris consensus, & exercitium actio-
12 nis † ipsi patri competit, secundum Spec. vbi supra, num. 22. & ibi Bal. in addi. incip. adde quod Bal. pacem tamen in omni casu à patre & filio consulit fieri, Villalpando in. l. partitarum. §. capio secundam partem fol. 60. § 1. per totum. Secunda vero conclusio est, quod quotiescunq; filius fam. in patris potestate & cura existens conuenitur super re ex qua potest patri aliquid acquiri vel diminui, patris autoritas sufficit,
13 † secundum Bart. in. d. §. pupillus, & Dida. Perez & dictos DD. & est communis & vera cõclusio, teste Soc. consi. 34. n. fi. vol. 1. quam approbat text. in. l. 7. tit. 2. p. 3. & ibi glo. fi. quam conclusionẽ intellige quoties pater est præsens in iudicio, vel populo vbi lis tractatur, secus si esset absens,
14 quia tunc curator dandus est † tali minori, nam si pater haberi potest omnino eius cõsensus requiritur, filius enim in iudicio, secundũ text. in. l. cum non solũ versic. necessitate. C. de bon. quæ lib. in iudicio esse non potest absque patris consensu, secundũ Spec. tit. de actore. §. 1. nu. 22. vbi pluries limitat, & Maran. in pract. in. 16. dist. nu. 18. pag. 242. inquiens, quod aliter erit iudiciũ nullũ nisi patris authoritas interueniat in re patri concernente, sufficitque tunc eius autoritas, neque curator requiritur, secundũ gl. fi. in. d. l. 7. tit. 2. p. 3. tenẽt Bar. & DD. in. d. l. fi. §. pupillus. ff. de verb. obli. tutius tamen esset tunc petere patrẽ in curatorẽ litis illi nominari. Dubiũ tamẽ maximum est, num in ijs in quibus patri vsusfructus nõ adquiritur, & sic vbi ei nõ
15 præiudicatur, requiratur ipsius patris † cõsensus, & in hoc per supradicta, videbatur dicendum quod non, quandoquidem nullum patri paratur pręiudiciũ, nihilominus tamen contrariũ videtur dicendũ, imo ꝙ etiam tunc patris autoritas requiratur, paterq; citandus sit, alias iudicium erit nullũ, prout videtur probari ex. l. cum non solũ. §. necessitate. C. de bon. quę lib. dũ probat quod regulariter in iudicio neque conue-
16 niendo neque excipiendo † sine patris cõsensu filius fam. adesse non potest dum in patris existit potestate propter patriam illam potestatem, quam pater in filios de iure habet, & propter reuerentiam ipsi debitã, & con. l. pen. tit. 17. p. 4. & tenuit Spe. vbi sup. & Ias. in auth. quod locũ. nu. 9. C. de collatio. vbi hoc multis limitat modis, & Soc. reg. 151. allegans optimũ Bald. cõsilium & Lanfranc. in. c. quoniã contra tit. de confes. num. 13. per totũ, & tex. in. l. 2. tit. 5. p. 3. aliquas harũ limitationũ proponit, & pro hac parte gl. 1. in. d. l. 7. tit. 2. p. 3. optimè considerat text. ibi, & tenet Maran. vbi sup. quicquid velit, Menes. in. l. fratris. n. 12. C. de transactio. quod adeò verum censeo quod si pater præsens reperiatur in iudicio & conuentione, si tamen expressè non citetur adhuc tunc consentire non dicatur, quia in ijs in quibus vltra sciẽtiam factum requiritur, non sufficit, quod
17 quis sciat † nisi certioretur, vt est communis teste Abb. in. c. ecclesia vestra. 2. nu. 9. de electi. fol. 181. & ibi Additio. litera. C. & Couar. lib. 3. Variar. cap. 17. num. 3. sic declarando & limitando regulam, eũ qui de reg. iur. in. 6. itẽ quia speciale est in munere, & onere publico filio iniuncto, in quo si pater scit iniunctum esse & non cõtradicit, cõsentire videtur, ꝙ secus in alio
18 munere vel onere priuato, † scd'm Bar. in l. 1. n. 4. C. de decurio. lib. 10. licet ipse ibi n. 5. dicat ꝙ filio agente in iudicio si pater est præsens consentire videtur, nisi dicam' loqui quoties sciẽter & ex proposito dum agitur causa filij pręsens est pater, qui non est, dũ agitur super alijs causis: supradictã etiã Sepeculatoris sententiam tenet Bald. relatus

relatus per Tell. in l. 12. tauri, n. 18. in princip. & Suarez, in titul. de las deudas, quęst. 1. ad fin. fol. 55. in princip. in antiquis, & quia secundum eum ibi fol. 56. in princip. expressus consensus patris requiritur, si filius agit super re ad patrem concernente,
19 in qua tamen sufficit filium comparere † præstita cautione patrem ratū habiturum gestum per filium, vel procuratorem suū, vt probat text. l. Pomponius. §. fin. & ibi glos. ff. de procura. & l. 2. titul. 5. partita. 3. de quo distinguit Paul. in l. si longius. §. 1. ff. de iud. debet tamen cautio hæc præstari fideiussoribus interueniētibus, vt probat l. 10. titul. 5. part. 3. quam allegat glos. deue, in dict. l. 2. ad hoc, sed si filius conue
20 nitur sufficit patrem interpellare †, & tūc si consentiat filium existere in iudicio obligatur pater, & contra eum exequi potest, secundum eund. Suarez. l. post rem versi. potest etiam addi, pag. 264. hæcq; adeò vera sunt quod etiam si talis filius fam. sit maior. 25. annorum, (sexagenarius enim filius si non est emancipatus in patris potestate existit, secundum glos. in l. fi. §. si pupillus. ff. de verbo. obliga.) adhuc tamen tūc authoritas patris requiritur, vel saltim
21 eius consensus † si talis pater in loco illo præsens est, per dictam. l. 7. tit. 2. part. 3. ibi casi aquel, per argumentum à contrario & ab speciali, quia si solum in casu in quo pater est absens ille text. filio concedit licētiam standi in iudicio absque eius consensu ergo si pręsens est patris consensus requiritur siue conueniat, siue conueniatur in iudicio etiam in re ad patrē eius non pertinēte, nam si pertineret expressa citatio patris requiritur: hæc tamē in curia suprema Franciæ nullo in casu seruantur, quia ibi non attenditur patria potestas, secundum Rebuff. in procemio primi tomi, constit. Franc. glos. 5. num. 72. sic & de iure canonico quoad spiritualia non curatur patria potestas in iudicijs, ex text. in cap. si annū, de iudic. in 6. & an executionē possit hic filius fami. petere vide per Suarez in dict. l. post rē, in quęst. quæro an filius pag. 348. & an intentare iudicium possessorium & spolij sine patris consensu, vide Menoc. de recuperan. poss. rem. 1. num. 247. cum. 2. sequ. & Latius rem. 15. quæst. 24. & quid
22 in filio clerico †, vide Didac. Perez. in l. 1. titul. 3. libro. 1. ordinamenti, in col. 12. in princip. & vide optimam l. 11. titu. 2. part. 3. ex quibus colliges veritatem quæstionis propositæ per glos. fin. in dict. l. 7. titul. 2. part. 3. & iterum in glos. 1. ibidē, sed quid
23 si pater nolit consensum † præstare licet petitum sit, quid erit agendum, & in hoc Speculator, in dict. titu. de actore. §. 1. nu. 22. inquit quod cogetur per officium iudicis, sed quid si coactus nolit, & tūc Speculator, nihil in hoc casu determinat, ego vero tunc si iudex essem præstarem filio tam. licentiam standi in iudicio, validādo omnia per ipsum acta, ac si patris consensus interuenisset, ipsique patri notificari facerem quatenus adsit cū filio in iudicio & ei prębeat consensum intra tres dies aliàs quod habeatur ac si cōsensum præstitisset & præbuisset, & quod valebunt acta per filium in iudicio, ac si ipse pater expresse consensisset, & signarē strata tribunalis vbi ei notificarentur acta omnia cum filio facta vsq; ad sententiam & tassationem expēsarum inclusiue, quod probatur ex l. pen. titu. 17. par. 4. & ex l. 57. tauri, & ibi per DD. notatis, & ex notatis per Suarez, in dict. titul. de las deudas, limit. 8. per totam fol. 49 in antiquis, & ex doctrina singulari Ludouici Romani, cons. 523. num. 17. quæ cotidie in practica habetur circa nolentes renuntiare officium aliquod, cum ad id ex vi instrumenti alicuius, vel sententiæ tenebantur, declaratur enim quod habētur pro
24 renuntiantibus † ac si verè renuntiassent, & ideò inquit Suarez, in dict. tit. de las deudas. 3. quęst. incip. quęro vlterius, fol. 57. pagin. 1. in medio quod filio familias currit
25 præscriptio † in rebus in quibus patri vsus fructus non competit, eò quod potuit tūc filius agere, & noluit, cum posset absque patris consensu tunc agere ex iudicis licentia, si pater iussus à iudice noluit consensum præbere, prout & tenet glos. e no in l. 8. titul. 29. part. 3. & idem esset in alijs casibus vbi filius sine consensu patris potest in iudicio procuratorem constituere, de quibus per text. in l. 2. titul. 5. part. 3. est & aliud in propositum dubium & nō minus singulare scilicet, an in casibus in quibus filius fami. de iure digestorum poterat conueniri sine patris consensu, ex tex. in dict. l. 7. titul. 2. part. 3. requiratur etiam in illis

26 hodie † consensus patris, & videbatur secundum glos. ibidem dicendum quod nó quia in illis casibus poterat filius fami. obligari, conueniri, & cōdemnari ex omni causa, vt. l. filius fami. ff. de verborum obliga. nihilominus tamen secundum glos. illam per tex. in ea. l. 7. etiam in eis requiritur hodie dictus patris consensus vt filius conueniri, & conuenire aliquem posit in iudicio cum indistincte dicta. l. 7. loquatur, licet non careat scrupulo hæc opinio, quando quidem non esset censendum leges partitarum ius ciuile corrigere cū in plurimum cum eo concordent & vnum ius per aliud declaratur & intelligitur, secundum glos. no quiere, in. l. 10. titul. 5. part. 6. & Suarez in. l. quoniam, ampli. 2. C. de in offic. sed an per nuntium, vel epistolam poterit pa-
27 ter hunc consensum præstare, † tradit Suarez, in dict. titul. de las deudas. 2. quæst. versic. queritur vlterius, fol. 56. in antiquis sed an implorando filius fami. officium iudicis
28 poterit esse in iudicio sine † consensu patris, tradit Hippolyt. in pract. §. opportunè nu. 72. ecce ergo qualiter filius fam. debet adesse in iudicio siue conueniatur, siuè ipse alium conueniat, vt scias legitimare eius personam, personarum enim legitimatio, vt dictum est per text. nostrum non censetur sublata, imo ea attenta etiam hodie debent prius ligitimari personæ litigantes, prout ex tx. nostro probatur, ibi, las partes sed quis potest esse talis, nisi talis doceatur & in iudicio quātumcūque summario par
29 tiū legitimatio præcedere debet †, vt late diximus in. l. 3. in glos. que son bastantes, titul. 2. supra isto lib. notandum tamen est quod suprema curia non curat patriam potestatem, vel minorem ætatem, imo filij fami. ibidem sine patre, vel curatore ad
30 esse † possunt, secundum Carol. de Grassalis, lib. 1. regal. Fran. iure. 12. pag. 171. in parwis, & iterum in eo lib. 1. cap. 10. pagi. 138. cum sequētibus, & Rebuf. in tract. declarationum exceptionum, num. 32. vbi & ipse inquit ibidem de cōsuetudine filiū familias in omni causa iniuriarum & excessum & cū criminaliter agitur admitti agēdo & defendēdo sine autoritate patris, & nimirum quia in Francia patria potestas nō curatur si filius hic est maior. 25. annorū secundum glos. in. §. fin. inst. de patria potestate, & in criminalibus in nostra Hispania sic video vti in partibus quarum notitiam habeo, in ciuilibus tamen cum authoritate patris video eos conueniri quamuis maiores sint. 25. annorum dum tamen in eiusdem patris sint potestate, & si minores sunt eorum pater prouidetur curator si vult, sin minus cum patris authoritate de
31 curatore prouidetur: sed an † posit pater ratificare iudicium cum filio actum sine patris cōsensu vide Afflic. decis. Neap. 180.

Ibi, [cōcluso el pleyto], hic videtur esse text. probantem, necessariam esse conclusionem in causa, quandoquidem text. noster præsupponit litem esse conclusam, & quoties lex vnum disponit & alterum præsupponit vt habeat locum dispositum, debet verificari præsuppositum, ex glo. communi & à me sæpius allegata in. l. si mancipia. C. de seruis fugit. & ideò secundum cōmunem stylum & practicam semper partibus per iudices iubetur vt in causa cōcludant, aliàs quod ipsi causam vt conclusam habebunt, & sententia diffinitiua terminabuat, sicque conclusionem hanc esse de-
32 substantialibus iudiciorum † saltim iure nostro regio attento, tenet Auend. resp. 1. num. 9. & Didac. Perez in. l. fin. titul. 4. lib. 3. ord. col. 950. in fine, vbi leges regias ad hoc allegat, & clarius idem Dida. Perez in l 6. titu. 11. eo. lib. 3. col. 1167. in fine, & hanc vt verā iure nostro attento dū tamē per partem petatur hanc conclusionem fie ri tenet Villalobos, in sua antinomia, iuris ciuilis & regij litera. C. num. 5. & Matienço, in dialogo relatoris. 3. part. cap. 52. qua quidem cōclusione facta nulla admittitur amplius oppositio, aut exceptio probationem requirens secūdum Couar. in pract. cap. 26. num. 2. in fine, potestque iudex ex
33 officio † concludere in causa, & habere causam pro conclusa, secundum Ias. in repet. l. admonendi, nu. 52. & in lect. eo. nu.
34 ff. de iure iur. vbi & dicit quando dicetur † in causa conclusum, tunc tamen iudex potest partibus etiam inuitis ex officio in causa concludere, quoties datæ sunt sufficientes dilationes, & non aliàs: & an posit iudex cōclusionem reuocare, tradit Hippolyt. in pract. §. sequens num. 12. & 17. vbi num. 52. inquit optimè ipse Hippolytus,
35 quod si post conclusionem † in causa iudex

dex admittit articulos videtur conclusionem reuocasse, quod ego intelligo ex decisione Rotæ nouæ. 1. de testibus & ex eodem Hippoly. vbi supra num. 52. quoties iudex scit esse conclusum in causa, secus si ignorat, quia est successor in officio, vel conclusio est multum antiqua, tunc enim non videtur reuocare quantumcunque articulos admittat, & ideò semper vt hæc euitem & non viderer reuocasse conclusionem prouidebam quod admittebantur petita absque præiudicio actorum & cõclusionis in causa: & cautelam ad annul
36 landum vel reuocandum processum † ponit Hippol. dict. nu. 52. & 53. quaquidem cautela tu ad malum non vtaris, neque cõtra veritatem, neque huic opinioni scilicet quod conclusio sit de substantialibus obstabit text. in. l. 2. in fine, titul. 4. supra isto lib. vbi absque aliquo actu conclusionis inquit text. ibidem litem censeri conclusam præsentatis scripturis super reconuẽtione, quia lex illa loquitur quo ad conclusionẽ faciendam quantum ad sententiam interlocutoriam probationis, & sic ad recipiendum partes ad probandum, hæc enim conclusio cum non videatur esse ita maximi præiudicij, sicut finalis ad sententiam diffinitiuam non requiritur per partes fieri, sed per illam. l. 10. pro facta habetur, nihilominus tamen & adhuc videtur lex illa. 2. in fine vrgere, quia ita anteà requirebatur de consuetudine, stylo & iure conclusio ad probandum, sicut ad diffinitiuam sententiam prout patet ex. l. 4. in fine, titu. 16. lib. 2. supra dum ibi duos requirit libellos vsq; ad conclusionem & sic conclusio erat requisita ad probandum, & nihilominus nõ requiretur iam dicta vocalis conclusio secundum text. in dict. l. 2. in fine, ergo neq; requiritur ad sententiam diffinitiuam, itẽ & hoc ex text. nostro videtur probari solã veritatem attendendam iubente, & sic de ijs iuris scrupulis non considerandũ, prout in simili statuto inquit Puteus, de syndicatu verbo, sententia cap. 2. num. 12. post medium, fol. 406. & Rebuf. in. 1. tomo constit. Franc. titul. de senten. executo. art. 9. glos. 2. num. 38. eò quod solemnitas ciuilis dictat quod semper quod iudici liquet potest sententiare, vt in Salomonis sententia regum cap. 3. & sic publicatione facta partibus intra terminum iuris non reprobantibus testes, neque aliquid nouum asserentibus, cum tunc iudici de causa liqueat,
37 & causa ipsa tunc † dicatur instructa, secũdum text. in cap. dudum el. 1. de electio. & ad publicationem faciendam per partes cõcludendum sit, secũdum Rebuf. vbi supra vt contra testes opponi posit, poterit iudex ipse nulla conclusione per partes facta causam determinare diffinitiuè, & hãc opinionem, quod de iure ciuili conclusio in causa non requiratur, tenuit Marã. in practic. quem refert dicens esse veritatẽ Auendanius dict. resp. 1. num. 9. & tenet eam Afflictis, in constitu. Sici. lib. 2. rubric. 44. nu. 7. & Capitius, decisio. 1. num. 31. cum sequentibus & in terminis nostris tenuerũt Puteus & Rebuf. vbi supra pro qua conclusione considero text. in. l. fin. titul. 6. supra isto lib. dum ibidem non requiritur quod per vtrasque partes concludatur, sed petitione, de qua ibi, oblata per vnam partem censeatur in causa conclusum, & sic partiũ vocalis conclusio non requiritur per partes vt fiat, sed si benè inspiciatur text. ille pro prima opinione est expressus, & sic res est dubia, crederem tamen quod si per partem aliquam petatur vt non determinetur causa absque conclusione, quia habet præsentare instrumenta aliqua, quæ vsque ad conclusionem præsentari possunt, vt alibi diximus, & reuera ita esset, quod tunc si iudex nulla facta conclusione causam diffinitiuè determinaret, nulla esset sententia, secus vero alias, & ita possent conciliari hæ opiniones, sufficeret tamen in casu in quo conclusio esset de substantia, quod tacite
38 partes † cõcludãt, secundum Ias. in dict. rep. l. admonendi nu. 52. & in casu in quo conclusio non esset de substantia non de-
39 bet omitti citatio ad sententiã, † sicut nec est omittenda etiam vbi est conclusio de substantia, citatio enim est de ordine substantiali, secundum Auend. in dict. resp. 1. num. 10. & Puteum, vbi supra Didac. Per. in. l. 2. titul. 4. libr. 3. ordi. col. 948. ex. l. fin. titul. 26. part. 3. est enim de iure naturali citatio. & ideò neque per principem tolli potest, neque ex. l. nostra censetur sublata, nam clausulæ sola veritate inspecta & omisso iuris ordine, & similes non tollũt ea, quę
40 sunt iuris naturalis secundum glos. & ibi omnes

omnes in Clem. sæpe, de verbo. sig. & Bart.in.l.filius fam.num. 4. ff.de donatio. Abb.in cap. dilecti filij num.6.de iudic. & Mænochium,de arbit.iudi lib.1. quæst.17. num.8.& Beroium,in quæst.familiari.23. num.6.& Rebuf.1.tomo consti.Fran.tit. de sent.execut.arti.9.glos.2. nume.31.& Carolum de Grassallis lib. 1. Regali.Frãc. iure.7.pag.103.in paruis, & hac de causa debet vnusquisque ad audiendam sententiam citari etiam si in toto processu fuisset

41 contumax † secundum glos. emplazar,in l.5.titul.22.part.3.imo etiam si in respondendo positionibus cõtumax esset ad sen-

42 tentiam † citandus est, secundum Tiraq. res inter alios acta limi.15.pag.26.in princip.est tamẽ verũ,quod si procurator esset pręsens ad sententiam non vitiaretur ,quã

43 uis citatio † ad eam audiendam omittatur secundum Capit.decisi.1.num. 37.quam obrem inquit Matienço, in dialogo relatoris.3.part.cap.44.num.4. &.5.in cancellaria ideò partes ad audiendam sententiam non citari quoniam tempore pronuntiationis procuratores præsentes sunt, vbi & ipse num.5. inquit sufficere generalem citationem ad totam causam prout cotidie fit, citãtur enim partes ad omnia vsque ad sententiam inclusiuè: quid tamen si dum incipitur lectio sententiæ procurator est præsens,antequam verò perficiatur lectura eius se absentat an erit sufficiens initium

44 præsentiæ,† vide cum alijs quæstionibus per illã glos.emplazar,& vt ad incæpta reuertamur, & quod citatio ad sententiã sit necessaria etiam si simpliciter & deplano & sola facti veritate inspecta procedatur, probatur ex dict. Clem. sæpe, & ponens formam commissionis & intellectus eius vltra Bart. & supra relatos voluit etiã Rota noua, de rescript. num. 1.& in terminis nostris tenuit Puteus,de syndicatu,verbo sententia cap.2.num. 12.& Didac.Perez, vbi supra col.948.& Capitius,decis.1.nu. 35.& sequen. & probat text. expressus meo videri in.l. 4. infra titulo. sequente, & text.dict.l.5.titu.22.part.3. quod verũ dicit Auen. dict.respons.1.num.10. quantum ad sententiam diffinitiuã secus quoad interlocutoriam, quoad hanc enim nullã

45 requiratur citatio, † cum moderamine tamen meo, scilicet quod sit interlocutoria modici præiudicij; secus vero si maximi quia tũc idem in ea,quod in diffinitiua requirerẽ,citatio enim tã ad diffinitiuã, quã ad interlocutoriam tanti præiudicij fundamentum est ordinis iudiciarij, secundum Villalobos in ærario mille com. opi. verbo citatio nu.59.cum pluribus seq.& ad eum actum,ex quo quis præiudicari potest citãdus est, vt per plura probat Tiraq. res inter alios acta, & quia omnis sentẽtia saltim illa,quæ præiudiciũ non paruũ esset allatu

46 ra præsentibus partib' vel ligitimè citatis † ferenda est, secundum Ber.Diaz,reg.673.

47 sic & ad publicationem † faciendam citandus est litigans, secundum Marã.in pract. 6.par.actu.11.num.2.pagi.486.in paruis & Rebuf.vbi supra & probatur ex.l.fi.tit. 6.supra eo.& facit illud Bar.in.l.filius fam. num.4. ff. de donatio.eodem modo & ad

48 videndum iurare † testes partes citandæ sunt,ex text.in.c.2.de testibus, notat Bar. in ea.l. filius fami. & Puteus de syndi. dict.

49 cap.2.num.9.& 10.nam & princeps † nõ potest iudicare absque citatione, secundũ Tiraq. vbi supra, limi.7. & limi. 5.&.6.alia in propositum adducit, quod adeo verum est quod quamuis per partem non petatur, neque protestetur vt citetur alias quod in contrarium acta erunt nulla, adhuc si nõ citetur tunc, corruet processus,nam licet substantialia iudiciorum tũc seruanda sunt ex lege nostra, quoties petitur vt seruẽtur tamen citationẽ fieri nõ est necesse quod petatur, nam necessario faciẽda est,vt probat text.in Clem. pastoralis, de re iudi.& tenet Auenda.dict.num.10.omni enim sublata nullitate non cẽsetur sublata illa quæ ex defectu citationis procedit,vt diximus in.l.2.glos.sesenta supra isto tit.& lib.quãuis quoad regium consistorium secus esse afferat Auend.vbi supra.nu.11. quia senatus secundum eum absque citatione sentẽ

50 tiam fert, † eò quod cognoscit tanquam Deus,vt ibi dicit, & Burg. de Paz in procemio legum tauri.numer.261.ad finem, ex quo inquit Rebuf.in cõcordata regni Frãciæ,in procemio, in glos. summas, pagi.8. versi.decimoquinto,quod domini de consilio cognoscunt & iudicant secundũ con

51 scientiam, † prout & inquit Grãmaticus, decis.19.num.13.& Puteus,vbi supra cap. 4.num.16.de quo dicemus in glos. hallare

prouada

prouada, infra hac lege, eodem etiam themate retento dilationes conuenientes ad probandum, & se defendendum sunt concedendæ ita quod ius actori neque reo defensio auferatur, ex text. in dict. Clem. sæpe, & Puteo dicto. verbo sententia cap. 2. num. 12. ex quibus à legibus nostris termini vltra marini partibus ad probãdum assignãtur etiam stante lege nostra, qua etiam attenta non censentur defensiones partiũ sublatæ sic & etiam lege nostra atteta præ
52 posteratio non censetur † inducta, secũdum Auend. dict. num. 11. putà quod testes prius iurent quam declarent, quia in probationibus faciendis ordo iuris requiritur secundum Parid. vbi supra dict. cap. 2. num. 10. in fine, plures tamen fallentias ad dictam regulam scilicet quod ad sententiã quis est citandus videre poteris per Tiraq. vbi supra limi. 8. num. 6. cum limitationibus sequ. & per Ber. Diaz, dicta regula 673.

Ibi, [como criminales], idẽ Frãciæ vti asserit Carolus Grassalis, li. 1. Regaliũ Fran. iure. 7. pagina. 98. in paruis, & nõ ita anteà sicut hodie ex lege nostra declarabatur an in criminalibus loqueretur, licet si benè inspiciebãtur verba antiqua nostræ legis idẽ disponebatur, dum loqueretur per verbũ accusacion, quod verbum ad criminales causas referetur & adaptatur, secundum Auend. respons. 1. numer. 23. & sic verbis contexturæ antiquæ attentis in crimi-
53 nalibus † procedebat lex nostra, quicquid contrarium voluerit Gregorius Lopez in l. 14. titul. 1. part. 7. in glos. magna, col. 2. verum tamẽ vt opinionibus finis imponeretur clarius in hac nostra recopilatione dispositum est, ex quibus cessat iam illa scrupulosa solemnitas. l. libellorum. ff. de accusationi & dictæ. l. 14. cum ea concordantis
54 quæ quidem solemnitas † licet omittatur non vitiabitur ex hoc processus, prout in terminis nostræ legis tenuit Alex. cons. 6. circa processum vol. 3. & Antõ. Gomez. in tom. 3. cap. 11. nu. 1. ad ff. & ita intrepidè tenendum est lege nostra attenta quicquid voluerint contrarium tenere glos. magna dict. l. 14. & Minchaca, de succes. crea. §. 2. n. 4. vers. nec ad rẽ pertinet, tom. 1. & Puteus, dict. verbo sententia cap. 5. n. 1. cum sequen. qui in effectu si bene inspiciantur non sunt contrarij, quia ipsi tantũ loquũtur, in casu inquo lex nostra in ciuilibus tantũ loqueretur, sed cum in criminalibus etiam loquatur, nihil contrarium asserunt, sed potius idem, & sic in practica receptum est, licet in grauissimis criminibus ad cautelam in libellis accusatorijs solemnitates illæ proponuntur vel saltim aliquæ earum, cum præmissione omniũ aliarũ, prout cõsuluit gl. ser fecha, in. l. 2. tit. 9. part. 4. sed & adhuc in ijs delictis grauissimis non vitiaretur libellus si non apponerentur, neque obstat quod lex. 2. titul. 10. supra eo. ponit formã in criminalibus, quæ omnino seruanda est, alias corruit processus quoniã ibidẽ disponitur forma ꝓcedẽdi contra delinquentes absens, nos verò loquimur & lex nostra quoties contra præsentes proceditur, & ratio differentiæ manifesta est, nam contra absentes pro quibus non est qui respõdeat causa omnino iustificanda est secundum terminum & formã d. l. 3. supra præsentes vero, quiquidem respondent pro se ipsis sola veritate proceditur, & lex nostra casus speciales tollere non censetur quorum casuum aliquos ponit Minchaca, dict. num. 4. eodem etiam themate retento assero quod in libello accusatorio in causis criminalibus vbi agitur ad pœnæ incursæ impositionem propter delictum commissum, & ad damni restitutionem vt in actione furti & legis aquiliæ & similium, quamuis damnum non petatur incidenter ex officio, sed simpliciter,
55 non ex hoc viciabitur † libellus, sed simul cum pœnæ impositione condemnabitur reus in damni restitutione in casibus inqui bus incidẽter damnum peti poterat, quia veritas attendenda est, non vero scrupulosus modus exigendi damnum incidenter ex officio, & quia quoties simpliciter petitur censetur peti eo modo & forma, qui bus de iure locus est, præsertim si adsit clausula illa salutifera, peto mihi ius & iustitiam ministrari, de qua alio in loco plura diximus, item & cessabit nunc doctrina Bar. consi. 154. videtur dicendum, quem & alia referens sequitur Hippoly. consi. 26. num. 12. dicentis, quod vt procederet accusatio, vel inquisitio super furto in ipso libello accusationis, vel inquisitionis necesse erat apponere quod res furata pertinebat,

bat domino iure dominij, vel quasi, neq; sufficeret dicere simpliciter, q ei pertine-
56 bat, cessabit enim iam † hæc solemnitas, dum tamen appareat in processu, rem esse illius, cuius asseritur, licet nō dicatur quod pertinet iure dominij vel quasi, & sic vidi iam allegatum & factum.

Ibi, [como en segunda o tercera], hæc sunt etiam verba nouiter in lege nostra inserta, quæ in exemplari antiquo nō aderāt, prout videre licet ex. l. 11. tit. 1. lib. 3. ordi. quæ est lex nostra, quæ tamen in lege nostra adduntur nouissimè, vt dubitationibus finis imponatur, & tam in secunda, vel tertia, quam in prima instantia apices iuris non attendantur, sed solum facti veritas ex processu resultans, ex quo licet in libello
57 grauaminū †, vulgo scripto de agrauios, aliqua deficiant, quæ inferenda attentis iuris scrupulositatibus forent, non ex hoc vitietur libellus ipse, neque processus, quāuis in eo non inserantur. Extat tamen circa hoc optimum & singulare dubium, nū si à diffinitiua, ex interuallo intellige, vel
58 ab interlocutoria quocunque tempore † appelletur in voce, & nō in scriptis vitiabitur nè propter hoc appellatio, & remanebit deserta & sententia in rem iudicatam lapsa, anteà enim saltim iure canonico attēto & in contrarium nihil disponebatur per ius ciuile, nisi in interlocutoria vt infra dicā quotiescunque à sententia interlocutoria quocunque tempore, vel à diffinitiua ex interuallo in scriptis appellādum erat, alias sententia in rem iudicatam transibat, quāuis de iure ciuili aliter esset quoad interlocutoriam si in continēti ab ea appellaretur quia tunc idem erat ac si à diffinitiua viua uoce incontinenti esset appellatum, secundum Ferrar. in practi. in forma libelli appel. inter. glos. causis, iure vero canonico aliud erat dispositum, prout optime considerat Maranta, in practi. titul. de appellatio. nu. 124. cum. 2. sequenti. pagi. 576. in paruis, vbi num. 127. inquit & declarat quando dicitur in scriptis appellari, & nouissimè post hæc vidi vnam decisio. Pedamonta. Octauiani. 6 in ordine quibus sic est ātibus intrat nunc dubium, scilicet num lege nostra attenta hæc etiam obseruari requiretur, an vero per legem nostram abrogata sint, & sic quod siue appelletur à diffinitiua ex interuallo vel in continenti, vel ab interlocutoria quocunque tempore sufficiat appellationem in actis inseri, quamuis in scriptis nō interponatur, & sic in libello formato, & est mea & nouissima quæstio, quā hucusq; ab aliquo nondū tactam vidi, gauderemq; doceri potius quam docere: nam si secundum legem nostram sola facti veritas attendenda est, quid est hoc quod appelletur in scriptis nec nè à diffinitiua ex interuallo & ab interlocutoria quocūque tēpore? certe nihil, præsertim si de iustitia appellantis, & iniustitia appellati constiterit, & certè nisi haberemus text. in. l. 22. tit. 23. part. 3. expresse iubētem, quod si appelletur ex interuallo à diffinitiua, & ius ciuile idem iubēs si ab interlocutoria, & ius canonicū indistinctè quoad interlocutoriam disponens quocunque tempore esse in scriptis appellandum, tenendum esset per legē nostram hos cessasse iuris apices, sed nè inducatur tot iurium correctio si iudex essem in seculari foro dictam legē partitarum & ius ciuile seruarē & in foro ecclesiastico ius canonicū, præsertim si iu-
59 dex essem inferior, qui tenetur ius † ad vnguem seruare, secundum Auēd. resp. 2. n. 6. conclusione. 11. & Auiles. cap. 1. pretorum num. 18. fol. 38. & optimè Sotum de iust. & iure quæst. 4 art. 4. pag. 409. & post hæc vidi in simili statuto & ordinatione tenere Octauianum, decisio. Pedamon. 1. num. 32. & clarius & melius idē Octauianus, in decisi. 6. per totam, vbi inquit ita in senatu fuisse decisum, scilicet ex hoc appellationem esse desertam, & gauisus sum tātum authorem meæ opinionis inuenisse & senatum Pedamontanum sic censuisse: neque obstat lex nostra, tum quia tantū prouidet circa libellum grauaminis, nō verò circa appellationis formam & modum, tum etiam quia lex nostra generaliter prouidens non est censendum leges particulares & vtiles & speciales tollere voluisse, ex doctrina glo. celebris & cōmuniter ab omnibus approbatæ in. l. 1. C. de silentiar. lib. 12. quāuis si nulla alia sententia ferenda in causa remaneret, & de iniustitia appellantis cōstaret, rigurosum esset propter huius solemnitatis omissionem pronuntiare appellationem esse desertam, & iniustā sententiam lapsam in rem iudicatam & sic victoriam

ctorium ex ea obtinentem locupletari cũ
iactura aliena, præsertim si causa esset de
60 breuioribus in quibus † licitum est appel
lare etiam ex interuallo viua voce, secun-
dum Marãt. in pract. titul. de appella. num.
131. pag. 379 in paruis, tu tamẽ latius hęc
cogitabis. vlterius est & aliud dubiũ videli
cet, num lex nostra suppleat lapsum instan
61 tiæ †, ita quod si iudex pronuntiet senten
tiam tempore instantiæ lapso, valeat sentẽ
tia illa, & iudex ipse possit eam pronuntia-
re, & potest poni exemplum in casu. l. 7. in
fra titul. proximo, de instantia in gradu ap-
pellationis iudicibus de regimiento cõces-
sa per legem illam in causis decem mille
morapetinorũ, vel minoris valoris, vel cũ
lapsa sunt fatalia appellationis, vt in casu. l.
11. infra titul. proximo, de quo in simili sta
tuto dubitauit Puteus, de syndicatu, verbo
sententia. cap. 6. num. 1. vbi hoc examinat
ego tamen semper teneo quod circa infe-
riores iudices, qui secũdum quod in hac di
ximus glossa tenentur ad vnguem ius ser-
uare, & quibus data est & signata instantia
ad iudicandum, & ea elapsa cessat limitata
iurisdictio si post lapsum talis instantiæ iu-
dicarent, sententia esset nulla, & prima
in prima instantia lata remaneret lapsa in rẽ
iudicatam, prout in terminis dictæ. l. 7. titu
li infra proximi manifestissimè verificatur
& veriorem testatur opinionem, Paul. in. l.
properandum num. 9. cap. de iudi. & com
muniorem testatur Abb. in cap. venerabi-
lis num. 17. de iudic. & tenet Auiles. in for
ma secretæ syndicationis cap. 49. verbo cõ
denar, num. 5. fol. 289. quem refert & se-
quitur Didac. Perez, in. l. 6. titul. 16. lib. 3.
ord. col. 1296. nam neque ex tacito, neq;
62 ex expresso † consensu partium instantia
illius. l. 7. prorogari potest, secundum Di
dac. Perez, vbi supra quam cõmunem te-
statur Alex. in. l. properandum num. 10.
cap. de iudic. & communiorem testatur,
Curti. Iunior in. l. 2. §. si & iudex. ff. de iud.
quos refert Did. Perez in. l. 1. tit. 4. lib. 3. or
di. colum. 885. in fine, itidemque neque in
63 stantia dictę. l. properandum † prorogari
potest vt communem testatur Imol. in c.
pen. num. 7. de iudi. & Dida. Perez. in. l. 1.
tit. 1. lib. 3. ord. colum. 736. in fine, & ite-
rum ibidem in colum. 742. versi. dubitari
potest vbi & quærit quid si iuramentum
64 interueniat suspendi tamen posset † appel
lationis instantia licet non prorogari, vt
per eundem Perez. vbi sup. colum. 737.
Imo & quod plus est vt ad propositum re-
uertamur, quod sententia etiam in cõsisto
65 rio principis lata perempta † instantia nulla
est secundum gloss. in authen. vt sponsali
larg. §. hoc quoque. verbo pręiudicium col
lat. 9. & Afflict. decisi. 283. num. 4. & Grã
mati. voto. 31. numer. 18. & tenet etiam
gloss. nullum, in auth. si appellatione. C.
de apellat. quanuis in consistorio principis
raro aut nunquam de instantia dict. l. pro-
66 perandum curatur † secundum Bal. in. cõ-
si. 217. colum. fin. lib. 3. & Marã. in pract.
5. part. num. 15. & Didacum Perez, hæc
referentem in Rubr. titul. 1. lib. 3. ord. col.
735. versi. amplia etiam, superioresque iu-
67 dices de fatalibus appellationum † non cu
rant quoties de iustitia appellantis constat
secundum Auen. resp. 2. n. 6. & Afflict. de
cis. 79. nè cum aliena iactura virtute sen-
tentiæ iniustæ appellatus locupletetur sed
quo ad iudices inferiores, secundum eum
ibi aliud est seruandum vt & per Auil. cap.
1. prætorum nu 8. fol. 38. vlterius & pos-
set attentari, quod licet verus contumax
non audiatur appellans, si tamen appellauit
& processum fuit in causa, & de sua iustitia
& de iniquitate primæ sententiæ cõstaret,
vtique audiendus esset, vt infra dicemus
68 in glos. dõde fallezcan, sic & petitio † apo
stolorũ in foro seculari recessit ab vsu, ex
tex. nostro, & ex practica communi, quan
tumuis per. l. 22. in princip. titul. 23. part.
3. vt ibi notat Gregorius requiri petitionẽ
eorum videretur, non tamen iam in foro
seculari requiritur petitio eorum, prout in
foro ecclesiastico requiritur, in quo nun-
quam discessit ab vsu, & idem in Frãcia vti
scilicet quod non petuntur apostoli in li-
bello appellationis apparet ex Rebuf. in
to. 3. const. Fran. titu. de appel. art. 10. n. 1.

Ibi, [Assentada en el processo], ex ijs ver
bis apparet, sufficere libellum & petitionẽ
vulgo demãda, in actis proponi, neque de
69 necessitate esse † in scriptis præsentari,
prout ex eisdem verbis notabat glossator
Salmantinus, hic col. 805. & 897. li. 3. ord.
& tenet Rebuf. in. 1. tomo consti. Franc.
titul de sent. execut. art. 9. glos. 2. nu. 33. &
34. & diximus latè in rubric. titul. 2. supra
hoc lib.

hoc lib. in versi. infertur etiam, & hoc nisi reus petat & iudex iubeat vt in scriptis detur, nam tunc in scriptis presentandus est, secundum text. hic in finalibus verbis.

Ibi, [faltaren en la demanda el pedimiẽto], ex ijs verbis colligitur manifestè con-
70 clusionem in libello † in ciuilibus neque in criminalibus requiri, prout asserit in propositum legis nostræ Ant. Gomez tomo 3. cap. 11. num. 3. & Auend. respons. 1. nu. 18. & in simili statuto inquit Pute. de syndicatu, verbo sententia cap. 2. num. 12. & Rebuf. in dict. titul: de sent. execut. art. 9. glos. 2. num. 34. & Villalobos, in ærario litera L num. 161.

Ibi, [alguna de las cosas], ex ijs verbis iunctis præcedẽtibus, ibi o que no esta biẽ formada, colligo, quod lege nostra attenta non procedit hodie opinio gl. fi. in princip. inst. de obligatio. dicentis, quod sentẽtia lata super inepto libello est nulla ipso iure, nullitasque ex tali libello inepto resultans quandocunque opponi potest cap. cũ dilecti, de emp. & vend. notat Alexan. cõs. 187. numero. 2. lib. 6. & Perez, hic glos. o que no esta, col. 806 lib. 3. ordi. & plures referens Mexia, in l. de Toledo, in respõs. ad 2. fundam. 1. partis num. 37. & 38. hæc
71 enim ex l. nostra † non procedent, sed valebit sententia hæc super inepto libello lata, prout in expresso notat Præses Padilla in l. 1. n. 35. C. de iur. & fac. ig. & ante eum Ant. Gom. tomo. 3. cap. 11. num. 1. ad fi. & Puteus, de syndicatu, verbo sententia cap. 4. num. 1. quicquid velit contrarium dicere Mexia, vbi supra num. 38. qui quidem procedere potest, sicut & procedet Olan. in concordia antinomiarum litera L num. 32. quotiescunque ex tali inepto libello sententia certa ferri non potest, quia ex eo intentio petentis non colligitur, neque reus se defendere potest, secus vero alias, prout in titul. de las demãdas, supra isto lib. latius diximus, & voluit Padilla, vbi supra & Puteus, in dict. cap. 4. & iterum in cap. 2. eiusdem verbi sententia num. 12. & Ias. in l. vinum num. 35. ff. si cer. pet. vbi nu. 33. & 34. idem dicit si pars non opponeret de ineptitudine, sic declarando Bar. in quadam doctrina per eum relata, & in effectu sic voluit Mexia, vbi supra num. 38. in fine si benè inspiciatur, & in simili ita intellexit Carolus de Grassallis lib. 1. Regalium Fran. iure. 12. versi. tertio est notandum, vbi inquit quod non attenditur libelli ineptitudo si probationes sunt claræ. & voluit Maranta, in pract. 4. par. distin. 9. num. 14. sed an lege nostra attenta lite contestata pote-
72 rit † addi vel minui libellus, & in hoc Pinellus, in. 3. part. l. 2. cap. 3. num. 26. & 27. fo. 147. C. de reiuen. & Ant. Gom. tomo. 3. variarum cap. 11. num. fin. in princip. vidẽtur dicere quod sic ꝙ tamen verũ crederẽ si pars contraria non contradicat. parte vero aduersa contradicente nullo modo liceret, vt potè quia iam erat parti contrariæ ius quæsitum, & ei præiudicari non poterat, lexque nostra circa hæc non disponit, neque ius alicui quæsitum tollere vult, nisi id quod additur esset dependens & annexum deductis in ipso libello, putà, quando additur aliqua qualitas aggrauans delictũ ipsum, hác enim qualitatem liceret optimè addere, quia nihil noui additur extraneum, sed tantũ delictum in libello significatum aggrauatur, nè delicta & qualitates eorum impunita remaneant, prout remanerẽt si sufficiẽter attẽtis omnibus delicti qualitatibus nõ punirentur, & hoc est quod voluit in effectu Antoni. Gomez, vbi supra. si tamen pars non contradicet addi & minui potest libello, quia consentire videtur & iuri suo renuntiare, & multa parte nõ opponente admittuntur, quę, si contra diceret, non admitterentur: codẽ etiã themate retento lege nostra attenta pro-
73 cedet hodie † libellus alternatiuus secũdũ Villalobos, in sua antinomia iuris ciuilis & regij, litera L num. 11. & ibi Olanus num. 31. licet anteà regulariter non admittebatur, secundũ glo. in §. sed iste, inst. de actio. notat Padilla, in. l. cum proponas nu. 10. pag. 96. cap. de transactio. ex text. in cap. fi. de re iudi. in. 6. ad hoc allegato p Ber. diaz. regula 679.

Ibi, [o que la sentẽcia no fue leyda], notandũ est ex ijs verbis quod hodie non est
74 necesse sententiam † legi per iudicem eã pronuntiantem, prout anteà requirebatur ex text. in dict. cap. fi. de re iud. in. 6. ad hoc allegato per Ber. Diaz. in regula dict. 679. neque itidem necessarium est quod pro-
75 nuntietur sedendo † pro tribunali, prout in simili statuto inquit Par. de Put. in. dict. tract.

tract. syndicatus, verbo, sententia, capi. 2. numero. 12. ad finem, imo & secundum cum ibi non requiritur quod inscriptis feratur, & pronuntietur, sed sufficit in actis proponi, & quod ibidem scripta appareat, & pronuntiata, vt in ea contenta manifesta sint, & probari possint, & ita pluries fit & practicatur, & voluit Rebuf. in. 1. tom. constitut. Franc. titu. de senten. executor. art. 9. glo. 2. num. 39. & numer. 40. tenet idem quod non requiritur proferri pro tribunali sedendo, nam lex nostra, quamuis sententiam inspicere non videatur, inspicit tamen veritatem, quæ quidem veritas cum inspiciatur, non curatur an inscriptis, vel in actis sententia proponatur, neq; ex contrario facto annullabitur, quicquid velint Maranta, in pract. tit. de sententia, numero. 16. pag. 510. in paruis, & Auenda. responso. 1. num. 3. & 4. & Didac. Perez, hic lib. 3. ord. col. 950. ad fin. & glo. fi. in. l. 4. tit. 16. part. 3. leges enim, quas pro se ipsi allegant non probant eorum intentum, Imo. l. 3. tit. 22. part. 3. per ipsum Auendan. allegata solam facti veritatem attendendam iubet, & sic non erit nulla sententia eo quod in actis & non inscriptis pronuntietur, & l. 4. tit. 16. partit. 3. itidem non est contraria huic opinioni, sed pro ea potius facit si bene inspiciatur, & sic quantumuis sententia nō sit scripta à iudice sua manu, sed aliena, subscripta tamen ab eo sui firma propria sufficiet, cum Acosta, cōtra Ias. per eum allegatum, in. l. si ex cautione, verbo tua, num. 2. & 3. pag. 441. cum sequen. C. de fide instrum. vbi dicit ita esse demēte omnium, & in vsu quotidiano in voce tamen absq; scriptura in actis, vel in scriptis facta pronuntiari sententia non
76 potest, † & hoc est quod voluerunt Auēdan. & Maranta, vbi supra, si bene inspiciātur, & sic meæ non contrariantur opinioni, & in hoc benedicunt, nam si in causis summarijs. 400. marapetinorum vbi libellus in actis etiam non inscribitur, requiritur quod condemnatio, vel absolutio in actis saltim proponatur, secundum text. in. l. 19. titulo. 9. libro. 3. supra quare non in maioris summæ causis proponenda erit sententia & inscribenda in actis, non vero in voce tantum proferenda Eodemque etiam retento themate crederem nullum esse iam incōueniens neque necessarium, quod si iudex de nocte proferat senten-
77 tiam sint duæ ardentes candelæ † præsentes, prout in gloss. sequenti dico, & quod proferri possit sententia ambulando stando vel in equo vel pedestrim, crederem quod si sententia iniusta appareret, vt reformaretur & quod iustum esset pronuntiaretur iudices saltim superiores ad has aduerterent nullitates, vt earum colore quæsito, quod suum est vnicuique tribuerent, neque itidem requiritur iam sententias in
78 foro seculari legi per iudicem † eas pronūtiantem, sed sufficit per tabellionem legi, secundum Rebuf. in dict. n. 40. licet in foro ecclesiastico contrarium aliquando seruatur ex dispositione. d. c. si. de re iud. in. 6. Ibi, [O que desfallezcan las otras solemnidades,] ex ijs verbis inferri potest, quod quamuis de iure ciuili in libello interdicti recuperandæ possessionis, tempus spolij esset declarandum, secūdum Bart. & alios relatos per Menoc. in tract. de recup. posses. rem. 1. num. 340. cum pluribus seq. idta-
79 men lege nostra attenta † non est necessarium dum tamen id probetur & ex processu constet, prout in simili statuto asseruit ipse Menoch. ibidem, num. 440. cum 2. seq. vlterius & secundo inferri potest, quod etiam si infra viginti dies exceptiones peremptoriæ non probentur, poterūt
80 ijs diebus elapsis † in termino probationis allegari & proponi, prout late diximus in l. 1. in glo. no sea, tit. de las exceptio. supra eo. lib. item & tertio ex ijs verbis infertur quod licet vt diximus in glo. faltare, istius nostræ legis, de iure ciuili conclusio in libello requirebatur, ex text. in. l. vt fundus. ff. commun. diuid. & in. l. si. ff. de fid. liber. hodie ex lege nostra nō requiratur, vt ibidē declarauimus. Quarto inferri pōt, quod etiā ante publicationē factā, & in termino
81 probationi præfixo, poterunt testes † reprobari qualibet reprobatione quāuis nō sit inimicitiæ, & processus determinationi nihil hæc impedient, & attendēdi sunt obiectus illi, quamuis antea similes reprobationes ante publicationē non admittebantur, sed tantū ea facta, neque lex. 1. tit. 8. supra hoc libr. post publicationem testes reprobandos iubens aliquid aliud in contrarium iubet, neque prchibet & sic

Kk huic

huic opinioni contrariam esse legem illã dici non potest, & sic video apud inferiora tribunalia fieri & practicari, & probari potest ex dicta.l.1.ibi, y no dende en adelante, ergo anteà fieri poterit, & obiectione proposita non est detinẽdus processus vt diximus in dict.l.1.glos.1.apud suprema tamen tribunalia hæc strictius obseruãtur, quoniam nõ admittũtur obiectiones nisi facta publicatione & intra terminum dictæ.l.1.& itidem in inferioribus tribunalibus idem obseruaretur si pars contradiceret, verum tamen quia non contradicit multoties dictarum obiectionum probatio fit ante publicationem, & hoc non ex vi nostræ legis, quæ vt dictum est præposterationem ordinis non permittit, sed potius ex partis aduersæ taciturnitate. inferri etiam potest quod quamuis de iure verus contumax non audiatur appellans.l. ex consensu.§.fin.ff.de appellatio.l.1.C. quorum appellation. non recip.l.9. titulo.23.partita tertia.l.4.infra titulo. proximo, tamẽ si appellauit & processum fuit in causa appellationis pateatque de iustitia appellantis, non est repellendus propter veram contumaciã, sed veritas attendenda

82 † est, ne pars aduersa ex iniusta sententia commodum reportet, hacque fortassis de

83 causa in rota † verus contumax intra terminum iuris auditur appellãs, vt asserit Felin.rotę auditor, in cap.1.nu.7.vt lite nõ cont.fol.54.vbi ipse ex hoc saluat correctionem dictæ.l.ex consensu §.fin.& clarius & melius idem tenet Nicellus, in concordia glossarum concordia.18.fol.18.& tetigit succinctè glos.fuere, in.l.9.titulo.23.p.3.& hoc nulla alia ratione nisi quod veritas est attendenda, & secundum iustitiam & conscientiam nemo est locupletandus cum iactura aliena, & quia tũc cessat præsumptio iuris in qua fundatur regula illa quod verus cõtumax nõ appellet scilicet quod præsumitur non fouere iustitiã de qua cum constet ex parte sua in appellationis progressu, cessat & præsumptio illa, & per consequens auditur appellans: infertur etiam ex text. nostro quod quamuis sententia de nocte lata non valeat de iure ciuili ex text. in authen. de iudicijs.§. sedebant.collation.6.teste Bart.in.l.non minorem num.2.C.de transactio. quem ibi sequitur Alberi.Ful.& Alexan.columna.1.testatur hanc esse cõmunem conclusionem, quam & veriorem & comunem testatur ibidem Padilla, numero.8.&.9. vbi cum sequenti. eam limitat aliquibus modis, hodie tamen ex lege nostra va-

84 lebit † quidem sententia de nocte lata prout asserebat gloss. in dict.§.sedebunt, verbo matutino, & gloss.tenebat.in capi. consuluit, de offi. del. quam cõmunem etiam ex Alber. testabatur Fulgos. in dicta.l.non minorem num.3.& Lancello. Deci.columna.1.teste ibidem ipso Padilla dict.numero.9.vbi inquit quod referente Alberi. dicebat Butricar. se vidisse proferre sententias magni ponderis de nocte ad luminaria, & hæc per legem nostram videtur tenenda opinio, quamuis vt versutis aduocatis & partibus finem dilatandi imponas, si inconueniens non resultaret ex expectatione diei, illũ expectabis ad pronuntiationẽ sententię: sic & appella-

85 tio etiam de nocte poterit interponi † pręsertim si labitur terminus, & ex text.nostro valebit, licet ex.l.1.§.dies.ff.quando appel.fit, de die erat interponenda appellatio, secundum Padillam, vbi supra, num.18.est tamen noua & singularis quæst.nũquid si in via executiua non seruatur in traditione mandati executorij forma tex. in.l.17.titulo.21.infra hoc libr.vel forma text.in cap.32.curiarum de Madrid anni 1573.iubentis apponi horam in ingressu executionis, annullabitur nè executio fa-

86 cta † si ex processu cõstiterit quantitatẽ petitam deberi & instrumentum paratam habere executionem, & videtur dicendum quod sic, quoniam veritas attendenda est, prout meo videri voluit Villalobos in suo ærario mille com. opi. litera A.nu.36.ego tamen salua eius pace teneo contrarium, quoniam legis nostræ generalis dispositio non est censenda speciales legũ formas corrigere, & sic nulla erit pronuntianda executio illa contra & præter legum illarum formam facta, quamuis tũc vt expensę aliarum litium euitarentur posset iuberi solui quãtitatẽ illam pro qua executio facta fuit si ad creditoris petitionẽ prosecuta est nulla expensarũ processus, vel decimæ excutoris condemnatione facta, ex text. in.l.final.§.fin.ff.de ijs

quæ

quæ vi metus causa fiūt, quem adhoc vltra DD. ibi notat Hippol. in l. patre vel marito, col. 12. ff. de quæstion. & in pract. §. secunda, num. 39. & Carolus de Grassalis, lib. 1. regalium Franc. iure. 12. pag. 170. in paruis, & Afflictis decis. 372. numer. 7. de cuius text. intellectu vide omnino Alex. in l. à Diuo Pio §. in venditione, nume. 5. 6. & 7. ff. de re iudi. & quomodo tunc pronuntianda sit sententia, vide per Couar in lib. 2. variar. cap. 11. num. 3. & Dida. Perez lib. 3. ordin. col. 1071. & hoc si in modica solemnitate peccaret executio, alias verò in totū eam annullarem neque aliquid iuberem solui, sed reseruarem ius suum saluum executanti, argumento doctrinæ Baldi, in l. fin. num. 22. C. de edicto Diui Adrian. Tol. quam in nostra materia sic intelligerem, ex text. etiam nostro, videtur
87 asseri posse beneficium ordinis † quoties allegatur ad dilatandum non esse tam attēdendum cū veritate inspecta procedatur, vt optimè defendit Roland. Valle, consil. 9. num. 23. & 24. lib. 1. & Puteus, de syndicatu, verbo sententia, cap. 2. num. 13. & Octauianus, decisione pedamon. 2. per totum numerum. 5. & sequen. & alibi in tit. 21. infra eod. dicemus iterum vlterius inquit Villalobos, in ærario suo mille com. opin. litera L. num. 161. quod etiam post conclusum in causa testes hodie recipi poterunt, quandoquidem veritas tantum attendenda est, ego tamē salua eius pace fal-
88 sissimum † hoc reputo, quia lex nostra, vt in hac lege dictum remanet circa partium probationes nihil disponit, neque circa terminos partibus ad probandum per ius, vel per iudicem iuris ministrum assignatos, & quia per leges nostræ recopilationis prouisum videmus, testes post dicta testificata non esse amplius examinandos, neque admittendos propter timorem subornationis, imo & hac de causa, neque in secūda licet instātia testes producere super antiquis articulis, prout patet ex l. 1. titul. 6. & ex l. 4. titu. 9. supra isto libr. & sic inquit Puteus, in tract. syndicatus, cap. 2. nu. 10. in fin. in simili statuto, quod in probatio-
89 nibus † faciendis ordo iuris requiritur, licet in alijs actibus non requireretur, clausulaque hæc (veritate inspecta) debet in-
90 telligi de veritate, † cuius patrocinatur, non vero de alia, secundum Marantam, in pract. titu. de iudi. ordinario summario, num. 39. pag. 196. in paruis, & Puteus, in dict. cap. 2. numer. 13. & quia verba nostri text. (veritate inspecta) non sunt ita nouiter statuta, quin prius disposita non fuissent, per tex. in l. 3. tit. 22. p. 3. vbi eadem apponūtur verba, & nihilominus post publicationem testium nulli amplius testes admittebantur propter timorem subornationis nisi in casibus à iure expressis, ergo neque ex lege nostra admittendi sunt, & sic contra Villalobos tenendum est intrepidè & contra eum cotidie practicatur, & contra suam conclusionem & opinionem in simili statuto tenuit Paris de Puteo, in dict. capit. 2. numero. 12. in medio & Ferrara, in pract. tit. de forma libelli in actione reali, glo. summariè versic. nec est licitum, & Octauianus, in decis. 1. pedam. num. 46. vbi inquit sic obseruasse senatū, & nouissimè Menoch. de arbitrar. iud. lib. 1. quæst. 34. n. 3. & 4. neq; obstat quod in summarijs causis testes possunt examina-
91 ri † etiam post conclusum in causa, secundum Fel. in c. cum dilectus limi. 7. de fide inst. relatum per Bero. in q. 37. familiari, nu. 2. quoniā illud verū in summarijs ratio-
92 ne parui valoris & æstimationis causæ, † secus vero in alijs, & itē ex. l. nostra causæ non fiunt summariæ, competentes enim
93 dilationes † dandæ sunt, secundum Rebuf. in 1. tom. const. Fran. tit. de sent. execut. tit. de nullit. senten. art. 9. glo. 2. num. 36. & Puteum, vbi supr. d. num. 12. & inf. eadem lege repetemus, crederem tamen verum esse quod si pars aduersa sciret testes post publicationem & conclusionem in causa examinari, & taceret, vtique valerent eorum dicta, tum quia hoc quod post publicationem testes nō examinentur in fauorem partis introductum est, secundū Bar. n. fi. in auth. qui semel. C. de prob. igitur fauori suo renuntiare potuit. l. si quis in conscribendo. C. de episc. & cler. itē in
94 iudicialibus † taciturnitas pro consensu habetur. l. cū ostendimus. §. fi. ff. de fideius. tut. & ita tenet expresse Abb. in c. cū contingat col. 5. de offi del. Diaz, reg. 753. faciuntque dicta per Hippoly. in pract. §. sequitur, numero. 9. per Alcia. de præsump. in argumentis. 2. part. præsump. nume. 9.

& 10.pagin.19 in paruis, & quia quoties nullitas processus dependet à partis volũ
95 tate, si pars non opponat † non debet pro nullo iudicari, secundum Alciat.dict.nu. 10. & sic cessant dicta per Feli.in cap. fraternitatis, num.6.& 7. de testibus, sed an licebit causam determinare nullis à partibus datis probationibus, & dicendum est
96 quod non, † eò quod tunc de veritate cõstare non potest, & sic sententia tunc lata erit ipso iure nulla, secundum gl. per tex. ibi in.l.15.titu.22.part.3.verbo, ordenadamente, per quam.l.15.corrigitur magis opinio communis de iure ciuili asserẽs in tali casu non esse sententiam nullam ipso iure, sed esse necesse appellare, alias trãsire in rem iudicatam, prout de iure ciuili communiorem asserebat Vantius, de nullitatibus processus, titu.de nullitate sentẽtiæ, num.37.& sic per illam.l.15.corrigi hanc communiorem opinionem asserit Villalobos, in dict. ærario mille com.opin. literà. P. num.394. neque per legem nostram censendum dictam l.partitarum esse derogatam, sed in suo esse manere. Sed
97 an exceptiones rei iudicatæ † per legem nostram censebuntur repulsæ, & dicendũ est quod non, cum Ferrara, in pract.in forma libelli in acti.real.declar. gloss. summaria, versi. sed an ad impediendum. vbi in simili statuto ita firmat, & plures quæstiones & doctrinas annectit, quæ legi nostræ maximè conueniunt. Præterea & ex lege nostra voluit aliam nouitatem inducere Auend.in respons.1.num.20. non dignã ingenij sui, scilicet quod lege nostra attenta leuiores sufficerent hodie probationes, quod & ante eum asseruit Crauet.consil. 73.num.23. & eo relato Menochius, de arbitrar.iud.libr.1.quæst.24.numer.4.& Octauianus, decisio.1. pedamont.nume. 30.& Rolandus, consil.7.num.36.vol.3. hoc enim legi nostræ nullomodo conuenire potest, sed per eã potius reprobatur, ibi, hallada y prouada, quasi non sufficiat veritatem reperiri & colligi ex processu, sed quod & probata sit, sed leuiores probationes quam à iure requisitæ sunt non probant, quoniam in ore duorum vel triũ stat omne verbum, ergo noua hæc doctri
98 na ad legem nostram, non est vera † neq; tenenda, neque potest supremus princeps temporalis, & qui habet plenitudinem potestatis aliquem condemnare ad debitum
99 quod non est probatum †, secundum Alexand.consil.2.col.1.vol.2. pariaq; sunt aliquid allegare & non probare, vel nihil allegare, secundum eundem Alex. cons. 72.columna.3.volum.3.refert Roland. consil.35.numero.9. & 10.volum.1.itidemque paria sunt nõ probare, vel minus
100 † legitimè probare, secundum eundem Roland. vbi supra, numero.20.item quia secundum Barto.relatum & secutum per Maranta, in pract.titul.de iudic.ordin. & summario, numer.46.pag.198.in paruis, quantumuis causa sit summaria, si ex ea parte plenum paratur præiudicium plenę
101 requiruntur † probationes, prout communem testatur Sebastia. Vantius, de nullitatibus processus, titul. de nullitate sent. numero.37.relatus per Villalobos, in ærario mille.communium opinionum, litera. P.numero.395.& ita in propositum similis statuti tenet Rebuffus in.1.tomo, constitut. Franc. titulo de senten. executori. articulo.9.gloss.2.numero.14.& Matienço, in dialogo relatoris.3.part.cap.42.numer.5.& latius diximus in.l.3.verbo, procediendo, titul.13.supra isto lib.& sic causa dotis licet sit summaria tamen adhuc in
102 ea † requiruntur plenæ & legitimæ probationes, secundum Bald.Nouel.de dote part.9.priuilegio.12.folio.48.in magnis, vbi sic Bart. & DD. tenuere in.l.1.ff.sol. matr.quoties de pleno agitur præiudicio, & ideò ipsemet Auenda.in dicto numero 25.inquit quod probata debet esse causa, prout & clarius tenuit in proposito Puteus in dicto tractatu syndicatus, dicto verbo, sententia, cap.2.numero.11.& vbi supra Auend. inquit quod idem requiritur,
103 quod testes † sint habiles fide digni & maiores exceptione, quia infames & criminosi repellerentur, neq; debent reddere malam rationem, quoniã non credetur eis, secundum Menoch. in lib.1.de arbitr. quæst.25.nu.2.& 3.& debent esse iurati, vt per eum ibi.q.26.& sic secundum Put. dict.num.11. debent necessario concludere quicquid velit Bald. relatus per Menochium, dict.quæst.25.nu.1.nisi Bal.intelligas loqui circa relicta in libero arbitrio, & sic dicere quod leuiores probationes

nes sufficiãt lege nostra attenta falsissimũ iudico & practica communi explosum, nisi causa esset leuis & summaria quia parui valoris & æstimationis, vt sunt causæ 400. morapetinorũ de quibus in.l.19. tit. 9. sup.lib.3. tunc enim & quoad probatio nes erit summaria secundum quod inquit
104 Maranta, vbi sup. & tunc testis vnus † ple nam probationem faceret, secũdum Bart. in.l.2.§.sin vero post.nu.1.C. vbi in rem actio, quem & alios adhuc allegat Didac. Perez in.rub.tit.1.lib.3.ordi.colum.752. vbi Speculat. allegat hunc & alios casus po nentem vbi vnus testis plenã inducit pro-
105 bationem item & falsam reputo † ex tx. nostro aliam doctrinam eiusdem Crauet. consi.198.in fine & Decij, consil.34.nu. 2.& Roland.consil.70.nu.16.lib.1.relatorum & secutorũ per Menochi.vbi sup. quæst.24.num.5.dicentiũ quod vbi proceditur veritate inspecta potest iudex cre dere gestis extra acta processus, nam si lex nostra veritatem probatam in iudicio requirit vt certa possit ferri sententia & secũ dum allegata & probata tenetur iudicare quomodo gestis extra iudicium fidem dabit, & quomodo secundum veritatem resultantem ex processu & quam lex nostra requirit, iudicabit? certè nullo modo, & sic doctrinam hanc etiam explodendam iudico: sed an dispositione nostri tex. attẽta potest lis ab articulis & positionibus in cipere ante petitionis propositionem & præsentationẽ super principali causæ ne-
106 gotio factam † & Maranta, in pract.4.p. diit.9.num.18.& in ead.pract.tit.de app. num.4 in propositũ nostrũ inquit quod sic quod articuli illi loco petitionis habẽtur secundum eum ibi & è nostris idem tenet Auiles, in.cap.36. prętotum glo. summarias, num.4.fol.227. contrariũ tamen Auendan.resp.1.num.17.eò quod cũ ex petitione articuli desumi debeant, prius pe titio quam articuli producenda & pręsentanda est item & ex ordine titulorum nostræ recopilationis hoc patet cum prius apponatur titulus de las demandas, & post eum & alios titulus. 7. del juramento de calumnia y posiciones inferatur valetque argumentum ab ordine vt per Euerardũ in centum modi argum.loco ab ordine & hæc opinio meo videri tenenda est, nisi in casu in quo nulla petitio requiritur propo nenda, prout in causis breuibus. 400. morapetinorum ex.dict.l.19.tit.9.lib.3. sup. in quibus ab articulis incipi potest, prout est doctrina singularis Oldra.consi.243. & Rotę nouę.2.de rescriptis.
107 Ibi, [substãcias de la orden,] quæ sint † hæc substãtialia iudiciorum tradit Puteus, in tract.syndicatus, verbo, sententia, capi. 2.num.5.& latius Didac. Perez in. l. 2. in fin.titu.4.lib.3.ordin. in glo. la orden substancial col.948.cum.2.sequent.& Host. relatus per Addition.Bart.in.l.3.in finali Additio.C.de sent.& int. omn. iud. & ibi per totam illam.l.cum Bar. Additionator multa prosequitur, & dicemus in prosecu tione huius legis. Sed nonne substantialia
108 pacto † partium tolli non possunt, vt probat text.in.l.prolatam.C.de sen.& int. omn.iud.& fatendum quidem est, verum tamen, quia in præsenti non pactum partium, sed lex ipsa partibus non petentibus vt substantialia seruentur in iudicijs tollit eà, ideo iure optimo eis omissis, si partes non petant seruari, in iudicijs proceditur,
109 nam licet pacto partium † tolli non possint legis tamen iussu optimè, secundum Orosc.in.l.omnes populi, nu.91. col. 63. ff.de iust.& iure ex text.in. d. l. prolatam, & ex text.in extrauag. ad reprimendũ, & ex Clemen.sæpe, de verbo. sig. ex quo ibi dem ipse Orosc. aliqua infert: Intelligẽdo tamen quod tunc substantialia per legem tolli possunt, videlicet ea, quæ de iure ciui
110 li introducta sunt, non verò ea, † quæ sunt iuris naturalis, vt est citatio & defensio tam super facto principali, quam cõtra testes, secundũ Bart.in.l.filius fam.n.4. ff. de donatio.& Abb.in.ca.1.nu.4.de causa pos.& propr.& in.c.dilecti filij.n.6.de iudi.Carol.de Graf.lib.1.regaliũ Fran. iure. 7.pag.101.in paruis, vbi in pagin.102.inquit quod sine præcipitatione procedẽdũ est, ne sit aliter ius alterius auferre, & plura alia dicit in propositum, & sic secundum Bar.vbi supra, & Octauianum, in decisio.Pedamon.79.nume.18.cum seq.& Rebuf. in tractat. de reprobatio. & saluat. testium, numer.72.etiam attenta.l.nostra non possunt testes recipi parte non citata, quia iuris naturalis est citatio, posset tamẽ effici per legem ꝙ testi nõ iurato credatur

quia de iure ciuili iuramentum requiritur
& quod examinétur testes diebus feriatis,
vt per Bart. vbi supra, quæ quidem quia de
iure non reperiuntur alterata, non credi-
tur testibus non iuratis, etiam si cardinales
111 † essent, secundum glos. in cap. cũ olim
essemus. verbo fratrũ, de priuileg. de quo
latè per D. Couar. lib. 2. var. cap. 13. n. 2.
& nouissimè per conciuem nostrum Do
ctoré Gutierrez, in repet. l. nemo potest,
num. 118. cum pluribus sequent. de lega.
112 1. & an iuramentum calumniæ sit de †
substantialibus, examinat Dida. Perez, lib.
3. ordin. col. 908. in fin. & ex text. nostro
decisum est iam tunc esse de substantiali-
bus, & eius omissioné vitiare processum,
quoties bis petitum est.

Ibi, [Conteniendo se toda via en la de-
manda,] Ex ijs verbis habes notare quod
113 etiã hodie libellus debet esse clarus † nõ
incertus & obscurus, vt ex eo colligatur
quid actor petat, & sic reus se defendere
possit, & certa super eo ferri sententia, vt
inquit text. in. l. 4. titul. 2. supra isto lib. ali-
ter enim nulla erit sententia lata super li-
bello incerto & obscuro, quemadmodũ
antea erat de iure dispositum, ex text. in. l.
1. ff. de edendo, cap. fin. vbi Anchar. num.
3. de libelli obla. tex. in. l. ne causas, ibi, quo
niam verendum est, ne lis incognito ne-
gotio dirimatur, adempta copia conque-
rendi. C. de appel. quæ iura & alia & DD.
in propositum allegat Dida. Perez, in. l. 1.
titul. 4. lib. 3. ord. colum. 897. in fin. cum
sequent. teneri tamen posset cum Villalo
bos in antinomia iuris ciuilis & regij, lite-
ra. L. num. 10. & Olano, in concor. anti-
nom. litera. L. num. 30. quod si incertitu-
114 do libelli certificetur ex actis † per no-
stram legem admittendus est, neque vitia
tur processus, quod tamen ego intellige
rem, dum tamen reus potuerit se defende
re post certificationis & certitudinis tem-
pus, secus vero aliàs.

Ibi, [Hallada y prouada,] Hic est tex. cõ
tra Auend. respon. 1. num. 20. prout dixi-
mus in glo. o que desfallezca, ad finem, su
pra hac lege, quod etiam hodie plenæ pro
bationes requirũtur, itẽ quod ex actis pro
cessus iudicandum est, ponderando copu
latiuam illam, y, quæ hæc verba & sensum
eorum coniungit, ita quod non sufficiat
veritatem in processu reperiri, nisi & pro-
batam inueniamus, neque sufficiat proba-
tam inueniri nisi sit in processu & non ex
gestis extra acta processus.

Ibi, [Sobre que se pueda dar cierta senté
cia,] Hic est text. clarissimus & expressis
simus meo iudicio, quod etiam hodie sen-
115 tentia debet esse conformis † libello, sal
tim vt non condemnet iudex in alia re quã
in petita, sicut antea de iure erat, ex. l. vt
fundus. ff. communi diui. & text. in. l. cum
quidam. C. de fideicom. & ex. l. 16. tit. 22.
part. 3. quam nouissimè sic tenendo alle-
gat Burgos de Paz, consil. 4. nu. 5. vol. 1.
fatuus est enim iudex, qui vltra petita pro-
nuntiat, vt per DD. in dictis iuribus, & in
capit. licet Heli. de simon. Ex quo inquit
optimè Additio. Abb. in cap. cum inter,
additione magna, de consuetud. quod tria
116 debent esse conformia † in processu, pe
titio, probatio, & sententia, prout & tra-
dit glo. magna, in. d. l. 16. titu. 22. p. 3. imò
est nulla sententia ipso iure, quæ libello cõ
117 formis non est, † secundũ gl. in. d. l. 16.
& Sebast. Vant. de nullitatibus processus,
tit. de nullitate ex defectu processus, nu.
97. licet in pluribus hoc limitetur casibus,
de quibus per Soc. in reg. 357. & Fel. in. c.
inter dilectos, num. 5. ad fin. de fide instr.
& eius Additio. in reperto. verbo senten-
tia debet esse, & per Apostillam Abb. in
d. c. cum inter, de consuetud. quorum ca-
suũ vnus est singularis, scilicet quoties in
118 æquipollenti & æquiualente re † eius,
quæ petitur fit condemnatio, puta si peta
tur equus, qui tẽpore sententiæ mortuus
est, fiat tunc condemnatio in æstimatio
ne, secundũ glo. d. l. 16. & Thom. Gram.
decis. 19. n. 7. 10. & 11. & sic nimirum est
si in lege vinum. ff. si cer. pet. petito vino
fiat condemnatio in æstimatione quia nõ
super alio, quam super petito, & cõnexo
ei fit condẽnatio, vel quia secundum com
munem intellectum de quo ibi per Ias. nu
mero. 23. ideo fit condemnatio in interes
se, quia veniebat soluendum propter mo-
ram & de necessitate fit eius condemna-
tio, extra tamen casus exceptuatos sem-
per sentẽtia debet esse cõformis libello sal
tim vt dixi, vt vltra petita nõ condẽnetur
pars aliqua, ꝙ expressim ex tex. nostro pro
batur, postquam enim lex nostra iussit de
bere

bere libellum continere rem, quę petitur clarè & expresse, ita quod de intentione partis constet, subdit legislator hoc ideo esse, vt super eo quod petitum est, possit ferri certa sententia, ecce ergo quomodo super petitis pronuntiandum est, quod & fundatur, nam nullus inauditus condemnandus est capit. cum ecclesia sutrina, de causa. pos. & prop. defensioque de iure naturali est. l. vt vim. ff. de iustitia & iure, neminique defensio est auferenda. l. defensionis facultas. C. de fide instrumen. & iur. has. fis. libro. 10. sed si vna res petitur, & super alia quam petita fiat condemnatio, manifestè patet reum inauditum condemnari, quia super illa alia re quam petita nihil allegauit, neque necesse erat allegare quandoquidem illa non, sed alia petebatur, ergo super petitis pronuntiandum est, & per consequens sententia debet esse conformis libello, & non difformis, prout & tenet Auendaño in dict. respons. 1. numero. 23. conclusione. 12. neque Maranta, ibi per eum allegatus, in. 4. parte, distinctione. 9. numero. 33. quem corrupte allegauit Auendan. nam debuit eum allegare in sexta parte, actu. 1. numero. 62. pagina. 522. contrarium tenet si bene inspiciatur nam ibidem non dicit quod possit sententiari super non petitis, sed tantũ dicit, q̃ si res aliqua ex vna causa debeatur, & ex alia petatur, licet ex alia probetur deberi, quã petatur, nõ tamẽ ex hoc debet fieri condẽnatio in alio, quã in petito, & clarius patet sic loqui Marant. ex dictis per eum ibidẽ, numero. 64. & iterum in. 4. parte, distinctione. 9. numero. 17. & sic potius pro nobis facit, quam contra nos, quia non fit cõdemnatio extra rem petitam, sed extra modum petitum & intentatum, & sic etiam loquitur Menoc. lib. 1. de arbitr. iudic. quæstion. 31. & relati ab eo, & eodem modo procedit, id quod inquit Thom. Grammat. decis. Neapol. 15. num. 3. & 4. & decisio. 19. num. 7. ibidem enim si bene consideratur, non fit condemnatio extra rem petitam, sed quod ex vna causa petitur, & probatur ex alia deberi in solutione eius condemnari potest, nam cum in dicta decisio. 15. de possessorio ageretur su-
119 per petitorio † fuit pronuntiatum, eò quod de possessorio non constitit, de petitorio verò sic, cum non sit de substantia iudicij prius de possessorio, quam de petitorio pronuntiare, secundum Auend. respons. 1. num. 8. tuncq; non pronuntiatur vltra petita, secundum supradictos, & Auẽdan. dict. respon. 1. num. 21. in fin. & Ant. Gom. tom. 3. cap. 11. num. fin. & Matth. Afflict. decis. 95. in fin. & Boer. decis. 42. num. 13. cum pluribus seq. vbi quęrit an si petatur in prima instantia ex reiuendicatione possit in secunda actione alia peti, & inquit Ias. in. l. edita, num. 27. in addi. C. de
120 edendo, quod libellus datus † in prima instantia non potest in secunda emendari, & idem quod supradicti DD. tenet etiam Ias. in. l. si ita stipulatus. §. chrysogonus, nu. 33. fol. 174. ff. de verbo. oblig. qui omnes licet videantur tenere, quod si petitum ex vna causa probetur deberi ex alia, fiet condemnatio, non tamẽ asserunt quod super alio quam super petito pronuntietur, nam super eo pronuntiatur quamuis alio iure, quam proposito in petitione probetur deberi, & hoc non est cõtrarium nostrę opinioni & conclusioni, imo & adhuc tunc teneo pro vero quod nisi illa alia causa probata & non intentata virtualiter & accessoriè sub intentata causa contineatur, nullo modo liceret & super probata causa &
121 non petita † pronuntiare, secundũ Octauianũ, decisio. 1. pedamont. nu. 21. & 24. quia neque reus super illa causa probata & non deducta se informare potuit, & sic neque se defendit super ea, quas ob res cautè super ijs agendũ est, & de hac regula quod sententia debet esse conformis libello, vide limitationes, vltra Soci. regul. 357. per Ias. in. l. vinum, nume. 23. cum seq. aliquibus. ff. si cer. pet. Et an idem sit in accusa-
122 tione criminali, vt si quis accusatur † de percussione cum sanguine, & probetur sine sanguine vel quod deliquit cum armis & probetur sine armis possit ferri sententia secundum quod probatum est, & Bald. in. l. & si seuerior, columna. fin. C. de his qui not. inf. inquit quod sic, & hanc communem asserendo sequitur eũ Anton. Gomez, dict. num. fin. & voluit Ias. in dict. l. vt vim, nu. 24. in fin. licet Bal. vbi supra, dicat hoc verum esse si per inquisitionem proceditur, non si per accusationem, per legẽ tamẽ nostrã nulla in hoc

casu est facienda distinctio, quandoquidẽ in criminalibus sicut in ciuilibus loquitur, vt tunc non pronuntietur super alio quã super petitis, & de iure ciuili hoc late examinabat Hippolyt. in practic. §. quoniam, num. 52. cum pluribus sequentibus, imo & plus asserit Anton. Gomez, vbi supra, quod licet qualitas aggrauans delictũ non reperiatur llegata neque cumulata accusationi ante vel post litis contestationem, (prout posse annullari asserit ibidem ipse Anto. Gom. num. fi. in princip. & iterum eodem tom. 3. cap. 1. nu. 27. post mediũ,) adhuc tunc si ex processu de qualitate illa constat, potest determinari & condemnari delinquens qualitate illa aggrauante attenta, quia in effectu non pronuntiatur super non petitis, sed in petitis licet propter qualitatem aggrauantem condẽnatio fortassis sit maior, sed siquis accusaretur de-
123 stupro † & resultaret adulterium nullo modo super adulterio pronuntiarem, sed ius super illo parti illæsum remaneret, quia aliter esset super non petitis pronuntiare, prout voluit Angel. de maleficijs, in parte che ay adulterato, nu. 59. pag. 390. in paruis, & tradit glo. magna, in. l. 16. tit. 22. part. 3. & sic ex dictis teneo quod sententia debet esse conformis libello saltim vt vltra petita non pronuntietur, ita quod si vna petatur species, & aliam deberi probetur non fiat condemnatio in probata & nõ petita, sed si petatur deberi rem aliquã ex vna causa & probetur ex alia tunc condemnatio facienda est, quia in petitis fit, quamuis & tunc si iudex essem & viderẽ reum non habuisse notitiam causæ probatæ & non deductæ in tempore in quo potuerit se ab ea defendere, tunc vtique à causa petita eum diffinitiuè absoluerem, & circa probatam ius suum illæsum relinquerem & saluum, vt super eam iustitiam suam peteret, quando quomodo, & vbi locus esset de iure, secutus consilium Baldi, relati per gloss. illam dictæ. l. 16. quia si reus ille audiretur super illa causa probata & non deducta fortassis probaret defensionem talem, qua mediante & ab illa causa esset absoluendus, & sic inquit Puteus, de syndicatu, verbo, sententia, capit. 4. numero. 7. quod si reiuendicatione agatur, & constet de publiciana in processu non vero de reiuendicatione, neque in publi-
124 ciana debet † fieri condemnatio, quia fortassis si reus super publiciana conuentus esset, se defenderet & probaret, ita vt absoluendus esset, & pro ista mea opinione est expressa. l. 25. titulo. 2. partita tertia, probans quod petens vna actione antequam super illa pronuntietur non potest aliam intentare ad eandem rem petendam, sed ei saluum ius remanet ad proponendam illam aliam actionem causa super prima petita finita, & loquitur illa lex vt non possit aliam proponere actionem, postquam per probationem constitit primam actionem intentatam non probatam esse, & sic post litem contestatam, ante enim liceret vtique aliam proponere, & emendare, addere vel mutare libellum, secundum textum & ibi gloss. & Doctores maxime Ias. numero. 13. & 28. l. edita. C. de edendo, & per porrectionem libelli, vt ibi per eum numero. 7. non fit litis contestatio, quod & probatur in. l. 1. titulo. 4. supra isto libro, ergo est text. expressus in illa. l. 25. pro hac nostra opinione: sed si res quę petitur mortua est perdita vel consumpta tunc optime in æstimatione eius fiet condemnatio, quamuis æstimatio non esset petita, quia virtualiter continetur, & non est super non petitis pronuntiare, secundum Grammaticum, decisione. 19. numero septimo, & gloss. dicta. l. 16. titulo: 22. partita tertia, & in principio huius gloss. diximus, sed quid si maritus & vxor sint obligati instrumento guarentigio ad certam summam & insolidum cum renũtiationibus & clausulis necessarijs, & eis mortuis filij eorum adeant hæreditatem, & petatur executio contra eos tanquam contra hæredes patris, & ipsi dicant nullam esse executionem, quia non sunt hæredes patris, sed tantum matris, an nihilominus poterit pronuntiari contra eos virtute illius confessionis tanquam contra hæredes matris, quamuis contra eos, vt matris hæredes non esset petita executio vide Matth. Afflict. decis. 372. num. 6. & 7. & 8.

Ibi, [Segun la verdad], quilibet enim iudex in pronuntiando semper veritate ad
125 hærere † debet ac pariter æquitati. l. quod si ephesi. ff. de eo quod cer. loco. l. placuit

placuit. C. de iudic. l. 1. cum ibi notatis. C. de legibus, circunscriptis apicibus & subtilitatibus iuris, quæ licet in allegando sint
126 tolerandæ in iudicando † tamen sunt reijciendæ, vt inquit legislator & glos. in. l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. &. l. sicuti. §. si debitori. ff. qui. mod. pig. soluitur, notat Ferrara sic referens, in practica, titul. de forma senten. diffini. glos. 1. in princip.
126 & clausulam hanc sola facti veritate † inspecta ex sacris processisse, videlicet ex ca. 13. deuteronomij ibi quære, & ex cap. 17. refert Octauianus, decisio. 1 pedamont. n. 20. vbi inquit plus operari quam clausulã simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij, & ibi plura de ea dicit, eademque clausula à iure partitarum processit, vt patet in. l. 3. titul. 22. part. 3. veritasque omnino attẽdẽda est, vt per plura asserit Hippolyt. in pract. §. secunda, num. 18. cum sequẽ. pluribus dum tamen veritas hæc sit talis, cuiius patrocinatur vt in hac diximus lege ex Maran. in pract. titul. de iud. ordin. & summam, num. 39. pagi. 196. & Octauianus, dict. decisi. 1. numer. 34. & cum clausula hæc plus operetur quam illa simpliciter & deplano & vt diximus ex Octauiano dict. num. 20. & ex Maranta, vbi supra num. 32. & glos. in. l. 5. titul. 26. part. 3. & Rebuf. in. 1. tomo const. Franc. titu. de senten. executi. art. 9. glos. 2. nu. 4. & 31. ideò omnes effectus, quos ibidem ipse Rebuf. num 31. cum sequenti. adaptatur ad clausulam simpliciter & deplano & sine figura iudicij adaptatur etiam per eum ad hanc nostram veritatis clausulam, & sic vbi in ista lege ipsum Rebufum allego quoad nostræ clausulæ propositum, quamuis ipse prima facie loquatur quoad aliam clausulã quoad hanc etiam nostram loqui censetur vt patet ex dictis per eund. Rebuf. dict. nu. 4. & 31. & quindecim effectus, quos ope
127 ratur clausula hæc sola veritate † inspecta vide per Marantam, in pract. 4. par. distinc. 9. num. 32. cum sequen. & Carol. Grasallis, lib. 1. Regaliũ Fran. iure. 12. versic. tertio est notandum, & Didac. Perez, lib. 2. ord. l. 10. titul. 4. col. 409. in fine cũ seq. & viginti ponit Rebuf. vbi supra nu. 31. cum sequent. & de ijs clausulis tractat etiã Beatus Antoninus, in. 3. p. suę summę theol. titul. 9. cap. 15. per totum, & Rolan. Valle, consi. 7. num. 30. cum sequenti. aliquibus vol. 3. & nouissimè post hæc Menochi. de Arbitrar. iudi. lib. 1. quæst. 9. nu. 2. qui effectus secundum quod in hac lege dictum remanet sunt obseruandi & an virtute huius clausulæ censeatur sublatum re
128 medium spolij † & remedium attentatorum, vide modernum Lancelotum de attentatis, in prefatione num. 44. cum pluribus sequenti.

Ibi, [halla re prouada], hic est text. probans quod iudex tenetur iudicare secundũ
129 allegata & probata †, & nõ secundum cõscientiam suam vt probatur ex text. & ibi DD. in. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. maximè per Oros. ibi & Couar. lib. 1. vari. cap. 1. quod in inferioribus verum dicit Guid. Papæ, decisi. 29. non vero in dominis de parlamento & regio consilio, quia ij secundum conscientiã iudicare possunt vt & per Rebuf. in procemio concordat. verbo summas, pagi. 8. versic quinto, & Auend. respons. 1. num. 11. & Gram. decisi. Neapol. 19. num. 13. nam secundum
130 eund. Auend. ibidem senatus † cognoscit tanquam Deus, & Burg. de Paz in prooemio legum tauri num. 262. ad finem, & Aymonem, consi. 198. num. 7. & latè Felin. in cap. pastoralis, de offi. del. & Carol. Grasallis, lib. 1. Regal. Franc. iure. 12 pagi. 177. in paruis, vbi in pag. 271. inquit quod princeps facit vt Deus, & in consilio idem asserit etiam Iulius Clarus, in lib. 5. selectarum. §. fi. quæst. 63. num. 9. in inferioribus tamen aliud est, quicquid contrarium voluerint aliqui relati per Octauianũ, in dict. num. 20. ego tamen tam in superioribus, quam in inferioribus teneo cum domino Couar. lib. 1. variar. cap. 1. n. 7. versi. tertiũ
131 quod non possunt † vltra probata iudicare, prout & tenet Matienço, in dialogo relatoris. 3. part. cap. 42. num. 2. & 3. vbi & in principe idẽ vult, nisi esset delictũ atrox cum domino Couar. vbi supra: nam tunc in principe secus esse dixit, & ita dixit iterũ in rubric. titul. 3. supra isto lib. & faciũt tradita per Rebuf. in. 3. tomo consti. Franc. in prætat. titul. de citation. nume. 28. cum aliquibus sequenti. maximè, num. 33. & ita late defendũt Bellonus, Soci. Gram. & alij relati per Menochium, de arbitra. iudicũ, lib. 1. quæst. 8. num. 21. & 22. & voluit in

effectu Octauia. vbi supra nu. 39. & 40. vbi aduertit omnino esse iuxta acta iudicandum, & non ex extrinsecis, & reprobat Guidonem, vbi supra & num. 45. ponit limitantes dictam regulam, quod secũdum allegata & probata iudicandum sit, & nu. 46. inquit iudicem moueri posse ex confes-
132 sione † facta viua voce licet non scripta, tutius tamen inquit esse omnia in actis scribi, & iustè nè fortè in syndicatu condemneris.

Ibi, [Pero si el demandado], versiculus iste est limitatiuus versiculi, aunque no sea dada por la parte en escrito, vbi probabatur nõ esse necesse libellũ in scriptis proponi, sed sufficere quod in actis proponeretur, quod tamen versiculus hic limitat, nisi pars contraria aliud petat, iudexque sic fieri iuberet, nam tunc omnino esset in scriptis proponendus.

Ibi, [Aluedrio del juez], anteà vero de iure partium arbitrio relinquebatur vellẽt nec nè quod libellus omitteretur, secũdũ Matth. Afflict. decisi. 191. nu. 7. & plures casus arbitrio iudicis relictos refert Tiraq. l. si vnquam, verbo, omnia vel maiorem partem, num. 30. cum sequenti. C. de reu. don. & Cassan. in consu. Burg. rubr. 1. §. 5. verbo prout, la primera sors, & Galliaula, in tract. de casibus qui arbit. iud. rel. & Menoch. in de arbitrarijs iudicum late & docte prosequitur eos & an oblationi libelli renuntiari posset, examinabat Vitalis tractatu clausul. in cap. an solẽnitatibus iuris possit renuntiari.

Ibi, [de la substãcia del juizio], vide quæ pro declaratione horum verborum diximus in. l. 2. glos. 2. supra isto titul. & lib. & ex ijs verbis iunctis sequenti. collige regulam scilicet quod tũc demum omissio substantialium vitiat processum & sententiã quoties expresse petitum fuit quod seruaretur quid substantiale, & non fuit seruatum, secus si id non petatur, nam tunc ex tali omissione minimè vitiaretur processus neque sententia, neque sufficeret clausula, peto mihi ius & iustitiam ministrari, contra Didac. Perez, hic verbo, que en la demanda col. 808. in fine, & iterũ in colu. 952. in medio, nam ex text. nostro expressa requiritur partis petitio, ibi, declarãdolas ergo tacita non sufficiet, nam vbi expressa
133 requiritur mentio †, neq; verba vniuersalia sufficient secundum text. in cap. 2. de prębẽ. in. 6. notat Firmarius, in reportorio suo. verbo expressum, versi. 1. neque sufficiet: hanc tamen regulã limitabis vno modo scilicet vt procedat quoties substantiale illud inductum est à iure ciuili secus verò si à iure naturali, vt citatio, tunc enim quamuis per partem non petatur naturale
134 † illud seruari, seruandum est, aliter vitiabitur processus, nulla enim lex tollens solemnitates substantiales iudiciorum, censetur tollere eas, quæ iuris naturalis sunt, vt in hac lege dictum est, & probatur ex. §. naturalia, inst. de iure nat. gen. & ciuili, & tenet Rebuf. in dict. tomo. 1. constit. Franc. titul. de senten. execut. art. 9. glos. 2. num. 31. & in. l. 2. glos. sesenta supra eo titul. & lib. diximus, & sic citationes partium ad videndum iurare testes, vt opponi cõtra eos
135 posit, debent † præcedere testium iuramenta, ex text. in cap. in nomine domini, de testibus. vbi DD. & Afflictis, decis. 28. & 39. & probatio aliter facta nulla est, secundum text. illum & DD. ibidem, & tradit Rebuf. vbi supra num. 38. & hoc nisi dato termino ad probandũ testes vltima die
136 termini iurarent † & declararent non citata parte, quia tunc valerent eorum dicta, secundum Marantam, in practi. tit. de citatione num. 18. pag. 357. ex Bal. & alijs ibidem per eum allegatis, quod tamen ego verum intelligerem nisi culpa parti spectãti ad finem termini imputari posit, nã tũc non crederem veram hanc Bal. & Marantæ doctrinam. item & secundo non procedit hoc quoties notorium est parti nullam
137 defensionem competere aduersus † testem examinatum, nam tunc nulla est necessaria partis citatio, secundum Hippol. in rubric. num. 220. C. de probatio. & alibi diximus.

Ibi, [en no jurar de calumnia seyendo le pedido], quod quidem iuramentum calũ-
138 niæ de iure diuino † esse introductum testatur Menochius, de arbit. iudi. lib. 1. quæst. 20. & sic per iudicem remitti non potest si petatur, aliter eius omissio vitiat, ex text. in cap. fin. de iuram. cal. in 6. & notat Mathesil. notab. 65. nota quod statutũ & Guido Papæ, consi. 2. num. 1. & in cõsi. 8. num. 1. Menochi. vbi supra num. 5. debet

bet tamen secundum text. nostrum bis pe ti,& bis iuberi, vt eius omissio viciet, vt in glos. sequente videbis.

Ibi, [y mãdado dos vezes], ex ijs verbis cessat iã disputatio proposita per Modernum Mexiam, in.l.de Toledo.4. fundam. 1.partis, num.9. an bis vel semel esset iuramentum hoc petẽdum, vt vitiaret processum eius omissio, per text. enim nostrum iussum est quod bis petatur: ponderãdaq; est dictio illa.y. quæ copulatorum concursum requirit, ita quod non sufficiat bis petitum esse, verum & quod bis per iudicem iassum sit vt præstetur, vt eius omissio vitiet sententiam, prout anteà de iure esse asserebat ex Iasonis, dictis, in.l. ius iurandũ & ad pecunias, §.3. num.3. fol. 122.ff.de iureiur.& Rip. in.l. admonendi num. 3.ff. eo.titul.sed num sufficiet bis petitũ & ius-

139 sum, si iussus ij bini non † sint parti notificati, & videtur notificationẽ non requiri quia text. noster solum petitionem & iussum bina requirit, ergo nihil amplius requirendum est, & quia in actibus in quibus ex officio potest iudex aliquid facere non requiritur partis citatio, secundum Hippoly in.l.de vnoquoque num.65.ff.de re iudi. & vbi secundum eũ ibi.nu.75.non requiritur causæ cognitio, neque itidem citatio partis, ad iubendum, tamen iuramentum præstari hoc non requiritur causæ cognitio, ergo; his tamen non obstantibus contrarium est tenendum imo quod iussus ij parti iurare debenti notificandi sunt, aliter enim non annullabitur sententia lata ex iuramenti huius omissione, quia vbi nulla culpa nulla cõtumacia, & è contra, imputari tamen non potest parti quod non præstiterit iuramentum de calumnia, eò quod ei notificatum non est quod iuret & declaret, igitur vera est hæc opinio, & quia aliter esset in potestate partis iuramentum petentis reddere sententiam illusoriam nõ instando quod alteri parti notificaretur quod iuraret & declararet de calumnia, itẽ & hæc ex text. nostro probatur opinio, ibi que la otra parte las guarde, y si no quisiere seyendole mandado, sed qui ignorat dici non potest, quod ex sua parte non vult adimplere, ergo omissio huius substantialis petiti & non notificati, non vitiabit sententiam: neque obstat illud Hipoly. quoniam in iuramenti huius præstatione causæ cognitio requiritur, potest enim altera pars cõtradicere dicendo quod iurare nõ tenetur, quoniam positiones sunt impertinẽtes, cauillosæ vel iniuriosæ, & sic in hoc causæ cognitio requiritur & per consequens illud Hippoly. fundamentũ de causæ cognitione, cessat sicut & illud aliud de citatione, quia hic nõ de ea agimus, sed de notificatione facienda vt iuret, & declaret de calumnia, & per consequens tenendũ est pro regula quod iuramentum de calũnia, vt eius omissio vitiet sententiam, bis debet peti per partem, & per iudicem iuberi vt fiat, & binus hic iussus parti iurare habenti notificandus est: vlterius pro complemento legis nostræ notãdum est quod quantumuis secundum legem nostram inspecta veritate & simpliciter & de plano procedendum sit, non tamen poterũt domini temporales recognoscentes superiorem in commissionibus ea vti, secundum communem per nos relatam, in.l.2.gloss. pen.tit.14. supra isto lib. contra Auendañum contrarium tenentem in cap.5. pretorum num.7. lib.1. & ijs tota hæc lex & totus titulus remanent expedita, alia per DD. supra relatos videri possunt.

SEQVITVR TITVL. XVIII.

De las appellaciones.

QVi titulus ad præcedentem continuatur, quoniã plerunq; iudices in sententijs, partes ambas, vel vnam earum grauant, remediunq; grauatoriũ à iudicibus inferioribus est ad superiores à grauaminibus appellare, ideò post præcedentem subsequitur hic noster, nam vt inquit text. in rubric. titul.23. part.3. sic gaudent partes viam aliquam recursus habere, qua mediãte possint à sententia, qua grauãtur, appellare,

lare, sicut qui periclitantur in mari, portũ securum reperire, maximè consolantur, vel qui vincti ab inimicis locum aliquem defensionis inueniunt, ait enim Beatus Bernardus, in lib. de cõsolatione ad Eugenium, fateor, grande, & generale mundo bonum esse appellationes, idque tã necessarium, quam solem ipsum mortalibus, re uera quidem sol iustitiæ est prodens ac redarguẽs opera tenebrarum ideòque secũdum Puteum de syndicatu, verbo appella
1 tio. cap. 4. num. 1. in fine appellatio † iuris diuini est, & per consequens per principẽ tolli non potest, de quo per Felin. in rub. extra de appella. col. 3. & in. cap. 1. de rescrip. & inquantum est defensio est itidẽ iuris naturalis, secundum Præposit. in ea. rub. num. 68. & ibi eius additio asserit iure diuino esse inuentam. & quid sit appella-
2 tio, † vltra DD. in dict. rubr. de appel. tradit Maranta in pract. tit. de appellatione & probat optime. l. 1. tit. 23. pag. 3. & vbi gl.
3 1. & quis possit appellare † in. l. 2. eiusdẽ tit. 23. & part. 3. declaratur & à quibus iu-
4 dicibus † appelletur & à quibus actibus late Maranta, vbi sup. num. 235. cum pluribus sequentibus. part. 60. in paruis, & effectus appellationis describit, Præposi. vbi sup. num. 69. cum sequen. & Rebuf. in. 3. tomo. tit. de appella. art. fin. gloss. vna. nu. 15. cum sequen. & vide decisi. 436. Guidon. plura de apel. dicentis & Rebuf. in. 3. tomo. consti. Fran. tit. de appellatio. vbi in præfatione à num. 53. cum sequen. pluribus inquit duplicẽ esse appellationem iudicialem & extra iudicialem & eas prosequitur declarando.

LEX I.

¶ SVM. *Appellari potest à sententia ad quintum vsque diem à die prolatæ sentẽtiæ & notitiæ eius numerandum: diesque pronuntiationis sententiæ in ipsis quinque diebus computatur, & tam in omnibus causis quam circa omnes iudices hoc regulare est.*

IBi, [agrauian a las partes], ob hanc enim causam remedium appellationis est introductum, & contra iudicum venenum
1 theriaca † appellatio appellatur, prout & fauente Deo dicemus in. l. 7. in glos. se sintiere infra eo. & sic comuniter dicitur in appellationis instantia non allegata allega
2 bo, & non † probata probabo, vt probatur ex. l. per hanc. C. de appellatio. de qua regula optimè tradit Rebuf. in. 2. tomo constit Franc. titul. de rescriptis num. 2. art. 3. glo. 4. cum alijs pluribus numeris sequenti. & principaliter ibi Rebuf. num. 14. intelligit hanc regulam, quoties illud quod in. 2. instantia allegatur nõ est nouũ, vel omnino diuersum, sed est dependens ab allegatis in prima instantia, & hæc fuit decisio Rotæ Bisgereti, in antiquioribus 10. de rescriptis num. 3. fol. mihi. 85. item in quantum ibi ipse Rebufus, num. 5. inquit, quod appellatus etiam si nõ appellauerit neque appellationi aduersarij accesserit, potest in-
3 stare, vt sententia in sui fauorem † reformetur propter aduersarij appellationem, prout probat. l. ampliorem. C. de appel. & tenuit Abb. cap. cum Ioannes num. 17. de fide inst. hoc intelligendum est verum esse, quoties sententia illa continet vnum capitulum, vel plura cõnexa, secus si plura capitula diuersa contineat, quia tunc si vna pars appellerà certis capitulis & ab alijs nõ appellat sed consentiat sentẽtiã, tunc appellatus nõ appellans, vel nõ accedẽs aduersarij appellationi, non poterit petere reformari sententiam illam in sui fauorem, secũdum Abb. vbi supra. & Præposi. in cap. interposita. §. ille denique. num. fi. & in cap. si duobus num. 11. extra de appellatio. & Rebuf. vbi supra. num. 5. & Ant. Gomez, tomo. 2. cap. 11. num. 16. versic. tertius effectus est, el. 1. & ideo Præposi. in dict. nu. fin. præstat cautelam vt appelles à sententia in pũctis contra te faciẽtibus & in alijs cõsentias, & ex parte rei idem obseruatur. aliter enim non poterit se iuuare contraria appellatione, in Francia tamen secundũ Rebuf.

Rebuf.d.num.5.& iterum in.3.tomo.tit de appella. num.26. appellatus † nullo in
4 casu vtitur appellatione aduersarij simpliter vel cũ dicta cautela interposita: ex quibus cum ad emendandam sententiã appelletur si iudex omisit facere condẽnationẽ expẽsarũ posśũ ego ab hoc appellare & petere reformationẽ & suppletionẽ.l. properandum.§.sin autem alterutra &.l.sancimus. C. de iudic. glos. cap. fin. de rescrip. Corset.sing incip.iudex,in.1.cap.vt debitus,in fine,de appellatio.

Ibi,[en los juyzios quedan],quæ quidẽ iudicia rarò ita cõsummata & pfecta sunt quin appellationi non sit locus,casus enim fortuitus inter aliquos reputatur, bonam & perfectam proferri sententiam, quod si ita esset multi excusarentur, eò quòd casus fortuitus excusat, verum tamen quia casus hic culpa præceditur, & ab ore indoctiorum ordinatur nõ excusat, præsertim si ex malitia, incuria & negligentia iudicantis procedat, vel ex rancore, odio, amicitia pertialitate, amore, vel consanguinitate, vel ex numorum datione & receptione, iustum iudicium vendendo, nõ puras, vt inquiunt, mentẽ & manus habẽdo, prout post hæc vidi optime consideratum per Burgos, in proœmio legum tauri, n.275. cumpluribus sequẽt. aliter enim, si iudices hæc non euitauerint, animas perdent, & in syndicatu conueniri poterunt.

Ibi,[Siquier otro],putà de sententia interlocutoria, quæ est illa, quæ non diffinit principale negotiũ, à qua & intra hos quinque dies appellandum est, in casibus in quibus ab ea licet appellare, de quibus in.l.3. infra eo, inquibus verba hęc generalia nostri text. intelligenda sunt. & de habilitate restringenda.

Ibi,[Aquel que se tuuiere por agrauiado],con.l.1.&.l.in maioribus,&.l.eos.C. de appella. imò & procurator talis grauati appellare poterit, & tenetur † id facere,
5 secundum text. & omnes.l. inuitus.C.de procurat. est que hæc communis non solum de iure ciuili, sed & de iure canonico secundum Minchacam, controuersiarum vsu frequentium.cap.19.n.1. imò & quilibet alius, cuius † interest, sententiam non
6 esse sic latam, appellare ab ea poterit, vt.l. sententiam, &.l.ab executione.§.alio.ff. de appella.cap.cum super, de re iudi.l.1.& 4.titul.23.part.3. & quæ sit forma appellandi, quãdo tertia † persona appellat pro
6 suo interesse, tradit Inno. in dicto.cap. cum super. sed quis condemnatus absque grauamine reperietur, & quis sententiam contra se latam iustam & æquam confitebitur, & consentietur, ergo, omnis condẽnatus etiam iustè appellare potest, & sic conuictus & confessus, & per cõsequens nostra lex nutatiua est peccati, peccat enim qui iniustè appellat, igitur nõ est seruanda, & si naturaliter quidem consideramus, prout conseruare vitã, honores, bona & patrimonia, secundum hominum appetitum sensitiuũ, omnes appellare valent à sententia condemnatoria, sed si ciuilia & rationi consentanẽa pẽsitemus, & regulata ratione recti sermonis, prout legẽ nostram regulasse censendum est, tantum verba hęc intelligenda sunt in illo, qui iniustè grauatur, & non de alio, nam verba generalia de habilitate sunt restringẽda, secundum text.in.l.vt gradatim.ff. de mun. & hono. neque grauari dici potest, qui iustè condemnatur, & sine grauamine appellare nõ licet cap.cum cessante de app. Specul. de appel.§.inquibus num.26.& sic intelligo.l.& in maioribus.C.de appe. relatã per Octauianum, decisi. Pedamon. num. 6. decisio.61.& sic lex nostra iustissima est & sanctissima & seruanda in dicto sensu in quo loquitur & procedit.

Ibi,[Pueda apelar], sed coram quo, dic coram illo, qui tulit sententiam & grauamen intulit, vel successore suo in officio
7 illo, † qui vocatur iudex à quo, secundum tex.in.l.1.ff.quis & à quo appelletur, &.l. 22.tit.23.part.3.& si plures pronuntiauerint, corã singulis cõmuniter iunctim, vel separatim appellandum est, secundũ tex. in Clem.1.de appellatio.& coram ipso iu-
8 dice si haberi † potest est appellandũ, non verò in eius absentia, quoniam erit nulla appellatio, secundum Tom. Gram. decisi. Neapol.36.num.76.& 77.sed si iudex ille haberi non potest, coram ordinario loci vbi sententia notificatur & coram hone-
9 stis viris, † appellabitur, nedum iudex à quo inquiritur transeat terminus appellandi, secũdum Bal.in.l.apertissimi col.1.C. de iud.& in.l.2.C.de ijs qui per metũ iud.

non

non app. & relatos per Villalobos, in ærario suo litera A num. 198. & plene Socin. consi. 45. col. 1. lib. 1. & formā ponit Cardin. in cap. fin. de appellatio. & Ferrara, in prac. in forma appella. sent. diffi. col. 1. col pen. & Maranta, in pract. tit. de appellati. n. 121. & approbatur expresse per tx. in l. 22. in fine tit. 23. par. 3. & alibi diximus, & idē

10 dicit in recusatione † faciēda, Bal. in dict. l. apertissimi numer. 3. & additio. Capelæ Tolo. deci. 428. & est optima cautela cum iudex sententians est absens & intra quinque dies copia eius haberi non potest, aliter enim, vt dictum est, in eius præsentia est appellandum, vt cōmunem testatur Decius in cap. suggestum, de appellati. & vide etiam Guidonem Papæ, consi. 198.

11 ¶ Sed ad quem iudicem † erit appellandum, & dicendum est quod ad maiorem ipso iudice à quo, nam hæc est natura & substantia appellationis vt ad superiorem interponatur, secundum text. in cap. ante triorum, 2. quæst. 6. & text. in l. 18. tit. 23. part. 3. neque ad parem, vel minorem appellari potest, secūdum text. in l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appella. imò neque valeret cōsuetudo qua ad minorē, vel æqua

12 lem † appellaretur, secundum Marant. in pract. ver. appellati n. 117. pag. 574. & gl. in l. 1. titul. 23. part. 3. & melius & latius idem Maranta, vbi supra num. 357. cum pluribus sequent. pag. 636. & Rebuf. in 3. tomo, consti. Franc. titu. de appella. in præfatione, num. 3. cum seq. & Præposi. in rubric. num. 29. de appellatio. vbi hoc intelligit esse verum, nisi tale statutum, siue consuetudo adderet quod hoc casu haberetur ille pro maiori, nam tūc tale statutum vel cōsuetudo valeret, prout & tenet Rebuf. vbi supra num. 6. & probari hoc videtur ex tex. in l. 14. infra isto titul. & lib. vbi iubetur seruādas consuetudines appellādi ad loca vel tribunalia, & ciuitates, quæ quidem alias de iure nō habebant iurisdictionem cognoscendi super litibus illis, ergo ibidem probatur tales consuetudines valere, quia & ipsa consuetudo censetur iudices talis constituere quoad hoc maiores iudice à quo: ex quibus infertur nō be

13 ne dixisse † glos. parem, & verbo minorē in l. 1. §. si quis. ff. de appellatio. asserentem quod licet appellari non debet ad minorē, vel æqualem iudicem, tamen si appelletur valebit appellatio, nam sublata dicta cōsuetudine, glos. illa malè loquutur, & procedere non potest, ex dictis per DD. supra relatos nisi glossam illam intelligas, vel stante dicta cōsuetudine, vel melius vt loquatur & procedat, quod valeat talis appellatio ad æqualē iudicē tantū nō ad effectū vt ipse iudex æqualis ad quem appellatur, possit de appellatione cognoscere, sed vt teneatur appellationem illam ad iudicem maiorem, ad quem appellandum erat, remittere, prout probatur expresse ex l. 18. titul. 23. part. 3. & tunc optimè valebit appellatio illa prout notat glo. ygual, in eadem l. 18. & Villalobos, in sua antinomia iuris litera A num. 63. & ita dicit fuisse pronuntiatum, Gomecius Leon, in sua cēturia informationum iuris loco. 75. & Olanus, in concordia antinomiarum litera A num. 129. sed si ad minorem appellaretur secūdum text. illum in dict. l. 18. & ibi glos. nullo modo valeret appellatio & sic declarat glos. illa, ygual, glossas illas dict. §. si quis, in verbo minorem, & in verbo consules, licet per DD. communiter reprobarentur. quam declarationem subintellige & declara vt procedat, dum modo iudex ille æqualis iudici à quo, ad quem appellatio interponitur, sit eiusdem regni & dominij non vero si alterius, quia tunc neq; remit-

14 tere posset, † sed talis appellatio remaneret deserta, prout ex fine dictæ l. 18. probari videtur: ex quibus inferri potest quod cū iudices, de regimiēto, in causis decē mille morapetinorum, ex l. 7. infra eo. titul. sint æquales iudici ordinario loci, si appareat post causam ad eos deuolutam in appellationis gradu esse maioris valoris decem mille morapetinorum, tenentur causam il

15 lam superiori † remittere, ad quē erat appellandum, neque possunt appellationem desertam pronuntiare, & sic semel causam hac de causa remissam per ipsos rectores superioribus iudicibus, ipsi met superiores eam admiserunt, & pronuntiauerunt super iustitia causæ, & ita tenet Angel. in cōsil. 336. seius sententiam condemnatoriā num. 3. cum seq. teneo tamen pro vero scilicet quod quantumuis esset appellatum ad minorem iudicem debeat talis remissio fieri ad superiorem, si insimul cum appellatione

tione ad minorem facta, ad iungatur clausula illa ordinaria, & apello vbi & adquem de iure melius possum & debeo, tūc enim quantumuis ad minorē appellationis pręsentatio fiat, tenetur remittere † superiori ad quem visus est appellasse partem ex vi illius clausulæ, & adquē de iure melius possum & debeo, & sic declaro dictam l. 18. est mea & noua declaratio & vera meo iudicio, admoneo † tamen appellātes quatenus si dubij fuerint an appellatio sit bene interposita ad inferiores, se etiam præsentent apud superiores intra terminum legis sequentis, vt si forte fortuna iudex ad quem appellationem superioribus remiserit, intermino recipiatur pręsentatio facta, vt non declaretur appellatio deserta. vlterius, quod cum de substantia & natura appellationis sit appellare ad maiorem iudicem, non est necesse in appellationis libello nominare † iudicem ad quem appellatur, neque dicere quod appellatur ad maiorem, sed sufficit dicere appello, vt intelligatur ad maiorem, & illum, qui cognoscere habet, appellasse, secundum Marant. in dict. titul. de appellatio. nu. 120. pagi. 574. in paruis, hanc communem asserēdo opinionem, quæ quidem approbatur per tex. in dict. l. 22. titul. 23. part. 3. non tamē sufficeret appellare alternatiuè † vt appello ad talem, vel ad talem, secundum Præposi. & eius addition. in rub. num. 31. extra de appellatio. nisi secundum eum, declaretur intra terminum ad appellandum constitutum, ad quem velit pars appellare, de quo vide hanc & alias limitationes per Socin. regula 15. & ibi eius additio. allegat Alex. idem tenentem, & Feli. in cap. inter cætera, de appell col. 2. versic. insuper, & melius omnium per Ang. in dict. consi. 336. vbi per combinationes declarat an valeat appellatio alternatiua: itidem notandum est quod de iure ciuili non licet appellare omisso medio † etiam ad imperatorē, ex l. 1. § si quis in appellatione & l. imperatores. ff. de appellat. de iure vero regio appellari † potest omisso medio, ad regem, qui est ordinarius in toto regno, secundum text. in dict. l. 18. titul. 23. part. 3. & tradit Couar. in practicis cap. 4. num. 9. & probatur etiam clarissimè ex text. in l. 1. titul. 1. supra isto lib. dum generaliter loquitur, &

16 (margin: tenetur remittere)
17 (margin: admoneo)
18 (margin: nominare)
19 (margin: ficeret appellare alternatiuè)
20 (margin: omisso medio)
21 (margin: lari)

idem est de iure canonico dispositum, vt in ca. ad Romanam. 2. q. 6. & c. si duobus, de appellatio. quod regulariter procedit, fallit tamen in sententia comitis à qua ad Almirandum † appellatur, secundum tex. in l. 4. titul. 24. part. 2. ad hoc allegatum per glos. magnam, in dict. l. 18. & per Villalobos, in dict. antinomia iur. ciuil. & regij litera A num. 62. & alias fallētias vide per Abb. & relatos per Ioan. Garciam, in regulis suis, regul. 32. & de hac cōclusione tractatur & per Rebuf. in cōcord. regni Frā. titul. de appella. Friuol. glos. 1. versi. secunda regula pagin. 222. in mediocri impressione, & late Maranta, in pract. titul. de appellatione. num. 358. pag. 637. Socin. regula. 23. & Hieronymus Paulus, in pract. cau. apostolicæ titu. ad quem appelletur omisso medio, & glos. magna, in dict. l. 18. qui latè de ijs tractant vltra DD. in locis ordinarijs: quis tamen dicetur superior & maior iudex † in materia hac appellationis declarat Præpositus vbi supra nu. 32. cumpluribus seq. sed quid si duo iudices de causa cognoscentes sint diuersi † fori putà si per partes in clericum, & laicum cōpromissum est super lite, ad quem ab eorum sententia appellabitur, & Præpositus vbi supra inquit quod ad superiorē clerici & hoc quoties vt in arbitros compromissum est, secus si vt in arbitratores, nā tunc fiet secundum quod in sequente quęstione, ponamus enim quod in clericum tantum per laicos compromissum est vt super quibusdam capitulis procedat secundum ius & iustitiam, super alijs vero capitulis tanquam arbitrator procedat, ad quē tunc appellabitur, & dicendum est quod à capitulis in quibus tanquam arbiter processit & secundum ius appellādum est ad superiorem arbitri iudicantis, secundum Bar. in l. 2. cap. vbi & apud quem, quem sequitur Abb. in cap. cum dilectus num. fi. extra de Arbit. & in cap. quintauallis, nu. 29. de iureiur. & Bal. in dict. l. 2. & Lanfrācum, in tract. de arbitris, quæst. 19. cōmunis secundum Couar. lib. 2. vari. cap. 12. col. 4. in princip. quo ad ea verò capitula inquibus tāquam arbitrator processit, vbi reductio ad arbitrium boni viri petenda est, debet peti corā iudice ordinario illius contra quē petitur, quia iam reus est, quātus

uis actor anteà esset, secundum Coua. vbi supra col. 1. vel coram illo iudice, qui alias habebat cognoscere de causa illa, si nō cō promitteretur, secundum eund. Couar. lib. 1. variarum cap. 18. num. 5. neque tunc petenda est reductio hæc coram iudice ipsius arbitratoris, secundum communem assertam, per ipsum D. Couar. in dict. cap. 12. col. 1. in medio, quicquid contrarium gloss. de aquel lugar, in l. 23. titul. 4. part. 3. velit, inquit tamen ipse Couar. in eod. cap. 12. col. 4. in prin. quod si talis arbitrator esset iudex ordinarius loci ipsorum compromittentium, debet peti reductio ad superiorem ipsius arbitratoris, & bene, & in hoc tenere vult ipse Couar. ꝙ in ordinarium compromitti potest tanquam in arbitratorem, licet non tāquam in arbitrū vt tenui in l. 9. titul. 6. lib. 3. supra in gloss. compromissos, num. 3. & 4. & sic potest intelligi gl. illa. d. l. 23. verbo de aquel lugar, vt non sit contraria dictæ communi opinioni, vel dici potest hodie ex dict. l. 4. titul. 21. infra isto lib. reductionem esse pe-
25 tendam † coram iudice loci vbi arbitramentum latum est, prout tenet glos. de aquel, in dict. l. 23. & Auenda. cap. 1. prętorum num. 27. lib. 1. dicens cessare iam dicta per Bart. Abb. & Couar. vbi supra & hoc esse seruandum, & tunc si compromittētes sunt laici, quamuis arbitrator sit clericus, ad iudicem secularem illius loci debet pro reductione recurri, & nō ad ecclesiasticum, & sic non est necessarium illud, quod Couar. dicebat notandum, scilicet quod si superior huius arbitri, vel arbitratoris, ad quem recurrendum erat, est iudex ecclesiasticus, nè vel reductionis vel appellationis occasione compromittentes ipsi, si laici sunt, trahantur coram ecclesiastico illo, permittendum non est, præsertim à supremis regiorum tribunalium iudicibus, vt ad ecclesiasticum illum causa illa deuoluatur, & inquit ideò ipse Couarru. dict. cap. 12. colum. 4. quod tutius est iure appellationis à sententia arbitri propositæ, causam deferri ad iudicem illius aduersus quem retractatio postulatur, sicut in reductione arbitratoris deferendam esse diximus reductionis causam & an à sententia iudicis recursi liceat ap-
26 pellare, † dicemus in l. 4. titul. 21. infra eo. lib. & tradit Boeri. decisi. 184. num. 16.
27 & 17. sed an à delegato appellabitur ad † delegantē, tradit Maran. in. d. tit. de appel. n. 359. & Ferrara, in pract. in forma libelli app. senten. diffini. glos. 1. col. penul. & ibi tractat an appellatio extinguat pronunciatum, & Marant. vbi supra & optimè Ripa, in l. 1. col. 2. & 3. ff. de re iudi. & Dueñas regul. 42. & Padilla, in l. si causa num. 1. C. de transactio. & quid debet contine-
28 re appellatio, † vltra Maran. vbi supra nu. 117. cum. 2. seq. pagi. 574. vide per Rebuf. in 3. tomo constit. Franc. tit. de appellatio. in prefatione num. 29. & 30. & ad quem
29 appellabitur † ab executore, vide Bar. in l. à diuo Pio §. 1. in fine, & ibi DD. ff. de re iudic. & Abb. & DD. in cap. quo ad consultationem de re iudic. & Rebuf. in. 1. tomo constit Fran. titul. de sent. executori. art. 7. glos. 13.

Ibi, [hasta], verbum istud, latinè vsque,
30 in præsenti † inclusiuè ponitur, vt patet ex fine nostræ legis, dum diem sententiæ numerandū inquit in ijs quinq; diebus ad appellandum assignatis per legem nostrā, & dies postremus horum quinque quidem numeratur & includitur in eis, de qua quidem dictione diximus in l. 2. verbo hasta, titul. de las contestationes supra eo. lib. lapsis vero ijs quinque diebus non audiretur grauatus appellando, sed firma remanebit sententia, secundum text. in. l. ab eo, capi. quom. & quando iud. l. eos. §. 1. l. 1. §. biduum. ff. quando appel. sit. in auth. hodie C. de appellat. l. 19. col. 2. in fine titul. 22. part. 3. & l. 2. in fine titul 23. ea part. 3. sed an si minor vel curator eius non appellauerint intra hos quinque dies, restituetur mi-
31 nor hic & curator pro eo † ad appellandum, & videtur quod non, si curator eius liti adsistens soluendo sit, nam cum remedium habeat petendi contra curatorem existēte remedio ordinario cessat extraordinarium restitutionis, per iura vulgaria, & sic restitui non potest aduersus omissam appellationem: item & pro hac parte videtur text. in. l. 1. §. fina. ff. quando appella. sit, per quem hanc opinionem tenere videtur Hosti. in summa titul. de restitutio. in integrum. §. in quibus, in medio, & glossa audiri in. l. cum mandatum. ff. de minoribus, & Euerardus, in centuria locorum

corum

corum loco. 31. & gloss. de su guardador, in l. 2. titu. 19. part. 6. quasi curator hic ad litem datus voluntarius non vero necessarius administrator videatur, ideo contra eum prius agendum, quasi secus sit in administratore necessario, vt in tutore, tunc enim tutore non appellante à sententia lata contra minorem suum potest minor restitui aduersus omissam appellationẽ etiã si tutor soluendo sit, secundũ supradictos DD. & Abb. in cap. 2. num. 19. extra de in int. restit. & Alex. relatum per Bertachin. in repertorio suo, verbo restitutio quibus detur, versic. 103. & Præpol. in cap. ex ratione, num. 19. de appellatio. & sic veniebant declarandæ leges regiæ, minoribus. 25. annorum restitutionem concedentes aduersus omissam appellationem, scilicet quotiescunque ex negligentia curatoris voluntarij non existentis soluendo nõ est appellatum, aliter enim si soluendo esset, prius cõtra eum esset agendum, prout volebat Casiiadorus decil. 5. de appellation. Nihilominus tamen semper tenui contrarium, saltim iure nostro regio attento, & sic quod indistinctè minor. 25. annorum aduersus omissam appellationem restituatur siue curator suus sit necessarius, siue voluntarius soluendo vel nõ, eo quod habemus leges expressas hanc concedentes restitutionem, scilicet. l. 1. titu. 25. part. 3. & l. 6. colum. fin. ad finem, iuncta glossa, appellasse, titu. 19. par. 6. & quoniam alias daretur inconueniens, scilicet quod causa pro sententia sit præsumendum, procuratorque appellare non teneatur, nisi cõstet
32 de iniustitia † causæ & sententiæ, secundum glo. magnam in medio, in l. 2. tit. 23. part. 3. sicut & in hærede defuncti morte eius vindicante dicitur, quod si hæres ipse condemnetur, non tenetur appellare, secundum tex. in l. propter veneni quæstionem. §. fi. ff. ad senatus Con. Syllani. adhoc allegatum per Anto. Gom. tom. 3. variar. cap. 3. num. 53. in fin. idemque in emptore
33 victo, † qui appellare non tenetur nisi cõstet de iniustitia sententiæ, secundum eundem Anto. Gom. tom. 2. cap. 2. num. 39. ad finem, fol. 20. ergo cum appellare curator vel procurator non teneatur in dicto casu, minor contra eum agere non potest quamuis soluẽdo sit, neque itidem posset appellare, quia soluendo erat curator, & per consequens in damno minor remaneret, quod permittendum nõ est, eo quod cessante remedio, ordinario non cessat extraordinarium, igitur asserendum est minorem indistinctè appellare posse, vt cesset hoc inconueniens: item & quia quoties remedium extraordinarium est pin-
34 guius & plenius remedio ordinario †, nõ censetur cessare extraordinarium, per ordinarium, secundum Bart. in l. AEmilius, num. 3. ff. de minori. sed quis dubitat nisi quod plenius consulitur minori huic per restitutionem ad appellãdum, euitat enim executionem sententiæ, euitatq; nouam litis inchoationem contra curatorem, igitur appellare poterit: itẽ & aduersus omissam probationem restituitur minor indistinctè, ex text. in l. 2. titu. 7. supra isto lib.
35 & quantumuis minor desinat † comparere in iudicio subuenitur ei beneficio restitutionis ad appellandum, secundum Ang. & Paul. in l. vbi exigitur. ff. de edendo, cõmunis secundum Minchacam, controuersiarum vsufrequenti. cap. 31. nu. 7. igitur & in nostro casu indistinctè restituetur, quod in practica sic indistinctè receptum video, in tantum quod eo ipso quod curator non appellauit, & lapsum est tempus concessum ad appellandum, minor læsus censetur, & restitui potest, nulla
36 alia † probatione de læsione facta, secundum textum in l. 1. C. si sæpius in int. res. post quem adhoc allegat Anton. Gomez, tomo. 2. capit. 14. numero. 5. versic. vndecimo infertur, ita communiter DD. tenere asserens, quam & tenuit Bartol. in l. fin. C. in quibus causis in int. res. non est neces. quicquid idem Bartol. in l. ait prætor. §. si minor. ff. de iureiurand. contrarium voluerit, imo quod probari debeat tunc læsio, & cum Bartol. ita Doctores tenere inquit Ias. in eo. §. si minor. numero. 17. & Additionator Bart. ibidem, numero. 6. litera. A. & veriorem & receptiorem testatur Octauianus in decisione pedamonta. 158. quia vt restitutio concedatur, debet probari læsio. l. vtrum. §. sciendum. ff. de minori. l. secunda, titulo decimo nono, partita sexta, & in. l. fin. titulo. 25. partita tertia. Alexander tamen relatus & secutus per gloss. in. l. 1. verbo,

Alçada, titul. 25. part. 3. assignat vnam cõcordiam inter has opiniones, scilicet quod prima opinio procedat, quoties reus minor condemnatur, tunc enim cum ex sententia lædatur, quia condemnatio pro læsione reputatur non est necesse aliam læsionem probare, si vero minor dum actor esset, condemnetur, reo contra quem agebat, per sententiam absoluto, tunc vt huic actori minori contra sententiam restitutio cõcedatur ad appellandum debet probari læsio, & hanc æquam concordiam testatur glo. illa dict. l. 1. Ego tamen non video congruam rationem differentiæ, quoniam ita læditur minor actor ex sententia rei absolutoria, sicut & minor reus ex condemnatoria, & ita ex absolutoria condemnatur minor actor, sicut minor reus ex cõdemnatoria, & sic verbalem hanc reputo concordiam, & per consequens tam in minore actore, quam in minore reo primam teneo opinionem, quam vbique in practica admissam credo, regulare enim est, vt inquit Rebuff. in. 2. tomo, constit. Franc. titul. de restitutio. art. 1. gloss. 3. num. 16. quod minor dicens se læsum propter temporis lapsum sufficit probare de lapsu tem
37 poris † & de minori ætate, & sic primam opinionem videtur tenere ipse Rebuf. ibidem in dict. artic. 1. glo. 2. num. 22. 23. & 24. & Raphael. in. l. si minori in fin. C. si aduersus rem iud. sic etiam & restituitur minor, si in termino ad se præsentandum in
38 gradu appellationis constituto, † non se præsentauit, secundum Afflict. decis. 175. & Maranta, in pract. titul. de appella. num. 402. pag. 645. & Boer. decis. 63. num. 4. & Dec. 247. num. 16. ex text. in Clemen. 1. de resti. in integ. & coram quo iudice peta
39 tur tunc in integrum † restitutio ad appellandum, declarat Rebuff. vbi supra, in præfatione illius titu. de restitutio. nu. 17. Est tamen in propositum optimum dubium, num scilicet tunc ad petendam hãc restitutionem cõcedetur quadriennium,
40 vel alij tantum quinque dies lapsi intra † quos appellandum erat, & videtur, quod non detur quadriennium, quia quotiescũque tempus læsionis est minus quadriennio, non concedetur quadriennium, sed tot tempus quot erat tempus læsionis, secundum gloss. in. l. fin. C. de temp. in int. res. pet. & glo. vnius. l. sed & si per prætorem. §. quoties. ff. ex quibus causis maio. & glo. in. l. interdum. ff. de minori. Bart. in dicta. l. fin. & iterum in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter, colum. 3. versi. venio ad tertiũ. ff. ex quibus causis maior. tradit Sal. in dicta. l. fin. num. 6. & Ias. in. §. rursus, numero. 67. in fine, cum sequen. inst. de acti. fundaturq; per text. in. l. ait prætor. §. si cõditionalis. ff. quæ in fraud. cred. contrariã tamen sententiam, imo quod etiam in ijs casibus & læsionibus minoris temporis
41 quam quadriennij, detur totum † quadriennium tenendum iudico, cum glo. si minus in Clemẽ. 1. de in integ. rest. quam vltra Cardin. num. 9. & Imol. 12. ibidem notanter declarantes, communem testatur Albericus, in dicta. l. fin. nume. 6. C. de temp. in int. res. pet. & pro ea est text. in ea Clem. 1. & text. in sua generalitate, in. l. 8. titu. 19. part. 6. & hanc etiam dicit communem Afflict. decis. 175. nu. 5. & 6. vbi inquit ita per omnes de consilio decisum fuisse & legi, ait prætor. §. si conditionalis, pro prima opinione adductæ respondet Alberi. in dict. num. 6. & vide Ias. in dict. §. rursus, num. 67. cum seq. aliquibus optimè loquentem. Estque adeò vera hæc secunda communis opinio quod neque iudex posset prorogando vel minuendo im
42 mutare † quadriennium istud, quandoquidem per legem absque ministerio iudicis conceditur, secundum glo. rescisitus in cap. cum sit Romana, de appellatio. & gl. in cap. indultum, de reg. iur. in. 6. & glo. viginti, in auth. offeratur. C. de lit. cõt. Cardin. in dict. Clem. 1. num. 27. quęst. 22. cõmunis secundum Cuman. in. l. 2. ff. de re iudi. & ibi Ias. nu. 22. & Ripa. 14. & Imol. in dict. cap. cum sit Romana, col. 2. & Præposit. num. 16. & Franc. decimo, de appe. extra. dilatio enim à lege concessa neque
43 coarctari neque prorogari † potest, secundum gloss. octo, in cap. pia, de exceptio. in 6. communiorem & veriorẽ testatur Didacus Perez in. l. 1. titu. 3. lib. 3. ordin. col. 869. & iterum col. 962. & an cum causa abbreuiari vel prorogari possit terminus ex dictis DD. colliges, præsertim ex Alex. d. l. 2. ff. de re iud. nume. 5. cum seq. aliquibus, & competet quadriennium hoc lapso
44 † vigesimo quinto anno vsq; ad 29. licet in

in Francia vsque ad. 35. duret annum, secundum Rebuf. in præfatione ad dictum tit. de restitutio. num. 25. & 26. vbi in art. 2. glo. 1. num. 2. cum seq. declarat, an quadriennium hoc erit vtile, vel continuum. Sed an idem erit in quocunq; maiore. 25.
45 annorum † vt admittatur ad appellandũ lapsis ijs quinq; diebus nostræ legis, eo q̃ intra eos procurator suus non appellauit, & ab eo non potest consequi interesse, quoniã non est soluendo, & videtur quod sic, ex glo. fin. in. l. 1. ff. quando appel. sit, & ex. l. 2. in fine, titu. 23. part. 3. & ibi glo. & Cœpola, cautela. 57. num. 5. & Didac. Perez in. l. 1. titul. 4. lib. 3. ord. col. 894. in princip. & Præpo. in cap. ex ratione, num. 18. de appel. neque per legem sequentem id correctũ videtur, quoniam lex sequens non loquitur in hoc casu, sed tantũ in prosequutione appellationis interpositæ, & de diuersis non fit illatio, præsertim ad inducendam correctionem iurium, de quo & diximus in. l. 2. verbo, procurador, tit. 7. supra isto lib. vbi & declarauimus quando tunc dominus teneatur appellare: imo & quamuis procurator esset soluendo, si tamen dominus non habet recursum cõtra eum, quia non constabat de iniustitia sententiæ, & erat impeditus procurator, adhuc tunc dominus appellare poterit intra quinq; dies à die notitiæ numerandos, eo quod tunc est eadem ratio sicut quando procurator non est soluendo, secundũ glo. magnam, in. d. l. 3. tit. 23. part. 3. sed si procurator non esset impeditus hac tamẽ de causa non appellauit, quia credidit sententiam iustam esse, neq; notoriè aliud apparebat, tũc neque dominus appellare poterit, neque contra procuratorem agere, quamuis soluendo sit, secundum glo. illã & Rebuf. in. 3. tom. constit. Fran. titul. de appellat. art. 1. glo. 2. num. 4. & num. 10. 11. 12. & 13. & num. 14. declarat quomo
46 do † probabitur dolus vel fraus procuratoris non appellantis, quæ quidem vt singularia sunt, ita difficilia in practica, vt seruari ea facias per iudices.

Ibi, [Cinco dias,] quæ tempora de iure ciuili fori, partitarum, & de iure canonico
47 ad appellandum † dabantur, vide per Didac. Perez, in præsenti sub his verbis, col. 1280. in fine, cum sequen. & Rebuf. dict. 3. tomo, titul. de appel art. 1. & Villalob. in sua antinomia iuris ciuilis & regij litera A. numero. 58 & habes text. in Clem. appellationem, de appellati ius vero canonicum decem dies constituens ad appellandum in tribunalibus ecclesiasticis seruatur & hodie, in foro tamen Cęsaris nostra lex seruatur, præterquam in casibus vbi aliud de iure nostro regio constitutum videmus, vt in. l. 1. tit. 19. infra hoc lib. & in l. 9. titu. 13. lib. 8. infra, tempusque hoc appellationi constitutum licet à principio sit vtile, postquam tamen incipit currere, cõ
48 tinuum † efficitur, secundum glo. sciuerit, in cap. concertationi. de appel. in. 6. quẽ & alios allegat adhoc Didacus Perez, hic colum. 1281. ad finem, & Maranta in practica, titu. de appellat. num. 204. cum sequenti. pag. 597. Ex quo asserendum est tempus hoc appellandi currere de momẽ
49 to ad † momentum, cum glo. in. l. 22. titulo. 23. partita. 3. & Præposito, in cap. ex ratione, num. 1. de appellat. quamobrem, inquit ipse ibidem, diem termini in hoc casu in termino computari, prout ex fine nostri text. colligitur, & ideo secundum eundem Præposit. ibidem, & iterum in. c. personas, num. 2. isto titu. appellans, si vltimo die appellet, debet in appellatione inserere horam in qua appellat, & itidem pro
50 curare † vt hora notificationis sententiæ inscribatur, vt sciatur an in tempore appellatio interposita sit, nam etiam de consen
51 su partium † post vltimum diem appellatio interposita nihil valet, secundum glos. in Clem. si appellationem, de appellation. quam & alia allegat Præposit. nu. 1. in fin. & glo. d. l. 22. etiam si partium consensus iuramento valletur, secundum Minch. de succes. crea. tom. 1. §. 7. n. 40. versic. vnde
52 in terminis, suspẽdi tamẽ cursus † eius ex partium consensu bene posset, secundum Did. Per. lib. 3. ord. col. 1290. in fin. & conciuem nostrum Gutierrez, de iuram. cõfir. 3. part. cap. 5. num. 15. & an prosecutio appellationis prorogari vel suspendi posit in. l. sequente dicemus, in verbo, finque firme, & an per statutum posit terminus appellationis prorogari, vide Didac. Perez, vbi supra, col. 1282. in fine, & sic lex nostra dum inquit in quinque ijs diebus numerari diem sententiæ, debet intelligi,

vt ab illa hora in qua notificatio sententiæ fit, currere incipiant ij quinque dies, non vero quod totus integer dies non numeretur, si notificatio sententiæ in principio diei facta non sit, quia vt supra est dictum, & communem testatur Corneus relatus per Villalobos, in ærario mille commun. opinio. litera. T. num. 19. de momento ad momentum currit tempus hoc, quoties aliud expressum non est, prout hic nō exprimitur, & si aliter fiat numeratio integri quinque dies non essent, si notificatio sententiæ fieret sero, & totus integer dies notificationis esset numerandus, & dies in-
53 telligitur integer viginti † quatuor horarum, prout in terminis tenet Montaluus, in. l. 1. verbo, contado, titul. 15. lib. 2. fori, sic & videmus, quod quamuis in termino à lege concesso apponatur præpositio, ex die, vel intra diem, currit tunc tempus naturaliter, adhuc tamen tunc de momento
54 † ad momentum numeratur, secundum Anton. Gom. l. 70. tauri, numer. 25. & ita teneo in nostri text. propositum, quamuis quia tabelliones horam notificationis nō apponunt, de ijs non curatur, posset tamē esse maximi momēti, ideo notandum. Infero etiam quod cum terminus hic quinque dierum prorogari non possit, vt diximus, etiam ex partium consensu iurato, quod si post hos dies quinque appelletur, & feratur sententia, nulla erit etiam si pars
55 de hoc nō opposuerit, † quia prima remāsit translata in rem iudicatam, secundum glo. vbi vide DD. in dict. Clemen. si appellationem, & gloss. dict. l. 22. tit. 23. part. 3. vbi tractat si condemnatus decedat, quot tempus dabitur hæredibus eius, & si grauamen est succesiuū, putà quia iniustè quis detinetur in carceribus, an lapsis ijs quin-
56 que diebus † liceat appellare, de quo vltra allegatos per glo. illam, traditur per Marātam, in dict. titul. de appellatio. num. 205. pag. 598. in paruis, vbi hoc limitat, & nume. 206. tractat an in die feriato in hono-
57 rem † Dei appellari posit, & tradit de ijs etiam Ferrara, in pract. in forma appel. sen. diffin. glo. 1. in princip. per. l. 1. & ibi not. C. de ferijs. Vlterius notandum quod in tātum intra hos quinque dies appellandum est, quod si appellatio nomine alieno, absque mandato tamen interponatur, debet
58 illa appellatio ratificari † intra hos quinq; dies, aliter enim remanet sententia firma, ex text. optimo, & singulari, in. l. pen. ff. rē rat. hab. ex quo notatur quod quando cōsensus alicuius requiritur certus intra certum tempus, tunc ratihabitio sequens sufficit, dum tamen intra illud tempus adue-
59 niat, † quem text. adhoc allegat Barto. in l. fin. in princip. C. ad Macedonia. & Ant. Gomez, tomo. 1. cap. 1. numero. 3. & tomo. 2. cap. 11. num. 30. ad finem, versi. ex quibus, vbi plura infert, & Guido Papæ, decis. 13. & Marant. vbi supra, num. 207. pag. 598. & Bartol. Socin. consil. 45. num. 10. vol. 1. Est tamen aduertendum quod text. noster non procedet, quoties sumus in aliquo ex casibus in quibus sententia nō transit in rem iudicatam, quos casus annu
60 merat † Ias. in repet. l. admonendi, nume. 45. cum. 4. sequent. ff. de iureiuran. vbi numero. 48. ponit regulam generalem, quādo in rem iudicatam non transit sententia & num. 43. & 44. eam limitat, in ijs enim casibus quamuis ij quinq; dies transeant, appellari potest à tali sententia, quæ in rē iudicatam non transit, secundum Ias. vbi supra, num. 9. & 45. aliam limitationem ad regulam nostri text. asignare poteris, ex dictis per Cœpolam, cautela. 117. si pater instituit, num. 4. pagin. 829. in paruis. Et si opponatur quod in termino nō est appellatum, quis debet probare, an negans, vel
61 asserens contrarium † tradit glo. in dict. l. 22. tit. 23. part. 3. Adhęrensque appellatio
62 ni aduersarij debet † intra hos quinque dies adhærere, secundum Socinum Seniorem, consi. 45. nu. 10. volum. 1. & Rebuf. in. 3. tom. titul. de appel. art. 1. glo. 1. num. fin.

Ibi, [Y viniere a su notitia,] antea enim
63 non currit † tempus appellandi, prout diximus in. l. 2. glo. dada la sentencia, supra titulo proximo, & sic non sufficit fuisse prolatam sententiam nisi ad notitiam condēnati perueniat, ex text. in. l. 1. §. fin. ff. quando appel. sit. notat Marant. in pract. titulo de appellatione, numer. 204. pag. 597. in paruis, de qua regula videndus est Socin. regula. 397. hocque regulare est, nam dilatio absenti concessa non currit nisi ei no-
64 tificata sit, † prout ex Bartoli doctrina in. l. ab eo, per text. ibi. ff. de iure codici.

codicil. quem & alios referendo nouissi-
mè sequitur conciuis meus doctor Guter
rius, in allegatione. 31. nu. 9. sic & termi-
nus ad inuentarium conficiendum à iure
65 datus non ignoranti, sed scienti † currit,
secundum Bar. l. scimus. §. 1. C. de iure de
lib. de quo per Guidon. Papæ, decis. 571.
& vide l. 5. & ibi glo. tit. 6. p. 6. itidemq; &
66 tempus petendi apostolos nõ currit † ig-
noranti, secundum Marant. vbi supra, nu.
209. pag. 599. tempusq; statutum ad ali-
67 quid faciendum regulariter ignoranti †
non currit, prout communem testatur
Curtius Senior, consil. 8. num. 2. relatus
per Vallos. duobus modis limitantem, in
ærario com. op. verbo tempus, nu. 8. 9. &
10. certioratus qui ad factum tenetur cer-
tiorandus est, secundum glo. & DD. in c.
cum quid deceg. iur. in 6. plures alios casus
68 vbi ignoranti † vel impedito non currit
tempus, vide per Barbaciam consil. 8. col. 3. vol.
1. & an scientia præsumatur, & quæ scien-
tia debeat esse hæc, diximus in l. 2. verb. su
procurador, in fin. tit. 7. supra eo. lib. in Frã
cia tamen, secundum Rebuf. in d. 3. tom.
tit. de appellat. artic. 1. gloss. 1. num. 4. &
69 5. statim prolata sentẽtia † antequã iudex
discedat appellãdum est, alias censetur cõ
sensisse.

Ibi, [Quede firme,] nam ex quo appel-
latum non fuit inducta est exceptio litis fi
nitæ. c. 1. de lit. cont. in 6. & amplius audiẽ
dus non est. l. fin. C. sent. res. nõ pos. & alia
plura allegata per Mexia, in l. de Toledo,
in 2. fund. part. 1. n. 1. cũ seq. & itidem in
6. fund. eiusdem partis. 1. nu. 1. & seq. vbi,
nu. 3. & seq. declarat an per petitionem ad
70 soluendum factam censeatur quis † appel
lationi etiam interponendæ renũtiare, lap
suq; temporis appellationi præfixi cense-
tur condemnatum sententiæ condemna-
toriæ consensisse, si intra terminum nõ ap
pellauit, ex text. in l. ad solutionem, cũ ibi
notatis. C. de iudi. Bart. & DD. in l. si quis
separatim, in fin. ff. de appellatio. & proba-
tur etiam ex tex. in c. quoad consultatio-
nem, de re iud. & l. ab eo. C. quom. & quã
do iud. quæ iura adhoc allegat, Gramma.
decis. 24. num. 10. & iste est vnus modus
confirmandi sententiam, quem & alios re
fert Ferrara, in pract. in forma appel. sent.
diffin. glo. 1. in prin. & Rebuf. in d. 3. tom.
tit. de appel. art. 15. per totũ, sic & per lap-
sum decem dierum sententia arbitri vel ar
bitratoris remanet emologata & approba
ta, secundum text. in l. 35. tit. 4. part. 3. &
an si procurator non appellet domino præ
iudicabit, in hac lege & sequente reperies,
& alibi latius in hoc libro, & vide Beroiũ,
quæst. 39. per totum, per dictam tamen ta
citurnitatem non censetur quis renuntias
se sibi remedio, quam appellationis, secun-
dum Mexiã, vbi supra, in respon. ad 7. fun
dam. 1. part. num. 8. & 9.

Ibi, [En todas y qualesquier causas,] hic
habes regulam generalem, scilicet, quod
71 in omnibus causis † licita est appellatio,
de ciuilibus est text. in l. 1. & in l. maiori-
bus, quasi per totum. C. de appellation.
& in ff. & in decretalibus, & l. 13. tit. 23.
part. 3. fallit tamen hæc regula, in casibus
positis per text. in l. 6. infra, eod. & per Fer
raram, dict. glo. 1. versic. quæritur vltra, &
Marant. in dict. tit. de appellat. nu. 267. cũ
seq. pluribus, & Auend. c. 6. præt. n. 4. libr.
1. & in criminalibus plures casus referun-
tur per text. in l. 16. tit. 23. p. 3. & Rebuff.
in d. tit. de appel. art. 7. per totũ & per Ioa.
Garciam, in regulis suis, reg. 33. & a mã pro
nuntia de exequendo, vide Ber. Diaz, reg.
43. & Guidon. Papæ decis. 11. & Maranta,
vbi supra, num. 249. & in l. 3. infra eõ itẽ-
rum remissiue repetemus alios allegando

Ibi, [De qualesquier juezes,] con. l. 17.
tit. 23. part. 3. tradit Maran. in d. titu. de ap
pellatio. num. 235. cum seq. pluribus, pag.
610. in paruis, vbi pluries hoc limitat: & an
72 ab executore † appelletur, vide per Di-
dacum Perez, hic columna. 1286. & ad
quem tunc appellabitur, dixi in hac lege
in gloss. pueda, in fine, & an ab arbitro vi-
de l. 4. titu. 21. infra eod. vbi dicemus, &
quid si executor nõ habet iurisdictionem
73 † an liceat appellare ab eo, vide conciuẽ
meum Doctorem Gutierrez, in l. nemo
potest, numero. 446. cum. 2. sequen. dele
gat. 1.

Ibi, [En qualquier costumbre,] & sic
non solum futura, sed & præterita, vt dixi
mus in l. 3. tit. 1. lib. 2. supra.

Ibi, [En el dicho quinto dia,] cir-
ca hæc vide quæ diximus
in glo. cinco dias
huius. l.

LEX. II.

SVMMARIVM LEGIS.

SVM. Qualiter & quomodo appellans teneatur prosequi appellationem & coram superiore se cum processu præsentare, declarat lex nostra.

IBi, [Al plazo que le pusiere el juzgador,] notandum est ex ijs verbis, quod
1 iudex à quo præfigit † terminum appellāti ad se præsentandum coram iudice ad quem, & prosequendum appellationem, similis est text. in. l. 23. titulo. 23. partita tertia, & text. in capit. cordi. de appellation. in sexto, & capit. sæpe, extra de appellat. tradit Glossator Salmantinus, hic sub. l. 2. tit. 16. lib. 3. ord. in gloss. 1. & Maranta, in pract. titu. de appellat. numer. 194. & 401. vbi plura in propositū refert, & declarat nouem modos esse assignandi terminū in hac materia, & per lapsum hu-
2 ius termini per iudicem assignati † ita deseritur appellatio, sicut per lapsum termini iuris, secundum Abb. notab. fin. & Feli. in princip. in cap. personas, de appellati. & de ista nostra lege tractat Auendan. in responso. 2. numer. 5. vbi inquit legem hāc tam in ciuilibus, quam in criminalibus procedere, vt per gloss. 1. in. l. 23. titulo. 23. partita. 3. qui tamen inquiunt, in criminali
3 bus in practica † non curari de desertione causata ex lapsu terminorū nostri text. & in gloss. sequente alia dicemus: & sic habes hic text. probantem, quod terminus prosequendi appellationem prorogari & minui potest, per iudicem à quo, ex dictis iuribus, imò & itidem partium consensu
4 prorogari † poterunt fatalia, prout asserebat Bald. in. l. fin. C. de temp. appel. & Romān. in rubr. num. 65. ff. de arbit. & Feli. in capit. venerabilis, de iudic. Maranta, vbi supra numero. 225. & 229. & Lanfranc. in cap. quoniam contra titul. de inter. & & appellat. numero. 52. de probat. & hanc tenent etiam relati per Didac. Per. in. l. 3. titu. 16. lib. 3. ordin. colum. 1290. in fine, cum seq. & placet DD. legistis, quamuis canonistæ teneant, quod partes ipsæ tantum non possent consensu suo fatalia hęc prorogare, prout cōmunem testatur Præpositus, in capit. ex ratione, numer. 40. & 41. de appellation. sed num vt iudex possit terminum hunc appellanti præfigere,
5 requiritur quod appellationi deferat, † aliter enim non possit, & videtur quod non sit necesse, nam tex. noster hoc non requirit, sed simpliciter & indistinctè loquitur, item dicta. l. 23. nihil etiam requirit, ergo nec nos requirere debemus, nihilominus tamen contrarium est tenendum cum cōmuni, asserta per Dec. in capit. cum sit Romana, numero. 6. de appellation. extra, ex Innocen. in cap. fi. de accusatio. videlicet, quod requiritur quod deferat appellationi, vel saltim non deneget eam expresse, quia pręfigendo terminū censetur appellationi detulisse, ex tex. nostro, & ex dict. l. 23. & tunc etiam ex interuallo postquā delatum est appellationi potest terminus præfigi, & ita tenendum est, quamuis Didacus Perez in præsenti, referendo quandā decisionem Rotę & ponendo concordiam inter has opiniones velit asserere, quod si prius est delatum appellationi non possit postea iudex ex interuallo terminum hunc præfigere, quasi per delationem illam videatur totum negotium iudici ad quem deuolutum, fallitur tamen in hoc, nam siue cum defertur appellationi terminus hic præfigatur, si-
6 uè ex interuallo † optimè fieri poterit, prout communem testatur Decius, in dicto capitulo cum sit Romana, numero sexto, de appellationibus, nam quo ad præfigendum terminum hunc parti ad prosequendam appellationem non
7 censentur ligatæ manus † iudicis à quo etiam pendente appellatione, secundum Marantam, in pract. titulo de appellation. nume-

numero. 194. pigina. 594. in paruis, quod adeo verum est, quod quãuis iudex à quo præfigeret terminum appellanti ad appellationem finiendam, licet præfixio talis fie
8 ri non posit, † quia esset imponere legem superiori, secundum communem assertã per Deci. in cap. personas, num. 11. de appellat. tamen secundum eum ibi, præfixio talis termini ad finiendam appellationem
9 operabitur, quoad prosecutionem, † quia pars tenetur tunc instare vt appellatio terminetur intra illud tempus, quam etiam testatur communem ipsemet Deci. ex Innocen. in cap. ex insinuatione, de appe. sufficiet tamen præfixo termino ad prosequendam appellationem si intra terminũ illum pars appellans offerat libellum, vel se præsentet coram iudice ad quem, secũdum communem assertam per Dec. in dicto cap. personas, num. 8. ex Imol. & Perusi. ibidem, & in dict. cap. ex insinuatione, & si termino præfixo durante succe-
10 dat † impedimentum, tempus datur duplicatum ad instar temporis dati à iudice, secundum Deci. communem hanc etiam asserentem, in dict. cap. ex ratione, nume. 13. extra de appella. sicut & duplicatur ex lapsu anni fatalis, quia datur biennium, vt dicetur in l. 11. infra eo. & quid si quis mittat procuratorem ad prosequẽdam appellationem, qui licet comparuit, non fecit si
11 dem de mandato, an sufficiet, † & glo. in l. 23. titu. 23. part. 3. ex Abb. ibidem relato inquit non sufficere, quod verum crederem si in effectu non erat datum mandatum ad prosequendam appellationem, sed si datum esset, cõcedendus esset ei terminus ad afferendum illud, ne propter negligentiam in non mittendo tunc mandatum, iustitia appellantis pereat, & hoc si tẽpus instantię iudici asignatum interim nõ finiretur, nam si dum mandatum trahitur tempus instantiæ finiretur, non est expectandum quod afferatur, sed debet negotium sententiari, non est enim expectandus euentus, cuius nullus iam sequeretur effectus: & plura tempora concessa in hoc appellationis articulo, enumerat Præposi. in cap. personas, num. 2. de appel. quorum in propositum nostrum quatuor tantum
12 † constitues, primum tempus ad appellãdum asignatum, secundum tempus præsentãdi testimonium appellationis, tertiũ tempus præsentandi trãssumptum processus, coram iudice ad quem, quartum tempus finiendi appellationem intra annum fatalem, qui quidem annus, secũdum. l. 6. infra eo. à die interpositę appellationis currit, & currit diebus feriatis, secundũ text. in. l. 24. tit. 23. part. 3.

Ibi, [Parecer con el processo,] hic colligitur conclusio, scilicet, quod potest iuberi per iudicem à quo vt appellans se cũ processu pręsentet intra certum tempus, imo
13 & iudex ad quem † solet parti appellanti mandare, vt intra certum tempus coram eo trahat processum, & tunc si intra illum terminũ pars illa non reportet processum appellatio remanet deserta, secundũ Auẽ. resp. 2. nu. 4. secundum quem in hoc casu nihil immutatum est iure communi, vel regio, & ipsi etiam parti appellatæ conceditur per superiores, coram quibus appellans se præsentauit cum literis testimonialibus, prouisio ordinaria, quæ vocatur, de diligencias, vt pars appellans intra certum terminum portet processum, aliàs quod eo termino elapso detur parti appellatæ transsumptum quoddã per tabelliõẽ causæ primi libelli & sententiæ, vt super eo feratur sententia, & cum hoc solummodo, si pars appellans non portat processum, pronuntiatur sententia lapsa in rem iudicatam, & iubetur exequi. Notandumque est quod si notarius causæ noluerit processus transsumptum parti appellanti incontinenti tradere, tunc sufficit appellantem,
14 † se cum literis testimonialibus in termino præsentare, secundum eundem Auendañum, vbi supra, conclusione. 6. imo si neque notarius literas testimoniales præbere voluerit, sufficiet tunc requirere eum cum alio notario vt præstet eas, cum protestatione quod si non præstiterit, requisitionem illam portabit pro literis testimonialibus, & pręsentando se cum hac requisitione est idem ac si cum testimonialibus se præsentaret appellans. Præsentatio tamen in gradu appellationis debet
15 esse specialis & expressa † contra singulos contra quos causa tractatur, alioquin generalitas illa, præsento me in omnibus causis, non valebit, ex. l. ita fidei. ff. de iure fisci, notat Rebuffus in tertio tomo,

const. Franc. titul. de dilatio. artic. 1. gloss. vna, numero. 2. & sic secundum eum, pre-
16 sentatio facta contra vnum † nõ prodest quoad alium, licet præsentatio per eum ex consortibus litis facta si insolidum con
17 demnati sint alijs consortibus in lite † illa prodest, quod secus si vnusquisq; pro parte condemnaretur, secundum text. in l. qui separatim. ff. de appellation. notat Rebuff. in dict. 3. tom. titu. de appel. art. 4. gl. 1. num. 23. & 24.

Ibi, [Hasta quarenta dias,] in Francia intra tres menses, secundum Rebuff. in dict. 3. tom. tit. de appel. artic. 4. glos. 1. & 2. & iure partitarum aliud etiam tempus assignabatur, secundum text. l. 23. titu. 23. partita. 3. sed secundum glo. ibi lex nostra seruatur, & sic cõstituitur differentia in hoc inter ius ciuile & regium, prout & de iure constitutionum Siciliæ aderat, vt licet videre ex Maranta, in pract. in tit. de appe. numero. 217. pag. 601 istique. 40. dies vi
18 dentur successisse loco triginta dierum † à iure constitutorum ad petendum apostolos, ex. l. iudicibus. C. de appellatio. & in cap. ab eo. eo. titu. in. 6. vt in simili inquit Maranta, vbi supra, nume. 210. pag. 599. qui quidem apostoli si intra illos triginta dies non petebantur, videbatur appellationi renuntiatum, secundum text. in dicto cap. ab eo, & in Clement. quamuis, de appellatio. tradit Maranta, vbi supra, numer. 208. vbi, numero. 209 disputat à quo tempore currant illi triginta dies, qui quidem ex lege nostra à die interpositæ appellationis currunt, siue concedatur appellatio, siue non, siue neque concedatur, neq; denegetur, nam quamuis text. noster solum prouideat casum, in quo appellatio concedatur per iudicem, idem tamen est si non concedatur, sed denegetur, expressè vel tacitè, vt in gloss. sequente dicemus: Et notandum quod istamet tempora seruantur quoties appellatur ab interlocutoria in casu in quo licet ab ea appellare, prout & de iure anteà statutum erat, vt patet ex dictis per Maranta, vbi supra. numer. 232. pagina. 609. siuè causa sit ciuilis, siue criminalis, nam & in criminalibus propter
19 non factas diligentias in tempore † remanet appellatio deserta, secundum glossam in l. 23. titulo. 23. partita tertia, & Auendaño responso. 2. numero. 5. supremi ta-
20 men iudices non obstante desertione † in causa criminali, cognoscunt de iustitia eius, secundum Auendan. vbi supra, & faciunt dicta per Rebuff. in dict. titul. de appellatio. artic. 1. gloss. 2. numero. 15. quæstione. 16. & sic inquit gloss. in dicta. l. 23. quod in practica nõ datur in criminalibus appellatio pro deserta propter nõ præsentatum in tempore processum, neque causam finitam, sed pronuntiatur super principalis causæ iustitia.

Ibi, [Desde el dia que fue otorgada,] suple vel denegata, nam tex. noster id quod fieri debet respicit, iudex enim quoties expresse per legem non denegatur appellatio, tenetur ei concedere & annuere, & si non faciat, non propterea termini iuris desinunt currere, currunt etenim, & sic idem in vno casu, quod in alio prouisum reperimus per text. in cap. ab eo. in fine, de appellati. in. 6. imo & si iudex taceat, idem est asserendum, nam qui non loquitur &
21 obmutescit iustitiam † denegat, secundũ Baldum per text. ibi in capit. 1. de mil. vas. qui cont. est in vsi. feud. quem adhoc expendunt Ana. & alij relati per Burgos de paz, in procemio legum tauri, num. 289. verbaque hæc nostri text. omnes præcedentes respiciunt orationes & capitula, ita quod siuè dandi sint quadraginta dies, siue quindecim, aut tres, secundum distinctionem nostri text. quilibet horum terminorum currat à die interpositæ appellationis, concessæ, denegatæ, aut tacitæ, prout ex serie nostri textus clarissimè patet vnica oratione omnes hos dies cõprehendentis, & quia si aliud diceremus, esset terminus hic in suspenso donec expressè concederetur appellatio, quod dicendum non est, aliter enim nõ curreret terminus dictus à die interpositæ appellationis, neq; annus fatalis minus, quod est cõtra legem nostram, & l. 6. infr. eo. & ita expresse tenere videntur domini de Rota in decis. antiqua. 80. nota quod triginta dies, de app. quam licet corruptè adhoc allegauit Maranta, in pract. titul. de appellatio. nu. 209. pagin. 599. in paruis, ex quibus iam hodie apud secularia tribunalia necesse non est apostolos petere cum instantijs, sed sufficit tãtũmodo appellare ad superiorẽ, & ad eum

eum ad quem de iure appellãdũ est, prout & tenet Maranta, vbi supra, num. 211. pagi. 600. & alibi diximus quid tamen si intra quinq; dies per legem supra proximã statutos ad appellandum, pars bis & ter in
22 terponat appellationem † à qua illarum appellationũ incipiet currere tempus nostri text. quam quęstionem mouet Maranta, vbi supra, num. 132. pagi. 579. & determinatio eius dependet à quæstione illa scilicet quæ illarum appellationum iuridicè & validè interposita fuerit, ab illa enim, quæ valida erit incipiet currere nostri tex. tempus, & hanc quæstionem prosecutus etiam fuit, Præpositus, in rubric. num. 71. extra de appellatio. & clarius ponendo regulam & fallentias, idem Præpositus, in capit. suam, extra de appellatio. & latè Ias. in l. cum procurator. §. si dominus, num. 9. cum. 4. sequẽt. ff. de noui. op. nunci. ex quibus omnibus vera est hæc & communis conclusio, secundum supra dictos maximè Iaso. num. 10. quod si prima appellatio fuit simpliciter interposita, & valida fuit, ab illa incipiunt dies isti currere, quoniam illa attendenda est, si vero prima appellatio non fuit valida quia non ritè interposita, puta quia prima appellatio fuit in voce ex interuallo & non in scriptis interposita, secunda vero fuit in scriptis præsentata, tunc ab illa secunda appellatione currit terminus nostri text. si verò, & in hoc est maxima contrarietas, appelletur primo viua voce incontinenti cum protestatione & reseruatione appellandi inscriptis & post appelletur inscriptis intra dictos quinque dies, tunc à qua appellatione
23 currat † terminus hic, dubitabile est, magis tamen cõmunis opinio est in hoc casu quod currit terminus à prima appellatione, secundum Marantã, vbi supra dict. num. 132. quia cum prima valida fuerit, quia voce viua appellatum in continenti, secunda frustratoria videtur & protestatio illa, quæ nihil potest operari, non inducit effectum aliquem: & hanc vt cõmuniorem tene quicquid voluerit Ias. vbi supra num. 13. & quid operetur deferre appellationi, vide regulam & fallentias per Lancelotum, in tract. de attentatis. 2. part. cap. 12. limi. 1. num. 67. cum seq. pluribus.

Ibi, [Si no le quisiere otorgar el alçada], tenetur enim iudex appellationi deferre
24 in casu in quo appellationi † locus est ex text. in cap. non solum, de appellati. in 6. alias punitur pæna l. 13. infra eod. & tunc debet appellans se querelare, coram superiore, secundum text. nostrum, peccatq; iudex non deferens appellationi in casu in
25 quo deferre tenetur †, secundum Nauar. in manuali capit. 25. numero. 14. ideò iudices ad hæc aduertant præsertim in criminalibus, in quibus carnifices iudices aliquando cum miserabilibus personis solẽt non solum non annuere appellationi, verũ & eam denegare suas multoties iniustas exequentes sententias, qui quidem iudices grauissimè puniendi forent, maiori pæna quam illa dictæ legis. 13. nam hæc tantũ loquitur quoties non defertur expresse appellationi non tamen pœna sententiæ executatur, & sic exequentes grauiori pœna puniendi essent.

Ibi, [Fin que firme], nocet enim omis-
26 sio † prosecutionis appellationis, secundum text. in l. quoniam nonnulli, C. de iudic. notant Minchaca, de successi. creato. 1. §. 2. num. 4. versi. subinfertur, & Marant. in pract. titul. de appellati. num. 189. cum seq. pagina. 592. & num. 398. pagi. 644. & Rebuf. in. 3. to. consti. Franc. titu. de appellatio art. 15. num. 12. nam statim lapso termino est deserta appellatio & iudex à quo potest immediatè procedere, absque eo quod feratur sententia super desertio-
27 ne † appellationis, secundũ Deci. per tex. ibi in cap. personas, de appellatio. & Præpo. ibi. n. 9. ex Bar. in l. si. ff. nil. nou. appo & Mar. & Rebuf. vbi supra adeò vt quantũcunque sẽtẽtia prima sit ipso iure nulla & contra ius litigatoris lata non est pronuntiandum super iustitia causæ, sed tantũ
28 super desertione †, quia ipso iure desertio reuocabit causæ iurisdictionem ad primũ iudicem, vt inquit gl. in l. eos. C. de appellat. quam sequitur additio decisio. rotę nouæ, de appellatio. 14. & melius ibidem in decisi, 48. imo tunc auditor debet pronuntiare se non esse iudicem secundum Rotã antiquam. 2. de appellatio. & ideò nullus
29 alius quam rex potest supplere † defectũ desertionis, neque ipsę partes possunt prorogare tempus prosequendæ appellationis, secundum quod alibi diximus, & te-

net Emanuel Suarez, in suo libro recepta rum senten. verbo appellationi proseque͂dæ, & Franciscus Viuius in suis communi bus opi. verbo, appellationi prosequendæ, suspendi tamen posset ne curreret ex par-
30 tium consensu, † vt communem testatur Marcus Anto. de compromisso, quæst. 6. num. 14. relatus per Villalobos, in ærario mille com. opin. litera. A. num. 215. est ta men aduertendum, quod ad pronunciandum appellationem desertam ex lapsu ter mini nostri text. qui legalis terminus est, debet spectari quod totus terminus labatur, etiam si sit certum in tempore remane͂
31 te †, nihil impleri posse, secundum cõmunem in. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, vbi Ias. num. 13. ff. de verbo oblig. & Præposit. vbi supra num. 16. & faciunt dicta per Ant. Gom. tomo. 2. cap. 11. num. 35. in princip. & latius, in. l. 15. tauri nu. pen. & fin. & tenet expresse Rebuf. in. dicto. titul. de appellati. art. 4. glos. 1. num. 14. & 15. vbi inquit sic pluries iudicasse se natum, & ibi num. 5. ipse Rebuf. tractat quot modis inducatur desertio, & plura alia dicit.

Ibi, [La parte], sed an & procurator appellans tenebitur appellationem prosequi
32 †, dubia pugna est, & tres opiniones refert Minchaca, controuersi. vsu frequentium cap. 19. num. 2. & remanet cũ communi quod teneatur prosequi, & hanc no nouissimè probo ex text. nostro, ibi, y no se pueda escusar el que se alço ni su procurador, por dezir el procurador que no le dio dineros el señor del pleyto ni tiene de que pagar el processo del pleyto, ecce ergo text. clarè probantem quod procurator appellans tenetur prosequi, nam si ex non prosecutione eius remanet appellatio deserta & sententia, à qua appellatum est firmis, igitur tenetur procurator prosequi neque eũ excusat paupertas sua, vel quod dominus nõ dedit ei nummos, aliter enim si prosequi non teneretur non remaneret deserta appellatio, prout noster text. probat non remanere, quoties dominus pauper est, alia etiam in propositum nostræ glossæ in glossa sequenter efferemus, quę est idem cum nostra & eiudem versiculi.

Ibi, [si con el processo del pleyto no se presentare], & sic propter non præsentatum in tempore processum appellatio manet deserta, & sententia in rem iudicatam
33 lapsa †, & vt talis à iudice pronuntianda est, ex text. nostro, & ex. l. 23. tit. 23. part. 3. tradit Afflictis, decisione. 79. nu. 1. que͂ corruptè allegauit Maranta, in dict. titu. de appellatio num. 400. & 401. pag. 644. & nu. 194. pag. 594. & Minchaca, de successi. creati. tom. 1. §. 2. num. 4. versi. subinfertur, & alij plures relati per Didacum Perez hic sub. l. 2. titul. 16. lib. 3. ordin. glos. 2. col. 1284. in fine, desertio enim appellationis inducit sententiam confirmatoriã
34 † primæ sententiæ, secundum Baldum, in auth. item si appellatione, num. 1. & ibi additio. C. de tempor. appe. appellatione
35 que deserta † fit executio ac si nunquam fuisset appellatum vt per Marantam, vbi supra nu. 188. cum seq. pag. 592. & non solum per lapsum temporis à lege nostra cõstituti, verum & per lapsum temporis à iu
36 dice statuti ad eam prosequendam † inducitur ipsa desertio, vt inquit Præposi. in cap. personas. num. 9. extra de appellatio. parificantur enim per text. nostrum tempora hæc, prout & parificari anteà asserebat Præposi. in cap. cum sit Romana, num. 22. extra de appellatio. & sic quatuor ap-
37 pellans † debet probare, primo quod in effectu appellauerit, voluntas enim appellandi, nisi eam expresserit, non prodest, l. 1. cum seq. ff. de appellatio. secundo quod appellauerit intra quinque dies, secundũ l. 1. supr. eo. tertio. quod ex iusta causa appellet, & sic à grauamine, secũdũ Io. And. in cap. Romano, §. si verò, de appella. in. 6. Perusi. in cap. cum appellationibus eo. tit. in. 6. text. in. l. hi qui. C. eod. ibi iustè te appellasse ostendo. quarto quod intra te͂pora legitima se pręsentet, & prosequatur appellationem, secundum text. hic, & capit. cum super, de re iudi. & dict. cap. cum sit
38 Romana, & quæ opponi † possint contra appellationem vide per Rebuf. in. 3. tomo constit Franc. titul. de appellatio. art. fi. gl. vna num. 5. cum seq. & notandũ est quod non dicitur, quem appellationem prose-
39 qui, nisi & producatur † libellus appellatorius & pars citetur secundum Angel. relatum, & secutum per Auend. dict. repõs. 2. num. 3. & Maranta. in dict. num. 400. & probatur ex dict. l. 23. in cancellarijs tamen

men regijs si cum literis testimonialibus se pars præsentauerit sufficit ad euitandam desertionem, quamuis in tempore nostri text. processus transsumptum nō præsentetur, secundum Auend. respons. 2. num. 6. & Maranta, dict. num. 400. & Afflictis, decisi. 79. & hoc ex æquitate, ad quā æquitatem euadendam solet appellatus statim quod videt elapsum esse terminum nostri text. comparere & petere appellationem pronuntiari desertam coram iudice ad quē corā quo præsentatio literarū testimonialium facta fuit, & tunc datur prouisio, de diligencias ad hoc, quod appellās intra breue tempus reportet trāsumptum processus, aliter enim quod detur libellus & sententia signata parti appellatæ, quā si ad superiores detulerit lapso termino illo appellante non comparente, pronuntiatur appellatio deserta & iubetur exequi sententia iudicis à quo, prout & alibi diximus & experientia docet sed coram quo iudice
40 sit petenda desertio appellationis, † declarat optimè Maranta, vbi supra num. 189. pagi. 592. scilicet quod si appellans nōdū se coram superiore præsentauit, petenda est desertio coram iudice à quo, facta tamen præsentatione, petetur coram iudice ad quem ex quo infero glossatorem nostrum Salmantinum in præsenti, gl. 3. col. 1285. sub lib. 3. ordinam. dum inquit iudicem à quo adeundum super desertione appellationis vt det literas executoriales sententiæ suæ, intelligendum fore, quoties nondum est appellans præsentatus coram iudice ad quem, secus vero præsentatione facta, nā tunc malè loqueretur. & an sentētia desertionis sit diffinitiua vel inter
41 locutoria †, & an statim exequi posit, & an super desertione appellationis sit pronūtiandum, si appellatur à sententia ipso iure nulla, tradit Didacus Perez hic col. 1286. & Boerius, deci. 206. num. 11. & 12. & vide optimam. l. 24. titul. 23. part. 3. & an à
42 sententia desertionis † posit appellari vide Marantam, vbi supra num. 190. cum. 3. seq. pagi. 593. vbi ponit cautelam nedetur appellationi locus de qua alibi diximus & nu. 397. cum seq. pluribus alia plura de desertione refert. sed an in beneficialibus idem erit, tradit Præpositus, in cap. cū sit Romana nu. 22. extra eod. & nota quod
43 appellatione desertat †, potest à rege impetrari reparatio eius, secundum Auen. cap. 4. pretorum, versi. sicut in simili num. 12. lib. 1. & Rebuf. in. 3. tomo constit. titu. de appellatio. art. 6. glos. vna num. 1. & 2. vbi nu. 3. inquit quod quandoque ex mera iustitia reparatio appellationis desertæ conceditur, vt propter impedimentum, & à num. 5. impedimenta ponit.

Ibi, [que no se pueda escusar], ex ijs & seq. potest colligi conclusio scilicet quod
44 per tacitam desertionem † appellationis potest procurator domino præiudicare, & hæc est iuris regula probata per Cassiadorum decisi. 5. de appellatio. & Præposit. in cap. ex ratione, num. 18. de appella. vbi & quærit an idem per expressam, sed an idem sit quoties non appellauit procurator vt dominus nō audiatur ad appellādū si procurator non est soluendo, dixi in. l. 1. verbo, hasta, sup. eo. vbi & an minor restituatur item habes hic text. probantē quod procurator tenetur prosequi appellationē vt breuiter diximus in hac lege in glos. la parte.

Ibi, [es pobre], firma est enim propositio, quod excusatur quis ab appellando & à prosecutione omissa appellationis pro-
45 positæ propter paupertatē, † ex. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandati, optimè per Minchacam, controuersarium illustrium cap. 1. num. 1. cum seq. aliquibus & per cassiadorum, decisio. 6. de appella. num. 1. cum seq. & num. 6. declarat quomodo tunc paupertas hæc consideretur, & hanc esse communem doctorum doctrinam in cap. ex ratione, de appella. asserit Gigas, de pension. quæst. 80. in princi. & num. 5. & Rolan. Valle, consil. 87. nu. 51. vol. 2. & hanc inconcussam conclusionem vocat Mauritius, in tract. de in int. restit. cap. 362. & facit dictum optimū Guiliel. de Cugno, relatū per Boer. deci. 247. num. 16. alios casus vbi paupertas prodest referunt Lucas de Pen. & alij relati per Rebuf. in. 1. to. const. Fran. tit. de senten. prouisi. art. 3. glos. fi. num. 1. & per Didac. Perez in. l. 1. tit. 1. lib. 3. ord. col. 767. in princip. verbo, pobres, vbi ipse in princip. col. 764. declarat quis pauper dicetur. & quomodo probetur, vt & per Cou. lib. 2. var. c. 6. nu. 3. & Gigant. vbi supra num. 10. &

Seba-

Sebastian. medicis in tract. mors omnia soluit. 1. part. numero. 103. sed an labore cotidie propijs manibus victum quærens
46 pauper dicetur, † & Castillo, in l. 6. tauri, verbo, en todos, fol. 52. pagi. 2. in medio, vult talem pauperem non dici, ego tamen contrarium teneo vt verius, cum Ias. in l. si constante num. 147. ff. sol. mat. & Gigante in dict. quæst. 80. numero. 9. pro quo considero optimam l. 2. titul. 17. part. 6. col. 2. in fine, ibi, otrosi el que, cui quidem pauperi iudex expensas pro prosecutione suæ litis expendere debet, secūdum Abb. in cap. si qui testium, de testibus, per text. in auth. de man. prin. §. sic tibi collat. 9. sed quid si dominus litis non est pauper, procurator tamen eius appellans & non prosequens appellationem, propter quod efficitur deserta, non est soluendo, audietur ne
47 dominus tunc ex vi restitutionis, † & Car. relatus per Præposi. in cap. ex ratione nu. 17. & 19. extra de appella. inquit quod sic, & faciunt dicta per Rebuf. in. 2. tomo constit. Franc. titul. de restitu. art. 1. glos. 2. num. 24. licet secundum eum in. 3. tomo, titul. de appellatio. art. 6. glos. 1. num. 8. in Francia, sicut neq; in nostra Hispania, propter legem nostram vix in praxi hoc obseruaretur in maioribus. 25. annis, &
28 quid si per mortem procuratoris nō sit † prosecuta appellatio an audietur dominus prosequens, vide Cassiadorū, in dict. decisi. 6. de appellatio.

Ibi, [otra razó derecha], putà quia obijt procurator, vt per Cassiado. vbi supra, nu.
49 5. vel aliud adfuit † impedimentum, vt per Rebuf. in dict. 3. tomo titul. de dilatio. art. 1. per totum, & iterū in eo. tomo tit. de appella. art. 6. nu. 3. vbi num. 5. & seq. declarat impedimenta quæ sint, & Præposi. in dict. cap. ex ratione num. 7. eo titul. & diximus in l. 14. glo. fin. titul. 3. supra eo. lib. & sic à cursu anni fatalis excusare impedimentum probat text. in l. 11. infra eo & hoc est quod text. noster vocat, o otra razó, & habetur in decisione Capellæ Tolos. 320. vbi & plus diffinitur scilicet quod ipso iure impedito subuenitur, neque est necessaria restitutionis postulatio, ex cōmuni per nos inferenda in dict. l. 11. in gl. fin. sed tunc intra quantum tempus peret
50 impeditus hic, dicendum est quod elapso primo anno fatali, & datur tunc alius annus, & hoc est quod dicitur & ex causa dari biennium, & si biennium itidem labatur, ex iusta & necessaria causa per restitutionē ex clausula generali si qua mihi & secundum glos. in auth. ei qui. C. de temp. appell. quam omnes sequūtur in dict. cap. ex ratione. præsertim Præposi. num. 31. teste Felino, in cap. ex part. 2. num. 7. versi. sed contra fol. 94. de rescrip. tenetur tamē impeditus facere quicquid potuerit vt im
51 pedimentum † cesset, secundum quod in impedimento citationis dictum est in l. 14. tit. 3. supra isto lib. verbo, embargo, & tradit Præposi. vbi supra, num. 17. & 28. aduertat tamen appellans vt lapso primo anno protestetur coram iudice ad quem, q licet lapsus sit primus annus iustū habuit impedimentum, & sic petit vt ad vlteriora nō procedat in exequēdo, & quod impedimenti talis offert informationem, & si processerit ad executionē ex nūc prout ex tunc & è contra appellat tanquam à futuro grauamine, aliter enim elapso primo anno fortasis iudex ad quem iubebit exequi sententiam, absque alia citatione, & tenebit executio, licet posteà probato impedimento retractaretur, malè tamē faceret iudex, quia secundum cōmunem assertam per Didac. Perez hic col. 1289. in fine cū seq. spectandus est secundi anni fatalis lap
52 sus, † sed quia iudices aliquando de facto id faciunt, serua cautelam dictam, quam desumpsi ex Philippo Probo in d. cap. ex ratione num. 56. post hæc vidi consilium 69. lib. 2. Syluani, plura dicentem pro exornatione nostræ legis. 2. quæ cum ijs finitur.

LEX III.

¶ SVM. A sententia interlocutoria non est locus appellationi nisi in casibus à iure expressis addes eam regulis per nos positis in l. 2. titul. 1. lib. 2. supra.

Ibi,

IBi, [no aya alçada], hic cõstituitur regula contraria diffinitiuæ sententiæ, nam à diffinitiua licitum est appellare nisi in casibus à iure prohibitis, vt probatur in l. 1. supra isto titul. & tradit Rebuf. 3. tomo cõsti. Franc. titul. de appel. in præfatione nu. 72. à sententia vero interlocutoria, quæ non diffinit principale negotium totum estè cõtrario, vt in summario nostræ legis & probat tex. in l. ante sententiam. C. quorum ap. non recipi. & text. in l. 2. C. de epis. audi. & text. in l. 13. titul. 23. part. 3. licet aliud secũdum illam. l. 13. disponatur de iure canonico, quam differentiam inter ius canonicum & ciuile notauit Bart. in tract. de differentijs inter ius cano. & ciuile, & Didac. Perez, hic glos. 1. col. 1291. in fine, quamuis non est ignorandum in Romana curia ex regula cancellariæ Sanctis. Patris Pij quinti, de non appellando ante diffinitiuam sententiam, fol. 11. propriorum motuũ ipsius Pij quinti, esse pro-
1 hibitum appellari ab interlocutoria non † habente vim diffinitiuæ, vel à grauamine non concernẽte negotium principale. notãdum etiam est quod in casibus in quibus licet à sententia interlocutoria appellare,
2 debet appellatio ex eisdem † actis verificari secundum Maran. in pract. titul. de appella. num. 149. pagi. 587. vbi num. 153. id declarat quãdo & quomodo procedat & intelligatur, & Socin. in regula. 22. & Dueñas. reg. 47. imò & ab interlocutoria debet semper inscriptis appellari, vt diximus in l. fin. glos. como en segunda, supra titul. proximo, & causæ in appellatione exprimendæ sunt, secundum Soci. regula. 16. & Ferraram, in pract. in forma appel. ab inter. in glo. causis, vbi hoc vno modo declarat, & secundum hæc est intelligenda l. 1. sup. eo. in quantum ibi videtur probari appellari posse ab interlocutoria, vt & in l. 7. tituli supra proximi, nam id verum in casibus in quibus licita est hæc appellatio: nullitatem tamen allegari contra interlocutoriam non est prohibitum, secundum Ferraram, vbi supra, glos. 4. vbi cautè leges, nã adest quædam dictio, non, superfluè posita, imo & appellatio locum habebit quo ad effectum deuolutiuum, secũdum quod dixi in l. 3. glo. pen. titu. 21. infra isto lib. & Marant. in titul. de appella. num. 106.

Ibi, [Sobre defension peremptoria], istã & alias fallentias vbi licet ab interlocuto-
3 ria † appellare, vltra Bart. in l. intra vtile. n. 1. ff. de minoribus. & Guidonem Papæ, decisi. 75. vide per Dueñas, in regu. 52. & Coua. plures DD. de his allegantẽ, in practi. capi. 23. numero. 4. versicul. sexto est vbi nu. 6. tractat an per principem possit tolli appellatio & regulam & fal. vltra dictos ponit etiam Rebuffus, in cõcor. regni Franc. titul. de appellati. Friuol. glos. 1. versic. tertia regula, pagin. 223. & Menoch. in de adipiscen. pos. remedio. 40. nu. 810. vsque ad. 826. notandum est etiam quod appellanti propter exceptionem non admissam, cuius probationem incontinenti obtulerat, non est necesse ad iustificandã appellationẽ probare veritatẽ exceptionis
4 sed sufficit q̃ probet se opposuisse † exceptionẽ, & obtulisse eius probationẽ incõtinenti, vt probatur in cap. interposita, extra de appella. vbi Præposit. nu. 4. cum sequẽ. ponit eius rationem & decem & sex limitationes, & Lancel. tract. de attentat. 2. part. cap. 12. limi. 1. num. 40. & seq.

Ibi, [que haga perjuyzio en el pleyto principal], & sic ab omni grauamine, quod in diffinitiua reparari non potest, & per in
5 terlocutoriã infertur, licebit appellare †, quia tũc habet vim diffinitiuæ sententia talis, vt. l. 1. §. quæsitũ. ff. de app. & in. l. 13. tit. 23. p. 3. tradunt DD. citati in gl. supra pro
6 xima, & ideò à sentẽtia torturæ † appellari potest. vt probat illa lex. 13. & tradit Ant. Gom. tomo. 3. cap. 13. n. 23. & quæ regulariter dicatur interlocutoria habens vim
7 diffinitiuæ †, vide Franc. in cap. cum cessante, de appel. & Ruynum, consi. 78. lib. 5. & Lancel. in tract. de attẽtatis, 2. p. cap. 12. limi. 1. num. 57. sed an à sententia lata
8 ab obseruatione † iudicij liceat appellare, tradit Couar. lib. 1. vari. cap. 1. num. 8. &
9 plures sententias vim diffinitiuæ † habentes, numerat Hierony. Paulus, in pract. cãcel. apost. titul. si non obstante lapsu temporis, pagi. 51. in paruis.

Ibi, [el juez se pronuncie por juez], vel pro non iudice, vtroque enim in casu pars
10 grauata † appellare poterit, nam ambabus partibus æquale debet esse iudicium. & ita probatur in cap. significãtibus, de offi. del. & in. l. ait Prætor. §. permittitur. ff. de mino. te-

no, tenet glos. in auth. habita, in fin. C. ne filius pro patre, quam sequũtur plures relati per Auend. in de supplicati. M. D. duplarum in princip. num. 1. & per Menoc. vbi supra, num. 822. cum seq. & ratio est quoniam in diffinitiua grauamen ex hoc illatũ reparari non potest, sm̃ Auen. vbi supra & hæc in inferioribus iudicibus procedũt 11 nam à superioribus † pronuntiantibus se esse, vel non esse iudices supplicare non licet, secundum text. in l. 4. titul. 5. supra isto lib. 4. & pro nostræ legis declaratione, vide quatuor regulas constitutas per Cosmas Gumiel, & eius Additionatorem in pragmatica sanctione, tomo. 2. titul. de causis. §. nec ad quẽ cũq;, verbo nequirẽt.

Ibi, [o si la parte pidiere traslado], ex ea notat Auend. respons. 1. num. 8. in ijs verbis, quod publicatio processus est de ordine iudiciorum, ego tamẽ noto ex ea quod si à parte petatur publicatio est de substantialibus, secundum quod diximus in. l. 10. titul. 6. verbo pidiere, supra isto lib. sed an ab executione vel mandato de exequen- 12 do † appellari potest, vide Alcia. in l. 1. §. si quis ità num. 16. ff. de verbo obli. fo. 112. in paruis, & Minchacam, controuer. illustrium, cap. 38. num. 6. & Ber. Diaz, regu. 43. Guido. Papæ, dicisi. 11. Marantam, in prac. tit. de appella. num. 249. pag. 612. cõciuẽ nostrum Gutierrez. l. nemo potest num. 446. cum. 2. seq. delega. 1.

L E X IIII.

¶ *SVM. Non comparens die aßignato ad sententiam pronuntiandam, non auditur appellans. & concordat. l. 9. titul. 23. part. 3.*

IBi, [Sententia], sed an de diffinitiua tantum, vel etiam de interlocutoria verbũ hoc intelligatur, diximus in. l. fin. verbo, y concluso. supra titul. proximo, & quod in diffinitiua solummodo procedat, tenuit glos. fuere, in. l. 9. titul. 23. part. 3. in casu tamen in quo aliquis proteruè vellet verba hæc intelligere etiam in interlocutoria, si citatus ad interlocutoriam non comparet nõ redditur propter hoc contumax quin appellare non posit à diffinitiua in causa illa lata, si ad eam fuit citatus & comparuit tum quia vt dixi in dict. l. fin. glos. y concluso, etiam si quis sit contumax in aliquo actu causæ, imò & in tota causa adhuc de- 13 bet citari † ad sententiam diffinitiuam, & si citandus est, quid operaretur citatio nisi vt audiri posit, & appellare si grauaretur, tum etiam quoniam nullus contumax regulariter reputatur, ad causam amittendã 14 sed tantum vt in † expensis condemnetur, nisi vbi aliud de iure dispositum reperitur, vt patet ex dictis per Dueñas, in regu. 152. hic non est de casibus, igitur habetur intentum.

Ibi, [siendoles notificado], hic est text. expressus, quod ad sententiam diffinitiuã debet quis citari, neque hoc censetur exclusum per. l. fi. supra tit. proximo, prout ibidem dixi in glos. y concluso, quid tamẽ si cum iudex vellet proferre sententiam citauit aliquem vt veniat ad audiendam in- 15 tentionem curiæ vel iudicis, an sufficiet, † dic quod non cum Maranta, in prac. tit. de citatione num. 70. pag. 369. in paruis. sed expresse ad sententiam citãdus est, & probatur ex nostro text. ibi, para dar sententia

Ibi, [Enquanto el juez estuuiere], idem probat tex. in. l. diuus. ff. de in int. resti. probat Soci. in reg. 73. Fal. 2. si enim citatus comparet vsque dum iudex in tribunali sedet, censetur in termino cõparuisse, omnis namque contumacia debet in fine, & dũ iudex ab audientia recedit accusari, vt suo loco dictũ remanet, & si anteà accuse tur nihil obstat, quin si reus ante quam iudex recedat, compareat, non satisfiat citationi, satisfit enim, & faciunt notata per Bart. in l. si cum ipse. n. 4. ff. de excusa. tut. & Lanfran. in cap. quoniam contrà, titul. de citationi. num. 18. extra dè probatio. & sic approbatur opinio glos. in. l. si ideo, in princi. ff. de euiction. probantis, paria esse 16 venire ante † sententiam, vel prope sententiam, dum tamen secundum text. nostrum iudex pronũtians sententiã nondũ recesserit à tribunali, & sm̃ hãc declarationẽ illa gl. vera est, quamuis Fulgos. relatus

per

per Alex.in.l.sæpe.num.79.ff.de re iudic. dicat quod esset difficile obtinere cum il la glos. quod facile reputo ex text.nostro cum dicta declaratione.

Ibi, [Que dende en adelante no se pueda alçar], con.l.ex consensu.§. fin. ff.de appell.&.l.9.tit.23.p.3.vbi glo.fuere, ita notat, & ampliat non solum si fuerit citatus in persona, verum etiam si ad domũ quia tunc si perueniat ad eius notitiam citatio, & potuit comparere & nõ comparuit, est idem ac si in personam citaretur, quod probatur ex doctrina alibi per nos relata, & repetita in.l. fin.titul.21.infra hoc lib. scilicet
17 quod si citatio non legitimè † facta peruenit ad notitiam citati, & potuit comparere & non comparuit, est idem ac si legitimè citaretur, si tamen ad notitiam eius non peruenit in tempore, in quo potuerit cõparere non excludetur ab appellando quãuis non comparuerit, nam citatus ad domum, infra decennium à die notitię numerandum appellat, quia fictus contumax reputatur, secundum Rotam nouam. 2. de dol.& cont.& Capitium ita notantem in decisione.139. ex quibus datur intelle-
18 ctus ad dictam.l. ex consensu.§. fin.† per Alex.in.l.sæpe num.79.ff.de re iudi.dum inquit, contumacem in actu sententiæ tãtum posse appellare, cuius contrarium voluit ibi Alex. & probatur ex text. nostro, & ex eodem.§. fin. imo quod si ad actum sententiæ citatus contumax esset, quamuis quo ad alios actus contumax non esset non audiretur appellans à sententia illa, prout & tenet Maranta, in pract. titul. de appellation.num.275.pagi.621.in paruis nam id verũ est si citatus peremptorię est in persona, vel saltim ad domum, & notitia citationis ad eum peruenit in tempore, in quo potuit comparere & non comparuit, tunc enim non auditur appellans, secus vero alias, & hoc nulla alia ratione, nisi quod ad sententiam peremptoria requiritur citatio, quæ quidem tribus inducitur modis, vel quia perẽptoriè quis citatur vel ter, vel viua voce iudicis, secundum Capitiũ, vbi supra, & cum peremptorie citetur si non
19 comparet, verus contumax † efficitur, secundum Capiti. ibidem, & ideò nimirũ si non audiatur appellans, vt probat text. in dict.l.ex consensu.§. fin. & text. in.l.& post edictum, in fin.ff.de iudic.adeò vt neque tunc per viam restitutionis audietur,
20 † secundum Boerium, decisi. 206. num. 8.& Marant.vbi supra, neque per viam supplicationis, secundum eosdem, & secundum glos.fuere in dict.l.9.titul.23.par.3. nam eo ipso quod non comparuit, non impediuit vires peremptorij, ideò verus efficitur cõtumax, prout efficitur ille, ex text. & ex dictis, qui, citatus ad audiendam sen-
21 tentiam, non comparuit, † secũdũ Deci. consi.34.num.1.relatam per Dueñas, regula.152.nu.1. & sic licet secundũ eund. Dueñas, ibi contumax nõ amittat causam sed in expensis condenetur, fallit tamen
22 vbi repelleretur † propter contumaciam ab appellando, quoniam tunc causam amittit, sic & emptor contumax ad audiendam sententiam repellitur à beneficio euictio-
23 nis, † secundum text.in.l.36.titul.5.part. 5.requiritur tamen, secundum Capicium vbi supra, vt ab appellando quis excludatur propter dictam causam, quod adsit peremptoria citatio ad sententiam, quia si nõ adesset, nulla esset citatio, & per consequens non excluderetur ab hoc beneficio neque contra hoc obstabit text.noster dũ generaliter loquitur, nam secundum ius debet intelligi scilicet cum citatio ad sententiam peremptoria est, nam ad reputandum quem contumacem trina requiritur
24 citatio, vel vna peremptoria † pro tribus secundum Bern.Diaz, regula.152.ex Alexan.in.l.contumacia.ff.de re iudi. item & requiritur secundum glos.fuere, in dict.l. 9.quod citetur in tempore in quo comparere potuerit ad sententiam, & quod nulla legitima causa se excusare potuerit, nã existente causa bene admitteretur ad appellandum, quoniam tunc quamuis dicatur verus contumax apparẽter, non tamẽ
25 existenter, † ideò admittitur ad appellandum per iudicem ad quem, non verò per iudicem à quo, prout optimè inquit additio Rotæ nouæ.2.de dolo & contum. vbi
26 optimè declarat quis sit verus † & quis fictus contumax, & quomodo & quod impedimentum excuset, probat optima. l. 12.titul.23.part.3. itẽ & requiritur quod assignetur dies certus in citatione ad sententiam proferendam, aliter enim quamuis valeret sententia alio die lata non ex hoc

27 hoc † excluderetur ab appellando citatus sed admitteretur intra quinque dies à die notitiæ numerandos appellans, ex tex. nostro, ibi fuere expressamente nombrado y señalado, & diximus. l. 1. tit. 3. supra eo. lib. quod certus terminus est signandus in citatorio ex quo iam non videmus hos contumaces excludi ab appellando, quamuis sententię prolationi nõ adsint, quia non assignatur dies certus, sed quando cumque iudici visum fuerit, & sic si dies statuta sit, vel quandocũq; ab inde iudici videbitur, quamuis die illa non pronuntietur valebit sententia, nõ tamẽ contumax excludetur ab appellando, vt probatur, in fine nostri text. & tractauit glos. deldia in dict. l. 9 titul. 23. part. 3. sed an rusticus excusabi-
28 tur abhac † contumacia, gl. fuere, in ea. l. 9 inquit quod sic, quia in rustico non presumitur contumacia, secundum eam ibi, & Ias. in. l. 2. num. 15. ff. si quis in ius voc. non ierit, & videnda sunt quæ diximus circa hos Rusticos in. l. 1. titul. del juramento de calumnia. supra hoc lib. & an hæc hodie procedant diximus in. l. fin. verbo, o desfallezcan supra titul. proximo proceduntque supra dicta non solum in citatione hominis, verum in citatione legis, secundum Alex. in dict. l. sæpe. num. 8. ff. de re iudi. vbi hanc communem testatur declarationem sed an & locus in quo sententia proferenda est debet in citatorio exprimi
29 mi & declarari, dic quod sic, † secundum tex. in. l. si vt proponas. 2. cap. quomo. & quando iud. vbi Bald. inquit quod iudex ordinarius, vel episcopus etiam cameram suam, vel alium quemlibet locum possunt assignare in tali casu, debent tamen tunc eum locum signare & deputare pro sentẽtia ferenda, vel alio actu faciendo. secundũ text. in. l. 4. titul. 3. supra hoc lib. & Præposi. in cap. cum parati. num. 12. extra de appella. locusque ille, secundum eum ibi intimandus est parti, nisi iudex talis sit ordinarius habeatque locum pro tribunali deputatum, quoniam tunc ad illum locum videtur citare, neque requiritur eius designatio, secundum Marant. vbi supra, num. 64. pagina. 367. & Præposi. dict. num. 12. & sic in secularibus non solet iam locus ad hoc assignari quia tribunal cognitum habet: ex quibus habes requisita vt citatus ad
30 sententiã non audiatur † appellans si non comparet, scilicet quod citatio sit peremptoria, & dies expressus assignetur, & loc⁹ si tribunal deputatum iudex non habeat, & quod in persona notificatio fiat, vel ad domum dum tamen ad notitiam perueniat in tempore in quo comparere potuerit, & quod citatus aliqua legitima causa se excusare non posit: in Rota tamen non ser-
31 uatur iste rigor, † secundum glos. fuere, in dict. l. 9. & Felin. in cap. 1. num. 7. extra vt lite non cont. & declarat optime Nicellus, in concordia glossarum, concordia. 18. Fal. 18. vol. 1. tractatuum DD. & alibi diximus: & notandum itidem quod licet per nostrum text. tollatur appellationis remedium habebit tamẽ locum, si grauamẽ sit notorium resultans ex ipsius sententiæ inspectione, nam hoc regulare est vbicun
32 que † tollitur appellatio, secundũ Alex. cons. 201. vol. & Abb. cons. 44. relatos & secutos per Carol. de Grassal. lib. 1. Regalium Fran. iure. 13. versi. item facit quod voluit Oldra. pagi. 193. in paruis vbi alia similia allegat.

Ibi, [o despues del dicho dia señalado], quasi tunc circunducatur edictum & citatio, ipseque citatus nulla afficiatur contumacia, prout alibi diximus, ideòque nimirum si audiatur appellans intra quinq; dies à die sciẽtiæ & notitiæ numerandos, neq; sufficiet scire sententiam esse latam, nisi & sciat condemnatus quo modo & ordine sententia lata sit, secũdũ Capic. decis. 139.

LEX. V.

¶ SVM. si appellatus citatus non comparet in termino ad prosequendam appellationẽ interpositam per appellantem, iudex procedit in causa, si appellatus verò non fuit citatus, citandus erit vt compareat, & si comparet auditur, sin minus eo absente causa determinatur.

Ibi,

IBi,[Mādamos,]cum tota hac lege, cō. l. 23. titul. 23. part. 3. & text. in. l. 3. tit. 15. lib. 2. fori, quibus in locis pro commētatione legis nostræ videri possunt glossatores ibidem.

Ibi, [Y esto si el apelado fue llamado,]
1 absentes enim etiā in causa appellationis † citandi sunt, ex text. nostro, ibi, sea llamado, & ex dictis per Rotam nouam. 5. de in int. ref. fol. 25. quod non solum in appellatione à sentētia diffinitiua locū habet, verum & in appellatione ab interlocutoria, secundū Did. Per. hic col. 1300. in prin. & sic cotidie videmus in practica fieri & vti.

LEX VI.

¶ SVM. Casus in quibus non est locus appellationi declarat lex nostra.

ET processit lex nostra ad limitationē l. 1. supra isto titul. permittentis indistinctè appellari, vt limitetur in casibus à lege nostra declaratis quatenus in eis non procedat illa lex. 1. & hoc non ad effectū vt in totum tollatur appellatio, sed tantū vt non obstante appellatione fiat executio sententiæ à qua appellatur, ita quod appellatio proponenda in aliquo ex casibus nostri text. habeat solum modo effectum deuolutiuum, non vero suspensiuum, & hoc regulare est in omnibus casibus in
1 quibus appellatio de iure prohibetur, † vt non habeat effectum suspensiuum talis appellatio, & sic iudex à quo appellatur absque metu attentatorū potest in causa procedere, secundum text. & ibi notant omnes, in cap. non solum, de appella. in. 6. & Rebuff. in. 3. tom. constit. titul. de appel. artic. 16. glo. 1. num. 20. & Lancelotum, in tract. de attentatis. 2. part. cap. 12. limit. 25. num. 1. casus tamen aliqui sunt dispositi in iure in quibus nullomodo est locus
2 appellationi † neque ad effectum suspensiuū, neq; deuolutiuū quos casus referūt DD. relati per Couar. in practic. cap. 23. n. 4. in fi. & Soc. reg. 24. & Rebuf. vbi sup. articul. 7. gloss. 2. per totam, & Marant. in pract. titul. de appellatio. numero. 269. pagina. 619. & Didac. Perez. l. 1. titu. 16. lib. 3. ordinam. colum. 1280. in princi. & col. 1293. in princip. & 121. casus refert Nicellus relatus per eum ibi & per Dueñas, regu. 45. & Auend. cap. 6. prætor. num. 4.
3 lib. 1. & an in notorio † crimine admittatur appellatio, tradit Anto. Gom. tom. 3. cap. 1. nume. 47. & 48. vbi tractat an si semel iudex admisit appellationem, vbi admittenda non erat, possit reuocare admis-
4 sionem, † quod & prosecutus fuit idem Anto. Gom. eod. tomo. 3. cap. 13. numer. 32. Et an si causa exprimatur in appellatione, propter causæ expressionem admit-
5 tatur appellatio † vbi alias non admitteretur, vide per Couar. vbi supra, num. 5. conclusione. 2. & an in momētanea possessione admittatur appellatio ad effectum sus-
6 pensiuum, † vide Marant. vbi supra, num. 294. pagina. 625. & Couar. vbi supra, numero. 8. & Dueñas, regul. 44. Bern. Diaz reg. 36. & Octauian. optimè, in deci. peda. 25. per totā, & Lancel. vbi sup. n. 1. cū seq. & vide casus criminales. vbi per appellatio
7 nē non retardatur † executio per text. in l. 13. & 16. tit. 23. p. 3. & an sufficiat quod delinquens sit conuictus vel confessus vel vtrūq; requiratur, vide per Coua. vbi supr. & Marant. vbi supra, num. 281. pagi. 622. & Præposi. capi. cum speciali. §. porro nu. 10. cum sequentib. fol. 83. de appellation. extra.

Ibi, [que no era descomulgado, nā si es-
8 set sepultura ecclesiastica carere deberet, † prout probat text. in cap. sicut, de hæreti. & in Clem. 1. de sepult. & glos. cap. literas de rest. spoli. optima. l. 8. titul. 13. part. 1. quę, qualiter hoc procedat, declarat, & cū tribus legibus seq. ponuntur personæ, quę
9 non gaudent ecclesiastica † sepultura, & ponit Syluest. in summa, verbo sepultura quæst. 7. versi. 7. & 8. & maior, in. 4. dist. 45. quæst. 4. vbi quam magna pœna sit aliquē priuari sepultura, & colligitur ex proœmio dict. titul. 13. part. 1. & vide etiam Rosarium Busti. 2. part. sermone. 1. litera L. cum seq. & Guilliel. Bernar. in tract. de sepult. & exequijs, & Dur. in rationali libr. 1. cap. 5. & cum excomunicatus sepultura carere debeat, nimirū si possit impediri sepeliri, & ideo noster tx. inquit q nō

erat excommunicatus.

Ibi, [Que no sea sepultado,] nõ enim ob debitũ debet impediri per creditorẽ corp'
10 sui debitoris † sepeliri, neq; in corp' defuncti executio fieri potest etiam si obligatus sit debitor per instrumentum guarentigium, neque audiendus est creditor appellans super hoc, vt optimè per Thom. Grámat. decis. 82. num. 1. cum sequent. & Anton. Gom. tom. 2. cap. 11. nu. 56. & Dueñas, regul. 397. versicul. & primo, quia & Coua. & alios relatos per Dida. Perez, hic sub. l. 11. titu. 16. lib. 3. ordin. col. 1303. in princip. & Latius in. l. 4. titul. 8. eod. libr. col. 1076. versi. est tamen questio, & post hæc nouissimè per Baeçam, de debito. inope. capit. 1. num. 19. cum. 4. sequenti. vbi hanc communiorem testatur opinionem & per Sebast. Medi. in tract. mors omnia soluit. 2. part. conclus. 17. & vide. l. fin. tit. 13. part. 1. & . l. 13. tit. 9. part. 3. quas corrupte allegauit Villalobos, in antinomia, verbo, sepultura, num. 10. & ideò neque nuntiatio noui operis cum sepultura ape-
11 ritur † fieri potest, secundum Rip. de peste, titu. de remedijs præseruat. contra pestem, num. 136. cum. 2. sequen. nisi sit corpus delinquentis suspensi propter delictũ
12 hoc enim absq; iudicis licentia † in Hispania, & in Francia absq; principis permissu non potest tolli à furca, neq; sepeliri, & hoc ratione publicæ vtilitatis, vt alij deterreantur eius exemplo à delinquendo, secundum Rebuff. in. 1. tom. constit. in proœmio, titu. 1. glo. 5. num. 54. vbi & n. 55. inquit ex hac causa publicæ vtilitatis cor-
13 pus † mortui tradi ad anatomiam.

Ibi, [Perece por tiempo,] prout & probat text. in. l. fin. ff. de appel. recip. quæ secundum hæc nostra text. verba declaranda & intelligenda est scilicet in rebus, quæ perire poterant, si executio propter appellationem retardanda foret, de quibus vltra exempla à nostro tex. assignata, quam plura alia refert Specul. relatus per Rebuff. in d. 1. tom. tit. de senten. prouis. in præfatio. nu. 139. & 142. vbi & alia dicit in propositum, & per Fel. in. c. fi. n. fi. de iud. & gl. & Abb. num. 15. in. c. qua fronte, extra de appel. & probatur clarius ex text. nostro, ibi, y las cosas se perderian, qua quidẽ de causa excommunicatus existens in mortis arti-
14 culo fauore animæ absoluitur † pendente appellatione, secundum text. glo. & omnes maximè Præpos. num. 8. in dict. capit. qua fronte, & Rebuff. vbi supr. dict. num. 142. quod secus esset si res super qua sententia lata est non periret, sed aliquam, nõ tamen magnam, pateretur incommodita-
15 tem, tunc enim bene admittitur † appellatio, licet celeriter deberet expediri, secundum gloss. celeritatem in cap. fin. de elect. in. 6. & tunc pars appellans, si prima sententia fuisset confirmata, tenebitur damnum propter appellationem eueniens in re illa soluere, sicut & in damni infecti iudicio, in quo admittitur appellatio, prout veriorẽ testatur opinionem Alexan. in. l. 1. nume. 6. ff. de damn. infect. tunc tamen termini abbreuiandi sunt, secundum Fel. in cap. 2. de re iud. num. 5. & 6. & tũc si durante ap-
16 pellatione ruat domus, tenebitur † appellans secundum eos illud soluere.

Vlterius & secundo noster text. & ei similes non procedunt, quoties iusta aliqua causa allegatur in appellatione, quia tunc admittetur appellatio ad effectum retardãdæ executionis, hoc enim regulare est in casibus vbi non admittitur appellatio ad retardãdam executionem, vt admittatur
17 si causa in appellatione exprimatur, † secũdum Marantam, in dict. titul. de appellati. num. 143. pagina. 585. & numero. 173. cum sequent. pag. 590. & Couar. in pract. cap. 23. num. 5. versic. secunda conclusio, imo vt admittatur appellatio in causis vbi regulariter prohibetur causa inserenda est secundum Tiraqu. de pœnis temp. in proœmio, numero. 69. item & tertio notandum est, quod licet appellatio à sententia lata super re, quæ perire potest, non habeat effectum suspensiuum, neque appellari possit ad retardandam executionem, ab inordinato tamen processu & à sentẽ-
18 tia nullitatis † appellari poterit etiam ad dictum effectum, secundum Ias. in l. 1. numero quinto. C. de secundum tab. & Couarruuias, vbi supra, numero octauo, in fine, & supersedebitur tunc in executione, secundum Marantam, vbi supra, numero. 174. licet vt dixi tunc breuiores termini sunt dandi, & pars appellans condemnata damnum resarciet. Et
19 propter quæ † celeritas desideretur

tradit

tradit gloss. celeritatem in dict. cap. fin. de election. in. 6. & Felin. in dict. num. 5. & an
20 in causa alimentorum liceat appellare, † vt impediatur executio sententiæ, vide per Matth. Afflict. decisio. Neap. 10. & 11. & 152. & Lara, in. l. si quis à liberis. §. si vel parens, nu. 26. vsq; ad 34. vbi limitat, & Rebuff. late in dict. titu. de senten. prouis. hęc & alia refert, quibus mediantibus per appellationem non retardatur executio sententiæ: & an in causa celeritatem desiderãte posit præfigi terminus appellanti intra quem prosequatur suam appellationẽ dubitabat Alexand. in dict. l. 1. nume. 6. ff. de damn. inf. & in hoc titulo diximus idem in omnibus causis, & an si sententia in ijs causis lata appareat iniusta ex processu, exequetur non obstante appellatione,
20 dic quod non, quia non est sententia, † ex dictis per Hipppoly. consil. 111. num. 24. & per Marant. in disputa. 1. nu. 24. & 25. & hoc si notoriè de iniustitia constaret, & plura alia, quæ in iure conceduntur prop-
21 ter periculum in mora, † refert Hippoly. in pract. §. 1. num. 5. cum 6. sequenti.

Ibi, [Pero permittimos,] limitat omnia præcedentia, vt intelligantur, quod appellatio prohibetur vt non retardetur executio sententiæ, nõ vero vt ex toto tollatur appellatio, & hæc pro hac lege.

Sequitur examinanda practicabilis

LEX. VII.

¶ De las appellaciones libri huius. 5. Recopil. quæ est optima & singularis.

¶ Summarium erit breuissimè desumendum, In causis decem mille morapetinorum appellandum est ad consistorium illius loci vbi sententia pronuntiatur, si sic consuetum est fieri, etiam si in sententia fiat contra condemnatum expensarum condẽnatio, & qualiter tunc & quomodo iudices eligantur, & electi & partes procedere debeant, & intra quod tempus causa est determinanda declarat lex nostra.

NOtandumque est eius dispositionẽ processisse, ne partes pro minimis rebus, vel paruis quantitatibus expẽsas magnas faciant, ita quod plus in expensis consumatur, quam sit valor æstimatioq; causę principalis, vel saltim maior pars æstimationis in expensis consumatur & expendatur, itidemq; ne regij auditores super mi-
1 nimis sese inuoluant † & impediãt, vt probat text. in cap. anteriorum. §. illud. 2. quæstione. 6. & text. in auth. de appellatio. & intra quæ tempora. §. illud, quam rationẽ adhunc text. considerat Auend. c. 5. præt. nu. 2. versi. & ex eadem radice, lib. 1. & sic in. l. cum post sententiam. C. de appel. statuitur, iudicem appellationis debere causam delegare præsidi prouinciæ, si causa ta-
2 lis mediocris sit, & magna distantia † regionis, de qua. l. agit Feli. in cap. nonnulli colum. 1. & 2. de rescrip. & Sapia. in. l. imperium, numero. 59. ff. de iur. omn. iudic. & ex hoc inquit Anchar. relatus & secutus per Rebuffum, in concordata Regni Franciæ, titulo de friuolis appellation. §. si quis vero, gloss. 1. pagin. 224. in mediocri
3 impressione, quod si causa est parua, † non debet Papa de illa, ad eum deuoluta per appellationem cognoscere in curia propter difficultatem itineris, & magnitudinem expensarum, imo si appelletur ad curiam in tali causa, nõ potest pars inuita cogi causam prosequi in curia, sed debet impetrari delegatus in partibus, prout communem testatur Præpositus in capite. qua fronte. numero octauo, de appellationib. & ideo cum nuntiũ & Papæ legatum in Hi-

ſpania habeamus ad eum appellandum eſt, & cauſa per eum committenda in partibus, alias ad ſenatum appellatur in Francia tanquam ab abuſu, ſecundum Rebuff. vbi ſupra, & gloſſ. in pragmati. ſancti. tomo. 2. titulo de cauſis. §. ſi vero. gloſſ. committatur, & in Hiſpania noſtra per via de fuerça, poterit adiri regium conſilium, ex quibus inoleuit mos in terris dominorum quod ſi appellatur à ſententia ordinarij ad dominum ipſum, petitur cauſam cõmitti, & committitur alicui bono viro per agenda vſque ad concluſionem in loco illo in quo cauſa agitabatur, idque ex deciſione text. in. l. mediterraneæ. C. de annonis. & tribut. libro. 10. comprobatur, & ex traditis per Doctores in capi. de appellationibus, extra de appellati. & ſic inquit Bartol. in ea. l. mediterraneæ, quod tutor, aut curator non exigens debitum pupilli, cuius debiti exactio eſſet carior, quam ipſa ſors, non tenetur illud ſoluere pupil-
4 lo, † prout & tenet Baeça, de decima tutorum capit. 2. numero. 111. & Iaſ. in. l. pactum curatoris, numero tertio. C. de pactis, quibus diſpoſitio noſtri text. iuſtiſſima redditur.

Ibi, [De quantidad,] ex ijs verbis dicendum videtur, quod tunc demum lex noſtra procedat, quoties ſuper quantitate, nõ vero ſi ſuper ſpecie ſententia proferatur, etiam ſi ſpeciei illius valor & æſtimatio ſit decem mille tantum morapetinorum, nã text. noſter de quantitate mentionem fa-
5 cit, & quantitas pro ſpecie † reddi non debet, neque poteſt, ſecundum Bartol. in. l. 2. §. mutui. ff. ſi cer. pet. numer. 20. & 21. ergo ſi reddi non poteſt, differenſque eſt ſpecies à quantitate, & de ſpecie ad quantitatem non recte infertur, argumento. l. ſi conuenerit, la. 2. & ibi notat Bartol. ff. de pignorati. actio. & de ſpecie ad quantitatem hac de cauſa non admittitur compenſatio partibus inuitis, neque è contra, ſecundum tex. in. l. ſi conuenerit vt nomen ff. de pigno. acti. & text. in. l. 21. titul. 14. partita. 5. vbi glo. fin. limitat, conſequens eſt, quod text. noſter loquens de quantitate non habebit locum in ſpecie dicti valoris, nihilominus tamen contrarium eſt tenendum, imo quod appellatio noſtri text. locum habeat à ſententia condemnatoria
6 † alicuius ſpeciei non excedentis valorem decem mille morapetinorum, quoniam militat tunc eadem ratio, & ſic eadem debet diſpoſitio militare, lexque noſtra tanquam expenſarum & litium reſtrictiua fauorabilis eſt, & ideo amplianda non vero coarctanda, & quia appellatione quantita-
7 tis ſpecies etiam venit † l. quiſquis, delegatis, 3. & ibi Barto. & in. l. 1. oppoſitione. 1. C. de actio. & obliga. & in Specul. titul. de fructibus & intereſſe. §. 6. verſic. hoc autẽ numero. 3. & ſic text. noſter de quantitate loquens & in ſpecie ſimilis valoris locũ habere dicendum eſt, & ideo in originali, à quo lex iſta ſumpta eſt, teſte Auiles, in forma iudicum ſyndi. cap. 49. verbo condenar, num. 3. fol. 289. appoſitum erat etiã verbum eſtimacion, ſcilicet, de quantidad o eſtimacion, quod vltimum verbum cũ ſuperfluum videretur recopilatori, verbũ enim, quantidad, ad æſtimationem ſpeciei etiam refertur, merito, quod in contextura noſtri text. non apponatur: item quia ſi ſuper ſpecie litigatur, ſi in effectu ſpecies hæc ad quantitatem redacta, non eſt maioris valoris decem mille morapetinorum, nimirum ſi idem in tali ſpecie, quod in quantitate dicendum ſit, pars eſt enim quid eſſe de per ſe, vel per relationem ad aliud, & ſic videmus cotidie practicari, nam ſi ſuper ſpecie litigatur, ſi ſpecies illa non excedit ſummam decem mille morapetinorum & per probationem ſic apparet, appellatur ad conſiſtorium ſecundum diſpoſitionem noſtri textus, & ideo in gradu talis appellationis ſemper ſi ſuper ſpecie litigatum eſt, & ſuper ſpecie ipſa condemnatio facta, liquidare teneris valorem ſpeciei intra triginta dies ad probandum per legem noſtram aſsignatos, vt iudicibus ipſis ſententiam proferentibus, de iuriſdictione conſtet, aliter enim pronunciabunt ſe non iudices & appellantem in expenſis condemnabunt, quoniam cum hæc ſumma ſit fundamentum iuriſdictionis conſiſtorij, oportet vt de ea conſtet, iuxta tradita per Alexand. in. l. ex quacunque, numero decimo ſexto. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, & conſilio primo, numero octauo, volum. quinto, Curtium Iunior. conſilio. 124. numero ſexto, & ſic liqui-
8 dabis ſummam & valorem ſpeciei † in ſecunda

cunda instantia si forte in prima non est liquidatum, vel pars ipsa petens sese in prima instantia contentum non fecerit pro specie illa petita decem mille morapetinis, nam tunc hoc sufficeret, potest enim pars petere minorem inuito contrario summam, remittendo tamen residuum non
9 vero suspendendo † petitionem eius, secundum Bartolum in l. edita, numero sexto, columna tertia, ad fin. C. de edendo, relatum & secutum per Didacum Perez, in l. sexta, titulo decimo sexto, glossa fin. in fine, libro tertio, ordinamenti, columna. 1298. in fine, idque ex communi stylo & practica aduocatorum, vsque ad sententiam in prima instantia ferendam, fieri potest, & protestari, neque huic secundæ meæ opinioni obstabit doctrina illa Bart. in dicto. §. mutui, quoniam in mutuo speciale est vt in eadem specie reddatur, ideò non potest species pro quantitate restitui, sicut & in compensatione speciale itidem est, vt de specie ad quantitatem non fiat, & nos in præsenti difficultate non tractamus de mutuo, neque de compensatione, sed de considerando valore rei petitæ ad iurisdictionis cognitionem, ideo nihil obstat species an quantitas petatur, & condemnetur, quin & si super specie sententia lata sit, considerari debeat speciei illius valor & æstimatio, vt appellari possit ad ciuitatis vel villæ consistorium, vt sit litium finis, & expensarum exactio non sit carior ipsa sorte principali. Vlterius notandum est, quod cum text. noster generaliter loquatur, & de sentētia super quātitate lata, quod quamuis quantitas illa fisco sit applicata per legem, vel per sententiam adhuc liceat appellare ad consistorium, si condemnatio non excedit metam & summam nostri text. quoniā ciuilis causa hęc est, eò quod pecuniaria tantum pœna est imposita, & ideo iudex de criminalibus causis cognoscens non cognoscet de ea, secundum Rotam antiquiorem. 10. de appellation. relatam & secutam per Menochium, de arbitrarijs iudicum, libr. primo, quæstione. 82. numero quarto, ex l. quod ad statum. ff. de pœnis, probante solam sententiam spectandam esse, non vero criminis genus, quemadmodum & lex nostra solam condemnationem considerandam affirmat non vero petitionem & formam eius, & hoc si reus ipse non vero actor appellet, quoniā si actor appellaret, eò quod tunc non fuit reo imposita pœna corporalis, non posset reus tunc ad consistorium appellare, sed si actor consentiat, reus vero appellat à condemnatione contra eum facta quantumcunque fisco applicetur ad consistorium appellare poterit si summam nostri text. non excedat, ex dictis, & ex text. nostro, condemnationem tātum modo considerandam iubente, & de quātitate mentionem faciente, & quia iam hodie legibus partitarum attentis causa illa criminalis iudicatur in qua pœna corporalis venit imponenda, non vero si pecuniaria etiam fisco applicanda, prout alio in loco huius libri dicemus latè, in l. sequente, & hæc opinio iure nostro attento vera est & tenenda in locis vbi stylo & consuetudine sic recepta est, prout in consistorio Salmanticæ audiui fuisse vsam & obtentam consuetudine, in partibus verò vbi contrarium est obtentum id seruandum erit, eo quod consuetudo legem inducit, & lex nostra consuetudinem considerat circa has appellationes ad consistorium interponendas.

¶ Notandum itidem est, quod cum textus noster de quantitate tantum loquatur quod excludit sententiam, vbi alia condemnatio quam quantitatis vel eius valoris facta est, & sic quoties exilium cum quantitate insimul est impositum, vel exi-
10 lium solum, † non licebit ad consistorium appellari, quoniam exilium æstimari non potest, & ita vti & practicari video, quamuis enim exilium non reputetur, quid corporale ad relaxandum reum incarceratum in exilio condemnandum sub fideiussoribus, ex text. in l. secunda, titulo decimo nono, libro octauo, infra, quoad terminos tamen nostri textus in æstimabile reputatur vt ad consistorium appellari non possit ab exilij sententia.

¶ Quid tamen si pro specie debita & per-
11 dita † in quantitate fiat condemnatio, & post appareat species, an sufficiet speciem reddere, vide decisionem Tolos. 206. & ibi additio.

Ibi, [De diez mil marauedis,] iure antiquo authenticorū vsq; ad decē libras erat

quantitas hæc, vt in authen. de appellatio. & intra quæ tempora. §. illud, & cap. anteriorum. 2. quæstione. 6. & iure antiquo nostro vsque ad sex mille morapetinos, vt patet ex Glossatore Salmantino, in præsenti, ex quibus & præmaximè ex text. nostro videtur probari, in rebus minimis ad-
12 mittendam esse appellationem, † idque ex text. in. l. nona, titulo. 19. libro tertio, supra clarius statutum reperimus, dum ibidem à quatuorcentum morapetinorũ condemnatione appellatio denegatur, quasi ab inde infra permitti videatur per text. illum, & ex. l. 9. infra isto titulo, & libro, idem permissum videmus, & iure ciuili & canonico idem defendebat Dec. in cap. de appellationibus, extra de appellationibus, contra communem ibidem per eum assertam, de iure ciuili in minimis nõ appellari, & nisi minima hæc dixeris & retuleris ad quatuorcentum morapetinos iuxta dict. l. 9. titu. 19. lib. 3. supra ius ciuile in hoc correctum remanebit, prout post hæc nouisime, vidi assertum per Olanum, in concordia antinomiarum iuris ciuilis & regij, litera. A. numero. 132. quæstio tamen est in propositum verborum nostri text. quid si iudices ij iudicauerint super quindecim mille an valebit eorum
13 sententia in decem mille, † & in hoc Bal. in. l. 1. C. si aduersus rem iudi. relatus & secutus per Lanfrancum, in capit. quoniam contra. titul. de interlocutio. & appellat. num. 35. ad finem, tenet in nullo valere ta-
14 lem *sententiam, quia actus iudicandi* † est indiuiduus. l. in hoc iudicio. ff. fami. hercis. & l. quædam mulier, eo titulo. Aufredius, quæstione. 215. in decisionibus suis, & sic res data insolutum pro maiori quantitate, quam esset debitum, in totum vitia-
15 tur datio † insolutum, ex text. ibi notante Decio, in. l. cum amplius, in princip. ff. de reg. iur. & l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb. & sequitur Bart. & Bal. relati per Dec. in dicta. l. cum amplius, numero. 1. vbi inquit hanc conclusionem bene procedere in decreto iudicis, quia indi-
16 uiduum est, † prout not. Bal. in. l. certi cõdictio. §. quoniã. ff. si cer. pet. ex quibus inquit Dida. Perez, in præsenti sub. l. 6. titul. 16. lib. 3. ord. colum. 1297. versic. dubitari præterea vidi, quod si plures litigauerũt coram iudice Salmantino in causa valoris quatuor decem mille morapetinorum, quod si ab hac causa ad consistorium appellatur considerando eam respectu plurium sociorum, non vero in concreto nõ valebit sententia lata per iudices consistorij super tali summa, eo quod talis sententia fuit lata sub vno constructu verborum & inconcreto, & sic separationem per appellationem à socijs interpositam non recipit, & sic in simili in nostra quæstione dicendum videtur cum Bald. in dicta. l. 1. contrariam tamen sententiam videtur tenere Specul. in repertorio titul. de senten. §. iusta, num. 8. & ibi Ioan. And. dicens sic determinatum in condemnatione quantitatis, quia diuidua est & idem, Ioa. And. in regul. ea quæ fiunt. de regul. iuris. in. 6. refert Roman. consil. 66. Viso, & Purpura. *in. l. si idem. §. fin. ff. de iur. omn. iud. relati* per Rebuffum, in. 1. tomo, constit. Franc. titul. de sentent. prouisio. artic. 2. gloss. 4. numero. fin. inquiunt enim quod si iudex condemnat ad maiorem summam quam se extendat iurisdictio sua, valebit sententia vsq; ad illam summam, vsque ad quam
17 cognoscere poterat, † quia vtile per inutile vitiari non debet cap. vtile, de regul. iur. in. 6. pro quo inquit Rebuff. vbi supra, facere glo. in cap. fin. de pœni. & remis. in. 6. vbi valent illæ indulgentiæ, quas episcopus dare poterat, si maiores concesserit, & emphyteusis concessa vsque ad quartam generationem valet vsque ad tertiam Bald. in authent. si quas. C. de sacrosanct. ecclesi. quod in tantum verum videtur, quod etiam si iudex in sententia dicat, expresis de per se summis condẽnatione cõtentis, quæ omnes dictæ summæ simul iunctæ faciunt summam centum aureorum in quam reum condemnant non dicitur reus condemnatus in centum, sed in quantitatibus specialiter, & diuisim expresis, secundum Tiraquelum, de retractu linagiel. §. 23. gloss. 1. numero. 22. & sic tali casu ad consistorium appellari poterit, & iudices de regimiento, super eis cognoscere & censentur iudicare super summa iurisdictionis suę, vides igitur quãta sit *inter* Doctores dissensio, & secundum primam Baldi opinionem, quam & tenuerunt Paul. Ias. & Abbas relati per

per Mexiam in. 10. fundaméto primæ partis, ad. l. de Toledo, numero. 43. iudicauit senatus, secundum Rebuf. vbi supr. & Baldi sententia communis erat, secundum glossam, demas. l. quarta, titulo. 26. partita tertia, sed vt ibi aduertit ipse Glossator, secunda opinio Ioannis Andreæ videtur approbata per eandem. l. quartam, ego tamen vtramq; opinionem in suo casu veram iudico, neque contrariari DD. credo, sed omnes in idem recidere, Bald. enim & primam tenentes opinionem loquuntur quoties sententia condemnatoria non continet nisi vnum tantum capitulum metam iurisdictionis excedens, túc enim si ad consistorium appellatur & iudices condemnant in decem mille & sic in summa suæ iurisdictionis, cum condemnatio prima esset in maiori summa facta, in totum erit sententia nulla & sic neque in decē mille valebit, quia indiuiduus est actus sēteтiæ illius & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, & in hoc casu procedit quæstio proposita per nos in prima opinione de pluribus socijs eandem summā petētibus, idque verum est, quod etiam partibus volentibus illa sententia non esset valida, eo quod prorogatio iurisdictionis in causa appellationis locum non habet, consensus enim partium iurisdictionem conferre non potest. l. 3. C. de iur. omn. iud. & in hac lege contra Auiles latius dicemus Deo volente, & sic in vim sententiæ nihil valeret, neque partium consensus sufficeret vt tanquam sententia valeret, ex. l. si expresim in principio iuncta gloss. ff. de appellation. not. Bart. l. 1. C. qui pro sua iur. & Abb. per illum tex. in cap. examinata, de confir. vtil. vel inut. & alij relati per Mex. vbi supra, in responsione ad. 7. fundamentum primæ partis, numero primo, & secūdo, & optimè per Anton. Gabrielem, in communibus opinionibus suis, titulo de sententijs, conclusione secunda, per totam, adeò vt neque tunc in vim pacti valeret sententia illa, secundum Aretinum, in capit. at si clerici, in principio, columna 5. versicul. & per hanc rationem extra de iudicijs. Ioan. vero Andreas, & sequaces tenentes secundam opinionem loquuntur & procedunt quoties sententia illa cōtinebat diuersa capitula, & nullum capitulum excedebat summam iurisdictioni præfinitam, putà, quia decem erant petita ex vini venditione, ex frumenti totidem, ex domus locatione idem, tunc enim si iudex condemnet in ijs, secundum quod petitum fuit, quantumuis illæ summæ simul iunctæ excedant metam iurisdictionis nō erit nulla sed valida sententia, quoniam tunc non datur actus indiuiduus, sed diuiduus, & in actibus diuiduis vtile per inutile non vitiatur, & ita procedit etiam doctrina illa Tiraqueli relata in secunda opinione, & quia tunc tot sunt condemnationes quot sunt summæ & capitula, secundum Bartolum. l. 2. C. de re iudica. ita distinguentem, & Rebuff. vbi supra, & Pet. Pekium, in dicto cap. vtile, numero. 12. de regul. iuris, in sexto. & Fulgosiū optimè, in consilio. 109. & ita frequentiores tenere asserit Oroscius Hispanus laudandus, in. l. fin. numero fin. ff. de iur. omn. iudic. columna. 598. in fine, cum principio sequentis, vbi & inquit optimè valere sententiam si dubium sit, an quantitas intra cognitionem sit iudicantis, similiterque si inter litigatores conuentum sit expresse, per viā pacti intelligo, vt iudicet, quin etiam si se iudicem competentem protulerit, in prima instantia intellige, nam in secunda vt diximus prorogationi non est locus, & pars aliqua tunc à pronuntiatione illa non appellauerit, tunc enim valebit, equidem sententia illa in maiori summa prolata, quæ singulares limitationes sunt ab Oroscio, vbi supra, propositæ, & veræ si secundum quod diximus eas intelligis, licet ex dicta. l. 4. titulo. 26. partita. 3. prima Baldi opinio videtur reprobata, & approbata per eam secunda Ioan. And. si eā intelligas & declares secundum dictam distinctionem.

¶ Sed an posit creditor si viginti mille ex vna obligatione debeantur, hodie petere decem mille ex eis, & cras alia decem mille, ne posit appellari ad regiam curiā,
18 † sed ad consistorium secundum nostræ legis formam, & breuiter dicendum est, cum Anton. Gomez, tomo. 2. variarum, cap. 10. numero. 6. in princip. quod non si à debitore opponatur exceptio diuisionis sed si non opponeretur posset vtiq; inui-
19 to enim reo † separatio debiti fieri nō pōt,

secundum Bal. in l. si mihi & Titio colum. 2. de leg. 1. relatum & secutum per Didac. Perez, in præsenti in l. 4. col. fin. in fin. in titul. 16. lib. 3. ord. col. 1298. in medio, imo & iudex posset hæc impedire, & iubere q

20 omnia simul peterentur & non diuisim, † vt lites euitentur, prout per senatum iussum fuisse breuibus verbis testatur Rebuf. in d. artic. 2. glos. 4. numero. fin. in fine, & qualiter tunc per partem opponendum sit ne videatur confiteri debitum declarat Anto. Gomez, vbi supra, hæc tamen quo ad nostram appellationis instantiam verificari possent, si sententia lata super decem petitis tacuit reus in prima instantia, & dũ fuisset absolutus, actor ab illa sententia absolutoria ad consistorium appellauit, tunc enim reus ipse poterit declinare iudicum de consistorio iurisdictionem opponẽdo de separatione illa, & sic eludet eorum iurisdictionem, & sententia prima transibit in rẽ iudicatam, & erit pro re optima cautela, vt in prima instantia, & si absoluatur declinet dicto modo iudicum de consistorio iurisdictionem, & si condemnetur appellabit ad consistorium, & sic expensas plures euitabit. Notandum etiam est, & singulariter, quod si tempore, quo prima sententia lata est, res super qua lis tractatur non ascendit valorem horum decem mille morapetinorum, pendente tãmen iudicio in causa appellationis coram iudicibus de consistorio, excedit, quoniam creuit eius valor, adhuc tunc iudices ij poterunt super causa tali cognoscere eòquod tẽpus primæ sententiæ attendendum est ad valorem hunc considerandum, hæc est doctrina aurea & singularis, quam ex text. in l. fin. §. fin. C. de appellatio. desumit Barto. ibi & in l. si idem cum eodem in principio ff. de iuris. omn. iud. & Felin. in cap. significauerunt, numero. 5. de exceptionib. vbi intelligit verum quoties ex vna, non vero ex diuersis causis separatis quantitas illa debetur, & cum Bartol. testatur communẽ Ias. in ea. l. si idem, numero. 6. & nouissime Doctor Guterrius, in tractatu de iuramento confirmatorio. 3. part. cap. 5. numero. 28. Ex quo vidi & audiui aliquando posse dari optimam cautelam in propositum nostræ legis, vt eius dispositio locum habeat etiam super maiori summa decem mille morapetinorum, scilicet quod si quis debet tibi centum mille morapetinos ex vna causa, non vero ex separatis, & times quod debitor tuus si condemnatur, appellabit ad cancellariam, pete omnia cẽtum mille in libello, & in probatione in prima instantia facienda, tantum probabis decem mille, & si in illis decem mille tantum fuerit debitor tuus condemnatus, appellare poteris ad consistorium ciuitatis eo quod in alijs etiam petitis non fuit reus condemnatus, vel si pars condemnata ab illa condemnatione appellauerit, & appellatio eius simpliciter & non cum cautela proposita fuerit, puta, quia non consensit sententiam in eo quod pro se facit, & in contrarium appellauit, tunc enim quoniam potest appellatus etiam si non appellet, sese appellatione aduersarij iuuare de iure, ex text. *in dicta. l. fin. in* secunda in-

21 stantia probando † tota centum mille tibi deberi, poterunt decuriones ij super illis etiam pronuntiare, nam crescente lite crescit iurisdictio, ex sententia illa Bartol. & quia cum ex textu nostro condemnationis sententia inspicienda sit, sententiaque illa sit tantum condemnatoria decem mille morapetinorum, quantumuis post in secunda instantia appareat tota centum mille deberi, super omnibus illis poterit pronuntiari per iudices hos, cum habeant causam de præterito, & est optima cautela, & vidi post notasse Guterrium, vbi supra, numero. fin. quam tamen cautelam ego intelligerem veram esse *& procedere*, quoties in sententia tantum mentio fuit facta decem mille morapetinorum, nulla absolutione facta aliorum nonaginta mille, secus vero si condemnatione decem millium facta ab alijs nonaginta reus in sentẽtia absolutus fuerit, vel condemnatus appellauit cum cautela dicta, tũc enim omnino teneris appellare ad cancellariam regiam, vel ad alium superiorem, quã ad consistoriũ, ab omissione cõdemnationis illorũ nonaginta mille dipõdiorũ & ab eorũ absolutione, eò q tũc censeris condemnatus in illis nonaginta mille absoluendo debitorem ab eis, & sic ad consistorium appellari non potest, & ideò cautè circa hæc agendum putò & in casu, quo ea vti fas sit, absque malitia & testium per

iurio

iurio vtendum consulo, & hanc Bartoli cautelam, omnes secutos fuisse testatur Beroius, in quæst. familiari. 99. & non obstant ibidem dicta per eum, quoniam ipse loquitur quoties non sententiæ, sed libelli tenor inspiciendus erat: sed an si quis, quia positionibus non respondit, vel non clare & sine plica declarauit, habitus est pro
22 confesso † in petitis, & post sententia diffinitiua virtute illius confessionis fictæ cõdemnatus est, condemnatio tamen nõ excedebat metã nostri text. à qua quidẽ pars condemnata appellauit ad consistorium, poterunt nè iudices ij de consistorio cognoscere super declaratione confessi, quemadmodum & super sententia diffinitiua, an verò tantum super diffinitiua, & in hoc dicendum est, quod si pars habita pro confessa non appellauit à declaratio-
23 ne illa non poterunt † iudices ij de ea cognoscere, ex dictis per Cœpolam, cautela. 189. & prius in cautela. 50. ille qui non respondet sed tantum cognoscent super diffinitiua à qua appellatum est ad eos, & tũc si reus contrarium & sic intentionem suam non probauit confirmabitur sententia diffinitiua, quantumuis actor nihil probet, quoniam intentionem suam fundat declaratio illa confessi in rem iudicatam lapsa, idque verũ credo & sine dubio retenta opinione, quod declaratio confessi trãsit in secundam instantiam, secus vero si contrarium teneas, de quo diximus late in alia parte huius libri quarti. quid tamen erit si dum condemnatio facta est maioris summæ decem mille morapetinorũ, & nihilominus pars condemnata appellat ad consistorium parte contraria non contra-
24 dicente, sed tacente potius, poterunt nè † iudices de cõsistorio de causa illa cognoscere, & videtur dicendũ quod sic, quoniã tacitè pars appellata videtur in iudices hos consentire, & iurisdictionem eorum confiteri, taciturnitas enim in iure multa ope-
25 ratur & in multis pro consensu † habetur quæ refert Ias. in. l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui vel alieni iur. & in. l. admonendi. ff. de iureiur. & melius per Guidonem Papæ, decisione. 221. quem refert Boeri. decisione. 341. num. 1. & per alios relatos per Additio. Bartol. in. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. num. 10. litera. A. ff. de iure iuran. & per Ripam. in. l. naturaliter. §. nihil num. 72. ff. de acq. pos. & Deci. in. l. in ambiguis. §. non est nouum, num. 4. cum seq. fol. 121. in paruis. ff. de regul. iur. item quia tunc per priuatorum consensus non tribuitur iurisdictio, vt probat. l. 3. C. de iur. om. iud. quoties ille in quẽ iurisdictio, dirigenda est per talem consensum, nullã habet iurisdictionem, secus vero si aliquã haberet, secundum glos. in ea. l. 3. & ijs & alijs hanc opinionem videtur tenere Paul. Cast. in. l. de qua re. §. iudex. ff. de iudi. relatus & secutus per Auiles. in forma secretæ syndicatio. cap. 49. verbo condenar, num. 13. fol. 290. & Guido Papæ, dec. 285. vbi inquit quod in curia seruatur sententia lata vltra summam si partes non contradicant nihil ominus tamen in nostra materia contrarium est tenendum, imo quod quantũuis partes taceant, non possunt iudices ij super maiori summa cognoscere, nam cũ limitatam habeant iurisdictionem neque ex expresso, neque ex tacito partium consensu effici possunt iudices, ex text. in cap. dilegenti. §. manifesta, de foro comp. & ex glos. in cap. Rodulphus, de restrip. & in. c. significasti, de foro comp. & tenẽt DD. in cap. si clericus Laicum, eo. titu. ideoque talis defectus iurisdictionis quandocunque etiam lata sententia opponi poterit, ex cõmuni sentẽtia glos. in Clem. vni. in verbo non obstante, de seq. pos. & fruct. quã laudat plures eam sequentes & laudantes referens Didac. Perez in. l. 2. titul. 6. lib. 3. ord. col. dubitatur, col. 981. & Addi. Bart. in. l. si expressim num. 12. litera. G. ff. de appella. & Bal. in. l. fin. & ibi Addi. l. de exceptio. faciunt dicta per Ias. in. l. licet num. 4. C. de procura. & in. l. 1. nu. 12. C. de iur. & fac. ig. & sic in nostris terminis contra Auiles tenet Mexia. in. l. de Toledo in. 10. fundamento partis. 1. num. 39. quem post hæc sic tenendo & cõmuniorem & veriorem cõtra Auiles dicens refert doctor Guterr. vbi supra, nume. 20. & eò quod prorogatio iurisdictionis in appellationis instantia
26 † fieri non potest, secundum Auendaño, alios allegantem in cap. 1. pretorum num. 32. versi. duodecima causa, lib. 1. & iterũ in cap. 6. num. 1. eo. lib. & responso. 26. n. 10. & Felin. in cap. P. & G. de offic. delegati vbi Barb. hanc comunem testatur opi-

Mm 5 nio-

nionem, & quia quoties tempus instantiæ præfixum est, non vero sententiæ, nullo modo prorogari potest iurisdictio, secundũ Cæpolam, in. l. quod si nolit. §. quid ita num. 2. &. 5. fol. 128. in paruis. ff. de ædil. edicto, & sic sententia lata vltra summam vel vltra tempus instantiæ præfixum nulla erit, vt in hac lege dicemus annuente Deo, quæ cum nulla sit sententia, nullo modo potest in vim sententiæ approbari partium consensu, imo neque in vim pacti cum sit nulla ob defectum iurisdictionis, prout in hac lege dictum remanet, nisi ob seruaretur cautela proposita per Guterri. vbi supra, num. 19. & dicta pro prima opinione debent intelligi in alia quam in secũda vel tertia appellationis instantia procedere, & vbi in partium potestate est acta & sententiam approbare, ex dictis optimè per Ant. Gabrielem, in suis communibus opinionibus, titul. de sententijs conclusione. 2. per totam, & sic semel iam in contingentia facti dum assessor essem horũ iudicum de consistorio etiam parte non opponente neque contradicente pronuntiaui, & causam remisi ad curiam, & pluries itidem consultum vidi & allegatum, quæ quidem secunda opinio sic retenta intelligẽda est vno & singulari modo, & declarãda vt procedat quotiescunq; ex processu, vel sententia constaret condemnationem summam & metam nostri text. excedere, secus vero si esset dubium an excedat nec nè, tunc enim parte non opponente poterunt optimè iudices ij pronuntiare super iustitia causæ, & valebit pronuntiatũ quã tũuis post appareat condẽnationem excedere limina nostri text. eò quod in dubio 27 † iudex competens præsumitur quando processit contra præsentem vsque ad litis contestationem, secus si contra contumaces secundũ Innocen. in cap. innotuit, de eo qui fur. or. suf. & Bal. in. l. fi. C. de re iud. Cardi. num. 1. & Feli. num. 10. in cap. cũ in iure, de offi. del. & cum Innocentio trãseũt doctores, secundum Alexa. in. l. licet, super glos. inueniantur num. 5. C. de procur. & faciunt dicta per Felin. in cap. si clericus laicum, num. 2. &. 3. de foro comp. & hæc non est prorogatio quia cum pronuntiant iudices non constat de eorum incompetentia, sed potius de competentia iurisdictionis, quoniam in dubio iudices præsumendi sunt si pars non opponat, & sic semel pro me patrocinante iudicatum vidi & voluit Guterrius vbi supra, nu. 30. sic etiam declarabis text. l. si quis ex aliena, 28 † ff. de iudi. probantem, quod si dubium sit an quantitas intra iurisdictionem sit iudicantis, optimè cognoscere posse, etiam si reuera esset causa maioris summæ, quam ad hoc allegauit Oroscius, in. l. fi. num. 12. ff. de iur. om. iudi. nam id verum est si per partem non opponatur, secus vero si opponatur, nam tunc tenetur aduersarius veritatem ante sententiam liquidare, aliter enim non obtinebit, neque iudices pronũtiare poterunt super meritis causæ etiam dicto dubio existente & an in casu in quo iudices ij non possunt super meritis causæ pronuntiare, sed se non iudices pronuntiaturos est certum, tenebuntur causam iudici à quo remittere, vel ad superiorem, ad quem pertinebat cognoscere, dic quod ad superiorem debet remittere, ex. l. 18. titul. 23. part. 3. de quo latius diximus in. l. 1. supra isto lib. & titul. si tamen actor in prima instantia ante sententiam se contentum reddat cum decem mille morapetinis pro repetita erit locus nostræ legi, secundum Guterrium vbi supra, num. 24. quibus sic cognitis limitatur dispositio nostri text. vt non procedat in casu. l. 8. infra isto titu. & lib. quam legem ad hoc voluit allegare Didacus Perez, hic col. 1294. in fine, cum prin. sequen. item & secundo non procedit in casu. l. 9. supra titul. proximo, neque itidem in casu. l. fin. titul. 12. lib. 2. supra in quibus casibus etiam si summa sit minor decem mille morapetinorum non licet appellare ad consistorium ciuitatis vel villæ, sed appellandum est ad iudices ab illis legibus designatis & notandum est quod ex illa. l. fin. titul. 12. lib. 2. supra determinatur. iam dubium tactum per Didacum, del Castillo, in. l. 49. tauri, num. 8. versi. sed iterum quæro, num scilicet à sententia la-29 ta super occupatione terminorum † populi alicuius, quæ quidem sententia & condemnatio in ea contenta non excedebat valorem & summam nostri text. licebit appellare ad consistorium ciuitatis vel villæ illius, & huic dubio respondet Castillo vbi supra, quod cum per. l. 3. titul. 7. infra lib.

lib.7. à similibus sententijs terminorum
appellandum sit ad regem non licebit ad
consistorium appellare, quantuncunque
cõdemnatio sit intra summam nostri text.
quid tamẽ erit in causis gabellarum aliquã
do dubitationis maximæ fuit, an & in ijs si
minoris valoris essent sex mille morapeti-
norum posset appellari ad populi consisto
30 rium †, & videbatur dicendum quod sic,
nam illa.l.fin.titul.12.lib.2.supra solum lo
quitur in causa maioris summæ sex mille
morapetinorum, ergo in minori seruabi-
tur lex nostra, nihilominus tamen contra-
rium est dicendum, imo quod in causis ga
bellarum quantuncunque minimæ æsti-
mationis sint non poterit appellari ad con
sistoriũ ciuitatis vel villę, sed ad calculato-
res curiæ, quoniam in gabellarum causis
ipsi sunt specialiter deputati in appellatio-
nis instãtia, ideo per generalem dispositio-
nem nostri text. non censetur iurisdictio-
ni eorum derogatum, & secundum. l.5.
titul.12.lib.2.supra innuitur esse in hisce
causis appellandum ad iudices ibidem desi
gnatos, & in appellationis materia circa
gabellas lex quaterni seruanda est, secun-
dum text.l.1.titul.2.cap.6.lib.9.infra &
ita in nostris terminis tenet Castillo. vbi
supra, & sine dubio ita est, habemus ete-
nim capitulum.19. de los nueuos apunta-
mientos de las alcaualas, disponens expres
se appellandum esse in causis gabellarum
etiam minimæ æstimationis ad curiam pa-
ra el consejo de contaduria mayor, vlte-
rius & in causis residentiæ iudicum & of-
ficialium iustitię appellandum est ad curiã
31 vel regiam † cancellariam secundum cau
sarum essentiam & naturã, nullo vero mo
do posse appellari ad consistorium, se-
cundum text.in.l.17.& 20.titul.7.lib.3.
supra notat Auiles in cap.21. Syndicatus
in glos.se presente, & probatur etiam ex.l.
20.titul.4.&.l.12.titul.5.lib.2.supra. sed
an si sententia plura capitula cõtineat, nul
lum tamen capitulorum de per se excedit
summam nostri text. omnia tamen capi-
tula iuncta excedunt appellabitur ad con-
32 sistorium, † & supra iam determinauimus
quod sic, quoniam tot sunt sentẽtiæ, quot
capitula, ex relatis per Auendaño titul. de
secunda supplica. mille & quingen. dupla-
rum num.13.versi.sed cotidianum, & te-
net expresse in nostris terminis Anto. Go
mez tomo.2. variarum cap.11.num.16.
post prin. sed quid si sub vno capitulo sen
tẽtiæ plures res aut summę cõtinerentur,
& vnaquæque res vel summa in abstracto
non excedit metam nostri text. in concre
to vero & simul iunctæ excedunt, poterit
33 ne appellari ad consistorium, † & dicen-
dum est quod si omnes illæ summæ aut
res prius in sententia specialiter sunt enu-
meratæ quantũcunq; post resoluantur in
simul in sententia dicendo, quę quidem
summæ & res sunt talis valoris & æstima-
tionis, tunc si vnaquæque de per se non
excedit nostri text. metam poterit ad con
sistorium appellari, quia plura sunt capitu-
la sententiæ quoniam plures res & sum-
mæ sunt in ea specialiter numeratæ licet in
vnam resolutę, prout supra hac glos. asse-
rimus tenere Tiraq. si vero sententia non
contineat nisi vnum tantum capitulum &
sic vnicam condemnationem eodem con
textu factam quantũcunque sub ea plures
summæ cõtineantur, si excedũt nostri tx.
iurisdictionem non poterit appellari ad cõ
sistorium, quoniam sententia est actus in
diuiduus, ideo non posset capitulum illud
diuidi, & super parte eius pronuntiari in
consistorio, secundum Rebuf. in dict. to-
mo.3.consti. Franc.titul. de senten. proui
art.2.glos.4.num.fin. & Vantium, de nul
litatibus processus, titul. de nullitati. sen-
ten. ex defectu processus, num.100. &
Didacus, infra allegandus, & quando dica
34 tur † vnum capitulum, vel diuersa vide
remissiue Ias. in rep.l.ad monendi nu.130.
ff. de iureiur. ex quo infero ad quæstionẽ
de qua supra succincte tetigimus, quid si
plures litigauerint in causa quatuor decẽ
mille morapetinorum contra Petrum, &
si in cõcreto cõsideremus est maioris valo
ris, si vero respectu plurium sociorum mi
35 noris, an † ad consistorium appellari pote
rit, & vt supra iam diximus Didac. Perez,
in præsenti, col.1297. versi. dubitari præ-
tereà vidi, inquit ad curiam esse appellan-
dum, id tamen verum esse intelligo quo-
tiescunque hæc quatuordecim millia ex
eodem debito descendunt, & sic ex vna
actione, vt per Cæpolam consi. ciuili.14.
ad hoc relatum per Addi. Alexan. consi.
135.nu.2.litera. C.vol.4. & Cœpolam
non

non reperi in ciuilibus consilijs, sed in criminalibus dict. consi. 14. num. 21. & seq. & in simili inquit Auendan. in tract. de secunda supplicatione num. 13. versi. sed co tidianum secus vero si sint plura debita dif ferentium contractuũ, tũc enim cum tot sint condẽnationes, quot sunt summæ in condemnatione contentæ ad consistoriũ erit appellandum si non vno constructu verborum condemnatio facta sit in fauorem dictorum sociorum societatem inuicem habentium, ex qua societate debita il la resultarunt, non enim est facienda coa-
36 ceruatio summarum † ex diuersis actionibus debitarum ad impediendum iudicis iurisdictionem l. si idem cum eodem. ff. de iur. om. iudi. vbi Bart. & omnes, vel in odio sis, sed in fauorabilibus tantum sic prout cõmunẽ testatur Ale. in cõs. 113. n. 3. vol. 5. vbi. n. 4. 5. & 6. in nostrũ propositũ ita asserit, & ibi Additio. litera. A. alios allegat, & in ijs terminis ita consuluit Fulgos. cõs. 109. per totũ, maximè in col. fi. & Rebuf. optimè in. 1. to. const. Fran. tit. de sen ten. execut. art. 13. gl. 1. pag. 409. & Auẽ. vbi sup. n. 14. vers. itẽ ex supradictis vnde dixit Ang. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebellia. post Bart. vbi nu. 2. quod si quis pro pluribus delictis sit condemnatus in centum pro vno in quinquaginta & pro alio in alijs quinquaginta non dicitur condem
37 natus † in centum, & sequitur Alex. consil. 135. num. 2. vol. 4. & idem dicendum est respectu plurium debitorum condemnatorum non in solidum sed simpliciter vt si eorum condemnationes ex diuersis causis descendant, & vnaquęque earũ nõ excedit summam nostri text. appellandũ erit ad consistorium ciuitatis vel villę vbi causa agitatur, quantuncunque omnes illę summæ in vno eodemq; libello & in vna & eadem sententia contineantur, secus tamen erit, si ex vna actione & defensione fieret condemnatio contra plures, etiam in viriles portiones dum tamen vnus pro alio sit condemnatus soluere quoniã tũc non erit locus dispositioni nostri text. & ita etiam voluit Auend. vbi supra, num. 14. & idem crederem si condemnationes illę in vicem essent connexæ, & quæ dicantur
38 connexa † tradit Deci. & eius Additio. in cap. si duobus de app. & melius omnium Menochi. de arbitrar. Iudi. lib. 2. centuria. 1. casu. 95. eo quod secundũ eũ ibi. n. 5. & n. 9. cõnexa indiuidua & inseparabilia sunt & Signorol. de Homod. in cõsilio posito post lecturã Cœpolæ, de seruis fugitiuis.

Ibi, [La cõdenacion della], nam quo ad deuoluendam causam appellationis quan
39 titas causæ non ex libello sed ex ipsa † sen tentia inspicienda est vt probatur ex tx. no stro & ex. l. in offerendis in princip. C. de appellatio. & in propositum nostrum notat Fulgosius dict. cons. 109.

Ibi, [Appellacion para ante nos], etiam si ex eo quod appellãs esset miserabilis per sona vel alia priuilegiata, vellet virtute priuilegij sui alias concessi ad trahẽdam causam per casum curiæ ad superiores ex via appellationis, non possit virtute talis priuilegij causam decem mille marapetinorum, vel minoris valoris ad cancellariam vel curiam trahere, sed omnino ad consistorium debet appellare, nam si quo ad primam etiam, instantiam similis causa ad cancellariam vel curiam deferri nõ potest per talem priuilegiatam personam vt probatur in l. 11. titul. 3. infra isto lib. à fortiori neque per viam appellationis quoniã quod vna via prohibetur, ad id alia ex iuris regula admitti non debet, & quia causa semel cœpta coram inferioribus ibidem finiri debet idemque iudicarem in locis de señorio vbi speciales iudices appellationum deputati sunt per dominos, nam in ijs locis ad ipsos iudices appellationum erit appellandum in his causis & cum sententia eorum in secunda instantia lata finietur negotiũ æstimationis & valoris nostri tex. neq; ad cõsistoriũ talis loci erit appellandũ nẽ præiudicet iurisdictioni dominorũ in terris suis & iudicum ab eisdem nominatorũ ad decidendas appellationũ instantias, q̃ & præsertim procedet in locis vbi domini nõ habent cognitionem primæ instantiæ, nisi aliud de consuetudine legitimè pręscripta habeatur, nã tũc talis cõsuetudo erit seruãda vt in. l. 12. tit. 5. lib. 2. sup. notauimus, & ita quotidie videmus vti & practicari in similibus locis de señorio.

Ibi, [seã tenudos de la otorgar ni la otorguẽ], etiã si sit de casibus vbi appellationi omnino deferendum est, adhuc enim tũc si causa sit valoris nostri text. & appellet

ad

ad curiam & non ad populi consistorium non est deferendum appellationi neque punietur iudex ei non deferens pœnis legis. 13. & similium infra isto titul. nisi insimul appellaretur ad curiam & ad illum ad quē iure appellari potest, quoniam tūc cū censeatur appellasse ad consistorium erit tali appellationi deferendum sub pœnis dictæ. l. 13. si aliud de iure non prohibeatur. idque probatur etiam ex text. in. l. 18. tit. 23. part. 3. ex qua & in propositum nostri text. notandum est, quod si pars condemnata intra iurisdictionem à nostro text. designatam per errorem appellauerit tum ad iudices maiores & non ad consistoriū neque ad alium quem de iure poterat, adhuc tunc valida erit talis appellatio, quæ licet prosequi non possit coram superioribus, ipsi tamē superiores tenebuntur cau-
40 sam inferioribus † remittere, quoniam error ille corrigitur à iure secundum Bart. per text. ibi in. l. 1. §. siquis. ff. de app. & probatur ex dict. l. 18. & tenet nouissimè Gomezius Leon. in sua centuria informationum iuris loco. 75. sic dicens pronuntiatū & cum remitti debeat inferioribus causa hæc teneri potest, quod si pars grauata cū remissione se præsentat in consistorio quā primum potest, iudices nominandi sunt, quiquidem poterunt cognoscere de iustitia causæ & eā terminare intra nostri text. terminos, nam si aliud esset dicendum ad quid quæso, remissio hæc esset facienda? & de iure ita sustentari posset quamuis in practica circa terminos nostri text. difficulter crederem obtineri.

Ibi, [Se sintiere agrauiada]. ob hoc enim appellatur vt grauamen sententiæ, tolla-
41 tur nam appellatio ad corrigendū † iniquitatem sententiæ interponitur, vt habetur in. l. 1. ff. de app. & in. l. eos. C. eod. & ideo dicitur si grauaris appella. c. omnis oppressus. 2. quæst. 6. ex quo inquiunt Bal. & Relati per Rebuf. in. 3. tom. cons. Franc. titul. de appel. in præfatione num. 76. quod con-
42 tra venenum iudicum † data est theriaca appellationis, quam quidem appellationē interponendam consulo quoties grauaris ex sententia, nam appellationis immediata
43 † causa est grauamen secundum Abb. in cap. consuluit. 2. num. 3. & ca. quæstioni, num. 5. & cap. nouit, num. 2. & c. ex parte. num. 7. de app. sine grauamine enim regulariter quis non auditur appellans nisi ordo omittatur secundum tex. in. l. ait prætor. §. permittitur, ff. de minor. & Bal. notat in cap. cum dilecta num. 30. de rescrip.
44 appellatio enim non suffugium † sed refugium debet esse, secundum text. in cap. cū appellationibus de appel. in. 6. l. in fundo ff. de reiuend. & remedium oppressorū non vero iuuamen iniquitatis, vt probat text. in cap. ad nostram & cap. sugestum & cap. cum speciali. §. porro de appel. alias enim iniuste appellans mortaliter peccat & ad restitutionem tenetur damnorum & expensarum, vt ex Thoma. 2. 2. quæst. 69. art. 3. probatur & tradit Soto, de iustitia & iur. lib. 5. quæst. 6. art. 3. & Nauar. in man. cap. 25. num. 39. nisi appellans confidat in secunda instantia intētionē probare nam cum confidentia iustæ causæ, non est
45 peccatum † appellare, secundum Thomā relatum per Feli. in rub. in fi. extra de app. nā & appellat à sententia vt probatio omissa in prima instātia possit suppleri & restaurari in secunda, & sic cōmuniter dicitur in appellationis instātia nō allegata allegabo & nō probata pbabo, vt deducitur ex tex. in. l. per hanc. C. de appel. quam regulam optimè ampliat & limitat Rebuf. in. 2. tomo constit Franc. tit. de rescrip. art. 3. glo. 4. num. 2. cum sequentibus & quando iu-
46 dex dicitur grauare † vide eūdem Rebuf. in dict. titul. de appel. art. 22. glos. 2. num. 6. cum sequētibus & ideo iuste lex nostra appellationem permittit si pars se grauatā senserit & ex. l. 1. ibi, agrauien a las partes. supra eod. idem deducitur vbi & aliqualia diximus in propositum.

Ibi, [que pueda appellar], absque appellatione tamen non poterunt iudices hi de consistorio adiri, vt de iustitia causæ corā ordinario loci vertentis cognoscant, etiā per viam nullitatis principaliter intentatæ quoniam, limitatā habent iurisdictionē ex text. nostro per remedium appellationis, & ideo neque per viam querelæ neq; nullitatis principaliter intentatæ ad eos regu-
47 lariter † recurri potest, secundum Feli. & Deci. in. capit. in literis columnis finalibus de offi. del. & Francum in cap. dilecto num. 76. de appel. & Auend. cap. 6. præt. num. 3. lib. 1. & hanc communiorem testatur

statur

statur Feli in cap. per tuas col. fin. de sentē. excom. relatus per Vantium, in tract. de nullit. proces. in titul. corā quo nullit. propos. num. 20. quidquid contrarium senserit Abb. in dict. cap. in literis in fin. & Deci. in dict. cap. dilecto colu. penul. incidenter tamen principaliter interposita appellatione poterunt iudices hi de nullitate etiā cognoscere nisi appellatio interposita sit cum clausula saluo iure nullitatis, tūc
48 enim neque incidenter † possent de tali nullitate cognoscere iudices ij de regimiento, quoniam saluando nullitatem circa eam censetur eorum iurisdictio ligata, secundum Deci. in dict. cap. dilecto num. 5. de quo & alibi latius dicemus, & quando dicatur nullitatem tractari principaliter &
49 quando incidenter, † videndus est Couar. pract. quæst. cap. 24. num. 7.

Ibi, [hasta cinco dias], ex his verbis iunctis illis præcedentibus, pueda, quod verbum pueda, affirmatiuè conceptum non importat necessitatē sed meram voluntatem & potentiam, colligo conclusionem contra errorem quorundam aduocatorū
50 † asserentium, quod si hodie notificatur sententia lata per iudicem à quo & cras decuriones & anciani ciuitatis congregātur ad cōcilium ordinarium, quod tenebatur grauatus ex sententia illa, illamet die appellare & se præsentare in illo primo consistorio aliter enim appellatio remanebat deserta, contra quorum opinionem vides text. nostrum esse expressissimum, nam si parti grauatæ per sententiam iudicis à quo quinque dies concedit ad appellādum ab ipsa sententia, & pars grauata non vult appellare nisi in quinto die, quantuncunque interim congregetur concilium, etiam ordinarium, non est cēsendum appellationem remanere desertā, quoniā esset alias restringere terminum illorum quinq; dierum, per legem nostram, &. l. 1. supra isto titul. appellationi constitutorum, neque obstat quod lex nostra dicat quod tenetur pars grauata in primo consistorio se præsentare, quia illud verum est & procedit postquam pars appellauit, idque lex nostra significat, dum prius de appellatione proponenda præsupponit, quasi non dum proposita appellatione non tenebitur pars se præsentare in consistorio illo, vt enim dispositum locum habeat debet verificari præsuppositū ex glos. singulari & communiter approbata in. l. mancipia. C. de seru. fugiti. lex tamen nostra præsupponit appellationis interpositionem præcessisse cōgregationen concilij, igitur, deficiente appellatione & sic præsupposito. non est necesse verificari dispositū & sic præsentationē in consistorio. item quia post appellatio
51 nē intepositā, nō vero ante † currit tempus eam prosequendi vt in capit. ex ratione de appel. l. 1. &. 2. supra isto titul. & lib. neque reperitur cautum quod in aliquo casu teneatur pars statim appellare, secundū Cassiadorum decisione. 6. de app. num. 1. & sic remanet firma conclusio, contra illos aduocatos quod non tenetur grauatus appellare & se præsentare in primo consistorio durante tempore quinque dierum, appellationi assignatorum nisi pars ipsa velit appellare, & appellauerit statim lata sententia, quoniam tunc appellatione proposita tenebitur se præsentare in primo consistorio, aliter vero remanebit appellatio deserta, & sententia in rem iudicatam lapsa, quem admodum firma remaneret sententia si lapsis his quinque diebus pars grauata non appellaret, secundum text. in. l. ab eo. C. quomodo & quando iud. &. l. 1. §. biduum. &. l. eos. §. 1. ff. quando appel. sit. & in auth. hodie. C. de appel. optimam. l. 19. columna. 2. in fin. titul. 22. &. l. 2. in fi. titu. 23. part. 3. & notandum quod dies isti quinque debent esse continui, vt colligitur ex text. nostro ibi, hasta cinco dias del dia que se diere la sententia, & ex. l. 1. supra eod. & quia in dubio omne tempus assi
52 gnatum à lege debet esse continuum, † secundum glos. singularem & vnicam in rubric. ff. de diuers. & temp. præscrip. teste Imol in Clem. 1. de in integ. resti. 4. col. cui est similis in cap. 2. de temporibus ordinatio. lib. 6. & cōmendat alios allegans, Ant. Gom. tomo. 3. cap. 8. num. 2. imo & dies termini computatur in termino, & dictio. hasta, latine vsque inclusiue ponitur in præsentiarum, prout posita fuit in. l. 1. supra eod. & colligitur ex text. ibidem in finalibus verbis & ex text. nostro in verbis supra ponderatis, & alia diximus in propositum in dict. l. 1. in ver. hasta, & quæ tempora iure canonico, ciuili, fori & parti tarum

53 tarum. † dabantur ad appellandum, declarat Didac. Perez, lib. 3. ord. col. 1280. in fi. cum seq. & Villalobos, in antinomia iuris ciuilis & regij, litera. A. num. 58. & ante eos Rebuf. in. 3. tomo cōst. Franc. titul. de appell. art. 1. & in tribunalibus ecclesiasticis tempus decem dierum adhuc est in viridi obseruantia, prout & in cācelarijs regijs & in curia in gradu supplicationis à sentētia diffinitiua ibidem lata seruatur vt patet ex. l. 1. infra titul. proximo.

Ibi, [y viniere a su noticia], ante enim hi quinque dies appellationi constituti non currunt, & sic non sufficit fuisse prolatam sententiam nisi ad notitiam condemnati
54 perueniat † ex text. in. l. 1. §. fin. ff. quando appel. sit. de quo diximus in. l. 1. in glo. y viniere supra eo. vbi in progressu illius legis alia diximus quę huic legi ad aptari possunt & nè bis idem repetamus ibidem sufficiet videre.

Ibi, [Para ante el concejo], hunc & alios casus vbi concilium ciuitatis & eius recto
55 res † iurisdictionem habent, ponit Auēd. capit. 1. Præt. num. 31. lib. 1. & Curia Pisana, lib. 2. cap. 18. & Didac. Perez, lib. 2. or. colu. 973. per totam cum seq. vbi & quęrit, an hi rectores possint delegare de quo diximus in rub. titul. de los alcaldes ordinarios lib. 3. supra.

Ibi, [Acostumbran yr], hic habes text. probantem consuetudine adquiri posse iurisdictionem & idem probatur ex. l. 1. titu. 9. lib. 3. supra & ex. l. 1. titul. 15. supra isto lib. 4. vbi late diximus de hac materia, cauteque verba hęc in lege nostra posita fuere nam in locis dominorum particularium, vel regis vbi specialiter sunt deputati iudices appellationū qui vocātur, alcaldes mayores, o alcaldes de las alçadas, inconsuetum est appellari, etiam in causis summam nostri text. non excedentibus ad cōsistoriū ciuitatis, vel villæ sed ad ipsos met iudices appellatur, quibus non est credendum, neq; eorum iurisdictioni, legem nostram velle præiudicare, iuxta text. in cap. licet in corrigendis de offi. ord. & in cap. super eo, de of. deleg. facit. l. si quando. C. de inof. test. cum traditis ab Alciat. de pręsumptio. reg. 3. præsumptione. 11. & ideo iuste text. noster inquit, consuetudinem attēdendam, quasi dixisset quod ea cessante appellandum sit ad illum, ad quem alias appellatio illa deferri solebat, quemadmodum & lex nostra prouidet fieri, in locis distantibus ab aliqua regia cācellaria octo leucis ex quibus declaratur id quod iure antiquo statutum erat, scilicet, quod si in aliqua ciuitate de erat, vel aberat iudex appellationis, poterat appellari ad decurio-
56 nes. † & ancianos ciuitatis illius, secundū Bart. in. l. vbi absunt. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & relatos per Marant. in pract. titul. de appellatione num. 378. cum seq. nam id verum hodie erit, quoties in tali ciuitate ita se habet consuetudo, non vero alias, nam deficiēte consuetudine cessat iā hodie dictum illud Bart. in Hispania, secūdum Auend. cap. 1. præt. num. 31. vers. itē ex his lib. 1.

Ibi, [El qual lleue luego], forma hæc recessit ab vsu neq; seruatur in practica, per rectores hos consistorij, sed tantū interposita appellatione & facta eius præsenta-
57 tione † in consistorio, primo immediate sequenti postquam fuit appellatum, proponit pars petitionem in consistorio, narrando, quod in tali causa, valoris decem mille morapetinorum, fuit condemnatus per iudicem ordinarium ciuitatis, à qua condēnatione appellauit ad consistorium & in hoc gradu se præsentat & petit nominari duos ex rectoribus & ancianis, ibidem stātibus qui sint iudices illius causæ & in ea iustitiam faciāt & administrent, adhibito ab eis iuramento, quaquidem petitione lecta in consistorio prouidetur de iudicibus & sic prouisi statim iurant de iustitia ministranda, & à tergo ipsius petitionis apponitur nominatio & iuramentum nominatorum & traditur originaliter parti appellanti, vt in processu præsentetur & apponatur, & datur processus appellanti vt grauamina exprimat & proponat, & capto processu, allegat de agrauios, coram iudice à quo ordinario loci illius, in audientia publica & ordinaria, & datur copia parti aduersæ, cui quidem notificandus est libellus grauaminum, nè appellatio remaneat deserta, & statim, vel intra triginta dies huic instantiæ per tex. nostrum assignatos partes præsentant interrogatoria ad examinandos testes, & admittuntur in quantum pertinentia, & partes citantur ad exa-

mi-

mina & iuramenta testium videnda, & lapsis his triginta diebus traditur originaliter processus ipse decurionibus iudicibus, cum assessoria competente vt iuri speritum consulant, pro determinatione causæ, qui quidem sic facientes, recipiunt à iuri sperito eorum assessore, processum & sententiam, & consulto iudice à quo per ipsum iurisperitum, decuriones ipsi, coram iudice à quo, vel successore eius & tabellione causæ, vel alio quolibet, præsentibus duobus testibus ad minus pronuntiant sententiam illam, intra decem dies eis adsentētiandum constitutos, & eam pronuntiatam subscribunt, & si iudex ordinarius adhæret sententiæ illi, subscriptionē suam itidem in ea interponit, sed si ordinarius recusat illi adhærere decuriones ipsi requirūt eum vt adhæreat sententiæ suæ, vel saltim exequatur eam prout tenetur exequi, quantumuis ei non se subscripserit, quoniam ipsi rectores remittūt semper ei executionem, alias enim possent & ipsi, de executione cognoscere, prout in fine huius legis dicemus, & hæc est practica ordinaria procedendi in gradu appellationis nostræ legis, & consona eius intentioni, & habes notare vnum, ex his verbis nostri text. quod quanuis de iure appellatione interposita, debent peti per partes literæ testimoniales appellationis, ad se præsentā-
58 dum † coram iudice ad quem, vt patet ex l.2. supra isto titul. & l. 10. infra eod. & l. 22. & 26. titul. 22. part. 3. & l. vni. ff. de libel. dimissor. ca. post appellation. 2. quæst. 6. cap. 1. ca. ab eo de appel. in 6. & in Clem. quanuis eod. titul. in appellatione, tamen nostri text. ad consistorium proposita tales literæ testimoniales non sunt necessariæ idque licet in alio proposito notauit Speculator in titul. de appe. §. sequitur. nu. 9. in fin.

Ibi, [Dos buenas personas], eiusdem tamen consistorij rectores à quibus quod factum fuerit, perinde est ac si à toto consi-
59 storio factum † esset. l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. nom. sed an si vnus ex eis causa nondum finita
60 desinat esse decurio posit procedere, † & prosequi in cognitione causæ illius, videtur dicendum quod sic ex glos. in cap. statutum in princip. in ver. canonicis, de rescrip. in 6. dicente quod si canonicus cui causa committitur per sedem apostolicam post receptionem literarū desinat esse canonicus, poterit nihilominus esse iudex in causa illa, & cum illa glos. transeūt ibi Gomezi. num. 125. & alij doctores, & Abb. cons. 93. vol. 2. & Paul. Cast. cons. 288. n. 3. vol. 2. dicit communem, Deci. in. capit. quoniam Abb. nu. 6. de offi. deleg. Tiraq. cessante causa prima parte, limitatione. 4. numer. 4. nihilominus tamen in proposi-tum nostræ legis contrarium est tenendum quoniam, cum deficiat in eo qualitas decurionatus, cuius respectu hæc lex nostra tribuit illi iurisdictionem, deficere debet ipsa iurisdictio, argumēto. l. si vsus fructus. ff. quib. mod. vs. fruct. amit. & l. tutelas in princip. ff. de capit. dim. & l. pater filium. §. Tusculanis de leg. 3. notat Aymon Crauetta cons. 302. num. 21. neque obstat illa glos. dicti cap. statutum quoniam, respondeo quod in ea specie, licet deficiat qualitas canonicatus, quæ inerat principio non tamē deficit ratio finalis illius cap. statutum, nempè, quod qui obtinent dignitates, vel canonicatus in ecclesia cathedrali, præsumuntur periti & honestiores, vt aduertit illa glos. quæ quidem præsumptio peritiæ semper durat, & ideo quanuis finiatur canonicatus durat peritia & sic ratio iurisdictionis concessæ: & licet glos. alia in ver. communicantur ibidem aliam etiam rationem assignat illa tamen est impulsiua prima vero finalis vt aduertit Vanquelius ibi, & doctores statim citandi, alias enim si ratio finalis deficeret, deficiente qualitate deficeret dispositio, ex iuribus supra allegatis iūcto. c. cū cessante de app. & ita vult Bal. in l. generaliter. C. de episcop. & cler. Imol. in Clem. & si principalis nu. 14. de rescrip. & Deci. in dict. cap. quoniā Abbas num. 6. at vero in proposita specie nostri text. solum consideratur tanquam ratio finalis qualitas decurionatus, nempè quod sit membrum ipsius consistorij, non vero peritia decurionū, quia communiter imperiti literarum sunt, & sic deficiēte ea qualitate decurionatus deficit iurisdictio, ex quo infero iurisdictionem non trāsire in successorem ipsius decurionatus quoniā in ipso decurionatu non datur, succes-
61 sio † sed vacat per resignationem & de nouo

uo prouidetur, & non tribuetur electo decurioni iurisdictio, ita quod ex toto abdicetur à consistorio, sed remanet penes ipsum consistorium retinens eam mediantibus personis decurionum electorum in iudices, & sic si durante lite illa, vnus eorum vel ambo morerentur, vel remouerentur consistorium ipsum eliget de nouo alios in iudices, causæ illius in locum mortuorum & faciunt dicta per Dec. numer. 8 & Felin. num. 5. in dict. capit. quoniam Abb. sed an hos rectores in iudices electos, po-
62 terit pars appellans postea recusare, † crederem quod nullo modo, si noua causa recusationis non superueniat, nam postquā ipse eos in iudices petijt, & sibi dati sunt, videtur eorum personas approbasse, & ideo nimirum si non posit postea eos recusare, quod enim quis semel approbauit amplius recusare non potest, ex iuris regula, nisi noua causa recusationis superueniat & ideo pars appellans debet aduertere, dū in consistorio se præsentat, an habeat aliquos ex rectoribus suspectos, vt tunc tempore præsentationis recuset eos, pars vero appellata poterit optimè eos recusare, quia adiunctus recusari potest, & tunc quoniā ipsi rectores ordinarij iudices sunt in hac causa vt infra dicemus, in socium eligent vnum ex rectoribus alijs, qui in simul cum eis cognoscant in causa, vel verius totum ipsum consistorium ad petitionem partis appellatæ recusantis socium ipsum nominabunt ex decurionibus alijs non recusatis. Sed quid si ex causa infirmitatis, vel ex alia, putà absentiæ à ciuitate, vnus ex his decurionibus in iudices electis impeditus sit cognoscere in causa illa, propter quod eius loco eligitur alius ex rectoribus an si causa adhuc non finita cesset impedimentum illud, quia redijt absens ille rector, reassumet iurisdictionem & erit iu-
63 dex & sic cessabit † substituti iurisdictio, vide gloss. in cap. cum plures de officio de legati. in 6. verbo, nequibunt, & in verbo recusaret, ex quibus desumitur quod si sunt dati cum clausula quod si non omnes cessante impedimento reassumet iurisdictionem, vel melius, quoniam commissionis causa cessante cessat commissio, vt per Tiraqu. à cessante causa. 1. part. nume. 48. sed cōmissio substituto concessa, est propter impedimentum eius in cuius locum substituitur, igitur reuertente primo iudice reassumet iurisdictionem & cessabit substitutio secundi, & de iure sic videbatur asserendum, prout in Rota cotidie seruatur, secundum Cassiador. decis. 2. in fine, de rescript. practica tamen in aliquibus locis recepit vt quantumcunque absens rector redeat nondum finita causa, nō ipse sed eius loco substitutus finiat eam, & nimirum quoniam vterque eorum repræsentat consistorium quod vnū
64 est, & quid si totum consistorium † recusetur quid fiet? vide l. 16. titulo. 16. supra isto lib. quæ licet loquatur in criminalibus, in ciuilibus tamen in instantia appellationis idem crederem esse faciendum, si totum consistorium recusetur, nisi aliud sit de consuetudine obtentum.

Ibi, [Los quales en vno con el juez que dio la sentencia,] ex his verbis manifeste colligitur decuriones hos in iudices electos ordinario loci à quo appellatum est adiunctos esse, & ideo ordinarios iudices
65 † reputari, vt probauimus in l. 1 gloss. 1. titulo. 9. libro. 3. supra, & deducitur ex. l. more cum sequenti. & ibi gloss. ff. de iurisdictio. omn. iud. explicante ibi Ioan. Bapt. numero. 1. scilicet, quod ordinarius iudex est qui iurisdictionem habet à lege vel à principe, tradit Alciat. in rubrica, numero. 5. de offic. ordinar. cumque ordinarij iudices sint, omnes simul iudicare debent, vt inquit. l. nostra, & probatur ex dictis per Bernardum Diaz in reg. 380. & ideo iunctim cum ipso iudice à quo, vel successore eius & coram eo, sententiam suam pronunciant, secundum Anton. Gomez, in. l 38. Tauri, numero. 2. & 3. ex quo si de nullitate sententiæ ab eis prolatæ agatur, rectores ipsi cognoscent etiam de nullitate intentata, prout in. l. 2. eiusdē tituli & libr. in glossa prima, dictum remanet.

Ibi, [Hagan juramento,] quod quidem iuramentum de stylo & consuetudiné soli decuriones iudices in consistorio nominati faciunt, non vero iudex à quo, quantumcunque lex nostra aliud innuat, ꝙ praxis non recipit, sed an si iuramē to hoc nō præstito rectores hi, diffinitiuè
66 negotiū determinauerint, erit † sentētia

ab eis lata nulla? & videtur dicendũ quod sic, tanquam lata contra formam substantialem à lege nostra requisitam, quotiescũque enim lex aliquod introducit de nouo, cum certis qualitatibus & modificationibus, omne expressum in tali lege pro forma reputatur, secundũ Dec. cons. 612. n. 2. quẽ refert & sequitur Tellus Fernãdez in. 2. p. l. 3. Tauri, n. 16. omnisq; qualitas à lege requisita, censetur pro forma substantiali, secundum Auend. respons. 14. in fin. lex tamen nostra requirit iuramentũ præstari per decuriones nominatos in iudices & sic formam substantialem inducit, quandoquidem nouitatis introductiua est, cũ modificationibus & qualitatibus ab ea declaratis, ergo corruit actus eius forma omissa factus, item etiã, quia antequam iurent, potest dici nullam iurisdictionem habere, quemadmodum in iudicibus ordinarijs populorum, qui antequam iuramentã à lege requisita præstent & faciant, nullã eis competere iurisdictionem, & sic sentẽtiam ab eis latam esse nullam, asserit Auẽ. c. 2. præt. nu. 1. & 2. lib. 2. est tamen verum quod si decuriones hi iurauerint, & propter absentiam vnius eorum, absentis loco alius decurio subrogetur, quantumuis subrogatus iste non iuret, non erit inualida eius & socij sententia, tum quia adest socius qui iurauit, tum etiam, quia cum substitutus sit eius qui iuramentum præstitit & successerit in eius loco & iurisdictione iuramentum prædecessoris sui obligat eũ, cum eadem sit dignitas & idem officium,
67 † ex. l. proponebatur. ff. de iud. & l. 5. tit. 15. p. 2. & ibi Greg Lop. in verbo, son viuos, & eleganter Capit. decis. 1. & Afflict. decis. 381. tum etiam, quia sic praxi receptum videmus sicut & receptũ est, in iudicibus ordinarijs propter absentiam correctoris ab eo nominatis, vt officium exerceãt dum absentia eius durat, hi enim nulla iuramenta præstant, & sic semel in facti contingentia pronuntiaui.

Ibi, [Y ante ellos,] quod vt supradictum remanet practica ordinaria nõ recepit, fiũt enim omnia acta secundæ huius instantiæ coram iudice à quo, vel successore eius, testesq; & instrumenta, coram eo solummodo præsentãtur, & ipse prouidet, & iubet examinari testes, & omnia alia necessaria fieri, vsque dum triginta dies nostri text. labuntur, neq; aliquid horũ fit neq; præsentatur coram ipsis decurionibus, sententiare tamẽ absq; eis non potest, ordinarius enim prosequitur processum etiam absen-
68 te aliquo ex adiunctis licet pronuntiare † non possit, absq; eis, secundũ glo. 1. in cap. prudentiam de offic. deleg. prout & in gl. el qual huius. l. dictum remanet.

Ibi, [de concluyr el pleyto,] colligitur ex his verbis terminũ hunc triginta dierũ, per legem nostram concedi ad allegandũ & probandum & probatum habendum, vt notat Auiles, vbi supra, nu. 2. quãdoquidem conclusio requiritur, ex quo infertur testes etiam iuratos in termino horum triginta dierum, diebus his elapsis examinari nõ posse, vt paulo post in pgressu huius legis dicemus, & quia terminus à lege datus intelligitur pereptorius, & lapsus eius ha-
69 bet vim expressæ † prohibitionis, secundum Auend. respons. 26. nu. 2. quamuis si magna subesset æquitas vtique essent ad-
70 mittendi, talium testium iuratorum examinationes lapsis etiam triginta † diebus, puta, si veritas causæ ex eorum penderet testimonijs, describit Card. in c. ad consultationem de appell. & Barbat. & alij relati & sequuti per Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 35. n. 22. vbi plura notanda de conclusione causæ retulit ibidẽ, & itidem in libr. 2. centuria. 1. casu. 51. n. 23. cum aliquibus seq. Præsertim si taceret pars aduersa, vt inquit in proposito Mexia in prag. pannis, conclus. 6. nu. 72. fol. 109. ex Deci. c. licet causam. n. 18. de probat. & in fi. gl. seq. alia circa hoc dicemus, item notandum est, ꝙ licet terminus iste triginta dierũ successerit in locũ anni fatalis antea constituti ad finiendam appellationẽ, nihilominus tamẽ verũ esse credo, quod quanuis pars appellans intra hos triginta dies vocaliter nõ cõcluserit in causa illa, non propterea remanebit appellatio deserta, dũ tamen libellũ grauaminis intra eos præsentauerit, quia
71 per lapsum horũ triginta dierũ † censetur conclusum in causa, cũ dictis & allegatis per partem, secundũ Fel. in. c. cũ dilectus. n. 27. & 28. de fid. inst. & voluit Paul. in l. fi. C. qui admitti. & quia cõclusio fit in causa legis dispositione, cum ius cõmune, vel municipale, certum præfixit terminũ cau

sæ,

sæ, secundum Bald in l. si accusatoribus in fin. C. de accusatio. quem & Feli. refert & sequitur Menoch. in dict. quæst. 35. num. 6. itidemque in causa appellationis cõcludere in causa est litem † contestare, secundum Soci. in cap. vni. col. fin. de lit. cõtest.
72 dere in causa est litem † contestare, secũ-
dum Soci. in cap. vni. col. fin. de lit. cõtest. relatum & sequutum per Rebuf. in 1. to. const. Franc. titu. de sententijs prouisionalibus, art. 1 glos. 12. num. 4. & concludere dicitur, cum appellans inquit male iudicatum & bene appellatum, & hoc in Francia secundum eum vtitur, & itidem in nostra Hispania vtendum est ex dictis, dum tamen intra triginta hos dies, grauaminis libellum pars appellans presentet, alias enim remaneret vtique sententia firma, siquidẽ non conclusit allegando neque contestando, neque in voce saltim concludendo, & ita remanet deserta appellatio, secundum Auen. respon. 26. num. 10. vers. siquidem pars, qui quidem ita intelligendus est. Habes tamen notare quod ex his verbis dũ ad appellantem tantum diriguntur, probatur in causa hac appellationis non requiri
73 litis contestationem † quantumuis ambe partes sint præsentes, sed sufficere libellũ grauaminum, parti appellatæ notificare, vel eius procuratori, quamuis pars appellata ei non respondeat, neque contestetur litem, & ita etiam probatur ex l. 5. titu. 16. part. 3. quamuis de iure essent aliâs opiniones, vt licet videre ex Did. Perez in l. 1. titul. 3. lib. 3. ord. col. 865. quæst. 6. & ita vtimur quotidie, possunt tamẽ partes in hac secũda instantia nõ allegata allegare & nõ ꝓbata probare, dũ tamen talia sint quæ pẽdeant ex re, causa, vel actione, in prima in-
74 stantia deductis, secus si sint ita noua † ꝙ sint penitus ab his diuersa ex. l. per hanc. C. de temp. appe. & l. 39. tit. 16. part. 3. tradit optimè declarans Rebuf. in 2. tom. cõstit. Franc. tit. de rescrip. art. 3. glo. 4. num. 12. & 14. & sic non licet mutare libellũ, vel actionem in prima instantia deductam
75 † secundum Roman. consil. 381. neque omissam in prima dilatoriam, in secunda proponere instantia, secundum glos. c. ad audientiam. 2. de rescript. & ibi Fel. nu. 13. & Rebuf. vbi supra, num. 13. neque licebit super eisdem articulis vel contrarijs probationes inducere, vt in l. 4. tit. 9. supr. eo. dictum est, & an acta prioris instantiæ teneatur appellãs, vel appellatus in causa ap-
76 pellationis † exhibere, tradit optimè, Anton. Gabriel in suis communibus conclusionibus, titu. de appel. conclus. 5

Ibi, [Dentro de treynta dias,] qui quidem terminus etiam ex partium expresso
77 consensu † prorogari non potest ex dictis per Auend. respons. 26. num. 5. & 10. & Auiles dict. cap. 49. secretæ synd. verb. condenar, num. 5. ad fin. fol. 289. & tenẽt plures relati per Asinium, in praxi §. 2. ca. 8. num. 3. & iterum ibi in cap. 9. & in cap. 10. an coarctari possit, & quod prorogari non possit in hoc casu de iure est, nam in causa appellationis prorogatio iurisdictionis locum non habet, secundum Bal. in c. 1. §. adhoc versic. secundum mores ciuitatis de pace Constantiæ, quem & alios allegat Auendan. vbi supra, & prius in cap. 1. præt. n. 32. vers. duodecima causa lib. 1. & iterũ in c. 6. n. 1. eo. lib. ex quo infero ꝙ neq; super maiori quãtitate decẽ mille morapetinorũ etiã parte appellata tacẽte cognoscere non possunt, si certũ est maiorẽ esse quantitatẽ, prout in gl. diez mil marauedis, supradictũ remanet in hac lege, quantũuis Auil. vbi sup. n. 13. fol. 290. aliud velit, ex autoritate Salice. & Guid. Papæ, qui non in secunda, sed in prima loquũtur instantia vbi prorogationi locus datur. Secũdo ampliatur nostri tex. conclusio, vt procedat etiam si talis appellans esset minor
78 viginti quinque annorũ † adhuc non restituetur aduersus lapsum horũ triginta dierũ, tũc quia nullũ damnũ minori obuenit, quoniam si iudex à quo eum sua sententia dãnificauit, cõtra eũ dirigere potest actiones suas, & ideò minori, neq; ecclesiæ, neque cuilibet vniuersitati aut reip. concedetur talis restitutio, vt notat Card. in Cle. 1. q. 10. de in int. rest. & Ias. & alij relati & secuti per Auen. d. resp. 26. n. 5. & Auiles, vbi supr. n. 12. fol. 290. & nouissimè post hæc concíuis meus D. Guter. in suo tract. de iura. cõf. 3. p. c. 5. n. 17. & 18. itẽ & tertio ampliat nostri tx. dispositio, vt his diebus triginta elapsis non possint ipsi iudices aliq̃ ex partib' litigãtibus interrogare sup aliqua re, articulo, vel positione, nisi esset interrogatio faciẽda ad declarationẽ actorũ dubiorũ, vel dictorũ depositionũque testiũ in causa examinatorũ, tñ magis cõem

& sustentabiliorem opinionem, assertam per Rip.in.c.1.nu.21.extra de iud.quãuis in practica pluries cõtrarium vidi fieri, fa
79 ciendo partes iurare de calumnia, † quod æquum esse iudico, ad elucidandam veritatem, præsertim cum nulla alia remaneat proferenda sententia, vt in alio proposito simili considerant Couar. & Suarez infra, proximè allegandi, & quia ex magna ęquitate post conclusum in causa fieri possunt positiones & partes compelli, eis iurare &
80 declarare † prout iudici melius visum fuerit, secundum Angel.in.l.sed & si restituatur.§.1.ff.de iud. & Menoch.eum & alios referentem.de arbitrar.iud.lib.1.quæstio.35.num.fin. itidem & quarto ampliatur, vt scilicet lapsis his triginta diebus nulla exceptio etiam peremptoria allegari pos-
81 sit, † ex communi asserta per Couarr. in pract.cap.26.num.2.in fi.nam cum nulla instantia, remaneat decuriones ipsi nõ sunt iudices vt possint terminum instantiæ prorogare, secundum Coua.vbi supra, & Suarez, allegat.5 pag.pen.in fi.sed tantum, vt teneantur infra decẽ dies sequentes, lapsis triginta causam determinare quod secus in superioribus iudicibus esset dicendum, qui quidem possunt conclusionem reuocare neque habent terminum ad sententiãdum statutum & in his loquitur Suarez vbi supra, secus vero in inferioribus prout sunt isti iudices de regimiento quiquidem tenentur ad vnguem iura seruare, vt diximus in.l.2.in gl.fincar, in princ.tit.7.sup. isto lib. & ideo lapso trigesimo die nihil amplius possunt quã causam determinare intra alios decem dies à lege nostra statutos, tentari tamen posset, quod si facto aduersarij, quis impediretur, vt non posset de iustitia sua in causa illa ostendere, intra hos triginta dies, tempus impedimenti nõ curreret, & sic tantundem tẽporis esset ei cõ-
82 cedendum, † vt intra illud posset pars impedito facto aduersarij allegare probare & concludere, secundũ Cataldi.in tract.syndic.quæst.75.n.44.& 45.fol.20 in paruis & Parid.de Put.in eo tract.synd.versic.instantia synd.c.4.& Bal.& eius Additio.in auth.clericus.nu.9.C.de episcop.& cler. tunc enim non prorogatur instantia, sed impeditur currere per tempus impedimẽti nè forte sit in potestate partium impedimentis & occasionibus procuratis, aduersarium illudere, & sic ex malitia sua cõmodum reportare, ideò nimirum si durante impedimento non currat terminus horũ triginta dierum, prout & instantia nunc currit si testes accusantur, de falso, secundum Cataldi. vbi supra.q.80. & Parid. vbi supra, in.d.verbo instantia syndica.cap.3. num.1. vbi idem & esse asserit si facto iudicis impedimentum procedat, quod vltimum, non affirmo, quoniam pars damnificata poterit damnum & interesse à iudice impediente petere; prout in simili probatur ex text.in.l.11 infra isto tit. & libr. & ibidem dicemus Deo volente in gloss.fin. & hoc poterit esse prima limitatio ad nostrum text. secunda vero limitatio erit vt non procedat quotiescunque testes examinandi in hac secunda instantia sunt ab-
83 sentes in partibus remotis, † ita quod in termino horum triginta dierum examinari non possint, tunc enim sunt assignandi termini competẽtes pro eorum examinatione & præsentatione depositionũ eorũ & interim est in pendenti terminus triginta dierum & non currit, prout in nostris terminis tenent Bald.Ioan.And.& Cyn. relati & secuti per Auiles, in.d.c.49.secretæ synd.verb.condenar, num.6.fol.289. & Ferrara in sua pract.in forma productionis instrum.glo.1.fol.60.& Abb. relatus & secutus per Calsiador.decis.9.de appel. num.9.& Paris de Put.dict.cap.4.num.3. & in.ca.6.nu.1.in medio fol.mihi.271.& Catald.vbi sup.q.78.n.45.& Amæde. de synd.n.75.& Ioa.de Amicis, cõs.6.n.10. relatus & secutus per Asiniũ in praxi.§.2. c.11.n.26.& 27.& faciunt quæ diximus, in.l.3.in gl.de la mitad, tit.8.supra isto lib. & quæ tradit Suarez alleg.5.pag.fi in principio, & nouissimè posthæc, refert hanc opinionem, doctor Guterrius, in suo tractat.de iuram.confi.c.5 nu.16.& horum ratio est, secũdum supradictos quia terminus debet recipere interpretationem à iure, videlicet, si causa illa intra illũ terminũ expediri potest, quod de commoda & possibili iuxta materiam subiectam expeditione ciuiliter accipiendum est, data competenti dilatione ne probationum necessariarum copia & facultas subtrahatur aut coarctetur, & tunc vt inquit Ferrara, vbi sup.

supra debet prius pars petens dilationem hanc iurare, quod nõ petit ex malitia, imò & ego tunc etiam iurare facerem, si ita esset, quod de nouo testes illi ad suam notitiam peruenerũt, & vlterius iuberẽ, quod præberetur informatio, qua quidem constaret, testes illos illius negocij notitiam habuisse & habere potuisse, & pœnam imponerem si non probaretur intentio per partem talem terminum petentem, secundum quod in termino vltra marino dispositum est per tex. in l. 1. titu. 8. supra lib. 4. isto, nè partes malitiose lites vellẽt prolõgare: & quamuis quoad nostri text. propositum vera hæc esset iudicanda doctrina, eò quod dies ij triginta nostri text. liti & non iurisdictioni per text. nostrum videntur assignati, quo casu doctrina hæc procedit, secundum Parid. de Puteo, in dict. cap. 4. nu. 3. secundum quam declarationem posset intelligi regula proposita per Rom. consil. 226. num. 2. quæ contraria huic nostræ videbatur, vt nostræ doctrinæ nihil obstaret, vel quod Romanus, ibi loquitur in causis summarijs nõ vero in ordinarijs, tamen quia causæ istæ decem mille morapetinorum sunt leues, & non graues, lex que regni tunc concedi iubet terminum vltramarinum, vel extra regnum quoties causæ graues sunt, doctrina supradicta quoad nostrum text. procedere non poterit, neque in practica obtinebitur secundum eam, prout post hæc nouissimè vidi consideratum per conciuem & doctum admodum intimũq; sodalem & amicum doctorem Gutierrez Cathedralis Ciuitatensis ecclesiæ canoniam doctoralem obtinentem & meritò in suo perutili tractatu, de iurament. confirmat. 3. par. capit. 5. num. 16. & sic neque procedet eodem modo doctrina Auiles vbi supra, cũ Abb. per eum relato, dicentis, quod si pendente quæstione coram laico excipiatur, quod instrumentum est vsurarium, vel de defectu natalium, & sic articulus ille incidens remittitur ad ecclesiasticum, per quem fit inhibitio seculari, vt interim non procedat in negotio principali, quod de articulo illo coram ipso ecclesiastico inhibente disceptetur, prout notatur in cap. tuam, de ordin. cogn. quod si interim labatur terminus instantiæ nostri text. vel remaneat ita modicum tempus intra quod diffiniri non possit, quod potest tũc causa post terminum determinari, prout & tenet Cataldinus, de synd. n. 44. fol. 20. hæc enim doctrina quãuis in se verissima sit, quoad nostrum tamen tex. difficulter practicari poterit, nõ enim fiet remissio, sed super principali sententiabitur ne instantia labatur,

84 præstita cautione † quod si in iudicio ecclesiastico petatur & declaretur cõtractus vsurarius, vel adesse natalium defectum restituetur quod virtute sententiæ de regimiento iubetur solui; quæ notanda, quia singularia & cum in practica obuenerint maturè cogitanda. Vlterius notãdum est quod tenetur appellans libellum grauami

85 num præsentare in tali die † horum triginta dierum, in quo pars appellata possit respondere & allegare & probare intẽtionem suã, si necessaria fuerit probatio, alias enim si expectaret appellans vsque ad vltimum triginta dierum, quoniam tunc malitiosè videtur id fecisse, nè pars appellata contra ipsum allegare & probare posset, ex dictis per glo. ouo, in l. 11. tit. 7. part. 3. parsque ipsa appellata allegaret & opponeret de tali fraude & malitia & proferret in medium causas tales, ad quarum probationem si terminum habuisset ipse appellatus excluderet intentionem appellantis, & iuraret insuper quod si terminum haberet competentem probaret causas illas, tunc vtique absoluerem eum ab obseruatione iudicij, si sententia veniebat reuocanda, vt partibus ius suum saluum remaneret denuo prosequendi litem, & allegãdi & probandi de eorũ intentione & iustitia, prout in gl. que de firme, infra hac lege iterum & latius repetemus, imputet enim sibi appellans, qui ita se adstringit in termino, vt aduersarium excluderet ab intentionis suæ probatione terminusq; in quo appellatus possit præuenire appellantem, in tam paruo temporis spatio, triginta scilicet dierũ diffiniri non potest, prout in spatio fatalis anni potest appellatus præuentionem hãc

86 facere contra appellantem, vt patet ex dictis per DD. in c. oblatæ, & in c. personas, extra de app. vbi Deci nu. fi. communẽ in hoc opinionẽ annectit & Lanfrã. in c. quoniam contra, n. 53. sub tit. de app. extra de probati. & per decis. Capellæ Tolos. 251.

& ibi eius additio. si tamen appellatus non allegaret causas iuridicas, quibus probatis intentio appellantis non excluderetur, neque dictum iuramentum faceret appellatus, tunc vtique super iustitia causæ pronuntiarem, potuit enim appellans tei minum appellationis sibi restringere, secundum text. vbi Deci. num. 1. in dict. cap. per sonas, & tunc appellato præiudicabit non alleganti causas iuridicas, & tales, quæ si probatæ fuissent, prout iuramento affirmat se probaturum, si tempus habuisset probandi, appellantis intentionem exclu derent, quæ quidem notanda sunt quoad nostræ legis terminos & in contingentia facti latius consideranda inspectis qualitatibus litigantium & meritis processus, & causis allegatis, an nouę sint, vel iam in prima instantia allegatæ & non probatæ, vel si præuenire potuit appellatus appellantē & noluit, imputet enim sibi tunc appellatus, qui cum præuenire posset, noluit, ex dictis per Ias. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, in princip. ff. de verbo oblig. & Cardi. in Clem. sicut, quæstio. 3. de appel latio. & quod tempus dicatur modicū ad prosequendam appellationem, vt appellatus possit instare, causam diffiniri, vide Menochium, de arbitrarijs iudi. centuria. 5. casu. 446. Notandum tamen est, quod si iustitia partis periret ob non examinatum testem post hos triginta dies ante sententiā
87 vtique deberet examinari, † ne quis propter temporis momentum perderet ius suū irremediabiliter, vt notatur in. l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicē. non obtemp. & notat Bal. in. l. ea quæ, num. 5. C. quomo. & quando iud. & faciunt dicta per Suarez, allegat. 5. relatum per Couar. in pract. quæst. capit. 26. numero. 2. ad finem, quemadmodum & post conclusionem in causa admittuntur instrumenta, absque restitutione, vel iuramento, quoties tota lis diffinienda est, neque amplius est locus appellationi, vel supplicationi, vt inquit Couar. vbi supr. c. 20. col. fin. sic dicens vidisse decisum in cācellaria, & post hæc vidi Afinium, in prac. §. 23. limitatione prima, nu. 2. 3. & 4. sic in simili asserentem, & num. 7. id iudicem ex officio facere posse.

Ibi, [Desde el dia que passare el quinto dia,] Quid tamen si pars ante hunc diem quintum appellet, current ne tunc triginta dies nostri text. à die appellationis, & in hoc per doctores & in facti contingentia in varias itum est sententias, quidam enim asserunt lapso quinto die currere quantū cunque ante appelletur, alij verò à die appellationis, alij vero cōcordabant has opiniones hoc videlicet modo, quod si intra quinq; dies appellabat, & non se præsentabat in consistorio nisi eis elapsis tūc à die appellationis currere triginta dies, sin verò appellabat & in simul se appellans præsentabat intra hos quinq; dies appellationi constitutos, currere tunc triginta dies lapso quinto appellationi constituto die asserebant, fundantes se ex verbis nostri text. ibi, en que pudo appelar y presentarse, & videbatur non incongrua concordia, mihi tamen semper placuit opinio secunda scilicet quod indistinctè currunt triginta
88 dies à die appellationis interpositæ, † nam cum ij quinque in fauorem appellātis sint constituti, potuit optimè dilationi & sic fauori suo renuntiare, & renuntiasse censendū est dum ritè & rectè intra hos quinque dies appellauit, & per consequens ex tunc currere hos triginta dies instantię cōstitutos, quam opinionem in propositum nostri text. tenet Paul. Cast. in. l. hæres lā 2. num. 7. ff. de acq. hær. & idem Paul. Feli. & Bal. relati & secuti per Auiles dict. cap. 49. secretæ synd. glos. condenar, fol. 290. num. 15. & refert Tiraq in de cessante causa regula. 1. num. 80. & communem hanc testatur Ant. Gomez tom. 2. cap. 11. nu. 35. in medio, & eam, vt veriorem cum Paulo contra Alex. & Cor. tenet Peralta, in. l. statu liberum. §. Stychum. num. 4. col. 8. fol. 153. de lega. 2. & pro hac opinione vltra eos considero optimam rationem scilicet, quoniam cum terminus iste triginta dierum in causis ijs decem mille morapetinorum successerit loco anni fatalis ante legem nostram assignati, prout in instantia abbreuiata regulare est, secundum Auen. respon. 2. num. 6. & in anno fatali habeamus, quod currit annus ipse à die interpositæ appellationis, secundum text. in. l. 11. infra isto titu. & lib. merito idem dicendū in nostro casu, cum de subrogante idemq; de subrogato dicendum sit, instantiaq; appellationis à die interpositæ appellationis labitur

labitur, ex tex. Clem. sicut. de appell. allegato ad hoc per Hippol. relatum per Asinium, in pract. §. 1. c. 1. n. 6. Neq; huic opinioni obstant verba hæc nostri text. desde el dia que passare el quinto dia, nam si vlterius processeris dum dicit tex. en que se pudo apelar y presentar, responsum patebit, ponderādo verbum illud, pudo, quod potentiam & voluntatē significat, quasi pars potuerit in vltimo momēto horum quinque dierum appellare, prout communiter fieri solet, idque lex nostra respexit, vt inquit Paul. Cast. in l. fin. C. qui admitti, & vbi supra, quoniam ad ea, quæ cōmuniter accidunt iura adaptantur. l. nā ad ea. ff. de legibus, sed si pars voluerit ante appellare possit, & ex tunc dies triginta currāt, quē admodum in anno fatali dispositum reperimus, & ideo pars appellans ad hæc aduertere debet, nè forte tempus labatur, & firma remaneat sententia, prout & nouissimè tenet in ijs terminis Mexia, in l. de Toledo, in 11. fundamento. 1. p. n. 11. vbi supradictam opinionem Paul. Cast. communem etiam esse attestatur, tentat tamē ipse Mexia ibidē dicere quod si modicum tempus esset lapsum triginta dierum habito respectu ad dictū cursum eorum, quod ne remaneat pars appellans in damno & appellata cum lucro in lapsu modici huius temporis non esset insistēdum, sed iustitia seruanda, & super meritis causæ pronuntiandum, licet sibi hoc displicere asserat, prout retenta dicta communi opinione, quę semper seruanda est præsertim per iudices inferiores, etiam mihi displicet hæc vltima consideratio.

Ibi, [Despues dētro de otros diez dias,] intellige immediatè sequētes post lapsum triginta dierum nostri text. vt ex eius verbis patet, ibi, primeros siguientes, iunctis verbis, otros diez dias, quæ quidem dictio otros, est repetitiua similium, itaquod quē admodū triginta illi dies, dixit lex nostra, vt essent immediatè sequentes post lapsum quinq; dierum ad appellandum assignatorum, ita & eodemmodo decē ij dies decurionibus assignati ad sententiandum, sint immediatè sequentes post triginta illorum dierum lapsum, prout practica cōmuni receptum est, & in propositum considerauit Auendan. responso. 26. nume. 3. in principio, vbi cum pluribus sequentibus plura in horum verborum exornationem declarat, & annectit. Ex quibus ipse ibidem infert, in versic. & ex dictis verbis, quod tempus horum decem dierum, est tempus datum tam iudicibus, quam iurisdictioni, quibus decem diebus elapsis, hac de causa, nihil possunt amplius iudices illi de processu illo cognoscere, neque iudicare, ita quod si post lapsum horum decem dierum sententia negotium illud terminauerint, talis sententia erit nulla tan-
89 quam à non iudice lata, † expirauit enim eorum iurisdictio per lapsum illorum decem dierum, secundum Abb. & eius Additio. in cap. de causis, num. 1. de offic. delegat. & hoc est communius, secundum eundem Abb. in cap. venerabilis, numero. 16. de iudi. & tenet Pau. Cast. consil. 184. videtur dicendum, volum. 1. & in præsenti tenet Auiles, in dict. cap. 49. secretæ syndic. verbo, condenar, numero. 5. fol. 290. & Glossator Salmantinus, hic col. 1296. in princip. lib. 4. ordin. & ex text. nostro si bene eius verba ponderentur probatur, & clarius ex. l. 4. tit. 26. part. 3. adeò vt neq; ex partium lapsis ijs decem diebus pronūtiare possint iudices ij saltim vt valeat & effectum sententiæ habeat, prout tenēt Auiles, vbi supra, & Didac. Perez, in rubr. titu. 1. lib. 3. ordin. colū 737. & iterum in dict. col. 1296. & Auend. dict. respons. 26. nu. 10. & alibi diximus latius, & ratio est quoniam tempus ad litem finiendam assignatum prorogari non potest etiam ex partium consensu, prout communē testatur idem Dida. Perez in l. 2. tit. 4. lib. 3. ordin. col. 885. in fi. qui & in d. rubr. tit. 1. eiusdē libri col. 735. in medio, in vers. amplia etiā inquit, quod etiam sententia in consistorio principis post terminum lata erit nulla
90 neque restitutio † minoribus cōcedetur aduersus huius termini lapsum, prout in hac diximus lege, & tradit Auend. vbi sup. n. 4. & 5. vbi inquit idē esse etiā partibus nihil opponētib⁹, neq; sm̄ eū ibi obstat, q̄ lex nostra pœnā ijs iudicibus imponat nō pronuntiātibus in termino horū decē dierū quasi lex nostra pœna hac se cōtentās validā reddat sentētiā post hos dies latā, nam hoc esset verū & p̄cederet, si essem⁹ in dubio tēpus hoc ad finiēdā causam esse datū

& concessum instantiæ nec nè, sed cum hoc indubitatum sit, ideò quamuis lex nostra pœnam imponat, non ex hoc vult validare sententiam post terminum latam, id que clarius ex verbis nostri text. colligitur disponentibus partem damnificatam consecuturam interesse ab ipsis decurionibus negligentibus in termino pronuntiare, quod ex alia ratione non procedit quam quod sentētia talis nulla est, & nullius mo-
91 menti, qua tamen cautela vti † poterunt iudices ij, qui miserūt foras processum & labitur tempus decem dierum, & non mittitur sententia neque processus, vt pœnā nostri text. euitent, & in hoc Ias. in. l. ad monendi in lectu. nu. 62. ff. de iureiur. & Auiles, vbi supra, inquiunt, remedium esse vt condēnent reum si actor probauit intētionem, sin minus absoluant eum, aliam cautelam assignat Tho. Ferratius, relatus per Auiles, vbi supra, quam & posuit Par. de Puteo, in tract. syndicatus, verbo. instātia syndicatus cap. 5. num. 5. fol. mihi. 270. & has cautelas posuit etiam Cataldinus, in tract. syndicatus quæst. 150. num. 89. fol. 29. aliam vero tradunt & alij scilicet, q in actis pronuntient, quod ipsi miserunt foras processum ad consulendum pro sententia talem iurisperitum, cuius consilium non dum venit, & quia tempus labitur ad sententiandum assignatū, quod ipse pronuntiant secūdum quod in consilio illius iuris periti fuerit declaratum, quam cautelam refert etiam Auiles, vbi supra, num. 10. & refert has cautelas Boerius, decisione. 5. num. 19. & an valebit sententia lata pronū
92 tio, † prout in tali consilio continetur, per regulam & limitationes prosequitur Felinus, in cap. cum venerabilis num. 43. cum aliquibus seq. extra de exceptioni & Alciatus communem referens in. l. 1. §. siquis ita num. 14. ff. de verb. obli. per relatos per Asinium in practica sua. §. 20. cap. 12. meū tamen consilium est vt decuriones iustitiam partium in cautelis non imponāt, sed in tempore dēterminēt, quod si nihil aliud fieri poterit, consulent Felinum, vbi supra pro validitate vltimæ cautelæ supra citatæ est tamen notandum, decuriones hos pœnam nostri text. euitare etiam si lapsis ijs decē diebus causam determinauerint, sufficit enim facere actum ad euitandam ex negligentia pœnam, quamuis de iure actus
93 † ille non sortiatur effectum, secundum tex. & ibi DD. in cap. si electio, de electio. in. 6. vbi Frācus, optimè hoc intelligit quoties actus ille non fuerit nullus ex culpa, nā si propter culpam nullus esset, neque à pœna excusaretur, ab interesse tamen partis damnificatæ nullo in casu excusantur.

Ibi, [o los dos dellos si los tres no se conformarē,] ex ijs verbis notari potest, quod decuriones ij in iudices electi, vel assessor eorum, si præsens est in loco iudicij vbi lis agitatur, tenentur communicare processum & merita eius cū iudice à quo ad sciēdum an cum eorum consilio & sententia velit iudex ipse à quo se conformare nec nè, & cōmunicatione hac facta si omnes in sententia se conformant, pronuntiabūt eam, & subscribent firmis suis, sin minus iudices ipsi decuriones corā iudice à quo & tabellione causæ & testibus sententiam suam pronuntiabunt, & requirent ipsum iudicem à quo, vt eorum sentētiæ se se adiungat, & subscribat, quod si noluerit eorum sententiæ adhærere, neque subscribere sententiam, tenetur tamen eam exequi, si per decuriones ipsos eiusdem sententiæ executio remittatur, alias enim, vt in hac lege repetemus, possunt ipsi decuriones ipsius sententiæ executioni adsistere in simul cū ipso iudice à quo prout ex verbis finalibus nostri text. patet.

Ibi, [Mandamos a los dichos juezes, q̃ despues de dada la dicha sentēcia y pronūciada en regimiento la executen luego], & faciunt dicta per nos in. l. 6. supra tit. proximo: neque obstat, quod iam videtur officiū mercenariū extinctū actioni deseruiēs, ex. l. iudex posteaquam. ff. de re iudi. quia licet sit extinctū, durat tamē officiū nobile, secundū Bart. ibi, & quo ad executionē sentētiæ non procedit illa lex, iudex posteaquā, secūdū Alex. ibi. n. 5. & hac de causa in hac regia recopilatione nō reperimus inscriptā pragmaticā antiquā. 10. factā in curijs de Valladolid anno. 1437. iudice à quo imponens onus exequendi sentētiā dictorū decurionū, quātūuis ei nō adhæserit, de qua pragmatica meminit Auil. vbi supra, num. fin. quæ quidem pragmatica cū in lege hac trāscripta nō reperiatur, legi nostræ stādū est ipsos decuriones executo-

cutores etiã suę sentẽtiæ facieñti, qui quidẽ & iudices adhoc manebunt, si in sententia prout cotidie fit, executionem eius iudici à quo non remiserint, & quia cum ordinarij iudices decuriones ipsi sint, prout in
94 hac lege dictum remanet, ordinarij † sententiam suam exequuntur, secundum Lãfrancum in cap. quoniam contra titu. de interlocutio. & appel. num. 36. & sic cessant ijs attentis ea, quæ in contrarium adducebat Auiles vbi supra, num. fi. & faciũt quæ diximus in dict. l. 6. & in. l. 1. titu. 16. supra isto eo. lib. & sic poterunt de nullitate suæ sententiæ cum ordinario ipso cum quo executio facienda est, si per eos ipsi ordinario non remittatur executio, cognoscere & iudicare, vt diximus in. l. 1. gl. 1. tituli supra proximi, verumtamen est, vt ad priora redeamus, quod quantumuis decuriones ipsi, vel assessor eorũ cum iudice à quo merita processus non communicauerint, non erit ex hoc nulla eorũ sententia, non enim reperio text. hoc requirẽtem de necessitate, sed tantum quod tenẽtur in simul pronũciare cum iudice à quo vel coram eo, & non vnus absente alio, & tunc valebit votum duorum, secundum text. nostrũ, qui hoc vult dicere in ijs verbis, & text. in. l. duo iudices, & in. l. duo ex tribus. ff. de re iud. & l. 17. titu. 22. part. 3. & Anton. Gomez. l. 38. tauri, nume. 2. & 3. & tunc valet sententia maioris partis, vel eius, cuius declarat lex.

Ibi, [Den y pronuncien sentencia,] sed an à sententia tali poterit agi de nullitate & dicendum est, quod sic, quoniam licet appellatio illius sententiæ decurionum nõ spectetur, neque locum habeat, vt probat text. hic ibi, ni appellacion ni supplicaciõ,
95 nullitas tamen remota † non censetur, ex glo. in Clem. vna, de seq. pos. & Dec. cons. 360. num. 1. & Hippol. sing. 10. quos adhoc referens sequitur Dida. Perez, hic sub l. 6. titul. 16. lib. 3. ordi. col. 1295. & quomodo agetur tunc de nullitate, diximus in. l. 2. supra titul. proximo, sed an ad sentẽ
96 tiam audiendam citandæ † sunt partes, & videtur quod sic, quoniam id regulare est, ex. l. de vnoquoque. ff. de re iud. nisi partes vel procurator præsentes fuerint pronunciationi, quoniam tunc nulla requiritur citatio, ex dict. l. de vnoquoque & l. diẽ proferre. §. si quis. ff. de arbit. not. Ias. in. l. 1. numero. 7. ff. de in ius voc. si tamen tempus
97 instantiæ pręfixum sit, & in fine † temporis pronuntietur nulla est necessaria citatio, iuxta in propositum tradita per Paul. Cast. in. l. admonendi, numero. 34. ff. de iure iur. & Dec. in cap. super eo. el. 2. num. 21. de appel. & Cœpol. caut. 64. quoniam tunc terminus pro homine interpellat, & sic communi practicantium consensu receptũ videmus, quod nulla citatio ad pronuntiationem sententiæ requiritur, nam quasi communiter in fine termini pronũtiatur per rectores hos.

Ibi, [Añadiendo o menguando,] ex verbis ijs reprobatur quorundam pertinaciũ hominum opinio asserẽtium decuriones hos in iudices electos non posse amplius & aliud facere quam reuocare, vel confirmare sententiam iudicis à quo, non vero addere, minuere vel reformare, nam certe falsissimum est hoc & contra expressa verba nostri text. & contra text. in. l. 7. tituli supra proximi, ibi, mejore el juyzio, & quia de iure iudex ad quem potest refor-
98 mare † sententiam iudicis à quo in totum vel in partem addendo vel diminuendo, vel reseruando etiam si non petatur, secũdum Abb. in cap. Rainuntius, num. 10. de testamen. vbi num. 11. inquit quod vbicũque ex deductis in iudicio potest parti aliquod ius competere super illo pronuntiare tenetur ex officio etiam si pars illud ignoret, & idem Abb. in cap. cum causa, col. 2. in fine, de re iudi. Bart. in. l. si expressim. ff. de appellati. debet enim iudex appellationis dicere bene, vel male iudicatum, bene aut male appellatum. l. AEmilius. ff. de minori, vel emendamus iudicium. l. item quamuis, ibi, sed prætor interueniet, & rẽ emendabit. ff. communi diuidun. capit. si episcopus forte. 11. quæst. 3. cap. pastoralis, in princip. eo. titu. & sic poterit iudex appellationis addere, seu remouere, & corrigere, vel sententiam iustam, vel iniustam pronuntiare. l. fin. ff. de re iudi. l. eos. C. de appella. imo si actor succubuerit & de nouo probauerit ius suum debet iudex appellationis eo in casu non solum proferre bene appellatum, sed etiam debet condem-
99 nare † reum actori, secundum Bart. in. l. cum apud. ff. iudi. solui. Abb. in cap. cum

causam col. 3. de iudic. & sic vbi ista verba, bene vel male iudicatum, non possunt in totum satisfacere, tunc iudex appellationis, addere debet, & id facere, quę primus iudex facere debebat, vt asserũt Panor. & Felinus. in cap. cum causa, de re iudica. & sententiam incertam sine quantitate non
100 solum iudex declarare † debet, sed etiam reformare, & emendare reum condemnando in certa quantitate. l. fi. vbi Bal. C. de senten. quæ sine cer. quam docto. in. §. curare, inst. de actio. imo si ex nouiter productis male iudicatũ pronuntiet, hoc debet exprimere, vt honor iudicis à quo seruetur cap. vt debitus honor, de appella. docet Lanfran. in capi. quoniã verbo interlocutiones. col. pen. de probat. itẽ si appellatio sit deserta, debet iudex eã desertã pnũ
101 tiare, † non autem bene, vel male iudicatum, secundum Bald. consi. 20. vol. 1. per l. si præses. C. quomo. & quãdo iud. prout & hæc & alia in hac materia adducit Reb. in. 3. tomo, constitut. Franc. titulo. de appellationibus, articul. 12. per totum, & sic inquit. Bald. in capit. fraternitatis columna secunda, de testibus, relatus & secutus per Rebuffum eundem, vbi supra,
102 art. fin. nu. 33. quod appellatio habet † quatuor naturas, supplẽdi scilicet vt. l. per hanc. C. de appella. & sic iudex appellationis potest supplere in causa, quæ venit ad priorẽ coad iuuandã. l. Titianus. ff. quod cum eo, secus si veniret ad omnino nouã petitionem secundum Bal. in. l. fin. C. quãdo prouo. nõ est nece. Emendandi. l. 1. ff. de appel. Feli. cap. cum causa col. 2. de re iudi. confirmandi naturam habet, vt. l. eos in princip. C. de appella. & in titul. de confir. vti discernendi, vt. l. 1. C. quando prou. non est necess. habet etiam secundum Rebuf. d. art. fi. n. 37. vltra Bald. naturam diuidẽdi quia pro parte potest iudex appellationis confirmare & infirmare sententiã, cap. Rainuntius capi. Rainaldus de testam. l. Carmelia. ff. de iure patro. annullandi etiã naturam habet. l. quædam mulier. ff. fam. hercis. & etiam procedendi lite non contestata inter absentes. l. fin. § illud. C. de tempo. app. & videtur itidem habere hanc naturam, quod vno condemnatorum appellante vterque videtur appellare, quatenus sententia contra se facit. l. ampliorem in princip. C. de appella. licet non seruetur in Francia, vt inquit Rebuf. dict. art. fin. num. 40. prout & alibi diximus, & sic opinio supra dicta asserens non posse iudices addere vel minuere vel reformare in gradu appellationis, refutata remanet.

Ibi, [Appellacion ni supplicacion], nullitas tamen non censętur exclusa, vt supra proximè diximus, super verbo, den y pronuncien, neque obstabit si quis dixerit obstare. l. 4. supra titulo proximo, vbi probatur, quod vbicunque remouetur per legem appellatio vel supplicatio nullitas etiam censetur sublata, quoniam lex illa. 4. loquitur, & procedit quoad sententias prolatas per superiores, vt ibidem dixi, vel non procedit lex illa, in casibus specialibus aliud disponentibus prout in nostro per tex. in pręsenti specialiter disponitur, & est vnus optimus casus pro limitatione dict. l. 4. & ibi alios assignauimus, in quibus non procedit.

Ibi, [Y esto se entienda], versiculus hic limitatiuus est dispositionis nostri textus scilicet vt non procedat textus noster, quoties locus ille vbi lis similis discutitur, octo tantũ leucas distat ab aliqua ex regijs cancellarijs, tunc enim quantũuis valor causę & ęstimatio summã nostri tx. nõ excedat est ad cancellariam appellandum non vero ad loci consistorium, & faciunt hæc ad ea, quæ diximus in glos. acostrumbrar yr, quod tamen mederi deberet esset enim exonerare cancellariam litibus similibus, vbi aliæ grauiores lites sunt agitandæ & partes à molestijs & expensis excusare nullaque in ijs prærogatiua detrahere tur cancellarijs.

Ibi, [Dentro delos dichos cinco dias], intellige si intra eos pars in consistorio se præsentauerit in appellationis gradu, & petierit iudices nominari, prout ex verbis nostri textus patet.

Ibi, [Fuere requerido], tunc enim si non nominentur iudices incurrent decuriones pœnam nostri textus & hoc secundum aliquorum sententiam, ego tamen semper assero & asserui, etiam decuriones non nominantes iudices parti petenti & præsentanti se in appellationis gradu pœnam nostri textus incurrere non solum si pars appellet, & se præsen-

ſentet intra hos quinque dies, verum etiã ſi dum appellat in vltimo die quinque horum dierum eis elapſis in primo conſiſtorio immediatè ſequenti ſe præſentat, neq; hunc caſum excludit noſter text. ſed potius etiam in eo prouidet, cum in vtroque caſu militet eadem ratio, neq; tenetur pars grauata, vt iam remanet dictum, appellare & ſe præſentare in conſiſtorio intra hos quinque dies, ſi intra illos conſiſtoriũ non congregatur, vel ſi congregatur non dũ appellauit vt ſe præſentare poſſet, ſed durante termino horum quinque dierum appellauit in fine eorũ vt ſe præſentet in cõſiſtorio primo ſequenti, erit tamen bona cautela quam ſeruant aliqui aduocati, licet non iudico eſſe neceſſariam, ſcilicet ꝙ in libello appellationis proteſtatur appellans ſe præſentaturum in primo conſiſtorio ſequenti & ex nunc prout ex tunc & è contra ſe præſentat, & cum ipſamet appellatione vadit cum tabellione & teſtibus ante portas domus conſiſtorij & petit teſtimonium quomodo ſi præſentat ibidem & in primo conſiſtorio ſe præſentauit, & tunc ſe præſentaſſet, ſi concilium congregaretur, hæc tñ cautela quanuis non fiat, nõ nocet ſed vt pœna noſtri tx. incurratur & præſentatio iuridice fiat, ſufficit ſi appellando in fine horum quinque dierũ ſe præſentet in conſiſtorio primo immediate ſequenti, quoniam & tunc decuriones tenẽtur iudices nominare ſub noſtri tex. pœna

Ibi, [De priuacion, de priuacion], plures caſus vbi priuatio per leges has regias imponitur tam cõtra rectores, quam tabelliones deſcribemus Deo volente in. l. 23. tit. 25. infra iſto lib.

Ibi, [Determinen la dicha cauſa], ſed an ad eius determinationem debent conſulere peritum aliquem, an verò ipſi rectores
103 poterunt abſque iuris periti conſilio † cauſam determinare, & dicẽdũ eſt quod ſi rectores ij iuris periti minimè ſunt, & cauſa eſt intricata & in pũcto iuris conſiſtens tenẽtur omnino aſſeſſorem literatum cõſulere, eò quod iuris ignarus quãuis iudex eſſe poſſit, ſecundum Felin. in cap. ſciſcitatus, verbo illiteratus, de reſcript. & Iaſ. in l. certi iuris num. 1. C. de iudi. tenetur ta-
104 men aſſeſſorem requirere, † ſecundum Bal. in. l. certi iuris. C. de iudi. relatum & ſecutum per Cataldinũ, in tract. ſyndicatus num. 157. & ſecundum Innocen. & alios relatos per Bertachinum, in reportorio ſuo, verbo. conſilium, verſic. 27. & Iaſ. in dict. num. 1. iudex enim imperitus peritos conſulere debet ad iudicandum, ſecundũ text. in cap. ad audientiam noſtram, de cõſuetu. & text. iuncta glo. in cap. de quibus 20. diſt. & in cap. eſto. 95. diſt. tradit Speculat. in titul. de requiſitione conſilij, §. 1. in princip. & Alex. in additio. ad Bart. in. l. ſi iudex. ff. de var. & extraor. cogni. vltra quæ iura de iure noſtro regio habes text. in. l. 2. & ibi gloſ. deue, in fine, titul. 21. par. 3. & text. & ibi gloſ. fin. in. l. 3. titul. 4. par. 3. & gloſ. leer, in. l. 18. titul. 9. part, 2. probantes imperitum iudicem teneri pro iudicando aſſeſſorem requirere literatum, & ideò cõmuniter illum requirunt iudices imperiti, ſecundum Abb. in cap. 1. nu. 14. de iudi. præſertim ſi ſuper iuris articulo nõ certo litigetur, quia tunc abſque dubio debet committi conſilio ſapientis talis articuli diffinitio, arg. à cõtrario ſenſu in. l. diuus ff. de bon. damna. & tenet Bal. in. l. placet, & ibi eius Additio. num. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. hoc eſt enim regulare vt in cauſis du-
105 bijs imperiti iudices peritorum † conſilium requirant, ſecundum Angel. in. l. dubium. cap. de repudijs, & Innocen. in cap. ſi pro debilitate, in gl. verbo conſulere de offi. del. & Bal. in. cap. iudices, in princip. verſi. ſed contra hoc, de pace iura. fir. quẽ & alios allegat Bertachi. vbi ſupra, ver. 28. & probat optima lex. 8. titul. 13. lib. 8. infra & cum in ijs caſibus ad id iudices imperiti teneantur, ſi non fecerint, acta & ſentẽtia in contrarium lata abſque periti conſilio
105 nulla erunt, † ſecundum Bald. in cap. 1. in fine, extra, de re iudi. relatum & ſecutũ per Rebuf. in. 1. tomo conſti. Franc. titul. de ſenten. executor. art. 1. gloſ. 18. num. 6. & Amædeum, in tract. ſyndicatus nu. 126. & Suarez in titul. de las deudas. §. fin. fol. 58. in antiqua impreſſione. & Paridem de Puteo, in tract. ſyndicatus, verbo conſilium cap. 4. num. 2. fol. 205. in paruis, & Bar. ante eos, in. l. 1. §. ſi plures num. 12. ff. de exercit. act. & Felin. in. cap. ex parte. n. 1. cum pluribus ſeq. de conſtitutio. quod fortius & clarius procedit attenta communi & generali conſuetudine, qua habetur, ſecun-

secundum Abb. in cap. 1. num. 14. de iud. vt imperiti iudices pro causæ determinatione peritum requirant, & consulant, & 106 facit ius talis consuetudo †, & seruanda est, secundum Felin. in dict. cap. sciscitatus verbo, illiteratus num. 10. versi. quando autem, de rescript. & Menochium de arbitrarijs iudicum, lib. 1. quæst. 23. num. fin. imo non solum potest hoc consuetudine induci verum etiam quod teneantur tale 107 † consilium sequi, prout communem testatur opinionem Additio. Bar. in dict. §. si plures num. 12. & ideò cũ necesse fuerit agere de nullitate ob hanc causam alicuius sententiæ horum imperitorum iudicum consuetudinem articulabis & probabis: ex quibus inquit optimè Alex. in l. si cõuenerit num. 11. ff. de re iudic. quod eo ipso, quod statutum committit causam iudicibus imperitis, videtur esse intentionis ipsius statuti, ꝙ iudices ij teneantur sequi 108 consilium † periti, & tenet Deci. consi. 7. num. 6. & sic cum lex nostra rectoribus quià communiter accidentibus imperiti literarum sunt, causas decidendas in appellationis instantia committat, videtur esse suæ intentionis, & iubere vt peritorum cõsilium teneantur requirere & illud sequi: & ex ijs declarãdum est dictũ Abb. in cap. 1. num. 7. de consang. & affini. dicentis, ꝙ si iudex imperitus sententiauit perito non consulto valet sententia licet peccet, nam id verum intelligerem quoties lege, statuto, aut consuetudine non est necesse peritorum cõsilium requirere, vel quoties (lege aut statuto aut consuetudine id non requirentibus) causa est clara, & in facto & nõ in iure consistens, & secundum ius determinata est, tunc enim valeret sententia illa, secundum Parid. Puteum in dict. c. 4. n. 4. fol. 205. in paruis, & Bertac. alios referentem, dict. verbo consilium, versi. 39. iti demque si de iure, statuto, aut consuetudine consilium peritorum erat requirendũ, 109 nam tunc & sequendum etiam † erit, secundum Felin in dict. cap. sciscitatus, & Alex. in dict. l. si conuenerit nu. 11. & Asinium, in pract. §. 25. cap. 10. limi. 3. vbi per totum illud cap. nouissimè per eum vidi post hæc tractatum, de quo recurrendum esse ad consilium Cum. 55. testatur Cassaneus, in consi. Burg. rubric. 4. §. 7. Lemaris & Lefemme, in text. si au est du consent. num. 30. & num. 31. quando consulti sunt contrarij quid faciendum, & num. 34. an teneatur iudex ex mala consultoris sententia, de quo per Deci. l. consilij non fraudulenti. ff. de reg. iur. & hac de causa inquisitores hæreticæ prauitatis consultorum consilium tenentur sequi, quia de iure illud requirere debent, vt nouissimè tradit Rojas, in tract. de hæreticis. 1. part. nume. 413. cum pluribus seq. vbi num. 424. inquit quod tenebuntur ipsi hæresum inquisitores si consilium consultorum malum fuerit, de quo optimè discutitur per Symãcas, de instit. catholi. cap. 41. num. 14. vbi, veritatem determinat, & in nostro proposito an ij rectores imperiti teneantur de 110 malo consilio † assessoris periti, vide optimè Alex. consi. 19. num. 14. & 15. lib. 7. & Auiles. cap. 1. pretorum glos. alas parte, nu. 21. & 22. & Asinium in dict. practi. §. 32. cap. 2. amplia. 39. num. 3. cum 3. seq. fol. 202. & Burgos de Paz, in procemio legum Tauri, nu. 191. cum. 4. seq. vbi num. 111 196. & 197. quærit an ipse consultor † tenebitur iudici consulenti per partem cõtra quam cõsuluit, & vide Deci. cons. 8. n. 6. & secundum supra dicta declarabis per Cataldinum, asserta, de syndicat. nu. 164. & Amædeum, de syndicatu, num. 124. & Parid, vbi supra, cap. 3. & Bald. de syndicatu, quæst. 31. & Alex. & DD. in dict. l. si conuenerit, & Abb. in cap. cum in veteri, de electione, num. 12. per totum, & num. 13. ponit quæstionem. Est tamen verum quod si iudices imperiti ij pronuntiarẽt sine periti consilio, sentẽtia tamen esset iusta & secundum ius, prout multoties imperiti determinant tunc non annullarem eam, sed validam declararem, vel saltem si nullam pronuntiarem, in eadem sententia idem iuberem fieri, vt inquit Puteus vbi supra, dict. cap. 4. num. 3. quæ omnia notãda sunt quia noua & singularia & vide Albert. de Ramponibus, in tract. de consilijs habendis per officiales & assessor. col. 2. inter Bar. tractatus, & an iste assessor tenebitur iurare de facienda iustitia, vide gloss. vno o dos. l. 2. titul. 21. par. 3.

Ibi, [Para la parte], videntur verba hæc superflua, nam cui potius quam parti læsæ esset pœna applicanda, quoties enim pars

lædi-

læditur, pœna imposita ob hanc causam in
112 dubio parti † læsæ applicata censetur, se
cundum quod diximus in l. 4. titul. 7. su-
pra hoc lib. ex glos. communiter approba
ta. l. si pater. C. de hær. insti. teste Baeça, de
non melior. filiabus cap. 36. num. 10. su-
perfluitatem tamen euitabis, si iuriscon-
sultum nostrum ita processisse asseras, vt
omnem dubitandi occasionem tolleret
eorum quæ in contrarium adduci possent
si sic non declararet.

Ibi, [que sobre ello requiriere], regula-
re enim hoc est, vt ad incurrendam pœnã,
si aliquid factum non fuerit, impositam. ne
cesse sit quod præcedat monitio & requi-
113 sitio partis † in cuius imponitur fauorem
vt probat text. l. fi. C. vt infra certum tem
pus quo. crimi. termi. quem ad hoc plures
ita tenentes allegãdo, notat Alex. in l. pro
perandum in princip. num. 8. C. de iudi. &
Ias. in l. vniuersa. C. de preci. imp. of. Felin.
in cap. sin autem, de rescrip. Ias. in lectura
l. admonendi num. 15. cum. 6. sequet. ff.
de iure iur. Cæpola. cautela 236. Ant. Go
mez, tomo. 3. variarum cap. 9. num. 9. latè
Hippolyt. in pract. §. nunc videndum nu.
4. cum seq. aliquibus, & faciunt dicta per
cõciuem meum Guterrium, in repet. l. ne
mo potest, num. 433. cum sequent. de le-
ga. 1. & in nostræ legis propositum, tenet
Didacus, Perez in presenti colu. 1295. &
latius in l. 1. titul. 15. lib. 3. ord. col. 1173.
cum seq. & iterum in l. fin. titul. 11. eo. lib.
3. & Villalobos, in ærario mille com. op. li
tera. A. num. 150. sic declarando Bal. in l.
1. §. sciendũ. ff. de magis. conueni. & Rip.
l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 6. vbi cũ
seq. alia infert. ff. de damno infecto, idque
ex text. nostro probatur clarissimè, quic-
quid in contrarium voluerit Auendaño,
cap. 6. preto. num. 3. versi. & casu quo lib.
114 1. sed an debet ter † interpellatio hæc fie
ri, vel sufficiet semel tantũ, vide Puteum
de syndicatu, verbo instantia cap. 2. num.
3. fol. 267. quoad nostrum tamen proposi
tum, vnicam sufficere credo interpellatio
nem, vt ex ijs verbis simpliciter probatis
colligitur. venit tamen in mentem dum
hæc scriberem dubium quoddam num sci
licet rectores ij requisiti incurrent solum
pœnam nostri text. propter non determi-
natam causam in termino, an & iudex ipse
115 ordinarius †, & videbatur dicendum,
ordinarium ipsum itidem nostri text. pœ-
nam incurrere si monitus non faciat pro-
nuntiare & pronunciet sententiam intra
hos decem dies, ex verbis nostri text. ibi y
mandamos al dicho juez y alos otros dos
diputados, quasi omnibus iubeatur vt cau
sam determinent, ergo si non fecerint, pu
niendi sunt nostri tex. pœna, nihilominus
tamen contrarium quoad nostrum tex. te
neo, imo quod solum ipsi rectores requisi
ti, non vero iudex ordinarius à quo, inci-
dent in pœnam nostri text. si causam infra
decem dies non determinauerint, tũ quia
ipsis incumbit onus capiendi processum,
& consulendi assessorem pro eius deter-
minatione, tum etiam quia text. noster iu
bet iudicem ordinarium debere exequi
pœnam hanc, ibi, los quales, scilicet, diez-
mil marauedis y costas, de quibus paulo
ante dictum est, executen luego el corrigi
dor o justicia del pueblo so pena que no lo
haziendo lo paguen con el quatrotanto,
sed in causa sua, nemo iudex existere po-
test, vt in to. titul. cap. nequis in sua causa, er
go ordinarius loci, exequi pœnam debens
cẽsetur exceptus ab huius pœnę incursu si
causa intra hos decem dies non determi-
netur, præsertim cum quadupli pœna ipsi
loci ordinario imponatur si pœnam decẽ
mille morapetinorum non exequatur,
& sic non est credendum legem nostram
velle vt & ipse ordinarius loci pœnã hanc
incurrat, sed tantũ rectores ipsi incurrent
& iudex loci executor pœnæ erit sub qua
drupli pœna si negligens fuerit in execu-
tione, & sic semper lex nostra interpretata
est ab aduocatis, & ea quæ certam inter-
pretationem habuerunt minimè sunt mu
tanda, & ita tenendum est. Sed est & aliud
dubium, num scilicet quilibet ex ijs recto-
ribus requisitis & intra terminum nõ pro-
nuntiantibus incurret pœnam nostri tex
tus, an vero pro æqualibus partibus inter
116 eos diuidetur † & dicendum est vnum
quemque eorum in solidum ad tota decẽ-
mille & expensas teneri & posse condem-
nari, eò quod officiales circa idem delin-
quentes tenentur in solidum, & licet con
demnatio pro parte fieret, tamen quod ab
vno exigi nõ potest ab alio exigetur, secũ-
dum Bart. Ang. & Imol. in l. si multi publi
cani

cani. ff. de publican. per text. ibi, quem ad hoc allegauit Boeri. decisione. 310. num. 2. & per totam decisioné, sed dubitari non pōt quin decuriones ij nō determinantes causam intra decem dies delinquant, vel quasi delinquant cum legi & officio contrauenjant, ergo nimirum est quod vnus quisque eorum in solidum conueniri possit ad pœnæ incursæ solutionem: est tamé verum quod si vnus eorum soluit totum, quod alter liberatur, & sic vna decem tantum soluenda sunt, quoniã hæc pœna ambobus in simul rectoribus imponitur, igi-
117 tur vno soluente totam pœnam † alius liberatur, arg. text. in. l. 1. in. 2. eius par. C. de condi. furt. & text. in. l. 1. §. si plures. ff. de eo per quem factum erit, & notatorum per Ant. Gomez tomo. 3. variarum cap. 1. num. 88. præsertim cum in simul & in cōnexis delinquant, crederem tamen quod si vnus ex rectoribus tota decem mille sol
118 uerit, † poterit ab alio eius socio dimidiũ eorũ petere: notandum est quod quantum uis pars requirens pœnam hanc recuperet ab ijs rectoribus vel vno eorum, poterit nihilominus & interesse petere & recuperare, text. enim noster vtrumque soluendũ iubet, pœnaq; hæc cum legalis sit & facto adiecta potest optimè in conscientia peti & debetur postquam petita fuerit & executio eius facta, vt notãt omnes in. l. siquis maior. C. de transactio. præcipuè Menesium, ibi num. 57. cum seq. aliquibus, neque cum interesse debet compensari in hoc casu, cum si compensaretur esset contra nostri text. dispositionem pœnam & interesse permittentis peti. & recuperari per partem requirẽtem, licet regulariter eatenus
119 pœna debeatur quatenus † cum interesse concurrit, vt licet videre ex Matth. Afflictis, decisione. 135. nume. 4. & optimè per Menochium, de arbitrarijs iudicum, lib. 2. centuria. 3. casu. 260. num. 19. cum sequent. aliquibus. vlterius est & aliud optimũ dubiũ, quid si pars appellãs requirens decuriones vt causam intra terminũ determinẽt veniebat condẽnanda eò q in iniustã causam fouebat, an iam quod rectores requisiti non determinantes intra terminum nostri text. ad interesse non teneãtur, quia nihil intererat parti requirenti, eò quod in iniustitiam petebat, tenebuntur tamé ad pœ
120 nam decem mille † morapetinorum, & videtur quod non, nam cum pars hæc requirens læsa non fuerit, ex eo quod condemnanda veniebat si sententiaretur, pœnam petere non potest impositam per tx. nostrum, quoniam tunc per partem pœna facto adiecta capi potest in conscietia, quoties pars ipsa læsa fuit, vt colligitur ex dictis per Afflictis, in dicta decisione. 135. hic tamen læsio deficit, ergo cessat pœna, item & quia tunc pœnam hanc soluendam lex nostra iubet, quoties etiam interesse peti poterat & debebatur, vt patet ex versi. y q de mas desto paguen, sed deficiente interesse & lęsione, nihil est quod soluendum sit per decuriones, ergo neque pœna peti potest tanquam consecutiua ipsius interesse, vt id quod iudicamus de principali, & sic de interesse iudicem⁹ & de pœna ipsius interesse cõsecutoria, & certè hoc mihi tenẽdum videtur pro nũc, tu latius suo tempore cogitabis.

Ibi, [Lo paguen con el quatro tãto], sed cui applicabitur pœna hæc quadrupli, parti nè an vero fisco, & videtur quod fisco, quia est pœna parti quæ iam interesse solui iubetur anteà, & quoties pœna apponitur pro delicto, si pars est satisfacta, pœna illa fisco applicatur, vt diximus in. l. 4 titu. 7. lib. 1. supra neque obstare videtur verba sequentia, ibi, y que de mas desto paguen ala parte, ex quibus verbis videtur quod cum interesse per verba hæc parti sit soluẽdum, quadruplum etiã illimet parti debet solui, ex relationé illius dictionis, demas, latinè vltra, & verbi illius, ala parte, nam di
121 ctio illa, vltra, inclusiua est, † vt si vltra dolia legatur vinum, videtur legata etiam dolia, secundum Bar. l. cum ita, quæst. fin. ff. de dote præle. l. si vltra. C. de fidei cō. item est dictio repetitiua, secundum Paul. consilio. 106. tradit Bertachin. in repertorio verbo, vltra, quoniam responderi potest, quod dictio illa, vltra, non sit ad partẽ referenda, sed ad summæ solutionem, & sic quod vltra interesse parti soluendum, quadruplũ soluatur fisco, cum alias de iure solui debet, quoties pp̄ter deficiũ imponit verba enim generalia de habilitate restringẽda sunt. l. vt gradatim. ff. de mu. & hon. nihilomin⁹ tñ videtur mihi tenẽdũ quadruplũ etiã parti requirẽti soluendũ, tũ pp̄ter dictio

dictionem illam, vltra, tum etiam quia quadruplum subrogatur loco pœnæ decem mille morapetinorum parti per rectores negligentis sententiare applicandorum, ergo eorum naturam & applicationẽ sequi debet, & quadruplo à loci ordinario recepto cessat petitio decem mille morapetinorum contra rectores inteṇtata.

Ibi, [y que de mas desto paguen], verba hæc non solum rectores requisitos comprehendunt, & respiciunt, verum & iudicem loci non exequentem pœnam decẽ mille morapetinorum per rectores negligentes incursam, & sic pars requirens poterit à rectoribus negligentibus petere interesse & pœnam, & si iudex loci negligẽs sit in executione pœnæ huius, cõtra eum poterit pars suas actiones intẽdere ad quadrupli petitionem & interesse etiam, & sic vtrunque membrum referendo singula singulis verba hæc, y que demas desto paguen, comprehendunt & amplectuntur.

Ibi, [Por manera que dentro delos dichos diez dias se pueda ver y determinar el pleyto], ex verbis ijs notari potest & colligi, quod partes possunt ex ijs decem diebus rectoribus ad sententiandum assignatis, aliquos dies probationibus suis finiendis sumere, si eorum parte aliqua sumpta, remaneat rectoribus tempus sufficiens ad sententiandum causam illam, nihilominus tamen contrarium est tenendum, saltim parte alia, vel rectoribus, cõtradicentibus nam cum in hac lege remaneat dictum, super glos. dentro en treynta dias, partes teneri causam concludere, intra illos dies triginta, nullo modo eis elapsis possunt vllã horum decem ad sententiandum assignatorum, capere pro probationibus faciendis, præsertim cum dies illi triginta per tx. nostrum sint assignati ad probandum, & probatum habendum, vt ibidem diximus neque obstant verba hæc nostri textu. ex quibus contrarium colligebamus, procedunt enim & intelligenda sunt, quoad hoc scilicet vt processus conclusus tradatur rectoribus ipsis intra hos decem dies tẽpore, in quo determinari & sententiari intra eos possit, nam si traderetur in tempore ad hæc facienda non sufficienti, quanuis intra illos decem dies non determinaretur non vtique rectores pœnam nostri text. incurrerent, imputet enim sibi pars appellans, quod in tempore opportuno rectoribus ipsis non tradiderit ad sententiandum, nõ est enim cõsultor in culpa, si sibi detur processus tempore in quo sententiari non potest, secundum Alex. cons. 59. num. 6. vol. 4. sed est optima quæstio scilicet, an iã quod ex ijs decem diebus nullus ad examinandos testes capi potest, poterit nè intra eos peti per vnam ex partibus aliam iurare
122 & declarare † de calumnia, & videtur quod sic, ex dictis per Decium, in rubric. num. 10. extra de probationibus, confessio enim partis etiam post conclusum in causa admittitur cap. cum Ioãnes, de fide inst. notat specul. in titul. de depositio. §. 4. versi. sed quid sit, & Bald. in authe. qui semel, col. 3. C. quomo. & quando iud. additio. 1. Bart. in l. Publia. §. fin. ff. de posi. Hippolyt. in rubric. de probatio. num. 73. imo & post sententiam, secundum Innocen. in. cap. quia plerique num. 3. de immuni. ecclesi. & alibi diximus, & faciunt quæ, Deo volente, dicemus in l. fin. titul. de las entregas. infra isto lib. vbi post decem dies admittitur pars ad probandum per confessionem executantis, & nouissimè idem tenet Aluarus Velascus, de iure emphyteotico, quæst. 7. num. 29. in fine, vbi num. 30. & 31. id duobus modis declarat, quas declarationes desumpsit à Decio vbi supra, prima scilicet est, quod id verum sit, quoties pars spontè confitetur, vel iudex ex officio cogit partem confessionem dicere, secus vero ad petitionem partis, quia tunc non cogeretur pars dicere confessionem, secunda declaratio est vt procedant dicta, quoties confessio hæc in iudicio & in actis deducitur, secus si extra iudicium & placent hæ declarationes, licet prima non ex toto satisfacit, presertim vbi nulla alia speratur sententia, tũc enim etiam ad petitionem partis esset compellẽdus aduersarius iurare de calumnia & confessionem dicere, prout multoties vidi fieri per rectores hos intra decem dies nostri text. & bene vt veritas patefiat, & secundum supra dicta sunt intelligẽda dicta per Innocen. in cap. vltra tertiam, de testibus & post hæc paucis diebus elapsis, vidi optimam decisio. Octauiani, Pedamontani. 10. plura in propositum dicentem.

Ibi,

Ibi, [Quede firme y passada en cosa juzgada], & sic tanquã deserta appellatione executari poterit sentẽtia, prout dicebat Auẽdaño responso.2.num.6.conclus.9. & respons.26.num.10.versi. si quidem, quod tamen intelligerem verum quoties pars nullam diligentiam fecit in termino illo triginta dierum, vel si fecit, non tamen ritè & rectè, putà si libellum grauaminum non notificauit parti, prout notificandus
123 de iure est, alias enim nihil † fit, vt probatur ex text. Clem. causam de electio. notat Rotanoua. 2. de appellatio. folio mihi.63. & Feli. optimè in cap. cum contingat, nu. 6. cum seq. aliquibus, de rescriptis, & idem Feli. in repertorio eius, in verbo, appellans an debeat intimare & Couar. lib. 3. variar.
124 cap.17.num.3. omnis enim intimatio, † quæ obligat ad aliquid præiudiciale debet fieri dicto modo, secundũ Felin. vbi supra & iterum in cap. cum.M. nume. 63. extra de constitutio. quod dictum ibi ipse Felin. inquit exclamari Cardi. per eum relatum, & quod notandum quia communiter ignoratur, & idem quoad emptorẽ dicit requirentem venditorem de euictione, inquit tamẽ ibidem Fel. cum Ange. per eum relato, sufficere venditorẽ citare simpliciter facta mẽtione de motione litis, prout de consuetudine seruari inquit gl. magna ad medium in.l.32.titul.5.part.5.& tamẽ Anto. Gomez, infra proximè allegandus, sublata tamen consuetudine facienda est intimatio libelli, quantũuis appellatus sciat contenta in libello grauaminum, cum factum ex parte ipsius appellati requiratur, quo casu non sufficit scire nisi notificetur secundum Additio. Abb. litera. C. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ el.2.num.4. de electione & communem testatur, Anto. Gomez, tomo.2.cap.2.num.39.vers. item adde quod ad hoc vt emptor vel ille à quo, in casu tamẽ, quo intimatio hæc libelli, vel instrumenti fieret iudicis authoritate non
125 requiritur † quod fiat in forma, secundũ Additio. Alex. in.l.1. in princip. num.4. litera. C.ff. de eo per quem fact. erit, & sic vidi iam ob non notificatum libellum grauaminum in termino triginta dierum nostri text. appellationem desertam pronuntiari sicut & quantumuis notificatio facta libelli huius fuerit, non tamen fuit in tempore congruo, vt appellatus de sua iustitia allegaret, & probaret, tunc enim & appellatio vt deserta posset pronuntiari, licet si tunc de iustitia appellantis constaret, & de bona eius fama & conscientia & quod malitiose non se restrinxerit in termino, non vtique pronuntiarem desertam appellationem, sed absoluerem potius ab instantia & obseruatione iudicij saluum ius relinquendo partibus iterum litem prosequendi, prout in hac lege dictum remanet, & faciunt dicta per Bart. in. l. admonendi. num. 13.ff. de iureiur. scilicet quod si dies dati à lege sunt elapsi absque eo quod actor probet, non absoluetur reus diffinitiuè sed tãtum
126 ab obseruatione † iudicij, cuius doctrinã Ias. ibidem in lectura num.70. & in repet. num.75.& 76. communem testatur, & faciunt dicta per Auiles, vbi supra, num.6. in princip. fol. 290. si vero appellans fecit in termino deligentias, quanuis nihil probaberit, pronuntiandum est super iustitia causæ ex meritis processus in prima instãtia deductis, & sic diffinitiuè est pronuntiandũ nam in ciuilibus controuersijs receptum est reum diffinitiuè absoluendum etiam si terminum ad probandum non habuerit, quandoquidem se probationi non obtulit causamq; probatione non facta censetur conclusisse siue expresse siue tacitæ per lapsum instantiæ, ex dictis per Ias. in dict. rep. num. 75.& 80. & Couar. lib.1. variarum cap.1. num.8. & ex quibus appellatio deserta efficiatur, dixi remissiuè in.l.2. verbo, y finque firme. supra isto titul. & lib. vlterius notandum est ex ijs verbis nostri text. quod sententia lata in prima instantia remanet firma ob negligentiam appellantis non facientis diligentias in termino
127 & quod sententia † lata per rectores hos termino decem dierum elapso nulla erit, vt in hac dictum remanet lege, & tenet Didacus Perez, hic colum. 1296. in princ. & ante eum Auiles, dict. cap. 49. secretæ syndi. verbo. condenar, fol. 289. in princi. & post hæc scripta reperi modernũ Mexiam, in lege de Toledo, in. 10. fundam. 1. partis num. 47. ita tenentem aduertendũ que quod si est deserta appellatio nõ possunt iudices se intromittere super iustitia causæ, se super desertione tantum tenentur pronuntiare, & ad vnguem legem ser

nare, vt dixi in l. 2. verbo, y si con el processo, supra isto titu. & lib. imo & post desertionem appellationis non sunt dandæ literæ vt quis audiatur, vel releuetur, neq; valet rescriptum sic impetratum, imo est
128 infamis † illud impetrans, secundú text. in l. fi. C. vt lite pend. notet Cœpola, cautela. 220. & Rebuf. in. 3. tom. constit. Frã. titul. de appellatio. artic. 14. glos. vna, nu. 1. nisi senteñtia esset nulla, vel diceretur in rescripto non obstante tali lege, vel per restitutionem, vt ibi per ipsum Rebuf. num. 2. cum sequen. vel nisi de desertione non sit oppositum, nam tūc super meritis causæ, secundum Marant. in pract. titu. de appellatio. num. 398. potest iudex si vult cognoscere, vel super desertione pronuntiare, sed si de desertione opponatur non erit in potestate iudicis super meritis causæ, sed super desertione tenebitur omnino pronuntiare, ex dictis: impedimentum tamen legitimum excusaret à desertione, vt supra diximus in l. 2. in fine, supra isto titu. & lib. & tradit Rebuf. in dict. tit. de appell. glo. vna, num. 3. & num. 5. cum. 3. seq. ponit impedimenta, & num. 4. inquit principem posse ex mera gratia concedere vt de iustitia causæ cognoscatur non obstante desertione.

Ibi, [Pronuntiada en regimiento,] nō seruantur verba hæc in practica, sed potius vbique pronuntiatur sententia per rectores hos in præsentia iudicis à quo, vel eius successoris.

Ibi, [executen luego,] hic colligitur clare quandoquidem verba hæc in plurali numero sunt constituta, etiam lata sententia per rectores hos, iurisdictionem ipsis durare pro exequenda ipsa sententia, si in ea executionem iudici à quo non remiserint, prout cotidie remittunt, & in hac lege in gloss. o los dos dellos, & alibi etiam diximus latius. Sed an nullitas intentata dictæ sententiæ de regimiēto impediet executionem, vide per DD. maximè Paul. & Alexan. in l. 4 § condemnatum. ff. de re iudic. & Dec. cons. 73.

Ibi, [so pena que incurran,] ita demum si requisiti non exequantur, vt in hac lege diximus, sed num in casu in quo rectores ipsi executionem sententię ordinario loci remittunt, tenebuntur hac pœna, si ordinarius ipse negligens in executione fuerit & crederem quod & ipsi rectores tenebūtur si requisiti fuerint, & remissio executionis, quam ordinario loci fecerūt, voluntaria non vero necessaria fuit, quam tamen pœnam si soluerint, ab ipso ordinario recuperare poterunt, ordinarij tamen locorum semper exequuntur, neque admittunt rectores ad executionem hanc faciendam siue remiserint, siue non executionem sententiæ ipsi ordinario, & sic potest dici rectores præeminentiam hāc exequendi sententiam incuria & negligentia sua amisisse, & per consequens ab ipsis rectoribus pœnam hanc nullo in casu peti posse, sed ab ipso ordinario loci negligente in executione talis sententiæ, & hæc pro legis huius exornatione & declaratione sufficiant.

LEX VIII.

SVMMARIVM LEGIS.

¶ In causis criminalibus cuiuscunque summæ ad consistorium non appellatur sed ad tribunal consuetum. Idemque est in appellationibus interponendis à sententijs iudicum de cañadas y mestas, & est declaratoria hæc legis præcedentis.

IBi, [de causas criminales,] sed quæ saltim
1 † hodie criminalis causa dicetur & de iure ciuili, plures refert opiniones Clarus, in lib. 5. sententi. §. fin. quæstione. 1. & nouissimè Asinius, in practica in præludijs. cap. 5. per totum, iure vero nostro regio attento causa criminalis dicetur vbi venit imponenda pœna corporalis supra relegationem, ex text. in l. 16. titulo. 1. partita. 7. & ex. l. 10. titulo. 29. partita. 7.

vbi & probat lex illa. 16. quod vbi pœna corporalis est imponenda non debet quis sub fideiussoribus relaxari, secus vero si pecuniaria, prout & asserit Ant. Gom. tomo. 3. cap. 9. num. 8. & Dueñas reg. 331. limitat. 3. & glo. in dict. l. 10. & Couar. libro. 2. Vari. cap. 8. num. 8. & quod hæc sit causa criminalis vbi pœna corporalis venit imponenda probat etiam ex. l. 9. titul. 16. part. 3. Didacus Perez in rubr. titul. 1. lib. 3. ordin. colum. 748. versic. præterea inquirendum cum col. sequenti, idem testatur Anton. Gom. tom. 3. cap. 3. nu. 56. in fine, & nouissimè Villalobos, in sua antinomia iuris ciuilis & regij, litera C. num. 46. vbi & allegat Auend. idem tenentem à relegationeq; inclusiuè inferius non censetur iure nostro regio imponi pœnã corporalem, relegatus enim sub fideiussori-
2 bus relaxatur, † prout ex text. in l. 2. titul. 19. lib. 8. infra, colligi videtur, quandoquidem ibidem nõ permittitur quod pro prima vice concubina sit incarcerata si sufficientia habeat bona, & si bonis idonea nõ sit, quod præbeat fideiussores, prout per alium text. notauit Auend. respons. 40. n. 4. in medio, pœna enim relegationis tem-
3 poralis † non vero corporalis est, secundũ quod voluit Matth. Afflict. in const. Sicil. lib. 2. rubr. 10. num. 21. 22. & 23. & Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæst. 80. n. 87. cum. 2. seq. imo quantumuis pœna exi
4 lij perpetua sit, † si in modum deportationis non imponitur, non dicitur corporalis, secundũ Couar. in. 4. part. 2. c. 7. §. fin. num. 16. fol. 111. quicquid velit Bart. relatus & secutus per Auend. cap. 16. præt. num. 17. in fi. lib. 2. nisi relegatum, ibi pro deportato capiamus, igitur neque dicetur pœna corporalis iure regio illa. l. 2. tit. dict. 19. lib. 8. infra quamuis relegatio impo
5 nenda sit, imo & si pœna pecuniaria † fisco applicetur adhuc non erit ex. l. hac. 2. corporalis pœna, vt propter eam detineatur quis in carcere, sed sub fideiussoribus relaxetur, vt illa lex expresse probat, neq; iam dicetur illa causa criminalis in qua relegatio vel pecunia fisco applicanda imponitur ex dicta. l. 2. *nam si criminalis* causa hæc esset, non vtiq; lex illa iuberet, prout iubet, quod condemnandus in ea relaxaretur sub fideiussoribus, neque posset relaxari si criminalis esset, secundum text. in l. 16. titu. 1. part. 7. nisi esset captus manda-
6 to regis, vel requisitorijs † literis alterius iudicis, nam tunc nõ relaxatur sub fideiussoribus, secundum gloss. fin. in ea. l. 16. ex quibus hodie iure nostro regio attento nõ procedit doctrina glo. communiter approbatæ in. l. 3. ff. de sepultur. viol. asserentis quod vbi pœna pecuniaria in toto vel in parte fisco applicatur, causam illã esse criminalem, quam vltra omnes ibidem sequitur & commend. Bart. in. l. 1. ff. de legibus vbi Oroscius, col. 135. inquit à canonistis & legistis glossam illam approbari, & communem cũ ea testatur Gomecius, in princip. inst. de actio. num. 18. & ibi Ias. num. 14. & sequitur eam Abb. in rubr. num. 5. de iudi. & Platea, in. l. 2. C. de ijs qui pub. ratio. lib. 10. & Dec. in rubr. num. 9. lecturæ. 2. extra de iud. & è nostris Auend. cap. 4. prætor. num. 29. versic. sed si non applicatur lib. 1. & Didacus Perez vbi supra, & Clarus vbi supr. nu. 2. & Asinius vbi supr. contra glo. aliud dicentem in. l. 1. C. quando actio ciuilis, quam communiter reprobari asserebat Dec. vbi supr. iure tamen dicto nostro regio videmus iam gl. illam. d. l. 3. ff. de sep. viol. non procedere, sed hanc potius dict. l. 1. C. quando actio. ciui. & gl. in. l. si qua per calumniam, verbo auri. C. de episcopis & cler. quæ videtur tenere, secundum Clarum, vbi supra, num. 1. opin. 2. quod quando pro crimine venit imponenda corporalis pœna causa dicatur criminalis, nam si aliud esset non vtiq; dictæ leges regiæ iuberent sub fideiussoribus relaxari illum, qui condemnandus est in relegationis pœna, vel nummorum in toto vel in parte fisco applicandorum, prout iubent, igitur habemus intentum: ex quibus videtur legem nostram iubẽtem in criminali causa non licere appellari ad consistorium tantum procedere vbi pœna corporalis venit imponenda, secus si pecuniaria etiã fisco applicata vel relegationis, quia tunc ad consistoriũ appellari posset, & in
7 locis vbi † de consuetudine ita fit, prout Salmanticæ audio fieri, ibi enim etiam in *causis summę decẽ mille* morapetinorum & inferius appellatur ad consistoriũ, quantumcunq; ex regijs pragmaticis fisco applicentur, id seruabitur, vbi tamen cõsuetum

tum non est, appellandum erit ad tribunal consuetum, prout lex supra proxima dicit, & voluit Auend. in c. 4. præt. n. 29. & 30. versic. & cum ista lib. 1. & Dida. Perez, vbi supra, & iterum in l. 6. tit. 16. libr. 3. ordin. col. 129. in fi. cũ primo seq. & dixi supra isto tit. in l. præcedente, in gl. in verbo, de quantidad, in medio, quoad præbẽdum tamen reum accusatũ sub fideiussori bus, vbiq; iam dictis legibus regijs attentis, præbendus est sub eis, & relaxandus à carcere, imo & sine fideiussoribus si idoneus est facultate, nisi in casu tantũ in quo pœna corporalis est imponenda, vel infamiæ: ex quo constat manifestè perperam dixisse Auenda. vbi supra dicens quod & quando pœna pecuniaria ex dispositione

8 statuti † municipalis venit parti vel concilio ciuitatis applicanda diceretur causa criminalis, qui & meritò ex dictis damnatur & contra eum tenuit Didacus Perez, in dict. l. 6. & in d. col. 1295. cum seq. & in practica opinio hæc de Auendaño, cotidie exploditur, & sic regia prouisione habetur quod pro causis ijs pecuniarijs factis vi denuntiationum statutorum municipalium reus non incarceretur, & si incarceratur relaxetur sub fideiussoribus, y por acordada carta se da en consejo real quando se pide por alguien. Ex quibus optimè dicebat Suarez in tit. de fideiussore in causa crimi. versic. ex hac determinatione infero, quod fur pro primo furto incarceratus,

9 est sub fideiussoribus † relaxandus, eo quod tantum pecuniam tunc tenebatur soluere fisco applicandam, imo quantumcunq; in defectum pecuniæ esset corporaliter castigandus adhuc relaxabatur à carcere sub fideiussoribus, secundum eũ ibi, ex cuius dictis apparet omnino reum carceratum pro delicto ex quo non venit pœna corporalis imponẽda relaxandum sub fideiussoribus à carcere: hoc tamen de furto dictum hodie non procedit, cum ad triremes pro primo furto sit etiam condemnandus fur, vt colligitur ex. l. 9. tit. 11. lib. 8. infra, quæ quidem triremium corporalissima est. Ex quibus & insurgit alterius notabilis quæstionis determinatio, scilicet an in casu, in quo pœna in sententia condemnatoria pro delicto fisco applicatur, & sic ad consistorium populi, si aliud non vtitur, non est appellandum, sed ad superiores cancellariæ iudices, erit ne talis appellatio deferenda ad iudices de causis criminalibus cognoscentes, an vero ad de

10 causis ciuilibus † cognoscentes, & in hac quæstione, remota consuetudine, de iure nostro regio loquendo, credo veram esse Angeli sentẽtiam relatam & secutam per Capiti. decisi. Neapol. 27. numero. 19. videlicet quod si pœna fisco in sententia applicata propter delictum, vel quasi est pœna ordinaria à lege pro delicto illo imposita, in cuius solutionis defectum pœna corporalis venit imponenda, tunc ad curiam de causis criminalibus cognoscentẽ deferenda est appellatio, si vero pœna illa pecuniaria non est ordinaria, ita quod in defectum solutionis ipsius non est imponenda corporalis, sed potius propter paupertatem remittenda, secundum text. & eius materiam in. l. illicitas. §. Præses. ff. de offic. præsi. vbi optimè Oroscius, tunc ad curiam de ciuilibus causis cognoscentem erit appellatio deferenda, quæ est optima decisio, & sic est declaranda decisio Rotæ. 10. de appellat. relata & secuta per Menochium, de arbitrar. iudi. lib. 3. casu. 265. asserens quod etiam si fisco pœna applicanda sit, causa erit ciuilis, & sic ad iudices ciuilium eius appellatio deferenda.

Ibi, [Dende abaxo,] Quid vero si ab inde vsque ad decem mille summa illius causæ ascenderit, vti nè poterit remedio legis præcedentis, & dicendum est intrepidè quod non, nam si id in minori summa decem mille morapetinorum lex nostra statuit & vetat appellationem deferri ad consistorium à fortiori & per argumentum de maiori ad minus non licebit in maiori summa sex mille morapetinorum & hoc nulli dubium, & lex nostra loquitur secundum iura antiquiora lege præcedente, secundum quæ vsque ad summam sex mille morapetinorum licebat ad consistorium appellare, sed ex lege præcedente aucta est summa illa vsque ad decem mille, & sic lex nostra de illis etiam intelligitur, cum sit præcedentis declaratoria.

Ibi, [Y lo mismo mandamos,] adhoc allegat eam Auendan. capit. 6. prætor. numero. 4. versic. item in casibus el. 2. lib. 1. vbi & in versic. item in casibus el. 1. tradit à sententijs iudicum, de la hermandad, ad quem sit appellandum de quo habemus text. l. 49. titul. 13. lib. 8. infra. & in causis gabellarum qualiter appelletur, vide. l. 4. & 4. tit. 12. lib. 2. supra, & in. l. præcedente diximus latius.

LEX IX.

SVMMARIVM LEGIS.

¶ SVM. A pœna mille morapetinorum Dardanarijs & alijs personis imposita ex ordinatione statutorũ super victualibus & mercimonijs factorum non licet appellare ad effectum retardandæ executionis, imo non obstante appellatione executatur condemnatio saluo remanente iure prosequendi appellationem.

IBi, [sobre mantenimientos,] secũdum hæc verba, & alia sequentia, ibi, o personas delinquentes en sus tratos, intelligẽda sunt, videlicet quod non de quibuslibet personis in quibuslibet mercancijs tractantibus intelligenda sunt verba hæc, o personas delinquentes en sus tratos, sed tantum de illis, quorum tractus & mercãtiæ super victualibus & mercimonijs victualium populorum consistunt, non vero de alijs mercantijs, quæ prouisiones victuales populorum non respicerẽt, prout ex verbis his, mãtenimiẽtos, colligitur, & clarius ex integra & originali nostri text. decerpitur, & vsu sic & practica receptum video in hac ciuitate Placentiæ, hoc enim denotant verba hæc, o personas, disiunctiuè posita à verbo illo, recatones, ita quod text. noster tantum cõsiderat, quod super victualibus populorum personę illæ mercentur & mercantias exerceãt ad prouisionem populorum, siue dardanarij tales personæ sint, siue non, imo & si recte consideres verba supplicationis originalis contexturæ nostri text. aliud etiam requiritur vt eius dispositio procedat, scilicet, quod per viam bonæ gubernationis visitãdo victuaria hæc populi iudex pœnã hãc mille morapetinorum imponeret, secus vero si ad dementiam officialis iudex procederet, quia tunc dispositio nostri text. non procedet, dispositio enim secundum terminos supplicationis restringenda limitanda & declaranda est, & cum in supplicatione verba hæc inserantur, nimirum si & in dispositione inserta censeantur, cum sit communis doctrina à me sæpius repetita, quod quoties lex vnum disponit & alterum præsupponit vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum ex gloss. communiter ab omnibus approbata in. l. si mancipia. C. de seruis fugi. responsioque secundum supplicationem est intelligenda, quod vt clarius percipias & verum iudices, verba originalia petitionis anni. 1532. en Segouia, petitione. 22. & petitione. 30. anni. 1537. de Valladolid, à quibus lex nostra desumitur, hæc sunt.

¶ Item, porque muchas vezes acaesce que los juezes de las Ciudades y Villas destos Reynos entendiendo en la gouernacion dellas, y visitando las prouisiones y mantenimientos conforme a sus ordenanças, hazen algunas condenaciones a regatones y personas otras que delinquen y hazen excessos en sus tratos en quantidad de seys mil marauedis y dende abaxo, &c. Supplicamos a vuestra Magestad mande que en toda la quantidad de los dichos seys mil marauedis, se pueda hazer la dicha execucion sin embargo de la appelacion, &c. A esto vos respondemos, que auida consideracion a la buena gouernacion de las Ciudades Villas y lugares destos nuestros Reynos, mandamos que cada y quando q̃ los nuestros corregidores y justicias por ordenanças de los pueblos condenaren a las personas en vuestro capitulo cõtenidas hasta en quãtidad d' mil marauedis

marauedis de pena o dende abaxo que la dicha pena se execute: ecce ergo quomodo verba hæc originalia probant nostrum intentum, verissimum & literalem, & secundum quem si bene memini vidi practicari in hac ciuitate. Notandumque, quod in casu in quo habeat locũ executio hæc appellatio à condemnatione interposita, licet non habeat effectum suspensiuum habet tamen deuolutiuum, nam sequi potest, vt ex text. nostro probatur, qui quidem supradicto modo, quod intelligatur circa victualia & dum iudex procedit per modum visitationis & gubernationis, est declarandus & intelligendus, quicquid generaliter velit illum intelligere nouissimè modernus Olanus, in concordia antinomiarum, litera A. num. 132. nisi aliud de consuetudine vel stylo habeatur declaratum & obtentum.

Ibi, [Regatones,] qui quidem latinè per
1 DD. Dardanarij † vocatur, & pluribus alijs nominibus, vt licet videre ex Auend. cap. 19. prætor. num. 35. & 36. lib. 1. vbi dicit inquit quod isti, violatores pacis, dicuntur, & ideò secundum eum per statuta locorũ prohibentur emere ante talem horam, &
2 quod intra triduum teneantur † dare res emptas volentibus eas, prout hic Placentiæ vtitur, & Anconæ vti etiam asserit Bẽuenut. de mercatura, tit. de decectoribus, numero. 2. pag. 365. in paruis, & dicuntur Dardanarij, secundum eum, ibi, num. 22.
3 qui omnia præemunt vt carius vendant, † dicti à quodam Dardano, vt scribit Accursius per eum ibi relatus, & sic vendẽs pro-
4 pria frumenta vel vina, † non dicitur Dardanarius secundum Auend. vbi supra, nu. 25. versi. & ob vbertatem, & quis dicitur Dardanarius tradit etiam Abb. consil. 6. col. fin. lib. 1. & latius Deo volente dicemus in l. 6. titu. 14. infra lib. 5.

Ibi, [A personas delinquentes], de intellectu horum verborũ in gl. 1. huius l. dixi.

LEX X.

¶ *SVM. Testimonia appellationum quomodo sunt præstanda vt sciatur an causa sit criminalis vel ciuilis.*

IBi, [Vengan claros,] testimonia enim appellationum debẽt specificè tradi specificando super quo, & inter quos lis est,
1 nam omnis præsentatio debet † esse specialis & expressa, alioqui generalis pareret obscuritatem, & non valeret l. ita fidei. ff. de iure fisci, notat Rebuf. in. 3. tom. const. Franc. titu. de dilatio. artic. 1. in princip. & notandum quod de iure quamuis apostoli
2 aperti, & non † clausi dandi erant, secũdum gloss. in Clem. 2. de app. & ibi Imol.
3 & Card. tamen iure regio † ex l. 26. titul. 22. p. 2. clausi tradendi sunt, secundũ Auẽ. respons. 2 nu. 6. conclus. 9. cuius dictũ verum crederem quoties apostoli & sic literæ ipse testimoniales in simul cũ actis processus traderentur parti appellanti, secus vero si sola relatio litis cum sententia tradatur, quoniam tunc aperti traduntur cotidie.

LEX XI.

SVM. Omnes lites in gradu appellationis intra annũ finiẽdas esse lex nostra disponit

IBi, [Alçando se alguno], sed an idẽ erit quoad appellatũ, tradit Fel. in c. ex parte. 5. n. 7. de rescrip. fol. 94. quod sic, videndi tñ sunt DD. maximè Præpos. in. c. oblatæ, & in. c. ex ratione. n. 38. & 39. de app.

Ibi, [dende el dia que se alçare], hic habes text. expressum probantem, quod à
1 die † appellationis interpositæ incipit currere annus nostri text. prout & probatur ex Clementina, sicut. de appellationibus, vbi glossa à die, inquit, quod disputauit istam quæstionem alias, & reperiebat tres opiniones circa eam, de quo & traditur per Abba. 1. notab. & Præpositum

num 2 in dict. cap. ex ratione, de appellat. quarum opinionum illa approbata est per text. nostrum, & text. in dict. Clem. sicut, quod à die interpositæ appellationis incipit currere annus hic, nisi appelletur à fu-
2 turo grauamine, quoniam tunc à die † illati grauaminis curret, secundum Præpos. in dict. num. 2. & ideò nihil amplius circa huius quæstionis decisionem immorandũ est, in annoque hoc fatali ex communi doctrina computatur tempus datum ad præ-
3 sentandam † appellationem, quãdoquidẽ à die interpositæ appellationis currit, quicquid contrarium punctuauerit Præposit. in cap. sæpè num. 40. de appellatio.

Ibi, [Hasta vn año], & istud de iure appellatur primum fatale, de quo quanuis in legibus partitarum in toto titul. 23. part. 3. non sit mentio, seruari tamen debet nostra lex, secundum glos. fin. in l. 23. tit. 23. part. 3. & quare iura appellent primum annum, primum fatale, & secundum annum
4 secundum † fatale tradit Maranta, in prac. titul. de appellatio. num. 221. pagi. 604. in paruis, tempusque hoc primi anni fatalis ad finiendam appellationem assignati, etiam ex partium consensu prorogari non poterit, quanuis iuramento firmare velint
5 partes prorogationem †. prout communem testatur Marcus Ant. in tract. de compromisso. quæst. 6. & Mincha. tomo. 1. de succesio. crea. §. 7 num. 40. versi. stat ergo, fol. 52. & Didac. Perez. in præsenti, colu. 1390. in fine, cum princip. seq & Villalobos, in suo ærario mille com. opi. litera A. num. 215. per statutum tamen posset tempus prosequendæ appellationis prorogari, vt diximus in glos. cinco, in l. 1. supra isto titul. & lib. sunt tamen aliæ causæ
6 † vbi minus tempus datur adfiniendam litem, quarum prima ponitur in l. 7. supra isto titul. secunda est cum agitur ad excusandũ aliquem à nominatione alicuius officij, quia in hoc casu solum dantur duo menses, vt per Auenda. cap. 19. prætο. nu. 26. ad fi. lib. 1. tertia est quoties agitur ad excusationem tutelæ, vt probatur in l. fi. titul. 17. part. 6. & an elapso hoc anno fata-
7 li exequenda erit sententia à qua † appellatum est, traduut relati per Did. Perez, hic col. 1289. ad finẽ lib. 4. ord. vbi cõmunem refert in hoc resolutionẽ, vt ipse ibidẽ attestatur, & an in istãtiæ status suppleatur per textũ. in l. 9. titul. proximo, ibidem dixi in gloss. aunque sea en primera, notandum que est quod annus hic, & ex causa bienniũ datum ad prosequendam appellationem, datur etiam ad inchoandum proces-
8 sum & prosequendam † appellationem, prout communem testatur Guido Papæ consili. 73. in princip. relatus per Villalobos, in dict. ærario, litera. A. numer. 150. vbi text. nostrum pro hac communi considerat, & nos in hac met legẽ supra considerauimus sed an minꝰ tẽpus quã anni pos-
9 sit per iudicẽ statui ad cõcludendã appellationem, & instantiam eius, & dicendum est quod non, quoniãm esset imponere legem superiori prout ex textu in capit. ex insinuatione, de appellatio. notat Maranta in practic. titul. de appellatio. numer. 194. pagin. 594. in paruis, communemque testatur Decius, in cap. personas numer. 11. de appellatio. secundum quem intelligenda est communis hæc, scilicet, quod licet iudex à quo non possit præfigere terminum huic appellanti, tamen si præfixerit, præfixio talis operabitur, quoad prosecu-
10 tionem, † quia pars tenetur instare vt appellatio termineturintra tempus iuris, prout & hanc ibidem Dec. communem testatur: notandum est etiam, quod fatalium
11 cursus publico fauore introductus † est, secundum Cassiador. decisio. 9. de appellatio.

Ibi, [fin que la sentencia], con. textus in authentica ei qui, & in l. fina. §. illud cepit. de tempor. appella. ibi sed si per eum steterit, quominus omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari, & sententia contra lata in suo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam si ab initio minimè fuerit prouocatum nisi appellatio euidentissimis probationibus &c. & probat etiam textus in Clem. sicut, de appella. neque tunc est opus quod super defer-
12 tione feratur declaratoria †, secundum Angel. relatum & secutum per Deci. consilio 436. numero. 1. volum. 3. sed iudex àquo, causa vitandi appellationem exeque-
13 tur sententiam suam sine alia † pronuntia iudicis ad quem, vt declarat plenè Philip. Franc. in capit. ex ratione, columna antep. in fine cum sequentibus. de appellationibus

nibus, & Angel. & Bald, relati per Marantam, in practica, titulo de appellation numero. 190. & hoc pro cautela tradit Cæpola, cautela. 44. & Alexand. & Felin. relati per Rebuff. in. 1. tomo constit. Franc. titul. de senten executo. articul. 7. glossa. 12. numero. 16. vbi declarat an ab hoc possit appellari. vel seruabitur practica quam Maranta, vbi supra. numero. 191. inquit in suo regno seruari scilicet quod si appellatio est deserta pars. appellata adeat iudicem ad quem & instet vt rescribat iudici à quo vt exequatur sentiam ex quo appellatio est deserta, qui iudex ad quem reuiso calendario processus si liquet sibi ex eo quod appellatio est deserta non facit aliam pronuntiat nisi quod rescribet per literas iudici à quo vt sententiam exequatur, ex quo liquet sibi appellationem desertam, & sic iudex à quo ad literas iudicis ad quem exequitur sententiam, & placet mihi hæc practica etiam quoad nostrum regnum, tum vt euitetur appellatio, tum etiam vt euitetur dubitatio, quæ nasci poterat an iudex à quo posset procedere ad executionem sententiæ facta præsentatione appellationis coram iudice ad quem & quæ differentia sit, an per transactioné, vel remissionem, vel per actum partium vel per lap-
14 sum fatalium appellatio † deserta remaneat, vide per Oroscium in. l. tale pactum. §. qui prouocauit, numero. 9. cum sequentibus aliquibus columna. 903. ff. de pactis.

Ibi, [Saluo si ouiere ébargo], idem probat textus. in dicta Clement. sicut, de appellati. & in authentica ei qui. C. de temp. appella. putà si facto iudicis impediatur, vt probat textus in. l. fin. §. illud. C. de tép. appella. & in authentica vt sponsal. larg. §. hoc quoque columna. 9. vbi glossa. declarat quid si per alium fuerit impeditus & probat textus in. l. 24. titulo. 23. partita tertia. vbi glossa penult. hæc & alia iura allegat & alia in propositum declarat, per ipsam videnda: triplicemque esse excusatio-
15 nem testatur † Bal. in capit. bonæ el. 1. columna fin. numer. 18. extra de electio. vna quæ cadit in inuitum, vt febris subitanea, de qua in. l. quæsi tum. ff. de reiudi. & tempestas maris, vt. l. Cæsar. ff. de public. & vecti & præceptum regis, vel maioris capit. cum parati, de appellati. vel dilatio præueniens, eò quod rex causam non committit nam etiam in consistorio principis fatalia non currunt, vsque dum princeps causam committat, secundum textum in authentica, sed & lis. C. de temp. appellatio. tenetur tamen ipse appellans diligentiam facere vt committatur, secundum Thomam Grammat. decisione decima tertia,
16 per totam, nam qui potest remouere † impedimentum, & non remouet consentire videtur, secundum Baldum per tx. ibi in capit. his quibus, numero quinto, & sexto, de electio. quæ quidem impedimenta & excusationum genera & itidem alia prosequitur Rebuffus, in tertio tomo, constitut. Franc. titulo de excusat. numero. 29. cum pluribus sequentibus, & de-
17 cem genera † impedimentorum in propositum melius omnium prosequitur Prepositus in capit. ex ratione, numero septimo, cum pluribus sequentibus, de appellatio. & aliqua per Casiadorum, decisione. 9. de appellatio. & Additio. Abb. in capit. cum in cunctis. §. cum vero, litera. D. de
18 electio. folio. 126. & an durante † compromisso curret primus annus fatalis, Cassiado. vbi supra inquit quod non, prout & tenuerũt plures relati per Didacum Perez in præsenti, columna. 1290. ad finem, & Auenda. responso. secundo, numero fin. & Præpositum, vbi supra, numero decimo sexto, imo & neque currit, secundum Didacum Perez, vbi supra, annus hic fatalis interim quod agitur super attentatis re-
19 uocandis, † sed potius illud tempus, & itidem tempus ad executandas sententias super attentatis latas deducendum est de fatalibus, & vide. l. duodecimã, titulo vigesimo tertio, partita tertia, ponentem conclusionem quando impedimentum processit facto aduersarij: & horum impedimentorum aliquo existente datur secundus annus fatalis, qui vocatur secundum fatale, vt est text. in dicta. l. fin. §. illud. C. de temp. appel. ibi nisi appellator euidentissimis probationibus posit ostendere, se quidem summa ope nixum voluisse litem exercere per iudicem autem stetisse, vel aliam exonerabilem causam subsecutam propter quam hoc facere minimè valuit, tunc enim aliud ei annale

tempus indulgemus,quo effluente, & li-
te minimè finem accipiente, cadere eum
de appellatorio iudicio disponimus, cum
sit ei apertissima facultas & nostram adire
maiestatem & tarditatem iudicis in que-
relam deducere & nostro beneficio per
potiri, similis est text.in auth.ei qui. C.de
appella.& habetur in cap.ex ratione,de ap
pella.& Clem.sicut, eo titul. & probatur
in.l.24.titul. 23. part. 3. secundusque hic
annus impedito impedimento facti dādus
20 ipso iure absque † restitutionis implora-
tione conceditur secundum glos.in dict.
auth.ei qui.C.de temp.ap.quam ad hoc al-
legat glos.fin.in dict.l. 24. & hanc cōmu-
nem testatur Decius,consi.436.num.22.
vol.3.& idem Deci.in dict.cap.ex ratione
num.4 extra de appella.vbi num. 15.com
munem etiam dicit idem Deci.quod si im
21 pedimentum cessauit † in tali parte primi
anni in qua potuit appellans ipse prosequi
& finire appellationem & non fecit non
datur secundus annus: quod si.& in secun
do anno etiam appellans fuit impeditus so
let ei dari & tertius annus ex iustissima ta-
men causa, vt probatur in dict. cap. ex ra-
tione,& ibi Cardin.notat,& Specula.titu.
de appella.§.nunc breuiter, vers.promissa
& notat glos.in dict.auth ei qui & ibi Bar.
num.3.& in auth.de ijs qui in gradu appel.
num 15.& Abb. in eo cap. ex ratione, &
ibi omnes alij illam gl. sequuntur teste Fe
lino,in cap.ex parte el.5.num 7.de rescrip.
22 fol. 94. debet tamen tunc restitutionis †
vi peti tertius hic annus, secūdum glos.fi.
in.l.24.titul. 23.par. 3.& communem te-
statur Decius,in dict. cap. ex ratione, nu.
12.& tenet Maranta, in pract.titul.de ap-
pella num.217.& Feli.vbi supra, num.7.
ad finem,idq; verum est & procedit quo-
ties in toto secundo anno fuisset impedi-
tus,aliter enim non restituitur ei totus in-
23 teger annus, sed tantū tempus † intra quā
tum durauit impedimentum, secundum
Abb.in dict cap.ex ratione,col.4.vbi De-
ci.num.12.hanc communem testatur opi
nionem,licet dicat sibi placere, quod tan-
tum detur tempus quantum fuerit neces-
sarium ad prosequendam appellationem,
ex gloss.in capit.si electio, de electione in
6.sed communis tenenda est in iudicando
& consulendo.Inquit tamen Cassiadorus
decisio.6.n.8.de appellatio. quod in curia
24 Romana absque † causa datur biennium,
video tamen quod & trienium, lites enim
ibidem penè immortales sunt, & hoc tū
ob paupertatem litigantium, tum etiā pro
pter maximam difficultatem habendi au-
dientiam,propter quod multi iuri suo cō-
guntur renuntiare,aut pro derelicto illud
habere, in quo non consistit iustitia vt in-
quit glos.in pragma.sancti. tomo. 2. titul.
de friuolis appella.§.quodque glos.iniuste
in fine,hodie tamen aliter fit quam tūc fie
ri asserebat glos.illa sed an pars appellans te
neatur de tali impedimento protestari,di-
ximus in.l.14.in glos.fin.titul. 3.supra isto
lib.& alia materiam impedimentorum cō
cernentia ibidē congessimus, quæ & huic
nostræ legi applicari possunt: & an data
25 paupertate appellantis current fatalia †,
tradit optimè Cassiad.vbi supra,num.2.&
probatur in.l.2. supra isto titul. quod non
currunt in tali casu propter domini pau-
pertatem,de quo & per Deci.consi.436.
num.22.vol.3. & eund.Deci.in dict. cap.
ex ratione, & qualiter tunc consideretur
26 † paupertas hæc, tradit idem Cassiad.vbi
supra,num.6.vbi & idem propter infirmi
tatem asserit esse, vt fatalia non currant,
27 imo & propter mortem † procuratoris se
cundum Cassiad.vbi supra,nu.5. & gloss.
el juzgador,in.l.24.tit. 23.par. 3 & an mi
28 nor restituatur aduersus decurta fatalia †
crederem quod sic, prout alio in loco dixi
mus,& tenet Præposit.in dict.cap.ex ratio
ne num. 19. de appella. imo & secundum
eum ibi num.17.& 18.etiam maior restitui
tur si procurator non est soluēdo, de quo
vide quę diximus in.l.2. verbo es pobre su
pra hoc titul.& lib.

Ibi,[Pague las costas], intellige si iudex
ipse impedimenti causa existēs requisitus
fuit à parte ipsa vt causam intra terminum
29 concluderet, & noluit, alias enim † sentē
tia remanet deserta, secundum Francum,
col. 11.& Præposi.num 36.in dict.cap.ex
ratione , de appella. extraregulare enim
hoc est, quod si iudex intra terminum ali-
quem debet aliquam causam determinare
intelligitur si petatur à parte, vt in.l.7. ver
bo le requiriere supra isto titul.dictum est,
& tenet in propositū nostrum Villalobos,
in suo ærario com.opi. litera. A. num.150.

vbi sic intelligit Baldum, in l. 1. §. sciendũ. ff. de magis. conueni. dicentem per illum text. teneri iudicem, qui causas non expediuit, quas potuit expedire, nam id verum si pars instet, & petat, vt determinet eas & noluit, & idem in propositum dixit glo. el juzgador, in dict. l. 24. tit. 23. part. 3. vbi & inquit quod nõ solum semel, sed & bis debet pars hoc petere & protestari, quoad hoc vt damna & expensas inde obuenientia iudex negligens soluere teneatur, quo adhoc tamen nè appellatio deserta remaneat, non requiritur protestatio hæc, licet vtilis esset, secundum quod diximus in. l. 14. in gloss. fin. titulo tertio, supra eod. libro.

LEX. XII.

¶ SVM. Appellans non debet iudicem à quo verbis iniuriare, neque in libello appellationis inhoneste & irreuerenter loqui.

IBi, [No le denueste,] similis est text. in. l. 26. titul. 23. part. 3. & ibi glo. optima debitus enim honor iudicibus deferẽdus est, vt probat text. in cap. vt debitus, de appel. quapropter in appellationis libello solet dici salua vestra reuerentia, vel debitè loquendo, & cum moderamine debito, Hispane, y hablando como deuo digo la sentencia nulla y do alguna injusta y muy agrauiada, ex ijs enim verbis nisi reuerentia debita præmittatur, iudex à quo iniuria afficitur, & ideò prius reuerentia præmittitur, vt iniuria deficiat, si tamen diceretur à tali sententia appello nulla fieret iniuria, secundum Maranta, in practica dict. titul de appellatio. num. 235. & 236. pagin. 610.

Ibi, [si el Alcalde denostare,] non enim debet iudex partem coram eo appellantem verbis iniuriare, neque molestare, secundum text. in. l. 26. tit. 23. part. 3. vbi gl. pen. alia allegat iura.

LEX XIII.

¶ SVM. Iudex non deferens appellationi in casibus vbi deferendum est pœna nostri text. punitur.

IBi, [Y no la quisiere otorgar,] iudicibus enim appellationis suscipiendæ necessitas videtur imposita, secundum text. in. l. iudicibus. C. de appel. pœnaq; triginta
1 auri † pondo puniebantur iudices nõ deferentes appellationi vbi deferendum erat ex text. in. l. quoniam iudices. C. de appel. In dubioq; tenetur iudex appellationi deferre, vt probant dicta iura, & text. in. l. 4. tit. 15. lib. 2. fori, & facit text. in cap. non solum de appellatio. l. in maioribus. C. de appel glo. prag. sanctio. titu de friuolis appel. §. quodq; gloss. iniuste, imo & peccat mortaliter iudex non deferens appellationi, præsertim si propter aliquem inhone-
2 stum respectum non deferat, † secundum Nauar. in manuali. cap. 25. num. 14. cuius doctrinã cotidie iudices transgrediuntur, prout ipse Nauarro inquit, & notanda est singularis regula & doctrina Baldi, in cap. bonæ, el. 1. num. 12. de electio. quod omnis iudex imponens alicui necessitatem ad
3 eundi principem super † eo quod ipse inferior facere poterat, & debebat est puniendus, ex text. in authen. de quæstore. §. super hoc, colum. 7.

LEX XIIII.

Sum. Appellationes interponi ad loca cõsueta à sentẽtijs iudicũ terrarũ dominorũ inferiorũ à rege, liberè permittẽdũ est p dños ipsos & iudices eorũ sub nostri tx. pœna.

Oo 5 Ibi,

IBi,[por vso y costumbre], hic est text. probans quod consuetudine potest adquiri iurisdictio in secunda instantia, sicut in prima, vt notat Auend.cap.6.præt.numero.5.lib.1.quod est optimum ad.l.2.titulo.1.&l.1.titu.15.supra isto lib.&in.l.7 supra isto titu.idem probatur, & an cōsuetudine effici possit vt appelletur ad minorem, vel æqualem iudicem, diximus in l.1.verbo, puedan, supra isto titu.& lib.& tradit Villalob.in ærario mille com.opi.litera.A.num.181.

Ibi,[Que vayā libremente], aliter enim punirentur grauissimè domini si impedirent, secundum Auend.cap.6.præt.num.4.versic.& cum domini, vsque ad num.5.lib.1.sinere enim debent domini in terris suis litigantes regiam maiestatē adire per appellationem, & in prima etiam instantia per casum curiæ, secundum text.in l.1.titulo.1.supra hoc lib.& tradit Couarru.in pract.cap.4.num.9.imo stante etiam lege de Guadalajara permittente in terris dominorum ad eos, vel ad iudices eorum appellari de qua lege diximus in.l.1.verbo, para, titulo.1.supra eod. adhuc tunc potest appellari omisso medio, id est persona dominorum vel suorum iudicum, ad re-
1 gem ipsum, vel regiam † cancellariam, secundum glo.magnam in.l.18.titulo.23.part.3.semper enim regia iurisdictio censetur excepta, & cumulatiuè introducta consuetudo, vel præscriptio, & ita in practica declaratum fuisse testatur glo.in dicta.l.18.quamuis Couar.vbi supra, legis illius declarationem principi & dominis sui consilij reseruauerit & in isto casu si vna ex partibus ad regem & eius cancellariam appellauerit, & altera pars ad minorem iudicem appellationum, minor hic iudex te
2 netur si sciuit super sedere, alias erunt † ab eo facta attentata, secundum text.vbi notat Abb.in.2.not.cap.si duobus, de appel.& ibi Præposit.num.3.& Lancelo.Dec.in tract.de attenta.2.part.cap.10.numer.15.& cap.12.in 21.amplia.

Ibi,[La nuestra jurisdicion], quam si domini in terris suis impedirent crimen læsæ maiestatis committerent, secūdum Puteum, de synd.titul.de excessi.baronum.capit.2.num.1.fol.121.in paruis, & dixi in.d.l.1.tit.1.supra eo.

LEX. XV.

¶ SVM. Tempora intra quæ appellans se cum processu præsentare tenetur declarat lex nostra. De quo & in.l.2.supra eo.diximus & disponitur.

IBi,[Traer los processos], intellige verba hæc, secundum quod dixi in.l.2.sup.eod.quoties tabellio ipse penes quem processus extat tradit processum ipsum statim appellatione interposita parti appellāti, tunc enim tenetur pars & processus ipsius exemplum & transsumptum ei traditum in simul cum appellatione præsentare intra nostri text.terminum, sed si exemplum & trāssumptū ipsius processus parti appellanti non tradatur per tabellionem, sufficit partem appellantem se præsentare intra nostri text. tempora cum libello appellatorio & literis testimonialibus: ex quo inquit Auen.respon.2.num.6.cautè fieri si pars appellans interposita appellatione requirat causæ tabellionem, vt tradat sibi processus transsumptum ad præsentandum se, alias quod protestatur se cum literis testimonialibus præsentare, vel cum protestatione & requisitione hac loco ipsarum literarum, & tunc sufficit literas vel requisitionem deferre iudici ad quem
1 † & datur prouisio, ordinaria ad tradendū processus transsumptum, & quod pars appellata citetur, cum assignatione stratorum tribunalis, & aduertet tūc pars appellans, quod antequam partem appellatā citet & ei notificare faciat dictam prouisionē, habeat in manibus transsumptum processus, aliter enim si prius citaret transiret terminus citationis interim, quod traditur trāssumptum, & citatio remaneret circunducta, & sic esset opus noua citatione & notificatione prouisionis.

Ibi,[Que sobre esto no le ayan de esperar

rar los terminos de doze dias,] eã in hoc allegat glo.in.l.23.titul.23.part.3.vbi ponit quæstionem de procuratore non docente mandatum in gradu appellationis
2 an per hoc appellatio † remaneat deserta: & ex ijs verbis, & ex verbo, remision, in principio huius l.inserto, lex nostra de superfluitate excusatur, de qua attenta. l. 2. supra isto titul. & lib. ei simili: redargui poterat, nisi verba hæc inserentur, sufficit enim vt superfluitas euitetur aliquod verbum plus in vna lege quam in alia apponi, alia diximus in dict.l.2. supra eo ibi videri possunt.

LEX XVI.

¶ *SV M. Carceratus pro debito & causa ciuili appellando à sententia condemnatoria sub fideiussoribus relaxandus est à carcere si condemnationem deposuerit, vel fideiussiones sufficientes præstiterit, vt posit appellationem prosequi.*

IBi, [No seyendo la causa criminal,] & quæ criminalis sit, dixi in l.8.glo.1.sup. hoc titul. & lib.

Ibi, [Fianças bastantes,] & sic cautio iu
1 ratoria † non sufficiet, secundum DD.in l.1.ff.qui sat. cog. crederem tamen quod si talis condemnatus diues esset sufficeret generalis obligatio bonorum, neque fide
2 iussio vel alia cautio requiretur, † secundũ text. vbi Bartol. & eius Additio. in l. quicunq; la.2.C.de fund. patri. lib.11. difficile enim est, præsertim in homine seditioso
3 fideiussorem inuenire, † vt innuit glos.in l.3.§.quamuis, verbo, quibus.ff.si cui plus quam per.l.Fal. quam & alias allegat conciuis noster Doctor Gutierrez in repet.l. nemo potest, num. 292. de leg.1.

Ibi, [Sea suelto,] nisi delictum fateatur,
4 † quia tunc nõ debet relaxari sub fideiussoribus, secundum text. in.l.6.titu. 29. part. 7. & tradit Hippol. in pract.§.examinanda num.18. & in.§. postquam, num.33. & in §.attingam, num.4. in princip. & Suarez, de fideiussore in causa crimi.§.2.post princip.folio.104.columna.1.in fine, vel nisi dum alias pro delicto illo fuit carceratus aufugit, argumento illius.l. 6. & tenet Puteus de syndicatu, verbo carcer & carceratus, cap.1.numero.2.fol.193. & hæc pro isto titulo.

SEQVITVR TITVLVS XIX.

De las supplicaciones.

ET quia quemadmodum per titulum præcedentem remedium partibus adhibetur, vt si senserint se grauatos per sententias inferiorum iudicum ad superiores appelletur, ita & per nostrum immediate sequentem medicina præstatur partibus sentiẽtibus se grauari per superiores vt ab eorum sententijs supplicetur, possunt nãque superiores sicut inferiores errare, homines enim sunt, & sapientissimus quisq; in facto saltim errare potest, secũdum, tx. in cap.1.de de constit.in.6.& in.l.fi.ff.pro
1 suo, & quid sit † supplicatio, reiecta diffinitione Abb.in cap.ex literis, columna.2. de in int.restit.dic esse quandam impetrationem, seu cõcessionem à principe factã parte petente, ad errorem facti contra iudicatum proponendam, quod per appellationem vel nullitatem retractari non potest, quam diffinitionem optimam & tenendã testatur Didacus Perez in.l.25.titul.3.lib. 2.ord.vbi & alia dicit, antè eum relata per Rebuf.in.1.tomo constit Frãc.in præfatione ad titul.de supplicatio quæst.2.num.9. cum seq. aliquibus.vbi à num.1.declarat
2 quotuplex est † supplicatio, & alia plura, quæ ipsum videbũtur, quibus si nostri esset in stituti satis adornare possemus nostri tituli materiam, & à num.84.ponit dif
3 ferentias inter appellationem † & supplicationem,

catione, de quibus & per Marant. in pract. sub titul. de appellatio. num 15. cum seq. pagina 556. & per Præposi. in capit. ex tenore, num. 73. de appella. & Ferraram in practi. in forma sent. in causa appella. gloss. pen. & conuenienti as etiam inter † appel-
4 lationem & supplicationem referunt Marant. & Rebuf. vbi supra, num. 76. cum. 6. seq illam tamen notabis scilicet quod sicut appellatio impedit executionem sententiæ, suspendit enim pronuntiatam, vt diximus in l. 1. supra titul. præcedente, sic & supplicatio ex. l. 2. nostri tituli quã ad hoc allegauit Padilla, in l. si causa, num. 7. pagi. 141. C. de transac. suntque similes appella
5 tio † & supplicatio secundum Capi. decis. 28. num. 11. vbi & allegat DD. differentias inter eas ponentes & an appellatione
6 remota censeatur etiam remota † supplicatio tradit Puteus, de syndicatu, verbo appellatio, cap. 2. nu. 6. & Capiti. decisi. 144. num. 3. & Alex. consi. 69. lib. 4. & nouissime Menochius, de adipiscẽda pos. 4. rem. num. 896. cum pluribus seq. & Didacus Perez optimè hoc declarans in l. 8. titu. 4. lib. 2. ordi. col. 389. & 391. vbi late de hac materia supplicationis tractat, supplicatioq;
hæc concernit gratiam, & ex mera princi-
7 pis benignitate † conceditur, secundum Marant. vbi supra, nu. 18. in cognitioneq; huius supplicationis maius imperium mixtum inter cætera versatur, quod ius principi soli, aut præfecto prætorio in cuius præfecti prætorio locũ successerunt domini de consilio & auditores Cancellariæ, secũdum glos. magnam in l. 4. titul. 24. part. 3. & Auend. in tract de secunda supplica. n. 1. in medio & Oroscius in rubric. ff. de offici. præt. colu. 362. in princip. competit, vt in auth. quæ supplication. C. de preci. imp. offer. & in l. 1. C. de offi. præf. præto. & ideò ab illis, à quibus appellare de iure
8 non est licitum, supplicandum est, † vt à Papa à quo non appellatur, cap. cuncta per mundum. 19. quæst 3. sed ab eo supplicatur ad eundem cap. ex literis, de in integ. res. & à principe non recognoscente superiorem, vt. l. 1. ff. à quibus appel. non licet tradit optima alia dicendo Rebuf. vbi supra, num. 27. cum pluribus seq. qui plura pro introductione huius rubricæ adducit, & numer. 55. cum seq. annectit plures casus, vbi supplicatio hæc denegatur.

L E X I.

¶ *SVM. Quando & qualiter supplicandum sit ab interlocutoria vel diffinitiua sententia per dominos de consilio, vel cancellaria prolata, declarat lex nostra.*

IBi, [Se puede supplicar,] nam licet à sententia dominorum curiæ vel cancellariæ appellari non possit, supplicari tamen potest, prout in rubrica huius tituli diximus, & ex. l. 4. & 6. titul. 24. part. 3. patet, & ex optima. l. 17. tit. 23. par. 3. & l. 8. tit. 18. p. 4. & loquendo in consilio notat Maranta, in pract. titul de appellat. num. 240. & latè per Rebuf. in rubrica nostri tituli per me allegatus, à quo desumi plura possent, quæ refert in propositũ Didacus Perez, in dict. l. 25. titul. 3. lib. 2. ordi.

Ibi, [Por escrito], regulare enim hoc est quod ab interlocutoria sententia appellandum est in scriptis, vt diximus in l. fin. titu. 17. supra hoc lib.

Ibi, [Dentro del tercero dia], verba hæc in actibus & sententijs interlocutorijs procedunt, prout ex verbis præcedentibus patet, ibi sentencias interlocutorias, y otros autos, dictio enim illa, otros, est repetitiua similium, & ideo de actibus interlocutorijs intelligenda est, quod & coadiuuatur clarius ex verbis seq. ibi, y que la parte que quisiere suplicar de la sententia diffinitiua aya solamẽte diez dias, ecce ergo quomodo in versi. isto, dentro de tercero dia, de interlocutorijs tractatur, & intellige de interlocutoria, quæ licet totũ negotium nõ diffinit, plenum in suo esse parat præiudicium, nam si talis non esset, nullo modo liceret ab ea supplicare, sicut neque appellare licet secundũ tex. in l. 3. supra tit. proximo, & quia in omnibus casibus in quibus
1 appellatio est prohibita & supplicatio † quoque prohibita censetur, secũdum glo. fin.

fi.in.l.fin.C.vt lit.pend.Bar.Bal.& DD.in l.1.C.ne lice. tertio prouo.Bal.in.l fi.§.fi. in fine.C.de temp.appella.& ante eos Cynus ibidem iudict. l. fin. capit. vt lite pend. imo Anto.& communiter Canon.in cap. ex literis,de in int.res.& communem testatur Imol.in.l.ex consensu,§.fin. num.40. ff.de appella. tradit Ias.in auth. quæ supplicatio nu.6. C. de preci. impe. offer. Paris, de syndica. cap. de offi. syndi. in vers.an si statuto,nu.6. neque obstat id quod Paul. & Bal.in.l.fin.cap.de edic.diui Adria. Tollen.& Roman.in.rubric.de arbitris, versi. sciendum tamen,contrarium teneant,scilicet quod remota appellatione non censetur remota supplicatio,prout & tenuit gl. in.l. fin. ff. de offi. præf. præt.& glos.supplicauit in dict.cap. ex literis, & probatur hæc opinio per iura ciuilia & regia in rubr. huius tituli per nos allegata & per legem infra proximam probantia quod licet à sententijs dominorum curiæ vel cancellariæ appellari non possit supplicari tamen po-
2 test, nam id verum est & procedit † quoties à sententia vel acta non potest interponi appellatio propter excellentiam & dignitatem personæ sententiam, vel actum proferentis tunc enim hæc secunda procedit opinio, secus vero si de iure propter aliud appellari prohibeatu : nam tunc & supplicari prohibitũ censetur, secundum primam opinionem communem, nisi beneficio ætatis aut fauore matrimonij,quã concordiam inter has opiniones ponunt Innoc.& alij relati per Didac. Perez, in.l. 8.titul.4.lib.2.ordin. col. 391. in princip. & communem testatur Deci.in.l.fi.num. 50.C.de edic. diui Adri. & pro ea videtur text.in.l.17.titul. 23.part. 3. vel secundo concordãtur hæ opiniones scilicet quod quando propter culpam veram & præsumptam illius contra quem pronũtiatum est prohibetur appellatio, prohibita quoque censetur supplicatio,secus alias, vt colligitur ex gl.in dict.cap.ex literis, & sic si quis propter cõtumaciam veram repellitur ab
3 appellando,censetur † & repulsus à supplicando,quod latè examinauit Imol. in.l.ex consensu.§.fi.col.pen. & fi. de appella.vbi inquit longo tempore quæstionem hanc fuisse agitatam in curia regis Aragonum, & tenet Maranta,in pract.titul de appellati.num. 14.aliam & tertiam concordiam posuit Curtius Iunior in.l. 3 num. 108. ff.de iur.om.iudi.proqua videbatur etiam facere dict.l.4.titul. 24. part.3. sed prima est communis & vera:illam sufficit assignare, & aliæ non sunt contẽnẽdæ:ex quo & è contrario in illis licebit casibus suppli-
4 care in quibus & appellare †, secundum Ias.in dict. auth. quæ supplicatio,col. 2.& Maranta,vbi supra, num. 14.

Ibi,[Diez dias],similis est text.in.l.2.infra sequẽte,vbi & alia dicemus verbo diez.

Ibi, [Ante el escriuano], & hoc plus in supplicatione, quam in appellatione dispositum reperitur, appellatio enim fieri non potest, neque præsentari coram tabellione, secundum quod diximus in.l.1.supra titul.proximo,supplicatio verò vt per tex. nostrum patet,coram tabellione præsentari potest,dum modo eodem die, vel si de nocte fuit præsentata die sequente præsentetur coram dominis curiæ, vel cancellariæ præsente parte ipsa, vel procuratore suo,sed rectè inspicienti nulla differentia constitui potest, nam quantumuis in supplicatione hæc procedãt, vera sunt & procedunt,dum tamen intra nostri text.tempora omnia hæc fiant, & si sic est idem in appellatione est dicendum,cum ratificatione dicta facta corã iudice in tẽpore appellationi præstituto de iure, ab inde enim cõsideratur appellatio,nõ vero à præsentatione appellationis coram tabellione facta.

Ibi,[La ratifique],sed an ratificatio hæc fieri potest post tempus supplicationi interponẽdæ constitutũ per legem nostrã, & videtur quod sic, nam id text. nostrum velle dici potest, dum permittit quod si de nocte coram tabellione interponatur supplicatio, possit die sequente ratificari cum in illo die iam terminus nostri text. posset esse elapsus, cum text. non distinguat,item quia si hoc non diceremus frustratoria videretur in hoc dispositio nostri text.& nullius dubij,cum omnis actus nulliter factus posit ratificatione in tempore constituta validari, nihilominus tamen,si aliud de stylo & practica communi declaratum non sit crederem text.nostrum secundum ius esse intelligendum scilicet quod ratificatio intermino supplicationi constituto facienda est, nam regula iuris est,

est, quod vbi cunque aliquid debet fieri intra certum tempus, si illud fiat per tertiũ alium nomine meo, vt valeat teneor infra terminũ illum, illud ratificare, aliter enim nihil fit, vt probatur in.l.fi.ff.rem rat.hab. & contraria non obstant, quia in ratificatione minor diligentia requiritur, quam in noua præsentatione, ideo nihil frustratorium, cẽsetur legem nostrã dispofuisse.

Ibi, [Si pudiere ser auida], q̃ quando dicetur posse haberi vel non, dicemus Deo fauente, in.l.fin.titul.21.infra isto lib.

Ibi, [Sopena], versiculus iste, respicit versiculũ illum, y que el escriuano sea obligado a lo notificar a la parte dẽtro de otro dia, & si sic non fecerit tunc pœna hac puniendus est.

Ibi, [A la parte], sed cui parti, dic illi, cui necessum erat supplicare, & contra quam sentẽtia prolata est, & si ambę partes grauatæ sunt ambabus erit notificatio facienda.

Ibi, [El interes], sed quid si iustè condemnatus erat, dic quod nihil soluet, quia nihil interest tunc notificare eam, quando quidem non erat grauatus per sententiam prout alio loco si bene memini diximus.

LEX II.

¶ *SVM. Quando est locus supplicationi à sententijs dominorum consilij vel cancellariæ, declarat lex nostra.*

IBi, [de dos sentencias], quasi secus sit, si de vna tantum supplicatur, quæ quidẽ licet confirmetur, ab illa confirmatoria supplicari potest prout & probatur in.l.5. titul.17.supra isto lib. nisi in casu speciali à lege.9 eiusdem titul.17.prout tenet glos. los juyzios, in l.4 titul.23. pat.3.vbi & inquit hæc glos. esse communem obseruantiam in cancellarijs, quod si non sunt tres sententiæ conformes non exequuntur, & ideò si sententia, de reuista, in gradu supplicationis lata non est conformis primis dua-
1 bus, vel infert nouum grauamen † non illatum per primas duas sententias, licet tũc ab illa de reuista supplicare quo ad nouum grauamen, neque exequẽdæ sunt interim sententiæ illæ in nouo grauamine vt pote quia respectu noui grauaminis per sententiã de reuista illati noua & vnica sententia dici potest, neque solet executio fieri sententiarum trium non cõformium, secũdum glos. illam, quam ad hoc allegat Didacus Perez, in.l.8.tit.4.lib.2.ordi.col.393. in fine verbo, no sea, & probatur ex tx. nostro dicto modo considerato & ex text. in l.25.titul.23.part.3.vbi glossator idem tenet, pro qua opinione faciũt dicta per Abb. in lectura cap. si quis contra. n.22. & in repet.n.28. de foro comp. & per eundẽ & glos. in cap. directè.n.8. extra de appel. vbi & hoc alio modo declarat, & facit tex. in l. vnica. C. ne liceat tertio prouo. & in hoc ponit regulam & fallentias Præpos. in dict. cap. si rectè de appel. & melius in cap. sua n.7.&.8.eo.tit. & idẽ tenet Aymon Craueta, cons.183.col.1. quem ad hoc refert Couar. in practicis cap.25.n.5. vbi.n.6. inquit quod hæc doctrina, quæ fuit Angeli, est communis obseruantia apud regia tribunalia, & eam etiam sequitur Auen. in de secunda supplicatione, n.1. in fine, & Puteus, in decisio.292.libri. primi. idque verum ipse intelligerem quoties nouũ illud grauamen non fuit deductum & petitum in iudicio, putà quia in libello primo super quo lis fundata fuit nihil petitũ extitit circa contenta in nouo illo grauamine, secus alias, quoniam tunc non habebit locum illa Angeli doctrina, ita exemplicauit Couar. in dict. cap.25.n.6. ex quibus & præsertim ex text. nostro corrigũtur dicta per glos. in cap. ex literis, extra de in int. res. asserentem, supplicatione pendente non differri executionem sentẽtiæ data cautione per petentem executionem talis sententię vt & traditur per Ias. in auth. quæ supplicatio per tex. ibi.n.4. C. de preci. imp. offer.
2 non enim hæc lege nostra † attenta procedent hodie secundum quã interposita supplicatione in casu in quo de iure interponi potest non debet fieri executio: imo & q̃ fortius est, quod in casibus in quibus locũ habet secunda supplicatio mille & quingẽtarum duplarum, secundum dispositionem.l.1.tit. proximi sequentis, adhuc tũc dicta secũda supplicatione interposita sus-
3 pẽditur executio † sententiæ à qua supplicatum est, neque est facienda executio etiam

etiam interposita cautione de qua in authē. quæ supplicatio. C. de preci. imp. off. ita disponit tx. in l. 1. inf. tit. proximo, vbi dicemus iterum in glos. fin. & in gl. fi. nostræ legis allego DD. ita considerantes & limitantes, & ibi vide dicta. & quoad hoc propositum verbum sententias, nostri tx. intelligendum est tam de interlocutoria, quam de diffinitiua, ita quod si duæ interlocutoriæ confirmentur per tertiam non est vlterius procedendum nisi ad dandam earum executoriam, secundum Marant. in pract. titul. de appellati. alias, de sententia num. 9. pag. 508 in paruis.

Ibi, [Ni supplicacion], sed an de nullitate agi tunc poterit, & videtur quod sic, ex text. in Clem. 1. de re iudi. probante quod vbi latæ sunt tres sententiæ conformes, licet non impediatur executio potest tamē de nullitate agi & postea audiri, & hoc fundamento tenuit ita Didacus Perez, in l. 8. in glos. no aya, titul. 4. lib. 2. ordi. col. 392. in fine, cum seq. vbi inquit se audiuisse à viro fide digno sic in consilijs & cancellarijs regijs practicari, miror tamen de ipso & de consulente, quod hæc affirmauerint cum legem habeamus expressam in contrarium probantem quod cum remouetur supplicatio & ei locus non est vt hic, neque nullitas etiam notoria admittetur, vt probat text. in l. 4. titul. 17. supra isto lib. non solum quoad hoc vt executio non impediatur verum vt neque facta executione pars super nullitate audiatur secūdum text. ibi, per quem in hoc lex nostra declaratur, & l. 5. titul. 17. supra eo nostrę similis, & dixi in dict. l. 4. in glos. 1. & probat expressius. l. 3. infra eod. sed vt Didacum & eius consultorem saluemus, fortassis ipsi ante illius l. 4. promulgationem loquebātur, aliter enim inconsideratè loquebātur sed an per restitutionem in integrum parti condemnatæ competentem, quia minor est, vel Ecclesia rex aut respublica, audietur pars hæc condemnata, vt
4 executio harum † trium sententiarum impediatur & super iustitia causæ pronuntietur & videtur quod non, vt pote quia per text. hic & per dict. l. 4. omne remedium sublatum censetur, neque restitutionis remedium ei de iure dandum est, cui commune remedium, id est nullam dicēdi sententiam datur, & sic hanc opinionem tenuerunt Bal. Alex. & Paris. relati per Oroscium in l. si feriatis nu. 3. col. 712. in princip. ff. de ferijs, & Couar. & alij per eum relati in pract. quæst. 25. num. 7. & Auen. cap. 30. prętor. num. 8. lib. 2. & ex alijs quæ in eadem l. 4. dixi, contrariam tamen sentētiam, imo quod ex vi restitutionis huius executio harum trium sententiarum conformiū impediatur, tenuerūt plures relati per Cou. vbi sup. & Oros. vbi s. & hanc videtur tenere Greg. Lopez, in l. 25. verbo tercera vegada, titul. 23. part. 3. dum ibidē allegat decisionem rotæ. 1. de in inte. rest. quæ secundum alium numerum est. 2. in ordine, ita tenentem, dummodo prius cōstet de iniustitia sententiarum, vel alicuius earum, & hoc nimirum, nam vt restitutio concedatur de minori ætate, & de læsione debet constare, quo constito hæc secunda procedet opinio, neque per generalem exclusionem remediorum censendum est restitutionis remediū exclusum vt diximus iterum in ea l. 4. tit. 17. sup. eo. in glos. 9 de que, & in glos. y que ansi, vbi allego Barbat. & alios id volentes, exclususque vna via ad petendum aliquid, non censetur exclusus, quin alia via possit illud petere scilicet de iure speciali per remediū restitutionis in integrum, secundum glos. notab. in capit. coram, de in integr. rest. quam ibi approbant Abb. & DD. in glos. fin. & glos. de partimiēto per text. ibi in princ. tituli. 25. parti. 3. facitque doctrina glos. iunctæ text. in l. post quam liti. C. de pact. probantis quod generalis remediorū
5 † exclusio non cēsetur excludere ea, quæ de iure sunt speciali introducta, prout hæc & alia adducit in propositum Didacus Perez in l. 8. titul. 4. lib. 2. ordin. col. 398. per totam, & nouissimè Pelaez, in tract. maioratuum, 1. part. quæst. 1. nu. 25. cum pluribus seq. neque obstat fundamentum primæ opinionis, quippe quia secundū, Orosci. vbi supra, restitutio facilius, quam appellatio, aut nullitatis recursus conceditur & hoc secundum eundem Orosci. ibidem verum est, quoties calumniæ suspicio adest, quæ satis adesse dicitur si de iniustitia sententiarum constiterit, & à quo tempore currat tūc quadriennium Rota noua. 2. de in integ. de resti disputat, ego tamen si

licet

licet meam proferre sententiam primam opinionem teneo, tum ex relatis super ea tum etiam quia dicta l. 4. titul. 17. nimis specialiter loquitur, nam presupposita exclusione omnium nullitatũ, excludit etiã omnem alium quẽlibet modum, ibi, o en otra qualquier manera, quę quidem verba excludunt omnia alia etiam maiora expressis, vt ibidem in propositum dixi, tum etiã quia lex semetipsam declarans, inquit, y q̃ por las dichas sententias se entiendan ser acabados y fenecidos los dichos pleytos, sin que se puedã tornar a mouer ni suscitar ni tratar en manera alguna, quę sunt verba specialissima omnem modum suscitandi lites comprehendentia, tum etiam quia si aliud diceremus infinitæ lites determinatæ & finitæ & executoriæ datæ suscitarẽtur, & sic multoties non esset locus litium finibus, & quia ex speciali beneficio regis & non aliter in hoc casu audiri potest condemnatus, secundũ tx. in l. 4. &. 6. & per totum titul. 24. part. 3. & sic in facto vidi denegatam restitutionẽ minori petenti eã contra vltimam sententiam & executoriã super ea latam in cancellaria Pinciana & iustè quidem. Vlterius & ex ijs verbis, o alguna dellas, nostri text notandum est scilicet quod non dicuntur, tres sententiæ conformes, si vna earum sit alterius reuocatoria, vel si super nullitate, vel desertione alicuius sententiæ duarum primarum
6 sit lata tertia † sententia, secundum Cou. in pract. cap. 25. num. 5. vbi num. 6. optimè quærit, num si tertia sententia pronun
7 tietur cum additamento aliquo † dicẽtur tres sententiæ conformes, & vide alia quæ retulimus in l. 5. in glos. fin. titul. 17. supra hoc lib. & an exequentur in eo in quo conformes sunt, & videtur quod sic, quemadmodum executantur duæ sententiæ conformes in eo in quo confirmãtur in secunda supplicatione mille & quingentarum duplarum secundum tx. in l. 15. infra tit. proximo, istius libri & alibi diximus.

Ibi, [Hasta diez dias], intellige si à sentẽtia diffinitiua supplicatur, secus si ab interlocutoria, quia tunc vsque ad tres dies supplicandum est, vt. l. supra proxima disponitur: secũda tamẽ supplicatio mille & quingentarum duplarum intra viginti dies proponẽda est, vt probatur in. l. 1. tituli sequẽtis, & ita probat text. in auth. quæ supplicatio. C. de preci. imp. & text. in. l. fin. titul. 24. part. 3. & tradit Specul. titul. de appel. §. restat in princip. & iterum in titu. de supplicatio. §. 4. in princip. ex quibus iuribus scilicet ex text. nostro hic & ex lege supra
proxima, corriguntur iam hodie † text. in auth. hodie. C. de appellati. &. l. vnica. C. de sent. præf. præ. & dict. l. fin. tit. 24. part. 3. in quantum illa iura permittebant intra biẽnium supplicari, & voluit Olanus, quẽ post vidi in cõcordia antinomiarũ litera. S. num. 5. & in legibus partitarum correctis super. 3. part. num. 62. reijciturque etiam † concordia communis tradita per Host. relatum & secutum per Abb. in cap. ex literis num. 12. de in int. restitu. asserentes quod quoad facultatem admittendi supplicationem non erat vis an supplicaretur intra biennium, vel intra decem dies, quia semper intra biẽnium poterat supplicari, sed quoad facultatem exigendi cautionẽ ab eo, qui petit, & consequitur executionem fieri sentẽtiæ fiebat distinctio, an supplicaretur intra decem dies & tunc præstabatur cautio illa, an post decem dies, intra biẽnium tamen & tunc non præstabatur cautio, quia exequebatur sententia & sic loquebantur iura supra dicta, & erat communis cõcordia, ex lege tamẽ nostra & ex supra proxima iam omnia hæc sublata sunt imo quod indistinctè tenetur pars supplicare in scriptis intra decem dies, vt dictum est, alias remanet sententia lapsa in rẽ iudicatam, & tunc nulla cautio præstanda est, quoniam per supplicationem intra hos decem dies interpositam suspenditur effectus sententiæ, secundum text. nostrum in fine, &. l. 1. in fine istiusmet tituli & libri, quicquid dubitauerit, glos. 2. l. 4. titul. 23. part. 3. nisi in casibus vbi aliud iure nostro dispositum reperiretur prout in. l. 8. tituli sequentis disponitur, pro quo & facit text. in. l. 10. titul. de las ordenanças de las Indias, lib. 4. mei repertorij, de cortes.

Ibi, [Por escrito], speciale est in supplicatione interponenda à sentẽtia diffinitiua, quia in scriptis debet interponi cũ expressione grauaminũ, q̃ secus est in appellatione à diffinitiua, prout alio in loco huius tituli diximus: imo & plus probatur in nostra lege scilicet quod neque viua voce licet

10 ceî supplicare † à sententia, sed omnino supplicandum est inscriptis grauamina exprimendo, quæ est optima ampliatio ad. l. 1. supra eo. sic in interlocutoria disponentem, & hoc procedit etiam si tantum lata vna sententia in cancellaria supplicetur ab ea, vt ex text. nostro probatur, ibi, y si el pleyto fuere començado. Sed an sufficeret quod & si in supplicatione grauamina non exprimantur si intra illos decem dies in alio libello exprimerentur, & videtur quod sic, quemadmodum in recusatione de iure canonico dispositū reperimus in qua licet causa cum proponitur recusatio
11 inscriptis non inseratur, sufficit † quod post exprimatur: secundum Præpositum in cap. cum speciali, num. 19. de appellatio. & ex text. nostro ita videtur probari, stylo tamen & consuetudini contrarijs staretur.

Ibi, [De la tal sententia confirmatoria o reuocatoria,] intellige latæ sententiæ in gradu de vista, à qua extitit supplicatum ab ea enim siue sit confirmatoria siue reuocatoria non licet supplicare, vt in hac lege diximus.

Ibi, [y si el pleyto fuere començado], hic incipit alia dispositio à præcedente differens, in præcedente enim dictum est de lata sentētia per superiores in gradu appellationis interpositæ à duabus sentētijs cōformib⁹ ad superiores, & de supplicatione à sentētia reuocatoria per superiores lata, illarum duarum sententiarum vel vnius earum: nunc autem noster tex. prosequitur casum scilicet cum supplicatur à sententia ipsorummet dominorum de consilio, vel cancellaria in lite nouiter coram eis incepta, putà per casum curiæ, & tunc disponit versiculus hic, quod à sententia ipsorummet iudicum superiorum nō liceat appellare propter dignitatem & reuerentiam ipsorum, sed tantum supplicare, prout in rubrica huius tituli diximus, & iterū in. l. 1. gloss. 1.

Ibi, [Pueda supplicar,] hic habes tex. expressum probantem quod prohibitus appellare non censetur prohibitus supplicare, de quo. l. 1 supra eo. diximus.

Ibi, [ni supplicació,] nisi sit mille & quingentarum duplarū in casu in quo de iure interponi potest, hæc enim tunc admittetur, secundum tex. l. 1 infr. tit. sequen. quę erat pars huius nostræ legis ante recopilationem hanc.

Ibi, [Lo que no allego,] secus erat de iure communi, ex auth. quę supplicatio. C. de preci. imp. offer. nisi illam auth. intelligas in secunda supplicatione mille & quingentarū duplarū, in qua ex eisdē actis pronuntiandū est, sm̄ tex. in. l. 2. inf. tit. proxi.

Ibi, [y entre tanto,] hic manifeste probatur q̄ licet antea supplicatio nō suspēdebat executionē sententiæ, hodie tamē ex tex. nostro suspendit cessante malitia sup-
12 plicantis, † prout in gl. 1. hic diximus, & ita practicari asserit gl. 2. l. 4. tit. 24. p. 3. & Did. Per. in. l. 8. tit. 4. lib. 2. ord. col. 393. gl. no sea, & nostrā legē in hoc considerādo, ita tenet Padil. in. l. si causa. n. 7. C. de transact. vbi & in secunda supplicatione mille quingentarum duplarū, idē dicit ex tex. in l. 1. in fi. infr. tit. proximo, & hoc procedit nisi in casu. l. 8. infr. tit. proximō, vbi nō suspenditur executio per supplicationis secūdæ interpositionem, neq; quidem hodie ex l. fi. infr. tit. proximo, per dictam supplicationem suspendetur executio duarū sententiarū conformiū in totū, vel in ea parte in qua conformes sunt, sed potius executabuntur præstitis fideiussionibus, de quib⁹ ibi, vt eā notat adhoc Padilla vbi sup. n. 8.

LEX III.

¶ *SVM. lite in gradu supplicationis finita, de cæterò pars condemnata audienda nō est per supplicationis vel nullitatis interpositionem, nisi in casu in quo locum habeat secunda supplicatio.*

IBi, [supplicacion,] nisi posterior sententia nouum contineat grauamen secundum quod diximus in. l. supra proxima, in verbo, que reuocaren.

Ibi, [ni allegar contra ella que es ninguna,] sed non nè hoc idem determinatū est per textum in. l. 4. titul. 17. supra isto libr. vbi disponitur q̄ vbi nō habet locū supplicatio,

catio, neq; itidem nullitas, ergo superflua est nostra lex, à qua quidem superfluitate euaditur si fateamur legẽ nostram loqui in sententia lata per iudicem speciali regis commissione procedẽtem, prout ex eius verbis patet, ibi, el juez que fuere dado por nos, quasi in eo idem sit ꝙ est quoties per iudices curiæ vel cancellariæ causa determinatur, de quibus tantum loquebatur dicta.l. 4. & ad euitandum dubium an idẽ esset si per specialem regis commissionẽ vnus iudex procederet lex nostra in hoc casu idem esse disposuit, & sic cessat superfluitas. Sed an nullitas procedens ex notoria iniustitia censetur per legem nostram exclusa, videbatur dicendum quod non, ex dictis per nos in.l. 2. titul. 17. supra eo. neque obstaret illa.l. 4. quoniam ibidem in iudicibus curiæ & cancellariarum procedit, & loquitur, nos in iudice speciali cõmissione procedente, sed nihilominus ex dicta.l.4. contrarium teneo, quoniam ibidem regula generalis ponitur quod vbi non est locus supplicationi non sit locus nullitati vllæ etiam notoriæ iniustitiæ & defectus iurisdictionis, hic autem tollitur supplicatio, igitur & in casu nostræ legis regula illa generalis procedit, & eodem modo restitutio deneganda videtur, ex dictis per nos, in.l. supra proxima, nisi nullitas aut restitutio per tertium aliquem nõ citatum opponatur, nam tunc locum haberet, vt diximus in.l. 5. titul. 17. in glo. fi. supra eo libro.

Ibi, [segunda supplicacion,] de qua in titulo sequente tractatur.

LEX IIII.

¶ SVM. Quando & quo tempore à sententia per notarios lata debet pars grauata in consilio se præsentare cum processu declarat lex nostra.

IBi, [Con todo el processo,] intellige si statim supplicatione interposita totius processus exemplum tradatur parti supplicanti, secus vero alias quoniam tũc sufficeret se cum literis testimonialibus præsentare, quemadmodum in appellatione diximus in.l. 2. tituli supra proximi, & in.l. 15. eiusdem tituli vbi aduertentias posui parti appellanti aut supplicanti necessarias.

Ibi, [Auiendo embargo derecho,] nam tunc excusabitur, ex dictis per nos in.l. 11. tituli supra proximi.

SEQVITVR TITVLVS XX.

De la segunda supplicacion con la pena y fiança de la ley de Segouia.

ET cum superiori titulo de supplicationibus generaliter locutus sit legislator condescẽdẽdo nunc ad particularem supplicationem & specialem in causis aliquibus apponit nostrum titulum, in quo loquitur de ea quãdo quomodo & in quibus causis sit interponenda.

¶ Ad cuius rubricæ exornationem solum habes notare, quod quamuis supplicatio hæc ex mera gratia & principis benignitate concedi soleret, secundum Marantam, in practica titulo de appellation. numero decimo octauo, & Afflictis, decisione. 341. numero tertio, & probatur in.l. prima, cum sequentibus, titulo. 24. partita tertia, hodie tamen ex titulo nostro & legibus eius conceditur per ius
1 commune, † quod est ius nostrum regium prout in propositum considerat Auendan. in tractat. de secunda supplicatione, numero. secundo.

(?)

LEX

LEX I.

¶ SVM. Quomodo & qualiter & quando & qua ſolennitate poſsit interponi hæc ſecunda ſupplicatio mille & quingentarum duplarum declarat lex noſtra.

IBi, [Començadas nueuamente en las nueſtras chancillerias,] & ſic vtrumq; requiritur ſcilicet quod nouiter lis incepta ſit, inſuperque principium habuerit in aliqua ex regijs cancellarijs, & vnum abſque alio non ſufficiet, ex quo ſi lis coram inferiore iudice incepta fuit, appellatum que eſt ab aliqua interlocutoria ad cancellariam, vbi cauſa retineatur vel ex partium conſenſu, vel ex iuris diſpoſitione, nõ erit locus huic ſecundæ ſupplicationi, quia ibidem cauſa nouiter incepta non fuit, nouũ
1 enim non dicitur † quod non eſt idem cũ prima ꝰ uo ſtatu rei, vt. l. 1. ff. nil nou. appe. pen. & lex noſtra ad vnguem ſeruanda eſt ſecundum Auend. hic, num. 10. verſ. imo cum ſit, vbi in medio illius numeri. 10. ſic voluit ipſe Auend. conſiderare, licet in numero. 11. verſic. & ex mente harum, cum pluribus verſic. ſequen. aliud in hoc caſu, & in ſimilibus fundare velit, & hæc mea opinio fundari etiam poteſt ex tex. expreſſiſsimo in l. 7. in fin. infra iſto tit. & lib. ibi, y que ſea en los pleytos que ſe comiençan en el conſejo, o audiencias por nueua demanda, y no por via de reſtitucion ni reclamacion ni nullidad ni en otra manera alguna, ecce ergo text. cui reſponderi nõ poteſt, præſertim tot verba geminata conſiderando, & præmaximè verba illa, ni en otra manera alguna, quæ ſunt ita vniuerſalia vt quemcunq; alium caſum excludant qui de nouo in conſilio vel cancellaria nõ fuit inceptus, prout in aliud propoſitũ operari verba illa teſtatur gloſſ. por razon, in l. 6. titu. 19. part. 6. & glo. fecha. l. 16. titu. 11. partit. 3. & Arius Pinelus, in l. 2. C. de reſ. ven. 3. part. nu. 9. fol. 127. & Tellius. l. 17. Tauri, nu. 109. cum. 3. ſeq. & nouiſsimè D. Guterrius, in repet. auth. ſacra. puberum. nu. 86. & ſeq. C. ſi aduerſus vend. & in tract. de iuram. confir. 1. p. c. 26. n. 8. nã licet dictio alius, alia, aliud, importet ſimiles cauſas. c. ſedes. de reſcrip. gl. 1 ſi fugitiui. C. de ſer. fug. tamen ſi adijciatur dictioni vniuerſali complectitur quaſcunq;
2 † etiam diſsimiles, ſecũdum Imo. Abb. & alios relatos per Couar. in pract. c. 25. n. 3. in prin. & Iaſ. in l. quodcunq; nu. 28. ff. de verbo. obl. & in. l. 1. §. nuntiatio, num. 5. ff. de noui op. nunt. & Tiraq. de retract. linagiel. §. 1. glo. 7. n. 20. cum ſeq. pluribus, & communem teſtatur Hippol. in. l. vnius. §. cogniturum, num. 28. fol. 122. ff. de queſtio. hic tamen & in illa. l. 7. adijcitur dictioni illi, ni en otra manera alguna, ergo quamcunque excludit: quod adeo verum eſt, quod quamuis lis cæpta fuerit coram aliquo iudice regiæ curiæ, vt putà coram alcaldes de raſtro, vel de corte, à quorum ſententijs ad regium conſilium ſupplicatur, vbi profertur ſecunda ſententia de reuiſta, nihilominus tamen eò quod cauſa illa cæpta fuit coram alio iudice quã de cõſilio vel cancellaria non erit locus huic ſe-
3 cundę ſupplicationi, † prout in facto ex ſupradictis aſſerit pronuntiatum fuiſſe Gregorius, in l. 4. tit. 24. in glo. magna, par. 3. quem refert & ſequitur Did. Per. in. l. 8. tit. 4. lib. 2. ord. col. 394. in prin. & Auen. hic, num. 11. verſ. quod poteſt corroborari, & fundamenta Auen. vbi ſupra. fragilia ſunt, & ſufficit legem in contrarium habere pro ſatisfactione eorum, & ita ſub meliori iudicio teneo. Eſt tamen quæſtionis, num ſcilicet, ſi cauſa in qua licet ſecundam hanc ſupplicationem interponere, nã de hac in toto iſto titulo loquimur, cępta fuerit in prima inſtãtia in aliqua ex cãcellarijs de qua ibidẽ niſi de ſpeciali cõmiſsione in prima inſtãtia cognoſci nõ poterat, quia tamen pars nõ cõtradixit, ibidẽ prima & ſecunda ſententia fuit determinata, habebit
4 ne tũc locũ † ſecũda hæc ſupplicatio, & videtur ꝙ nõ, quoniã lex noſtra videt̃ intelligenda in caſu in quo de iure licet cauſam & litẽ in curia vel cãcellaria incipere, neq; ꝙ fit, ſed ꝙ fieri debet lex cõſiderat, verbaq; noſtri tx. & l. 7. ꝭ. eo. ciuili modo intelligenda ſunt, & ſic vbi iuridicè proceditur

& cum in quæstione proposita in cancellaria non posset lis tractari, licet pars tacuerit, non videtur tunc legis nostræ dispositionem locum habere, nihilominus tamē contrariam opinionem tenuit Auend. in præsenti num. 9. vers. ex hoc infertur, eò quod lex nostra & illa. 7. solum considerant, quod lis incipiatur nouiter in cancellaria, & in præsenti quæstione incepta fuit & sic legis nostræ dispositioni locus est, & videtur æqua opinio, nam quod lis nō incipiatur in cancellaria in fauorem partis petitæ est, nè extra forum suum conueniatur, huic tamen fauori per taciturnitatem renuntiauit, vt potuit, tacendo & litigando in cancellaria, igitur habes intentum, & sic satis ciuili modo etiam in hoc casu verba nostri text. intelliguntur, & sic cessat contrarium, licet secundum Auenda. vbi supr. dubitatione non caret ist hæc opinio, ideò maturius cōsideranda. Est tamē verum quod si rex de benignitate & gratia vellet in gradu secundæ supplicationis partes audire, quamuis lis de nouo cœpta non esset in curia vel cancellaria, posset op
5 timè derogando † legi nostræ, quoniam rex supra ius est, prout ex. l. 4. tit. 24. p. 3. probat Auend. hic, n. 11. vers. si tamē hoc non obstante, & in hoc casu etiam hodie supplicationem hāc de mera principis gratia & liberalitate processisse dici posset, ex quibus remanet primum legis nostræ requisitum vt secundæ huic supplicationi locus sit, quod & alia requisita inseremus, in gl. ∞ de cosa, infra hac lege. Et ratio quare nostra lex requirit, quod negotium sit inceptum in curia, vel cancellaria, vt secūda hæc supplicatio locum habeat est, eò ꝙ dum causa in curia vel cācellaria incipitur de nouo, quamuis ibidem prima & secunda determinetur, vel finiatur sentētia, tūc que secundæ huic supplicationi locus datur, non est tertio supplicare, sed secunda tantū vice, & sic non est contra iuris regulam, tertio prouocare, prohibentē, sed potius ei conforme, quia secunda vice tantū supplicatur, sed si in negotio cœpto corā ordinario liceret hāc secundā supplicationē interponere, intra tertiā prouocaretur vicem, & ideo hoc prohibet nostra lex, secundum Auend. ita considerantem in d. num. 11. versic. & ex mente.

Ibi, [Ley de Segouia,] quæ est. l. 2. tit. supra proximi, vbi diximus.

Ibi, [si los tales pleytos fueren muy grādes o de cosa ardua,] hic ponitur aliud & secundum requisitum, vt locus sit huic secūdæ regulæ supplicationis, scilicet quod causa & negotiū sit magni valoris, vel rei arduæ, prout & disponitur in. l. 7. inf. isto tit. vbi declaratur, valor & æstimatio talis causæ, scilicet quod esset valoris mille & quingentarum duplarum de cabeça, & cū valor rerū post illius. l. 7. promulgationē tempore labente fuerit auctus, ex. l. 9. inf. eo. augetur & valor causæ talis, vt scilicet sit trium mille duplarum de cabeça, & vltra si de proprietate agatur, sed si de possessione sit in proprietate valoris sex mille duplarū de cabeça & ab inde superius, prout ex dictis legibus patet, & considerat Auē. hic, n. 13. in prin. vbi. n. 15. tractat ꝙ tempus inspiciatur ad valorem hunc considerandum, & in. nu. 13. vers. sed quotidianū annectit ipse Auen. dubiū optimū, pro cuius declaratione vidēda sunt dicta per nos in. l. 7. verb. de diez mil marauedis in fi. supra isto lib. tit. 18. vnū tamen notandū est, scilicet quod in ijs, quæ fiunt pro executione sententiæ latæ in gradu de reuista, super re, quæ non est valoris sufficiētis ad interpositionem supplicationis huius, non erit
6 locus huic secundæ supplicationi, † quamuis liquidatio in executione illius sentētiæ facta, putà fructuum interesse, aut damni, excedat valorem requisitū ad huius supplicationis interpositionē, nam si à principali non licebat sententia supplicare, neq; licebit ab appēdice illius, prout cōcludit Auē. hic, nu. 8. vers. itē est aduertendū, quāuis nō ignoro. l. 3. inf. eo. in pluri mū aduersari opinioni huic, nisi dicamus legē illā cōtrariū assumptū non probare si bene inspiciatur, loquitur enim in casu in quo cognoscitur in gradu huius secūdæ supplicationis super principali causa & insuper superfructuū cōdēnatione, nos vero loquimur cū Auen. quoties tantū super fructuū damni aut interesse cōdēnatione ex proprietate rei cōdēnatę in sentētia de reuista, lis agitata fuit & super liquidatione pronūtiata sententia vult pars supplicare & sic super accessorio, quod est differens, & sic lex illa nihil opitulatur cōtra opinionem Auen.

ego

ego tamen adhuc de ijs dubito & cogitabit vnusquisq;. Ex quibus deriuantur re-
7 quisita † vt secundæ huic supplicationi locus sit, primum quod causa nouiter sit incepta in curia vel cancellaria, secundum q sit valoris trium mille duplarum de cabeça, si de proprietate agatur, & si de possessione sit in proprietate sex mille duplarũ de cabeça. Tertium requisitum est, quod causa illa sit æstimabilis, prout ex. l. 7. infra eo. ibi, de tanto valor y estimacion, colligit Auenda. hic num. 16. in princip. & sic in causis criminalibus in quib' de vita vel fama agitur, vel nobilitatis, & æstimatio in-
8 eis dari non potest, non erit locus huic † secundæ supplicationi, prout & probatur ex. l. 11. infra eo. & notat Auend. d. n. 16. & 17. vbi quęstiones alias proponit. Quartum etiam erit requisitum, scilicet quod sint latæ duæ sententiæ diffinitiuæ, neque sufficiet eas esse interlocutorias quamuis vim haberent diffinitiuæ si totum non absorberent negotium, vt patet ex. l. 7. infra eo. ibi, tan solamente se platique, & sic illa dictio taxatiua, tan solamente, alias sententias quam ibi expressas excludit, secundũ Auend. hic. num. 18. in fine, & probatur clarius ex. l. 6. infra isto titul. & libr. Quintum requisitum est, scilicet quod supplicatio hæc interponatur intra viginti dies à die notificationis sententiæ de reuista numerandos, secundum text. hic, quod an sit intelligendum sine spe restitutionis dicam in hac lege, in glos. en veynte dias, insuperq; intra illos. 20. dies debet pars supplicans se obligare & præstare fideiussores coram ipsis auditoribus curiæ vel cancellariæ pro mille & quingentis duplis si sententia de reuista, non fuerit reuocata, prout probatur, in. l. 2. & in. l. 12. huius nostri tituli. Requiritur etiam & sexto quod talis supplicans coram regia persona in gradu illo secũdæ supplicationis intra quadraginta dies à die supplicationis numerãdos se præsentet, secundũ tx. in. l. 4 inf. isto tit.

¶ Aliud vero & septimum requisitum per Auend. hic positum scilicet quod cognitio huius causæ & supplicationis secundæ committenda sit, quinq; ex auditoribus regij consilij, non est requisitum vrgens, hoc enim potestati regis reseruatur vt committat huius gradus cognitionem quibus & qualibus voluerit paucioribus, aut pluribus quam quinq;. Notandumq; etiam est pœnam mille quingentarum duplarum semper incurri si confirmetur sententia de reuista, nisi pars supplicans desistat intra tres mẽses postquam supplicauit secundum text. in. l. 4. infra eod. A sententiaq; in qua declaratur habere locũ nullitatem hanc vel non habere, non licet supplicare, secundũ tex. in. l. 5. inf. eo. quibus quasi totũ nostrũ titulũ summabimus & declarabim'. ¶ Ibi, [en veynte dias,] vide quę dixim' in. l. 2. verb. diez, sup. tit. prox. habesq; notare principem lapsis ijs viginti diebus non interposita hac secunda supplicatione, vel nõ præstitis dictis fideiussionibus, posse reparare † damnũ hoc, secundũ 9
Auen. hic. n. 19. asserentẽ ita de facto fuisse iudicatum in causa Don Did. Lop. de Mẽdoça ducis del Infantado, qui intra viginti dies fideiussores hos nõ præstitit, debet tamen rex in ijs cũ consideratione magna procedere & supplere defectũ. Sed est quęstio optima, quam late examinat Did. Per. in. l. 8. tit. 4. lib. 2. ord. col. 394. in fin. cum seq. pluribus, num minor, qui nõ supplica-
10 uit intra viginti dies restituatur † ad supplicandum, & Auend. hic, nu. 19. in princip. per text. in. l. 23. de Madrid, quæ est lex sequens, secunda huius nostri tituli, asserebat q non restituebatur, contrariũ tamen fundabat Dida. Per. vbi supra, satisfaciẽdo contrarijs & obiectionibus aduersæ partis, & respondebat dict. l. 23. & ipsius opinio iure ciuili attento, & itidẽ iure nostro regio vera foret, nisi haberemus. l. 4. infra, eo. expressè approbantem opinionẽ Auẽdañi, scilicet quod nullo modo restitutio hæc concedatur, neque alia ex eo q solemnitatibus nostræ legis non est satisfactũ, & miror de ipsis doctoribus, qui cũ Hispani fuerint dispositionem dictæ legis. 4. ignorauerint, cũ eorũ in tẽpore fuerit promulgata. ¶ Ibi, [q̃ se obligue y de fiadores,] sed quid si pauper est & nõ reperit eos, suf
11 ficiet nè iuratoria † cautio, tradit in propositum Rebuf. in. 1. tom. constit. Franc. titul. de supplicatio. artic. 5. glo. vnica, versicul. quæro pone. Sed an si minor in tem-
12 pore non præstitit hos fideiussores † restituetur ad eos præstandos, & Didacus Perez in dicta. l. 8. colum. 405. inquit

quod sic, legem tamen. 4. infr. eo. diximus in gloss. supra proxima contrarium & bene, nam ibidem probatur minorem nō esse restituendum si in termino non supplicauit, neque diligentias fecit, & licet posset dici quod cum illa lex loquatur copulatiuè, ibi, no ouiere supplicado y cumplido con la ley, quod tunc non restituatur ad præstandos fideiussores, cum neq; eos præstitit; neque supplicauit in termino, sed si supplicauit in termino, verumtamen fideiussores non præstitit, casum hunc lex illa non determinauit, & sic remansisse videtur in dispositione iuris communis quo iure attento minor aduersus quamlibet læsionem restituitur, ergo & restituemus eum in hoc casu, & non erat praua hæc consideratio, verumtamē quia lex illa. 4. nimiū suppletur & restringitur per eam sub sanioris consilij iudicio latius super hoc cogitandum censeo, nō enim operis prolixitas & negotiorum occupatio maius differendi tempus præbet.

Ibi, [De pagar mil y quinientas doblas,] eam in hoc allegare voluit Rebuff. in dict. 1. tomo, constitut. Franc. titul. de supplicatio. in præfatione, quæstione. 9. numero. 58.

Ibi, [Y que no sea hecha execucion,] & sic secunda hæc supplicatio, prout & prima executionem sententiæ, de reuista, suspendit, vt in. l. 2. tituli supra proximi diximus, nisi in casu quo sententia illa de reuista esset conformis sententiæ de vista: nā in eo, in quo conformes essent, non obstāte secūda hac supplicatione exequetur, data prius sufficiente cautione, secundum q. 2 in. l. 1. infra isto tit. disponitur, quā adhoc notauit, Padilla in. l. si causa, numero. 8. pagina. 141. C. de transactio. & hoc non solum si sententiæ illæ conformes sint latæ super proprietate, verumetiam si tantum super possessione, secundum text. in l. 8. infra eod.

LEX. II.

¶SVM. Supplicatio secunda ad regiam personam interponenda est, siuè super possessione, siuè super proprietate agatur: causaque in gradu secundæ huius supplicationis per iudices commissarios determinanda est ex eisdem actis, nullo recepto libello, petitione, allegatione, probatione, vel instrumentorum præsentatione, siue per viam restitutionis, vel alterius cuiuscunque modi hoc petatur: determinandæque sunt causæ hæ antequam aliæ quæcunque etiam graues determinentur, quodque determinatum fuerit, exequendum est: & quotiescunque regio consilio determinatio huius causæ committitur, quinque ex auditoribus ipsius consilij possunt eam determinare.

IBi, [De los mismos autos,] idem Franciæ statutum asserit Rebuf. in. 1. tomo, constit. Franc. tit. de supplicatio in præfat. num. 80. pag. 518. quem adhoc allegauit Didacus Perez, in. l. 8. titul. 4. lib. 2. ordin. col. 392. versic. est tamen dubium.

Ibi, [por via de restitucion,] ex ijs verbis nō denegatur minori restitutio ad supplicandum si in termino supplicare omisit, prout ex ea denegari asserebat Auen. hic num. 19. hoc enim lex hæc nō probat, sed tantum quod incepta hac supplicatione secunda nullus terminus assignetur ad probandum, vel aliquid aliud faciendum, neq; audiatur pars adhoc etiā per viam restitutionis, opinionē tamen Auen. probat l. 4. inf. eo. vt in lege sup. proxima diximus.

Ibi, [fuere cometido,] ex ijs verbis colligitur quod iudices ij in gradu hoc secun-
1 dæ supplicationis cognoscētes † delegati sunt, & ideo strictè interpretāda est eorū iurisdictio, secundum Auend. hic nu. 10. in fine, quemadmodum in lite in Romana curia incipienda, directaq; & commissa auditori, vel alij ex Papæ mandato, ille cui committitur delegatus dicitur, secundū gloss. in Clem. auditor. de rescript. quam adhoc allegat Staphyleus de liter. gra. & iust. tit. de commis. in liter. iust. in præludio num. 5. & 6.

LEX

LEX III.

¶ Sum. *A pœna mille & quingentarum auri non potest se supplicans excusare, quamuis sententia à qua supplicatum extitit, in accessorijs vt super fructibus & expensis modificetur, nisi articulus ille super quo modificatio fit, sit tanti valoris & æstimationis super quo solo posset supplicatio hæc interponi.*

IBi, [En la dicha ley,] quæ est l. 1. huius tituli & libri.

Ibi, [pudiera ser supplicado,] in propositum horum verborum, vide quæ diximus in l. prima, verbo, si los tales, supra eod.

LEX IIII.

¶ Sum. *Supplicans cum mille & quingentis duplis potest sine pœnæ incursu intra tres menses postquam supplicauit discedere, tenetur que supplicatione interposita intra. 40. dies à die supplicationis numerandos coram regia persona se præsentare in gradu illo, omni remedio etiam restitutionis excluso, si in tempore nō est supplicatum & solemnitatibus à lege requisitis satisfactum, iudicesque talis causæ nullo modo omittere debent neque possunt condemnationem harum duplarum facere, si sententiam, à qua supplicatum fuit, confirmauerint.*

IBi, [desde el dia que supplico,] idem in appellatione statutum est in l. 1. tit. 18. supra eo. lib.

Ibi, [no ouiere supplicado,] vide quæ in propositum diximus in l. 1. verbo, en veynte, cum seq. sup. eod.

LEX V.

¶ Sum. *A sententia interlocutoria, in qua declaratur esse, vel non esse locum huic secundæ supplicationi interpositæ, non licet supplicare.*

ET legem hanc allegauimus in l. 1. verbo, si los tales, supra eo. pro tertio requisito, vt secunda hæc supplicatio interponi posset, scilicet, quod ab interlocutoria non potest interponi, quod secus in appellatione, appellatio enim ab interlocutoria vim habente diffinitiuæ interponitur, sm̄ quod diximus in l. 3. tit. 18. sup. isto lib.

LEX VII. & IX.

¶ Sum. *In quibus litibus & causis locum habeat secunda hæc supplicatio in præsenti disponitur & declaratur, legemque hanc. 7. quoad valorem & æstimationem litis augeri patet per l. 9. infra eod. quæ nouior est & seruanda quantum ad hoc.*

Ibi,[Siendo tan ardua],vide quæ dixi in l.1.verbo siendo,supra eo.

Ibi, [Estimacion], ex verbis ijs notat Auend.hic num.16.quod vt locũ habeat secunda hæc supplicatio requiritur, causam,super qua est interponenda, esse æstimabilem, aliter enim locum non habebit supplicatio hæc,prout diximus in dict.l.1. supra eo.inquit tamen ipsemet Auend.hic num.3.posse regem concedere secundam hanc supplicationem interponi super causa,quæ sit minoris valoris & æstimationis quam à legibus nostris requiritur, asserit tamen nunquam vidisse concessum, alia de materia nostræ legis in dict. l. 1. supra eo.diximus, & quod tempus ad valorem inspiciendum inspiciebatur.

LEX. VIII.

¶SVM.Si duæ sententiæ conformes super possessione proferantur non est locus huic secundæ supplicationi,neque alicui alteri remedio vt executio ipsarum impediatur,& non obstante hac secunda supplicatione sunt exequendæ præstitis fideiussoribus sufficientibus coram iudicibus secundam sententiam proferentibus, vt si pars exequens fuerit condemnata restituet res executatas,cum fructibus, sed si sententiæ hæ non sunt conformes non habet locum hæc supplicatio. Et à sententia qua declaratur fideiussiones idoneas esse vel non,non supplicatur.

IBi,[Mandamos],per eam limitatur tex. in.l.1.in fine supra isto titul. vt ibi dixi, & hanc.l.in sua cõclusione allegauit Auendaño hic num.15. versi. quæ supra dicta.

Ibi,[sobre la possesion],idem etiam dicendum si super proprietate, super qua si duæ conformes ferantur sententiæ exequtatur data prius dicta cautione de qua hic, prout disponit text.in.l fin.infra isto titul. & lib. vbi & plus disponitur,scilicet,quod quamuis in toto non sint conformes,in eo tamen in quo conformes sunt,exequetur præstita dicta cautione, & idem seruari in sacro concio Neapolitano testatur, Mat. Afflict.decisione.28.in fine, nisi sint nullæ ipso iure tali nullitate, quæ vera sit, & non per comparationem,super possessione tamen præstita bonorum maioratus secundum legem de Toro non habet locũ supplicatio hæc, secundum. l.14.infra eo.

Ibi,[Ni otro recurso],etiã nullitatis notoriæ iniustitiæ vel defectus iurisdictionis imo neque restitutionis,vt diximus in.l.4. tit.17.& in.l.2.gl.2.tit.19.supra isto libr.

Ibi,[Dando primeramente], desumpta fuerunt verba hæc,à tex.in auth.quæ supplicatio.C.de preci.imp.offeren.&.l.6. titul.24.part.3.

LEX X.

¶SVM.Regius etiam fiscalis interponens hanc secundam supplicationem tenetur præstare fideiussionem hanc mille & quingentarum duplarum secundum tenorem & forma nostri tex.

IBi,[No se admita], non enim debet esse fiscalis talis melioris conditionis quã priuatus, in iustitiaque ministrãda non est acceptio personarum habẽda, ideò rex sua benignitate & clemẽtia permittit æqua lance ipsum & priuatum iudicari & in iudicijs metiri, præsertim vbi tertio præiudicari potest & iustitia eius differri,vt probatur ex.l.1.titul.1.lib.2.supra iura enim nõ in singulas personas, sed generaliter constituuntur,vt in.l.iura nõ in singulas. ff. de legibus,& tx.in.l.9.ad finẽ tit.1.par.1.aliter enim ambitiosa decreta dici possent, quæ quidem leges abhorrent.

Lex

LEX XI.

¶ *SVM. In causis criminalibus non est locus secundæ supplicationi.*

Lex quę hæc nostra rationem habet ex l. 7. supra isto titul. & lib. scilicet quoniam causæ istæ criminales, quantumuis arduæ sint, nõ tamẽ sunt æstimabiles, prout dictâ. l. 7. requirit esse causas vt secũda hæc supplicatio locum habeat, quâm rationem ad istam. l. assignauit, Auend. hic num. 16. vbi nu. 17. quæstionem in propositũ annectit, & cũ seq. an in causis nobilitatũ habeat locũ hæc supplicatio tractat & declarat.

LEX XII.

¶ *SVM. Lites & causæ in gradu hoc secundæ supplicationis visæ per quinque ex regijs consiliaris, quibus earum cognitio commissa est, determinari possunt per quatuor eorum, si quintus mortuus est viso iam pocessu litis & causæ.*

IN cuius legis declarationem solum habes notare, quod eius dispositio continet quandam specialitatem & prærogatiuam in litibus ijs in gradu huius secundæ supplicationis exercendis, nam cum iudices ij quinque, quibus talis litis cognitio commissa est sint delegati, vt in l. 2. huius tituli dictum est, si vnus eorum moreretur, non poterant alij de iure causam illam determinare, secundum text. in cap. vno delegatorum, de offi. deleg. nã cum vnus sine alio procedere non possit, secundum DD. ibi & glos. mortuo vno, vel remoto, alij procedere non possunt, quæ quidem licet in alijs delegatis ita se habeant, nihilo minus tamen quoad iudices hos commissarios in secunda hac supplicatione cognoscentes per legem nostram, vt vides dispo nitur contrarium, & est casus specialis in hoc, ideò ad alium casum, quam in quo loquitur non debet exendi, imò & in casu suo, cum sit vt vides contra ius, strictè intelligenda est lex nostra, ita quod tunc sit locus eius speciali dispositioni, quoties causa illa per ipsosmet quinq; iudices visa erat antequam vnus eorum moreretur, vt probant repetita, & geminata verba nostri text. ibi, en los pleytos vistos, & ibi, y en los que se vieren, & ibi, quedando quatro que los ayan visto, ita quod si antequã videretur per quinq; hos iudices processus causæ ipsius moreretur vnus eorum, non esset locus decisioni nostri text. sicut neque locus esset si duo ex eis morerentur etiam viso processu per omnes quinq; ante mortem duorum, nam cum in morte vnius noster text. loquatur non est vltra intelligendus.

LEX XIIII.

¶ *SVM. In causis tenutæ & possessionis bonorum maioratus non est locus huic secundæ supplicationi, quamuis sententiæ sint difformes.*

IBi, [No aya ni pueda auer lugar], istum casum vbi non est locus huic secundæ supplicationi legem nostram allegans refert Couar. in pract. cap. 23. num. 8. versi. pari sanè iure, vbi ponit rationem à ver. tertia concl. & iste casus est limitatio ad. l. 8. supra eo. alios casus refert Auen. hic nu. 6. vbi nõ est locus huic reme. supplicationis.

LEX XV.

¶ SVM. In omnibus causis & litibus vbi est locus secundæ huic supplicationi, si fuerint latæ duæ sententiæ conformes exequendæ sunt in eo in quo conformant data cautione nostri text.

QVam quidem legem in sua dispositione considerauit Padilla, in l. si causa, num. 8. C. de transactio. pag. 141. ad limitationem. l. 1. supra eo. probantem secundam hanc supplicationem impedire executionem sententiæ à qua interponitur ampliaturque ex l. nostra. l. 8. supra eo. quæ in possessionis tantum lite loquebatur vt idē sit & si super proprietate agatur, aliter enim lex nostra superflua esset.

Ibi, [De toda conformidad], quæ sint conformes, in l. 1. supra eodē dictum est & alibi etiam.

Ibi, [Sin embargo], & sic neque nullitas etiam notoria, vel incompetentiæ, impedient hanc executionem, imo neque restitutio secundum text. in l. 4. respons. 2. tit. 17. supra eo. vbi dixi, & in l. 2. glos. 2. titu. 19. supra eod.

Ibi, [Dando primeramente], processerunt verba hæc à dispositione text. in aut. quæ supplicatio. C. de precibus imper. offer. & à l. 6. tit. 4. par. 3. prout in l. 8. supra eo. dixi, & ijs remanet iste titul. expeditus.

SEQVITVR TITVLVS XXI.

De las entregas y execuciones de contratos y sentencias y confessiones, y conocimientos, y de los executores dellas.

ET cum declaraturi simus titulum hūc de executionibus prius est sciendū quomodo ad præcedentes titulos continuetur, & continuari potest hoc scilicet modo, ꝙ cū dictū sit de appellationibus & supplicationibus, quibus lites finiuntur, & determinantur, & nihil esset actū, nisi executioni demandarentur sentētiæ in rē lapsæ iudicatam. c. quoad consultationem, de re iud. gl. in rub. C. de executione rei iud. ideo post præcedētes titulos vbi de appellationibus & supplicationibus sententiarū tractatū est, subijcitur hic de executionib⁹ & nè titulus alius de executionibus instrumentorū, schedularum, cōfessionumq; & arbitramentorum, diuersus constitueretur, ideò sub hoc nostro titulo de supradictorum omnium executione accumulatio fit, præsertim cum lex. 1. nostri tituli de ijs omnibus disserat & disponat, & est titulus iste vtilissimus & cotidie in theorica, & in practica versatus.

LEX I.

¶ SVM Contra obligationes, contractus, compromissa, & sententias, & alia quælibet, quæ de iure paratam habent executionem non debet alia, quam in lege nostra expressa, exceptio admitti, vel quæ legitima non sit, & de iure non admittēda, & hoc dicit secundum verum communem & literalem intellectum.

DE huiusque legis materia integer tractatus fieri posset, prout aliqui ex doctoribus scribentibus fecerūt, & è nostris fecit Suarez & alij per me relati in l. 1. o. titu. 6. lib. 3. supra, vbi & alia non contemnēda diximus, cum tamen mei instituti non sit, nisi legum literam explanare & aliquibus vtilibus & congruentibus glossellulis adornare, breuiter circa hæc procedemus non referendo, quæ ab alijs dicta sunt, nisi ali-

si aliquid addamus, nec omittendo necessaria: legisque huius materiam tractantes retulit antè, Didacus Perez glossator Salmantinus, sub. l. 4. titul. 8. lib. 3. ordi. col. 1064. & nouissimè supplendo lecturam Roderici Suarez, prosequitur Auendaño, in tractatu suo de las exceptiones, post responsa sua posito, tresque rationes ad nostrum text. proponit Didacus Perez, vbi supra, col. 1065. cum. 2. sequen. vbi & in col. 1067. itidem prosequitur, in versi. sciendum tamen, qualiter iure ciuili nullum instrumentum quantumlibet authenticum exequi poterat, nisi in certis casibus propositis & enumeratis per Rebuf. in primo tomo cōstit. Franciæ, titul. de literis obligatorijs, arti. 6. glos. 3. num. 8. cum pluribus sequent. vbi optimè casus hos declarat, & in titulo illo, & sequenti, quam plura in materia nostræ legis annectit, quæ per scribentes aliquos tacito authore transcripta sunt loquitur enim ibi Rebuf. singulariter, in propositum ipsum referre sufficit quoniā præ manibus habetur cotidie: habesq; notare dispositionem nostri text. & sequentis fauorabilem esse & continere bonū †
1 commune, secundum Auendaño vbi supra, num. 7. versi. cuius, & maximam æquitatem continere, ac naturalem rationem à iure diuino deriuatam, testatur Didacus, Perez, hic col. 1065. in princip.

Ibi, [Obligaciones, y contratos], sed nōnè obligatio est contractus, ex. l. omnem obligationem. ff. de iudi. vbi iurisconsultus, omnem obligationem pro contractu habendam existimat, ergo superfluè loquitur lex nostra, dum obligationes, & contractus cumulat, quod maximè ius abhorret, vt patet in prooemio. C. §. quibus. l. amplioren. §. in refutatorijs. C. de appellat. & in prooemio decretal. §. rex pacificus, & cū glossator Salmantinus in præsenti, colu. 1093. cum seq. difficultatem hanc sentiret saluat legislatorem nostrum, vt necessarium fuerit vtrunque verbum apponere, vt non solum comprehendatur obligatio propria, verū omnis illa, quæ posset comprehendi alio quouis modo etiam improprio, ideoque donatio comprehendetur,
2 quæ propriè non † est contractus, sed impropriè & largo modo, ex text. quem ita asserit intelligendum in. l. si donationis, & ibi Bart. ff. quod metus causa, & in. l. iubemus nulli, circa principium, ibi si ue contractus venditionis siue donationis. C. de sacros. eccles. & ex alijs iuribus per ipsum Didacum allegatis, vel secundo intelligēdum est, secundum eum, verbum, obligaciones, vt etiam omnem obligationem, quæ ex consensu alicuius volentis, se obligare, in alterius vtilitatem procedit, comprehendat, & sic nudum pactum, & obligatio naturalis in scriptis redacta executionem habeant paratam, quia verbum obli-
3 gatio simpliciter prolatum de naturali † intelligitur, & ciuili obligatione. l. si is qui §. Flauius. ff. de solutio. præsertim attenta l. 2. titul. 16. infra lib. 5. probante, omnem modum, quo aliquem appareat velle se obligare, validum esse, pactaque etiam nuda seruanda, prout ibidem Deo annuente, dicemus, & sic superfluitatis obiectioni optimè satis fit: maximè quia abundantia verborum non arguit superfluitatem, sed abū dantia & multitudo dispositionum idem disponentium, & repetentium, vel vltra dicta dici posset, verbum hoc obligationes, in quasi contractibus, vel distractibus procedere, & posse verificari, nam cum appellatione contractuum, quasi cōtractus,
4 † vel distractus non comprehendatur nisi largissimè, secundum glos. in cap. fin. & ibi Panor de foro comp. ideo nimirum si verbum, obligationes, isthæc comprehēdens apponatur in text. nostro non superfluè, sed conuenientissimè, in quasi contractibus enim, & distractibus, partes etiam obligantur, & ad ibidem contēta possunt compelli via executiua, secundum quod inquit in præsenti, Didacus Perez, col. 1095. versi. quid autem erit.

Ibi, [Cōtratos], sed num nominati, vel an & innominati comprehendentur, vt scilicet & innominati exequi possint, etiā ante implementum, & decisio huius quæstionis dependet ab alia, num iure nostro regio attento. l. 2. titul. 16. lib. 5. infra sit pe nitentiæ locus in contractibus innomina-
5 tis ante † implementum, & iure ciuili clarū erat saltim in contractibus innominatis respectiuis quod licebat resilire à contractu antè implementum, in nō respectiuis vero etiam iure ciuili dubium erat num liceret, vt patet ex dictis per Oroscium. in l.

si cum fundum num.10.cum sequen.col. 889.ff.de pactis, & iterum in.l.iuris gentium,in princip.num.16.cum.2.sequent. eo.titul.col.785.& per Aluarum Velascũ de iure emphyteotico quæst.6.num.1.cũ 3.seq.præsertim si ex inteuallo perficiatur quia tunc interuallo vitiatur, secundum communem assertam per Oroscium dict. col. 889. nisi stipulatione essent vallati, quoniam secundum eos tunc non licebat resilire, iure tamen nostro regio attento ante implementum in contractibus ijs respectiuis doctores regnicolæ sunt in diuersis & contrarijs opinionibus, quidam enim prout sunt Gregorius Lupus,in.l.1. titul.11.part.5.in glos.1.versi.quæ tamen lex & Minchaca,de succesio.crea.lib.2.§. 12.num.64.& Dominus Don Anto.Meneses in.l.naturalis.§.& si quidem, nu.19. ff.de pręscrip. ver.& Villalpando.l.22.tit. 1.par.7.titul.pri.partis.7.quæst.8.num.fi. fol.182.tenent, & hoc verius testatur vbi supra Villalpãdo, quod etiam iure nostro regio attento ante implementum in contractibus ijs, respectiuis tamen nulla oritur efficax actio ad agendum,& per consequens pænitere licet ante implementum, & hac de causa non possint ante implemẽtum exequi similes contractus, eò quod vbi non nascitur actio,neque ius executiuum,sicut & è cõtrario vbi nascitur actio
6 †,& ius etiam executiuum,secũdum Suarez dict.l.post rẽ,2.limi.l.regię,pagi.294. alij verò prout est Anto.Gom. vir equidẽ in scholis & iudicijs versatus & præceptor meus,cuius opinio mihi semper in hoc placuit,is inquam in tomo.2.variarum capit. 8.num.4. tenet, hodie iure regio attento ex contractu innominato siue respectiuo siue non,oriri efficacem actionem, neque licere pænitere parte volente ex sua parte adimplere & sese ad implementum offerẽte, quam etiam opinionem tenuit Didacus Perez,in.l.3.tit.8.lib.3.ord.col.1049. & seq.& hanc post hæc mea scripta vt veriorem supra dictos referens & Gregoriũ & Minchacã,in alijs locis sibi cõtrariantes & hanc vltimam tenentes tenet conciuis meus & condiscipulus doctor Gutierrez, doctoralis canoniæ meritissimus ciuitatensis canonicus, in suo singulari tractatu de iuramento confir. 1.par. cap. 35. num.1. cum seq.aliquibus,& hanc optimè fundat Ant.Gomez,vbi supra, quorum quidem fundamentorum vno tantummodo sum contentus,scilicet,quod si iure ciuili con-
7 tractus innominatus, stipulatione † vallatus erat,antè implementum re etiam integra oriebatur efficax actio & obligatio,ex text. formali in.l. ex placito. ff. de rerum permut. & ibi cõmuniter DD. sed ex prædicta.l.regia.2.titul.16.lib.5.infra expresse iam disponitur ex qualibet simplici promissione oriri efficacem actionem & obligationem,ac si solennis interuenisset stipulatio, ergo iam nullus contractus innominatus dari potest, ex quo etiam re integra non oriatur actio & obligatio,præsertim cum de consuetudine & notariorum stylo in quolibet instrumento apponatur per notarios stipulatio hæc, & hanc Ant. Gomez opinionem semper tenui & veriorem & saniorem iudico regio iure nostro attento, ex quibus cum ex tali contractu innominato etiam respectiuo oriatur iam etiam re integra efficax actio & obligatio, exequi optimè poterit talis contractus,& sic lex nostra in eo, sicut in contractu nominato locum habebit, bene tamen verũ est secundum Anto.Gomez, vbi supra, ꝙ
8 actori exequenti † contractum innominatum obstabit exceptio,quod ipse actor nõ adimpleuit ex parte sua, & admitti debet talis exceptio,vt interim quod non adimplet exequens ex parte sua,nullo modo cõtractus ille executionem mereatur, quod in facto sæpe allegaui, inquitque Rolandus Valle,consi.53.n.33.vol.1.ꝙ quanuis lex excludat omnes exceptiones non ta-
9 men censetur † excludere exceptionem hanc, quod exequens non adimpleuit ex parte sua, & num.26.& 27.inquit ipse Roland. hoc adeò esse verum quod quanuis in vno cap.defecerit, contractusque iuratus sit, adhuc opponi potest exceptio hæc imo & tentat dicere id esse verum, etiam parte non opponente, licet non firmet pedes in hoc, postetq; ex defectu fidei & causæ non seruatæ altera pars pœnitere, si nollet aduersarius, vel differret sine causa ex parte sua implere promissa, secundum Gutierrez, dict.cap.35.num.1.pro quo & faciũt tradita per Rebuf.in.1.tomo constit. Franc.titul.de literis obligatorijs,art.1.gl.

9.nu.

9. num. 44. & sic vno modo verbum, cõtratos, nostri tex. ampliatur ad omnes etiã innominatos siue respectiuos siue non. Secundo ampliari potest vt non solum contractus expresi paratam habeant execu-
10 tionem, verum & taciti † durante principali contractu, secundum Bald. in l. ad probationem. 1. C. de probatio. & in l. fin. C. de fidei com. allegatum & secutũ per Auẽdaño cap. 30. preto. num. 10. lib. 2. & iterũ in titul. de las exceptiones num. 46. & sic ita tacitæ, sicut expressæ obligationes mãdãtur executioni, secundum Suarez in l. post rem. 2. ampl. l. regiæ num. 2. pagi. 281. ex quo stipulatio in instrumento dotis ta-
11 citè † subintellecta per. l. vnicam. C. de rei vxo. acti exequi potest, prout communem testatur opinionem Ias. in. l. cum filius fam. num. 10. ff. de verbo. obli. vbi nu. 11. inquit optimè quod non solum mandabitur executioni instrumentum in ijs super quibus fuit directè confectum, sed &
12 in ijs, quæ indirectè † probantur ex eo, prout & nouissimè tenet Villalobos, in ærario mille com. opi. verbo executio nu. 251. & in verbo virtualiter, vbi hæc intelligit & declarat, & ibi ex ijs ad contrarietates doctorum per eum ibi adductas desumit concordiam quandam, de quo & agitur per Rebuf. vbi supra, art. 2. glos. 1. nu. 19. & 23. vbi num. 24. inquit quod si tibi mutuaui decem quanuis in instrumento
13 mutui † non obligeris illa decem restituere, adhuc exequi poteris si tẽpore per iudicem assignato ad soluendum mutuatum & restituendum non solueris, inquit tamen ibi Rebuf. num. 24. tunc tutius esse partem audire, quam exequi, vide eum ibi vlterius notandum est text. nostrum in ijs verbis, obligaciones y contratos, intelligẽdum esse loqui prout in effectu loquitur, & clarius patet ex. l. 3. infra eo. in obligationibus & cõtractibus publicis coram tabellione publico in scriptis & in forma publica redactis, prout ex verbis ijs, obligaciones y contratos, colligitur, secus vero dicendum esset si per verbum, literas, lex nostra loqueretur, nam tunc de priuata intelligeretur scriptura secundũ Rebuf. in præfatione ad dictum titulum de literis obligatorijs, num. 3. pagi. 55.

Ibi, [Compromissos], intelligi potest verbum hoc, vel quod partes compromittẽtes compelli possint via & remedio executiuo ad implementum contentorum in compromisso, vel vt inquit Didacus Perez in præsenti col. 1096. in fine, pro sententia arbitri vel arbitratoris capi verbum hoc compromissos, scilicet vt & ipsa sententia executionem habeat paratam, ex text. hic, & in. l. 4. infra isto titu. quæ idem in trãsatione concludit, debet tamen sententia ipsa exequi adhibitis diligentijs, de quibus in dict. l. 4. quarum principalior di- 1
ligentia est quod ipsum compromissum cum sententia ipsa præsentetur tempore executionis petitæ, & sic non tam ex sententia quam ex compromisso executio fit tunc, qua de causa text. noster de compromisso mentionem fecit, quanuis partibus sententiæ consentiẽtibus & approbãtibus & confitentibus compromissum solã sententiam sufficere præsentari ad executionem eius faciendam, inquit cõciuis meus Doctor Gutierrez in sua solenni repet. l. nemo potest, num. 443. de leg. 1.

Ibi, [Sententias], in rem tamen iudicatã translatæ, & quæ per appellationem, vel restitutionis petitionem suspensæ nõ sunt vt. l. 1. C. de execut. rei iud. l. fi. ff. de re iud. l. si cum nulla. C. de integ. resti. allegatæ per Specula. ad hoc, in. 2. part. titul. de executione rei iudi. in princ. & probatur ex. l. sequenti, in fine, antea enim quam in rem transeant iudicatam exequi non possunt, per appellationem tamen, vel per restitutionis petitionem regulariter suspenditur effectus & executio sentẽtiarum, & ideo exequi non potest ante quam in rem tran-
14 seat iudicatam, facta tamen † translatione rei iudicatæ exequetur, prout & iure ciuili erat dispositum, vt ex dictis iuribus apparet, & tradit glossator Salmantinus hic, & probatur etiam ex text. in. l. 4. §. si ex conuentione, & l. post rem. ff. de re iudi. vbi Suarez, colũ. 1. nota. 1. plura in propositũ
15 adducit. Debet tamen sententia talis † in scriptis proferri, secundum Didacum Salmantinum hic col. 1114. in medio, neque sufficiet ad executionem faciendam si tenor eius testibus probetur, secundum Sebastianum Vantium, in tract. de nullitatibus, titul. de nullitate senten. ex defectu processus, num. 79. quanuis in instrumen

to de

to deperdito, eius tenore per testes probato, aliud velit tribuere Angelo, Didacus Perez, hic, col. 1099. & refert ante eum Suarez in dict. l. post rem limi. 3. pag. 299. ff. de re iud. vt & in glos. sequenti in princip. clarius & latius dicemus. Sed an cum executio sententiæ petitur debet pars exequtanda citari, dicemus late in l. fin. infra isto met titulo & libro, & alibi etiam diximus, quid tamen fiet, si dum sententiæ est 16 executio † petita & facta, opponitur de eius iniustitia, & de facto admittūtur probationes, vide glos. in l. 13. verbo, no vale titul. 22. part. 3. & diximus supra in titulo. 17. istius libri. 4. super. l. 4. & an nullitas tūc opponi posit, vide Guidonem Papæ decisi. 50. num. 2. vbi inquit quod sic, id tamen verum intelligerem si intra tempus à l. 2. titul. 17. supra eo. præscriptum allegetur, ni esset talis nullitas, quæ & post illud tempus opponi potest, vt ibidem diximus & infra hac lege dicemus. Et an post rem iudicatam in ipsa executione rei iudicatæ opponi posit exceptio compensationis, vel exceptio limitatoria sentētiæ illius, vel confecti inuentarij si hæres conueniatur pro toto debito, vel exceptio precij nō soluti, vel diuisionis, & similes, tradit nouissimè & late Dominus Don Anto. Meneses, in l. 1. nu. 30. cum seq. C. de iur. & fac. ig. sed num verbum diffinitiuas nostri tex. in diffinitiuis, vel an & in interlocutorijs sententijs locum habebit, & dicendum in *vtraque locum habere si in rem lapsæ fuerint iudicatam*, cum nulla differentiæ ratio dari posit, est tamē notandum quod omnes exceptiones, quæ in executione sententiæ opponi possunt, non est pemittēdum 17 † neque licet eas opponere, si ante quam sententia illa ferretur, in progressu litis oppositæ fuere, & nihilominus sententia illa lata & pronuntiata fuit, secūdum Auēdaño in dict. titul. de las excepciones, nu. 49. in princip. neque obliuiscendum est q 18 lege nostra attenta siue executio † sententiæ lapsæ in rem iudicatam petatur officio iudicis nobili, siue actione in factum, semper habet executionem paratam, secundū glos. del que. l. 1. titul. 27. *part. 3.*

Ibi, [Otras quales quier escripturas], vt putà si scriptura facta manu publici nota- 19 rij perdita sit, † tenorq; eius testibus probetur in contradictorio iudicio, tūc enim & executio locum habebit, ex glos. allegata per Suarez in dict. l. post rem limi. 3. pag. 297. num. 2. quam & alios eam sequentes refert Didacus Salmātinus, in presenti, col. 1099. vbi transit cum hac doctrina: cōtra eam tamen tenuit Bart. relatus & secutus, per Suarez vbi supra, & per Vantium, in dict. tract. de nullitatibus, titul de nullitate senten. ex defectu proces. nu. 79. & hāc veram & tenendam iudico, potest tamen declarari & intelligi opinio prima quoties perdito instrumento & eius tenore per testes probato denuo aliud fuit confectum instrumentum ex tenore dictorum à testibus, tunc enim posset fieri executio, quia instrumentum confectum est, & ita loquitur glos. & Ange. ir. quorum doctrina fundabatur *prima opinio, putà quando testamentum* fit coram testibus, & testes ipsi deponunt de tenore eius, & eorum dicta diriguntur in publicam formā, tunc enim vt testamentum nuncupatiuum dirigitur in publicam formam si coram notario confectum non fuit, sed coram testibus, ita & instrumentum publicum deperditum secus vero si in publicam formam non reduceretur, ita optimè dictas opiniones concordare voluit Suarez vbi supr. num. 4. pagin. 299. & Didacus Perez, vbi supra, & optimam iudico eius cōcordiam & declarationem, secundum quam dictum Angeli non est contrarium huic secundæ opinioni *& dicto Bartoli: sic etiam voluit con*cordare Bellonus, consi. 22. num. 9. quem refert & sequitur Villalobos, in dict. ærario mille com. opi. verbo executio, nume. 246. vel vlterius possunt verba nostri tex. verificari in testamento, putà si fidei commissarius aliquis, vel legatarius agant contra hæredem pro legato in testamento relicto, possunt enim petere testamenti il- 20 lius exequutionē †, ex tx. in auth. de her. & fal §. illud quoque, quem ad hoc multū commendat Ias. in l. fi. col. 2. C. de edicto diui Adri. tol. & alij relati per Anto. Gomez, in l. 45. tauri num. 137. & è nostris hanc opinionem tenuit O. oscius. in l. tale *pactum. §. qui prouocauit col 905. in prin*cip. ff. de pact. & Dueñas, regula. 15. limi. 2. contrarium tamē, imo quod exequi nō posit tale testamētū pro re legata, tenuit

Anto.

Anto. Gomez, in dict. num. 137. & iterū in tomo. 1. cap. 12. num. 7. fol. 108. & ante eos illustrisi. Couar. in cap. Raynutius §. 10. numero. 2. fol. 120. de testam. & Auiles. in cap. 10. prætorum fol. 141. num. 8. pro qua opinione videtur esse tex. in l. fin. titul. 9. part. 6. in finalibus verbis, dum ibi lex verba ad iudicem & non ad partem dirigit, & hanc opinionem in practica receptam video, ideo ea attenta verba nostri text. in testamento verificari non possunt est tamen verum quod si testamētum per hæredem non negetur, vel contradicatur sed fateatur potius hæres verum esse, & petitur per partem quod hæredi iubeatur vt adimpleat illud in petitis intra certum tēpus, alias quod lapso tempore exequetur tunc lapso illo tempore exequi poterit & sic voluit Didacus Perez, in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordi. pagi. 91. col. 1. & 2. quem post hęc vidi, & sic potest dici testamētum exequi, quoniam secundum Suarez vbi supra, notab. 3. executiuum est hoc præceptum, & in hoc sensu & modo poterunt verba nostri text. in testamento verificari & an si hæreditas non est adita posit legatum peti, vide Anto. Gomez, dict. tomo. 1. capit. 12. nu. 7. & 11. vbi tenet quod sic, & glo. la herencia, dict. l. fi. num. 9. part. 6. & optimè Tellium, in l. 3. tauri. parte. 3. num. 7. & 8. vel etiam poterunt verba hæc nostri text. verificari quoties instrumenta sunt dotalia, quæ non solum pro dote vera ve-
21 rum etiam † pro putatiua exequi possunt, secundum Pal. Rub. in rubrica. §. 36. num. 4. vel itidem hæc verba verificantur inscri pturis priuatis recognitis à parte, secundū text. in l. 5. infra eo. vel inscriptura definy
22 quito † recognito, quod quidem exequi potest, secundum Boeri. decis. 295. per totum, maximè num. 16. vel quoties priuatus apud acta scribit confessionem, vel responsionem suam & subscribit eam, habet
23 enim hoc † vim publici instrumenti, secū dum Bald. in l. ne in arbitris num. 2. C. de arbit. & Aluarus Velascus Lusitanus, in tract. de iure emphyt. quęst. 71. part. nu. 17. & ideo fideiussor in actis se obligans
24 pro alio † exequi potest contra eum, secū dum Velascum, ibidem, vbi sic inquit in magna curia vidisse iudicatum, vel si quis confiteretur coram tabellione debere centum Titio, de qua confessione per tabellionem conficitur publicum instrumentum exequi etiam poterit, secundum Ias. in l. 1. §. si quis ita num. 25. ff. de verbo. obli. & in practica seruari se credere asserit Carolus à Grassalis, lib. 1. Regaliū Franciæ iure. 13. versi. insuper, pagi. 199 in fi. cum seq. contra Angel. l. si fide iussor. C. de fide ius. & Hippoly. sing. 135. aliud volentes.

¶ Est tamen notandum quod scriptura quę absque recognitione partis exequibilis est, vt habeat hanc executionem paratā plura debet continere requisita, & plures qualitates, tam ex parte ipsius met scripturæ, vt ita loquar, quā ex parte eam exequi volentis, & quia in glos. hac de instumentis & scripturis locuti sumus, prius eorum qualitates necessarias inseremus, post vero agem' de requisitis ex parte exequutionem petere volentis, vt executio locum habeat, & de hoc vltimo mēbro dicemus Deo volente in l. fin. in glos. y al juez le pareciere, infra eo. vt legem nostram aliquantulum exoneremus. & venio ad primum membrum.

¶ Est igitur prima qualitas in scripturā publica requisita vt posit exequi scilicet,
25 quod cōtractus sit scriptus, † & redactus in publicam formam, vt ex verbis nostri tex. patet, & patet clarius ex. l. sequenti,

Ibi, [Cartas o cōtratos publicos], & sic ad viam executiuam inducendam scriptura cōtractus necessaria est, & erit hic vnus casus eorum inquibus scriptura requiritur addendus ad glos. in c. fi. de censibus, in. 6. prout in propositum sic considerando notat Auendaño, in dict. titul. de exceptiones. num. 20. in princip. nam si in compromisso & sententia arbitraria vt exequi possit scriptura requiritur, secūdum text. in l.
26 4. infra eo. imo & confesio † facta in iudicio vt exequibilis sit requiritur scriptura eius, cur non & idem requirendum in cōtractibus, & sic de hoc non est dubitandū.

¶ Secunda vero qualitas, quæ in tali scriptura requiritur est ꝙ sit publica prout in lege. infra proxima probatur, dicetur autē
27 publica in hoc casu illa, † cui soli sine alio adminiculo de iure, aut de consuetudine creditur, secundum Auendaño in dict. tit. de las exceptiones num. 2. versi. secunda qualitas, & prius per Speculatorem, in. 2. part.

part. titul. de instrumentorum editione. §. nunc dicendum est in princip. num. 13. fo. 116. & Montaluum. l. 8. tit. 9. lib 2. fori & Tellium, in. l. 22. tauri num. 6. versi. qui bus tamen, & est communis conclusio secundum Io. Oroscium, in. l. si quis ex argẽ tarijs. §. si initium tabularum num. 2. &. 3. col. 735. in princip. ff. de edendo, & sic in quit Roma. consi. 77. pater, col fin. quod
28 appellatione publici instrumenti † nõ cõ tinetur priuata scriptura, prout refert Bur gos de Paz Iunior, in suis quæstionibus quæst. 4. num. 10. quanuis Abb. & Deci. in rubric. de fide instrumen. aliud velint, posset tamen Abbatis & Decij doctrina procedere, quando solum consideratur probatio, tunc enim & Schedula priuata testibus probata idem quod scriptura publica operaretur, secus vero quoad viam executiuam, vel quoad formam aliam, prout in propositum dict. l. 22. tauri, cõsiderat Tellius, ibi numer. 6. ad finem: vel postquam est recognita, tunc enim eundem effectũ quod publica scriptura operaretur, quantum ad executionem, hæc tamen consideratio scripturæ publicæ, & denominatio, non vsquequaque satisfacit, nam quantũ uis libro mercatorum de consuetudine esset introductum vt staretur, vel epistolæ, vel priuatæ scripturæ testibus comprobatæ, idẽ tamen quoad probationẽ proficeret nõ tamẽ executionẽ paratam haberet, nisi recognitione per partem prius facta, ergo dicta denominatio non vsquequaq; procedit, ideo quoad nostram materiã exe cutiuam illam diceremus publicam scripturã quoad hoc vt absq; alio executetur adminiculo, secundum Didacum Perez, in. l. 5. glos. 1. titul. 8. lib. 3. ordi. col 1104 in fine cum seq. quæ est confecta manu publici ta
29 bellionis † numerarij ciuitatis vel loci, vbi cõtractus fuit celebratus, omnis enim scri
30 ptura dicitur priuata † præter notariorũ scripturam, & actorum iudicialium, secundum Card in cap. 2. de fide instrum. & Rebuf. tomo. 1. constit. Franc. titul. de chirographorum & schedularum recogni. nu. 2. & eis relatis Burgos de Paz, in. d. quæsti. 4. num. 10. & in quo differat publica ab authentica scriptura vide Abb. cap. 1. nume. 2. de fide inst. ex quo inferri potest, scriptu
31 ram factam penes notarium concilij † ciuitatis vel populi vbi contractus fit, publicam non dici, quanuis sigillo ipsius tabellionis sit sigillata, vt eius virtute executio fieri posit, exequi enim non poterit, quan tumuis super rebus concilij & ad ciuitatis publicam obligationem ad implendam facta fuerit, neque itidem scriptura confecta à tabellione regio, vel notario de camera, vel fori ecclesiastici, secundum Didacum, Perez. l. 2. quæsti. 11. col. 435. in princip. lib. 2. ord. ij enim tabelliones publici & numerarij non sunt, secundum D. Couar. in practi. quæsti. cap. 19. fol. 94. col. 1. versi. quarta conclusio & tradit optimè in materia executionis, Rebuf. in dict. 1. tomo cõsti. Franc. titul. de literis obligatorijs art. 2. glos. 1. num. 37. vbi cum pluribus sequ. plura in propositum adducit, nõ tamen placet mihi eius opinio ibidem num. 53. dicentis aliud esse in notario creato à rege in toto regno, vel in prouincia sua, nam eorum scriptura paratam habebit executionem, idenim quanuis in regno suo procedere posset, in nostro tamen non in locis, vbi tabelliones publici numerarij adsunt, & hoc ex text. in. l. 1. &. 2. titul. 25. infra isto lib. vbi & dicemus in glos. que estos solos, nisi in casibus ibidem dictis & expressis, neque obstat. l. 1. titul. 26. infra eo. libr. permittens tabellionibus de concilio conficere scripturas circa vecariarum & piscariarum & similium rerum obligationes, nam id verum quoad probationem, non vero quoad hoc vt ex eorundem scripturis executio fieri posit, nisi aliud de cõsuetudine habeatur, prout in hac ciuitate Placentiæ habetur & probatũ semel vidi me quidem exequi aliter, recusante instrumẽta hæc tabellionum de cõcilio, & ideò fuit dicta consuetudo probata, quibus de causis optima esset prouisio, quæ iuberet vt tabellio de cõcilio esset etiã public', del numero aliter enim regulariter tabellionũ publicorum de numero instrumenta exequenda sunt, & non alia, dum tamen contineãtur in talibus instrumentis requisita. l. 13. titu.
32 25. infra isto lib. scilicet quod primo † nominentur in eis personæ cõtrahentes, ibi, nombrando las personas, & hæc nominatio clare & apertè, & absque vlla confusione debet fieri, secũdo quod inseratur dies in quo obligatio & instrumentum eius

confici-

conficitur, ibi, y el dia, qui quidem dies quamuis in priuatis literis de essentia non requiratur, secundum Bart. in procemio. ff. veteris, in publicis tamen requiritur ex lege illa. 13. tertio loci appositio vbi conficitur tale instrumentum, ibi, & domus vel alius particularis locus vbi fit, secundu illa l. 13. ibi, el lugar y casa, in casu in quo locus ipse non esset cognitus, neque nomen haberet, tunc enim domus designabitur, & solet quandoq; vt nimis poni, & in plurimum & communiter accidentibus solus populi locus si cognitus est ponitur & inscribitur, nó vero domus, quoniam domus appositio nõ requiritur pro forma in casu in quo populus esset cognitus quicquid voluerit contrarium dicere Auend. hic sub dict. tit. de las excepciones num. 21. vbi & inquit quod non valeret consuetudo, aut summi pontificis aut principis dispositio, quod dies, tẽpus & locus non apponerentur in talibus instrumẽtis. Debet etiam talis scriptura continere id quod partes inter se contractum, & quod impleta scriptura partibus præsentibus coram testibus legatur, & à partibus subscribatur, si scribere sciũt alias testis vnus pro eo qui nescit scribere subscribat nomẽ suũ & tabellio ipse itidem, & sigillum suũ apponat, alias enim si aliquid horum deficiat scriptura talis fidem non faciet, & sic executionem non merebitur, prout omnia hæc, dict. l. 13. probantur, & congerit ea Auend. vbi supra, nume. 20. vbi num. 21. inquit in testamentis non requiri illius le-
33 gis † solennitates, de quibus & tradidit Orosc. in dict. §. finitium tabularum, nu. 7. cum sequent. & Rebuff. in. 1. tom. titu. de literis obligato. art. 1. glos. 5. & melius Couarr. in pract. cap. 20. per totum, vltra quas qualitates debet etiam scriptura talis, vt exequi posit alia continere requisita supra & infra hac glossa posita.

¶ Tertia igitur in ordine meo requiritur qualitas in publica scriptura vt exequi posit, quod certam quantitatem & certũ contractum, & conuentionem cõtinear, prout in lege sequenti probatur, ibi, cõtra
34 tos ciertos, certa autem † dicetur obligatio, quando in ea certum debitum continetur, quod oculo ac sensu patet, prout asserit hic Auen. d. tit. de excepciones, nu. 22. vers. 1. cum. 2. seq. & Rebuf. vbi supra, art. 1. gl. 9. nu. 7. 8. & seq. si tamen certum quid contineret, non tamen illud certũ es-
35 set liquidũ, posset † optimè pro toto illo certo executio fieri cũ protestatione vero liquidãdi illud in termino executionis, prout optime inquit Suarez in l. post rem iudi. 4. ff. de re iud. & Coua. plures allegãs in lib. 2. varia. c. 11. n. 1. cũ seq. vbi hanc cõmunem testatur, quicquid contrariũ voluerint relati per Rebuf. in d. art. 1. glo. 9. nu. 8. & ipse cũ eis, quod & cõmuniter tenere testabatur Ias. in l. certi cond. nu. 21. ff. si cert. pet. & ideo dicebat Couar. vbi supr. quod si tunc à præcepto illo de exequẽdo tali instrumento appellatũ fuerit, reuocandũ quis in gradu appellationis tale præceptũ, sed si non appelletur ab eo facta liquidatio non in termino executionis quãuis appelletur à sententia de remate, nõ reuocabitur præceptum illud, & ideò consulo vt appelles sic enim executionis expẽsas euitabis. Hæc tamẽ vera sunt quoties pure debet ab eo in instrumento continetur & in progressu executionis liquidatur, secus vero si conditionaliter & sub conditione debea-
36 tur, quia tũc ante purificatã † conditionẽ non est locus executioni, secundũ Coua. & Suarez vbi supra, nã vsq; dũ verificatur conditio suspensiuũ effectũ habet instrumentũ illud conditionale, expressa enim cõditio impedit natiuitatẽ actionis & obligationis text. in. l. cedere diem. ff. de verb. sig. quam sic intelligit Octau. decis. Peda. 24. nu. 7. & probat glo. cõmuniter approbata, in l. itẽ quia, verbo, male ff. de pactis, quæ plus probat, scilicet, quod idem sit in conditione tacite subintellecta, putà in stipulatione pro dote, non enim ex tali stipulatio-
37 ne † agi potest nisi matrimoniũ fuerit secutũ, vt potè, quia in illa stipulatione dotis tacitè subintelligitur conditio, si matrimoniũ sequat, quæ quidẽ gl. ab aliquib' reputatur singularis quos refert Ias in l. 2. §. creditum, col. 2. ff. si cer. pet. vbi est similis gl. in verbo, post nuptias, & cõmendat eã Gomez Arias. l. 27. tauri, n. 9 & Segura. l. 1. §. si vir, fol. 82. ff. de acq. pos. & Tiraq. de vtroq; retractu, fol. 335. n. 45. & Bal. in. c. significasti, col. fi. de elect. & Ant. Go. to. 1. c. 12. n. 24. & to. 2. c. 11. n. 28. vbi cõmuniter approbari testat, & Dec. cõs. 2. n. 4.

vol. 1. & Alciat. in dict. l. cedere diem, col.
fin. reprobatis glossis contrarijs. l. ita de-
mum, verbo conditione. ff. de arbitris, &
in l. arbitratorum verbo poteris. C. de ar-
bit. & Rebuf. 1. tom. const. Fran. tit. de li-
teris oblig. art. 2. gl. 1. num. 72. conclusio
tamen communis intelligenda est & vera
respectu obligationis & actionis, non ve-
38 ro respectu transmissionis, nam eius † re-
spectu tacita hæc conditio nihil operatur,
non enim impedit eam, vt. l. cum illud. §.
si. ff. quando dies lega. cedat, & ibi cōmu-
niter DD. teste Ant. Gom. d. n. 24. & tra-
dit Dec. dict. cons. 2. nu. 4. dum tamē hæc
tacita conditio à natura subintellecta sit,
vt probatur in illo. §. si. vel à lege, vt. l. vide
39 legat. 3. secus vero in conditione tacita †
testatoris, quoniam hæc transmissionem
etiā impedit, veluti si testator illud quod
pure legauit ademit sub conditione, nam
tunc videtur illam rem sub contraria con-
ditione legasse, secundum text. in. l. aliquā
do. ff. de condi. & demonst. l. quod pure.
ff. quando dies lega. cedat, & ideò tunc si
legatarius moriatur ante illius conditionis
implementum non transmittit legatum il
lud, secundum text. l. si post mortem. §. 1.
de lega. 2. & ff. de adimen. leg. l. si legatum
pure notat glo. in dict. l. quod purè, & hęc
quoad transmissionem, quoad natiuitatē
verò actionis & obligationis etiam tacita
conditio, vt vides, earum impeditiua ēst
ante purificationem conditionis, neq; exe
qui potest tale conditionale instrumentū,
imo & si purificata sit conditio, non pote-
rit exequi instrumentum, donec pars fa-
40 ciat iudici notum purificatam esse † con-
ditionem, secundum Ias. in. l. in illa stipula-
tione, num. 10. ff. de verbo. obli. & Anto.
Gom. d. c. 11. num. 30. vbi inquit de iuris
rigore hoc seruandum esse, sed de æquita
te sufficere, quod in processu verificetur
purificatio conditionis, inquit tamen Re-
buf. in. 1. tom. const. Fran. tit. de lit. oblig.
art. 2. glo. 1. num. 76. quod potest pars pe-
tere quod suo periculo exequatur condi-
tionale instrumentum, si non probauerit
conditionis purificationem in termino
executionis: Ex quibus & interesse suffi-
41 cit in termino † executionis liquidari, se-
cundum dictos, & Didacum Perez hic co
lumna. 1078. & 1079. vbi colum. 1080.
allegat Roderi. Suarez, omnia hæc singu-
lariter discutientem, & declarat itidem
more suo Couarr. vbi supra, & Dominus
Anton. Menes. in. l. 1. num. 47. de legat. 1.
& Orosc. in. l. 1. ff. de edendo, col. 7. 8. 9. in
princip. vbi & dicunt quod potest actor si
vult petere terminum ad liquidandū in-
teresse antequam executio fiat & per eum
petatur, in illoque etiam termino poterit
reus suam defensionem in contrarium cō
tra liquidationem probare, secundum Co
uar. vbi supra, tutius tamen est, quod in ip
so termino executionis petita liquidetur
nè termini prolongatio fiat, imo & quod
plus est, quod si actor in termino execu-
tionis facti non potuerit interesse & de-
bitum liquidare, poterit intra terminum
ipsius executionis, vel post, (ante tamen
quam videat probationes rei executati)
petere terminum alium, vel datum proro
gari, vt liquidatio fiat, nam cum in fauorē
ipsius actoris executantis breuis terminus
decem dierum sit assignandus executato
pro exceptionis suę probatione, & in odiū
debitorum vt tædio affecti breuius ac faci
42 lius soluant poterit optimè ipse actor † fa-
uori illi renuntiare & plus termini petere
& illi dandus & concedēdus est latior ter
minus, ne quod in fauorem suū est intro-
ductum, in damnum eius retorqueatur,
cōtra. l. quod fauore. C. de legibus, prout
in proposito inquit Alexand. in. l. 1. colū-
na. 7. & 8. de lega. 2. relatus & secutus per
Suarez. l. post rem, limit. 4. num. 7. paginā
303. & practicus Monterroso, in titulo
de la via executiua, in princip. fol. 37. pagi
na. 1. in medio, vbi inquit id esse verum &
procedere, siue petatur maior terminus
intra decem dies oppositionis vel eis elap
sis, ante tamen quam feratur sententia, &
quantumuis executatus cōtradicat ita est
concedendum, dum tamen probationes
nondum visæ sint per actorem, eis etenim
visis nullo modo esset concedendus ter-
minus ob euitandam testium subornatio-
nem, & sicut in hoc actor est priuilegiatus
ita & reus: nam vti potest si voluerit termi
no actori prorogato vel prolongato & te
stes eo durante examinare, secundum di-
ctos *præteritim* Monterroso, vbi supra,
itidem & è contrario reus ipse executa-
tus prærogatiuam habet in instantia ap-
pella-

pellationis, scilicet quod potest in gradu
appellationis reus ipse executatus appel-
lans à sententia de remate cótra eum lata
petere se admitti ad probandum etiam re-
fragante aduersario, quod tamen ipse exe
43 quens † non poterit petere se admitti ad
probandum executato reluctante, secun
dum Dominum Couarruu. in practic. ca-
pite 23. columna fin. dilatione tamen có-
cessa executato gaudebit exequens, nam
omnis dilatio communis est vtrique parti
vt diximus, quod tamen intellige quoties
sententia de remate, est iam executioni
demandata & impletus eius iussus, secus
vero alias, quoniam tunc non admittetur
reus ad probandum in appellationis in-
stantia, vt ibidem inquit ipse Dominus
Couarruuias, eodem etiam themate re-
tento notandum est quod pro dote incer
44 ta † arbitrio iudicis certificanda potest
exequi instrumentum publicum, secun-
dum Suarez in dict. l. post rem dict. pagi-
na. 303. in medio, & iterum, pagina. 317.
numero. 9. sic & promissio licet resolua-
tur sub conditione, vt promitto soluere
talem quantitatem cum hoc, quod si fa-
cto calculo minus reperiatur deberi resol
45 uatur, exequi † poterit instrumentum
in quantitate illa certa promissa, secundú
glossam in l. 2. ff. de in diem addicti. Bart.
in l. Iulianus in fine. ff. de cond. ind. quod
signanter notandum dicit Rebuf. in dict.
titul. de literis obligatorijs, art. 2. gloss. 1.
num. 31. inquit tamen ibi hoc raro vidis-
se curias, & idem tenet & sequitur Hispa-
nus Villalob. in suo ærario mille com. opi.
litera. E. num. 250. notabis tamen vt scias
allegare si casus euenerit. Aliud etiam &
non minus singulare notandum est scili-
cet, quod si instrumentum contra te pro-
ductum & petitum exequi continet quá-
titatem liquidam & illiquidam; & pro
omni quantitate executio petatur, si vis
46 euitare executionem † & iura eius, offer
to quantitatem liquidam, & trade eam vt
soluatur parti offerens te itidem solutu-
rum illiquidam quantitatem, facta eius li-
quidatione, ita optime consuluit Rebuff.
vbi supra, artic. 1. glos. 9. num. 12. ex quo
infertur ad id quod inquit Angel. relatus
& secutus per Ias. in l. 1. num. 2. ff. qui sat.
cog. quod si aliquis est condemnatus per
iudicem ad reddendam rationem infra
mensem sub pœna, quo casu censetur có-
demnatus vt reliquum soluat, vt & inquit
Matth. Afflict. decis. Neapol. 157. cautela
est quod condemnatus compareat infra
47 mensem, † & dicat creditori calculata ra-
tione resto debitor tuus in vno nummo,
ecce istum nummum, & si in plus appare
bit me debitorem do fideiussorem hunc
de soluendo, hoc enim modo pœnam eui
tabis, & itidem expensas executionis, si vir
tute illius sententiæ exequaris, & sic plu-
ries in practica allegaui. Aliud etiam notá
dum est, quod in obligationibus facti in
quibus propter non factum succedit obli
48 gatio ad interesse non est locus † execu-
tioni, secundum Suarez. l. post rem dict.
4. limit. num. 8. & Didac. Perez, hic colú.
1078. in princip. & veriorem testatur Do
minus Menesius vbi supra, eam sequens,
& communem fatetur Orosc. in dict. col.
719. in princip. quamuis secundum eú ibi
non desint, qui contrariam communem
etiam fateantur, & hanc vltimam reperio
nouissimè sequi Ioan. Parlado. in suo libr.
rerum cotidianarum cap. 6. nume. 12. in-
quiens quod tunc non id quod interest
æstimandum est, sed vera facti æstimatio
debet considerari, vt potè, quia etiam iu-
re nostro regio attento in obligationibus
facti succedit obligatio ad interesse, secun
dum eum ibi, num. 10. & non displicet mi
hi eius opinio circa omnia supradicta. Fina
liter notabis quod instrumentum confes-
49 sionis, vt si confiteor me † recepisse à te
decem non habet executionem paratam,
secundum Rebuf. vbi sup. art. 2. glo. 1. nu
mero. 59. quod verum ibi intelligit in nu.
60. nisi pars vlterius procedat promitten-
do illa reddere tali die, & clausulam guaré
tigiam contineat, nam tunc secus est, & in
mutuo etiam si non promittat reddere cé
setur promisisse, & sic exequi potest vt
in hac lege dictú remanet, & hæc pro ter-
tia qualitate.

¶ Quartam vero qualitaté posuit idem
Auend. hic sub d. titu. de las excepciones,
num. 22. versic. quarta qualitas, scilicet, q
50 dies solutionis sit transactus, † prout ex l.
sequenti patet, ibi, seyendo passados los
plazos, vbi & dicemus, ante diem peti nó
potest, & sic dies solutioni affixus & præ-
fixus

fixus requiritur, vt exequi posit instrumẽtum, nam si dies nõ est appositus, cum de sit debitoris interpellatio, debet prius mo
51 neri debitor & requiri † per creditorem quam executio fiat, aliter enim executio nulla erit, prout nouissime & optimè inquit conciuis meus D. Gutierrez in tract. de iuram. confirm. 1. part. cap. 56. nume. 2. & 10. vbi declarat, & Rebuf. in dict. tit. de literis obligat. art. 2. glo. 1. nu. 26. & 27. & sic pluries in facto feci executiones annullari eò quod dies solutionis non erat in instrumento signatus, & hæ sunt qualitates quas in præsenti descripsit Auend. vltra quem erit & quinta & non minus substantialis qualitas, scilicet quod à die debiti soluendi non sint elapsi decem anni, nã eis elapsis perditur ipsius instrumenti ius directum executiuum, secundum text. in l. 6. tit. 15. infra eod. lib. nam & contra exe
52 cutionem † opponi potest exceptio præscriptionis, secundum Rebuf. vbi sup. art. 1. glo. 9. num. 26.

¶ Sexta igitur & finalis qualitas erit, q tale instrumentum exequendum conti-
53 neat clausulam guarentigiam † solitã per tabelliones apponi, qua quidẽ pars se obligans dat potestatem omnibus iudicibus exequendi instrumentum illud, dicendo, para lo qual todo que dicho es y qualquier cosa y parte dello cumplir pagar y mantener doy poder a todas y qualesquier justicias destos Reynos y señorios de su Magestad ante quien esta carta fuere mostrada, y pedido cumplimiento della, que por todo remedio y rigor de derecho me compelan y apremien a todo lo que dicho es cumplir y pagar por mi persona y bienes, bien ansi y a tan cumplidamente como si todo lo sobre dicho por sentencia diffinitiua contra mi dada y no apelada y passada en cosa juzgada fuesse juzgado y sentenciado, nam nisi dicta clausula & submissio obligantis se in instrumento tali publica sit inserta non exequetur, secundum Suarez & Conar. relatos per Dominum Menesium in l. 1. nu. 20. C. de iur. & fac. ign. vbi hanc sequendo opinionem testatur eã veriorem & receptiorem opinionem, & praxi totius regni receptam testatur, quã & tenet Baeça, de debitore inope. c. 1. n. 31. & in regno ita practicari asserit Didac. Per. hic col. 1068. in fine, ita quod secundum eum dubitationi nullus locus remaneat, quod clarius procedere inquit attenta l. fin. in curijs de Madrid condita anno. 1534. quæ ponitur pro lege. 5. istomet titul. & lib. in quãtũ ibi in finalibus verbis fit mentio de instrumento guarẽtigio, quod quidem dicetur habens prædictam clausulam in qua quidem pars se obligans pro cõdemnato se iudicat, prout in regnis alijs iudices chartularij adhoc iurisdictionem habentes partes ipsas se obligantes condemnabant, & instrumentum in quo similis condemnatio fiebat vocabatur guarentigiũ & paratam habebat executionẽ, prout licet videre ex Rebuf. in præfatione dicti tituli, de lit. obli. nu. 13. cum seq. aliquibus quosquidẽ notarios chartularios iudices cũ in Hispania non habeamus, quasi in eorum loco successit dicta clausula guarentigia, & hanc nostræ Hispaniæ practicam esse testatur, Rebuf. vbi supra, num. 17. & 18. & hanc etiam opinionem quod prædictam clausulam debeat cõtinere instrumentum publicum tenet etiam Quemada, in suis quæstionibus fiscalibus sanctæ inquisitionis quæst. 9. & nouissimè post hæc conciuis & conterraneus noster Gutierrius, in dict. tract. de iuram. confirm. 1. p. c. 62. nu. 6. in contrarium tamen, imo q quanuis dicta clausula in regno nostro inserta non sit in tali publico instrumento, adhuc habeat tale instrumentum executionem paratam facit, nam in Hispania nostra deficiunt iudices ij chartularij qui similia præcepta faciant, iudices enim chartularij qui similia præcepta faciebant, in creatione suorũ officiorũ iudices ordinarij adhunc effectum efficiebantur, secũdum Ias. in l. 1. §. siquis ita, num. 28. ff. de verb. obli. & Rebuf. vbi sup. nu. 15. & post quam pars cõfitebatur se esse debitorem Titij in centum soluenda tali die, dicebat ipse iudex chartularius, & ego talis notarius chartularius iudex iubeo & præcipio tibi quod des centum hæc Titio intra terminum assignatum solutioni eorum, sed cum iudices hos chartularios non habeamus nihil amplius requirendum videtur quam quod instrumentum sit publicum, & cum alijs qualitatibus confectum, quãuis in eo deficiat dicta clausula guarentigia:

gitatem quoniam guarentigium à guarentare dicitur, guarentare vero est firmare, secundum Ias. vbi supra, & Segurá, in. l. si ex legati causa, numero. 72. ff. de verbo. oblig. si ergo partes firmant & cõfitentur in instrumento publico se se obligatos, quid est opus clausulam supradictã inserere vt exequi posit, quandoquidem tale instrumentum guarentigium est & firmum partium assertione, & sic lex. 5. infra eod. de guarentigio mentionem faciens optimè dicto modo verificatur, lexque nostra & similes nihil amplius quam instrumentum publicum requirũt, quod quidem dicit coram tabellione publico & numerario confectum, ergo neque nos amplius requirere debemus, nostra enim practica circa instrumenta hæc multum differt à praxi Italorum in ijs exequendis instrumentis, vt vides, ideò aduertit Suarez. l. post rem, quæstione. 1. l. regiæ, pagina. 328. numero. 43. in fine, quod maximè est aduertendum in hac materia ad quęstiones per Doctores Tuscanos positas, & inscriptas, quæ licet videantur legibus nostris & earum materię adaptari posse, non tamen sunt adaptandæ, quoniam ipsi loquuntur in suis guarentigijs, nos vero non, & sic eorum doctrinis attentis nulla alia exceptio admittitur contra executionem guarentigiorum, quam expresse permissa in ipsorum statutis, iure vero nostro regio attento, omnis exceptio, quæ venit ad moderandam executionem & intra decem dies liquidari potest admittitur, vt infra hac lege dicemus, & ita reperio, quod hanc secundam opinionem contra primam tenuit primus omnium Palac. Rub. in. l. 63. tauri, numero primo, & ibi Castillo, numero. 11. & ita asserit practicari Anton. Gomez. l. 63. tauri, numero quarto, & Villalobos in sua antinomia iuris ciuilis & regij, litera. I. numero. 21. & hanc defendit Auendan. in dicto titulo de excepciones, numero primo, cum pluribus sequentibus, vbi respondet consuetudini regni apponendi per tabelliones clausulam dictam guarentigiam, scilicet hoc ex superabundanti & ad maiorem cautelam fieri, dictamque clausulam alios effectus operari propter quos apponi dici potest non vero ex eo quod sit necessaria ad executionem instrumenti faciendam, per eam enim, secundum Auen. vbi supra, numero. 9. mutatur forus, & ea apposita si renuntietur remedio. l. si conuenerit. ff. de iur. omn. iudic. prout solet communiter renuntiari erit locus etiam in contractibus remissioni ad locum contractus vbi se submisit obligatus, ex glos. & Doctor. in. l. 1. ff. si quis in ius voc. non ier. quam ibidem in hoc ipse Auendaño, commendat & communiter approbatam testatur Dominus Couarruuias, in practic. capit. decimo, numero quinto, & Orosc. in dicta. l. si conuenerit, numero septimo, columna. 592. in fine, de quo & tractatur per Suarez in dict. l. post rem. q. 5. incip. circa iudicem, num. 18. cum. 3. sequen. pag. 354. & per glo. per tex. ibi in. l. 13. titu. 11. part. 5. & Ias. §. plus, num. 26. cum seq. inst. de actio. & de ijs submissionibus habemus iam pragmaticam nouissimam per Philippum nostrum secundum conditam Madritij anno. 1574. quæ singularis est in hoc plures dirimens cõtrouersias, & vocatur pragmatica, sobre la execucion de las obligaciones y contratos que tienen submissió a las justicias, in cuius propositum licet eam non viderit omissa disputatione dictarum opinionum inuicem sese contrariantium ipse Auend. vbi supra, inuoluit se super intellectu. l. 1. titulo. 17. libro. 8. ordinamẽ. quæ est. l. 1. titulo. 16. libro octauo infra, asserendo illius legis causa multos hodie dubitare, & dubitando tenere indistincte in contractibus esse locum remissioni ad locum cõtractus, quemadmodum in delictis ad locum delicti in correctionem iurium ciuilium aliud asserentium & disponentium qua de causa ipse ibidem ad hanc euitandam correctionem conatur legem illam aliquibus intellectibus declarare & intelligere ne iura ciuilia corrigantur in contractibus remissionem denegantia, nisi in casibus à iure expressis, cuius intellectibus omissis quoniam fortassis morte præuentus illius declarationem ibidem non declarabo vt animus legentium quietetur in illius legis intellectu, verissimè vltra Auendan. vt iuriũ correctio cesset eam declarabo, ideo ego legẽ illam primã intelligo nullomodo velle corrigere ius ci

uile in contractibus dictam remissionem regulariter denegans, eo quod lex illa. 1.
55 † non loquitur in contractibus, sed in delictis, ad quod probandum moueor, nam verbum illud, deudores, illius. l. 1. ex quo desumit Auend. legem illam in contractibus loqui, non est intelligendum de debitoribus ciuilibus & sic ex cõtractu, sed potius de debitoribus ex delicto, propter quod sit locus remissioni ad locum delicti per delicti etenim perpetrationem, delin-
56 quens ipse fit debitor pœnæ † propter delictum illud de iure impositæ & à iudice legis ministro delinquenti ipsi imponendæ nam delinquendo, inquit Imperator, in l. Imperatores. ff. de iure fisci, tu te ipse pœnæ subdidisti, quem text. ad hoc commendat ipsemet Auendaño. cap. 5. prætorum num. 21. in medio lib. 2. plures ad hoc allegans, & idem Auend. resp. 22. in princ. tradit late Mincha. de successi. creati. §. 10. n. 665. per totum fol. 281. & Oroscius in l. ex hoc iure nu. 65. ff. de iust. & iure, & probat optima. l. 15. ad finem. titul. 13. par. 2. & ibi glos. el mismo, ibi, ca sin duda el que faze el yerro el mismo semete en seruidũbre de la pena que por el merece auer, & sic inquit Soto lib. 5. de iust. & iure quæst. 2. art. 3. in fine, pagi. 385. quod per delicti perpetrationem perdit homo ius quod habet ad mẽbrorum vsum, & licet improprie non vero verè quis delinquẽdo videatur sese pœnæ subdere secundum Angel. & Paul. in. l. si tibi quædam. §. decem. ff. de pactis, relatos per Mexiam, in pragma. tassæ panis conclu. 6. num. 67. & consensus iste pœnæ propter delictum commissum imponendę non verus sed interpretatiuus sit, secundum Areti. in rubric. extra de accusatio. & sic tacitus, secundum omnes teste Oroscio, in l. si tibi decẽ. §. quædam. ff. de pactis num. 5. col. 837. tamen negari non potest quin consensus sit, & ideò ex eo naturalis etiã oritur obligatio, secundum glos. l. 1. §. bestias, verbo honorari. ff. de postul. & glos. in l. seruus. ff. de ijs qui not. inf. Bart. in l. ex hoc iure num. 11. & ibi Oroscius, nu. 62. cum seq. communis secũdum Fortunium, in l. legitima, num. 14. ff. de pactis, & Gometium, in §. omnium num. 2. inst. de actio. tenet idem Bart. in auth. de non alien. aut permut. §. quia vero Leonis, numer. 1. quanuis contrarium voluerit idem Bart. in l. fin. num. 3. ff. de iniur. & in l. Meuius §. duobus nu. 24. de lega. 2. & Soci. in l. certi condictio in princip. ff. si cer. pet. nisi in ijs posterioribus locis intelligas Bart. & Socin. loqui verè & proprie loquendo, secus vero large & improprie, quia tunc procedunt primo dicta quod delinquens dicatur naturaliter obligatus, vt dictum est, & dicit ipsemet Bart. in dict. l. fin. ff. de iniur. imo & quod plus est ex parte ipsiusmet offensi consensus datur, secundum Salic. in l. cũ quis columna. 3. C. de iur. & fac ignor. & Orosciam, in dict. l. ex hoc iure numer. 66. col. 38. & melius in d. §. decem, num. 5. col. 837. nam licet offensus in hoc non consentiat vt offendatur, consentit tamẽ vt offendens pœna legis puniri debeat, nã & quod naturali illa æquitate obligentur quæ maleficia puniri dictat. l. locatio. §. q. illicite. ff. de pub. & vect. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquili. nec dubium est obligari, secundum Orosc. in. d. nu. 5. ex text. in l. si à reo. §. illud. ff. de fideiuss. l. non solum. §. iniuriarum, vbi Bart. ff. de iniur. Bal. in auth. adhæc, colũ. 4. C. de vsur. cum ergo consensum, quilibet is sit, demus in delinquente, & obligationem nõ solum ciuilem, verum & naturalem pro pœna, debitoremque pœnæ hoc modo constituamus, tex. ille in illa. l. 1. tit. 16. lib. 8. infr. de debitore remittendo loquens, de debitore ex delicto intelligendus est, non vero de debitore ex contractu, prout aliqui & malè intelligebant, verba enim legis etiam, si necesse fuerit, impropriè intelligenda sunt, vt euitetur iurium correctio, & quod ita sit patet ex verbis sequent. illius legis. 1. ibi, donde delinquieron, igitur in delicto loquitur, præsertim quia nisi hoc modo lex illa. 1. intelligatur, in illo verbo, deudores, lex. 2. illiusmet tituli & libri immediate sequens superflua esset, nam cum lex illa. 2. loquatur quoties debitores ex cõtractu cum bonis aufugiunt, secundũ Auen. vbi supr. d. tit. de exceptiones, nu. 11. vers. tertio facit, merito dicendum est. l. illam. 1. antecedẽtẽ, de debitore ex delicto non vero ex contractu loqui, aliàs enim non esset necessaria dispositio dictæ. l. 2. de debitoribus fraudulenter cum bonis

fugien-

fugientibus disponentis, & hunc credo verissimum illius.l.1.intellectum, vt euitetur iurium correctio, reiectis intellectibus de Auenda. nimis enim supplent literam illius.l.1. & hac de causa mihi persuadeo fuisse, in litera illius.l.1. in hac nostra recopilatione omissa verba contexturæ antiquæ, ex quibus Auenda. se fundabat, & anxius reddebatur & perplexus, ibi, para que dellos se haga justicia a las ciudades villas y lugares donde delinquieron o fizieron la deuda e contrato, quæ quidem verba ex proposito in contextura nostræ recopilationis omittuntur, vt cessent perplexitates & legum contrarietates & correctiones, si in contractibus lex illa.1.loqueretur, & sic cessat intellectus Auendañi, & hic meus tanquam verissimus est tenendus, & quamuis doctor noster Guterrius, in dict. tractat. de iuram. confirm. part.3.capit.16. num.2. aduerterit verba illa, o fizieron la deuda e contrato, esse in nostra recopilatione omissa, non tamen hunc intellectum ad eam proposuit, sed transit cum intellectu Montalui, secundum quem datur maximum inconueniēs ad.l.2.illiusmet titul.16.eo.lib.8.infra scilicet quod arguitur de superfluitate lex illa.2.vel si legem illam.1.in debitore ex cōtractu intelligeres, necessario veniebat intelligenda, vt procederet in casibus in quibus de iure præsertim attenta dicta noua pragmatica de Madrid de las submissiones a las justicias, esset locus remissioni ad locum contractus, cum non sit nouum leges priores per posteriores, & è contra intelligi, maximè vt euitetur iurium correctio, ex quibus vt ad institutum deueniamus vides perplexitatem doctorum, circa qualitatem hanc clausulæ guarentigiæ in instrumentis exequendis apponendam necne, & quantumuis prima opinio sit verior & in practica receptior, secunda tamē semper mihi placuit, quam & nouissimè post hæc, quasi nos inuicem videremus reperio tenuisse Olanum, in concor. antin. verbo instrumentum, nu.32. vsq; ad.56. stylus tamen audientiæ consulo vt seruetur, apud superiores enim, qui de veritate tantum iudicant fortassis secunda practicabitur opinio sine decimæ executionis condemnatione, quam quidem decimam vt in plurimum superiores procurant partibus excusare: Posset tamen secunda hæc opinio etiam apud inferiores practicari sine scrupulo, fauore fisci, nam cum eius
57 fauore quodlibet instrumentū habeat executionem paratam, secundū Suarez.l.post rem notab.7.vers. addas aliū casum, pagin. 261.ff. de re iud. quāuis iura, quæ ad hæc allegat nō mihi satisfaciāt, loquūtur enim in debitis liquidis publicarū functionū & tributorū regiorū, in quibus exigendis de plano & absq; citatione proceditur compellendo debitores etiam non citatos, secundum Bal. in cons.434.incip. licet, vol. 3. quem refert & sequitur Maran. in prac. tit. de citatio.n.6.pag.353. eò quod debita illa liquida sunt, & negari non possunt, quo casu doctrina illa Suarez procedit, secundum Quemada, in quæstionibus fiscalibus hæreticæ prauitatis.q.9.& Baeçā, de debitore inope.c.13.n.21.& 22.& sic vltra casus in quibus iura illa loquuntur non sunt intelligenda, neq; extendenda, in illis tamē casibus sine scrupulo procedet hæc secūda opinio, quod clausula guarentigia non requiratur: vel secundo posset hæc secunda opinio procedere, si tenemus opi-
58 nionem quod clausula solita apponi per tabelliones in instrumentis, quamuis non apponatur censetur apposita, ex tex. in.l. fi.C.de fideius. quem in hoc allegant multi relati per Couar. in rubr. de testamentis 2.p.n.14. communis, secundū Minchacā relatum & secutū per Doctorē nostrum Guterriū Canonicū ciuitatē sem, in repe. auth. sacram. puberū.n.102.C. si aduersus vendi. sed de consuetudine notarij hanc clausulam guarentigiam apponant in scripturis, ergo quantūuis nō apponatur censetur apposita, & per consequens exequi poterit, secundū Guterriū in d. tract. de iura. confir.1.p.c.62.n.6. vbi & in alio casu declarat secundā hanc opinionē posse procedere, quamuis hæc de consuetudine declaratio nō mihi applaudit, & hęc pro qualitatibus scripturarū publicarū exequendarū sufficiant: alias vero qualitates ex parte exequentis requisitas, & eidē executati, in l.fi. huius titu. declarabimus Deo volente.

Ibi, [Que tenga aparejada execucion,] & quæ sint hæc supra glossa proxima diximus, & ampliationes & limitationes ad

hæc verba desumere poteris, ex dictis per Rebuff. in dict. 1. tomo, constit. Franc. tit. de literis obligatorijs, artic. 2. gloss. vnica, per totam, & sic prius examinanda est per iudicem, vt probatur in l. 35. titul. 5. lib. 3. supr. quæ vbiq; debet seruari, ex dictis per nos in rubr. illius tit. 5.

Ibi, [que no sea admittida,] ex verbis ijs quamuis alia non adessent fundaméta manifestè colligitur, non solum opponi posse executioni instrumentorum exceptiones in lege nostra contentas & declara-
59 tas, verum & omnes alias, † quæ legitimæ sunt, & intra decem dies oppositioni constitutos probari & liquidari possunt, maxima est enim differentia, an lex dicat, nulla alia exceptio possit opponi, vel quod dicat, nulla admittatur, priori enim casu nulla alia opponi potest quam in ipsamet lege expressa, secundo vero casu si opponatur exceptio aliqua debet admitti quamuis nõ sit de contentis in tali lege, secundum Imolam, ita distinguentem, in l. fin. colum. 7. versic. septimo limitat. ff. à quibus appellari. cuius sententiam ad legem nostram applicans probat Oroscius in. l. tale pactum in princip. num. 42. & 43. colum. 901. ff. de pactis, & Segura, in l. si ex legati causa, num. 83. ff. de verbo. obli. vbi eius additio alios allegat, quicquid obiter dixerit Rebuff. in. 1. tomo, const. Franc. titul. de litte. obliga. art. 1. gloss. 9. nu. 44. quasi per verbum, nõ opponatur, omnes siue legitimę siue non legitimę exceptiones in tali lege non expressæ reiectæ censeantur, per verbum vero, non admittatur, solum friuolæ & nõ legitimæ reijci videantur, prout noster text. loquitur & procedit in hoc vltimo casu, quem sic declarauit Oroscius, vbi supra, secundum quam declarationem est text. hic expressus contra Pet. de Auédan. in cap. 16. prætor. num. 4. lib. 1. asserétem nullam aliam exceptionem, quam in lege nostra expressam esse admittendam aduersus instrumentorum executionem quod est expresse contra nostrum tex. supradicto eius intellectu attento, & quoniã licet lex taxatiuè loquatur non censetur
60 casus similes & vbi est eadé ratio † excludere, ex gl. singulari in. c. sciant cuncti, de electione, in. 6. & Euerardo, in centuria locorum loco à ratione legis larga, & in loco à natura dictionum taxatiuarũ, lex q; vel statutum remouens exceptiones friuolas, non verò legitimas reijcere cẽsetur
61 † secundũ Bart. cotidie adhoc allegatũ in l. 1. §. parui refert. ff. quod vi aut clam, & ibi Addit. & Rebuf. in compen. ali. rerum ecclesiast. nu. 46. cũ. 4. seq. & iterũ in. d. 1. tom. tit. de liter. oblig. art. 1. gl. 9. n. 44. & Did. Per. hic, in verbo, ninguna, col. 1100 & Suarez dict. l. post rem, pag. 328. n. 45. in medio, vbi, nu. 48. inquit quod omnis exceptio, quæ se compatitur cum sententia, & venit admoderãdam executionem admitti debet in ipsa executionis oppositione, alias enim quasi inhumanum videretur condemnare illum in via executiua, qui stante exceptionis oppositione veniret absoluendus omnino, propterea ꝙ nõ esset exceptio illa in lege expresse permissum vt opponi posset, & ideo vera iusta & æqua opinio & in practica recepta hæc est
62 vt omnis legitima † exceptio admittatur neque per legem nostram exclusa censeatur quantumuis in ea expressa non sit, secundum supradictos DD. & Castillo in l. 44. tauri, num. 88. contra Auen. vbi supr. & contra eundé in tit. de las excepciones nu. 27. vers. & iste Domin. Rodericus, cũ pluribus seq. contra quem pro dicta cõmuni, & vltima opinione est tex. expressus in lege sequẽti, ibi, la tal o legitima excepciõ, ecce ergo quomodo lege illa atteta, quæ nostræ declaratoria est legitima quęlibet exceptio admittitur, & quę altiorẽ indaginé non requirit, sed incontinenti, vt aiũt, probari potest, secundũ Abb. in c. suscitata, de iu integ. rest. & Pal. Rub. in l. 63. tauri in fin. & verbũ, paga, nostri text. nõ solũ realem, sed & omnẽ aliũ modum etiam fictũ, per quẽ quis à debito liberatur, includit, secundũ Auen. d. n. 29. dict. titu. de excepciones, & simili modo verbũ pacto, de no lo pedir, omne aliud simile pactũ & exceptionẽ, per quæ quis à petendo remoueri posset, comprehendit, & sub eo includitur: qua de causa nihil amplius circa hęc dubitandũ, & vltra exceptiones à nostro tx. expressas, alias insuper declarabimus cotidie in practica, versatas in hunc modum.

¶ Primo igitur aduersus executionẽ petitã, postquã quis est citatus, para remate, secundũ ꝙ in. l. fi. ĩ isto tit. disponitur, pốt execu-

executatus opponere exceptionem illam, 63 cuius probatio incontinenti offertur † secundum Feli. in cap. ex parte el. 2. nu. 9. de offi. del. vbi num. 6. plura in propositũ prosequitur, & quanuis de iure in proposito nostro esset in arbitrio iudicis quando 64 diceretur † in continenti probari, vt appareret ex dictis per Menochium, de arbitrar. iudi lib. 2. centuria. 1. casu. 9. per ius nostrum regium ex l. &. l. fin. infra eo. decẽ dies constituti sunt, ex quibus poterit op-65 poni exceptio illa, quæ venit ex natura † contractus, secũdum Suarez in l. post rẽ. quæst. 1. pag. 325. num. 37. cumque ex natura contractus & secundum eius naturã sit exceptio hęc, nequis conueniatur vltra quam facere posit, secundum Auendaño in dict. titul. delas excepciones, num. 28. in medio, iure optimo opponi poterit in 66 executione † per executatum quod non potest conueniri nisi in quãtum facere potest, secundum Suarez dict. quæst. 1. pag. 329. num. 48. & Boerium, decisione. 19. nu. 9. & doctorem nostrum Guterrium, in dict. tract. de iuramento confir. 3. part. cap. 15. num. 37. quanuis contrarium & male voluerit Auẽdaño, in dict. num. 28. motus solũ cõsideratione vna scilicet, ꝙ ex legibus nostri regni, omnes peremptoriæ debent opponi intra viginti dies, si vero intra hunc terminum non opponantur amplius opponi non possunt, ex l. 1. titul. de las excepciones, supra hoc lib. 4. & ideò si in tempore illo hæc exceptio non opponatur, non poterit opponi in executione sententię: quod quidem fundamentum nihil opitulatur sententiæ & opinioni ipsius Auendaũi, media enim lucerna errauit. nego enim exceptionem hanc, ne quis cõueniatur vltra quam facere potest, esse pe-67 remptoriam †, quandoquidem per eam non finitur ius actoris, neque ius eius excluditur in perpetuum, sed potius est exceptio moderatoria & dilatoria, moderatur enim petitoris intentio vt non habeat locum nisi in quantum fieri potest, dilatatur que solutio eorum. quæ pro tunc solui nõ possunt, in tempus pinguioris fortunæ, & sic optimè venit opponenda similis exceptio executioni faciendæ, aut factæ iam, imo vltimæ subhastationi opponi poterit & sic iam iam quod sententia, de remate, pronuntiata venit cum effectu exequenda, exceptio enim proueniens ad moderãdam sententiam quando cunque opponi 68 † potest, vt in l. Nensenius. §. fin. ff. de re iud. & in l. & ex diuerso. §. fi. & ibi DD. ff. sol. mat. tradunt etiam glos. & DD. in l. 1. C. de iur. & fac. ign. & in expresso tenet Suarez dict. pagi. 329. num. 48. & Boerius dict. num. 9. & Additio Capellæ Tolos. decisi. 258. & conciuis meus Gutierrez, in dict. cap. 15. num. 37. quam obrem intrepidè contra Auendaño tenendum est, exceptionem hanc nè conueniatur quis vltra quam facere posit, tam executioni sententiæ, quam instrumẽtorum opponi posse, & eam opponens, si de iure opponentis competit, non tenebitur præstare fideiussorem de saneamiento, prout in l. fi. infra hoc titul. Deo volente dicemus.

¶ Imo & inquit D. Couar. in pract. cap. 25. num. fin. quod etiam executio trium sententiarum conformium ratione solutionis expensarum & fructuum si condẽnatus alleget, & probet inopiam ex capit. 69 Odoardus, de solutio. impedietur, † quẽ refert nouissimè posthæc mea scripta conciuis noster Guterrius, in dict. tract. de iuram. confirm. 1. part. cap. 18. num. 31. vbi sequitur Couar. contra Gom. Est tamen notandum quod hæc exceptio, nequis cõueniatur vltra quam facere posit, non habet locum quoties opponitur contra pau-70 perem † aliquem debitum suum petentẽ, nam tũc opponi contra talem non potest secundum Paul. Cast. in l. si quis. ff. de pactis, & additio. glos. in. §. itẽ si de dote, inst. de actio. Guillel. de Cugno, & Albericus, in dict. l. si quis, Bald. & Feli. in cap. dilecti filij num. 5. extra de exceptio. Hippoly singul. 99. & Guterrius in dict. cap. 15. num. 4. pro quo facit text. in argumentum in l. 41. titul. 28. part. 3. vbi probatur quod petens rem aliquam à bonæ fidei emptore, tenetur reficere expensas factas in re illa, ni-71 si victor talis & petitor sit pauper †, quia tunc non tenetur expensas illas soluere, quasi paupertas ipsa hoc operetur. Secundo non competit exceptio hæc ei, qui pro-72 pter culpam suam ad inopiam † peruenit, secundum Palac. Rub. in rep. capit. per vestras. §. 26. num. 7. fol. 101. & an huic pri-73 uilegio † renũtiari posit, tradit Oroscius

in.l.si quis credit,col.926.ff.de pact.& decisi. Capelæ Tolosa.258. vbi addit. alia adducit,quæ optima sunt ad.l.sunt personæ ff.de re iudi.&.l.1.titul.15.part.5.ponentes personas, quibus priuilegium huius exceptionis competit, ex qua quidem lege.1. notat Baeça,de debitore inope.cap.17.n. 84.solum dari hoc priuilegium inter ascẽdẽtes & descẽdẽtes, nõ verò inter collaterales,de quo infra dic am vlterius & tertio nõ competit priuilegium & exceptio nè quis conueniatur vltra quam facere posit
74 quoties agitur rei vendicatione, † secundum Bart.in.l.si constante, num. 106.ff. sol.mat.neque competit, secũdum Baeçã vbi supra,cap.8.num.20.quoties adest dolus, & alios quam plures casus & limitationes vbi non competit, desumes ex Bar.& Alex.in.l.maritum, & in.l. maritus facere
75 ff.solu.mat. Et qualiter opponenda † sit exceptio hæc & alia bona tractat Additio. dictæ decisio. Capelæ Tolo.257.Et quid inspiciatur in exigendo vel conueniendo aliquem in quantum facere potest, an quã
76 titas, vel qualitas † patrimonij, vide text. in.l.qui bonis suis decesio. bonorũ. C. & Anto.Gomez,l.9.tauri num.40.quem refert Guterrius noster in dict.cap.15.num. 10.& tradit Boerius, decisione.19.nu.7. notandumque itidem est,quod personæ illæ enumeratæ in dict.l.sunt qui.ff. de re iudi.&in.l.1.titul.15.part. 5.& in.l. fin.tit. 11.part.4.& Ant.Gomez.tom. 2.cap.15. num.52.versi.item addo. quę nõ possunt vltra quam facere possunt conueniri, possunt vti priuilegio hoc etiam si ex vendi-
77 tione bonorum † soluere posint, secundum Guterrium,dict.cap.15.num.13.& Tellium optimè,in.l.10.tauri nu.14.vbi in propositum optimam regulam annectit per ipsum videndam, nè in infinitum procedamus:inquit tamen Rebuf.in.1.tomo constit.Franc.in procemio num.91.quod nunquam vidit aliam personam ex numeratis in dict.l.sunt qui,cum sequent.quam parentem vti illo priuilegio, sed quod in totum exequebatur contra eos, & in aduocato ita asseruit Baeça, vbi supra, cap. 16.num.152.& Olanus,in concordia antinomiarum litera.A.num.76.sed falluntur,nam in nostro regno, omnes personæ
78 † enumeratæ in dict.l.1.titul.15.part.5. & in dict.l.fin.titul.11.part.4.& in.l.15. titul.10.part.5.gaudebunt dicto priuilegio,& sic pluries vidi in soceris practicari conuentis à generibus suis pro dotibus promissis,nisi soceri ipsi sint in dolo, quia scientes se pauperes amplas dotes promi-
79 serunt, † vt inquit Additio. Capelæ Tol. 258.& Pala.Rubius, vbi supra, & Baeça, vbi supra.

¶ Vlterius & secundo aduersus executionem sententiæ, instrumenti publici & confessionis in iudicio factæ, de quorum executione in hac lege agimus opponi potest exceptio Macedoniani, vel Velleiani
80 † vel vt dicem' Deo volente in.l.2.tit.3. lib.5.infra exceptio, quod sine licentia mariti vxorata mulier instrumentũ fecit, vel cõfesionẽ in iudicio dixit, vel sententia condemnata fuit, vel ad executionem eorum processum fuit, & tunc nihil aliud erit necesse probare,nisi quod tẽpore contractus erat executatus filius fami. vel vxor.coniugata.

¶ Tertio,opponi potest exceptio precij
81 † non soluti,secundum Ias.in.l.si duo patroni.§. si quis iurauerit num.5. ff.de iure iur.vbi inquit quod in pignus poterit teneri res, vsque dum pretium soluatur, & tenent in propositum legis nostræ cõmunẽ asserentes,Gregorius Lopez in.l.12.verbo,otra,titul.11.part.3.& illustris Padilla in.l. si non transactionis col.1.in princip. pag.38.C.de iur.& fac.ign.& iterum in.l. 1.num.41.eo.titul.& Didacus Perez, hic col.1083.secundum quem col.1084.& non numeratæ pecuniæ exceptio,opponi
82 poterit, † de qua exceptione late tractat Rebuffus,in dict.1.tomo consti.Fran.tit. de chirographorum & schedularum recognitione,art.2.num.10.cum sequen.& vocatur non numeratæ pecuniæ respectu
83 † contractus mutui. vt per Suarez.l.post rem,quęst.1.l.regiæ,num.24.cum.4.seq. respectu vero aliorum contractuum voca-
84 tur exceptio † rei non traditæ, vel precij non soluti,illaque non numeratę pecunię intra biẽnium opponi potest,hęc vero rei nõ traditæ,vel precij non soluti statim de-
85 bet opponi † de iuris rigore, licet de æquitate & per mille annos,secundum Rebuf. in dict.art.2.num.35.47.&.48.tunc tamen lapsis temporibus ijs, secundum Re-

buf.

bus.ibi tenebitur reus ipse probare & in se assumere onus probandi non esse numeratam pecuniam, vel rem non traditam, ex dictis per Rebuf. ibi, num. 28. & 30. & etiã si ei renuntiatum esset, ad huc tamẽ posset reus in se assumendo onus hoc probandi
86 opponere dictas † exceptiones & audiendus esset, secundum glos. por esta, in l. 9. titul. 1. part. 5. & Couar. lib. 2. vari. cap. 4. num. 3. & Anto. Gomez, tomo. 2. cap. 6. num. 7. & quanuis ipse ibidem alleget in contrarium, glos. bien ansi, in dict. l. 9. ad huc tamen ibi glos. tenet nostram opinionem, nam licet ex. l. illa. 9. valeat renuntia-
87 tio exceptionis non numeratæ pecuniæ † etiam si in eodem instrumento apponatur in correctionem cõmunioris opinionis de iure ciuili contrarium asserentis, teste Suarez, dict. quæst. 1. legis regiæ, num. 26. pa. 322. hæc tamen renuntiatio, operatur vt non teneatur creditor ipse probare numerationem, reus tamen oneratur & grauatur onere probandi pecuniam non fuisse numeratam tam intra biennium quam lapso biennio, nẽ cum aliena iactura quis locupleretur, & ædificet ad gehennam, & quãuis Rebuf. vbi supra, dicat, tũc tantum per confessionem creditoris hoc esse probandum, communiter tamen in practica vide
88 mus † etiam testibus id probari posse, quasi lapsus biennij non inducat præsumptionem iuris & de iure contra quã non admittitur probatio per testes, sed tantum per confessionem partis, sed in ducat tantum iuris præsumptionem contra quam & testibus probari potest, & optimam practicã agendi rem non esse traditam, vel pecuniam nõ numeratam ponit Rebuffus, vbi supra, num. 50. Et an possit poni creditori per reum positio, quod pecunia non fuit
89 numerata † glos. bien ansi, in dict. l. 9. tenet quod sic, & Suarez, in dict. l. post rem quæst. 3. incip. sed pulchrum, num. 5. pagi. 332. per tertium tamen non numeratæ pe
90 cuniæ exceptio in perpetuum allegari † potest, secundum Anto. Gom. to. 1. capi. 12. num. 81. & Auendaño cap. 29. prætorum num. 12. lib. 2. vbi inquit in tertij præiudicium confessionem non probare, idẽ Anto. Gomez, l. 50. tauri num. 52. limitatio. 6. vbi id vno modo intelligit & quod exceptio rei non traditæ in nostra materia admittenda sit, vltra prędictos videbis optimè discussum per Decium. cons. 421. n. 1. cum 2. seq.

91 ¶ Quarto, opponi potest nullitas † procedens ex sententia vel instrumento, quoniam ex nihilo nihil gigni potest, neque effectus executiuus produci, & contractu principali annullato, & omnia in eo contẽta annullari necesse est, vt probatur in. l. fi. ff. de consti. pecu. quibus & alijs ita tenet, glos. Fabiana. in. l. 3. §. patronum. ff. si quid in fraud. pat. & sequũtur relati per Didacũ Perez, hic, col. 1081. versi. exceptio nullitatis, vbi hanc commuunem testatur opinionem, & Auendaño cap. 30. præt. nu. 9. lib. 2. & ante tenuit Hippoly. in pract. §. vltima quæst. nu. 17. & Villalobos, in suo ærario mille com. opini. litera. E. nu. 253. cum. 4. sequent. & Mexia, in. l. de Toledo 7. fund. 2. part. num. 1. cum seq. aliquibus, & rebuf. in. 1. tomo constit. Franc. titu. de liter. obligat. art. 1. glos. 9. num. 4. vbi nu. 5. ponit practicam, & modum proponendi exceptionem hanc, & in eod. titul. arti. 2. glos. 1. num. 34. cum. 2. seq. idem tradit, & Suarez, dict. l. post rem quæst. 1. nu. 16. cum. 3. seq. pagi. 319. & iterum in titul. de los gouiernos. §. 3. per totum quæst. 4. pa. 415 & Menesius, in. l. 1. num. 30. pag. 10. C. de iur. & fac. ig. quod adeò verum est quod quanuis incidenter exceptio hæc nullitatis proponatur adhuc tunc execu-
92 tio † per eam impedietur, prout communem testatur Villalobos, vbi supra, imo & inquit Auendaño, in cap. 16. præt. col. fi. lib. 1. quod etiam post decem dies exceptio nullitatis opposita impediet executionem, quod vltimum verum intelligerem quotiescunque nullitas hæc notoria esset, ex inspectioneque instrumenti, vel proces
93 sus constaret, † ita quod nulla esset necessaria probatio ad nullitatis illius probationem, & manifestationem, tũc enim etiam post decem dies per legem sequentẽ assignatos admittetur nullitatis exceptio, prout in simili inquit Hippol. in practi. §. secunda num. 26. imo & tunc etiam contra executionem trium sententiarum conformium admittetur nullitas hæc notoria ex
94 inspectione actorum cõstans, † & impediret earum executionem prout communem testatur Ias. in. l. de pupillo. §. si opus

nume.

num.8.ff.de noui oper.nunti.quem refert modernus Gometius Leon. in sua centuria informationum iuris loco.6. num.3.& Couar.in pract.cap.25.nume.2.si tamen quantumuis in continenti posset de nullitate hac constare, esset necessaria probatio pro nullitatis illius manifestatione, tūc talis nullitatis exceptio non impediret triū sententiarum conformium executionem secundum Couar.dict.num.2.licet impediret executionem sententię vnius in rem iudicatam lapsæ, secundum Couar. dict. cap.25.in princip.dum tamen intra decem dies oppositioni per legem sequētem præstitutos opponeretur & probaretur, nisi vt dictum est, ex inspectione actorum constaret ex Hippolyto dict. n.26.& Maranta in disputatione.6.num.33.& sic declarabis glos.sententias, in Clem. 1. de re
95 iudi. † dicentem, contra tres sententias conformes, non admitti nullitatis exceptionem, quā communiter aprobari inquit Mexia in. l. de Toledo in. 4. fundamento 1.part.num.2.nam id verum nisi ex inspectione actorum constaret, prout declarant glos. illam Bal. & alij plures relati per Mexiam, vbi supra, in responsione ad.2. fundamentum, 1.part.num.52.&.54.& clarius num.26.&.27.& ante eum tradit latè Carolus de Grasallis, lib.1. Regalium Francię, iure.13.pagi.192.in paruis, versi. item facit quod voluit, à quo credo, ipsum Mexiam sumpsisse, quæ ibidē adfert in propositum, & Couar.dict.cap.25.nu. 2.communem asserens, vt dictum remanet, hæcque præsertim procedunt si nullitas hæc ex defectu iurisdictionis iudicis pronuntiantis sententiam exequendam proueniret, hæc enim quantumuis nullitates lex excluderet, non censetur exclusa
96 † nisi expresse excludatur, secundum Felin.in cap.qualiter & quando.2.§. licet autem num.15.de accusatio.& Rolan.consi. 29.num.39.lib.1.& Suarez in.l. post.rem quæst.1.legis regiæ nume. 32.pagi. 324. Alex.in.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi. ex glos.fin.in Clem.1.de seq. pos. & fruc.
97 imo & contra tres † sententias cōformes hæc opponi poterit, secundum glos.illam quam commendat Abb. in capit. licet de euitanda, nume. 1.de electio.& in capi.ex parte. el. 2.nu.6.de offi.del.communis secundū Menesium. in.l.1.num. 31. C. de iur.& fac.ig. & Anto. Gome. de delictis, cap.12.num.8.in fine, & Didacum Perez lib.3.ord.col.1276.versi. limitatur. 2.& supra diximus in.l.2.verbo.sesenta tit.17. supra hoc lib.neque obstat.l.3.infra eo.excludens omnem nullitatē, nam procedit & loquitur quoad impediendam executionem sentētiæ de remate, hæc enim sententia de remate nullo modo est impediēda quin exequatur, etiam opposita nullitatis cuiuslibet exceptione, nos vero loquimur quoad impediendam executionem petitam, ante tamen quam dicta sententia de remate proferatur, vel potest illa lex.3. limitari vt ibi dicemus, nisi nullitas sit euidens & notoria.

¶ Supra dicta tamen intelligenda sunt esse vera & procedere nisi executio petatur & fiat virtute sententiæ prolatæ à iudicibus de consilio, vel cācellaria regia per leges exequi iussę nō obstāte supplicatione à tali sententia interposita, in hoc enim casu nulla tenus eius executio impeditur per cuius libet nullitatis propositionem, secundum text. singularem in hoc in. l. 4. tit.17. supra isto lib. vbi diximus, super glos. en que ansi mismo, & est mea & noua declaratio ad supra dicta, quam videtur tenere Ferrara, in practi.in forma executionis senten.diffini.glos.1.col.2.in princ.& Montaluus, in suo repertorio, verbo sententia, per text.in Clem. vt calumnijs, de re iudi. & voluit Mexia, vbi supra, num.3. in dict. 4.fundamento.1. part. Et quæ sit notoria nullitas, diximus in dict.l.2.titul 17.supra eo verbo sesenta. Item & secundo tūc nullitas sententiæ impedit executionem, quo
98 tiescūque † allegatur intra sexaginta dies secus vero eis elapsis, secūdum textum in dict. l. 2. nisi sit de nullitatibus ibidem per me declaratis, vel nisi executio illa fieret virtute contractus, vel arbitramenti nulli, quid talis post sexaginta illos dies
99 opponi potest, † nam cum nullus sit contractus, vel instrumentum virtute cuius fit executio, & dicta. l. secunda, loquatur tantum circa sententiæ nullitatem, merito quod licet dies illi labantur, opponi de nullitate contractus, vel instrumenti posit, prout in fortioribus terminis asserit Auendaño, in dict. titul. de las

exceptiones, num. 58. Ex quibus notandum est quod omnis exceptio nullitatis
100 † vndecunque prouenens siue abstatuto siue à iure communi opponi potest, prout in simili inquit Carolus de Grasallis lib. 1. Regalium Fran. iure. 13. pag. 191. in paruis, dum tamen secundum eum altiorē indaginem non requirat, sed in continenti probari possit, & dicitur in continenti intra decem oppositionis dies à lege. 3. infra eo. assignatos.

¶ Potest iterum & quinto contra executionem opponi error confessionis in in
101 strumento † executato contentæ, reuocando errorē illū, putà q licet ibidē cōfessus fuerit executatus ipse tantum, vel tale quid recepisse vel factū fuisse in effectu & veritate non recepit, & per errorem confessus fuit in instrumento recepisse ideò petit executionem contra ipsum factam reuocari & declarari nullā, quoniā ipse errorem suum reuocat, nam quanuis confessio ex instrumēto præsentato in iudicio resultans reuocari non possit prętextu etiā
102 erroris, † vt per Menesium in l. error. n. 23. cap. de iur. & fac. ig. ex Innocen. in cap. cum olim, nu. 6. de censibus, id tamen verum est quoties directè instrumentum illud guarentigium reprobaretur, & destrueretur, si similis reuocatio confessionis sub eo contentæ admitteretur, secus tamē si indirectè reuocetur confessio illa dicto modo erroris, nam tunc bene admittitur
103 † similis reuocatio, secundum Anto. de But. in dict. cap. cum olim num. 20. de censibus, & Cumanus. consi. 160. Ioānes & Gerardus, & sic intelliges Rodericū Suarez in l. post rem. 3 notab. nu. 12. in princ. simpliciter & indistinctè dicentem quod potest reuocari confessio ex instrumento resultans; & probato errore potest optimè reuocari confessio ex eo resultās, quicquid dicat Innoc. vbi supra, prout asserit, Octauianus, in decisione Pedamontana, 29. num. fin. vbi nu. 11. & 40. refert Innocentium, & tenet contra eum, sed dicto modo hæc declarando neque Innocētius reprobandus est, neque Suarez, indistinctè intelligendus.

¶ Sexto, opponi potest per fideiussorē executatū, quod cedatur ei actio per exe-
104 quentem contra principalem † debitorem pro quo fideiussit, & quod ostendatur principale debiti instrumentum, quia debet quis ostendere se creditorem, neq; sufficiet id demonstrare per sententiam latam contra debitorem, & nisi cessio tunc fiat, putà quia fieri nō potest, eò quod procurator executantis non habet mandatū sufficiens ad cedendum, neque executio, vel saltim vt melius loquar, vltima subhastatio, & sic remate fieri poterit, secundū Suarez, in dict. l. post rem. 4. quęst. l. Regię incip. visum est supra, num. 6. pagi. 335. & ante eum Alex. in l. sciendum num. 10. ff. de verbo. oblig. & in. l. vti fideiussor. ff. de fideiussor. & Pau. in l. nomē. C. de hęr. vel ac. ven. Gregorius in l. 11. verbo contra titul. 12. part. 5. quod amplia procede-
105 re etiam si per fideiussorem, hunc esset † renuntiatum cum iuramēto beneficio de fideiussoribus, secundum Oroscium in l. nisi hoc actum. ff. de pactis, col. 847. versi. 2. nisi secundum eos beneficio cedendarū
106 actionum renuntiatū sit, † & supra dicta etiam in propositum affirmat Rebuf. 1. to consti. franc. titul. de liter obli. art. 1. glof. 9. num. 40. opponiturque, secūdum Orosci. vbi supra, exceptio hæc per fideiussorem antequam soluat, quid tamen si post solutionem, distiguent ibi per Oroscium, septimo & contra executionem opponi poterit exceptio inuentarij confecti si hæ
107 res † cum beneficio illius acceptans executetur pro toto debito & in solidum, cū & alij adessent hæredes, non enim potest vnus ex hæredibus amplius exequi quam pro eo quod à defuncto habuit si inuentarium confecit, quantumuis nanque de iure habeamus executionem posse peti con
108 tra hæredē obligati † instrumēto executiuo, ex tx. in l. miles. §. fi. ff. de re iud. actiones eum & ad hæredes & in hæredes trāseunt, vt per totū titulū. C. vt actio. ab hær. & cōtra hær. incip. & defunctus & hæres vna & eadē persona reputantur, & ideò idē ius de vtrisq; est statuendū, prout ijs & alijs optimè fundat hanc conclusionē Rebuf. in. 1. tomo consti. Franc. titu. de lit. obliga. art. 3. glof. 2. per totum, & Suarez. l. post rem, extensione. 1. per totā, pagin. 277. cum seq. aliquibus, & facit text. in l. 24. in fi. titul. 13. part. 5. hæc tamen licet ita se habeant, non tamen potest vnus ex hære-

hæredibus conueniri pro toto debito sed tantum pro rata & portione hæreditaria,
109 † quã à defuncto habuit, ex tex. & materia in. l. pro hæreditarijs. C. de hære. actio. tradit Anto. Gomez, tomo. 2. cap. 10. nu. 3. cum. 2. seq. pro parte enim, quam habuit à defuncto eum repręsentat, vt per Anto. Gom. ibi & Ias. per tex. ibi in. l. eum quiita. §. te & titium. ff. de verb. obli. 1. notab. fo. 83. Paul. in. l. 1. §. sed vt manifestetur. C. de cadu. tollen. & sic hæres vniuersalis, vel plures hæredes tantum pro eo. quod habuerũt à defuncto. exequi possunt, & hoc
110 dum tamen inuentarium confecerint, † secundum Suarez. l. quoniam in prioribus amplia. 10. numer. 10. &. 16. C. de inoffi. test. & Rebuf. vbi supra, art. 8. glos. 2. n. 8. est tamẽ verũ quod si vnus ex hæredibus cõueniatur hypothecaria vel actione reali
111 ad rẽ in solidum cõueniri potest, † secũdum Suarez, dict. l. post rem limi. 1. legis regiæ in cip. y que las cumplades, num. 14. pagi. 293. & iterum in dict. l. quoniam in ampli. 7. num. 8. pagi. 39. vbi inquit quod tunc nõ potest contra te opponi quod excutias prius alios cohæredes: hæc que vera sunt adeò quod in executione sententiæ potest opponi exceptio inuentarij confe-
112 cti post rem iudicatam, † nam cum non perimat sententiam, sed intra certos limites eam contineat, quandocunque etiam post rem iudicatam opponi potest, secundum Bart. in. l. cum fidei commissum nu. 1. ff. de confessis, & hæc est communis & tenenda secundum Menesiũ in. l. 1. num. 40. C. de iur. & fac. igno. quicquid contrarium teneant aliqui & cõmunem asserant vt ibi per eũ. Sed est quæstionis vt clarius dicta elucidentur, num executio instrumenti fiet contra hæredem inuentarium
113 conficientem, † & Bart. in. l. scimus. §. in computatione, num. fin. C. de iure de lib. dicit quod non, quem refert Auendaño, in pręsenti sub dict. tit. de las excepciones, num. 25. quod verum intelligo vt exequi iste hæres non possit vltra vires hæreditarias, secundum text. in. l. fi. & ibi Sali. in. §. si verò & ipse in fine. C. de iure delib. quẽ sequitur Socin. in. l. si decesserit col. 2. ff. qui sat. cog. alias enim si indistincte Bar. vbi supra, intelligeretur ita quod neque intra vires hæreditarias exequi posset hæres, verum non diceret, & cõtrarium tenebat Ias. in. l. cum filius fami. num. 11. ff. de verbo. obli. & Suarez, in dict. l. quoniã in prioribus, ampli. 10. n. 10. &. 16. & iterũ in. d. l. post rem ampli. 1 & Rebuf. in dict. art. 8. glos. 2. num. 8. & Antonius Gomez. l. 64. Tauri, num. 5. & Dueñas, regul. 277. in princip. & limi. 7. & Auendaño, vbi supra, nu. 24. in fine, vbi inquit ita communiter DD. tenere scilicet quod exequi possit hæres cõficiens inuẽtarium intra vires tamẽ hæreditarias, & sic videmus cotidie practicari, fit enim contra hæredem executio, siue inuentarium fecerit, siue nõ, ita quod inuentario facto per eum non exequitur vltra vires & portiones hæreditarias, eo tamen non facto in solidum executio fiet & si bene inspiciatur Bart. in dict. §. in computatione non tenet contrarium, sed hoc idem potius, nam Bart. ibi non negat quin in hæreditarijs bonis hæres exequi possit, sed tantum quod in suis proprijs bonis hæredis executio locum non habeat, nè in debite hæres damnum patiatur, si inuentariũ fecit hoc enim operatur inuentarij beneficium. Sicut & operatur quod talis hæres inuentarium non conficiens capi poterit
114 & incarcerari † executione facta, sed si fecerit inuentarium capi nõ poterit prout in. l. fin. infra eo. in glos. sea preso, dicemus Deo annuente, & in casu in quo hæres hic capi non potest, neque incarcerari, per cõsequens non tenebitur hęres talis pręstare fideiussionem securitatis, quæ vocatur, de saneamiento, tenebitur tamen tunc præstare fideiussionem de non transportãdis bonis mobilibus aut se mouentibus in quibus executio facta fuit, alias bona hæc penes tertium depositãda sunt, prout in dict. l. fin. in glos. confianças, dicemus, & fundari possunt hæc ex dictis per Rebuf. in dict. 1. tomo consti. Franc. titul. de sent. executo. art. 1. glos. 16. num. 38. cum seq. aliquibus, sed quid si defunctus hæredem instituat alibi commorantem, vel non reliquit nisi bona mobilia, quæ per hæredem
115 vendita sunt, quid tunc fiet, † tradit optimè idem Rebuf. in eo. tomo. 1. titul. de liter. oblig. art. 8. glos. 3. num. 4. &. 5. vbi & art. 9. glos. 2. num. 4. cum. 2. seq. mouet & quæstionem aliam scilicet, si duo litigant super hæreditate Titij, in quẽ fiet execu-

116 tio, † & nume. 7. cui eorum tunc soluetur debitum hæreditarium: Est tamen notandum, quod intra nouem dies à morte
117 defuncti non potest contra hæredem † fieri executio, licet posset cogi satisdare si timeretur de fuga, vt ex l. 13. titu. 9. par. 7. notat Villacaça, de debitore inope. cap. 1. num. 21. in fine, meliorem tamen legem inuenies, in l. fin. titul. 13. part. 5. imo & sunt qui dicunt quod neque intra tempus conficiendi inuentarium, de quo in dict. l. fin. infra in glos. dicto preso, latius dicemus, & requisitum vt contra hæredem executio
118 locum habeat, † ponit Rebuf. in dict. tit. de lit. oblig. art. 8. glos. 1. per totam sed tamen non requiritur illa requisita, sed sufficit demonstrari executatum esse hæredem debitoris obligati in instrumento guarentigio, vt inquit optimè Suarez, in dict. l. post rem, ampl. 1. ad l. regiam num. 4. dum sequi pagi. 278. Sed an contra hære-
119 ditatem iacentem † poterit peti executio pro debito defuncti vi eius instrumenti alicuius de debito illo à defuncto cōfecti, vel sententiæ contra defunctum latæ in rē iudicatam lapsæ, & dicendum est quod sic petito prius & prouiso de curatore hæreditati illi iacenti, & eius bonis secundum tenorem & formam descriptam à glos. ita tenente in l. 12. in glos. fin. titul. 2. part. 3. quod tamen vt intelligas, ne erres, quoniā Bald. in l. 1. C. communia de lega. num. fi. & iterum in rubric. C. de succes. edic. & ibi eius Additio num. 4. litera B. tenent cōtrarium, imo quod executio in bonis vacātibus fieri non possit, aduertere debes, non enim semel vidi de hac dubitari quæstione & aliquando distinxi, quod si institutus ad hæreditatem illam erat extraneus, poterat peti executio contra hæreditatem iacentē prouiso prius curatore ad litem, eò quod tunc hæreditas ipsa iacens defunctum repræsentabat, & in illum hæredem extraneum nullum ius continuabatur, si vero talis hæres institutus ad hæreditatem illam per defunctum debitorem esset filius constitutus sub testatoris potestate, & sic suus & necessarius, in quem continuatur dominium defuncti & omnia iura in eum transeunt præter quam possesio, tunc non posset prouideri de curatore, vt executio peteretur, & fieret, nisi prius citato hærede illo suo & necessario, in potestate eius, eo suo existente & relicto hærede non dici-
120 tur hæreditas † iacens, secundum Bald. ex glos. ibi verbo successerint in l. cum hæreditas. C. depositi, & glos. hæreditatem, in l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hære. instit. ibi quia post mortem statim est hæres etiam si non adeat, quas glo. & iura ad hoc allegat concius meus Doctor Gutierrez, in repet. §. sui num. 98. inst. de hær. qual. & diff. vbi cum pluribus numeris seq. prosequitur quæstionis huius declarationem & videbatur hæc probabilis distinctio, verum tamen quia secundum communiorē & veriorem opinionem, secundum Doctorem Gutierrez vbi supra, num. 109. & Anto. Gomez, tomo. 1. cap. 9. nu. 17. suis etiam competit beneficium abstinendi, & ideò si in processu non constiterit de immistione, etiamsi de abstentione non appa-
121 reat, filius absoluitur à petitis, † & per consequens secundum Gutierrez, vbi supra num. 107. optimè potest dari curator hæreditati iacenti, dicendum est pro determinatione nostræ quæstionis, nullo modo contra hæreditatem iacentem habere locum executionem, nisi hæreditati ipsi prius de curatore ad litem & sic de defensore bonorum prouideatur, tuncque locū habere prouisionem hanc dicendum est, quotiescunq; hæres hic, sit extraneus siue filius, prius monitus est per iudicis iussum ex officio, vel ad creditoris petitionem, vt acceptet vel repudiet intra duos aut tres dies, alias quod elapsis ijs diebus, prouidebitur de curatore & defensore bonis hæreditatis illius iacentis, cum quo executio & lis prosequatur, nam quamuis ius adeū-
122 di & immiscendi duret triginta annis †, ex glos. per text. ibi in l. licet. C. de iure delib. & ibi DD. communiter teste Gutierrez, vbi supra, num. 108. neque secundum eum ibi num. 109. & glos. alomenos, l. 2. titul. 6. part. 6. & D. Padilla, l. si emancipata num. 43. C. de iur. & fac. ig. quia non sunt præcipitandi hæredes, ex l. 4. §. largius. ff. de succes. edicto, & terminus ille triginta annorum abbreuiari non poterit, tamē ad hunc effectum, vt hærede illo nō acceptāte neque repudiante in termino ei ad hoc assignato, detur & prouideatur curator defensor hæreditati iacēti, qui respondeat

omnibus

omnibus interesse petentibus & defendat hæreditatis bona, optimè terminus illorũ triginta annorũ abbreuiari põt, & quoad hoc habebitur hæres ille pro acceptante aut repudiante in eo, quod sibi deterius
123 fuerit, † secundum Bar. in l. [illegible] n. 5. ff. de acqui. hær. quia contumax semper interpretatur in id quod contumaci est de
124 terius. † & aduersario vtilius, secundũ Bart. ibi & Paul. in rubr. ff. de success. edic. & Benedictus, in repet. capi. Raynuntius, verbo & vxorem nomine Adelasiã, præludio. 4. nu. 154. de testam. quicquid Iass. in dict. rubric. de success. edicto. C. aliud velit, quoad hoc verò vt hæres ille in totũ remaneat exclusus à iure adeundi per lapsum illius breuis termini, nullomodo potest dicta doctrina procedere, neque possunt illi triginta anni abbreuiari, ideò aduerte vt scias intentare & petere contra hæreditatem nondum aditam, quę iacens dicitur, debes enim petere prius requiri hęredẽ ex testamento aut ab intestato existẽtẽ an velit adire aut repudiare & terminũ adhoc ei assignari, alias quod eo elapso habeatur pro acceptãte aut repudiante in eo quod sibi deterius & tibi vtilius fuerit, alias quod ponetur defensor, vt inquit Bar. in l. si diu. ff. ex qui. caus. in poss. eatur, & Bald. in rub. C. de edicto diui Adri. tollen. & ita licet non ita clare tenet glos. per tex. ibi in l. 12. in glos. fin. titul. 2. part. 3. & post hæc mea scripta, vt dixi declarauit optimè conciuis meus Gutierrez dict. q. sui num. 98. vsque ad. 111. vbi hanc verissimam & communem resolutionem testatur, & nos ambo sic in practica habuimus & allegauimus & obtinuimus, & sic cotidie in practica recipitur.

¶ Octauo & eodem themate retento, opponi cõtra executionem potest contractum virtute cuius executio petitur inuti
125 lem continere stipulationem, † quo casu non meretur executionem, cum lex nostra non solum guarentigiam clausulã, verum & contractus substantiam consideret, secundum Suarez, in dict. l. post rem, pagi. 317. num. 7. & ideò exceptio, secundum eũ ibi pag. 319. num. 16. resultans ex
126 inhabilitate contrahentium † opponi potest, & Maranta, in disputatione. 6. nu. 33. imo & ex inhabilitate partium executantis aut executati non legitimam perso
127 nam habentium comparendi † in iudicio, putà quia minores aut furiosi, poterit annullari executio, si de curatore ad litem prouisi non fuere, vt inquit Felinus in cap. ex parte. 2. col. 3. de offi. deleg. quem & alios adhoc refert Carolus à Grassalio lib. 1. Regalium Franciæ iure. 13. versi. item facit, pagin. 194. in parua, & idem si mulier coniugata pro debito contracto ante matrimonium, eo durante conueniatur in iudicio, & exequatur sine licentia mariti, vel iudicis marito sine causa nolente eam præbere.

¶ Nono, opponi potest exceptio com
128 pẽsationis † quantitatis liquidæ, vel intra decem dies oppositionis liquidandæ, nam loco solutionis habetur. l. amplius non petit. ff. rem rat. hab. cum traditis in cap. ad nostram. 1. de iureiur. & hanc opinionem tenent Bart. Bald. Alex. & alij plures relati per Didacum Perez, hic col. 183. vbi hanc absque dubio tenendam sententiam existimat, quam & tenet Auendaño, in dict. tit. de las excepciones, num. 29. versi. item cõpensatio, & Rebuf. in dict. tomo. 1. consti. Franc. tit. de literis obligatorijs, art. 1. glo. 9. num. 39. & Gregorius Lopez, per tex. ibi in l. 20. titul. 14. part. 5. in glos. fin. & Doctor noster Gutierrez, in suo perutili tract. de iuramento confirmat. 3. part. cap. 6. num. 2. & Sebast. Medicis in tract. de cõpẽsat. quæst. 25. num. 2. & quæst. 31. nu. 9. partis. 2. quod in tantũ verum dicit Auẽdaño, vbi supr. ex Matthęo Afflictis, decis. 121. quod quamuis iuramentum sit factũ de non opponendo, adhuc potest opponi compensatio, nam quæ debent fieri officio iudicis nobili nõ censentur exclusa, id tamen dubio carere non censeo, nam cum iuramentum hoc possit seruari sine interitu salutis æternæ absque dubio seruandũ est, & quotiescunque adest iuramentum
129 de soluendo non admittitur † compensatio si debitor non est paupertate excusabilis, secundum Matth. Afflict. decis. 163. num. 4. & Couar. in cap. quamuis pactum 1. part. §. 4. num. 9. fol. 33. & hæc est communior & verior opinio & in iudicando & consulendo cum canonistis tenenda, secundũ doctorem Gutierrez, in dict. cap. 6. num. 3. cum seq. & Medicis, vbi supra.

1. par.

1. part. quæstione. 25. vbi numero. 21. po-
nit concordiam, & in sequent. numeris,
imo quantumuis sit facta petitio absolu-
tionis illius iuramenti, si antequam conce
130 datur venit dies solutionis, i. soluendũ
est sub pœna periurij, secundum eundem
Afflictis, decis. 30. numero. 5. & si hæc ve
ra sunt & tenenda, igitur neque iudex ex
officio suo poterit admittere exceptionẽ
talem quoties adest iuramentum, nam si
parti non licet, neque iudici, officium enim
iudicis in locum partis succedit, & ideò
doctrina illa Afflictis, secuta per Auenda.
non est tenenda, sed vereor ipsum Auen-
danium, allucinasse in allegatione illius
decisionis Matth. Afflict. nam Matthæus
ipse in illa decisione. 121. non solum non
dicit id ad quod eum allegauit Auendan.
verum ipsemet Afflictis, inquit ibi in nu-
mero. 5. non interfuisse ibidem iuramen-
tum aliquod & sic nihil in contrarium di-
ctæ communioris opinionis tenet ibidem
Afflictis, si bene perpendatur, & hanc
communiorem tenendo limitatur primò
131 nisi adesset paupertas † ea enim stante
admittitur compensatio nõ obstante iu-
ramento, secundum Afflictis dicta decisi.
163. & Guterrium, vbi supra, numero. 8.
& Medicis, vbi supra, numer. 24. secun-
do admittetur compensatio non obstan-
te iuramento, quoties talis compensatio
est intrinseca, vt quando fructus cum sor-
132 te compensantur, † sicut & videmus,
quod quamuis excommunicatus nõ pos-
sit opponere compensationem, secun-
dum tradita in decisione prima, Capellæ
Tolosanæ, & ibi eius Additio. & hæc est
cõmunior: secundũ Sebast. Medicis, in de
cõpensatio. alias est, secũdũ Tyndarum,
in tractat. de compensat. num. 24. tamen
si secundum Additionem Marginalem, il-
lius decisionis. 1. Tolosanæ, cõpẽsatio est
133 intrinseca, † tunc optime opponi potest
per excommunicatum, putà quãdo com
pensantur fructus cum sorte, ex Bald. in
cap. cum inter. num. 5. extra de exceptio.
& sic eadem ratione quoties iuramentum
adest de non opponendo admittetur ta-
lis compensatio intrinseca. Aliam limita-
tionem desumes ex Capitio, decisi. Nea-
polita. 167. & aliam ex decisione Peda-
montana Octauiani Cacherano. 92. nu-
mero. 33. & 34. & num. 35. aliam tenta-
uit limitationem apponere, & per totam
illam decisionem latissimè examinat di-
ctas opiniones cõtrarias canonistarum &
legistarum, in casu tamen quo compensa-
tio sit admittenda, debet esse de liquido,
vel liquidando intra decem dies oppositio
134 nis, cum paria sint esse liquida vel breui †
tempore liquidanda. l. aufertur. §. per com
pensationẽ, & ibi Bart. ff. de iure fisci, quẽ
refert & sequitur dicitque comuniter ap-
probatum Alex. consi 93. & duobus seq.
vol. 4. & Octauianus in dict. decisi. 92. n.
36. cautelam tamen vt compensatio de il
135 liquido † admittatur, vide per Cepola,
cautela. 83.

¶ Decimo itidem opponi potest cõtra
executionem, quod instrumentum illud,
cuius virtute facta & petita est executio
136 caret solemnitate requisita † vt exequi
possit, vel vt valeat, secũdum Suarez, dict.
l. post rem quæst. 1. sed pro euidentia, nu.
30. & 31. pag. 323. ff. de re iudica. & Re-
buf. in dict. titu. de liter. oblig. artic. 2. glo.
1. num. 36. & Carolus de Grassallis, lib. 1.
regal. Franciæ, iure. 13. pag. 190. in paruis
vbi in pag. 191. hoc & benè, intelligit, quo
ties tale instrumẽtum est defectiuum cir
ca substantialia, & hac de causa in princi-
pio huius legis non sine mysterio descrip
simus qualitates requisitas in instrumẽto
publico, imo & quod plus est, quod in-
quit Suarez vbi supra, numero. 35. quod si
negetur instrumentum illud esse publi-
cum, minimèque factum fuisse à tabellio-
ne publico & numerario, non fiet execu-
tio, vel vt melius loquar. sententia de rema
137 te † non pronuntiabitur, nisi compro-
batum exstiterit tale instrumẽtum esse au-
thenticum & tabellionem illius publicum
& numerarium, & quod eius scripturis fi
des dabatur, non enim debet esse dubium
super instrumento, pro quo ipsemet Sua-
rez, in ea. l. post rem, quæst. 6. quia supra,
num. 23. pag. 345. plura similia in corro-
borationem adducit, & idem quod ipse
tenet Auend. in dict. titu. de exceptiones
nume. 26. vers. ideóq; illud, & Rebuf. vbi
supra, art. 1. gloss. 8. in fine, & fuit Bart. &
aliorum relatorum per Mexiam, in l. de
Toledo, in responsione ad. 2. fundamen-
tum. 1. p. nu. 25. & nullũ allegando tenet

Didacus Perez.l.2.titulo.5.libr. 2. ordin. quæst. 10. col. 434.& pro hoc est clara l. 115.titu.18.part.3.vbi Glossator Gregorius, hæc optimè declarat, & intelligit vt locum habeant, nisi talis tabellio sit notus.
138 vel adsint aliæ † subscriptiones aliorum tabellionum affirmantium illum coram quo instrumentum illud confectum fuit, esse publicum tabellionem, vel sigillo aliquo publico sit signatum instrumentum tale, quia tunc nulla erit testium comprobatio necessaria, secundum doctrinã gloss. sæ cotidianæ & communiter approbatæ in auth.de tabellio.§.nos autem, verbo ipsis, collatio.4.& probat text.in.l.114.tit. 18.part.3.& optimè Boerius, decisi.154. num.4. cum. 2. sequent.vbi allegat optimum consilium Pauli Cast.in materia hac literarum testimonialium, vel nisi ad petitionem illius, in cuius fauorem instrumentum illud confectum fuit, iudex loci de-
139 clauerit † illud esse instrumentum authenticum & secundum loci consuetudinem factum, quia neque tunc requiretur alia eius comprobatio, dum tamen declaratio illa sit in fine ipsius instrumenti affixa post signum tabellionis, & ad pedem instrumenti, vt aiunt, quod pro cautela tradit Rebuff.in dict.titu.de liter. oblig. arti. 1.gloss.7.num.8. pag. 65. vel nisi tale in-
140 strumentum esset † multum antiquum, secundum gloss.non deue, dict. l. 115.& Anton.Gomez.l.45.tauri, numer.87.& Boer.decisio.36.num.10.vel nisi esset de longinquo missum, & tractaretur de modico præiudicio, secundum gloss.probado, in ea.l.115.& Boer.dict.decisio.154. nume.4.& Ias.in repeti.l.admonendi, nu. 208.ff. de iureiuran.nam in nullo horum casu requiretur comprobatio testium pro instrumento illo etiam si negetur esse authenticum.

¶ Vlterius & opponi poterit instrumẽ-
142 tum † illud esse simulatum, nam cũ instrumentum tale, instrumentum non sit, secundum Bald.in.l.fin.§.in computatione, col.fi.C. de iure deliber. opponi poterit talis exceptio simulationis, secundum eundem Bal.in.l.cum precibus, post prin. C.de probatio.& plures relatos, per Mexiam, vbi supra, num.3. & 4.vbi ad nostrã legem applicat, & Rebuf.in dict.tomo.1. titu.de lite.oblig.art.1.glo.9.num.23.& Auendan. in dicto titul. de exceptiones, num.31.

¶ Sed an obstabit executioni & opponi poterit, quod super eodem debito & ne-
143 gotio prius actum est via ordinaria, † prout cotidie videmus in practica dubitari, & sic quod lis pendet per viam ordinariã prius electam, & præmitto prius quod etiam per solam citationẽ emanatã ad instantiam actoris dicitur litem pendere, secundum glo. in cap. vt debitus, de appell. notat Afflictis, decis. Neapoli. 220.num. 13. quo præmisso solet in hac quæstione ab aliquibus distinctione procedi, scilicet, quod aut via hæc ordinaria fuit per reum debitorem intentata priusquam executio per creditorem peteretur, putà, quia debitor ipse voluit præuenire executionẽ petendo contra talem contractum à se factũ in fauorem Titij competere sibi exceptionem talem, prout petit declarari, & petere potest, secundum Auend.in dict.tit.de exceptiones, num.50.in fin.& Anto.Gom. tom.3.cap.1.num.20.& Didacum Perez late in.l.1.titu.8.lib.3.ord. col. 997. cum sequen.& tunc non impeditur via executiua, vel si peteret reus per viam ordinariã
144 rescindi contractum, † hoc enim non obstante fiet eius executio, si petatur per creditorem exequi instrumentum publicum super contractu illo confectum, secũdum Rebuf.in.2.tom. constit.Franc.titu. de rescisi.cont.artic. 1. glo. 5. nu.7. relatum, & secutum per nostrum Doctorem Guterrium, in tract. de iuram.confirm.1. part.cap. 2. num. 29. vbi inquit cum Rebuffo, quod tunc præstanda est cautio ab exequente, si cõtractus rescissus fuerit, de
145 restituendo accepta, † vide Rebuff. ibi per eum allegatum, & tenet Afflictis, decisione. 30. aut vero per creditorem est prius ordinaria via intentata quam deueniatur ad executiuam, & tunc quia ordinaria via petendo sese præiudicauit in executiua, non poterit post viam executiuam intentare, nisi cum viam ordinariam intentauit protestatus esset, quod non intendebat viæ executiuæ præiudicare, alias enim si simpliciter peteret via ordinaria censetur viæ executiuæ renuntiare, ex glossa, in. l. proinde. §. notandum,

dum glo. fi. in fi. ff. ad l. Aquiliam, & ex dictis per Roma. consi. 134. quam sic allegando opinionem tenet Maranta, in disputatione 6. numero. 24. & Burgos de Paz, consil. 59. num. 7. volum. 1. & notissime Doctor Molina, de primogenijs Hispaniæ in additionibus ad finem operis positis, in annotatione ad capit. 13. libri 3. num. 31. sic declarando Innocen. in capit. cum in iure, de offic. delega. & l. fin. C. de ordin. cogni. probantem, quod iudicium ordinarium prius intentatum non impediat quo minus executiuum ordinario pendente intentari possit, vt tenet scriben. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. nam id verum intelligit ibi Molina, quoties ordinarium à debitore intentatum fuit, secus vero si à creditore, nam tunc impediet, & pro hac opinione allegat dicta per Suarez in dict. l. post rem, in fine repetitio. numero. 2. cum sequent. & faciunt tradita per Matthæum Afflictis, decisione 30. numer. 1. hæc tamen opinio Marantæ & Molinæ, quamuis tenenda esset in hoc. 2. membro distinctionis, scilicet creditore petente prius ordinaria via, limitatur aliquibus modis, primo nisi dicta protestatio facta
146 sit † in viæ ordinariæ petitione, quod per eam non intendit viæ executiuæ renuntiare, vt tenet Alexand. in consilio. 130. numero. 12. & 13. volum. 4. & ibi Additionatores. Secundo limitatur, nisi illa via ordinaria sit tanquam præambulum
147 † ad executiuam, putà quoties contra hæredem debitoris est petenda executio, vel contractus est conditionalis, petendo liquidari esse hæredem, vel impletam cōditionem, tunc enim quamuis protestatio omissa sit liquidatione facta exequi poterit instrumētum, tertio limitatur nisi reus ipse ordinaria via conuentus per credito-
148 rem resisteret contumaciter solutioni, † quia tūc ad executiuam reddi potest, quātumuis protestatio non fuisset facta, secūdum Plateam, in l. nemo, versic. tertio colligo. C. de exactori. tribut. libro. 10. nam quantumuis inceperim vnum iudicium contra vnum, si ille est cōtumax, possum idem incipere in alio contra eundem, secūdum Bart. in l. quamuis, numero. 7. & 8. fol. 33. ff. de damno infecto, & Alexand. in l. 4. numero. 4. ff. de re iudic. Barto. & DD. in l. sepulchri. ff. de sepult. viol. & Abb. in cap. dilecti, num. 10 de foro compet. Felin. in cap. ex tenore, num. 5. de rescriptis, vbi idem esse inquit si contumacia ex parte iudicis nolentis prouidere proueniret. Quarto limitatur dicta opinio, vt nō procedat quoties iudex ipse compelleret creditorem agere via ordinaria, & creditor ipse non consensisset expresse, sed po-
149 tius sub protestatione contradictionis † ageret, tunc enim optimè posset postea executiuam viam intentare, imo etiam si creditor non contradiceret, non tamen consentiret expresse iudice procedente via ordinaria nomine ipsius creditoris ad huc tunc executiuam posset eligere & in ea procedere, secundum gloss. in Clementina sæpe, verbo partibus, de verbo. signi. quam in hoc commendat Paul. Castr. in l. si conuenerit, num. 6. ff. de iur. om. iudi. Quinto limitatur, vt non procedat dicta opinio quoties agitur hypothecaria con-
150 tra tertium † possessorem rei hypothecatæ, tunc enim quantumuis ordinariam viam intentauerim contra tertium illum, possum nihilominus contra personam debitoris agere via executiua & ad eam redire, secundum Bartolum, in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. & alios relatos & secutos per Nebusantium in tractat. de pignoribus. 8. parte, membro tertio, numero fin. & sic qui voluerit dictam opinionem tenere sic limitabit eam ijs quinque modis à me collectis: verumtamen reperio quod contrariam opinionem, scilicet quod etiam si per credi-
151 torem intentetur via ordinaria, † non impediatur post intentari per eundem creditorem via executiua, tenuit expresse Rebuffus in dicto titulo de literis obligatorijs, articulo secundo, glossa prima, numero vigesimo primo, quasi per electionem viæ ordinariæ non censeatur renuntiatum executiuæ, nam quemadmodum suspendere petitorium intentatum, & venire ad possessorium liberum alicui est, ex Clementina vnica, de causa posses. & proprietatis, ita & in isto casu licebit ad executionem accedere, si eam vtiliorem esse crediderit creditor, & ibi Rebuff. allegat Roman. consilio. 133. in præsupposito, tenentem hanc opinionem

per gloss. singularem, verbo partibus, in dict. Clem. sæpe, & hoc verius esse testatur idem Rebuf. in eod. titu. de liter. obli. art. 6. glo. 3. num. 7. eo quod quilibet potest renuntiare actioni & iuri pro se intro ducto l. siquis in conscribendo. C. de episcopis & cler. ideò illi actioni & instantiæ motæ renuntiauit per. l. postquam liti de prædio motæ renuntiasti. C. de pactis, nec refragatur l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria, vbi vna electa actione ad aliam conuolare prohibet ibi iurisc ó sul. quia text. ille loquitur quando duæ actiones competunt, nam vna electa alteri renuntiatur, vt dictum est, & probat Gabriel, in communibus opi. titul. de action. conclu. 2. quod diuersum est, quando via ordinaria & executiua competunt, quia tunc vna electa altera non tollitur. l. miles. §. qui iudicati. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. & l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. prædiorum, & eodem modo potest responderi ad l. 25. versic. esto se entiende, titul. 2. part. 3. quæ videbatur etiam facere pro prima opinione Marantæ, nam ideo ego ago, vt veniam ad executionem, ergo non renuntiatur executioni, neque tollitur per actionem, secus si plures competerent actiones, ita respondet Rebuff. in dict. art. 6. gloss. 3. num. 7. vbi inquit aduertenda esse hæc, licet quidam non intelligant hanc differentiam, & pro hac opinione adduci potest doctrina illa Innoc. in cap. cum in iure, de offic. delegat. vbi inquit quod nullitas prius in iudicio principaliter proposita per modum actionis nó
152 impedit executionem † sententiæ posteà petitam & factam, cuius doctrinam sequũtur plures relati per concíuem nostrum Gutierrez vbi supra, num. 9. in fine, cum sequen. vbi & allegat dictum Angeli pro hac opinione, & hanc eadem opinionem vltra Rebuff. & Roman. vbi supra, tenuit Bart. in l. consentaneum, num. 17. C. quomodo & quando iudic. per text. in l. 1. §. quid ergo. ff. de ventre inspi. & Additio. Bart. in eod. num. 17. alios allegat idem tenentes, & sequitur Abb. in cap. prout, numero. 20. extra de dolo & contu. & Ias. in l. 1, in princip. nume. 23. ff. siquis ius di. non obtem. vbi in. §. 1. notab. 1. eam limitat, & idem Ias. in l. nulli. num. 8. C. de iud. imputandum est enim debitori, secundũ eum ibi, quare non soluit, & adhoc vt quis iure sibi quæsito eijciatur, debet per debitorem offerri realis satisfactio, secundum Alexand. in l. si finita. §. Iulianus, numero 76. & 77. ff. de damn. infect. & licet dicatur quod Bart. in dict. l. consentaneum, loquatur quoties contra contumacem agitur, si bene eius rationes & allegationes attendantur quoad omnia & generaliter loquitur, & Suarez in dict. quæst. fin. dict. l. post rem, non procedit quoties intentata via ordinaria per creditorem vult creditor ad executiuam redire, sed loquitur quoties vna tantum intentatur via, & tũc ad modum concludendi attendum est, vt sententia feratur, quod est diuersum à nostra quæstione inter has tamen opiniones
153 optima potest dari † concordia scilicet vt prima opinio procedat, quoties debitor ipse in via ordinaria non contradicit creditori petenti, sed offert se potius soluere, id quod realiter appareret deberi. Secunda vero opinio loquatur, quoties debitor ipse in proposita via ordinaria cõtradixit & petijt à petitis absolui & excludi creditorem, tunc enim nimirum si opponere nõ possit dependentia viæ ordinariæ dum ad executiuam creditor redit, ex iuris regula, quæ habet quod non debet quis fructus consequi ex eo quod nixus extitit impugnare, prout in terminis tenet Octauianus, decisione Pedamon. 54. numero fin. & in. 3. limitat. primæ opinionis diximus, & sic tunc non est necesse desistere ab ordinaria, & soluere expensas parti contrariæ ibidem factas, quia si vtraque via intentari potest & sequi, qua de re debet pars exequens soluere expensas viæ ordinariæ parti executatæ contradicenti soluere in via ordinaria, neque potest quis opponere de litis pendentia, quoties est causa,
154 quod lis noua moueatur † contra eum, secundum Baldum in l. prima, nume. 33. C. communia delegat. & ibi Additio. & idem Bald. Additio. in l. quinta. C. vt in pos. leg. & in l. fin. §. primo, numero. 24. C. communia delegat. & ex dictis supra in tertia limitatione ad primam opinionem, & hanc concordiam colligo ex gloss. partibus in dicta Clementina sæpe, & ex dictis per Roman. dict. consil. 133.

vel

vel concordari & secundo potest, quod prima opinio procedat regulariter, secunda vero verificetur in limitationibus ad primam supra propositis, mihi tamen, si liceet interponere meum iudicium, secunda placet opinio præsertim attenta lege fin. titul. 17. supra isto libr. vbi veritas in iudicijs attendenda est non vana legum scrupulositas, & antiquorum apices, vbi qui cadebat à syllaba cadebat à causa, & in effectu simili existente statuto ita tenerem, & Octauianus Cacherano in dict. decisione Pedamontana. 54. tunc tenet electa vna via alteri fuisse renuntiatum, quoties ambæ viæ contrariæ erant, secus vero alias, via tamen executiua non est contraria ordinariæ, sed diuersa ab ordinaria in modo procedendi, igitur per ordinariam non cēsetur executiuæ renuntiatum, vt probari potest, ex tex, in. l. 7. in princip. tit. 10. partita. 3. in Romana tamen curia quandoq; vna quandoque alia est seruata opinio, secundum Lancelotum in tract. de attentatis. 2. part. cap. 4. in. 30. limit. pag. 146. Ex quibus & alia potest determinari quęstio, nū scilicet obstabit executioni quod exe-
155 cutio illa prius alio † in loco & iudicio petita fuit, & sic quod ibi sit finiēda, ex. l. vbi cæptū. C. de iudi. & quia continentia causæ non est diuidenda ex. l. nulli. C. de iudicijs, vbi Iason, numero octauo, dubitat de hac quæstione ipse tamen Iason, in consil. 9. & 28. volum. 1. inquit quod audacter asserit esse veritatem & Euangelium, quod in executiuis exceptio diuisionis continentiæ causæ opponi non possit, & hanc sequitur Neuizanis, consilio quarto, numero decimo tertio, secutus per. Lancellotum, in tractatu de attentatis, secunda parte, capite quarto, de attenta. lite. pen. limitatione tertia, numero. 76. pagina. 118. & ibidem pagina. 116. numero. 50. & Anton. Nattam, in additio. ad Alexand. consilio. 130. numero. 15. additio. 6. libro quarto, ego tamen admitterem hanc exceptionem nè quis pluribus iudicijs & locis molestetur & expensis aggrauetur, & hoc quoties ipsa pars petita, in primo iudicij loco acceptetur ibi iudicium, secus aliàs ex dictis in præcedenti quæstione.

¶ Vlterius & executioni opponi potet rit nouatio à partibus inducta instrumen-
156 ti vel sententiæ exequendæ, † ex text. in l. secunda. C. de executio. rei iudic. & l. quarta. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. & quoad sententiam, nota quod quando exceptio oritur post rem iudicatam, vel in ipsa sententia renouatur, tunc potest huiusmodi exceptio, obijci etiam post sententiam, ex tex. in dict. §. si ex conuentione, quem adhoc allegat Meneses, in l. 1. num. 45. C. de iur. & fac. ig. & in instrumenti executione probatur ex tex. nostro parificante sententias, & instrumenta, & ita in quolibet cōtractu asserit opponi posse nouationem executioni, Suarez. l. post rem nota. 1. ff. de re iudi. quem refert & sequitur Auiles, in cap. 10. prætorum verbo execucion, num. 3. fol. 140. & Rebuf. in dicto titul. de literis obligator. artic. 1. glos. 9. num. 19. & 20. & qualiter hodie in nostro regno & ex quibus fiat nouatio vltra text. in l. 3. C. de nouatio. & l. 15. titulo. 14. part. 5. videre poteris per nostrum Gutierrez in dict. tract. de iuramen. confir. 1. part. cap. 63. numer. 1. cum seq. aliquibus.

¶ Sed an via executiua locum habebit exceptio reconuentionis, diximus in. l. 1. verbo reconuencion, titul. 3. supra libro isto. Est tamen notandum quod respectu
157 tertij alicuius † pro suo interesse comparentis nullæ exceptiones censentur exclusæ secundum Suarez, dict. l. post rem. 8. ampli. versic. Y que las cumplades, numero. 3. in fine, pag. 290. & Auendaño, capite. 16. prætorum, numero. 6. libro. 2.

¶ Vidi tamen pluries dubitari num exceptio proueniens ex remedio. l. 2. C. de
158 rescindendi. poterit opponi † aduersus executionem, & videbatur dicendum quod non, quasi longa disceptatio & longum examen circa hoc requiratur, creditorque compellendus non sit, in tam paruo temporis cursu viæ executiuæ assignato intentionem suam circa probationem veri valoris fundare, & quia difficulter cognitis verbis sententia diffinitiua ordinari posset, & ijs dubus fundamentis vidi iam repulsam exceptionem hanc etiam si probatum extitisset læsionem vltra dimidiam adfuisse, contrarium tamen semper tenui & nunc intrepide teneo, imo q hæc exceptio admittenda omnino

sit, cum habeamus ex vera & communi doctorũ conclusione omnes exceptiones intra terminum decem dierum liquidabiles admittendas esse, præsertim illas, quæ executionem moderantur, hæc tamen exceptio moderatiua executionis est, & intra decem dies liquidari potest, ergo omnino admittenda, quoniam tunc dicitur exceptionem liquidari in continenti pos-
159 se quoties intra terminum † assignatum à iure instãtiæ & processui principali probatio eius sit, & fieri potest, secundum Bartolum, in extrauag. ad reprimendum, verbo summariè, columna prima, sextum l. si is, à quo, & ibi DD. ff. vt in poss. legat. Alexand. consilio. 166. numero. 6. & 7. libro. 2. & sic communiter obseruari solitum esse asserit Molina, de primogenijs Hispaniæ libro. 3. capit. 13. numero. 16. & quod de facili liquidari potest, dicitur liquidum, secundum glossam, luego l. 2. titulo. 14. partita sexta, liquidari tamen hæc possunt intra decem dies præsertim si venditio in loco iudicij vel prope quidem celebrata fuit, ergo habemus intentum, neque obstat quod creditor cõpellitur probare ex parte sua verum rei valorem nè comuincatur in causa, quia nonnè idem in alijs exceptionibus est, & nihilominus admittuntur & pronuntiatur super eis, ergo non est hęc concludens obiectio, item sicut compellitur reus intra decem illos dies probare intentionem suam, quid mirum si & suam probare actor compellatur, alias condemnatio contra eum fiat, æqualitas enim in iudicijs seruanda est, item quia si creditor viderit terminum decem dierum pro fundanda intentione sua esse breuem poterit optime petere prolongari, in fauorem enim suum est introductus breuis terminus decem dierum, ergo in eius odium non debet retorqueri & fauori suo potest renuntiare longiorem terminum petendo, vt cotidie peti-
160 tur † & conceditur, & asserit concedendum Alexander relatus & secutus per Suarez in dict. l. post rem, limitatione quarta, legis regni, numero octauo, ad finem, pagina. 301. & nouissime asserit Practicus Monterroso, in sua practica, titulo de la via executiua, folio. 38. pagina secunda, in medio, si ergo non fecit imputet sibi creditor, qui cum posset vti hoc remedio noluit. Non obstat alia & subtilior obiectio, scilicet, q cõgruo sermone sententia de remate ordinari non potest, facilis est enim modus ordinandi eam in hac scilicet forma, scilicet, condemno & iubeo quod si Titius executionem petens noluerit stare cõtractui, sed eligere potius rem ei retrotradi & ad eum reuerti, & quod inualidetur instrumentum guarentigiũ super illa confectũ, nullã ex nũc prout ex tũc declaro executionem petitã, & bona executata iubeo executato tradi absq; decima & expensis vllis & pronuntio contractum & eius instrumentum nullum & liberum abeo executatum ipsum, sin vero creditor voluerit stare contractui ex nunc & è contra iubeo executionem fieri & vltimam subhastationem, vulgo remate, bonorum executatorum, pro tanta quantitate & vero valore, in causa liquidato per reum, & pro decima ipsius & expensis processus iuste factis in quibus executatum condemno, & secundum hanc formam optimè fundatur sententiæ modus & ordo, & nulla difficultas in processu remanet, & assignabitur in ipsa sententia terminus actori intra quem eligat quod maluerit alternatiuè in sententia signatæ, & iam vidi non semel sic pronuntiatum, & pronuntiarem ipse quoties eueniret, si reus intentionem suam intra terminum illum decem dierum demonstraret, prout interminis succincte tamen inquit Didacus Perez, hic, columna. 1080. & nullum alium vsque nunc vidi contrarium tenentem neque difficultatem hanc tangentem.

¶ Est tamen verum quod si executatus offerat se paratum dum hanc læsionis vltra dimidiam opponit, soluere iustam & veram quantitatem & pretium, & pars aduersa nolet illud acceptare, non vtiq; con-
161 demnarem reum ipsum in expẽsis † processalibus, arg. doctrinæ Bart. in l. qui solidum in prin. de leg. 3. & arg. tex. optimi & singularis in l. 8. vers. otro si, titu. 14. p. 5. imo & secundũ legẽ illam si realiter reus in iudicio offerret verum & iustum pretiũ & consignari peteret si actor illud recipere nolet, neque in decima veri precij alias executori soluenda reum talem condemna-

demnarem si intra. 24. horas executionis factæ & notitiæ eius hanc faceret oblationem.

¶ Potest & vlterius opponi, quod res vendita pro cuius pretio facta est execu-
162 tio non est tuta, neq; secura, † quoniam super ea lis per tertium alium est mota, & pendet, tunc enim obstabit exceptio hæc saltim ad retinendum pretium petitũ donec per venditorem exequentem caueatur de euictione ad pretium, & interesse, secũdum tex. optimum in. l. si post perfectam. C. de euictio. nam antè pretium solutum dicitur euictionem imminere in li-
163 mine † contractus, quanuis res vendita tradita sit, per text. illum, quem adhoc vltra gloss. & DD. ibi allegat & considerat Alexand. in. l. à diuo Pio. §. si post addictũ, num. 6. ff. de re iud. & Anto. Gom. tom. 2. cap. 2. num. 39. & Rebuf. in. 3. tom. constit. Franc. titu. de dilatio. art. 5. glos. 1. nu. pen. & fin. & sic semel allegaui & admissa fuit mea allegatio & iussum in sentẽtia de remate, venditorem exequentem præstare dictam fideiussionem, vltra aliam de la ley de Toledo, licet fuit in expensis condemnatus dictus executatus, quod mihi durum visum fuit, cum iustam habuisset non soluendi causam reus ille, & iusta fuit eius exceptio & oppositio, in casu tamen in quo notoriè cõstaret de euictione posset pretium retineri etiam si sufficiens cautio offerretur de reddendis nummis re euicta, secundum Fabr. in. §. nouissimè institu. de suspect. tuto. & Ias. in dict. §. si post addictum, num. 1. quod est optimũ & singulare, item intellige dictam doctrinam procedere quoties mota lis iam erat super re vendita, secus vero si nondum esset mota, nam tũc exceptio hæc de euictione nõ
164 competeret, † secundum Pau. Cast. in. l. 1. §. stipulationum. ff. de præto. stipu. & ideo ages tunc, vt optimè inquit gloss. in ea. l. qui rem. C. de euicti. contra venditorem & oppones executioni, quod liberã
165 † & vacuam tradat tibi rem illam, quæ quidem exceptio intentari potest, quantumuis res tradita sit, secundum gloss. & DD. in. l. ex prædijs. C. de euictio. & tenet optimè procedens & declarans Octauianus Cacheranus, in decisione Pedamont. 24. num. 4. & idem esset si sciens venditor
166 rem non esse securam vendiderit † alicui ignoranti, tũc enim optime opponi posset exceptio euictionis quantumcunq; lis super re illa nondum mota esset, ex text. singulari in. l. seruus quem. §. si sciens. ff. de action. empti, quem adhoc allegat Anto. Gomez, tom. 2. cap. 2. num. 39. limi. 2. ad finem, & Octauianus in dict. decis. 24. nu. 2. & in facti contingentia ex dicto text. me patrocinante feci liberum reddi emptorem executatum ab omnibus expensis & res effecta fuit secura per venditorem.

¶ Opponi etiam poterit executioni exceptio illa resultans ex conditione si matri-
167 monium sequatur, † putà si instrumento publico aut priuato recognito promisisti Titiæ centum pro dote cum Ioanne, si Titia moriatur ante nuptias cõtractas, opponere poteris de exceptione hac, secundum Ange. in. l. 2. §. creditum. ff. si cer. pet. & in. l. item, quia num. 3. ff. de pactis, & ibi Paul. Alexan. nume. 5. & Ias. nume. 8. & Suarez in. l. post rem. 4. limit. pag. 300. & latissime per Purpurat. in dict. §. creditũ, num. 20. cum pluribus sequenti. & Oroscium, in dict. l. itẽ quia. §. huius rei in principio. ff. de pact. nam promissio dotis ha-
168 bet in se conditionem † si matrimoniũ sequatur. l. stipulationem, & l. promittendo, in princip. & l. tali. ff. de iure doti. tradit Tiraquel. de retractu, titulo. 2. §. 2. numero. 58. & duobus seq. & optimè per D. Couar. in cap. 3. nu. 11. cum seque. aliquibus, de testam. quid in legato dotis dissertur, & per Oroscium in dicto. §. huius rei, numero tertio, columna. 772. cumque contra instrumenti publici executionem hæc & similes exceptiones admittantur, licebit & super tali instrumento transige-
169 re & compromittere, † secundum Domin. Meneses. l. si causa, numero. 14. C. de transactio.

¶ Sed an & opponi poterit quod in in-
170 strumento executato non adest causa, † & hoc dependet ab illa quæstione num in contractibus causa requiratur attenta. l. secunda, titulo decimo sexto, infra libro quinto, vt ibidem late dicemus, in transitu tamen, dicendum videtur causam non requiri in publico instrumẽto vt exequi posit, & sic quod exceptio omissionis causæ nihil obstaret executioni,

prout tenuit Suarez dict. l. post rem. 3. notab.num.8.pag.254. & iterum pag. 317. num.11. & Segura, in.l.si ex legati causa, carta.104.versic.tertio inf.numer. 87.de verbo.oblig.& Feli.in cap.si cautio,num.15.de fide inst.Ias.in.l.tale pactum, num.5.ff.de pact.& voluit tenere glo.señalada, in.l.fin.tit.13.part.3.& Anchar. relatus per Alex.cons.4.num.11.lib.1.contrariá tamen opinionem,imo quod causa requiratur vt exequi possit tale instrumentum, tenuerunt Rebuf.in dict.tit.de literis obligatorijs, art.1.glo.9. num.25.vbi inquit, ita Arresto Parisiensi prolatum fuisse, & Cassaneus in consuetu.Burgun.fol.363. num.10.& 11.& Addit.Alexan.dict.nu.11.& Carolus Grassallis,lib.1.regal.Franciæ iure.13.pag.192.in paruis, & Anto. Gom.tom.2.cap.11.num.5.per totum, & eod.tom.cap.9.num.3.in fine,& Aué. cap.30 prætor.num.5.vers.septimo requiritur lib.2.& iterum in titul. de las excepciones,num.21.& Didac. Perez, hic col. 1052.& hæc est vera & tenenda, secundum conciuem nostrum quem posthæc vidi referentem has opiniones in suo tractat.de iuram.confirm.1.part.cap.47.nu.5.& 15.vbi num.6. & 7. limitat aliquibus modis,in quibus prima opinio posset verificari, de quibus limitationibus traditur per Alexand.in.l.à Titio, nume.6.& 7.ff. de verbo.oblig. Notandum tamen est,quod si instrumentum tale est cõditionale con

171 ditio † illa habetur pro causa,& ideò cõditione impleta exequi poterit, secũdum Paul.in dict.l.à Titio,num.3.& glo.señalada,in dict.l.fin.titu.13.part.3.& Guterrium alios allegantem in dict.cap. 47. nu. 9.& Anton.Gom.dict.cap.11.num.3.in medio,& iterum num.4.ampliat & communem testatur, & amplia etiam in condi tione de præterito, secũdum Guter. dict. num.9.vbi allegat alios limitationes ponẽtes ad hanc secundam opinionem tenen-

172 dam,& sic cum in fideiussione causa † requiratur,secundum Hippo.in rub.n.318. de fideiussori. si fideiussio conditionalis fuerit, conditio pro causa valebit, qua de causa si quis fideiubet, quod si Titius nõ soluerit ipse soluet, quo casu hæc fideius-

173 sio † conditionalis est, secundum Bart. in.l.ita stipulatus.3.oppos.ff.de verb.obl. vbi Alexan.nu.40.communem dicit,valebit talis fideiussio, & exequi poterit purificata conditione, quod Titius non soluit, sed an si fideiussio pura esset,iurata tamen valeret sine causa,tradit Gutierrez vbi supra,num.fi. Quæstio tamen est in hac materia num restitutio in integrum opponi poterit contra instrumenti publici execu-

174 tionem, † & dicendum est quod sic, ex glo.in.l.postquam liti.C.de pactis,allegata ad hoc per Ias.l.1.colũ.6. ff de iur. om. iud. vbi dicit Bald. contrarium tenentem communiter reprobari, & tenet Suarez, dict.l.post rem,quæst.1.legis regiæ,num. 44.pag.328.& D.Couar.in pract.cap.25 nume.7. & Didac.Perez alios allegans in præsenti,col.1111.in fine, & Villalob.in ærario mille com. opin. litera E.nu.258. quanuis Auend.cap. 30. præt.num.7.lib. 2.& iterum in dict.tit.de excepciones, n. 44. & 45. aliud & male voluerit, imo & quod plus est, quod quanuis restitutio al-

175 tiorem indaginẽ † requireret impediret executionem,secundum Alex.nume.26. Ripam.30.& 31.in.l.4.§.condemnatum. ff.de re iudi.& ibi Ias.nume.26.& 27.qui hanc communem testatur, & Menesius, in.l.si de causa,num.5.C. de transactio.& hanc magis communem testatur Alexan. vbi supra,& quanuis ipsi loquantur quoad impediendam executionem sententiæ, prout & optimè loquitur Octauianus Vestius,in pract.cancellar.apostol.lib.8.cap. 3.num.15.cum sequen. aliquibus & latissimè per Lancellotum, in tract.de attentatis.2.part. cap.18. per totum sub titul. de attentatis rest. in int. pen.idem tamen crederem quoad impediendam executionẽ instrumenti guarentigij,cum vtraque executio per tex.nostrum æquiparetur,& sic inquit Rebuf.in dict.titu de liter.oblig.artic.1.glo. 9.num.41.quod omnes exceptiones, quæ opponuntur post sententiam possunt opponi contra executionẽ instrumenti guarẽtigij,quãuis circa executionẽ instrumenti tereo, omnino intra decem dies per legem oppositioni cõstitutos verificandum restitutionem talem competere, non enim restitutio suspendit effectũ talis instrumenti, sicut effectum sententiæ,prout posthæc vidi assertum per Lancellotum,vbi supra, nu.122. cum. 2. seq. imo

imo & contra tres sententias conformes admittetur restitutio in integrum, secundum Orosciuim in. l. si feriatis col. 711. in fine. ff. de ferijs, tamen contra Orosciuim, vide D. Couar. in pract. cap. 25. num. 7. de quo alibi diximus & Lancellotum, vbi supra, num. 81. cum seq. sed an opponi poterit executioni, petentem executionem ipsam habere pro illo eodē debito pro quo
176 executionem petijt † pignora in potestate sua, & sic quod petat pignora vendi ante quam ad executionem procedat, & crederem quod si creditor ipse offerat pignora dicēdo nolle iam ea retinere, sed exequi, optimè potest, neque obstabit executioni dicta exceptio, sed si pignora retinere vellet, & etiam prosequi executionem, admitteretur vtique dicta exceptio saltim ad effectum, quod si per sententiam fieri iuberetur vltimam subhastationem in eadem sententia iuberetur pignora debitori restitui, alias plures exceptiones, quæ con
177 tra executionem † opponi possunt, videre poteris per glossatorem Salmantinū hic, & per Menesium, dict. l. 1. C. de iur. & fac. ig. & per Rebuffum, in 1. tom. constit. Franc. titu. de liter. obliga. art. 1. glo. 9. per totam & in art. 2. glos. 1. nu. 39. cum pluribus seq. alias desumere poteris exceptiones, & ex Carolo de Grasallis, lib. 1. Rega. Franc. iure. 13. pagin. 190. in paruis cum seq. aliquibus, vbi optimè in propositum loquitur. Sed an exceptio excussionis ad-
178 mittetur, † & dicendum est quod si executatus adest principaliter cum alijs obligatus & in solidū, vel pro parte, nulla admittetur excusionis exceptio, secundum gl. magnam in. l. 9. titul. 12. part. 5. & l. 57. titul. 18. part. 3. Dueñas in reg. 335. lim. 18. & 19. & Suarez. l. post rem. 1. limi. l. regiæ num. 14. pagi. 293. sed si non est principaliter obligatus, sed tanquam fideiussor, difficultas adest iter DD. alij enim asserunt admittendam talem exceptionem, alij vero & verius contrariū tenēt imo quod nō admittatur, quia in via executiua proceditur simpliciter & de plano neque curatur de apicibus iuris, & iam ex. l. 10. titul. 17. supra isto lib. sola facti veritate inspecta proceditur, quo casu excusionis exceptio nō obstat, vt per Fanū de pignoribus, 8. part. 1. membro num. 29. & optimè per Octauianum cacheranum, decisi. Pedam. 2. num. 5. cum seq. vbi virtute dictæ clausulæ in num. 13. concludit quoad fideiussorem non admitti excusionis exceptionē, quoad tertios vero possessores hypothecaria conuentos admitti etiam si adsit dicta clausula sola facti veritate inspecta, & tenet Aymon Crauera, consi. 263. num. 3. vol. 2. vbi hanc communem testatur & sequitur Menochius, de arbit. iud. lib. 1. quęstio. 51. num. fi. inquit tamen Octauianus in finalibus verbis, senatum Pedamōtanū & iudices vltimarum appellationum passim in vtroque casu solere exceptionē excusionis admittere, si opponatur, & ego eam admitterem si non constiterit malitiose opponi, in via tamē executiua quod non admittatur tenuit Soci. Marianus Iunior inter consilia Bartolomæi Socin. consil. 24. num. fin. lib. 1. & Additio. Ias. in. §. item si quis in fraudem. num. 67. inst. de acti. & Alex. consi. 114. nu. 8. vol. 6. & ibi Marcus Antonius. Natta Astensis, in additione ad consilium illud sub illo nume. 8. alios plures allegat idem tenentes, & videtur tenere Rebuffus, in dict. titul. de liter. obligat. art. 2. in glos. 1. num. 89. & Anto. Fano, vbi supra idem tractauit, nume. 32. vbi idem tenet, dum tamen secundum eū interuenerit traditio rei hypothecatæ vera vel ficta, tunc enim nihil obstaret excussionis exceptio, neque displicet hæc declaratio. Pro complemento tamen huius gl. remissiue restat examinandum, quandoquidem habemus publicum instrumentū executioni mandandum propter clausulā guarentigiam in eo contentam, num si Petrus instrumento tali se obligauit pro Ioanne & promisit Ioannes Petro indemnitatem, an antequam Petrus soluat pro Ioanne, neq; sit molestatus, poterit Petrus hic
179 petere à Ioanne conseruationem † indemnitatis, & plures relati per glossatorē Salmantinum, in præsenti sub. l. 5. titul. 8. lib. 3. ord. col. 1112. quos ipse sequitur tenēt partē affirmatiuā quod poterit, cōtrarium tamen tenuit Anto. Gom. tomo. 2. cap. 13. nu. 10. mihi tamen prima applaudit opinio, præsertim si virtute instrumēti illius Garentigij Petrus ipse conuentus est & incarceratus, vt inquit glos. fuere in l. 14. titulo. 12. part. 5. quoniam tunc abs-

que dubio agere posset Petrus contra Ioãnem, etiam si expresse Ioannes de indénitate nó promisisset, & pro dicta prima opinione est text. in. l. 3. C. qui bon. ced. pos. quẽ didici à Roderico Suarez, allegatione 4. col. pen. in medio, & allegat eũ ad hoc quod times pro debito alterius grauari, potest iudicis officium implorare vt inhibeat nè id fiat, de quo tu latius cogitabis, audio enim nunc hoc nunc illud consuli.

Ibi, [ninguna], intellige quæ legitima, non sit, secus si esset nam tunc admittẽda est, prout glossa supra proxima dictũ est.

Ibi, [ni defension], per hæc verba videtur itidem exclusum esse officium iudicis
180 & eius implorationem †, secundũ Abb. in cap. ex parte el. 2. nu. 6. de offi. del. quod tamen intelligerem quoties talis officij imploratio friuola esset, & de nihilo seruiret, vel non posset liquidari petitum virtute talis officij intra decem dies, secus verò si iustè peteretur & petiti liquidatio intra terminum illorum decem dierum fieri posset, nam tunc implorari posset tale iudicis officium, neque per text. nostrum exclusum censetur, quemadmodum & glos. supra proxima dictum est de exceptionibus vt scilicet friuolæ reijciantur non tamen legitimæ, nã vt in simili statuto inquit Carolus de Grassallis, lib. 1. Regalium Franc. iure. 13. pagi. 196. cum sequent. in paruis facultas implorandi officium iudicis non censetur prohibita, & ideò secundum eũ ibi quando per partem opponi non potest id quod iuridicum est, debet iudex supple
181 re † ex officio partem calumniose agentem repellendo.

Ibi, [Saluo paga], sub hoc verbo, omnes modos, quibus solutio debiti fit, comprehendi, asserere videtur Auendaño, in dict. titul. de excepciones num. 28. in fine, cum seq. putà cessio, quæ vim solutionis habet,
182 † secundum eum ibi, dum tamen cessionarius ipse cessione sibi facta contentus sit & pro libero cedẽtẽ ipsum reddat, & hæc melius vocatur delegatio quam cessio, in qua delegatione ita conclusit Auendaño, vbi supra, & Rebuf. tomo. 1. constit. Fran. titul. de liter. oblig art. 1. glos. 9. n. 18. 19. & 20. & nouissimè posthæc scripta concinuis meus Gutierrez, in suo singulari tract. de iuramento confir. 1. part. cap. 63. nu. 4. per text. expressum in. l. 15. titul. 14. part. 5. aliter enim si fieret, posset nihilominus creditor cessionarius debitorem suum cedentem conuenire & tũc cessio vim solutionis non haberet, & hæc propriè delegatio dicitur, quamuis de iure ciuili aliud esset, vt patet ex Rebuf. vbi supra, num. 21. & Gutierrez, dict. num. 4. & alios modos quibus solutio inducitur, videre poteris per Auendaño, vbi supra, notandum tamẽ est quod si habens instrumentum solutionis illud presentare retardatur, condemnã
183 dus est in expensis factis † ratione retardati processus, neque alias debet audiri nisi illis refectis, secundum Hippoly. in practic. §. diligenter num. 203. & Felin. in capit. ad audientiam. 2. num. 14. cum seq. de rescript. & facit in arg. text. in. l. 1. versi. pero si las, titul. 5. supra isto lib.

Ibi, [O promission, o pacto de no lo pedir], exceptionem hãc prosequitur in presenti Auendaño, num. 30. versi. secundo dicta regula, vbi ponit horum verborum exempla, & Rebuf. vbi supra, nume. 27. & an in pollicitatione idem sit quod in promissione, tangit Didacus Perez, hic, colu. 1101. vbi inquit pendere à materia text. in. l. 2. titul. 16. lib. 5. infra, vbi Deo volente dicemus an ex pollicitatione oriatur actio naturalis, nam si oritur dabitur exceptio, nam cui damus actionem, ex iuris regula damus exceptionem.

Ibi, [Falsedad], in dict. num. 30. Auendaño, hic prosequitur, in vers. tertio fallit, cum seq. fallentiam hanc, & declarat quid sit falsitas, & ante eum tradidit Rebuf. in dict. titul. de liter. obligat. art. 1. glos. 9. nu. 15. cum. 2. seq. & nimirum est quod exceptio falsitatis admittatur, nam cum exceptio proueniens ex defectu causæ efficien-
184 tis semper allegari posit, † secundũ glo. in Clem. 1. de seq. pos. & fruct. ordinariam & approbatam teste Socino, cons. 83. nu. fin. lib. 4. & prius in consi. 31. num. 3. lib. 3. falsitasque inducat nullitatem in causa primæua & fundamentali instrumenti, mirã dum non erit si obijci posit falsitatis exceptio ad impediendã executionẽ, de quo & agitur per Ias. consi. 85. vol. 1. quod intellige secundum Didacum Perez, hic, dict. col. 1101. quando falsitas commissa est circa substantialia instrumenti, secus verò si

circa

circa accessoria, quia tunc nullo modo impedietur executio, quoniam ex falsitate in accessorijs non vitiatur instrumentum, ex l. satis aperte, & ibi glos. obijcitur, vbi & Bald. cap. de falsis, & ex traditis per Iason in l. 4. §. condemnatum, num. 9. ff. de re iudi. & ex latissimè dictis per Tiraquellum, in tract. res inter alios acta, pag. 2. cum pluribus seq. vbi late tractat quod incidentia non inspiciuntur.

Ibi, [O excepcion de vsura], sed quomodo potest hæc in foro seculari opponi, cũ crimen vsurarum sit mere Ecclesiasticum
185 † & eius inquisitio & punitio ad Episcopum spectat, vt per Bart. & DD. in l. quoties. C. de iud. & in l. titia. ff. sol. mat. Abb. in cap. tuã, de ord. cog. Corn. cons. 19. col. 2. vol. 3. relatos per Marant. in practi. tit. de inquisitione, nu. 109. pag. 326. & Lanfran. in Clem. dispendiosam col. 6. de iudi. communis secundum Couar. lib. 3. vari. cap. 3. in princip. Dicendum tamen est legem nostram tunc procedere, & sic exceptionem vsurarũ in foro seculari admittẽdam, in ciuilibus in quibus loquimur, quotiescunque agitur tantum de quæstione facti, vt potè quia clarum est, contractum esse vsurarium, indiget tamen facti probatione, tunc enim & opponi potest execu-
186 tioni, † & impedietur executio probatione facta, secundum Rebuf. in dict. 1. tomo titul. de lit. oblig. art. 2. glos. 1. nu. 22. si verò quæstio hæc vsurarum in iure consistit, putà quia non est certum an contractus sit vsurarius, sed declaratione indiget tunc quia est mere Ecclesiasticum, secundum glos. cap. 1. de offi. ord. & tenent omnes secundum Carol. de Grassallis, lib. 1. Regal. Franc. iure. 13. versi. hinc est secundo, non impediet executionem exceptio hæc vsurarum coram seculari proposita, imo potius ex parte executãtis allegari poterit, non esse admittendam similem exceptionem, vt potè quia secularis iudex non est competens ad cognoscendum super quæstione iuris an sit ille contractus vsurarius necnè, & quia hoc altiorẽ requirit indaginem, quemadmodum & in matrimonio idem esse asserendum & distinguendum tradit Couar. in 4. part. 2. cap. 8. §. fi. num. 3. vbi num. 5. in propositum nostræ legis ita declarat, & idem Couar. lib. 3. variarum cap. 3. in princip. & communem dicit Carolus, de Grassallis, vbi supra, & Ias. in l. quoties num. 6. C. de iudi. quem ad hoc allegauit glossator Salmantinus, hic colu. 1102. & Auendaño, capit. 29. prætorum num. 11. lib. 2. & nouissimè post hæc mea scripta vidi per cõciuẽ meum Doctorem Gutierrez, in suo tract. de iura. confir. 1. par. cap. 2. num. 30. & 35. & per Clarum, lib. 5. selectarum senten. §. fin. quæst. 37. versi. quæro igitur & Aufred. in Clemen. 1. de offi. ordi. regul. 4. fallentia sub titul. de pot. secular. super. Eccle. vbi respondet cap. post miserabilem, de vsuris adeò vt nõ que incidenter tunc, neque parte excipiente cõtractum esse vsurarium poterit secularis iudex cognoscere an sit talis, neque statuere terminum intra quem coram Ecclesiastico causa agitetur, prout cõmunia hæc inter DD. testatur Clarus, vbi sup. & ob id credo non esse veram opinionem ibidem ex Guidone, per Clarũ allegato, in fine illius versiculi quæro igitur, relata per Clarum & secundum hanc distinctionem est declaranda opinio illa Angeli, & relatorum per D. Menchaca, in l. quamuis, nu. 49. & pagi. 14. C. de iur. & fac. ig. asserentium executionem instrumenti non impediri exceptione vsurarũ, nã id verũ est, si quæstio hæc & exceptio vsuræ in iure cõsistat nam cum tunc recurrendum sit ad iudicẽ Ecclesiasticum vt declaret an sit nè ibidẽ vsura, & ex hoc altior indagatio requiratur nimirum si per talem exceptionem vsuræ in iure consistẽtis, vt ita loquar, executio instrumenti nõ impediatur, hac quoque de causa asseruit Alex. consi. 83. vol. 5. & Rebuf. vbi supra, art. 2. glos. 1. num. 2. & relati per Auendaño in præsenti nu. 32. respõsic. quarto fallit in fine, quod contractus guarentigius exequi potest, non obstante quod iudex Ecclesiasticus cognoscat an contractus ille sit vsurarius, prout & tradit Gutierrez, vbi supra, num. 30. & plura similia nouissimè post hæc vidi relata per Lancellotum, in tract. de attentatis 2. parte cap. 4. num. 23. cum seq. pluribus paginis, 114. & sic cotidie in practica videmus quod proceditur in executione quamuis alle-getur vsuræ exceptio, si de tali vsura est omnino per Ecclesiasticum cognoscendum data cautione quod restituet executans

tanis accepta super Ecclesiasticum contra
ctus ille declarabitur vsurarius quas obres
partes executatæ virtute talis cõtract' vsu
rarij pretensi solent à iudice Ecclesiastico
coram quo de tali vsura tractatur obtinere
inhibitionem contra iudicem secularem
de tali executione cognoscentem, vt vlte
rius super ea non procedat, vsque dum de
terminetur an contractus ille sit vsurarius
prout asserit Suarez, in dict. l. post rem in
8. quæst. incip. circa iudicem num. 15. pag.
353. & an posit fieri per iudicem Ecclesia
187 sticum † talis inhibitio, tradit Beroius,
in quæst. familiari 77. per totã, & Matth.
Afflictis, dec. 30. relatus per Didacum, Pe
rez, hic col. 1083. versi. vsurarũ, & latius
per Gutierrez, vbi supra, in dict. cap. 2. nu.
9. cum pluribus seq. vbi nu. 31. quærit an
pars sit citanda exequens ad concedẽdam
hanc ab Ecclesiastico iudice inhibitionẽ,
de quo & optimè per Fredericũ de Senis,
cons. 300. quem corruptè allegat Abb. in
cap. 1. num. 10. de iureiur. & Beroius vbi
supra, num. 4. Et an sit dare aliquem casum
in quo similis remissio ad iudicem Ecclesia
188 sticum † vitari possit per secularem iudi
cem, tradit Ferratius, caute. 53. & hæc in
ciuilibus procedunt, in criminalibus verò
si criminaliter contra vsurariũ agatur, op
timè, secũdum Clarum vbi supra, cognos
cit secularis, quod optimum ad l. de las vsu
ras lib. 8. infra, & secundum hæc potest in
telligi quod inquit Carolus Grassallis, in
dicto libr. 1. Regalium Franciæ iure. 3. in
quiens in Frácia seculares iudices de vsuris
cognoscere, & ibi in effectu ita declarat.
Ibi, [O temor o fuerça], aduersus quam
nulla tuta defensio competere potest, ne-
189 que competit, † vt inquit text. in. l. si ea
res ff. de actio. empti, ideòque si debitor
meus sit coactus per iudicẽ deponere pe-
cuniam vel rem mihi debitã penes aliquẽ
vel penes se per modum sequestri, si per-
sonã creditorem petat ut executio contra
me debitorẽ talem, potest debitor ipse op-
ponere de vi illata per iudicem iubentem
deponi pecuniam illam vel rem, & seque-
190 strari & impedietur executio, † secundũ
Auendaño, in dictionario suo, verbo fuer
ça, & in præsenti num. 30. & à nu. 31. versi.
quinto fallit, incepit tractare de hac metus
& vis exceptione, & Rebuf. in dict. tomo
1. titul. de literis obligatorijs, art. 1. glos. 9.
num. 35. debet tamen secundum Auend.
hic nu. 33. aduertere opponens talem ex-
191 ceptionem † vis vel metus, quod petat
rescindi contractum illum propter metũ,
vel vim illam factum & consequenter exe
cutionem nullam declarari bonaque exe-
cutata reddi libera & absque vllis expensis
condemnando in eis partem aduersam, &
ideò talis vis vel metus debet esse sufficiẽs
ad rescindendum contractum, prout so-
nant verba nostri text. ibi, y tal que de dere
cho se deua de recebir, referẽdo verba hæc
ad proximè præcedentia de miedo, vel vio-
lentia, secundum quod inquit Auendaño,
dict. num. 33. Didacus, tamen Salmaticus
in præsenti, verba hæc, y tal que de dere-
cho se deua de recebir, non ad vim & me-
tum referenda dicit, in colum. 1102. sed q
referantur ad verbum excepcion, de quo
supra dictũ fuit, plus tamen placet declara
tio Auendañi, scilicet vt referantur ad
vim, vel metum, & sic de illo, qui cadere
potest in cõstantem virum, si à creditore
ipso, contra quem opponitur, vel ab alio
eius respectu illatus sit, vt contractus
ille fieret, considerata personæ vim, vel
metum inferentis qualitate, nam si à
patre esset factus metus reuerentialis
191 existente † enormi læsione sufficie-
ret, secundum Suarez, allegatione. 24. &
melius Menesius, in. l. interpositas nu. 25.
& 26. C. de transactio. & Auendaño, hic
num. 31. vbi in versi. & in ista exceptione
inquit verbum vnum, quod dicit memo-
riæ commendandum scilicet, quod in ca-
sibus in quibus metus reuerentialis præsu-
mitur inter patrem, & filium, in eisdẽ præ
193 sumitur inter fratrem † minorem con-
trahentem cum maiori, & allegat Socin.
ita notantem, & tenet etiam Capitius, de-
cisi. 159. num. 31. inquiens quod inter fra-
tres, sicut inter patrẽ, & filium dictus me-
tus reuerentialis læsione interueniente at-
tenditur, & per Menesium, vbi supra, nu.
21. vbi num. 22. inquit spontaneam solu-
194 tionem † metum purgare & dolum iti
dem vt probatur ex. l. 2. C. quod metus
causa, & l. 49. titul. 14. part. 5. nisi secundũ
eundem Menesi. vbi supra, num. 25. capia
195 tur alia coniectura †, quam approbandi
contractum, tunc enim solutionem pur-

gat

gat metum neque minorem ætatẽ, prout & tenuit Petrus Costalius, l. 3. §. 1. pag. 75. ff. de minori. Si vero à iudice metus vel vis
196 inferatur minor † sufficit metus quam si à priuato, vt potè quia ei resisti nõ potest, & mandatum eius vim infert, nã vt inquit Aymon Craueta, consi. sufficit quẽ non esse in sua libertate, vt metum allegari possit, habet enim quis necesse parere iudici
197 sed nũ debitor tenetur, † resistere huic sequestro, vide quæ diximus in rub. titul. 12. supra hoc lib. notandum tamen est q si per aliquem facta est denuntiatio debitori meo nè mihi soluat debitum, si tali meo debitori offero cautionẽ compellitur soluere, secundum Additio. Bart. in. l. non solum. §. morte, nu. 35. litera. L ff. de noui. op. nunc. vlterius notabis quod si quis est spoliatus omnibus bonis nõ tenetur credi-
198 toribus suis durante spolio † respondere, vt diximus in. l. 2. verbo, restituyan, tit. 13. supra eo. lib. & ideo executioni opponi hoc poterit per spoliatum, nisi ex verbis scripturæ aliud constaret, vt in casu Decij, consi. 7. Aduertit tamen Auendaño, hic num. 33. versi. item aduertat, quod tũc exceptiones hæ falsitatis & metus opponi possunt, quoties intra tẽpora legitima opponuntur non alias, dum tamen per viam actionis opponantur, secus si per modum
199 exceptionis, † quia tunc in perpetuũ opponi poterunt, annalia enim ad agendum perpetua sunt ad excipiendum, de quo tamen dubitat ipse Auendan. hic numero. 35. versic. item aduertat, & alibi nos in simili diximus plura. Pro complemento tamen huius legis vnum restat notandum, scilicet, quod facta realiter executione, & cum effectu, salua remanet executato via
200 † ordinaria, si appellare noluerit ab executione, secũdum Suarez, dict. l. post rem §. sed pro euidentia, pag. 317. col. 2. in princip. & iterum in. §. circa iudicem, pag. 354. col. 1. in fine, & Auendaño, hic nume. 49. & hæc pro lege hac sufficiant, cætera per Doctores ordinarios regni videri poterũt non enim omnia possumus referre, neque licet.

LEX II.

¶ SUM. Legis nostræ est, quod est declaratoria legis præcedentis, poniturque in hac lege forma & assignatur tempus probandi exceptiones contra instrumentorum executionem opponendas.

IBi, [Contratos publicos], & qui sint ij, in. l. supra proxima dictũ remanet, vbi & inseruimus qualitates instrumenti publici super contractu confecti, vt exequibile esset, in propositumque huius legis breuiter dici potest, instrumentum publicum
1 esse, † quod sine adminiculo viuæ vocis eius, qui scripsit, aut testium, fidem facit, secundum text. in authen. de fide inst. §. 1. ad hoc allegatum, per Angel. in consi. 220. num. 1. & latius in dicta. l. supra proxima diximus. Ex quo malè inquit Auendaño, in dict. titul. de las excepciones, num. 21. in fine, scilicet, quod facto instrumẽto priuato secũdum formam. l. scripturas. ff. qui poti. in pignore hab. potest talis instrumenti executio peti & fieri, nã malè, salua eius
2 pace, † & cõtra supra dicta, loquitur Auẽdaño, ex dictis per angel. vbi supra, & ex. l. 5. infra eo. requirente partis recognitione & sic ipsemet Auendaño, capi. 30. præto. num. 5. libr. 2. tenet contrarium inquiens schedulam priuatã testibus tribus subscriptam nullomodo exequi posse quantumuis per testes ipsos recognoscatur nisi adsit partis recognitio, etiam si deperdita esset, prout alio in loco diximus, contra Villalobos, in suo ærario mille com. opi. litera. E. nu. 246. contrarium cum deperdita esset, & male asserentis. Sed an talis scriptura priuata duobus testibus subscripta cũ hypotheca bonorũ præferatur instrumento publico posteriori in data stante statuto quod executionẽ mereatur, tradit Pet. de Anchar. in quæst. suis, quæst. 10. libr. 1. vbi inquit quod sic, cũ & duobus testibus hypotheca probetur quod tamẽ durũ mihi videtur, propter. l. scripturas. C. qui potior. & quia licet duobus testibus hypotheca probetur non tamen verum videtur q

præfera-

præferatur instrumento publico contra iuris dispositioné sed adhuc idem tenet glo. com l. 3 titul. 13. part. 5. alibi tamen dicemus resolutiue: posset tamen exequi schedula talis priuata cum sola recognitione testium in ea subscriptorum, quoties in ipsa
3 schedula † ex partium conuentione esset scriptum, vt exequi posset cum sola testiũ recognitione tunc enim nulla esset necessaria partis recognitio, ex dictis per Boeriũ decisione. 295. nu. 18. sed contrarium teneo in l. 5. in glos. 1. infra eo.

Ibi, [Recaudos ciertos], certæ enim debent esse obligationes & contractus, & certum quid dari, vel fieri cõtinere debét vt executio locum habeat, sufficit tamen esse certum de per se, vel per relationem ad aliud, & sic si ex duobus instrumentis clausulam guarentigiam habentibus debi-
4 tum fiat liquidum † habebit locum executio sicut si ex vno tantum, secundum Peralta, relatum & secutũ per Didacum Perez, l. 1. titul. de las entregas, gloss. magna quæst. fin. pagi. 250. libr. 2. ord. & pro hoc considero text. nostrũ in plurali numero loquentem, & eodem modo si per probationem liquidaretur debitum contentum in instrumento guarentigio sufficeret & tradit Rebuf. de literis obliga. art. 1. glo. 9. nume. 9. & 10. tom. 1.

Ibi, [Seyendo passados los plazos], alias enim peti non posset executio, imo & ante diem petens pœnas incurrit, de quibus in toto titulo, de plus petitionibus, in decretalibus, & in. §. plus, inst. de actio. & in iuribus similibus, plus enim petere dicitur
5 quis, si ante diem † petit, & ideò iudex aduertere debet tempore executionis petitę an sint lapsa tempora solutioni statuta in instrumento illo exequendo, nã si lapsa non dum sint potest ex officio, imo & tenetur secundum verborum horum tenoré, etiã parte aduersa non petente repellere executantem hũc antequam labantur solutionis tempora, nam exceptio, quæ ex eodé instrumento resultat, necesse non est
6 opponi, † prout in ijs terminis tradit Cassiadorus, decisione. 10. de rescript. nu. 2. adeò vt si addatur soluã tali die si pars certiorauerit, vel petierit, die etiam adueniente, non facta dicta certioratione, peti non
7 potest executio, † secundum glos. 2. l. 8. titul. 14. pat. 5. & dixi supra lege proxima, in glos. magna in 4. qualitate, nam quoties dies solutioni simpliciter non est appositus sed cum certiorationis qualitate, prius quam executio petatur monitio & petitio
8 extra iudicialis requiritur vt executio † locum habeat, secundum nostrum Guterrium, in dict. tract. de iuramento confir. 1. part. cap. 56. num. 2. & 10. & ita in contingentia facti plures executiones hac de causa irritari feci: & hoc nisi dicatur soluetur
9 die tali vel ab inde in antea † cum creditor voluerit, tũc enim die illa adueniente nulla alia requiritur monitio, secundum Ias. in l. si ex legati causa, num. 12. ff. de verbo oblig.

Ibi, [No seyendo legitimas], has enim hæc lex & supra proxima repellunt & excludunt, non verò legitimas, prout ibidem diximus.

Ibi, [Saluo si dentro de diez dias], verba hæc restringunt & limitant legem præcedentem hoc videlicet modo, quod tunc legitimæ exceptiones admittendæ sunt contra executionem, vt eam impediant, quoties liquidantur & probantur intra decem dies à die oppositionis numerandos secundum quod in lege infra proxima disponitur, terminusque exceptiones proponendi contra executionem, trium est currentium à die citationis facta, para remate secundum text. in l. fi. infra isto titu. & lib. & si intra dies illos tres, executatus non se opposuerit, amplius se opponere non potest, sed fit vltima subhastatio & licitatio, prout ex dict. l. fi. probatur, quæ nouissimè hodie formam procedẽdi in executione declarat & opponit, & de iure ciuili tẽpus liquidãdi exceptionem oppositam aduersus executionem instrumenti guarentigij, vel priuati recogniti, cõfessionis, aut
10 sententiæ, arbitrarium erat, † secundum Roma. consi. 76. col. fin. quem & alios refert Menochius, de arbitrar. iudi. lib. 2. cẽturia. 1. casu. 17. hodie tamen ex lege nostra decé dierũ spatium vides adhęc constitutum vt notat Auendaño, hic num. 51. versi. & non omittatur. Et in tantum debet intra decem dies illos fieri exceptionis oppositæ probatio, quod intra illos debét testes probatorij non solum præsentari & iurare, verũ & declarare: aliter enim post eos

eos elapsos nullo modo declarare poterint quã ũcunque intra illorũ spatium iurauerint præsentati, quoniam lapsu horum decem dierum instãtia partibus assignata est extincta, decemque ij dies per legem nostram assignantur non solum ad probandum, sed & ad probatum habendũ, & ideò per lapsum eorum non licet amplius testes
11 examinare imò neque instrumenta † præsentare, secundũ Didacum Perez, hic col. 1109. in fine & Castellum, in l. 64. tauri. nũ. 86. & Auendaño, cap. 16. Prætorum, num. 1. lib. 1. vbi num. 2. inquit, probationem post factam nullius esse momenti,
12 † & de instrumentorum præsentatione idem testatur Didacus Perez, hic col. 1110. in fine, & fortificatur ex dictis per nos in l. 1. titul. 6. verbo, para probar, supra hoc libro. Sed an iam quod post decẽ hos dies neque per testes neque per instrumenta licet probare exceptionem oppositam, lice
13 bit per confessionem executantis, † ad petitionem executati petentis iurare de calumnia executantem, & in hoc Auendaño, dict. cap. 16. num. 2. versi. & licet cum seq. & num. 3. lib. 1. & in præsenti nu. 51. versi. probatio autem inquit, quod neque per confessionem partis probari poterit exceptio talis opposita, si post decem dierũ lapsum executatus id petierit, contrarium tamen tenendum est, & ita in practica cõmuniter practicatur & obseruatur, cum Suarez. l. post rem, versi. sed pulchrum dubium est pagi. 331. & Domino Couar. in pract. cap. 26. num. 3. & Didaco Perez, hic col. 1070. & iterum in col. 1108. per totã cum seq. & hæc opinio approbatur per tx. in l. 72. in fine, titul. 4. lib. 3. supra quæ lex. licet localis videatur, vbique tamen seruãda est, prout in Rubric. illius met tituli. 4. diximus, & hoc siuè ex officio iubeat iudex partem iurare de calumnia, siue ad petitionem partis, contra Aluarum Velasciũ de iure emphyteotico quęstione. 7. num. 30. volentem communem illam Roderici Suarez, procedere quoties iudex ex officio partem iuberet iurare de calumnia, lapsis decem diebus, secus si ad petitionem partis, indistincte enim opinio Suarez, & communis tenenda est, quam & ibidem ipse Velascius, ibi num. 29. vt veram tenuit. Diesque ij decem prorogari nõ possunt
14 † ad petitionẽ debitoris, licet ad creditoris sic, vt supra lege proxima dictũ est, & tunc termino prorogato ita reus sicut & actor vti poterit, dilatio enim vt parti concessa communis est alteri, vt diximus in l. 3. in glos. gozen, titul. 8. supra isto lib. item notandum est quod tunc decem ij dies tãtum dantur reo pro probanda exceptione opposita, quoties comparet ad impediendam executionem petitam, sed aduersus præsumptionẽ resultantem ex instrumẽto, etiam post decem admittetur reus hic
15 ad probandum, † secundum Suarez, dict. l. post rem, ampli. 2. num. 4. pagi. 283. aduertendum tamen plurimum esse censeo ex parte rei se opponentis aduersus executionem scilicet quod faciat libellum oppositionis notificari creditori exequenti, & citari eum faciat, ad vidẽdum iurare testes per ipsum reum pręsentatos, alias enim nihil nocebit probatio actori executanti, neque valida esset, & ea nõ obstãte procederetur in executione, in vno quoque enim actu debet pars citari, alias ei non præiudi-
16 cant acta in contrariũ, † ex l. de vno quoque. ff. de re iudi. & ex text. in capi. 2. extra de testibus, & l. si quando. C. eo. titul. Socin. regul. 406. Felin. in dict. capi. 2. col. 3. versi. modo aduerte, vbi ponit. 14. limitationes, & hac de causa vidi iam in practica non obstante probatione rei executionẽ fieri, & iudices ad hæc aduertere debent, vt omnia hæc iubeant obseruari & partes citari quantumuis reus non petat, notandum vltimo est, quod decem ij dies executato conceduntur, tertio enim pro suo in
17 teresse comparenti ordinarius & maior † terminus concedendus est, secundum tx. vbi diximus in l. 41. titul. 4. lib. 3. supra.

Ibi, [Por otra tal escritura como fue el contrato de deuda o por aluala que hagase, o por confession de la parte, o por testigos], omnes hos modos probandi, prosequitur & declarat Auendaño, in præsenti num. 51. vers. probatio autem debet fieri, vsque ad. 53. & sic habes hic appellatione instrumentorum nõ venire testes neque confessionem partis, de quo per Rebuf. l. notionem. §. instrumentorum per totum ff. de verbo. sig. Et nota quod ideò contra probationem ex instrumento resultantẽ admittitur probatio per testes, quia contra

tra

trahentes & partes instrumēta cōficiētes
hodie non intendunt inscriptis contrahe
re, & sic nimirum quod per duos tantum
testes solutio debiti in instrumento illo cō
tenti probari possit, alias enim si constaret
partes voluisse inscriptis contrahere, debe
ret alio simili instrumento, vel saltim quin
que testibus solutio probari, secūdum gl.
carta, in l. 32. titul. 16. part. 3. quoniam si
debitum inscriptis est cōtractum, solutio
18 probanda est inscriptis, vel per l. quinque
testes. l. testium. C. de testi. notant Bal. &
relati per Matth. Afflict. decisio. 13. num.
25. & hoc iure ciuili attento verum crede
19 rem, lege tamen nostra attenta † aliud dis
ponente tētari potest & teneri verè quod
siuè partes contrahere intendant inscrip-
tis siuè non testibus solutio debiti in tali in
strumēto cōtēto probari potest, etiā si sint
minus quā quinque, lex etenim nostra nō
sine mysterio has omnes probandi formas
descripsit vt in quocunque casu intellige-
retur, & procederet, sciebat enim legisla-
tor partes inscriptis contrahere posse, scie
bat etiam dispositionem & modum tunc
probandi solutionem de iure ciuili, & ni-
hilominus in lege nostra disposuit testibus
probari posse, & sic duorum numero con
tentatur, quoniam pluralis locutio, ex iu-
ris regula, duorum numero contenta est,
igitur voluit etiam in solutione probanda
contra instrumentum inscriptis contra-
ctum tam ex legis dispositione quā ex par
tium conuentione prouidere, vt duo te-
stes sufficerent, item & quia si aliud dicere
mus de superfluitate argui posset legisla-
tor in præsenti, nam quid notius quā duo-
bus testibus solutionem probari, sed si ver
ba nostri text. ad solutionem probandam
aduersus instrumentum in scriptis non cō
tractū vellemus tātum referre, superflua
certè esset eius dispositio, & ideò & in ca
su difficiliori, in quo lex semper disponere
videtur, intelligenda est, item & hæc est in
conuincibilis consideratio, scilicet quod
lex nostra parificat probationem solutio-
nis factæ & demonstratæ per aliud tale in-
strumentum, vel per testes, igitur quem-
admodum si inscriptis celebrato cōtractu
de iure ciuili sufficiebat alio tali instrumen
to probari solutionem, & nunc ex lege suf
ficiet solutionē testibus probare, cum vtrā
que probationem lex nostra parificet, &
ita mihi videtur tenēdum, saluo semper al
terius meliori & iudicio & censura, & no-
tanda sunt hæc, quia noua mea considera-
tione inducta quidquid velit distinguere
Auendaño in dict. titul. de las excepciones
num. 52. versi. sed hoc intelligo pro hac
mea & tenēda opinione, & in practica co
tidie seruata, faciunt dicta per Rebuff. in
l. notionem. 99. §. instrumentorum versi.
1. cum pluribus seq. pagina. 582. cum seq.
ff. de verbo. sig. Et an statuto fieri possit vt
solutio debiti probetur per instrumentū,
20 † & nō per testes, vide per Hippoly. in ru
bric. de probation. fol. 6. in paruis, versi.
modo circa hanc, vbi latissimè declarat, &
limitat, & num. 10. ponit cautelam vt te-
stes tūc admitti possent pro solutione pro
banda, & optima in propositū horum ver
borum declarat, insuper notabis quod in
quantum lex nostra probat, per confessio
nem partis probari posse solutionem, hic
esse text. probantem confessionem partis
21 esse probationē, † & eam inducere, prout
aduertit hic Auendaño num. 51. vers. pro
batio autem, vbi alios allegat, & Aluarus,
Velasc. de iure emphy. q. 7. n. Et an si per
testes probetur quinquaginta soluta esse,
& per confessionē partis quinquaginta so
22 luta esse constet, præsumetur eadē † quā
titas, prosequitur Auendaño, dict. nu. 51.
alios allegando per quos veritas huius di-
cti examinari potest, vt ad alia transeamus.
Ex quibus etiam notandum est quod in
via executiua vbi adest publicum instru-
mentum de debito, vel confessione partis
si vnus tantū testis adsit de solutione non
23 † deferet iuramentum suppletorium, ex
dictis per Iasin l. ait prętor. la. 1. nu. 20. &
in l. admonendi in lectu. num. 106. cum
seq. ff. de iureiuran. & quia tex. hic testes re
quirit in plurali, & sic duos requirit, ad mi-
nus.

Ibi, [iure q̄ nō trae malicia], & si se per-
iurauerit puniri poterit pœna sexcentorū
morapetinorum periuris imponenda, se-
cundum Auendaño cap. 27. prętorum. n.
17. versi. item iure lib. 2. quod ibi intelligit
verum quoties ipsamet pars iurat, secus si
eius procurator, & hanc suam limitationē
ego sublimito nisi ipse procurator manda
tum haberet speciale ad iurandum execu-
tionem

tionẽ,& quantitatẽ pro qua petitur, debe ri,nam tûc dominus teneretur,prout alio in loco latius diximus,de procuratore an possit domino præiudicare.

Ibi,[Y si nombrare los testigos,]adhæc verba aduertendum est, semel enim quidam iudex non considerans ea allucinatus est, nolendo admittere oppositionẽ quã dam legitimam rei executati, eò quod in oppositione, vel saltim in interrogatorio non nominabat testes, quibus oppositionẽ suam prætendebat probare, & nè tu decipiaris, nota quod tunc tenetur executatus, & sunt verba hæc nostri text. attendenda, quoties reus ipse se opponens vult sibi concedi terminum maiorem decem dierum ad probandum oppositionem suã tunc enim seruatis alijs à nostro text. descriptis conceditur sibi terminus hic maior habita consideratione loci vbi dicit habere testes, & nominando eos, secus vero si tantum termino decem dierum vti vult, tunc enim nihil horum necessarium est, prout ex. l. fin. inf. eod. formam executionis describentem colligitur & ex practica totius regni. Considero tamen esse tex. in præsenti pro decisione illius conclusionis per nos examinatæ, in. l. 3. titu. 8. supr. isto lib. in gloss. la mitad del termino, scilicet, quod si testes examinandi sint extra regnum debet eis assignari terminus competẽs pro eorum examinatione, si terminus per legem assignatus nõ sufficeret ad eos examinandos.

Ibi,[Dando el tal mercader o acreedor luego fianças,]pondera gerundium illud dando, quod & ablatiui absoluti est, & finitur in do, & per consequens conditionem importat, ex text. & ibi DD. in. l. ab emptione. ff. de pactis, & alibi diximus, cũ que conditionem importet, non tenebitur reus soluere antequam detur per creditorem fideiussio de qua in lege nostra disponitur, nam prius verificanda est conditio, quam ad solutionem soluendorũ sub ea deueniri possit, idque verum crederem
24 etiam si pars aduersa id non petierit, † præsertim cum lex nostra nouam formam inducat cum suis modificationibus, quo casu forma eius substantialis est & omnino adimplenda, ex dictis per Tellium, in. 2. part. l. 3. tauri, numero. 16. & Octauianũ decisione Pedamontana. 164. numer. 11. & Auendaño, respons. 14. in fine, & sic aliter facta tanquam contra formam substantialem nulla sunt, vt per Octauianum vbi supra, numero. 15. & vt iudicia non sint elusoria & partes inanibus laboribus & expensis non fatigentur iudex tenetur impartiri officium suum etiam non petitum, secundum Ripam, in. l. quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de dam no infecto, & faciunt dicta per Auenda. capit. primo. prætorum, numero. 29. libro primo, & in præsenti, numero. 36. versic. item sequitur, vbi in proposito in fortioribus terminis, ita videtur tenere, & Rebuff. 1. tomo, constit. Franc. titulo de sentent. executoriarũ artic. 1. glo. 15. num. 3. cum sequentibus, & refert concius noster Guterrius, in repet. l. nemo potest, à numero. 432. vsq; ad. 439. quicquid velit in contrarium dicere idem Auendaño, cap. 16. prætorum, num. 2. post princip. lib. 1. & sic cotidie videmus practicari quod iudices in sententijs de remate, etiam parte executata non petente iubent præstari ante solutionem fideiussionem, de la ley de Toledo, quæ hæc est quam nunc commẽtamus. Sed num si creditor ipse inops est neque fideiussorem reperiat, stabitur suæ
25 iuratoriæ cautioni, † & dicendum est, quod cum pro forma text. hic fideiussionem hanc requirat, præsertim si per partem petatur præstari, nullomodo sufficiet iuratoria cautio, quia non satisfit menti & dispositioni nostræ legis nisi realiter & cum effectu præstetur fideiussio hæc, prout in simili inquit Auendaño, hic numero. 36. versic. item sequitur quod iste, & Rebuff. in. 1. tom. constit. Franc. titul. de sentent. executor. articul. 1. gloss 16. numero. 12. cum sequen. pluribus, & Aymon, consilio. 31. numero. 4. nisi ex subiecta materia cautio sine fideiussione sufficeret, secundum Alexan. consil. 35. num. 11. volum. 4. vbi additio alios allegat, & cum tractatur de paruo damno sufficiet iuratoria cautio, secundum Romano. consilio. 49. numero. 2. ex quo infertur ad fideiussionem præstandam per maritum de non offendenda vxore nõ sufficere
26 re iuratoriam cautionem † etiam si fideiussores non inueniat, prout in contingẽtia

tia facti inquit vidisse decisum Guterriū vbi supra, numero. 297. prout in eodem negotio de quo ipse ibidem testatur ipse etiam vidi decisum & determinatum, & idem dicendum, quoad terminos. l. 4. infra eod. secundum Auendan. dict. numero. 36. Et an iudex poterit esse fideiussor
27 creditoris † exequentis, tradit Auiles capit. tertio. syndicatus, numero. 23. folio. 266.

Ibi, [Passada en cosa juzgada,] & tunc dicetur in rem iudicatam transire quoties
28 nullus locus appellationi † remanet, secūdum Couarru. in pract. capit. 15. numero. 2. in princip. & cap. 33. numero secundo, versicul. secundo & illud est, & Cassiadorum, decisio. 8. de rescriptis, numero. 3.

Ibi, [Con el doblo,] vsque nunc nondum vidi rigorem hunc practicari, fortassis, quia casus nondum euenit, prout nunquam vidi in practica dubitari.

LEX. III.

¶ Summarium. A quo tempore currant decem dies à lege supra proxima assignati ad probandam oppositionem, & quid agendum vbi executatus nihil probauerit, lex nostra declarat.

IBi, [Por la ley,] Quæ est supra proxima vbi & in. l. 1. supra eod. de materia executionis latè actum est, ideo non est vlterius repetendum.

Ibi, [Los dichos diez dias corran,] hæc sunt verba dispositiua nostri tex. & declaratoria legis præcedentis intra decem dies probantis exceptionem oppositam probandam. & nota quod decem ij dies assignantur postquam pars executata opponit se executioni & ab inde currunt, & solet pars hæc se opponere lapsis præconiorum terminis & citatione facta para remate, secundum quod in. l. fin. infra, eod. disponitur, quod si ante pars se opposuerit ante incipit currere terminus horum decem dierum, quia videtur pars se opponendo alijs terminis præconiorum & citationis para remate, renuntiare tanquam in fauorem suum introductis, cui quidem fauori in sui præiudiciū renuntiare potest executatus.

Ibi, [desde el dia,] Ex ijs verbis collige, prout optimè aduertit Castillo, in. l. 64. tauri, numero. 82. quod dies oppositionis
1 propositæ † non computatur in termino illorum decem dierum, vt pote quia text. noster loquitur dictione hac, desde, latinè a. vel. ab. quæ exclusiua termini est, prout & alio in loco diximus in. l. 1. verbo, hasta titu. 4. supra, isto lib. & sic dies termini nō cōputatur in termino, vel quantūuis cōputandus esset currerent tamen de momēto ad momentum decem ij dies, quoniam hoc regulare est vt tempus legale de momento ad momentum currat, & sic vtile esset apponere horam in qua decem dies assignantur vt ab inde currant, licet de sty
2 lo † de ijs non curatur in iudicijs, sed potius dies termini in termino computatur.

Ibi, [sin embargo], alios casus vbi proceditur appellatione remota posui remissiuè in. l. 3. & 6. tit. 16. supra isto lib. & procedit tex. hic quoad ipsum debitorem executatum, secus vero quoad tertium pro suo interesse comparentem & opponentem se executioni, nam quoad tertium hunc appellationi locus est, & ex tali appellatione effectus sententię suspenditur, secundum Castil. vbi sup. n. 96. & vide dicta per nos in l. 41. tit. 4. lib. 3. sup. de quo tertio se opponente late loquitur Couar. in suis pract. quæst. Item secundo intellige legē nostrā appellationē quoad debitorē executatum condemnatū remouentē, nō ex toto tollere appellationis remediū, sed tantū tollere effectū suspensiuū appellationis, non tamē deuolutiuū, saluo tn ipsi reo iure suo prosequendi appellationē, similemq3 ordinationē reperies in regno Franciæ statutā prout licet videre ex Rebuf. in. d. 1. to. cōsti. Franc. tit. de liter. oblig. artic. 1. gl. 10. numero. 1. vbi & inquit valere statutum & legem, quod non admittatur appella-
3 tio † ab instrumenti executione & in tali casu operatur appellatio tantum effectum dictum deuolutiuum non vero suspen-

pensiuum, prout & optimè inquit Cou. in practic. capit. 23. numero nono. exemplo. 3. & Rebuf. 1. tomo constit. Franc. titulo de sentent. executori. in præfatione numero. 34. & in l. fin. infra eo. in glossa fin. hæc & alia dicemus. Et an à mandato
4 de exequendo † liceat appellare, vide glossatorem Salmantinum, hic colum. 1113. versicul. quæro vtrum, & Bern. Diaz, regula. 43. & melius per Rebuff. in dicto primo tomo constit. Franc. titulo de sententijs executorialibus articulo. 7. glossa 12. numero. 16. & Socin. Iunio. consilio 138. numero. 6. libro. 3. & Menochium optimè, de arbitrarijs iudicũ, alias de ad ipiscenda possessione remedio. 4. numero 828. vbi tradit an habebit talis appellatio effectum suspensiuum, vel deuolutiuum saltim & Marant. in practica titulo de appellatio. numero. 106. Et notandum est quod vt possit quis appellare ab executione nomine alterius requiritur speciale &
5 indiuiduum mandatum, † neque sufficeret generale ad lites & causas & ad appellandum à sententia diffinitiua, vel interlocutoria, secundum Rolandum, consilio 43. numero. 11. volum. primo, & Rebuf. in dicto titulo de sentent. executor. articulo. 7. glossa. 13. numero fin. eò quod si appellas ab executione succumbis in causa condemnaturin. 50. libris argenti, per textum in l. ab executione. C. de appellatio. recipien. & procurator non potest facere incidere in pœnam dominum suum nisi habeat speciale mandatum ad hoc, vt dixi in l. 10. titulo primo, supra isto libro & an ab executore appellari possit &
6 quomodo † vide Rebuf. dict. glossa. 13. & in glossa duodecima, alia de ijs dicit per ipsum videnda, ne aliorsu scripta referamus.

Ibi, [De qualquier nullidad], vniuersalis hæc, qualquier, etiam notoriam nullitatem, & incompetentiæ, vel defectus citationis excludere videtur, nam qui totum dicit nihil excludit, vrgent tamen in contrarium quæ diximus in l. secunda, verbo sesenta, titulo. 17. supra isto libro & in l. prima glossa, que no sea, supra isto titulo nostro & libro, & sic teneo tales nullitates notorias, incompetentiæ, vel deffectus citationis non excludi per
7 textum nostrum, † ex dictis per nos in dictis locis, & per Mexiam in l. de Toledo, in responsione ad secundum fundamentum, primę part. numero. 16. & pro hoc considero l. quartã, titulo. 17. supra isto libro dum ibi expresse excluditur hęc nullitas, quasi secus vbi non excluditur expresse.

LEX IIII.

¶ SVM. Sententiæ arbitrariæ & transactiones exequendæ sunt modo & forma à lege nostra descriptis.

IBi, [que las partes], de habilibus & potentibus compromittere intellige, verba enim quantumcunque generalia de ha
1 litate † restringenda sunt. l. vt gradatim ff. de muner. & honor. tenet in proposito nostro in simili dispositione, Rebuf. in tertio tomo, titulo de arbit. glossa. 1. numero secundo, & glossa secunda, numero. 3. ponit Regulam ad cognoscendum qui possint compromittere, sic & lex loquens, de sententia, intelligenda est lata
2 à potente † illam pronuntiare, secundũ Bart. & Bald. in l. 2. §. prætor ait. ff. qui satis. cog. & alios relatos per Mexiam in l. de Toledo, in respon. ad. 2. fundamen. 1. part. num. 10. sic & promittens soluere
3 in quolibet loco intelligitur de idoneo † secundum glos. vtilem. l. 1. ff. de eo quod certo loco, de qua alibi latius dixisse recordor.

Ibi, [Por bien de paz y concordia y por euitar pleytos], hæc sunt principaliores causæ, propter quas arbitri, vel arbitratores amicabilesq; cõpositores eliguntur & nominãtur per partes, & causæ & lites cõpromittũtur, scilicet causa pacis & cõcordiæ, & vt lites & iurgia vitentur, quę effectum & alios solent aliquãdo producere

compromissa; prout eos referens inquit Rebuf. vbi supra, articulo primo, glossa 14. nume. 22. cum sequentibus, notandumque itidem est verba hæc nostri tex. quæ nũc commentamus, potius compromisso, & arbitramento, quam transactioni propriè & specialiter sumptæ conuenire, nam compromissum & arbitramentum, quamuis nihil, tempore confectionis eius, detur hinc inde à partibus, vel promittatur, optimè confici potest, transactio verò propriè fieri non potest, nisi hinc inde aliquo dato, retento, vel promisso, alias nihil agitur, neque transactionis nomen meretur, secundum textum in l. transactio. C. de transactio. vbi melius quam alius illustrissimus Meneses, ampliat & limitat regulam hanc, & ideò secundum eum ibi numero secundo, in su-
4 scipienda tutela, vel cura † non est locus transactioni, cum in ea nihil dari promittiuè possit. l. in eos. ff. de transactio. transactio etenim est pactio non gratuita super re dubia ac lite incerta. l. prima. ff. de transactio. quam diffinitionem apposuit, Menesius, in rubric. C. de transactio. numero. 16. declaratque eam optimè Orofcius, in l. de his. numero. 13. columna, 968. ff. de transactio. & in rubri. eiusdem tituli numero secundo, columna. 957. & de hac transactione specialiter & propriè sumpta loquitur noster textus in finalibus verbis, nam cum ex præcedentibus intelligere debeamus textum nostrum in compromissis & arbitramentis loqui, quæ à transactione propriè sumpta, vt vides, differunt, ideò lex nostra in fine specialia verba de transactione posuit, & expressit, per quam quidem expressionem intelligendum est in præcedentibus verbis, & orationibus, non de transactione, sed de compromisso & arbitramento legem nostram loqui in quo compromisso nihil est necesse à partibus aliquid hinc inde dari retineri, vel promitti, compro-
5 missum enim deriuatur † à præpositione cum versa. u. in. o. propter compositionem, vt inquit Priscianus, libr. 14. dum loquitur de præpositione, cum, & à verbo promissum, quasi simul promissum. Inspectaque hac etymologia, omnes in vicem eodem tempore aliquid promittentes, compromittentes dici poterunt, licet teste Ioanne Baptista, in tract. de arbitris libro primo capit. primo iuris ciuilis & Pontificij cõditores, hęc strictius accipientes, pro eo tantum, secundum eos, capiendum est, quod in vicem à pluribus
6 promittitur, † tribuentibus alteri sine iurisdictione notionem quandam cum iudicandi potestate, vt in l. prima. secunda & tertia, & per totum. ff. & C. de arbitra. & in decretalibus, & hoc modo in præsenti materia assumendum est nomen hoc compromissum, nam si generaliter accipiendum esset, & deriuandum à præpositione illa cum, & simul, quasi simul promissum, emptio & venditio, & similes contractus in materia nostra compromissa dicerentur, & ideò strictè verbum compromissum, secundum dictam diffinitionem, assumendum iudico, vt de compromissis & arbitramentis personis aliquibus per partes attributis super negotio, vel lite aliqua dirimendis, intelligamus legem nostram loqui, prout ex magis speciali diffinitione cõpromissi infra patebit, & ex l. 20. titulo quinto, partita prima, qua quidem diffinitione attenta compromissum, & arbitramentum virtute eius latum, transactio quædam impropria dici potest, habet enim arbitra-
7 mentum quandam speciem † transactionis, vt in authentica vt differentes iudices §. si vero contigerit, quem ad hoc nouissimè allegat Molina, de primo genijs Hispaniæ libro quarto, capit. nono, numero primo. transactio enim est genus contra-
8 ctus † sub se omnem modum per quem à lite receditur cõtinens, vt l. secunda. ff. de iureiurando. & ideo arbitramentum esse quandam transactionem in genere, asserit Bart. in l. societatem. §. arbitrorum numero octauo. ff. pro socio, vbi eius additionatores plura allegant, & sumitur tunc transactio non propriè, sed impropriè & sic impropriè sumpta trãsactione, omne compromissum & arbitramentum, quo mediante à lite receditur, transactio dici potest, secundum Menesium, in l. transactio. numero vndecimo, pagina. 167. C. de transaction. & Didacum

dacuns Peren, plura dicentem, in l. quarta titulo 8. libro tertio ordinamenti. verbo, compromissos, colum. 1096. in fine, cum sequentibus ex quibus ibidem referunt, quod si statutum de transactione loquatur, cum stricte sit statutum interpretandum, non
9 habebit locum in arbitramento, † & compromisso, secundum add. Bartoli in dicto numero octauo & Deci. consil. 60. numer. 5. lib. 1. & Parisium, cons. 24. numer. 18. vol. 2. si tamen tale statutum vel lex in transactione generali loqueretur, tunc & in arbitramento locum haberet, secundum glos. in l. sub prætextu specierum glos. 1. in fine. C. de transactio. vbi Menes. numero 7. pagin. 234. plures eam commendantes allegat, sed an compromissum contractum esse dici
10 poterit, † & respondendum est affirmatiuè quod sic, vbicunque enim mutuo consensu partes sponte alicui potestatem tribuunt sine iurisdictione, discordiam decidendi, hoc casu siue in arbitrum fiat, siue in arbitratorem compromissum hoc est contractus, vt probatur ex textu iuncto intellectu Guid. decimo, & Bartoli, in l. tertia. §. sed si filius. ff. de peculio, quem textum ad hoc allegat Ioan. Baptista, in dict. tract. de arbitr. capit. 8. numero primo lib. 1. volum. 3. tractatuum diuersorum, vbi & quærit an tunc erunt plura compromissa, vel vnum tantum, hocque respectu compromissum & transactio contractus dicuntur, & sic iubente statuto, quod de quolibet contractu soluatur gabella, soluetur de transactione,
11 & compromisso, † secundum Menesium in rubric. numero 18. & 19. C. de transacti. quod tamen in nostro regno, secundum eum ibi, locum non habebit, cum non de quolibet contractu leges gabellarum, solui gabellam iubeant, sed de venditione, vel permutatione, & sic de transactione nunquam videmus solui gabellam, licet hinc inde per transigentes aliquid recipiatur, vel promittatur, dum tamen absit fraus cuiusque naturæ sit compromissum per Ioan. Baptistã, dict. capit. 8. numero. 8. & de transactione per Menesium, in rubri. dicto numero. 21. videri potest. Sed an quemadmodum per contractum, ita & per vltimam voluntatem fieri compromissum
12 poterit, vel per viam iudicialem officio † iudicis, tradit optime Ioan. Baptista, vbi supra, c. 9. & 10. & in c. 11. 12. & 13. de quibus que compromisso conuentionali scilicet & testamentario tractat, & in eod. lib. 1. capit. 5. 6. & 8. declarat vnde à principio compromissa & arbitramenta originem sumpserint. Compromissum autem accidentibus compromissis hæc in duas, aut quatuor, vel sex personas fieri solent & sic in numero æquales, non vero in inæquales, vt in tres quinque, vel septem, & aliquando electi inter se difficiunt, & pro sedanda eorum discordia, solet tertius nominari, & quid signi-
13 ficet verbum † hoc tertius, & qualiter assumatur tractat dictus Ioan. Baptista, dict. libr. primo capit. 5. & capit. 27. ponit specialem diffinitionem compromissi in tertium est que notandum quod si tertius hic à partibus in compromisso non nominetur, &
14 eligatur, ipsi arbitri, vel arbitratores † inter se discordantes possunt eum eligere, secundum textum in l. 26. in fine titulo quarto, partita tertia qui ita potest intelligi, secundum glos. ibi, vbi & quærit an idem in arbitratoribus vt ipsi in dicto casu possint nominare tertium hunc, & an sententiæ istius
15 † tertij standum sit, glos. juzgaren, in ea l. 29. examinat, de quibus & tractat Villalobos, in dicto ærario mille communium opinionum, litera A. numero 237. & 238. & qui possint cõpromittere & super quibus rebus, tractat dictus Ioan. Baptista in dicto tract. de arbitr. libro secundo & tertio, &
16 an super rebus maioratus † liceat compromitti, vide per Doctorem nostrum Molinam de primogenijs Hispaniæ libro quarto capit. nono, per totum. Et an compromis-
17 sarij possint cogi acceptare † compromissum, vide textum in dicta l. 29. & glossa secunda l. 26. eo titulo quarto, & partita tertia, & an possit quis compelli transigere,
18 vel cõpromittere, † vide per Menesium, in dicta rubrica numero quarto, vsque ad 16. C. de trãsactio. & hæc pro introductione materiæ huius singularis legis sufficient.

Ibi, [Antes de entrar], ita enim transigitur & compromittitur super litibus mouendis, sicut & super motis, secundum textum in l. secunda & ibi DD. maximè Menesius. C. de transactio. idemque operatur
19 timor litis sicut & ipsa lis, † secundum, Hippolytum plura similia adducentem,

in practica. §. expedita, num. 6. cum pluribus seq.

Ibi, [*Teniendo la parte sententia*], sed nō ne trāsactio, & per consequens compromissum, quod transactioni assimilatur, super re

20 iudicata facta nullius sunt momenti, † ex text. in. l. si causa cognita. C. de transactio. & text. in. l. post rem. 1. & 2. ff. de transacti. deficit enim tunc substantia transactionis, hoc est incertitudo, sententia enim rem liquidam & manifestam facit. l. res iudicata ff. de re iud. & per consequens super ea transigi, vel compromitti non poterit, ex dictis per DD. maximè Menesium, in dict. l. si causa cognita num. 12. 13. & 15. C. de transact. ideò dicendum est, tunc demum verba hęc nostri text. verificari posse, quoties per ius concessum, & permissum reperimus transigi posse, super sententia, non vero alias, verba enim de habilitate intelligēda, & restringēda sunt. l. vt gradatim. ff. de mun. & hon. putà vel quia partes compromittentes, vel transigētes renūtiant in ipso compromisso vel trāsactione, rei iudicatæ, & sic sententię quo casu super sententia transigi & com-

21 promitti potest, † prout communem testatur, D. Menesius, vbi supra, num. 17. requiritur tamen secundum eum ibi in eod. numero. 17. & 18. expresse in compromisso vel transactione tali ipsi sententiæ renūtiari, aliter enim non censetur eidem renuntiatum, neque in generali compromisso ar-

22 bitratoris venit refricatio recissorum † per sententiam à iudice prolatam, & in rem iudicatam lapsam, nam de hoc loquemur, secundum quod in proposito inquit & tenet Bonifacius, in sua peregrina legum partitarum verbo semētia quæstione. septima super verbo primam, versicul. quæro an in compromisso, vel, secundo quoties contra talem sententiam & rem iudicatam admitti potest aliqua exceptio de pluribus, quas congerit Menes. in. l. prima. C. de iur. & fac. ign. tunc enim quandoquidem exceptio contra sententiam admitti potest,

23 & transigi, compromittique licebit, † prout licere inquit Domin. Menesius, in dicta. l. si causa numero. 22. pagina. 144. vel quando secundum *eum ibi numero.* 23. erat petita in integrum restitutio contra talem sententiam, & rem iudicatam, vel quoties dubium est an res sit iudicata, vel non, secundum Paul. in. l. post rem numero. 2. & 6. ff. de re iudi. & Molinam, de primo ge*nijs Hisp. libr. 4. capi. 6. numero. 6.* quibus in casibus & in similibus, si qui alij sunt, verba nostræ legis intelligi possunt, non verò generaliter & indistinctè, & ideò non sine mysterio lex nostra apposuit verbum, algunas vezes, quasi non semper, sed tantum vbi de iure permittitur, scilicet, primo modo per nos declarato, quoties partes voluntariè super re iudicata compromittunt, vel transigunt, & ei expresse renuntiant, apponendo in cōpromisso, vel trāsactione, clausulam, non obstante tali sententia vt inquit Bern. Diaz, in regul. 103. vel solum asserendo, quod sciunt talem sententiam adesse, & nihilominus compromittunt super ea, nam & hoc crederem sufficere, ex text. nostro ibi, sabiendo, quasi tunc tali sentētiæ renuntiare videātur, quandoquidem scienter super ea compromittunt, & verbis legis nostræ attentis verum hoc crederem, quamuis nimium ex eis suppleri censeo dicta & disposita per ius ciuile in hac doctrina, sed lex nostra plurimum ei opitulatur, vel itidem in alijs exemplis supra positis vbi diximus licere super sententia compromitti & transigi poterunt etiam verificari verba, algunas vezes, nostrę legis.

Ibi, [Comprometer], quid sit cōpromittere vltra per nos dicta in glos. 2. huius legis vide per Rebuf. dict. 3. tomo consti. Franc. titul. de arbitris glos. 2. num. 1.

23 Ibi, [Arbitros juris], & qui tales † esse posint, vide per Rebuf. in dict. titu. de arbit. glos. 2. num. 4. cum. 3. sequent. & an deportatus, vel excommunicatus posint esse tales arbitri iuris, vide Alciat. in. l. illa verba arbitratu. ff. de verbo. signi. Duobusque modis sumi potest hic verbum hoc arbitros iuris, vel quod intelligatur de arbitro iuris, qui eligitur ex necessitate statuti, vel legis, vt quando iudex allegatur suspectus de iure canonico, & arbitri eliguntur ad cognoscendum an causa suspicionis allegata sit sufficiens & iuridica, vt per Lanfrancum, in capit. quoniam contra verbo recusationes numero. 15. & Maranta, in practica quarta part. *distinctio. 14. de iudicio iuris*diction. & arbitrato. numero tertio, & causas recusationis tractat, vltra Lanfrancum, vbi supra, Maranta in dicta practica,

tur.

titul. de appella. num. 27. pagi, 558. in par uis, vel quando extaret statutũ quod causæ compromittantur inter consanguineos, arbitri enim tũc electi possent dici, & dicuntur arbitri iuris, secũdum Maran. in dict. num. 3. de quo statuto latissimè tractat Marcus Ant. Blancus, in dict. tract. de compromissis. Et an coram istis arbitris iu
25 ris habeat locum reconuentio †, & quam iurisdictionem habeant, ordinariam scilicet an delegatam, tractat idem Maranta, in dict. 4. part. dist. 6. num. 12. & 13. pagi. 142. in paruis, & optimè Alcia. in rubric. extra de offi. ordin. num. 33. cum. 4. seq. & de ijs verba hęc nostri text. intelligi possunt, vel secundo & verius poterunt intelligi de arbitris à partibus electis, qui quidé arbitri iuris tenẽtur ex vi compromissi iu
26 dicare, & determinare † secundum ius, & iustitiam & non aliter, neque alio modo, qui quidem arbitri simpliciter vocantur, & sunt illi, qui de partium consensu eligũtur & cõpromittitur in eas per partes sub pœnæ stipulatione vt lites secundum ius & iustitiam determinent, & dirimant, secundum text. in l. 23. titu. 4. par. 3. & Marant. in dict. distin. 14. num. 2. pagin. 233. & quia secundum ius determinare tenentur vocauit eos textus noster, arbitros iuris, vt & ex alijs eius verbis patet, ibi para q̃ determinen conforme a derecho, & de ijs proprie loquitur textus noster, quamdoquidem in foro seculari ad causas recusationis non eliguntur arbitri, neque habemus nos leges vel statuta de compromittendis consanguineorum causis disponẽtia, & itidem lex nostra prosequatur aliud arbitrorum genus, scilicet arbitratorum amicabiliumque compositorum, & hos duos arbitrorum modos cõiunxisse reperi Rebuf. in dict. titulo. de arbitr. glossa. 3. numero. 1. 2. & 3. & Maranta, in dict. pagina. 233. numero. 2. & Ferrara, in practi. in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromisso, in glossa. 1. & Ioan. Baptista, in dict. tractat. de arbitris, lib. 1. capit. 10. varie enim secundum eum ibi libr. 1. capit. 2. verbum arbiter sumitur, quamuis ex eodem ibi quoad materiam nostrã strictius accipiẽdum est, pro eo scilicet in quẽ ex partium voluntate factum est compromissum, vt probatur. ff. de arbit. l. 3. §. tamet si nemine & an arbitrij electi per partes, vt secundum ius & iustitiam determinent, poterunt, secundum consuetudines
27 † & statuta pronuntiare, vide Ber. Diaz, regul. 102. & an tunc teneantur potius secundum consuetudines statuta, & leges municipales, quam secundum ius commu
28 ne † iudicare, tradit late Burgos de Paz, in l. 1. tauri nume. 486. cum seq.

Ibi, [juezes amigos arbitros arbitradores], qui quidem latine arbitri arbitratores amicabilesque compositores vocantur,
29 qui habent dirimere † litem de facto potiusquam de iure, & nullo iuris ordine seruato secundum Maranta, in dict. pagi. 334. in princip. & Ioa. Baptistam, in dict. tract. de arbit. lib. 1. cap. 3. nu. 2. de quibus loquitur tx. in l. 23. tit. 4. p. 3. ibi, la otra manera de juezes, dicũturque ab arbitrãdo, deriuãturque à nomine arbitratus vs. desinente in, or, secũdum Priscianum, lib. 4. dum loquitur de deriuatiuis in, or, & ab arbitro differunt pluribus modis, de quibus late per Ioan. Baptistam, vbi supra, lib. 11. per totum, & Rebuf. breuiter, in dict. titulo, de arbitris, glos. 3. num. 3. quæ quidem ex text. nostro cessare videntur saltim quoad propositum sub eo contentum, prout & in simili statuto inquit, ipsemet Rebuf. ibidem num. fi. quarum differentiarum pro
30 declaratione nostræ legis duas aut tres † proponã. Prima est, quia arbiter est super lite, arbitrator verò super contractu, & hanc differentiam, Ioa. Baptista, vbi supra, libr. 1. capit. 3. nume. 2. examinat, mihi tamen nõ placet, & expresse destruitur per text. nostrum, prout ex eo absque inductione videri potest. Secunda verò differẽtia est, quoniam arbiter tenetur cognoscere secundum iuris formam, ex dictis supra glos. proxima, & l. cum anteà. §. licet. C. de arbitr. & ex text. nostro hic, arbitrator vero non. l. fi. C. de contra. emp. l. 23. tit. 4. part. 3. potest enim arbitrator secundũ
31 phantasiam † capitis pronuntiare, secundum Ripam, resp. 106. n. 6. cẽseturq; quasi mediator quidam & proxeneta secundum Rip. dict. n. 6. & glos. nombre. l. 29. tit. 4. par. 3. & hoc large, & improprie, proprie vero proxeneta dici non potest, secundum Baptistam. vbi supra, dict. libr. 1. capi. 4. ex quo & alia elicitur differencia scilicet

quod reductionis verbũ ad arbitrium boni viri non interponitur à sententia arbitri sed à mãdato & iudicio arbitratoris, quod 32 quidem mandatum laudum † vocatur, nõ vero propriè sententia, prout dicitur illa arbitri, secundum Bart. in l. nemo potest, numer. 13. delegat. 1. vbi concinnis noster Gutierrez, num. 426. cum seq. ita notat, & Rebuf. vbi supra, gloss. 9. num. 3. dicẽs sic practicari, & Ioan. Baptista, dict. libr. 1. cap. 7. num. 2. sicq; si mandato stare pro- 33 misero tuo, vt arbitratorem † te videor eligere, si vero sententiæ vt arbitrum, secundum glo. como alaedriadores, in l. 23. titulo. 4. part. 3. & hoc regulare est. Quid tamẽ si in te vt in arbitrum, & arbitratorem consentiam, quomodo cognoscetur an iudicaueris tanquam arbiter, vel tanquam 34 arbitrator, † & in hoc dicendum quod ex modo procedendi, secundum Bart. in l. societatem. §. arbitrorum, num. 13. ff. pro socio, cuius sententia communis est, secũdum Abb. in cap. Quintauallis, num. 42. de iure iuran. Fel. in cap. cum ex officij, numero. 32. de præscriptio. nam si seruato iuris ordine, & secundum ius processum est, tanquã arbitrũ dicitur processisse, si verò nullo iuris ordine seruato, & præter ius processerit, vt arbitratorem processisse iudicabis, vt patet ex l. 23. titu. 4. part. 3. ibi adnotante gloss. que los ayan, & ex text. nostro, id clarissimè probari potest, quod si ex processu colligi non potest iudicantis intentio, tũc præsumitur quod processerit vt arbitrator, cum hæc sit mitior & æquior interpretatio, ex eo quod nõ tollitur ad arbitriũ boni viri reductio, prout communem testatur Feli. in cap. cum ex officij, col. penult. de præscriptio. relatus per Mexiam, in l. de Toledo, in. 12. fundamento. 1. part. num. 5. vbi numer. 6. ponit cautelam circa hoc adhibendam, & in dicto num. 5. ipse Mexia, habet literam corruptam, nam vbi dicit, vt arbiter, debet dicere vt arbitrator. Quid tamen si iste in quem vt in arbitrum & arbitratorem consensi, elegit semel vnam viam, an poterit 35 ad aliam † redire, & Bart. in dict. §. arbitrorum, numero. 14. inquit quod non, cuius opinionem veriorem testatur Bald. in l. 1. numero. 5. C. qui pro sua iuris. de quo videndus est omnino Ioan. Baptista, vbi supra, libro. 8. per totum, vbi late & bene hoc prosequitur & declarat, potestque talis in arbitrum & arbitratorẽ electus procedere partim iuris ordine seruato vt arbiter, & partim non seruato vt arbitrator, secundum Mexiam vbi supra, numero 4. & an arbitrator lato primo laudo possit 36 iterum arbitrari, † vide Ripam, in responso. 107. per totum, & remissiuè Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone, in regul. num. 108. & 109. ff. de verbo. signific. & de arbitro perperam arbitrante quod possit iterum arbitrari, tradit gloss. in l. proposita ff. pro socio. & Bar. Bald. Salic. & alij relati per Mexiam, vbi supra, in vltimæ partis cõclusione, num. 18.

¶ Sed arbitratore non arbitrante an re- 37 curratur ad alium, † tradit D. Padilla in l. 1. numero. 35. delegat. 2. & licet ibidem loquatur in arbitratore relicto in vltima voluntate, idem crederem procedere in electo ex partium voluntate, accepto tamen compromisso, si arbitrari noluerit, arbiter, vel arbitrator compelli possunt 38 per incarcerationem † ad procedendum in causa, & pronuntiandum, secundum text. in l. 29. titulo quarto, partita tertia, vbi glos. teniendo, inquit, quod potest eis cibum denegari vsque dum tertium eli- 39 gant, vel se concordent, † nisi ipsi arbitratores rationibus & causis text. in l. 30. titulo. 4. partita tertia, se excusent à pronuntiando, quoniam tunc compelli non possent, & an in iudicem loci ordinarium 40 compromitti possit, † diximus in l. 9. verbo compromissos. titulo sexto, libro tertio, supra.

Ibi, [De no reclamar della,] hæc verba propriè ad reductionem ad arbitrium boni viri referuntur, reclamare enim ad arbitratoris iudicium pertinet, non vero 41 ad arbitri sententiam †, à qua non reclamatur propriè sed appellatur, prout in hac lege dictum est, reclamatio enim est quidam terminus generalis, & refertur ad illas sententias à quibus de iure non appellatur, secundum Marantam, in practic. titulo, de appellatio. num. 11. pagi. 555. in paruis, & sic Abb. consi. 2. col. fin. libr. 1. quem ibi refert ipse Marã. iudicium reductionis appellat, iudicium reclamationis. Est tamen verum quod quoad nostri tex. mate-

materiam verbũ hoc, de no reclamar, ita ad sententias arbitrorum, sicut & ad lauda arbitratorum refertur, prout ex eius verbis clarissimè patet, neque inductione indiget, & tunc reclamatio pro reductione, si à sententia arbitratoris interponatur ad arbitrium boni viri, capietur, & pro appellatione si à sententia arbitri, à qua ex text. nostro licet iam appellare, & tũc reclamã-do censendum est appellationem interponere reclamantem, prout ex disiunctiua nostri text. considerari potest, ibi si la otra parte ouiere reclamado, o reclamare, o pedido y pidiere reduction a aluedrio de buen varon, & sic ex disiunctiua illa ò, intelligendum est reclamationem effectum appellationis operari, quoties ab arbitri sententia interponitur, reductionem vero, si ab arbitratoris laudo interponatur, ad arbitrium boni viri intẽtari, etiam si expresse non petatur reductio, ita quod secundum iudicantis qualitatem, intelligendum erit an appelletur, an vero reductio ad arbitrium viri intentetur, vel intentanda sit, est enim maxima differentia inter
42 hæc, † nam si appellandum est, erit appellatio interponenda ad superiorẽ illius, qui iudicauit, quia de sententia arbitri conqueritur, si vero reductio est petenda ab arbitratorum laudo, tunc ad iudicem illius, cõtra quem reductio petitur, eundum est, secundum Rebuf. in. 3. tomo titu. de arbitris art. 1. glo. 10. num. 1. & 2. & Couar. lib. 2. variar. cap. 12. num. 12. vbi id intelligit, nisi in iudicem ordinarium, sit cõpromissum vt in arbitratorem, tunc enim ad superiorẽ eius dirigẽda est petitio reductionis, prout & infra in glo. piden della, latius dicetur, & quid si clericus & laicus velint petere reductionem, vide Rebuf. vbi supra nume. 13. vlterius & ex ijs verbis notandum est, colligi approbationem communis illius opinionis habentis, posse reductioni ad arbitrium viri renuntiari, & eius remedio, & itidem
43 appellationi à sententia arbitri † interponendæ, secundum Bart. in dict. §. arbitrorũ num. 24. cuius opinionem communem testatur Corneus. consil. 177. col. 4. volu. 2. relatus & secutus per Padillam, in. l. 1. nu. 38. de lega. 2. pagi. 270. reprobaturque iã alia communis contraria, quæ contrarium asserebat, imo quod renũtiari non poterat dictæ reductioni ad arbitriũ boni viri, quã communem asserebat Ias. in. l. quidam cũ filium num. 22. & 23. fol. 183. ff. de verbo. obliga. & Boeri. decisi. 284. num. 18. & Rebuf. in dict. titul. de arbitris, glos. 8. num. 10. cum seq. aliquibus, & latissimè de ijs tractabat Vitalis de Cambanis, in tract. clausularum. C. an reductioni ad arbitrium boni viri renuntietur, pag. 630 in paruis, ex text. tamen nostro vides primam opinionem approbatam, nõ enim ex ea inuitatur arbiter ad delinquendum, ipse enim si male fecerit
44 faciet litẽ suam, † tam quoad ius fori, quã quoad ius poli, & tunc per quem possit puniri tradit Rebuffus, vbi supra, glo. 7. nu. 2. & 3. item quia renũtiatio talis intelligitur si æquè arbitratum sit, vt in glos. sequenti dicemus, Deo volente, & ideò si malitiose, vel enormiter pars læsa sit, reductionis
45 petitio † non censetur exclusa, secundum Menes. dict. num. 38. vt & in progressu huius legis dicemus, præsertim in glos. y pide della reduction, & in ijs casibus potest procedere secunda opinio.

¶ Sed an tunc agetur prius contra arbitrum vel arbitratorem male pronuntiãtes
46 an vero dicto remedio agi poterit † directè & dicendum est posse prius dictum remedium intẽtari, absque eò quod sit necessarium prius contra dictos iudices agi, secũdum Rebuf. vbi supra, glos. 8. nume. 16. & postea secundum eum ibi, contra arbitratorem inique iudicantem agi potest, si pars damnificata voluerit aliquid contra eum petere.

Ibi, [so cierta pena], siuè sit numeraria, siue in vicem pœnę res aliquę promittantur, secundum Rebuf. in dict. titul. de arbitris. 3. tomi glos. 5. num. 1. imo si pars vna pœnã nummariam promittat, alia vero pars rem
47 aliquam, in manu arbitri ponat, valet tale † compromissum, secundum text. in. l. litigatores. §. quod ait prætor. ff. de arbit. & in. l. 26. titu. 4. par. 3. tenentur enim partes compromittentes pœnam in compromisso adijcere, secundum tex. in dict. l. 26. & in. l. 23. eo. titul. 3. & part. 3. aliter enim non tenentur parere iudicatis, secundum text. in. l. nõ distinguemus. §. nõ cogetur. ff. de arbit. & dict. l. 26. & 23. & posita pœna aut stabit iudicatis, vel pœnam soluere cogetur, potest tamen tunc peti interesse in casu in quo pœ-

na non apponatur, ex l. diem proferre. §. fi.
ff. de arbit. notat Maranta, in practi. titul. de
appellatione num. 250. pagi. 612. & ibi nu.
251. intelligit verum esse, quod potest tūc
agi ad interesse, quoties compromissum ta
le stipulatione vallatum est, secus si pacto
nudo, ex quo nouissime infer. ad l. 1. titul.
16. lib. 5. infra probātem omnem cōtractū
intelligi iam stipulatione vallatum esse quā
uis expresse nō apponatur stipulatio, quod
ex lege illa censetur tale cōpromissum sti-
pulatione vallari, & per consequens ex eo
48 potest agi † ad interesse resultans ex eo q
non est paritum sententiæ, si pœna in com
promisso nō est apposita, prout in hac glo.
num. 57. iterum dicemus allegando autho
rem hæc considerantē. Pœna tamē appo-
sita, sufficiet, vel parere laudo & sentētiæ,
49 vel soluere † pœnam, ex dictis iuribus, &
ex text. vbi glos. in l. 34. titul. 11. part. 5. ni
si secundum l. illam, 23. titul. 4. part. 3. & se
cundum nostram, & l. cum antea. C. de ar
bit. laudum illud arbitratoris, vel arbitri sen
tētia sint per partes emologata, & aprobata
expresse, vel tacite per lapsum decem dierū
50 quoniā tum tenētur † partes omnino sta-
re iudicatis & possent compelli ad hoc, quā
tumuis pœna in compromisso nō esset ap
posita iure nostro regio attento, licet iure
ciuili, secūdū Maranta vbi supra, 255. aliud
videatur, vel nisi compromisso sit addita
clausula illa salutifera, rato manente pacto,
51 † Hispanè, la pena pagada o no pagada o
graciosamente remitida, que toda uia y en
todo tiempo sean obligadas las partes estar
y passar por este cōpromisso, y por lo en el
contenido, y por lo que los juezes arbitros
y arbitradores sentenciaren, y determina-
ren, tunc enim etiam soluta pœna tenētur
partes stare compromisso, secundum text.
in dict. l. 34. in fine, & ibi glos. ex l. qui fidē
ff. de transactio. ad hoc allegata per Rebuf.
dict. titul. de arbit. glos. 5. nume. 4. & sic in-
quit Ias. in l. cū stipulatus sim mihi à Procu
lo, in princip. nu. 14. ff. de verbo. obli. quod
licet recipiendo quis opus videatur remisis
52 se pœnam, id tamen verum est, nisi adsit †
clausula, rato manente pacto, vt ibi per eū
quasi tunc adsint duo pacta, vnum cum pœ
na, & aliud sine pœna secundum Maran. in
pract. dict. titul. de appellatio. num. 252. pa-
gi. 613. & Vitalis de Cambanis, in tract. clau
sularum. cap. de emologatione arbitrij. nu.
2. pagi. 705. in paruis, & quoad terminos
nostræ legis, tenet glos. pec he in l. fin. titu.
4. part. 3. & nouissimè post hæc scripta te-
net conciuis noster Gutierrez, in tract. de
iurament. confir. 1. part. cap. 60. num. 2. vbi
alia de dicta clausula annectit, idemque ibi-
dem num. 10. & 11. asserit esse si iuratum
sit compromissum, quasi tunc idem opere
tur, q operatur dicta clausula, rato manen
te pacto prout & tenuit dicta glos. l. 34. in
fine, non proderit tamen clausula hæc rato
53 manente, † neque iuramenti appositio frā
genti pactum, secundum Tiraq. de nobilita
te cap. 24. nu. 12. & Gutierrez, vbi supra, n.
5. sed an ad huius pœnę solutionem tenebi
54 tur, qui laudo † contrauenit, & dicendū
videtur quod sic, nam quotiescunque quis
ad factum tenetur sub incursu alicuius pœ-
næ, si non fecerit, poterit condemnari ad il
lius pœnæ solutionem, ex text. & eius mate
ria in l. si quis maior. C. de transactio. facit-
que text. in l. 23. titul. 4. par. 3. probans pœ
nam in hoc casu parti non contrauenienti
applicandam, ergo peti potest, & probat ex
pressius l. fi. eiusdem tituli & partitæ, tradit
Rebuf. in dict. 3. tomo constit. Franc. titul.
de arbit. glos. 5. num. 18. cum seq. & quod
55 pœna debeatur † si facto adijciatur, est op
tima & singularis l. 4. tit. 11. part. 5. per quā
declarantur dictæ ll. 34. & 35. titul. eius.
11. & par. 5. Gregorius Lopez, in dict. l. 40.
optimè declarat qualiter pœna adiecta fa-
cto non dicitur esse adiecta in fraudem vsu
rarum, imo & quantumuis adijciatur datio
ni quantitatis non dicetur in fraudem vsura
56 adiecta, quoties † eadem sola pœna petenā
da est & petitur, & nihil aliud cū ea, prout
est in nostro casu in quo pœna tantum peti
potest, si contraueniatur, si non adest oppo
sita clausula illa rato manente pacto, vel alia
idem importans, quæ & pœnam peti & pa-
ctum seruari operari posset, nam si hęc ades
set nullo modo posset peti pœna adiecta da
tioni quantitatis, & quod pactum nihilominus
seruaretur, secundum Gregorium, in dictis
legibus partitarum, quod est optimū ad l.
cum allegas. C. de vsur. de qua late tractat
Gutierrez, in dict. 1. part. cap. 36. num. 9. si
vero pœna non fuit apposita, interuenit ta-
men stipulatio, poterit tunc agi ad interes-
se, vt in hac lege dictum remanet, in tali ca-
su non

su non reddetur arbitrium nullum vel elusorium propter defectũ appositionis pœnæ, secundum Rebuf. in dict. glos. 5. nume. 7. & cum iam hodie ex. l. 2. titul. 16. lib. 5. infra omnibus casibus in quibus de iure ciuili stipulatio requirebatur, non requiratur, tenebitur contraueniens ad interesse quam-
57 uis pœna † non apponatur in compromisso, validumque & efficax erit tale compromissum, secundum glos. ita optimè considerantem in. l. fi. titul. 4. part. 3. verbo, e no sera, quem refert & sequitur Gutierrez, noster in repet. l. nemo potest num. 427. de lega. 1. & in fideiussione in qua stipulatio requiritur idem tenet Dominus Padilla, in. l. promissis num. fin. C. de transactio. & sic leges partitarum pœnæ appositionem requirentes, in compromisso, quas in princip. huius glossæ allegauimus, iam hodie non procedent, & tunc secundum glos. illam dict. l. fin. æstimabitur res ipsa petita, cum executio ex laudo, etiam nondum emologato ex lege nostra petitur, prout peti potest seruatis nostri text. requisitis, quod est optimum & singulare ad id quod inquit Mat. Afflict. decisio. Neapoli. 135. & eo relato Gutierrez, in dict. tract. de iuramen. confir. par. 1. cap. 36. num. 10. dicentes quod pœna in cõtractu apposita eatenus debetur, quatenus interest partem non contrauenisse, & tenet Roma. in rubric. de arbitris, quidquid velit Alex. relatus per Rebuf. dict. titul. de arbit. art. 1. in glos. 5. num. fin. & quidquid velit distinguere Octauianus in decisi. Pedam. 70. num. 12. cum seque. quia æquitas canonica de qua per Afflict. & Roma. vbi supra, attendenda est, & tradit Menochius, de arb. iudic. lib. 2. centu. 3. casu. 260. num. 19. cum seq. & Rebuf. 1. tomo consti. Fran. titul. de sent. execut. art. 1. glos. 18. num. 5. & Socin. optime cons. 253. num. pen. & fi. Quid tamen tunc æstimabitur interesse rei
58 petitæ, vel expensa † litis dubitabile est, ponamus enim quod transactum est super hæreditate pro centum, & apposita est pœna quingentorum si contraueniatur, vel si pœna non est apposita, fuit tamen stipulatio interposita, vel de iure nostro pro interposita habetur, vt dictum est, & propter contrauentionem partis petitur interesse, vel pœna si apposita est quæ eatenus debetur quatenus inter est, quid nè tunc ęstimabitur, expẽta ipsa litis, an vero res petita & super qua tractatur, & ex dictis dicendum videtur rẽ ipsam æstimandam. Ego tamẽ meliori semper saluo iudicio distingundum crederem hoc videlicet modo, aut enim res ipsa propter quam compromissum vel trãsactum est, remanet penes partem non contrauenientem compromisso, & tunc expensæ litis æstimabuntur, quia nihil aliud interest, aut vero res ipsa remanet penes partem contrauenientem transactioni, vel compromisso, & tunc debet æstimari pro interesse alterius partis res illa, tantum enim aduersæ parti interesse videbatur & ideò eam petebat, in tali tamen casu considerandum est quod si pœna fuit adiecta aduersus contrauenientem eatenus debebitur quatenus res petita æstimari poterat si maior erat pœna quam valor rei siuè res illa de iure deberetur parti non contrauenienti, siuè non, quia iam semel fuit apposita pœna, sed si non fuit adiecta pœna, quoniam tunc tantum ad interesse agi potest, si in effectu res petita non debebatur neque pertinebat de iure parti non contrauenienti, nullum interesse ei soluetur, quia nihil intererat ei cõtrauenire partem aduersam compromisso, vel non & sic nihil petere potest, imo & in casu in quo pœna apposita esset, idem dicendum crederem in hoc vltimo casu, cum iam dictum habeamus pœnã peti tãtum posse quatenus cum interesse cõcurrit, vt & optimè inquit & tenet Socin. in dict. consi. 253. num. 12. pœna etiam facto adiecta, in conscientia saltim, quæ plurimũ in iudicijs attendẽda est, nè quis indebitè cum aliena locupletetur iactura, quoties pars læsa fuit non vero alias peti potest, & sic pro parte non soluta, non vero pro soluta, ex dictis per DD. maximè Menesium, in dict. l. si quis maior. num. 26. pag. 196. C. de trãsacti. inhonestumque est
59 viris probis & iustis pœnã petere, nisi † pro interesse, secũdũ Nauarro in manuali capi. 23. nu. 68. & hęc mihi tenẽda vidẽtur pro concordia opinionum relatarum per glos. dictæ. l. fin. titul. 4. part. 3. & sic cessabunt iam dicta per Menochium vbi supra num. 23. & 24. vide tamen vnam limit. per Guterrium, vbi supra, num. 11. vbi pœna peti potest etiam si non inter sit. Sed num si pars iustam habuit reclamandi causam, & petendi reductionem ad arbitrium boni viri, vel appellan-

appellandi à sententia arbitri, & nihilominus cõfirmatur laudũ vel sententia iniustè tamẽ tenebitur ad pœnã reclamãs vel appel
60 lans in compromisso contentam † contra reclamantem, & in hoc Bart. col. 1. in fine, & Paul. & Ias. num. 14. fol. 163. in l. qui Romæ. §. fin. ff. de verborum obliga. plura tradũt circa hãc quæstionẽ, additq; Bar. ibi dẽ plures DD. de ea tractãtes allegat, & Vitalis de Cambanis, in tract. clausularum, tit. de emologatione arbitri. §. subsequenter est, pagin. 706. in paruis, pluresque opiniones in decisione huius quæstionis referunt præsertim Ias. vbi supra, ego tamen, annuente Deo, duobus verbis & remissimè veritatẽ proponam, pro cuius introductione, excludẽdum iudico dubium illud, scilicet an pos-
61 sit peti reductio † ad arbitriũ boni viri quãtumcunque tali arbitrio & reductioni renũtiatum sit, & in hac quæst. minimè dubitandum est peti posse non obstãte qualibet renuntiatione, nam quamuis huic reductioni renunciari possit, intelligitur tamen renuntiatio si æquè & iuste fuerit arbitratum, & iudicatum, nè detur arbitris potestas delinquendi, prout in vtroque casu tenet glos. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obli. vbi Ias. num. 21. fol. 183. inquit quod ita tenẽt communiter DD. canonistæ & legistę, & quod ita de consuetudine seruatur etiam si compromissum & renuntiatio hæc iuramẽto vallata sint, quoniam intelligitur si æquè arbitratum sit, secundum text. in l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. liber. cõmendatus satis à Ias. in dict. l. quidam, num. 22. & nouissimè à Doctore Gutierrez, in suo tracta. de iuram. confir. 1. part. cap. 37. nu. 15. cum seq. & facit text. in l. 24. col. pen. in medio titul. 4. part. 3. quamuis cõtrarium Grationopoli iudicatum asserat Guido Papæ, relatus per Rebuf. in dict. titul. de arbitris art. 1. glos. 5. num. 12. & num. 13. Franciæ contra Guidonem vsitari asserit, & iure optimo, imo & quod plus est sunt qui putent, tunc absque metu periurij posse reductio-
62 nem hanc peti nulla relaxatione † iuramẽti obtenta, esse tamẽ securius prius eam obtinere, vt consulit Rebuf. dict. num. 13. & in hac lege in gloss. y pide, latius de ijs agemus. Excludo etiam ijs attentis aliud membrum quoties laudum infirmatur per bonũ virum ad quem recursum est, siue quia nullum fuit laudum, siue quia iniquum, tunc enim nulla pœna debetur, secundum dictos DD. & Rebuf. vbi supra, art. 1. glos. 6. num. 18. & in hoc nulli dubium, quid tamen erit si laudum confirmatum est per hunc bonum virum iniustissimè, & in hoc art. & mem-
63 bro quatuor † opiniones proponuntur à Ias. in dict. l. qui Romæ. §. fin. num. 14. cum seq. prima, Bart. ibidem num. 15. fol. 53. asserentis, tunc quoties laudum confirmatur pœnam committi, quamuis cõfirmatio illa iniusta fuerit, quoniam per confirmationẽ laudum illud iustificatur interim quod de contrario non constat, & in dubio pro eo præsumitur secundum Rebuf. dict. art. 1. gl. 10. num. 15. & 16. cuius Bart. opinio communis est, secundum Crotum ibidem nu. 38. & 40. quamuis ibidem ipse Crotus asserat in num. 35. quod hæc est quæstio adeò dubitabilis vt vix possit declarari, quæ sit cõmunis opinio, vt patet ex Ias. ibi num. 15. & Ripa. 13. propter Ias. in eo. §. fin. incip. duo fratres num. 15. & 16. ponit alias opiniones quæ potius sunt declarationes huius opinionis Bartoli, quam opiniones de per se, ideò retenta pro vera Bartoli opinione tãquam communi quatuor modis declaranda est, secundum Ripam ibidem num. 14. per quem sat erit videri declarationes cum præ manibus eius lectura habeatur, & quarta declaratio per Ripã ibidem posita, fuit secunda opinio, ex relatis per Ias. vbi supra, quæ quidem quarta declaratio communior est, & per eã maximè elucidatur & declaratur communis Bar. opinio, & est eius limit. scilicet, vt tunc procedat opinio illa communis Bart. quoties in sententia iudex expressit se confirmare laudum eò q; esset iustum & æquũ secus vero si causam hanc non expressisset, sed aliam vel nullam, quoniam tunc in executione pœnæ opponi posset de iniquitate
64 † laudi, & admittenda est oppositio etiam si probatio ad id ostendendum esset necessaria, sed in isto casu inquo dicta causa non sit in cõfirmatione laudi expressa tũc prius
65 esset exequenda pœna † saluo remanente iure executato docendi iniuste laudum fuisse prolatum, est tamen verũ quod si in hoc vltimo casu pars, cõtra quam pœna petitur sit admissa ad probationem demonstrationis iniquitatis laudi, & aduersa pars taceat si per probationem de tali iniquitate appareat

posset

posset optimè pronuntiari nō deberi pœ-
nam, neque soluendā esse, arg. doctrinæ
communis & singularis Innocen. per me
relatæ in l. 4. titul. 17. verbo, ni para impe
dir, supra isto lib. interim tamen quod cō
firmatur vel non laudum pœna in com-
66 promisso apposita † exigi non potest,
secundum Rebuf. in dict. titul. de arbit. ar
ticul. 1. glos. 5. num. 4. & glo. 8. num. 20.
& glos. 9. nu. 17. & Boeri. decisio. 284. n.
67 20. nisi in tribus † casibus per ipsummet
Rebuf. in eo. art. 1. gl. 13. n. 7. 8. & 9. pro-
positis, in quibus etiā pendēte remedio ap
pellationis à sententia arbitri, vel reclama
tione à laudo arbitratoris licet petere pœ
nam in compromisso appositam, & exe-
cutionem petere pro ea. Ex quibus habes
68 conclusionem, † quod si in compromis-
so adest renuntiatio petendi reductionē
vel appellandi sub pœna, committitur pœ
na si laudum, vel sententia confirmetur,
adhibitis tamen quatuor declarationibus
per Ripam, vbi supra, propositis, & nisi iu
sta causa petendi reductionem & interpo
nendi appellationē adesset, ea enim existē
te cessabit petitio pœnæ, secundum Boe
rium, vbi supra, num. 23. & Rebuf. dict.
art. 1. glos. 11. num. 8. quos tamen repro-
bat Ias. in dict. §. duo fratres, teste Ripa, ibi
num. 14. quoniam contra rem iudicatam
opponi hoc non potest, & quæ iusta cau-
sa potest adesse confirmatione laudi exi-
stēte, si tamē pars aduersa taceat & de iu-
sta causa demonstretur, excusabit pars so
lutionem pœnæ: & ex ijs per contrarium
habes aliam conclusionem scilicet, quod
si laudum non confirmetur nulla pœna
cōmittitur per reclamationem, ex quibus
infero ad declarationem l. 3. titul. 26. lib.
69 8. infra probantem † pœnam in compro
misso appositam fisco soluendam per cō-
trauenientem iudicatis, id enim tunc pro
cedet quoties æquè & iuste iudicatum, &
arbitratum est & laudum confirmatum,
secus alias, prout optimè aduertit conci-
uis noster Gutierrez, in tract. de iuram.
confir. part. 1. capit. 37. numero. 24. quid
tamen si arbitrium fuit nullum debe-
70 bitur nè pœna propter reclamationem, †
tradit Rebuf. vbi supra, dict. art. 1. glos. 5.
num. 11. vbi inquit, quod non si pronul-
lo declaratur, ideoque secūdū eū ibi in re
ductionis instantia allegabitur nullitas ar
bitrij, & grauamen, prout iam in facto al-
legaui, & pro nullo fuit pronuntiatum, &
per consequens pœna apposita in com-
promisso nō fuit soluta, prout & in facto
consulit Ripa, alios referēs in respon. 107.
videtur quod Pontius, & idem Ripa, in l.
si ita stipulatus num. 37. ff. de verbo. obli.
fol. 283. aliud etiam & nō minus singula-
re dubium adest, quid si per bonum virū
ad quem recursum est, laudum pro parte
cōfirmatur, & pro parte reuocatur, nun-
71 quid pœna committitur † in totum an
vero pro parte, confirmata, & in hac quæ
stione Ioa. And. in additio. ad Specul. tit.
de arbitris. §. sequitur de quibusdam, ver
sic. item quid si cōpromissum, distinguit,
quod aut habuit iustam causam, & tunc
non incidit, aut non habuit, & tunc inci-
dit, ad cuius confirmationem, Bonifacius
in peregrina legum partitarum, verbo ar-
biter, quæst. 3. in glos. bonorum in medio
versi. itemque arbitrator, adducit dicta
Bart. in dict. §. duo fratres, dicentis, quod
debet reductionem hanc petens, ita peti-
tionem suam iustificare, quod concludat
recte, & si secus facit, incidit in pœnam,
tandem ipse Bonifacius, ibidē refert Bald.
in auth. hodie. §. cautione col. fin. C. de ap
pella. dicentem circa hanc quæstionem,
quod sicut in expensis non tenetur vnus
alteri, ita neque in pœna, nam ille, qui pe-
tit reductionē non agit præcise de toto,
neq; de tanto determinato modo, sed di
cit peto reduci quatenus bono viro vide
bitur, quatenus ergo per sententiam de-
claratur, eatenus petijsse videtur & non
plus, cum igitur petitio sua fuerit iustifica
ta per sententiam iudicis, nullomodo inci
disse in pœnam compromissi dici poterit
& quoniam vbicunque laudum modera-
72 tur, † in compromissi pœnam non incidi
tur, secundum Montaluum, in l. 4. titul.
7. libr. 1. fori, glos. magna ad finem, & Re
buf. in 3. tomo, titu. de arbitris, art. 1. glo.
11. num. 10. vbi & num. 9. inquit, non de
73 beri pœnam si ex nouis actis † laudum,
aut sententia confirmatur, laudi enim aut
sententiæ iniquitas, saltim vt pœna debea
74 tur, ex antiquis non vero † ex nouis actis
probanda est, secundum Rebuf. dict. art.
1. glos. 10. num. 17. & optime de ijs per
Ferrar.

Ferraram, in practica, in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromi. glos. nec reductio, versi. nunc autem quæritur, & in hac lege infra iterum dicemus, & ideò iudex confirmans, si ex nouis actis confirmat, debet declarare quod nouis actis attentis confirmationem facit, vt excuset condemnatum appellantem, vel reclamãtem à pœna cõpromissi, & sic in quæstionis themate procedendo nullomodo poterit peti pœna quoties laudum, vel sentẽtia in parte reuocatur, & in parte confirmatur, & hanc testatur veriorem opinionem Boerius, decisione. 284. num. 22. & casu in quo, absque veritatis tamen præiudicio pœna incurreretur, esset tãtum pro parte confirmata, & non in plus, quoniã
75 licet iure ciuili, † qui certam quantitatẽ sub pœna ad diem soluere promisit, si partem soluat, propter partem non solutam in totam pœnam incidat. l. 5. §. si sortem
76 ff. de verbo. obli. iure tamẽ canonico nõ nisi pro parte nõ soluta committetur pœna, secundum Inno. 111. ita disponentẽ in capit. suam, de pœnis, quem text. ita interpretantur Inno. Ioan. Andr. & cõmuniter canonistæ, & hunc illius communẽ intellectũ testatur Aretinus, in. l. 4. §. Cato, col. 9. ff. de verbo. obli. & testantur alij relati per illustris. Padilla, in. l. si quis maior nu. 26. pagi. 187. C. de transactio. Sed an in casu inquo laudum reducitur ad arbitrium boni viri tenebuntur fideiussores,
77 vel pignora data † pro obseruantia laudi, & Vitalis de Cambanis, vbi supra, dict. tit. de emologatione arbi. §. restat pag. 723. in paruis, intelligerem tamen tunc in conscientia retineri posse quoties facto adijcitur pœna, & cum interesse partis cõcurrit, & sic non potest quis petere pœnam si vltra eã interesse petere potest, prout supra hac lege dictum remanet, & sic inquit glos. 2. l. 34. titul. 11. part. 5. quod in
78 dubio pœna censetur † apposita loco interesse, & ideò cum parti obedienti applicatur interesse, aut ea petenda est, sed si pœna non applicetur parti obedienti, sed alicui alteri personæ, fisco, vel pio loco tunc pars obediens potest petere interesse ex contrauentione resultans, & illa altera persona, cui applicata est pœna, potest il-
79 lam petere, † prout probatur ex. l. 3. titu. 26. lib. 8. infra & in hoc casu potest intelligi illud quod inquit Rebuf. in dict. glos. 5. num. fin. & intellige tunc partem obediẽtem posse petere interesse vel pœnam ei applicatam, quoties obediens ipse ex par-
80 te sua implet quod implere tenetur † ex vi compromissi, secũdum D. Padillam, dict. l. si quis maior num. 62. & faciunt dicta per Anton. Gomez, tomo. 2. var. cap. 8. num. 6. vers. secundo principaliter, quẽ refert & sequitur conciuis noster Gutierrez, in dict. tract. de iuram. confir. 1. par. cap. 35. num. 2. & 3. quid tamen si vtraq; pars reclamat, an si confirmetur laudum,
81 vtraque † pars pœnam debebit, vide per Rebuf. in dict. art. 1. glos. 7. nume. 8. & 9. vbi & ponit, cui tunc pœna illa applicabitur, & in glos. 6. num. fin. quærit, num si pars contrauenians semel soluit pœnam,
82 si iterum contraueniat † soluet eam, & quid si tunc adest clausula rato manente, vide Menesium, in. l. cum proponas nu. 3. pagin. 94. C. de transactio. Sed an admittetur purgatio moræ ex parte non im
83 plentis Compromissum † intra terminũ assignatum, vide text. & ibi glos. l. 33. tit. 4. part. 3. & optime per Oroscium, in. l. qui fidem, in glos. cogetur col. 994. ff. de transactio. vbi & in col. 995. in princip. declarat an & in casu licet moram purgare,
84 licebit quamuis adsit clausula † rato manente pacto, de quo & per Menesium, in dict. l. cum proponas la. 2. num. 4. pagin. 95. & nouissimè per conciuẽ meum Guterrium, in dict. part. 1. cap. 60. num. 4. de iuram. confirma. & causas, quibus quis ex
85 cusatur à † pœnæ incursu, vide per tex. in dict. l. 34. titul. 4. part. 3. & notandum quod si pendente reductionis instantia
86 partes transigant, cessabit instantia † & pœnę petitio, quia vltima pacta de rogant prioribus secundum Rebuf. dict. artic. 1. glos. 8. num. fin.

Ibi, [Los juezes arbitros y juezes arbitradores], intellige, illi scilicet, qui in compromisso nominati sunt & expressi, alij enim non nominati nihil diffinire & iudicare possũt, in compromissis enim à personis nominatis recedendũ non est, quã-
87 uis compromissum † fiat sub nomine dignitatis, secundum glos. in. l. in vendẽtis C. de contra. emp. vbi ita tenet instrictu iuris iudi-

risiudicijs, quod arbitro, vel arbitratore nõ arbitrante nõ posit recedi ab eorum per sonis, & si arbitrari noluerint, coguntur per iudices ordinarios loci, secũdum tex. in.l.29. titul.4. part.3. & hoc post quam
88 compromissum acceptauerunt, anteà † enim neque acceptare cogi possent, secũ dum Rebuf.in dict.titul.de arbitris, artic. 1.glos.14.num.20. si tamen arbitrarẽtur & male tunc per appellationem ab arbitro, vel per reductionem ad arbitrium boni viri recurritur ad eos ad quos de iure recurrendum est, quanuis in compromisso non sint nominati, quid tamen si arbiter in testamento nominatus non arbitratur
89 † an recurri ad alium poterit, vide Bart. distinguentem in.l.1.de lega.2. communiter approbatum teste domino Don Anton.Meneses ibidem num.35.pag.270.

¶ Sed num iam quod iudices per text. nostrum dicuntur arbitri, ij vel arbitratores, habebunt ne aliquam iurisdictionẽ &
90 † in arbitratoribus planum est nullam habere, in arbitris vero dubium est, vt pote quia arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt, secundum text. in.l.1. ff. de iudi & ideò tanquam iudices in causa procedunt vt probat.l.23.tit.4.p.3. partes citando, secundum glo.fuessen, in ead.l.23. & probat.l.37.eo.titul.& par. & tradit Boerius decisio.283.num.39. vbi idem in arbitra
91 tore dicit, quod posit citare verbaliter † tamen, licet non per edicta, secũdum Bonifacium, in peregrina legum partitarum verbo, citatio quæst.2.in glo.2. incipiente, citare, nisi aliter se habeat consuetudo, vel in compromisso sit dictũ, & sic oportet vt personam citandi perquirant, quam si non inuenerint addomum citari debet vbi habitationem habet, & si domum nõ habet citandus, neque inuenitur citari debet vt potest, alias per ordinarium faciant citari, secundum Bonifacium, vbi supra, iu
92 bere citare tamẽ iurisdictionis † esse videtur, vt ex dictis per DD. maxime Orosciũ, in.l. cui iurisdictio.in princip. ff. de iur. om. iud. item ad instar iudiciorũ redacta sunt arbitria, ergo arbitri iurisdictionẽ habent, præsertim cum ex lege nostra eorum sententiæ executionem habent: nihilominus tamen contrarium est tenendum imo quod neq; arbitri iurisdictionẽ
93 † habeant, non enim inuenimus eis de iure concessam, & illi solummodo vti iurisdictione possunt, & habẽt eam, quibus à principe foro, lege aut consuetudine data est & concessa, secundum text. in.l.1. titul.9.libr.3. supra & l.1. titul.15. supra hoc lib.4. pactisq; priuatorum iurisdictio concedi non potest, secundum text.in.l. priuatorum.C.de iur.om.iud. ergo, & nõ obstat, quod arbitria reducta sint ad instar iudiciorum, & quod arbitri procedãt quẽ admodum iudices ordinarij procedunt, nam hoc tãtummodo procedit, vt teneãtur ordinem iuris, & iudiciorum seruare, non tamen vt ex hoc iurisdictionem habere dicamus, non enim habent, & sic re-
94 stituere in integrum † non possunt, neque exequi sententiam suam neque alia, quæ iurisdictionis sunt exercere, neque ex eo quod eorum sententiæ ex text.nostro exequantur, censetur iurisdictionem habere, tum quia quod sententiæ exequãtur à lege nostra conceditur, tum etiam quia nõ ipsi, sed iudices ordinarij loci hoc faciunt virtute compromissi coram tabellione confecti, prout optimè considerat Couar.lib.2.varia.cap.12.num. 2.vbi ipse cum Panor. ex hoc infert, sententiam
95 arbitrorum non infamare, † neque itidẽ obstat quod debent audire compromittẽtes & sic eos citare, quia hoc faciunt per mediam iudicis ordinarij personam. Et an in laudo ferendo partium requiratur cita
96 tio †, tradit late Boeri.decisi.283.nume. 34.cum seq. pluribus, & probat optimè.l. 27.tit.4.par.3.in fi. verbis, quod sic prout tenebat Bar. in dict.l. si quis arbitratu nu. 7.ff.de verbo. obli. imo laudum latum si-
97 ne causæ cognitione † nullum est, secundum Dec.cons.475.n.38. nã licet arbitrator posit procedere, vt bonus vir, est verũ quoad modũ, non vero quoad qualitatem, quoad qualitatem enim tenetur procedere partibus vocatis, secundum Bald. in.l.fi.quæst.3.C.de contra.emp. vbi optimè loquitur in propositũ, & Ias. in dict. l. si quis arbitratu.num.22.fol.72. ponit limitationes, si ergo in progressu tenetur arbitrator vocare partes, tenebitur & ad audiẽdum laudum, nisi partes aliud in cõpromisso declararent se velle, secundũ tx. in dict.l.27.in fine, & an arbiter, vel arbitrator,

trator posſint eſſe teſtes ipſius compro-
98 miſsi, † vide communem reſolutionem per Lanfrácum, in capit. quoniam contra num. 69. extra de probati. vbi & quid ſit in iudice declarat, an poſsit teſtificare in cauſa in qua habet determinare.

Ibi, [Dentro del termino queles fuere dado], eo enim elapſo pronuntiare non poſſunt, vt probat optima. l. 27. tit. 4. par. 3. permiſſum enim ad tempus cenſetur prohibitum, & arbitri, vel arbitratores tã diu determinare poſſunt, quam diu durat tempus compromiſsi, & ideò poſt tempus illud cognoſcere non poſſunt, niſi cõ
99 promiſsi tempus † prorogatum ſit per partes vel data poteſtas arbitris prorogãdi, ſecundum text. in. l. non diſtinguemus §. fi. ff. de arbit. & text. in dict. l. 27. vbi gl. fueras ende, intelligit hoc eſſe verum, dũ tamen prorogatio hæc partibus intimetur, & tradit Boeri. deciſi. 283. num. 31. cum ſeq. vbi & cum nu. 39. tractat, quot vicibus poſsit hæc prorogatio fieri ſi nihil aliud in compromiſſo exprimatur, ꝙ poſsit prorogari ſemel, vel pluries, & notandum quod ideò dixi prorogationem partibus intimandam, vt cognoſcatur an velint prorogationi conſentire, necne, nam ſi diſſentirent, non poſſet proro-
100 gatio fieri, † etiam ſi facultas prorogãdi in compromiſſo cõcedatur, & ideò nõ ſine cauſa dixit Gregorius Lopez, vbi ſupra, quod partibus intimetur prorogatio per iudicem facta, niſi expreſſe dicatur ꝙ partibus abſentibus & diſſentientibus pro
101 rogari † poſsit, ſecundum Boeri. dicta deciſi. 283. num. 26. & text. in dict. l. 27. ſi tamen vnus ex compromittentibus vellet conſentire prorogationi, alius vero non, pars nolens conſentire incidit in pœnam compromiſsi & non poſſunt tunc arbitri iudicare, ſecundum tex. in dict. l. 27. & Boeri. vbi ſupra. num. 47. idemque eſt ſi partibus volentibus prorogationi ſtari, arbitri ipſi nolint, tunc enim nihil operatur prorogatio, ex dict. l. 27. & ideo vt omnia hæc ceſſent ſemper in compromiſ
102 ſo inſeri facies, † quod ſi terminus ad cognoſcendum & determinandum aſsignatus lapſus ſit, poſsit prorogari per arbitros vel arbitratores ſemel bis ter & pluries in infinitũ partib' abſentibus, ſiue præſentibus, quantumuis diſſentiẽtibus, ſiuè prorogatio fiat intra terminum compromiſsi, ſiuè eo elapſo, licet & tunc etiam prorogatio deberet partibus intimari, ſecundum Boeri. vbi ſupra, num. 32. vt poſſint ſi velint allegare de iure ſuo &, de eo oſtendere & informare. Sed an prorogatio facta videbitur ſub eiſdem pœnis
103 qualitatibus, pactis & conditionibus † in compromiſſo expreſsis etiam ſi nihil dicatur, tractat Boeri. deciſi. 384. per totam ſed quid ſi à partibus in compromiſſo terminus arbitris, vel arbitratoribus nõ aſsig
104 netur, quod tempus cenſebitur † aſsignatum, & in hoc ſecundum plures relatos per Boeri dict. deciſi. 283. num. 6. cũ 3. ſeq. ante litem conteſtatam, ſiuè loquamur in arbitro ſiuè in arbitratore, nullo tempore finitur poteſtas compromiſsi: ſed poſt litem conteſtatam in arbitro finitur triennio, in arbitratore vero in perpetuum durat, niſi eſſet periculum in mora, quia tunc ineſſe videtur arbitratori tantũ tempus, quantum bonus vir arbitrabitur neceſſarium, Rebuffus tamen in dict. 3. tomo conſti. Franc. titul. de arbit. gloſ. 14. num. 15. cum. 2. ſeq. aliter diſtinguere videbatur, ſed ex. l. 27. titul. 4. part. 3. tam in arbitro quam in arbitratore idem tempus triẽnij ſtatuitur, numerandum à die acceptatiõis compromiſsi, prout optimè ibidem conſiderat Gregorius Lopez, verbo deſde el dia, & lex illa expreſſe probat ſi bene inſpiciantur eius verba, & leges antè eam præcedentes à. l. 23. quę omnes in arbitris & arbitratoribus loquuntur, ſi tamen arbitri, vel arbitratores non acceptaſ
105 ſent compromiſſum, non currit † tempus compromiſsi à partibus, vel à lege ſtatutum ad determinandum ſuper deductis in compromiſſo, imo quantumuis ipſi arbitri vel arbitratores fuiſſent præſentes compromiſſo, ſi illud non acceptauerint, nullum eis tempus currit, ſecundum Rebuſ. vbi ſupra, gloſ. 14. nume. 21 nam
106 ex ſola præſentia nõ cenſetur † eos cõpromiſſum acceptaſſe, prout communẽ teſtatur Couar. in cap. cum Ioannes, nu. 4 de teſtam. relatus per Villalobos, in ſuo ærario millecom. opini. litera. A. nu 227. Sed ſi vti poteſtate cõceſſa inceperint, tacitè acceptaſſe præſumitur, & ab eo die

curret

currēt tempus compromissi, taciti enim & expressi idem est iudicium, & facto sicut verbis animus & voluntas declaran-
107 tur, & plures modos, quibus soluitur † cōpromissum, & potestas horum iudicū, videre poteris per Sebas. Medicis, in tract. mors omnia soluit. 2.p. conclus. 11. n. 39.

Ibi, [sobre aquellas cosas;] nam super alijs rebus, quam in compromisso dedu-
108 ctas arbitri, vel arbitratores † cognoscere non possunt, secundum tex. in l. nō distinguemus. §. de officio, & l. si cum dies. § plenum. ff. de arbitris. l. si de certa. C. de transactio. l. 23. colum. fin. & l. 26. versic. otro si, & l. 32. titul. 4. part. 3. secundum quam legem 32. de fructibus rei iudicare
109 † poterunt, prout inquit Rebuff. vbi supra, gloss. 14. num. 7. & D. Menes. in l. si de certa, num. 31. C. de transact. vbi ad expensas inquit id non extendi, quamuis contra supradicta tenere aliud & male voluerit Specul. relatus per glos. sino, in dicta. l. 23. quod in tantum verum est, secundū eundem Glossatorem, ibidem; quod etiā si laudum latum super alijs rebus, quam in compromisso deductis sit emologatum,
110 adhuc nihil valebit † super illis alijs rebus latum, in vim laudi, licet in vim pacti valere posset, si partes id expressè vellēt, vt probatur ex text. in cap. examinata de confir. vtili vel inuti. & facit tex. in. 34. in fine, titulo. 4. part. 3. notat glo. in. l. 2. C. cōmunia vtriusque iud. & Abb. in consil. 62. in controuersia, colum. 1. volum. 2. quē adhoc ita asserendo refert Rebuff. in dict. titulo de arbitris, art. 1. glo. 14. num. 6. laudumque latum vltra fines cōpromissi nul-
111 lum ipso iure † dicitur, secundum Corneum, consil. 38. incip. libello producto, volum. 3. relatum & secutum per Mexiā, in. l. de Toledo in respons. ad. 2. part. 1. fundam. num. 12. fol. 163. & ideò pro arbitramento in quo reperimus formam cōpro-
112 missi excessam non præsumitur, † secū dum Rebuff. vbi supra, glo. 10. nu. 16. valeret tamen in vim pacti, vt diximus, nā secundū Mex. vbi supra, in, 6. fund. 1. p. n. 6. sententia nulla, quamuis partium consensu non valeat in vim sententiæ, valet tamē
113 in vim pacti, si expressè per partem † nō vero tacitè consentiatur, secundū Calde. & alios relatos per Mex. vbi supra, in responsio. ad. 7. fund. 1. p. nu. 5. & Abb. consil. 61. n. 16. vol. 1. & hoc verū intelligerē, nisi arbitri illi pronunciassent super rebus super quibus etiam de consensu partiū pronunciare non poterant, tunc enim etiam in vim pacti non valēret pronunciatū partibus quantumuis consentientibus, quoniam si partes litigant scienter corām incompetente iudice, cuius iurisdictionem prorogare non possunt, sententia lata de
114 consensu partium neque in vim pacti † valebit, secundum Aretinum, in cap. 1. de iudi. col. 4. versic. & per hanc, vbi inquit ita DD. tenere in cap. significasti, de foro comp. imo & si cōpromittatur in aliquē de omni eo & toto, quod laudatum fuerit adhuc intelligitur, dummodo sit tale, quod
115 assumpserit naturam † aliorum deductorum in compromisso, & fuerint pariformiter deducta, alias enim si fuerint dissimilia expressis & deductis in cōpromisso, non dicuntur de natura expressorum, & per consequens de eis cognoscere nō possent, secundū Feli. optimè, in c. ex lit. verbo, clausula, la prim. col. 4. de resc. id hacq; tenet opinione Bart. in l. Aurelie. §. Caius nu. 10. ff. de liber. leg. & Illust. Padilla, in l. si de certa. n. 1. C. de transact. vbi nu. 5. inquit Bar. in d. n. 10. idē sensisse, & sic sunt dicta per Hippol. in pract. §. aggredior, n. 45. & per eund. Bar. & Orosc. col. 887. in l. tres fratres. ff. de pactis, & probat optima l. 32. tit. 4. p. 3. & sic si de re certa compromissum est, ad alias res manus porrigere arbitri vel arbitratores non debent etiam si plenum, plenissimumuè compromissum fieret, ex tex in l. non distinguemus. §. de officio, iuncta l. si cum dies. §. plenū, ff. de arbitris, licet rē pro re, & pecuniam pro re, possent iubere, solui dummodo
116 fiat circa rem † super qua arbitrium sumitur, secundum Oroscium in l. cū Aquiliana, numero. 6. colum. 966. ff. de transactio. & ideò non possent arbitri vel arbitratores, in quos super vna re compromissum est, disponere quod totus fundus controuersus remaneat penes Titium & ipse det domum, vel aliam rem Caio, quia super domo non fuit cōpromissum, secundū Bart. in. d. l. cum Aquiliana, quem & alios sequitur Rebuff. vbi supra, dict. glo. 14. n. 5. & sequitur Abb. in. c. cū

Tt dile-

dilectus, num. 8. extra de arbitris, & in capit. Quintaualli s, num. 26. de iure iurand. pecuniam tamẽ pro re, possent optimè iubere, dari, quia omnia pecunia æstimantur secundũ Bart. vbi supra, cuius dicta in hoc aduocati adorant secundũ Orosciũ, vbi supra, & Rebuf. vbi supra, nume. 10. si vero circa hæc arbitri vel circa alia excesserint, excessus eorum vltra fines mãdati factus retractaretur, vt communẽ testatur Curti. Iuni. consil. 79. num. 2. teste Villalobos in suo ærario mille commu. opin. litera. A. num. 229. possunt tamen tales arbitri vel
117 arbitratores cognoscere † an sua sit iurisdictio super qualitate rerum expressarũ in compromisso, secundum Felin. in capi. super literis, num. 18. de rescrip. Vlterius & secundo ampliatur regula supradicta, quod si arbitri tales, vel arbitratores, nam de omnibus loquimur, statuerint pœnam peti, non valebit tale arbitrium, vel laudũ,
118 † quoniam non de pœna compromissum est. l. quid tamen in fine. ff. de arbitra. Angel. consil. fin. Rebuf. vbi supra, nume. 4. Tertio ampliatur quod & tenentur seruare ordinem compromisi, & eius for-
119 mam, † secundum text. in. l. 23. col. fin. titul. 4. part. 3. & text. l. 26. versic. otro si, eo. titul. & part. non enim tenet quod factum est contra formam compromisi, secundum text. in capit. cum dilecti, de electio. & cap. cum dilectus, de arbit. & faciũt notata per Dec. consil. 434. relatum per glo. otorgaren, in dict. l. 23. & sic si in cõpromisso est actum, quod arbitri ferãt sententiam cum consilio sapientis tenentur
120 omnino id facere, † ex text. in dict. l. 26. ad finem. Est tamen verum quod si plures res sunt in compromisso deductæ super quibus arbitrandum & determinandum est, possunt arbitri de vnaquaq; earũ iudicare, nisi aliud caueatur in compromisso, secundum text. in. d. l. 32. tit. 4. part. 3. licet aliud esse de iure ciuili assererẽt Azo & alij relati per glo. que sobre, in ea. l. 32. & per Villalob. in sua antinomia iuris ciuilis, & regij, litera. A. num. 67. Quæ quidẽ
121 regula sic ampliata sex modis † limitatur per Rebuff. in dict. titulo de arbitrar. dict. artic. 1. gloss. 14. numero. 7. cum. 7. sequentibus, quas succincte recenseo limitationes. 1. in connexis, & ideo potest super fructibus & expensis iudicare & dare dilationem ad soluendum, & idem in cohærentibus. Secũdo pro æqualitate rei potest cogere vnam partẽ aliquid dare alteri, vt vna res sit alteri æqualis. Tertio potest condemnare vnum ad pecuniam pro æstimatione, & alteri rẽ adiudicare. Quarto si cõpromissum est super vna re & partes litigauerint super alia super illa potest arbiter pronuntiare, quia censetur prorogatum cõpromissum ex partiũ consensu. Quinto pro bono pacis. Sexto põt arbiter facere ea, quæ cõmodè veniunt ad cõpromissum & sine quibus non posset arbitriũ explicari, quas sex limitationes prosequitur Rebuff. vbi supra, vt per ipsum videri poterunt, posui eas hic succinctè vt si forte non ita præ manibus habeatur Rebuff. sciant saltim lectores limitationes dictas. Sed an de exceptione compensationis po-
122 terit arbiter † super vna re assumptus cognoscere, vide Bald. optime distinguentẽ in. l. 1. circa medium. C. de arbitris, quem refert & sequitur Bonifacius in peregrina legum partitarum, verbo arbiter, quæstione quarto, in gloss. contentis, folio. 53.

Ibi, [Dada sentencia,] partibus tamen
123 auditis † & citatis, secundũ tex. in. l. 27. tit. 4. p. 3. in fin. tradit Ias. in. l. si quis arbitratu, num. 21. ff. de verb. oblig. & Boer. dec. 283. nu. 34. cum seq. & in hac lege iterum diximus, limitat tamen hoc vno modo Ias. vbi supra, nu. 22. & alio modo Barbat. cõsil. *18. col. 11. in princ. vol. 1. Sed an vnus* arbiter alijs absentibus arbitris pronuntia
124 re † poterit sententiam, tradit Hosti. in cap. prudentiam, de offi. del. & Rebuff. in d. art. 1. tituli de arbitris, gl. 12. nu. 7. & habemus tex. in. d. l. 32. tit. 4. p. 3. de hoc vbi & itidem probatur, quod in die festo non debent arbitri pronuntiare sententiam, nisi aliud à partibus concederetur. Et an cogi possint arbitri vel arbitratores pronun-
125 tiare † & sententiare, dicendũ est quod sic, vt probat text. in. l. 29. titu. 4. partit. 3. incarcerando eos vsque dum sententia, vel laudo negotium diffiniant, & determinent, vel præfigendo eis terminum per ordinarium loci intra quem habeant causam decidere sub comminatione, quod post terminum illum causam ad se aduo-

aduocabit, & de ea cognoscet, secundum Boer. decis. 283. num. 9. & ita seruari asserit Rebuff. dict. glo. 14. num. 18. non tamen secundum eum ibi, nu. 20. cogi possunt adhoc arbitri, vel arbitratores, nisi prius compromisso per eos acceptato. Et quid sit agendum vbi arbitri sunt discordes lex illa 29. declarat, & in hac lege dictum remanet. Est tamen verum quod lato primo laudo non licet amplius arbitrari, secundum tex. in. l. non distinguemus.
126 §. fin. ff. de arbit. nisi data † esset potestas pluries arbitrandi, secundum Ripam, responso. 107. per. l. quid tamē. ff. de arbitris, adeò vt & si inique arbitratum sit, forma tamen compromissi seruata, adhuc tunc non licet amplius arbitrari, secus vero si forma compromissi seruata non esset, secundum Rebuff. in d. tit. de arbit. glo. 10. num. 4. ipse vero ibidem inquit se putare quod in causa reductionis is iudex, qui protulit arbitrium, non est adeundus, & bene prout infra hac lege dicemus in quæstione, quis erit reductionis iudex: & hæc vera sunt circa negotium ipsum principale, sed circa accessoria, vel fructus bene potest arbiter vel arbitrator suum arbitrium
127 & laudum interpretari † & supplere, secundum Decan. l. quia. ff. de arbit. communis secundum Marcum Ant. relatum per Villalobos in suo ærario mille commun. opinion. litera. A. num. 228. & quod tempus detur partibus ad implementum sen-
128 tentiæ si in sententia non declaratur, † vide per tex. in l. 33. tit. 4. part. 3.

Ibi, [Y pide della reduction a aluedrio de buen varon,] sed quomodo potest reductionem hanc petere, quandoquidem text. noster præsupponit adhibitam fuisse in compromisso clausulam illam non reclamandi, & sic non petendi reductionem hanc ad arbitrium boni viri, & respondendum est hoc fieri posse, vel quia arbitrator sese dolosè habuit in proferēdo laudo, & causa determinanda, quo casu reductio ad
129 arbitrium boni viri intentari † & proponi potest, quantumcunq; ei renuntiatum esset in compromisso, secundum text. in l. 23. titulo. 4. partit. 3. vel quia arbitrator ipse enormissimè, vel enormiter saltim partem reclamantem laudo suo & arbitrio læsit, renuntiatio enim reclamationis
130 & reductionis intelligitur † si æquè arbitratum sit, secundum text. in. l. si libertus ita iurauerit. ff. de operi. liber. notant Bart. Paul. & Oroscius, colum. 677. in. l. fin. ff. qui sat. cog. idem Bartol. in. l. Iulianus verum, num. 7. ff. de cond. ind. & Pau. idem in l. si quis arbitratu, num. 7. ff. de verbo. oblig. & idem Bartol. in. l. societatem. § arbitrorum, numero. 24. ff. de arbit. Ias. in. l. quidam cum filium, numero 23. ff. de verbo. oblig. & communem testatur Dominus Padilla, in. l. 1. num. 38. de legatis. 1. pag. 270. imo & tunc nihil obstabit pœna apposita in compromisso, quin dicta reductio peti possit, neque iuramentum in com-
131 promisso appositum, † secundum Paul. in dict. l. si quis arbitratu, num. 7. & Ias. vbi supra, num. 21. & 22. fol. 183. & Rebuff. in d. 3. tomo, consti. Franc. in dict. tit. de arbit. glo. 5. num. 12. & 13. & in renuntiatione enormissimæ læsionis tenent relati & secuti per D. Couar. lib. 2. variar. capi. 4. nu. 5. & sic Auend. cap. 27. præt. num. 10. lib. 2. inquit non esse periurum ex causa contrauenientem iuramento, & hanc in propositum communem testatur opinionē Maranta, in pract. titu. de appellatio. nu. 115. pag. 573. in paruis, & tenet nouissimè modernus Mexia, in. l. de Toledo, in respons. ad 6. funda. 1. p. nu. 30. & concivis noster Gutier. in suo perutili tract. de iuram. cōf. 1. p. ca. 37. nu. 17. cum seq. quamuis aliud Grationopoli iudicatum asserat Guid. Papæ, relatus per Rebuff. in d. titu. 12. supra dicta enim cōmunis practicatur in Francia secundū Rebuf. ibi, & itidē cotidie in nostra Hispania, & in cancellaria Romana, secundū Hieron. Pau. in pract. cancel. apost. sub rubric. summa doctrinalis collecta, ex formis antiquis cancellariæ, pag. 67. in paruis, versic. etiam si fuerit iuratum, imò etiā si in forma cameræ sit cōpromissum factū secundum Lancel. in tract. de attent. 2. p. c. 4. limit. 15. n. 10. & tenet idem D. Padil. vbi supr. vbi inquit nullā idoneā cautionē reperiri, vt satis sit ad excludendā hanc reductionē ad arbitrium boni viri, & inquit Paul. Cast. cons. 70. p. 1. relatus per Mex. vbi s. nu. 26. quòd ita se habet cōmunis opinio & obseruantia, q per nullā verborū in cōpromisso appositorum cautelam fieri poterit, quominus dicta reductio competat

131 & petatur, † data magna quantitatis vel valoris læsione, & ita practicant aduocati, vt Bald. inquit in. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. relatus per Mexiam dict. nume. 26. vbi & cum sequent. aliquibus alia in propositum adducit, & idem asserit Rebuff. in dict. 3. tom. dict. titul. de arbitrar. gloss. 8. numer. 13. 14. & 15. vbi ex hoc reijcit quatuor Cœpolæ cautelas ad effectum propositas, vt dicta reductio peti non posset, & tacito Rebuffo, reprobat eas etiam optimè noster Gutierrez, vbi supra, numero. 17. cum sequent. & de ijs etiam agit idem Rebuff. vbi supra, glo. 5. num. 17. & Cassiadorus, decis. 1. de emptio. & vend. num. 3. & hæc omnia vera sunt & procedunt, quoties læsio ex laudo proueniens
132 esset magna, secus vero si modica †, quia tunc dicta renuntiatione facta & præsertim iurata, non liceret dictam reductionē petere, & intentare, secundum Maranta, dict. num. 115. & vsq; ad quam quantitatem arbitratores lædere possunt, in hac gloss. Deo volente dicemus. Data vero magna læsione procedunt optimè supradicta, nam si contra transactionem licet agere ex remedio. l. 2. C. de resc. vend. quotiescunq; ex ipsa transactione enormis, vel
133 enormissima † resultat læsio, prout plures referendo inquit Dominus Padilla, in l. 2. C. de resc. ven. num. 24. & ibi Pinelus, 1. part. cap. 4. num. 14. vbi, num. 15. asserit istam opinionem probari iam ex tex. in l. 4. titu. 7. lib. 5. ord. quæ est iam. 1. titu. de las ventas, lib. 5. infra, dum ibi text. probat eius remedium & sic dictæ. l. 2. similis. C. de resc. ven. in omnibus contractibus locū habere geminatiuè loquendo, vt sic nullus excludatur, nam cum in tali læsione dolus non deficiat, secundum Suarez & Couar. infra proximè allegandos, & glo. la mitad. l. fi. tit. 19. part. 6. & tenet Anchar. & alij relati per Mexiam, in. d. l. de Toledo, in respon. ad. 6. fund. 1. part. nu. 28. & 32. optimè contra eam agi poterit, prout probato dolo, deducitur ex text. in. l. 34. titu. 14. p. 5. & tenet vltra dictos Tho. Gram. decis. Neapol. 101. nu. 54. & Dec. 66. nu. 48. vbi ampliat etiam si trāsactio iurata sit, prout & tenuit Guido Papæ, decis. 519. & Couar. vbi supra, & iterum in repet. ca. quamuis pactum. 3. p. §. 4. num. 3. & D. Padilla, vbi supra, num. 43. vbi hoc esse verū asserit etiam si remedio dict. l. 2. sit renuntiatum, prout & tenuit Couar. dict. cap. 4. num. 5. & glo. mayor, in dict. l. 56. titul. 5. part. 5. & modernus Gomezius Leon, in sua centuria informationum iuris, loco. 96. & hanc communem testantur supradicti, nunquam enim censetur exclusa læsio enormissima ex quacunq; amplissima
134 renuntiatione, † secundum Molin. de primogen. libr. 2. c. 3. nu. 19. vbi cum sequ. plura de tali læsione dicit, & communiorem testatur Capit. decis. Neap. 159. nu. 24. & 25. quod per iuramentum nunquā
135 censetur exclusa læsio excessiua, † putà in duplo, vel triplo, sic declarando text. in cap. cum contingat, de iureiuran. & c. quāuis pactū, de pact. in. 6. & sic etiam potest declarari dict. l. 34. tit. 14. p. 5. quæ læsionem qualemcunque intentari non posse contra transactionem disponebat, non enim est censendum enormissimā excludere, ex dictis per Doctores dictos, & maximè per Molin. vbi supra, num. 36. non tamen ita facile secundum eum ibi, hęc erūt admittenda contra transactionem & compromissa, eo quod difficulter probatur læsio respectu dubij euentus litis in hoc casu liquidandi ad rescindendam transactionem, quod non est in alijs contractibus, ideò adhęc multum debent iudices aduertere, & quando dicetur enormis læsio & in quo excessu, obiter videre poteris per Couar. lib. 2. Variar. dict. cap. 4. num. 5. & Cœpolam, de simulati. contractus, num. 109. & glo. mayor, in dict. l. 56. & posthęc scripta plures de ijs DD. tractantes allegat Molina, vbi supra, lib. 4. cap. 9. nu. 36. vbi, num. 37. inquit vsque ad. 30. annos durare remedium agendi aduersus talem transactionem, prout ex. l. fin. tit. fin. part. 6. colligitur, probante quis tunc enormis excessus dicetur vltra quos, & dicetur enormis
136 si nulla † alia bona læso remaneant, secundum Afflictis, decisione. 322. numero. 11. quod si aduersus transactionem hæc ita se habent, cur & à fortiori aduersus laudum arbitratoris idem dicendum non erit? quantumuis renuntiatum sit in compromisso reductioni boni viri & iuramento vallatum compromissum, quando quidem semper intelligitur clausula, si

æquè

æquè arbitratum sit, arbitrator enim etiã cum clausulis amplissimis potestatem habens lædere non potest nisi in sexta parte vt infra hac dicetur glossa, amplaque verborum copia, & potestas non excludit quin peti possit dicta reductio ad arbitriũ boni viri, prout communem testatur Decius, consil. 39. numero 6. relatus per Villalobos, in ærario mille commun. opinio. litera A. numero 231. vbi inquit sic intelligendas & declarandas leges. 27. titul. 11. part. 3. & l. 9. & 17. titulo. 8. & l. 5. titulo. 10. part. 5. quæ in diuersis loquuntur casibus, cum à parte aliquid moderandum relinquitur ad arbitrium alterius partis: Imò & sunt qui dicant tunc, etiam nulla obtenta relaxatione iuramenti, licere reductionem hanc petere, ego tamen consulo, vt prius relaxatio hæc petatur ad effectum
137 agendi & excipiendi, vel reductionem † petendi, prout petendam asserit Maranta vbi supra, in dict. titu. de appell. num. 258. pagin. 616. & Rebuff. in dict. titul. de arbi. gloss. 5. numero. 13. & 16. & post hæc nouissimè concius noster Gutierrez, in repetitio authen. sacramenta puberum, numero. 95. & Couar. dict. § 4. numer. 4. quamuis communem fateatur Alcia. relatus per Couar. lib. 1. variarum, cap. 4. num. 6. in fine, quod si adest dolus ex proposito nulla requiritur iuramenti relaxatio ad agendũ, vel excipiendum, tu tamen semper require eam, vt certiora eligas & scrupulos euites: faciliterq; solet concedi ad dictum effectum per iudices ecclesiasticos à quibus petitur, nulla contrariæ partis præuia cita
138 tione, prout ad dictam relaxationem † concedendam non requiri veriorem & communiorẽ opinionem reputari à multis reperio, & in practica cotidie receptam video, & tenet concius noster Doctor Gutierrez, vbi supra, num. 111. cum sequentibus aliquibus, imo & nullam aliquando iudices ecclesiastici requirunt informationem de læsione, sed statim petita dicta iuramenti relaxatione, eam concedunt, quamuis aliquando video informationem, vt animus iudicis conquiescat, peti, & bene, vt dixerunt petendam, Federi. & Deci. relati per Couar. dict. lib. 1. variarum capit. quarto, numero quinto, versiculo, tota igitur, ea tamen quantumuis summa arte practica facultate dicta conceditur relaxatio, sine qua iuramento existente intermedio, reductio dicta petenda non esset, vt periurium euitetur, & sic inquit Hieronymus Paulus, in dict. practica cancella. apos. sub dicta rubric. summa doctrinalis, versicul. etiam si fuerit, pagin. 68. in paruis, esse necessarium ad dictam reductionem petendam præcedere declarationem iudicis ecclesiastici, declarantis iuramentum non obstare propter iniquitatem laudi, vel nullitatem eius non tamẽ esse necesse ecclesiasticum super hoc cognoscere, neque posse causam principalem discutere & tractare, vt aduertit Dominus Couar. dict. lib. 1. Variarum, capit. 4. numer. 8. Dubium tamen est intra quam summam, vel partem debeat esse excessus
139 arbitratoris, † vt dicta reductio peti possit necnè, & enormiter lædere dicatur, non obstantibus renuntiationẽ, iuramẽto, pœna vel alio vinculo in compromisso appositis, & in hoc Bartol. in dict. § arbitrorum numero. 29. existimat, magnam esse læsionem sextam totius partem excedentem, nec à Bartolo, dissentit Lanfrancus, & plures alij relati per Menochium, de arbitrar. iudic. lib. 2. centuria 1. casu. 73. & hanc communem testatur doctrina Dominus Padilla, in dict. l. 1. de legatis. 2. numer. 41. quem refert concius noster Doctor Gutierrez, in tractat. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 17. num. 22. tametsi, secundum Menoch. & Padillam vbi supra, verius alij affirment iudicis hoc arbitrio relinqui, & vtramq; opinionem magis cõmunem testatur Ferratius, cautel. 8. colũ. 3. teste Gutierrez vbi supra, de quo optimè per Rebuf. vbi supra, glo. 8. nume. 17. cum sequent. aliquibus, & in materia. l. 2.
140 C. de resc. vend. quæ dicatur enormis † læsio tradit Couar. lib. 2. Variar. cap. 4. nu. 5.
141 & quæ quoad minorem † & ecclesiam, per eund. Couar. lib. 1. variar. cap. 3. num. 10. & 11. & Menoch. vbi supr. casu. 74. & per text. optimum in materia in l. fin. titu. fin. part. 6. quoad nostrum tamen arbitratorũ propositũ, teneo quod tũc demũ in sexta vel alia minori parte possũt arbitratores lædere quoties res adest dubia, nã si
142 clara esset, neq; in vna vncia liceret lædere, qm intelligitur cõcessũ q possit lædere

si æquè arbitretur, non vero alias; item bona fides & conscientia nõ patitur quod de iure vnius tollatur & detur alteri, secũdum Cœpolam, consil. ciuili. 24. numero quarto, & tenuit expresse Paul. Castr. singularissimè in. l. transactio nullo. C. de transactio. vbi in conscientia inquit ita arbitratorem teneri in conscientia considerare, scilicet, quod si res est clara neque in vno nummo, licet ei partem lædere, sed tunc demum cum est dubia, & ideò iure optimo in iudicis arbitrio relinquitur, quæ tunc dicatur enormis læsio, & in qua parte, & hęc est tutior & tenenda opinio, qui quidem iudex hæc cõsiderabit ex partium iuribus. Sed est & alia quæstio intra quantum tempus hæc est petenda redu-
143 ctio, † & in hoc Speculator, relatus per Vitalem de Cambanis, in tractat. clausularum. §. intra quantum tempus petatur reductio, & per Rebuff. in dict. titul. de arbitrar. gloss. 8. numero. 2. cum sequentibus pluribus, inquit quod intra decem dies, Bartolus tamen in dict. §. arbitrorum, hãc Speculatoris opinionem reprobat, & cõmuniter Speculatorem reprobari asserebat Alexand. consil. 95. numero. 11. libr. 2. relatus per Dominum Padillam, vbi supra, vbi ipse inquit cum Barto. quod triginta annis durabit tempus petendi reductionem hanc, & ibi hanc communem testatur opinionem, quam & tenet Auenda. in dictionario, verbo, aluedriadores, & iterum in titul. de las excepciones, num. 37. ad fin. & noster Doctor Gutierrez, in repet. dict. l. nemo potest, num. 444. in princip. delegat. 1. & vbi daretur enormis vel enormissima læsio posset dicta hæc opinio Bartoli procedere, argum. l. fin. tit. fi. part. 6. opinio vero Specul. quoties læsio, talis deficeret, & sic concordari possent hæ opiniones. Ego tamẽ indistinctè Speculatoris opinionẽ tenerem, scilicet quod intra decem dies à die notificationis laudi numerandos reductionem hanc esse petendam, vt potè quia hæc opinio iure nostro regio approbata est, per text. in. l. 35. finalis in ordine, titulo. 4. part. 3. vbi gloss. fin. ita videtur tenere, & Villalobos in suo ærario mille commun. opinion. litera. A. numero. 235. & iterum litera. R. num. 22. neque tenendum est, hanc dispositionem correctam esse, per l. 1. titulo. 18. libr. isto supra, quinque dies appellationi constituẽtem, prout correxisse aduertebat Padilla, vbi supra, numero. 41. sed potius est asserendum dictam. l. 35. approbantem Speculatoris opinionem in suo robore permanere, nam illa. l. 1. non censetur casus speciales & specialiter prouisos corrigere ex doctrina communi glossæ. l. 1. C. de silentiarijs, lib. 10. item lex illa. 1. in appellatione à sententia interponenda loquitur, nos vero in reductione petenda ab arbitratoris laudo, & in vnoquoque casu specialiter prouisum seruare tenemur, tutius tamẽ facies vt opiniones euites si intra quinque dies interposueris. Et aduertendum est quod illa. l. fin. tit. 4. par. 3. ita loquitur
144 in arbitris, sicuti in arbitratoribus, quandoquidem loquitur per verbum auenidores, quod ad vtramque formam adaptari potest, respicitque lex illa fin. dict. titu. 4. leges præcedentes, quæ de arbitris & arbitratoribus loquebantur, & sic in vtrisque ipsamet loquitur, prout voluit gloss. fi. in ea. l. fin. si bene inspiciatur, & tenuit Suarez, ibi allegatus, & Villalob. in dicto numero. 235. & verissimum est, & ex text. nostro confirmatur, arbitrorum & arbitratorum sententias æquiparante, quamuis Auend. vbi supra, velit tantum in arbitro legem illam fin. loqui & quomodo &
145 qualiter reductio hæc † petenda sit, tradit optimè Rebuffus in dicto titulo de arbitra. glossa octaua, numero. 25. cum duobus sequentibus, vbi numero vigesimo octauo, quærit an lis sit in hac reductionis instantia contestanda, cui consequens, & illud est, num scilicet in casu in quo reclamatio hæc admittenda sit, sufficiet si clandestinè fiat, quamuis arbitro, vel partiad-
146 uersæ non notificetur, † & in hoc glossa, o si callassen, in dicta. l. fin. titulo quarto, partita tertia, inquit quod non sufficiet sed est omnino notificanda arbitro, vel aduersario, sufficeret tamen offerri coram iudice, qui de reductione cognoscere debet, & aduersario notificari, prout notificanda est omnino. Sed quis erit iudex competens ad quem in reductionis
147 † via recurrendum est, & in hoc vltra Bartol. & Doctores in dict. §. societatem. l. arbitrorum. ff. de arbitr. & in cap. Quinta uallis,

Vallis, de iure iur. & in alijs locis ordinarijs, & vltra Marantam, in practica titulo de appellatio numero, 114. pagin. 573. & Vitalem de Cambanis, in tract. clausularum, pag. 694. in paruis, & Rebuff. in. 3. tomo, constit. Franc. titul. de arbit. gloss. 10. numero. 1. cum sequentib. tradit multa D. Couar. lib. 2. Variar. cap. 12. nume. 1. & sequenti. & iterum in libr. 1. Variar. cap. 18. num. 5. & Auend. in titu. de exceptiones, num. 37. vbi dicunt communem esse opinionem reductionem hanc petendam esse apud iudicem rei apud quem de causa illa agẽdum erat, si compromissum non esset, inquit tamen Auend. vbi supra, iudicem loci vbi latum est arbitrium esse iudicem competentem iam ex l. 23. titul. 4. partit. 3. ad cognoscendum super reductione hac, imo & aliud inquit legem illam probare, scilicet quod non debet iudex talis solus emendare laudum in reductionis instantia, sed debet eligere bonos viros, per quos dicta sententia reducatur ad æquitatem & iustitiam, nam idem ipse facere videtur, quod ipsi faciunt, & hoc probat clare lex illa, quamuis vt ibi asserit gloss. verbo, hombres buenos, nunquam hoc in practica seruatum fuit, sed ipse solus iudex cognoscit & laudum moderatur, nullis bonis adhibitis viris, & sic practica cotidie obtentum videmus, & per
148 consequens verba illius † l. 23. bonos viros requirentia cum iudice ordinario potius consilium quam necessitatem inducunt, faceret enim consultius iudex si sapientium vota perquireret, licet non necessitetur adhoc practica ordinaria attenta, prout tenet glo. in ea l. 23. & eo relato nouissimè Olanus, in concordia antinomiarum, in tract. legum partitarum correctarum, numero. 27. in alio tamen quod illa lex probat, scilicet quod iudex loci quãuis non sit iudex rei, debet de reductione cognoscere, videtur disponere contra dictam communem opinionem in casu in quo iudex loci non esset iudex rei conuẽti, & sic illam corrigere, nisi vellemus dicere, quod in hoc lex illa partitarum intelligeretur ex communi illa, scilicet, dum tamen iudex illius loci sit rei ipsius iudex alias, generaliter tamen loquitur lex illa, ideo generaliter videtur intelligenda, put cotidie intelligitur, & tunc ad iudicem arbitratoris recurrendum esset, secundum quod inquit & tenet gloss. de aquel, in. d. l. 23. & Villalo. in ærario mille com. opin. litera. B. num. 24. præsertim cum arbitria ex tex. nostro mereantur iam executionẽ quo casu in simili statuto inquit Maranta, in dict. num. 114. & eo relato Auen. c. 1. prætor. num. 27. lib. ad iudicem arbitratoris recurrendum pro reductione laudi si in loco illo adest cõpetens, sed si non adesset, tunc ad iudicem competentẽ rei cõuenti recurreretur, secundũ communem dictam, & hæc circa reductionis instantiam & petitionem procedunt, ab arbitratoris laudo. Sed circa appellationem interponendam à sententia arbitri aliud seruatur, debet enim secundum communiter DD. tunc appellari ad superiorem ip-
149 sius arbitri † sententiantis, secundum Couarru. lib. 2. variar. cap. 12. num. 2. in fine, nisi arbiter ille esset ecclesiasticus aliquis, quoniam tunc tutius esset secundũ eundem Couar. ibidem appellare ad iudicem illius aduersus quem retractatio sententiæ illius petitur, ne possit dici reum laicum ad iudicium ecclesiasticum super re profana trahi, contra dispositionem text. in l. 10. titu. 1. supra isto libr. & sic proximus superior arbitri erit iudex, vt de appellatione cognoscat, quamuis si ad superiores iudices cancellariarum tunc appellaretur etiam omisso medio, posset optimè fieri, quoniam tunc rex ipse aditur, quod potest fieri, vt per text. hic probatur, ibi fuere confirmada por el presidente y oydores, & per l. 18. titul. 23. part. 3. quæ nõ corrigitur per l. 20. tit. 4. lib. 2. supra quicquid dixerit Olanus, vbi supra, nume. 60. nisi res super qua compromissum extitit, in casu in quo licebat compromitti super ea, esset ecclesiastica, nam tunc ad ecclesiasticum esset recurrendum & appellandum, secundum Stephanum Aufredium, in Clemen. 2. de offi. ord. tit. de potestate seculari super ecclesiast. personas, reg. 2. fallent. 17. ex quibus teneo quod reductio non potest peti coram illis, qui iudicarunt sed coram iudice loci, secundum legem illam partitarum. 23. tit. 4. p. 3. proponẽda est, prout tenere voluit Rebuf. vbi sup. gl. 10. nu. 8. cum sequen. appellatio vero ab

Tt 4 arbi-

arbitri sententia coram superiore illius laici, qui eam protulit, proponenda est. Sed est alia quæstio consequens supra proximæ, an à sententia lata in reductionis in-
150 stantia † liceat appellare, de qua late agitur per Rebuff. vbi supra, gloss. 9. numero.4. cum 6. sequent. & Vitalem de Cambanis, in tract. clausularum. §. postremò videndum est per totum, pagin. 717. in paruis, & per Couar. lib. 2. Variar. cap. 12. numero. 3. & inquit Ripa, in responso. 106. numer. 8. secundum meam impressionẽ, quod si bene autores numerentur hinc inde, magis communis opinio est, quod nõ liceat appellare, sed quod ipse tenet contrariam opinionem, quam ibidem veriorem, & æquiorem, & à maiori parte scribentiũ, secundum Alexand. relatum per eum, approbatam testatur, hancque etiam frequẽtissimo, omnium consensu obtentam asserit D. Couar. in dict. cap. 12. nume. 4. quæ quidem & per text. nostrum approbata videtur, dum inquit quòd si per iudicem inferiorem arbitramentum & laudum arbitratoris, vel sententia arbitri fuerit confirmata, possit ab ea ad superiorem confirmantis appellari: ergo habemus, hic text. clarum pro dicta opinione quod in reductionis instantia possit appellari, quem antequam viderem Hispanum Villalobos, in suo ærario mille communium opinionum, litera. R. numer. 23. consideraui pro hac opinione, quam tenendo, intelligerem eam, secundum text. nostrum, quoties iudex hic cognoscens in reductionis instantia, inferior iudex esset, tunc enim ad superiorem eius appellandum est, à sententia ipsius, siue confirmatoria, siue reuocatoria fuerit, sed si in reductionis, vel primæ appellationis instantia ad superiores regios iudices itum est, tunc si sententia eorũ sit confirmatoria laudi, vel sentẽtiæ arbitrariæ, nullomodo licebit supplicare, neque appellare amplius, secundum textum nostrum, & in hoc casu posset verificari sententia tenentium non licere appellare à sententia iudicis in instantia reductionis. Et an in reductionis instantia sit
151 lis † contestanda, tradit Rebuffus in dicto titulo de arbitris, glossa octaua, numero. 28. & 29. vbi & numero. 33. declarat an valeat transactio pendente reductionis instantia facta, & inquit quod sic, & pœna, quoniam vltima pacta prioribus derogant. Et an excommunicatus possit petere reductionem ad arbitrium boni viri,
152 † vide Addition. Capellæ Tolosanæ. 1. decisione, versicul. sed an excommunicatus, & optimè Ripam, in. l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. numero septimo, cum duobus sequentibus. ff. ad Trebellia. & Auendan. infra allegandum. vlterius notanda sunt pro complemento huius glossæ duo dicta, scilicet quod non solum per viam reductionis licet agere contra laudum, & arbitramentum, verum etiam
153 † per officium iudicis, vt ipse videat iniquitatem sententiæ latæ ab arbitris, vel arbitratoribus, & ex suo officio tanquam superior retractet, & medeatur, secundùm Auendaño in dicto titulo de las excepciones, numero. 48. versicul. & non solum: item quod in reductionis instantia
154 possunt præsentari instrumenta † de nouo reperta ad retractandum compromissum, secundum Baldum in. l. sub prætextu la. 1. & ibi Padilla, numero. 15. C. de transactio. & Ias. in lectura. l. admonendi, numero. 45. ff. de iureiur. Et an sententia lata à iudice, qui vt bonus vir arbitrator ha-
155 beat † eandem naturam, quam habet laudum arbitratoris vide Ripam respõs. 106. num. 9.

Ibi, [O hazen contra ella de nullidad,] veluti dicendo quod latum est laudum ab arbitratore, vel sententia ab arbitro super re dependente ex testamento, absque eò quod testamentum fuerit visum, & lectũ nam tunc etiam post factam executionẽ
156 potest fieri retractatio in quantum † laudum est contra testamentum, secundum Auendan. in dicto titulo de las excepciones, numero. 37. in fine, argum. l. de ijs ff. de transactio. putà, quia compromissum fuit factum super re in testamento relicta, non viso eo neque lecto per compromittentes, neque cognito de viribus testamenti, tunc enim ex dicta. l. de ijs, & ex dictis in eius propositum vltra Doctores ibi per conciuem nostrum Doctorem Gutierrez, de iuramento confirmatorio. 3. part. capit. tertio, numero. 3. & seq. compromissum, vel transactio facta nulla sunt, & per consequens sententia

tia & laudum super tali re per arbitrũ, vel arbitratorem lata, eo quod principali fundamento corruente, omnia quæ exinde sequuntur nulla sunt, ex.l.fin.ff.de const. pecun. & ex alibi per nos in propositum huius.l.fin.adductis, vel itidem si compromissum factum fuit sine prætore super futuris alimentis in testamento relictis, nam sicut transactio in hoc casu non valet, secundum text.in.l.de alimentis.C.de transactio.vbi DD.præsertim D. Padilla, nu. 5.pagi. 46. vbi limitat & verum hoc esse dicit nisi iuramentum intercedat, & hanc quod transactio non valeat super futuris

157 alimentis † testatur communẽ Gigas, in tract.de pensionibus, quæst.51.nu.25. & iterum in quæst.45.in fine, vbi ex hac inquit causa pensionem pro alimentis cõstitutam absque superioris authoritate remitti, vel annullari non posse per pensionarium, & in eodem tract. ipse Gigas, in quæst.51.nu.26.dicit aliud in transactione iurata, vt valeat, quia iuramento fortificatur nisi in duobus casibus de quibus per Padillam, vbi supra, num.6. de quo, optimè tractatur per doctorem nostrum Guterrium, vbi supra, in dict.capit.3.num.3. & seq. & cum transactio, secundum dictã communem, simpliciter interposita super futuris alimentis non valeat, neque va

158 lebit † compromissum, secundum Padillam, vbi supra, nu.2. nam compromittere & transigere regulariter æqui parãtur, & qui non possunt transigere, neque compromittere, & modus in vno requisi

159 tus † requiritur in alio ex dictis per Hosti.in summa, titul. de arbitris.§.de qua re, & Bar.in.l.prętor, in fine.ff.de tut.&cur. dat.ab his, & per Molinã, de primogen. Hispan.lib.4.cap.9.num.1.& faciunt notata per Innoce.in cap. exposita de arbit. cũque compromissum tunc nullum sit, & per consequẽs omne super eo ædificatum, ex dictis, si tamen compromissum tale esset iuratum an valeret, idem dubitãdum esset tunc de eo, quod dubitatur per dictos doctores super transactione iurata facta super dictis futuris alimentis, an valeat, de quo per supra dictos tractatur. Similique modo si compromissum factum esset virtute falsorum instrumentorum, vel latum arbitramentum ratione eorum

160 posset optimè rescindi, † quem admodum & trãsactio ex hac de causa rescinderetur, secundum text.in.l.si ex falsis.C. de trãsactio.vbi ipse dominus Padilla Meneses, pagi.203.cum seq. plura in propositum adducit, asseritque tunc necessariũ esse contra talem transactionem intentare remedium restitutionis in integrum intra quadriẽnium, eò quod semper intelligitur conditio illa, si instrumenta quorũ prætextu initur transactio, vel compromissum, vera sint, secundum text.in.l.fin. C.de diuer.rescrip. vel quia arbitrator ipse laudum proferens tempore illo ex cõ

161 municatus erat, quo casu † si vna ex partibus contraueniat laudo, laudum est nullum secundum Rip.in.l.ex facto.§.si quis rogatus, el.2.num.7.8.&.9.ff. ad Trebelli. vel si compromissum ipsum falsum esset, quoniam neq; iudicium super eo fundatum valebit, ex dictis in dict.l. fin.C.de diuersis rescrip.vel si iudicium & sentẽtia arbitrorum vel arbitratorum esset contra bonos mores, vel contra leges nostras regias, vel naturales vel diuinas, vel extra notionem in compromisso permissam, secũdum text.in.l.34.titul.4.part.3. vel sentẽtia aut laudum sint prolata ab arbitris, vel arbitratoribus recusatis ex aliqua de causis à iure permissis, ex.l.31.titul.4.part.3. tunc enim cum à iudice recusato sententia lata sit nulla, erit itidẽ si ab arbitris vel arbitratoribus recusatis proferatur, vel itidem & vlterius de nullitate agi poterit si partes ad sententiam, vel laudum proferẽda citatæ non fuerint, prout citandæ sunt secundum text. in.l. diem proferre.§. si quis.ff.de arbit.& text.in.l.27.in fine tit. 4.par.3. vel si non ab omnibus arbitris vel arbitratoribus proferantur, secundum tx. in.l.32.titul.4.part.3.vel si per sordes iudicatum est, vel ex alijs causis relatis per Rebuf.in dict.titul.de arbit. glos.9 num. 18.cum pluribus seq. vbi plura contra ar

162 bitrium † opponenda refert, vel eodẽ themate retento si compromittatur in aliquã ex partibus ex arbitrio interesse prætendentibus, quoniam neque tũc valebit compromissum secundum text.in.l.pen. ff.de arbit.& text.in.l.24.titul.4. part.3. quod non solum in arbitro verum in arbitratore procedet, si secundum ea, quæ cõ

tentiosam iurisdictionem concernant, procedere debeat, secundum Orosci.in l.qui iurisdictioni num.14.&.15.colum. 579.in princip.ff.de iur.om.iud. & compromisso nullo existēte omnia super ædificata nulla erunt, quibus quidem de causis & ex alijs similibus poterit agi de nullitate cōtra laudum arbitratorum, vel sententiam arbitrorum. Sed an arbitramentū poterit detegi æquū, vel iniquum ex no-
163 uis probationibus,† an vero ex antiquis tantum detegēdum hoc erit, & an in hoc casu ipse arbiter, vel arbitrator poterūt esse testes, tradit Vitalis de Cambanis, in tract. clausularum, titul. qualiter iustificetur, vel impugnetur arbitramentum per totum, pagi.697.in paruis, & Rebuf. vbi supra, glos.10.num.17.& Ferrara, in pract.in forma libelli quo agitur ex compromisso glos. nec reductio versi.nunc autem quæritur, debet tamen in propositum nostrum iudex, qui de nullitate laudi arbitratoris, vel sententiæ arbitri cognos-
164 cit, multum ponderare,† secundū Auēdañ.in dict.titu.de exceptiones, num.37. in fin.cum primo seq.fol.154. quod si quidem dicitur quod sententia arbitraria fuit extra potestatem, vel quod est contra ius naturale, vel diuinum tali casu non agitur neque fit per viam reductionis, neque reductio facienda est, sed omnino sententia vel arbitramentum pronūtianda sunt nulla, sed si nullitas esset in alio, putà quia sine partium citatione, vel in loco non idoneo in casibus vbi propter hoc nulla esset sententia, vel arbitramentum, tunc iudex aditus super reductione poterit etiam super nullitate cognoscere & pronuntiare & tunc super nullitate pronuntiando, id quod de iustitia arbitri, vel arbitratores facere tenebantur, faciet iudex ipse super nullitate aditus pronuntians, secundum Auenda.vbi supra, ex quo elicitur, quod coram illo iudice, qui de reductione cognoscere poterat, vel de appellatione agendum erit & cognoscendum de nullitate sententiæ vel arbitramenti. Est tamen dubium optimū intra quod scilicet tempus nullitas hæc arbitramenti arbitratoris, vel
165 sententiæ arbitri, proponenda † erit, & dicendum est quod intra sexaginta dies, sicut & à qualibet alterius iudicis sententia debet proponi, ex dispositione text. in.l. 2.titul.17.supra isto lib. nam cum arbitria redacta sint ad instar iudiciorum, & vt sit litium finis inuenta sint compromissa, nō est maius tempus dandum ad agendum de nullitate ab ijs arbitratorum, vel arbitrorum iudicijs, quam daretur ad nullitatem intentandam aliarum sententiarum iudicum ordinariorum, quæ est maxima ampliatio ad dict.l.2. nisi nullitas sit de ijs de quibus etiam lapsis illis sexaginta diebus eam proponens auditur, vt in ea.l.2. diximus, vel nisi agatur de nullitate non contra sententiam vel arbitramentum, tātummodo verum & contra compromissum, allegando nullum esse, & per consequens omnia super eo facta, quoniam tūc intra triginta annos agi poterit de tali nullitate, secundum Auend. vbi supra, num. fi. quasi tunc nullo existente compromisso deficiat arbitri vel arbitratoris potestas & sic iurisdictio ad pronūtiandum super deductis in eo.

Ibi, [Sentencia arbitraria], intellige siuè interlocutoria, siuè diffinitiua sit, secundum Auend.in dict.titul. de exceptiones num. 34.fol.152. eius tamen declaratio ad text.nostrum, in quantum eum intelligit etiam in interlocutoria sententia, non applaudet, nisi talis interlocutoria vim diffinitiuæ haberet, tum quia verbum sentētia in potiori significato capiendum est, & sic de diffinitiua sentētia tantū intelligendum, item & quia ex verbis nostri tx. ita clare colligi videtur, ibi, prometiendo de estar por la sentencia que diere, ibi dan sentencia, de la qual parece, que la vna de las partes reclama, & ibi, si la tal sentencia fuere reuocada, sed ab interlocutoria non habente vim diffinitiuæ iure ciuili reclamari non potest, eò quod neque ab ea appellare licet, secundum text. in.l. 3. titul. 17. supra isto lib. ergo patet clarè legem nostram tantum in diffinitiua vel vim diffinitiuæ habēte sententia loqui, non verò in interlocutoria simplici, in qua generaliter voluit eam intelligere Auend. vbi supra.

Ibi, [Se execute], præsumendum enim
166 est pro laudo † arbitratorum, vel arbitrorum sententia in dubio, secundum Rebuf. in dict. titul. de arbit. glos. 10.nu.

15.& seq. & ideò nimirum si exequatur, vt text. noster disponit, & nè lites ex litibus oriantur, & litium sit finis, ex quibus
167 manifestè colligitur, iam hodie † sentē tiam & laudum arbitratorum vel arbitrorum paratam habere executionem, quanuis emologata non sint à partibus expressè, vel tacitè, per lapsum decem dierum ad reclamandum assignatorum, prout in simili statuto consuluit Barbat. consi. 18. clementissimum, col. 1. volum. 4. relatus per Rebuf. vbi supra, gloss. 9. num. 9. & tenet idem Rebuf. ibidem in gloss. 8. num. 30. cum. 2. seq. ad ampliationem l. fin. tit. 4. part. 3. executari laudum iubentis per partes expressè, vel tacite approbatum, prout tenebant Moder. in. l. intra dies. ff.
168 de re iudi. appellatioq; admittebatur † ab arbitratorum vel arbitrorum sententia ante emologationem hanc facta & interposita ad vtrunque effectum deuolutiuū scilicet & suspēsiuum, ex l. cum anteà. C. de arbit. & ex dictis per Rebuf. vbi supra, gloss. 9. lege tamen nostra attenta quanuis appellatio interponatur, vel reductio petatur intra illos decem dies, non habet appellatio hæc vel reclamatio effectum
169 suspensiuum, sed tantum deuolutiuū, † & sic laudum arbitratoris vel arbitri sentē tia exequi poterunt seruatis nostræ legis requisitis, prout voluit, quasi legem nostram videret, Rebuf. vbi supra, dicta glo. 9. num. 9. reiecta distinctione Baldi, in additio. ad Specul. in titu. de arbit. col. 7. ver sic. sed an pendente, quem refert Auiles, capi. 10. pretorum, verbo execucion nu. 9. fol. 141. & reiecta etiam distinctione & concordia Rebuff. num. 31. dictæ glos. 8. cessantque iam opiniones circa hoc nouissimè relatæ per Lancelotum, in tract. de attentatis. 2. par. capi. 16. num. 2. cum seq. pluribus, in nostro enim regno lex nostra seruanda est, tam circa laudum arbitratoris, quam arbitri sententiam, nam in omnibus loquitur secundum Auenda, relatum & secutum per conciuem nostrum Guterrium, in repet. l. nemo potest, nu. 438. de leg. 1. vbi cū pluribus numeris seq. eam ampliat modis aliquibus, & iterum nouissimè, in suo tract. de iuramento confir. 3. part. cap. 14. & Auiles, dict. num. 9. adeò vt & si immodicè lædat arbitratoris laudum, vel arbitri sententia ad hoc exequē da sunt absque obstaculo reductionis appellationis, vel nullitatis ab eis interpositarum, ex text. nostro ita expressè probante, nisi esset euidens nullitas, vel in iustitia vel adesset defectus iurisdictionis vel citationis, vel aliud simile, quæ per exclusionem nullitatum exclusæ nō censentur de quibus diximus, in dict. l. 2. titul. 17. supra eo. hæc tamen quod executio facienda sit non obstantibus appellatione vel reclamatione, intelligerē procedere, quoties compromissum iuratum est, & iura-
170 mēto roboratum, † prout roborari permittitur per. l. 12. titulo. 1. supra hoc lib. vel quanuis iuratum non sit, adest tamen in eo clausula rato manente pacto, quoniam cum tunc non possit à compromisso recedi soluta pœna vel interesse, vel nō solutis, optimè executio hæc locum habebit, sed si aliquid horum deficeret, tūc vtique cū pœna vel interesse solutis pars condemnata contrauenienis satis faciat, non poterit contra eam exequi laudū, vel sententia, sed exequetur tantum compromissum pro pœna vel interesse promisso in casu contrauentionis, parte contrauenientе nolente tunc soluere pœnam promissam, si compromissum tale clausulam habeat guarentigiam, prout optimè considerare voluit glos. peche, in dict. l. fi. tit. 4. part. 3. idque legis latorem nostrum voluisse censendum est, quandoquidem permittit in. l. 12. titul. 1. supra hoc lib. iuramentum in compromisso apponi, & in præsentiarū præsupponit partes compromittentes promisisse stare laudo, & sententiæ, neque aduersus illud reclamaturos, neque censendum est legem nostrā velle leges regias partitarum, & sic legem illam finalem, & similes corrigere, sed potius vna lex per aliam declaranda est, vt & voluit glos. illa peche, dictæ l. fi. quæ hoc ampliat vt procedat, etiam si petita executione laudi confirmetur per superiorem sententia, vel laudum, adhuc enim tunc potest satisfieri per condemnatum soluē do pœnam promissam, deficiente in compromisso iuramento vel clausula rato manente pacto, vel simili alia eundem effectū producente. Aliud etiam ex text. nostro & non minus singulare colligitur ex tex.

nostro,

171 nostro, approbatio scilicet doctrinæ † Cardin. in cap. exposita, de appellatio. asserentis, quod non debet suspendi executio laudi per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, cuius doctrinam refert Boeri. decisi. 284. num. 24. & tenuit Barbat. consil. 18. col. 1. vol. 4. relatus per Rebuf. in dict. titul. de arbit. gloss. 9. num. 9. ampliaturq; ex text. nostro doctrina hæc Card. vt idem sit quoad arbitri sententiã quæ neque per appellationem ab ea interpositam suspendetur, vt exequi non possit, nã equidem poterit, in omnibus enim, vt dictum est, text. noster loquitur expresse, poterit tamen in executione allegari nullitas, & exceptio alia legitima prout in huius glossę progressu dicemus. Vlterius & ex text. nostro aliud notandum existimo, videlicet quod cum executio sententiæ vel laudi arbitri vel arbitratoris fieri possit; optimè iam indistinctè affirmari potest, quod ex sententia arbitri actio ori

172 tur; † nam ius executiuum competere non potest ei, cui non competit actio ad agendum pro re illa, pro qua executio esset intentanda; & è contra ei competit ius executiuum, cui & actio, secũdum Alex. in additio. ad Bar. in. l. si pro te. C. de dot. promiss. notat Suarez, in. l. post rem, in. 2. limit. legis regiæ num. 1. & 2. pag. 294. ff. de re iudic. ex textu tamen nostro ius executiuum competit ex arbitri vel arbitratoris sententia & laudo, igitur & actio ex eis datur, & nascitur, quamuis iure ciuili aliud esset, ex. l. 1. C. de arbit. & hæc erat communis opinio, secundum Minchacam, relatum & secutum per conciuem nostrũ & contemporaneum doctorem Gutierrez, in repet. l. nemo potest, num. 417. de leg. 1. vbi inquit approbari tex. l. 17. titul. 23. part. 3. arbitratorisque sententia paratam executionem non habebat, secundũ Bar. relatum & secutum per Suarez, vbi supra, notab. 9. versi. est alius casus, pagin. 262. & ideò cum iure ciuili actio ex sentẽtia arbitri nõ oriretur neq; per consequẽs ab ea appellari poterat, nam cum nullum iuris pareret effectum, necessarium non erat eam per appellationem retractare, nisi in duobus casibus positis per Gutierrez vbi supra, num. 419. & seq. vbi veritatem eorum examinabat, hodie tamen cum ex text. nostro detur ius executiuum, vt dictum est, & actio oriatur, poterit per cõsequens ab arbitri sentẽtia appellari, prout aduertunt Orosius, Gregorius, Couar. & Auiles, relati & secuti per ipsum Gutierrez, vbi supra, num. 428. & ita tenendum est indistinctè iure nostro regio attento. Et ideò vt ad propositum nostrum executionis reuertamur, executio laudi, vel sententiæ arbitratoris vel arbitri faciẽda est, seruatis nostræ legis requisitis, quãuis laudum immodice, partem læderet, secundum Guterrium, vbi supra, nu. 440. non obstante appellatione, vel reductio

173 ne, vel nullitate intentata † contra tale laudum arbitratoris, vel arbitri sententiã, saluum tamen remanet executato appellanti ius prosequendi appellationem, & hac de causa noster text. iubet fideiussiones præstandas, de quibus in præsenti, sed an exceptio vsurarum impediet executio

174 nem laudi vel sententiæ † arbitratoris, vel arbitri, aliqui dixerunt quod non, contrarium tamen est tenendum imo quod opponi possit & ea probata impediat subhastationem vltimam fieri, secũdum Guterrium vbi supra, nu. 442. imò & teneo, omnem exceptionem legitimam, quæ posset contra executionem instrumenti guarentigij allegari, opponi posse aduersus executionem laudi vel sententiæ arbitri tempore constituto ad eam opponendam, quandoquidem executio instrumẽti guarentigij & compromissi æquiparãtur per text. in. l. 1. supra isto titul. & lib. & idem in vna, quod in alia executione dispositum esse, censendum est, nisi talis exceptio sit opposita durante instantia compromissi, & nihilominus non obstante tali exceptione latum fuit laudum per arbitratorem, vel sententia per arbitrum, tũc enim non esset admittẽda in executione laudi, & idem esset si non esset opposita in instantia compromissi per partem scientem sibi competere, secus vero si ignoraret, nam tunc iurando quod de nouo ad suam peruenit notitiam posset eam opponere, argu. l. 1. titul. 5. supra isto lib. & dictorum per Menesium, in. l. 1. C. de iur. & fac. ignor. Sed est dubium quis erit iudex huius executionis, & sic coram quo iudice petetur executio laudi arbitratoris

vel sen-

175 vel sententiæ arbitri, † & dicendum est, quod iudex ordinarius vbi executandus reus forum sortitur, competens erit etiã absque requisitione arbitrorum vel arbitratorum, secundum Suarez. l. post rem, versi. circa iudicem num. 10. pagi. 352. ff. de re iudi. quem referens sequitur Guterrius, vbi supra, nu. 441. secundum quod dictum ampliabis l. 35. titul. 4. part. 3. volentem similem executionem petendam coram iudice loci, vbi laudum, vel sententia lata sunt, vt idem dicendum sit, vt peti possit coram alio quocũque iudice ipsius rei executandi competente tamen putã si reus executandus viuit extra locum vbi arbitri iudicauerunt.

Ibi, [Pareciendo y presentando el compromisso y sentencia finada], hoc est primum requisitum, vt laudum arbitratoris, vel arbitri sentẽtia exequi posint, scilicet vt compromissum sententia, vel laudum præsententur in simul signata sub signo tabellionis coram quo lis agitata fuit, & sic præsentatio hæc debet esse realis, quoniam illud super quo iurisdictio fundatur
176 debet prius † apparere, vt notatur in l. 1. § prætor. ff. ne quid in flumi. pub. & faciunt verba illa, præsentando, quæ ablatiui sunt absoluti, & in, do, prolata, & sic cõditionem important, prout in alijs diximus locis, quæquidem conditio ante executionis petitionem verificãda est, vt executio ipsa fieri posit, & sic cõpromissum & laudum vel sententiam præsentari signata, quæ si tunc non appareãt, potest opponi nullam hac de causa fuisse executionem etiam stante statuto, secundum Soc. relatum & secutum, per Auenda. in dict. titul. de las excepciones, num. 35. neque sufficiet tunc testibus probari, secundum eum ibi, nam licet cõpromissum iure ciui
177 li † testibus probari posit, secundum Deci. consi. 11. num. 1. & Menesium, in l. cum te nume. 2. & 3. C. de transacti. & Boeri. decisi. 283. num. 11. & glos. ser fecha, in l. 23. titul. 4 part. 3. illud tamen verum est vt probari posint in compromisso illo contẽta, & via peti ordinaria, quod & an attento iure nostro regio. l. 23. titu. 4. part. 3. procedat, eò quod ibidẽ requiritur etiam quoad viã ordinariã intentandã virtute compromisi, compromissum sieri coram tabellione, non deficit occasiõ dubitandi, tamen quoad executionem petendam, secundum terminos nostræ le-
177 gis, † necessariũ est quod in scriptis compromissum præsentetur, neque testibus illud probare sufficiet, secũdum Auenda. dict. nu. 35. & Castillo, in l. 27. tauri nu. 20. versiculo vlterius nota, & Gutierrez, in dict. l. nemo potest num. 443. & Villalobos, in ærario mille com. opi. litera. C. nume. 172. etiam si de antiquo compromissum tale factum sit. Benè tamen verũ credo, quod si partes ipsæ de compromisso, & tenore eius confiterentur, sufficiet,
178 † vt executio locum haberet, secundũ text. in l. cum te & ibi D. Padilla, num. 8. cum. 3. seq. C. de transactio. & Auendañ. cap. 1. pretorum num. 27. ad finem, lib. 1. & in dict. titul. de las excepciones, nu. 35. & dixi de tenore compromisi partes cõfessuros, quia nisi de eo cõstaret nullomodo executio locũ haberet, saltim, si partes vel aliqua earũ à laudo vel sententia appellassent, debet enim constare an arbitri vel arbitratores pronũtiauerint in termino in compromisso deducto, & circa res ibidẽ expressas, vt inquit noster text. ibi, y pareciendo q̃ fue dada dentro del termino del cõpromisso y sobre las cosas, sobre q̃ fue cõprometido, ex quibus verbis liquet necessariũ esse si à laudo vel sentẽtia appellatũ est, quod de tenore cõpromisi partes confiteãtur, aliâs sola earum compromissi confesio non sufficeret, & sic dicta doctrina Auendañi intelligenda est in nostra materia, & ideò maximè dubito de secunda limitatione proposita per Auenda num, in dict. titul. de excepciones, nume. 38. versi. quod limita, neque placet mihi nisi aliquo ex dictis modis eam intelligas & declares. Crederem etiam verum & indubitabile quod si processus & eius acta coram arbitro vel arbitratore facta præsentẽtur coram iudice in simul cum compromisso, sententia vel laudo in eodem compromisso insertis & inscriptis, sufficiet, vt executio petatur & fiat virtute illorum etiam si separatim compromissum, & sententia signata non præsentẽtur prout noster text. disponit, nam & dicto modo satisfit menti & intentioni nostræ legis, & eius requisito primo. Sed an in petitione

huius

179 huius executionis erit libellus † necessarius tradit Didacus Perez, in l. 4. titul 8.
col. 1098. in princip. lib. 3. ordi. vbi inquit
quod non, præsertim attenta l. fin. tit. 17.
infra eo lib. 4. sed sufficiet in actis petitionem executionis proponi, & hæc pro primo requisito sufficiat vt executio laudi,
vel sententiæ locum habeat.

Ibi, [Dētro del termino], hoc est aliud
& secundum requisitum vt executio locum habeat, quod quidem ex ipsomet cōpromisso constabit, & ex die pronuntiationis laudi vel sentētiæ, & ideò cum cōpromisso ipso & laudo vel sententia præsentabis pronuntiationis diem vt constet
intra terminum pronuntiatū, aliter enim
si lapso termino pronūtietur, nulla est sententia, vel laudum, secūdum text. in l. 27.
titul. 4. part. 3. nisi in casu ibidem proposito.

Ibi, [Sobre aquellas cosas], quod an super illis sit pronuntiatum ex tenore compromissi & ex laudo vel sententia constabit, & hoc est tertium requisitum, vt laudum arbitratoris, vel arbitri sententia exequi possint, & iure optimo, non enim super alijs, quam super ijs in quibus potestas
per partes arbitris vel arbitratoribus concessa est, licet eis determinare neque po-
180 testatem habent, † secundum text. in l.
23. & 26. titul. 4. part. 3. text. in l. non distinguemus. §. de officio ff. de arbit. ibi nisi de qua re, & quatenus compromissum
est, & text. in capit. cum dilecti & ibi glos.
nisi, de arbit. & in capit. Raynaldus, de testamen. ibi prout ex forma compromissi
poterant, adeò vt quamuis compromis-
181 sum effectum nō habeat debet forma †
eius seruari secundum Bald. in l. pædius
ff. de arbit. per Bar. Socin. consi. 20. num.
1. volum. 1. & factum contra formam cōpromissi nullum est, text. capi. Pisanis, de
resti. spol. cap. cum dilecti, de electio. Deci. consi. 434. glos. dict. l. 23. verbo gelo,
otorgaren, tx. expressus, in dict. l. 26. ver
sic. otro si dezimos, etiam si fuerit com-
182 promissum iuratum, † vt probatur ex
text. in l. 24. versi. e si cosa desmesurada,
titul. 4. part. 3. Bald. in consi. 109. vol. 1.
& melius cęteris Corneus, conf. 293. vol.
3. & conf. 168. vol. 1. etiam si tale laudum
fuerit emologatione confirmatum, ex tx.
in cap. examinata, de confir. vti. vel inuti.
vbi late Deci num. 1. & glos. fi no, in dict.
l. 23. intelligendum tamen est quod non
executabitur tunc laudum arbitratoris,
vel sententia arbitri in eo, quod in compromisso non est deductum, sed in eo tā
183 tum quod est in eo deductum † & declaratum, quia vtile per inutile vitiari non
debet, quoties vnum ab alio separabile est,
& ita sunt legis nostræ verba declaranda
arbitro enim, vel arbitratore excedentibus fines compromissi, retractatur excessus tantum, prout communem testatur
Curci. Iuni. relatus per Villalobos, in suo
ærario mille com. op. litera. A. num. 229.
184 & sic est etiam declaranda dict. l. 26. †
titul. 4. part. 3. probans non valere laudū
non prouidens secundum formam compromissi, nam id verum & intelligendum
est, in eo scilicet in quo exceditur forma
compromissi, secus vero in alio, si separabilis est excessus ille ab eo quod cognoscibile erat, sed an pro bono pacis faciendæ
possit arbiter vel arbitrator apponere ma
185 num † circa rem non deductam in cōpromisso vide per glo. fino, in dict. l. 23.
& per Rebuf. in 3. tomo constit. Fran. tit.
de arbitris, glos. 14. num. 13. & Corset. in
singul. arbiter, relatus per Villalobos, vbi
supra, verbo, compromissum, num. 172.
inspiciendum iidē & vltra dicta erit: nū
res super quibus compromittitur, potuerint in compromissum deduci, nam si nō
potuerunt deduci & compromitti, putà
quia factum est compromissum super causa criminali graui, vel super liberali, de quibus per text. in dicta l. 24. titul. 4. part. 3.
& Auend. in dict. titul. de excepciones, n.
36. versi. item ista lex, & Ioan. Baptistam,
in tract. de arbit. lib. 3. per totum, & Dueñas, in regula. 36. limi. 2. cum seq. nullo
modo erit exequendum laudum super re
186 tali † prolatū, vt potè latū super rebus
super quibus potestas arbitris, vel arbitratoribus cōcedi non poterat, lexq; nostra
de habilitate restringenda est, vt super rebus compromissi bilibus intelligatur, secundum Auend. vbi supra, non vero super non compromissibilibus, item & iudex habens exequi laudum vel sententiā
arbitrariam aduertere debet, num arbiter
ille, vel arbitrator potuerit de iure eligi in
talem

talem per partes compromittentes, sunt
187 enim plures, qui in tales † eligi non pos sunt, de quibus per Ioan. Baptistam, vbi supra, lib. 4. per totum, nam cum in tales eligi non possunt, neque valebit actum per eos, secundum Villalobos, vbi supra, litera. C. num. 172. ita in propositum asserétem, & quod ex hoc actum per tales exequi non poterit, & quicquid in contrariũ fuerit factum nullum erit parte opponente.

Ibi, [Haziendo, obligacion y dando fiãças llanas y abonadas], ex ijs verbis colligitur aliud requisitum, vt executio laudi, vel arbitrariæ sententiæ peti possit, videlicet quod ipse executionem petens obliget se & præstet fideiussionem hãc corã iudice ipso, coram quo petitur executio, restituendi bona capta cum fructibus & redditibus, si laudum ipsum, vel sententia reuocata fuerint in instantia reductionis, vel appellationis ab eis interpositarũ, quæ quidem fideiussiones quandoquidem in initio executionis faciẽdæ præstãdæ sunt quanuis per executandum non petatur vt præstentur, per exequentem præsta-
188 ri debebunt † vt executio fieri posit, tum quia text. noster, vt vides loquitur per gerundium in do, & in ablatiuo absoluto, quod gerundium conditionem importat, & formam inducit substantialem, vt dix. in. l. 6. titul. 9. num. 16. lib. 3. supra nam secundum Rebuf. 1. tomo constit. Franc. titul. de sent. execut. art. 1. glos. 15. num. 2. gerundium illud, dando, idem im
189 portat, quod, si dederit vel præstiterit, † & sic prius debet impleri conditio, quam executio petatur & fiat, vel saltim tempore petitionis ipsius executionis debent offerri fideiussiones hæ, & obligatio ipsius partis, itidemque cum text. noster nouam formam & modum inducat, omnia in lege nostra expressa censentur esse de forma substantiali, ex doctrina Decij. relata per Tellium, in. l. 3. tauri. 2. parte num. 16. omnisque qualitas à lege requisita substantialis formæ censetur, secundum Auẽdañ. respons. 14. in fine, qualitasque actui alicui adiecta, debet adesse tẽpore actus,
190 † & exercitij ipsius, secundum glo. in Clem. 2. verbo annexi, de æta. & quali. & probatur ex. l. excusantur. §. 1. ff. de excus. tut. & ex dictis per Suarez, in allegationẽ 12. fol. 147. in antiquis, & per Paul. Paris. consi. 62. num. 6. vol. 4. & Auen. cap. 12. pręt. num. 13. versi. octauum est, & capit. 23. num. 7. lib. 2. Deci. cap. post cessionẽ num. 5. 17. & 18. de probatio. fideiussionum tamẽ harum præstatio est qualitas requisita à nostro text. in initio actus & sic executionis, interponenda, ergo tunc debet adesse, quanuis non petatur per executandum, & quia nisi forma nostri text. seruetur, nihil fit, secundum Auenda. in dict. titul. de las excepciones nume. 34. in fine, cum seq. & sic hãc opinionem in terminis nostris tenuit Auend. cap. 1. pretorum. n. 29. lib. 1. & Rebuf. vbi sup. n. 1. & seq. quãuis cõciuis noster doctor Guter. in. l. nemo potest, nu. 442. & seq. de lega. 1. hanc quæstionem tangens quoad nostram legem teneat contra ipsum Auen. scilicet quod parte executanda non petente non est necesse fideiussiones has præstare ad executionem laudi vel sententiæ arbitrariæ faciendam, mihi tamen placet quoad nostrum text. opinio de Auendaño, ex dictis, & quia fideiussio legis de Toledo præstanda facta executione, & vltima subhastatione differt multum ab hac nostri text. illa enim de Toledo præstatur facta iam executione, hæc vero nostra antequam fiat, & sic dum est in fieri, facilius quequid impeditur à principio, quam ex post facto tollatur. l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui, itẽ cum executio petitur pars exequenda non est præsens vt petere possit, ne fiat executio, nisi prius præstitis fideiussionibus nostri text. facta tamen executione & vltima subhastatione pars executata est præsens, & potest optimè petere fideiussionem illam de Toledo præstari, ideò non est arguendum de vna fideiussione ad aliam, ita & quia videmus quod & hæc fideiussio legis Toleti per quam plures iudices, & in quam pluribus tribunalibus iuberi, vt præstetur etiam parte executata nõ petente præstari. Est tamẽ notandum quod fideiussio hæc à nostro tex. requisita, tunc præstanda est, quoties à laudo vel sententia arbitraria exequen-
191 dis petita est † reductio ad arbitriũ boni viri, vel est appellatũ, vt inquit Rebuff. vbi supra, num. 10. sed si laudum, vel sententia

tentia arbitraria in rem iudicatá lapsa sunt,
nulla est necessaria prestatio fideiusionis
& obligationis nostri tex. secundú Auen.
d.c.1. prætorú nu. 28. libr. 1. in casu tamé
in quo fideiusio nostri text. & partis exe
quentis obligatio constituendæ, & dandæ
192 sunt, sufficiet in actis † causæ obligari co
ram iudice tempore quo petitur execu-
tio, etiam si non prætenderetur obligatio in
scriptis, quoniam idem operatur, vt alibi
diximus, obligatio in actis, sicut si de per se
coram tabellione extra iudicium fieret.
Debent tamen fideiussiones nostri text.
esse idoneæ, neque sufficit precautio iura
193 toria, † secundum Auendañ. in dict. tit.
de exceptiones nume. 38. & Rebuf. supra
mè, vbi supra, glo. 56. per totam, maximè
num. 72. cum seq. aliquibus, & Aymon
Grauetta consi. 31. num. 4. & glo. tom. 3.
l. 6. titul. 4. part. 3. quod optimum alle. 2.
tit. 7. lib. 3. supra vbi in glos. legem remissi-
ne dixi, facit etiam dictú Balai, relatú per
Molinam, de primogeniis, libr. 2. cap. 16.
num. 44. & licet tam requisita necessaria,
vt executio laudi, vel sententiæ arbitrariæ
peti & fieri possit, quorum aliquá partem
exequentem respiciunt, videlicet, quod
signatum præsentet compromissum &
laudum vel sententiam arbitrariam, & præstet
fideiussores cum obligatione propria of-
ferendo informationem de idoneitate
fideiussorum petendo quod pro idoneis
declaretur, alia verò iudicem exequi iubé
tem respiciunt, prout sunt, an arbitri vel
arbitratores in termino compromissi &
super rebus in eo deductis & compromis-
sis iudicauerint, & an res in compromisso
contentæ compromissibiles fuerint, & ar
bitri vel arbitratores habiles ad acceptan-
dum compromissum, & partes habiles ad
compromittendum, quæ omnia sunt insp-
picienda vt executionem fieri iubeatur,
nè iudicia reddátur illusoria, & partes in-
iustè molestentur, & nè arbitramenta in-
iusta exequantur, partesque itidem & ad
uocati conscientiæ consulere volentes
omnia hæc inspicere debent. Sed quid si
fideiussores non reperiat volens executio
nem hác petere, quod remedium habebit
194 vt executio procedat † & fieri possit, &
secundum Rebuf. in dict. 1. tomo dicto
titul. de senten. execut. art. 1. glos. 15. nu.
7. remedium erit, quod petat bona exe-
quédi in secrestro poni. Sed an si facta exe
cutione detur fideiussio recóualescat exe
cutio, & crederem quod retéta dicta mea
opinione, quod non, teneatur vero contra
ria sic, vt in ea dixit Lancellotus. de attéta
tis. 2. part. capit. 18. de attentatis penden-
te retia. in princip. num. 77. pagi. 347. Sed
an à sententia data reiectate lata in instantia
195 executionis licebit † appellare, & indi
stinctè dicendum est licere, etiam si senté
tia arbitraria vel laudum in gradu appella-
tionis, vel reductionis confirmata fuit.

Ibi, [Ante el juez o juezes], & qui sint
ii iudices, qui habent exequi laudum arbi
tratoris, vel arbitri sententiam, in hac lege
dictum remanet.

Ibi, [Por virtud de la tal sentencia arbi-
traria] intellige virtute cuius fit executio
cumque in hoc versiculo bona executa-
ta restituere cum fructibus exequens te-
neatur, si sententia hæc arbitraria, vel lau
dum reuocata fuerint; merito dicendum
est fideiussiones nostri text. præstandas,
quamuis per partem executatam non peta
tur vt præstentur, maleque & perperam
faciet iudex exequens ante quam fideius-
siones nostri text. præstentur, & pars exe
quens semetipsam obliget secundum no-
stri text. dispositionem & formam, & de
hac sententia loquuntur verba nostri tx.
sequentia, ibi y si la tal sentencia fuere re-
uocada.

Ibi, [Y si la tal sentencia], videlicet exe
cutata, vt supra glos. proxima dixi, & ex
iis verbis præsertim iunctis verbis seq. no-
tandum est posse à sententia lata per iu-
dicem de reductione laudi, vel de appella
tione sententiæ arbitrariæ cognoscenté
appellari, prout supra in glos. y pidé della,
dictum remanet: & cum appellari possit,
poterit & per tutorem compromitti su-
per re minoris, vt ibi diximus, dum tamen
si super re immobili fuerit compromitten
dum, fiat compromissum cum iudicis licé
196 tia † & præhabita vtilitatis informatio
ne, secundum quod tradunt Doctores, in
l. præses. C. de transact. & Lanfrancus, de
Oriano, in tract. de arbit. 3. sectio. tracta-
tus, in. 5. iuxta positum ordinem vol. 3.
tractatuum diuersorum doctorum.

Ibi, [Y si la otra parte], hic incipit alia
disposi-

dispositio nostri text. à præcedente diuersa, in hac enim tractatur nunc, quid sit agendum si à sententia arbitri vel laudo arbitratoris appelletur, vel reductio boni viri petatur, dictaque sententia, vel laudum confirmetur per iudicem in gradu illo reductionis, vel appellationis, & disponit text. noster tunc, quod si iudex cognoscens in gradibus sit de inferioribus iudicibus, siue confirmet, siue renocet sententiam, vel laudum, licitum est appellare ad iudices superiores, sed si iudex hic sit de superioribus, & laudum arbitratoris, vel arbitri sententia confirmetur per iudicem hunc ex superioribus, non licebit à tali sententia confirmatoria supplicare, sed si reuocatoria sit licebit tunc supplicare ab ea ad ipsummet superiorem eam pronuntiantem, idemque erit si de nullitate sententię arbitri, vel laudi arbitratoris agatur, & sic est intelligenda & declaranda communis illa opinio, de qua supra hac lege, in gloss. y pide della, dictum est, videlicet, quod liceat appellare à sententia iudicis de reductione laudi, sententiæ vè arbitrariæ cognoscentis, est enim hæc communis secundum supradicta declaranda.

Ibi, [O fiziere de nullidad,] scilicet laudi arbitratoris, vel sententia arbitri, coram ordinario loci, coram quo diximus reductionem intentandam laudi prolati per arbitratorem, vel appellationem interponendam à sententia arbitri, & sic quantumuis laudum vel sententia arbitraria sit exequenda, saluum tamen remanet ius partibus agendi de nullitate eius, vel appellandi, aut reductionem ad arbitrium boni viri petendi, prout ex verbis nostri text. clarissimè patet, quandoquidem disposito prius laudum, vel sententiam arbitrariam exequenda esse, post modum agi de nullitate, vel reductionem petere, vel appellare permittit, & sic executio non tollit effectum reductionis appellationis, vel
197 nullitatis, † prout expresse asserebat Oroscius, in. l. arbitro, numero. 12. & 11. columna. 668. ff. qui sat. cog. per text. in. l. 3. titulo. 17. supra isto libr. vbi diximus in gloss. 2.

Ibi, [No aya mas supplicacion ni nullidad ni otro remedio,] dura lex est, sed seruanda, secundum Oroscium in dicta. l. arbitro. numero. 13. columna. 668. ff. qui sat. cog. sed an admittetur nullitas ex defectu iurisdictionis, vel citationis, & videtur dicendum quod sic, quia hæc nunquam censetur sublata, secundum quod diximus in. l. 2. in glossa, sextima, titulo. 17. supra isto libro, sed in nostra materia contrarium est tenendum, quandoquidem per textum nostrum supplicationis remedium tollitur à sententijs dominorum superiorum, quo casu neque dictæ nullitates locum habebit, secundum textum vbi diximus in. l. 4. titulo. 17. supra eod. libro, & hoc quoties per superiores pronuntiata est sententia, prout in præsenti, & in dicta. l. 4. disponitur, secus si per inferiores, nam tunc sicut appellare ad superiores licet, sic & de nullitate agere, & hoc clarum est. Sed an admittetur
198 restitutio † ex causa minoris ætatis, vide Rebuff. in dicto titulo de arbitris glossa. 12. numero. fin. folio. 217. & dicta per nos in. l. 4. titu. 17. in glos. y que ansi mismo supra eod. lib.

Ibi, [Pero si por juez inferior,] tunc enim etiam à tali confirmatoria sententia appellatur, secundum textum hic, idemque in Francia vti patet ex Rebuff. in dicto tertio tomo, dicto titul. de arbitrar. glossa. 12. numero primo, cum sequentibus, licet secundum eum ibi in Francia si confirmatur etiam ab inferiori, quamuis tunc esset locus appellationi, debet tamen prius solui pœna in compromisso apposita à contrauenientc compromisso & latius in gloss. 11. hoc prosequitur ipse Rebuff. ibidem, vbi in propositum optimas quæstiones proponit & prosequitur, quæ per ipsum videri possunt, lassatus enim sum in commẽtatione huius nostræ legis.

IBi, [Esto mismo mandamos,] cautè posita fuerunt verba hæc, præcedentia enim in compromisso loquebantur, vt in principio huius legis dixi, & vt ibi declaraui succinctè transactio propriè sumpto vocabulo non est compromis-
199 sum, arbitramentumque propriè † non est transactio, secundum glossam in cap. si quando, & ibi DD. maximè Dec. numero. 6. extra de offic. deleg. & Ias in. l. si quis

cum aliter, nume. 15. fol. 59. ff. de verbo.
oblig. & ita debet intelligi gloss. in authē.
vt differentes, in princip. verbo conuen-
tum, dicens compromissum esse etiam
transactionem, nam id impropriè est non
verò propriè, prout & tenet idem Ias. in. §.
omnium, numero. 18. instit. de actio. vbi
Gome. numero. 9. ante finem hanc com-
munem dicit, & nè legem nostram in pro
priori & potiori significato eam intellige
res tantummodo, cautè processit lex no-
stra prouidendo, vt quod dictum est in
compromisso, dicatur in transactione, &
legem nostram adhoc notauit Suarez, in
l. post rem, pagina. 263. versic. item transa
ctio, & Meneses, in. l. fratris, numero. 8.
pagina. 59. C. de transactio. nam vt ex eo
ibidem in numero. 7. constat, de iure ciui.
200 li contentio erat, num transactio † para
tam haberet executionem.

Ibi, [Por ante escriuano publico,] idem
esse in compromisso in hac lege dictum
remanet, & probat. l. 23. in fin. tit. 4 part.
3. & hic est vnus casus vbi scriptura requi-
201 ritur † addendus ad alios plures designa
tos per gl. cap. 1. de censibus in. 6. & cum
ijs remanet satis expedita lex hęc ad laudē
Dei & sanctissimæ matris & Apostolorū
Simonis & Iudæ quorum vesperis eius cō
mentationem finiui, anno. 1574.

LEX V.

¶ SVM. Confessiones claræ coram iudice competente factæ, schedulæque priuatæ per partes recognitæ executionem paratam habent: & est singularis lex amplia tiua legis. 1. supra eo. & cotidie habetur in Palatijs tribunalium.

IBi, [Los conocimientos,] Latinè, sche
1 dulæ priuatæ † vocantur, & quæ sint
hæ, & quam probationem faciant, tra-
dit Rebuff. 1. tomo, constitut. Franciæ, ti-
tulo de chirographorum & schedularum
recognitione in præfatione, numero. 1.
vsque ad. 42. & per totum illum titulum
plura, quæ cum per ipsum sint congesta
ipsius remissione contentus ero pauca in
præsenti declarando: Notandumque est,
quod si lex nostra non prouidisset quod
exequi possent schedulæ priuatæ per par-
tem recognitæ, non exequerentur, quo-
niam ex. l. 1. &. 2. supra eo. publicum tan-
tum instrumentum exequi permitteba-
tur, idque publicum vocabatur, eò quod
coram tabellione publico confectum erat
quod in priuata scriptura non concurre-
bat, & ideò dicitur priuata, quia non pu-
blica, & per consequens exequi non po-
terat, vt per Couarru. Variarum, libro. 2.
capit. 11. numero quarto, adeò vt quam-
uis partes conuenirent, quod priuata scrip
2 tu[illegible] publica † haberetur, nihil opera-
retu[illegible] executionem faciendam, se-
cund[illegible]scium, in quæstione. 7. de iu
re em[illegible]ico, numero. 14 vbi ad no-
stra[illegible] leg[illegible]plicat, & appellatione instru-
menti non venit scriptura priuata, secun-
dum Rebuffum. l. notionem. §. instru-
mentorum, versic. tertio not. pag. 584. ff.
de verbo. signif. quidquid contrarium vo
luerit Boer. in. l. 2. supra eod. in gloss. 1.
per me relatus, & ideo lex nostra prouisit
circa hæc.

Ibi, [Reconocidos,] idem esse statutum
Florentiæ asserebat Paulus in. l. Titia. §. 2.
ff. de verbo. obliga. & in Francia Rebuff.
vbi supra, numer. 43. & 44. cuius quidem
ratio esse potest, quoniam scriptura priua-
ta recognita à parte eam faciente eandem
vim ac potestatem habet, cum negari nō
3 possit, sicut instrumentum † publicum,
secundum textum, in. l. publia. ff. depositi.
l. cum de indebito. ff. de probatio. & opti-
mam. l. 119. titulo. 18. partita. 3. adhoc al-
legatas per Didacum Perez, in. l. 4. titul. 8.
lib. 3. ordinam. colum. 1089. versic. vtrū
autem, vbi text. nostrum adhoc conside-
rat & allegat, & ante eum Couarr. libr. 2.
Variar. cap. 11. num. 4. & Baeça, de debito
re inope. cap. 1. num. 31 in fine, & Auen-
daño, plura in eius propositum adducens,
in cap. 30. prætorum, numero 2. cum se-
quentib. lib. 2. & ibi inquit à præcepto de
4 recognoscendo appellari non posse, †
prout

prout & tenuit Maranta, in practica pagi. 635. numero. 350. sub titulo de appellatione, & Rebuff. vbi supra, numero. 80. & qualiter debet fieri recognitio hæc, tradit Auenda. vbi supra, & Couarru. vbi supra, Aliam verò rationē quare priuatæ scripturæ exequantur assignat Rebuff. vbi sup. n. 46. qui pro ampliatione, & limitatione & exornatione huius legis videndus est per totum illum titulum, & vltra per eum dicta ampliabis nostrum text. quod non solum exequetur scriptura priuata recognita per partem manu recognoscentis scripta, & subscripta, verum etiam si manu alterius eius rogitu, vel mandato sit scripta, subscriptione tamē partis obligatæ recog
5 noscentis signata, † secundum Villalobos in suo ærario mille commu. opinio. litera. E. numero. 249. & melius per Oroscium in. l. emptor prædij, numer. 11. cum. 3. sequent. colum. 921. ff. de pactis, vbi vsque ad numerum. 20. plura de subscriptione dicit, & Ias. in. l. si ita. §. Chrysogonus, numero. 2. cum pluribus sequent. fol. 172. ff. de verborum oblig. & Suarez in. l. post rem, ampli. 2. num. 6. pag. 283. in princip. & numero. 7. quærit an subscriptio talis debeat esse specialis, imò & idem esse etiā si statuto simili cautum esset quod schedulæ manu mercatoris scriptę executionem haberent, magis communiter Doctores tenere, asserit Acosta, in. l. si ex cautione, verbo tua, numero. 3. pagin. 442. C. de fideinstrum. Imò & quod fortius est, quod & etiam si subscriptio talis scripturæ sit facta manu alterius ad rogitum eam conficientis nescientisque scribere, adhuc tunc si per ipsum obligatum recognoscatur pa
6 ratam habebit † executionem, & ita cotidiè practicatur, & asserunt Couarruu. in practicis, capit. 22. numero. 2. & Burgos de Paz Iunior, in quęstionibus suis quæst. 4. numero. 22. verum tamen est quod si ipse negaret scripturam illam, & quod rogitu suo nō fuit scripta nec subscripta, nō sufficeret vt exequi posset, quod subscriptio recognosceretur per tertiū illum subscribentem debitoris rogitu, vel quod per
7 testes † probaretur, secundum Hippolytum, in rubric. de probatio. columna. 34. in paruis, versic. quæri potest, & in practica. §. diligenter, numero. 39. & Villalobos in suo ærario mille commun. opinionum, litera. E. numero. 246. vbi nititur concordiam ponere non mihi applaudentem, ideò eam omitto, & facit pro hoc. l. 114. & 119. titulo. 18. partit. 3. quas posthæc reperi allegatas per Auendaño, dicto capit. 30. prætorum, numero. 4. requisito. 6. libro. 2. vbi, numero. 5. inquit, tunc vt executioni locus sit, non sufficere scripturam illam priuatam testibus comprobari, etiam si secundum formam. l. scripturas, factam esse constiterit, vt diximus in. l. 2. glossa. 1. supra eod. vbi limitabimus. Notandum itidem est quod subscribens se tanquam testis alicui scripturæ non nocet
8 ei subscriptio, † neque etiam nocebit, si scripturæ, quam quis non legit, neque ei lecta est se subscribat, secundum Oroscium, in dict. l. emptor prædij, columna. 922. numero. 18. & 19. & sic subscribens
9 se schedulæ vacuæ non approbat ea, † quæ ibidem post inseruntur, & continentur, secundum Paulum, numero. 2. Ias. 13. fol. 172. in dict. § chrysogonus, & Suarez, in dicto. 2. ampliatione, in fine, & Barbat. in capit. siquis presbyterorum, columna. 2. de rebus ecclesiæ non ali. & optimè per Rebuff. in dicto titulo. de chirograph. & schedularum recognitione in pręfatione, num. 101. cum duobus sequent. Vlterius notabis, quòd apocha à minore absque tutoris authoritate recognita mandabitur
10 executioni † contra ipsum minorem, secundum Auendaño, in responso. 4. numero. 7. cuius tamen contrarium dixerat ipsemet Auendaño in dicto capit. 30. prætorum, numero quinto, requisito. 7. libr. 2. & verius meo iudicio, præsertim attentis, legibus. 1. & 4. titulo. 13. partita tertia, & ex dictis per eundem Auendaño, dicto responso. 4. numero secundo. In recognitioneq; per partem facienda sufficit, quod pars ipsa subscribens dicat, quod videtur si
11 bi illud esse suum signum, † vt habeatur, ac si expresse eam recognosceret, etiam si non dicat quod credit eam esse suam firmam & sigillum, secundum Baldum, in. l. 2. §. quod obseruari. C. de iure iur. propter calum. dan. & per consequens sufficeret dicere quod credit esse suam firmam, secū dum Decium consil. 445. num. 18. & recognitione facta executio fiet pro conté-

tis in schedula, etiam si per recognoscen-
12 tem dicatur non debere côtenta † in apo
cha illa, neque esse vera, quantumuis Auē
daño dict. cap. 30. numero. 3. requisito. 2.
aliud velit, & forte verius, sed practica re-
cepit primum, cui quidem practicæ non
obest illud Socini Iunioris in consil. 11.
num. 8. volum. 2. vt potè, quia Socin. ibi
loquitur quoties virtute confessionis exe
cutio petitur, secus verò si ex priuata scrip
tura recognita, prout nos loquimur, vel
ibidem Socinus loquitur quoad viam or-
dinariam, non verò quoad executiuam,
quoad quam nihil amplius quam recogni
tio apochæ illius requiritur, & sic recog-
nitio attenditur, non verò id quod recog-
noscens dicit negando ibidem conten-
ta esse vera: imò & quod plus est scili-
cet quod quamuis schedula non sit subscri
pta, sed tantum in ea sit scriptum, ego con
fiteor recepisse à Titio centũ, sufficit scrip
ta illa recognosci per partem, vt exequi cô
13 tra ipsum † recognoscentem possit, secun
dum Rebuffum in dict. præfatione, tituli
de chirograp. & sched. recogni. num. 84.
& ex text. probari nostro potest. Sed an si
priuata scriptura habeatur pro recognita
ob contumaciam partis nolentis eam re-
cognoscere, habebit locum eius executio
14 petita † ac si recognita verè per partem
fuisset, & respondendum est quod sic,
prout cotidie practicari & videmus, & as-
serit Boerius, decisione. 295. numero fin.
& Couarru. relatus & secutus per Didac.
Perez, in l. 4. columna. 1090. versic. quid
obsecro, titul. 8. libro. 3. ordinamenti, &
& Rebuff. vbi supra, numero. 26. 97. &
98. & Auenda. dicto capit. 30. numero. 4.
lib. 2. prætorum, non enim debet esse me
lioris conditionis contumax, quam obe-
diens, neque debet quis commodum ex
sua contumacia reportare, & sic cotidie
practicatur, & verba nostri text. ibi reco-
nocidos, de iure suppleda sunt, vel pro ta-
libus propter contumaciam habitis, ex di-
ctis, quod & ampliat Boeri. vbi supra, vt
& etiam si citatus ad recognoscendũ sche
dulam priuatam sit hæres obligati in ea si
non comparet ad recognoscendum, ha-
15 bebitur pro recognita & exequetur † cô-
stituto quod ille sit hæres obligati, nam &
16 ad recognoscendum tenetur † hæres obli
gati, secundum Rebuffum, vbi supra, arti-
culo. 1. numero. 4. Quæ tamen intelligen
da sunt quoties pars obligata in schedula
17 hac vel eius hæres citantur personaliter †
& in persona ad recognoscendum eam,
secus verò aliàs, secundum Couarruuiam
& Didacum Perez, vbi supra, & Rebuff.
in dict. artic. 1. numero. 19. & Auendan.
dict. cap. 30. num. 4. imò & expresse pars
18 citanda est ad recognoscendum, † secun-
dum Rebuff. vbi supra, artic. 1. nume. 20.
neque sufficeret simpliciter eum citari, se
cundum eum ibidem, & probatur ex tex.
in. l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam, ibi
adnotante & singularizante Bart. de quo
latè agitur per Dec. consilio. 449. nume.
1. & sequentibus, vbi num. 8. limitat hæc,
nisi pars citata compareat citationi, quo-
niam tunc eius præsentia supplet omnem
citationis defectum, debetque per nun-
tium citatem fides adhiberi, scilicet quod
in persona citabit obligatum ad recognos
cendum ad petitionem talis, aliter enim
non potest haberi pro recognita ad di-
ctum effectum exequendi, nisi reus ipse
citandus latitaret, nè citaretur, tunc enim
constituto de latitatione hac, poterit pro
recognita haberi quamuis in persona non
fuisset citatus sed in domo tantum, & exe
qui poterit, secundum Didacum Perez,
vbi supra. Alia de executione priuatæ scri-
pturæ per supradictos Doctores videri
possunt, nè aliorum transcribatur dicta.
19 Et de fide priuatæ scripturæ † videndus
est Couarruu. in practi. capit. 22. Sed an si
post datã talis priuatæ schedulæ lapsi sint
decem anni executio locum habebit, vi-
de quæ diximus, in. l. 6. titulo. 15. supra
isto libro, & practicandi modum nostræ
legis decerpes ex Rebuff. vbi supra, in præ
fatione, numero. 75. & melius, in dict. arti
culo. 1. numero. 1. cum sequentibus, quo
quidem modo & forma & nos vtimur, ci
20 tatur enim pars † ad recognoscendum,
& si comparet recognoscit, aut negat, si
non comparet accusatur contumacia in
termino, & data fide per nuntium quod ci
tauit illũ in persona ad recognoscẽdũ apo
chã illã ad petitionẽ Titij, habetur pro re-
cognita, & iubetur, vt exequatur, sed si cô
paret & nõ recognoscit testibus & côpa-
ratione côprobari poterit, vt per Rebuff.
in

in dict. præfatione, numero. 76. & 77. & desumitur ex text. in l. 119. titu. 18. partita. 3. & tunc vt probet non verò vt exequatur comprobabitur per testes & comparationem. Vltimò est aduertendum, quod recognitio hæc partis subscribenti tertio
21 † non præiudicat, vt licet videre ex Rebuffo, in dict. præfatione, numero. 81. & 82. & ex Ripa, Baldum referēte, in l. priuilegia, numero. 24. ff. de priuil. cred. & ex gloss. in l. 31. titu. 13. part. 5. & Couarru. in pract. dict. cap. 22. num. 5. versic. tertio necessarium, & faciunt dicta per Tiraque. de retractu conuentionel. §. 1. gloss. 7. numero. 43. cum pluribus sequent. vbi optimè inquit dispositionem. l. scripturas. C.
22 qui poti. in pig. hab. † in omni dispositione vbi militat eadem ratio locum habere, & sic siquis à Titio emerit rem aliquam, & ea tradita appareat, Seius dicens rem illam vendidisse illi, qui eam Titio vendidit, & hypothecasse expresse eam pro solutione precij conuenti, & hypothecam probare velit aliqua scriptura priuata de priori tempore loquente, & per ipsum vēditorem tantum recognita, non sufficiet, vt præferatur emptori, quoniam militat in tali casu eadem ratio suspicionis de prælato, & ante posito die ad fraudandum emptorem publicum instrumētum de venditione habentem, & hoc nisi illa scriptura sit à
23 tribus testibus subscripta, & recognita † ab eis, vt & inquit Rebuff. vbi supra, numero. 83. & Couarru. in dict. versicul. tertio necessarium, & probatur ex dict. l. 31. tunc enim præfertur, secus vero alias, quia tunc ipsum instrumentum publicum in data posterius præferretur, etiam si procedat, secundum Tiraquel. vbi supra, nume. 44. ex causa mere liberali, schedula verò
24 ex titulo oneroso, † sufficiet tamen, secūdum Couarru. vbi supra, versic. poterit tamen, quod pars ipsa instrumentum publicum habens fateatur veram esse priuatam illam scripturam hypothecam priorem cōtinentem & recognoscat eam, vt præferatur eius prior hypotheca quamuis illorū trium testium subscriptione non sit subscripta: quæ notanda sunt quia singularia. A prima verò limitatione posita per Rebuff. vbi supra, numero. 82. cauebis, & caute eam leges, & intellige eam secundum iura quæ allegat pro eius comprobatione.

Ibi, [O las confessiones claras hechas ante juez competente, confessio enim clara & in iudicio facta est tantę efficacię, quòd vim sententiæ & rei iudicatæ in ciuilibus habet, adeò quod non spectatur aliud nisi præceptum de soluendo, vt probatur ex text. in. l. vnica. C. de confessis, tradit Maranta in practica, titulo de confessione, pagina. 446. in paruis, numero. 21. cum pluribus sequentibus, vbi optima dicit in propositum, idque adeò verum esse dicit Suarez, in l. post rem. 3. notab. numero. 8. pagina. 254. ff. de re iudic. & infra dicam, quod etiam si confessio hæc absque causa fiat exequenda est: Et quæ
25 confessio debet esse hæc † ex text. nostro clarissimè patet, debet enim esse clara, & coram iudice competente facta, & notandum quod verbum hoc competente, in contextura antiqua non apponebatur, satis tamen appositum intelligebatur quandoquidem de habilitate verba legis sunt intelligenda, prout intelligi asserebat anteà Auiles capit. 10. prætorum, numero. 28. folio. 142. quoniam confessio inualida, vt potè facta in processu inepto
26 & inualido licet probationem plenam † faciat, secundum Marantam, vbi supra, numero. 24. pagina. 447. in paruis, & Antonius Gomez, tomo tertio, capit. 12. numero. 8. & Didacum Perez, in rubrica, titulo primo, libro tertio ordinamenti, columna. 723. versicul. contra, non ta-
27 men exequi poterit, † ex dictis per Montaluum, in. l. 1. titul. 7. libr. 2. fori in gloss. 1. & ideò per nostrū text. vt difficultates, si quæ aderant cessarent additum est nouissimè in lege nostra verbum hoc, competente vel tali, cuius iurisdictio prorogabilis sit, secundum Suarez dicta. l. post rem, tertio notabili, ne corrigatur ius ciuile sic disponens quicquid velit Auendaňus dicto capi. 22. requisito. 7. eo quod cap. at si clerici, quod pro se allegat Auendan. non probat eius intentum, loquitur enim in clericis, qui iurisdictionem alterius, quam sui iudicis prorogare non possunt, neque in eam consentire.

Sed an confeſsio hæc, vt exequi poſsit, facienda erit in iudicio iudice competente
28 pro tribunali † ſedente, & in hoc Oroſcius, in.l. tale pactum, in principio columna. 901. in principio. ff. de pactis, inquit quód non ſolum requiritur, quod fiat coram iudice, verum & quod in iudicio facta ſit, & tenet Montal. vbi ſupra, & Suarez in dict. 3. notab. l. poſt rem, numero. 1. & ſic cum ipſe Oroſcius in. §. qui prouocauit, dictæ. l. tale pactum, numero. 24. columna. 905. dixerit, confeſsionem iudicialem executionem paratam habere, iudicialiſque confeſsio ſit illa, quæ in iudicio fit, & coram iudice, vt ibidem in dicta columna. 901. ipſe Oroſcius, profitetur, & communem teſtatur Maranta in practica vbi ſupra, numero. 30. pagina. 448. in paruis, & Auiles dicto capit. 10. prætorum, numero. 22. & 23. folio. 142. manifeſtè vult ipſe Oroſcius, intelligere, quod vt cõfeſsio hæc paratam habeat executionẽ debet eſſe facta coram iudice & in iudicio: text. tamen noſter non omnia hæc requirit, ſed tantum quod coram iudice competente clarè facta ſit, & ideò quantumuis extraiudicium fiat exequetur, prout cotidie videmus, & aſſerit in propoſitum noſtrum, Villalobos in ſuo ærario mille communium opinionum, litera. C. numero. 210. tunc tamen cum extraiudicialiter fit debet in ea cauſa adhiberi, vt exequi poſ-
29 ſit, ſecus verò ſi ſine cauſa † fiat, quoniam tunc quamuis coram iudice clarè fieret, non exequetur, quoniam hæc talis non nocet confeſsio, ſecundum Oroſcium, in dicta columna. 901. numero. 33. & Villalobos, vbi ſupra, numero. 201. & hæc erit differentia in hac materia inter confeſsionem iudicialem, & extraiudicialem,
30 † iudicialis enim in iudicio coram competente iudice facta, quamuis cauſam non contineat, exequetur, extraiudicialis vero non ſi cauſam non continet. Vlterius & intelligendum tunc in iudicio iudicialem hanc confeſsionem etiam ſine cauſa factam exequi poſſe, quotieſcunque facta eſt ad litis deciſionem, ſecus vero ſi ad inchoationem eius, vel roborationem con-
31 tractus † fiat, ſecundum Suarez in dicta. l. poſt rem, notab. 2. numero. 8 pagin. 250. ff. de re iudic. item & tunc exequentur, quoties ad partis petitionem confeſsiones hæ factæ ſunt nullo præcedente libello, neque litis conteſtatione, neque ordine proceſſus ante confeſsionem, ſecundum Suarez, vbi ſupra, dict. notab. 2. numero. 2. & iterum & melius notab. 3. numero. 2. & Villalobos, in dict. ærario mille communium opinionum, litera. E. numero. 248. & idem in iuramento dixit idem Suarez, in dict. notab. 2. numero. 6. in principio, & iterum, numero. 10. & Auiles, dicto. cap. 10. prætorum, numero. 27. fol. 142. & Montal. l. 1. titulo. 7. libro. 2. fori gloſſa. 1. in principio, & notandum quod nõ ſolum fiet executio pro eo, quod quis eſt confeſſus debere, verumetiam pro æſti-
32 matione re perempta, † ſecundum Suarez dict. notab. 3. nume. 3. & ſic ex prædictis habes requiſita vt cõfeſsio exequi poſſit, ſcilicet quod ſit clara, & coram competente iudice facta, & ad partis petitionem nullo præcedente libello neque ordine proceſſus, & cum cauſa ſi extraiudicialiter facta ſit, & hæc pro hac ſufficiant lege.

Ibi, [Conforme a la ley de Toledo,] Quæ eſt ſecunda ſupra iſto titulo & libro.

L E X V I.

¶ S V M. Lex hæc declaratoria eſt legis præcedentis, quod in quantum ibidem iubetur, priuatas ſcripturas recognitas exequendas eſſe, neque diſponitur ſint ne recognoſcendæ coram iudice competente, quemadmodum in confeſsione lex illa diſponit, ideo in noſtra diſponitur lege, quod neceſſe non eſt, quod coram iudice recognitio fiat, ſed ſufficere fieri coram alguazello, vel tabellione: cui iudex ipſe cõmiſe-

miserit, dum tamen non exequatur, vsque dum recognitio facta coram iudice præsentetur, & ipse iubeat exequi, & iussione hac præcedente datur mandatũ de exequendo, vulgo mandamiento de execucion, quod quidem mandatum parti exequenti tradendum est, & de traditione per tabellionem fides in processu adhibenda, vt & ipsa pars si velit vt executio fiat, ad eam faciendam retradat illud executori, aliter enim nulla erit executio & pro tali est declaranda, secũdum tx. in l. 17. infra eod. secundum quam sæpius vidi nullas pronuntiari executiones cõtra illius. l. 17. tenorem factas.

LEX VII.

¶ SVM. Iura capienda per executores tassantur in lege hac: qualiterque in ipsarũ executionum progressu executores ipsi se debent habere disponitur, vt cessent fraudes: & quòd ex vno debito semel tantum iura executionis sunt recipienda.

IBi, [saluo siendo,] hæc exceptio firmat regulam in contrarium, prout de iure est firmare, vt licet videre ex dictis per Euerardum, in centuria locorum, loco. 3. ab exceptione ad regulam.

Ibi, [Primeramente contento y pagado,] similis est text. vbi latius diximus in l. 10. titul. 6. libr. 3. supr. Est tamen notandum creditorem satis esse contentum & solutum, vt executor iura sua capere pos-
1 sit, etiam si fictè facta sit solutio † creditori, puta per acceptilationem vel alterum ex modis relatis per Auendaño, in propositum nostrum in capite decimo septimo prætorum, numero sexto, cum duobus sequentibus, libro primo, & in titulo de las excepciones, nume. 29. idemque erit si petita executione partes se concordauerint, vt decima statim debeatur executori, & ei sit soluenda, secundum text. in dicta. l. 10. ibi, o las partes se concertaren, quod tamen intelligendum est procedere, quoties via executiua competebat contra executatum se concordantem, vel soluentem, secus verò si non cõpeteret, tunc enim quantumcunque facta executione partes se concordauerint, vel debitor soluerit petita, nulla debebi-
2 tur decima executori, † neque ipse eam capere poterit, lex enim illa. 10. præsupponit, executiuam viam competere, ita quod instrumento aut confessio virtute quorum petitur executio paratam tunc habeant executionem, in casu enim vero proprio & iuridico semper disponit lex, & cum sic lex illa. 10. loquatur, quantumcunque post disponat quod facta transãctione inter partes executor possit capere decimam, est intelligendum disposuisse sub præsupposito illo, quod via executiua competebat, regula est enim clara & de iure certa, quod vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum, & vbi non habet locũ præsuppositum nõ habet locum dispositum, ex glossa, singulari & ab omnibus approbata in. l. mancipia. C. de seruis fugit. not. Bartol. l. 2. ff. ad l. Iul. de vi. priu. & plures allegans tradit Mexia, in apparatu ad. l. de Toledo, in. 4. fundamento. 2. partis, numero. 4. cum sequentibus, & alibi diximus, dicta tamen. l. 10. præsupponit executionem esse petitam, & iussam fieri & factam, & sic iustè & iuridicè factam fuisse, igitur quantumuis lex hæc posteà disponat, quod concordia post inter partes facta debeatur decima executori & ei soluatur, id intelligendum est si ritè & rectè executio facta est, quoties enim quis vult vnum in sua dispositione, censetur velle & omne aliud, sine quo illud vnum verificari non potest, tanquam in necessarium antecedens suæ dispositionis, secundum textũ in. l. nec is. §. primo, & l. illud. ff. de

acquir. hære. l. 2. ff. de iur. omn. iudic. notat Socin. Iunior, consilio. 28. num. 6. lib. 2. & sic teneo nullomodo decimam deberi quantumcunque partes sese concordauerint, nisi executiua via competierit tempore factæ executionis.

Ibi, [De su deuda,] & etiam de expēsis, secundum text. in. l. 8. infra eo.

Ibi, [Bienes muebles,] vel se mouentibus supple, eadem est enim ratio in vtrisq; & ideò idem ius dicendum est, & mobilium appellatione, & se mouentia itidem continentur, nisi aliud appareat ex mente
3 † loquentis, secundum text. in. l. mouentium. ff. de verbo. signi. & probat in propositum nostrum text. in. l. à Diuo Pio. §. 1. ff. de re iudi. & l. 10. versic. otro si dezimos cosa mueble es, tit. 33. part. 7. & tex. in. l. 3. titu. 27. part. 3. & sic etiam intelliges. l. fin. ibi, en bienes muebles, infra isto lib. & tit. vbi & repetemus.

Ibi, [Que no dexe los tales bienes en poder del deudor cuyos son,] intelligenda sunt hæc verba, quoties debitor executatus non præstat fideiussorem euictionis, vulgo fiador desaneamiēto, tūc enim bona mobilia vel semouētia, in quibus executio facta fuit, non sunt penes executatum relinquenda, prout ex. l. fin. infra eo. colligitur, vt ibidem dicemus in glo. confianças, sufficeret tamen, si fideiussio præstaretur, quod bona mobilia, vel semouentia executata habebuntur de manifesto, neque absćōdentur, vendentur, vel alio alienabuntur modo, aliàs quod fideiussor debitum soluet, vt sic bona illa à debitore nō auferantur & deponantur, per fideiussorū enim præstationem de iure habemus de-
4 positum cessare, † extra in. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satis. cog. ibi donec satisdatio detur, vel lis finem accipiat, notat Suarez, in tit. de los emplazamientos. §. sed attende, num. 4. & 5. pag. 400. & Orozcius, in dict. §. fin. colum. 661. in princip. vbi addit fideiussorem hunc obligandum itidem esse, vltra satisdationem illam de re non baratanda, quod & restituet bona illa absq; aliqua procrastinatione si actor vicerit, & sic cotidie fit.

Ibi, [Las prendas que sacaren, petita igitur executione & facta executor eam faciens pro iuribus suis ius adquirit, quando quidem pro eis pignora capere potest, & sic creditor dicitur respectu debitoris executati, prout latè diximus in. l. 10. titul. 6. lib. 3. supra, non tamē poterit pignora maioris valoris & æstimationis capere executor ipse, quam sit valor & æstimatio iuriū
5 debitorū † ex executione illa, aliter enim resisti ei poterit & punietur per iudicem, secundum Plateam, in. l. contra. C. de execut. & ex actor. lib. 12. & Guido. Papę, decis. 293. & Ias. in. §. quadrupli, num. 4. inst. de actio. vbi, nu. 7. tractat, an nuntius vel officialis possit sibi de suo salario propria authoritate satisfacere, & pignora pro eo capere, de quibus & per Cassan. in consil. Burg. rubr. 1. des iustices. §. 7. Lamende, num. 44. cum sequen. fol. 78.

Ibi, [lleuen el diezmo,] intellige in locis vbi consuetum est iura hæc executores percipere, in locis tamē vbi minora iura solitum est percipi, illa tantum percipiēda & nunc sunt, & non maiora, officiales enim capere debent iura per leges tassata, vbi non est consuetudo minora capiendi,
6 † prout probat text. in. l. 1. §. fin. titul. 27. infra isto lib. qui quidem quamuis in tabellionibus loquatur, idem tamen in executorum iuribus quoad hoc dicendum credo, & probatur clarè ex verbis sequen. nostri tex. & ita in quam pluribus locis videmus minora iura capi, quā per legē nostrā statuta reperimus: & quæ iura antea per
7 executores † capiebantur, tradit Auend. capit. 17. prætorum, numero. 2. cum aliquibus sequent. lib. 1. vbi nume. 6. incipit proponere plura requisita necessaria, vt executor iste possit iura sua percipere licitè & iustè, & numero. 10. versicul. quæ dicta sunt, inquit tunc executorem iura capere posse, quoties executio sortita est effectum, vel cum sortiri potuit, secus verò si pro nulla declaretur, quoniam
8 tunc nulla † iura debentur, argumento eorum, quæ de gabella dicuntur, per ipsummet Auendan. ibidem, & Didacum Perez in. l. 6. titulo. 1. lib. 3. ordinamenti, columna. 794. ad finem, & probatur expresse, in. l. 17. infra isto titu. & lib. nisi nullitas hæc proueniret ex iniusta petitione ipsius creditoris, quoniam tunc credi-
9 tor ipse soluet † decimam, & iura executori, secundum eundem Auen. ibidem. d. num.

num.10.versi.quando vero, & probatur ex.l.8. infra eo.cum seq. vbi remissiuè dicemus, quot modis dicetur quem iniustè petijsse executionẽ. Est tamen quod in locis in quibus ex priuilegio speciali, prout in nostra Placentiæ ciuitate, iura executionum pertinent ciuitati, & publicè vt sua conducit omni anno pro certa pensione, si executio aliqua petatur & fiat contra ciuitatem ipsam, vel personam simile priuilegium habentem, nõ potest executor horum iurium conductor ab ipsa ciuitate vel persona, à qua conduxit iura hæc petere executionis iura ab illa ciuitate, vel persona priuilegium illud habente, quoniam non videtur hæc vendere ciuitatem illam vel personam, neque locare immu-
10 nitatem suam; † secundum Afflictis, decisione.319. num.8. vbi idem in gabellis dicit, & de gabellis vide nouissimè Parladorium, in libro rerũ cotidianarum capi. 3.num.20.pagi.85.

Ibi, [Costumbre], quamuis immemorialis non sit, quandoquidem lex nostra simplicem consuetudinem & non immemorialẽ requirit, & sic quælibet sufficiet consuetudo, quicquid voluerit Auendanius, vbi supra, num.2.versi.hodie tamẽ, nam & si capit.10.prætorum, quod est.l. 10. titul. 6. libr. 3. supra consuetudinem antiquam requirat, non tamen debet esse immemorialis, nam antiqua dici poterit decem, vel viginti annorum, item lex illa 10. secundũ nostram regulãda est, prout ibidem significare vult compilator dum super margine illius legis inquit, videndã esse legem nostram, quasi tenor legis nostræ non vero illius. l. 10. sit considerandus, prout cotidie cõsideratur, & sic quælibet sufficiet consuetudo, neque immemorialis requiritur in casu nostri text. nã nisi de immemoriali cõsuetudine fiat mẽtio, quælibet alia cõsuetudo legitimè præ-
11 scripta † sufficiet, secundum glos. in cap. 1. de consuetud. in. 6. & Bal. in cap. cum omnes, de constitut. quem ipsemet Auendañ. in dict. num.2. versi. & nisi, ad hoc allegat.

Ibi, [En el lugar donde la hiziere], semper enim ordo iudicij inspiciendus & attẽdẽdus est in respicientibus ordinem &
12 formam iudiciorũ vbi executio fit, † vt probatur ex text. cum glos. in l. cum clericus. C. de episcopis & cleri. & in.l.1.C. de emancip. lib. & in. §.1. inst. de satisdat. & text. in.l.31. titul 6. lib. 3. supra ibi, por la tabla del concejo dõde se hiziere la execucion, text. etiam in.l. 12. infra eo. & notat Platea, in.l. missi opinatores num.7.C. de exactor. trib. lib. 10. & Oroscius, in.l. de quibus num. 121. col. 189. ff. de legibus, vbi sub litera. N. allegat Maria. Socin. hæc limitantem, in cap. quod clericis, ad fi. de foro comp. & ad leges nostras notat Auiles, dict. cap. 10. pretorum verbo, la costumbre, & iterum in capit. 40. verbo, donde se hiziere, & cap. 41. & Anto. Gome. l. 64. tauri nume. 8. & est communis sentẽtia: quod adeò verum est, quod quãuis ad literas requisitorias executio fiat, vel ordinariè procedatur, adhuc tunc locus iudicij agitati inspiciendus est, quo-
13 ad ordinem, † secũdum Suarez, in.l. post rem. 8. quæst. incipit circa iudicem, nume. 22. pagina. 355. quicquid velit distinguere Auiles, dict. cap. 40. verbo. donde, nu. 2. quoad esse tamẽ contractus & eius decisionem inspicitur locus in quo celebratus est, prout diximus in.l.31. glos. fin. tit. 6. lib. 3. supra & tenent supradicti DD. &
14 quis locus in maleficijs † puniendis inspicietur vide Ias. in lectura.l. cunctos populos num. 30. C. de summa trini.

Ibi, [De las penas], lex hæc in ijs verbis teste Auiles, dict. capi. 10. pretorum verbo derechos, fol. 139. col. 1. in casu in quo tantum loquitur procedit & non in alio, & sic in alguazello curiæ tantum intelligenda est, secundum eum ibidem, ego & in alijs itidem alguazellis intelligerem loqui, cum eadem sit ratio, & quoniam si in alguazellis curiæ sic reperimus dispositũ, cur & non idem in alijs particularium locorum dicendum erit, & cum in alguazellis curiæ id gratia frequẽtioris vsus per text. nostrum statutum reperimus, idẽ tamen erit vbi similis casus occurrerit, ex dictis per nos in rubric. tituli. 4. libr. 3. supra consuetudoque curiæ attenda est secundum Ias. num. 88. ad fi. & Orosci. nu. 25. in. l. de quibus. ff. de legibus.

Ibi, [Continuando la execucion], ex ijs verbis inferri potest ad decisionẽ quæstionis de qua sæpius in practica dubita-

tum vidi & nunc hoc nũc illud iudicatũ.
Ponamus enim quod Petrus debitor pro
solutione debiti Ioãni creditori soluendi
dedit Titium in fideiussorem, qui quidẽ
Titius fideiussor in solidum se obligauit
cum ipso debitore Petro renuntians bene
ficium diuisionis excussionis & cætera,
die verò solutionis adueniente, Ioannes,
creditor petijt executionem pro debito il
lo contra Titium fideiussorem, qui quidẽ
fideiussor virtute sententiæ de remate cõ
tra eum prolatæ pro debito & decima &
expensis, soluit creditori debitum & ex-
pensas & executori decimam cessione iu
rium ab ipso creditore in fideiussorem fa-
cta contra principalem debitorem, quæ
quidem cessio, vocatur carta de lasto, re-
bus sic stantibus fideiussor ipse petijt exe
cutionem cõtra Petrum debitorem prin-
cipalem pro omni eo, quod pro eo soluit,
dubitatum pluries fuit, num ex ista execu
15 tione debebitur executori † decima, &
videbatur dicendum non deberi quando
quidem in executione facta contra fideius-
sorem pro eadem summa fideiussor ipse
decimam executori soluit, & pro vno de
bito duplex decima capienda non est, se
cundum text. nostrum, prout capi vide-
tur si ex executione, nunc contra debito-
rem facta ad petitionẽ fideiussoris sui per
ciperet executor decimã, debitumq; fide-
iussoris & debitoris principalis vnum met
debitum est, vt probat text. in l. 3. §. fi. ff.
de duobus reis, vnumque debitum dici-
tur licet plures interueniunt debitores, vt
in dict. §. fi. & in §. huiusmodi, inst. de duo
bus reis, vnaq; dicitur obligatio, licet sint
plures causæ debendi, vt l. & an eandem
§. actiones. ff. de excepti. rei iudi. & ideò so
lutio totius debiti per vnum ex debitori-
bus facta liberat alios condebitores, vel cõ
fideiussores, secundũ dicta iura, & l. reos,
& l. fin. C. de fideius. & l. 8. titul. 12. part.
5. si ergo vnum met debitum est, vna tan-
tum & non duplex decima percipienda
est per executorẽ, ex l. nostra, & ex l. 1 ro.
titul. 6. libr. 3. supra prout in propositum
nostrum dicta iura considerat, licet quæ-
stionem nostram non decidat, Auendañ.
capit. 17. prætorum num. 10. versi. & cũ
decima, lib. 1. & hæc pro hac parte vrgẽt,
quam & ab aliquibus teneri vidi & ijs fun
dari argumentis. Contrariam tamen opi-
nionem tenui & nunc teneo in hac quæ-
stione, imo quod ex executione per fide-
iussorem cõtra debitorem petita & facta
decima debeatur, quantumuis per fideius
sorem ipsum ex executione contra eum
petita decima soluta sit, quandoquidem
ex legibus nostris regijs hoc vetari aut
prohiberi non reperiamus, primò quoniã
præhabita communi doctrina legum &
doctorũ, creditor tenetur regulariter iu
ra sua cedere fideiussori contra debitorẽ
pro quo fideiussor ipse soluit, imo & si nõ
cessisset, ius suum saluum remaneret fide
iussori ad recuperandum solutum per eũ
creditori pro debitore principali pro quo
fideiussit, vt probant tex. in §. si quid, inst.
de fideiusso. & l. qui fide, & l. ex manda-
to. ff. mandati l. stichum. §. si mandato. ff.
de fideiussori. alias, de solutio. & plura alia
iura relata per glos. contra in. l. 11. titu. 12.
part. 5. potestque fideiussor petere execu
16 tionem † cõtra debitorem pro eo quod
soluit pro eo, secundum Suarez l. post rẽ
notab. 9. versi. item est alius casus, pagin.
263. ff. de re iudi. & Auiles, cap. 10. præ-
torum num. 38. fol. 143. & idem in fide-
iussore de iudicato soluendo pro debito-
re soluente dicit, idem Suarez, in titul. de
los emplazamientos, versi. sed pone quæ-
stionem, num. 21. pagi. 392. per text. ex-
pressum, in l. fin. in fine. C. de vsur. rei iu-
di. imò si creditor nolit iura sua & actio-
nes fideiussori cedere, non potest debi-
tum recuperare, & executioni opponi po
17 test exceptio hæc cedendarum † actio-
num, secundum Suarez, in dict. l. post rẽ,
num. 6. pagi. 335. vbi & inquit quod po-
test fideiussor petere sibi exhiberi instru
mẽtum debiti principalis, prout & tenuit
glos. in dict. l. 11. vbi & inquit quod quan
uis renuntiet & beneficio fideiussorum
non censetur beneficio cedendarum re-
18 nuntiasse, etiam si iuramentum adsit, †
nisi specialiter huic beneficio cedendarũ
sit renuntiatum, secundum Orosium, in
l. nisi hoc actum. ff. de pactis, col. 847. &
quanuis, vt ad quæstionem deueniamus,
creditor ipse cessionem hanc fecerit fide-
iussori contra debitorem, non tamen ex
hoc infertur respectu debitoris ipsius esse
debitum hoc contractum per solutionẽ à
fideius-

fideiussore creditori factam, idem debitũ cum eo, quod creditori ipse debebatur antè fideiussoris solutionem, tum quoniam debitum hoc fideiussoris, respectu debitoris, pro quo soluit, à diuerso iure procedit, & principium habet, quam haberet debitum creditori solutum per fideiussorem antè solutionem eius, tũ etiam quia inter diuersas personas nunc contractum est, quam antea contractum esset à principio, videmus enim primum debitum contractum fuisse inter creditorem & debitorem & eius fideiussorem, nunc autem inter debitorem & fideiussorẽ: videmusque itidem primum debitum inter creditorem cum debitore & eius fideiussore contractum, fuisse contractum ex instrumento mediante verborum cõceptione inter eos confecto. Secundum verò debitum fideiussoris contra debitorem contractum esse ex vi solutionis per fideiussorem creditori pro debitore factæ, & ex vi consensus ex parte deuitoris interuenientis, volentis fideiussorem pro eo intercedere, ergo differt multum debitum inter fideiussorem & debitorem contractum ab eo, quod contractum fuerat inter creditorem & deuitorem fideiussoréq; eius, si ergo differunt, & ex diuersis causis procedunt & inter diuersas personas contrahuntur, non vnum & idem debitum est, sed duo potius debita dici possunt, & ideò duplex decima capi potest per executorẽ quibus de causis videmus titulũ de fideiussoribus, qui quidem est respectu creditoris principalis, differre multum à titulo mandati, qui est respectu fideiussoris pro debitore soluentis, & ideò sub differentibus rubricis & libris constituuntur, quas ob res inquit Bar. singularissimè in l. reos in princip. num. 1. ff. de duobus reis, communiter approbatus secundum Ioan. de Ronchegalle ibidem nu. 15. & 16. quod
19 in fideiusione duplex † contrahitur obligatio, vna respectu creditoris & hæc semper verbis contrahitur, alia vero respectu fideiussoris pro debitore soluentis, & hęc contrahitur consensu, nam reus videtur mandare fideiussori quod soluat, vt. l. in debitum. ff. de conditi. ind. & hac de vltima loquitur titulus mandati, & de prima titulus de fideiussoribus, & si, vt vides, duplex ex fideiusione contrahitur obligatio, & duplex itidem debitum debetur, præsertim cum personæ, quibus debetur, differentes sint, duplexque obligatio circa vnammet personam cõcurrere potest, secundum text. in l. generaliter. ff. de fideiussor. & sic duplicem capiet executor decimam in nostra casus positione, quandoquidem & respectu natiuitatis, & personarum, & modi contrahendi, differẽtia sint hæc debita: & ijs de causis per solutionẽ à fideiussore factam creditori, debitor ipse quantum ad creditorem remanet liberatus, quoniam solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio, vt in princip. inst. qui mod. tolli. obli. & creditor iam contra debitorem actionem non habet, neq; ab eo petere debitũ solutũ per fideiussorẽ posset, imo si debitor ipse tunc soluisset creditori non remaneret liberatus quoad fideiussorem, qui pro eo iam soluerat, quandoquidem creditor ille iam non erat creditor, vt potè quia iam debitũ recuperauerat & extincta sunt iura sua & actiones, & per cessionem ab eo in fideiussorem factam nullũ ius remansit penes creditorem ipsum, ex dictis optimè per Salicet. in l. 1. quęst. 11. & 12. C. de actio. & obligatio. per cessionem enim ab dica
20 tur ius à persona creditoris, † & remanet abeo fideiussor liberatus, secundum Ioan. de Ronchegalle, in l. 3. in princ. nu. 78. ff. de duobus reis, vbi nu. 79. optimè loquitur in propositum nostrum, præsertim cum cessio hæc in fideiussorẽ ex causa onerosa & in gratiam ipsius fideiussoris facta sit: & sic cum respectu creditoris ius extinctum sit per solutionẽ debiti à fideiussore factam, ius à fideiussore nunc intentatum nouũ est, & ex noua causa creatum & per consequens aliud debitum, ex quo noua executor capiet iura, aliter enim, si hoc verum non esset sequeretur, quod si tempore fideiusionis, debitor ipse nouum instrumentum & differens ab instrumento fideiusionis fecisset ipsi fideiussori, de seruando eum indemnem à fideiusione illa, & de soluendo ei omne damnum proueniens, & omne id, quod pro eo soluisset iuramento solummodo fideiussoris liquidandum, & quod pro eo exequi posset, & de hoc cõficeret instrumentum

mentum publicum guarentigium, si fideiussor hic pro eo quod soluit creditori executionem peteret contra debitorem virtute dicti instrumẽti indemnitatis, ex hac executione executor decimam capere non posset, quod tamen nemo affirmabit, igitur & in nostri casus & quæstionis positione, cur non idem dicendum esset, quandoquidem nouum debitũ, nouaque causa debendi orta sit solutione à fideiussore facta debiti illius, & sic noua decima executori debeatur. Secundo & hæc mea opinio fundatur, quoniam executori pro labore decima soluitur, vt patet ex dictis per Auenda. capit. 17. prętorum. num. 8. vers. & cum istud, & num. 10. versi. & cum decima ista, lib. 1. sed eundem laborem, quẽ executor subijt in exequutione facta ad petitionem creditoris contra fideiussorẽ subijt & nunc in executione petita per fideiussorem contra debitorem, ergo eadẽ iura integra soluenda sunt in vna & in alia executione, dignus est enim mercenarius mercede sua, & qui laborat mãducare debet, & sentiens onus debet & commodum sentire.

¶ Vlterius & tertio pro hac mea opinione facit text. clarus meo iudicio in pręsenti, sub ijs verbis, continuando la execucion, ponderandum est enim verbum illud, continuando, quasi tunc alia non est percipienda decima, quoties prima executio nondum fuit finita, sed in posterum continuatur, eò quod medio in tempore partium consensu suspensa fuerat, in nostro tamen themate præsupponimus, executionem creditoris cum fideiussore finitam esse, & nouam inchoari fideiussore petente eam contra debitorem pro quo soluit, ergo deficit ratio legis nostrę & similium, & per consequens cessat eius dispositio: neq; obstabit si quis dixerit quod lex nostra exemplum ponens, non censetur coarctare regulam, eò quod exempla eam non arctant, quia respons. quod verũ est hoc, exempla tamen alia præstanda debent esse similia, & non diuersa ab exemplo per nostram legem posito, exemplũ tamen & propositio nostræ quæstionis dissimillima sunt ab exemplo nostrę legis vt ex dictis satis apertum est, ergo cessat hæc obiectio & dispositio nostri text. in quæstione & facit pro nostra opinione vt diximus.

¶ Et tenendo hanc opinionem non obstant fundamenta in contrarium adducta, scilicet quod fideiussoris & debitoris idem est debitũ & vna est obligatio, quo-
21 niam verum est hoc respectu † creditoris, quia contra vtrunque habet creditor ius pro eodẽ debito & vno eorũ soluente illud, alter quoad creditorem remanet liberatus, sed respectu alterius tercij & sic fideiussoris pro debitore soluentis, non est vnum & idem debitum, sed diuersum quandoquidẽ fideiussore soluẽte, quoad ipsum fideiussorem nõn remanet debitor liberatus, sed potius ipsi fideiussori pro soluto adstrictus, & ideò inquit Bald. in. l. AEmilius. ff. de minori, quẽ sequitur Deci. relatus per Auenda. dict. capi. 17. prętorum num. 8. in princip. quod contractus prorogatus respectu tertij nouus con-
22 tractus est, † interuentuque nouæ personæ noua inducitur qualitas, & antiqua mutatur personæ adhærens. l. licitatio. §. fi. ff. de publica. & vectig. l. Paulus per procuratorem. ff. de acq. hær. capi. 1. §. fin. vbi glos. semestre de iure pat. in. 6. & quamuis fideiussor petat executionem contra debitorem virtute cessionis & scripturæ de lasto, petit sibi, non vero vt creditori soluatur, & sic nouus contractus est & noua orta obligatio inter fideiussorem & debitorem, & sic cessat contrarium, & quia si aliud diceremus fideiussor remaneret in damno, tum quia debitor ipse executatus nollet statim soluere, eò quod nouam nõ tenebatur soluere decimam, & sic litem protraheret, tum etiam quia executor ipse ex nouo labore nihil habens percipere negligens esset in prosequenda executione, & cum fideiussor in damno esse non debeat merito quod vt hoc euitetur, noua decima executori debeatur ex executione fideiussoris contra debitorem petita & facta.

¶ Neque itidem obstabit, si quis dixerit, quod iura debita executoribus pro labore suo sunt odiosa, & ideò restringenda, quoniam nego esse odiosa, sed potius fauorabilia partibus exequentibus & rei publicæ, tædio, enim affecti debitores prę timore decimæ soluendæ facilius debita exoluunt,

exoluunt, & lites abbreuiantur, quod est rei pub. maximi momenti, infinitas enim in iudicijs reprobatur, secundum text. in l. vni. C. de sen. & in. om. iud. & ibi Rebuf. notab. 1. nu. 2. & 3. &. capi. finen litibus, de dolo & contu. & ideò non restringéda sunt iura, neque odiosa iudicanda, quibus mediantibus lites restringentur & ab breuiantur & plerunque in totum euitantur: & sic teneo meam opinionem tanquã verã, pro qua & vltra dicta facit, nam ces-
23 sio emptioni assimilatur, † secũdum Roman. consi. 86. num. 12. & si emptioni assimilatur nouus contractus est, igitur ex executione per fideiussorem contra debitorem petitam & factam prætextu cessionis fideiussori per creditorem factæ, noua decima soluenda est, & ita tenui & teneo pro nũc, qui maius otium habuerit latius cogitabit cum casus occurrerit, & in facto determinandam quæstionem hanc habuerit, & hæc pro hac lege.

LEX VIII.

¶ *SVM. Iura debita executoribus pro executionibus factis ob redditus regios recuperandos, & qualiter sunt soluenda, & quomodo si iniustè executio petatur, declarat lex nostra præcedentis declaratoria.*

IBi, [Que no lleuen mas], eam ad hoc allegat Auenda. dict. capi. 17. prętorum num. 2. versi. hodie tamen lib. 1. & con l. 13. titul. 7. lib. 9. infra.

Ibi, [Y costas], amplia ex ijs verbis. l. 7. supra proximam, in quantum ibidem disponitur, prius soluendum esse debitum parti exequenti, quam executor iura executionis capiat, vt non solum id verũ sit, verum & expensæ litis in quibus executatus fuerit condemnatus, soluendæ itidẽ prius sunt parti exequenti, quam executor iura sua percipiat, de quo alibi si bene memini latius dixi.

Ibi, [El que injustamẽte], & quot mo-
24 dis diceturquẽ iniustè executionẽ † petijsse, vide optimè per Didacum Perez, in l. 21. glos. 1. titul. 14. libr. 2. ordi. col. 568. & succinctè per Auend. dict. cap. 17. prętorum num. 10. versi. quando vero lib. 1.

Ibi, [pague], intellige verba hæc, nisi ipse creditor executionem petens tempore petitæ executionis protestetur, quod si apparuerit aliquid solutum ex quantitate petita, est paratus in pagamento recipere tunc enim ex eo quod apparuerit solutũ nulla decima soluenda est per executatũ, neque per exequentem, hoc enim opera-
25 tur talis protestatio, † secundum Anto. Gom. relatum & secutum per Didacum Perez, vbi supra, col 568. in medio, vbi sermone hispano tenorem huius protestationis annectit, insuperque quærit, num aduocatus omittens protestationem hãc facere, teneatur parti ad interesse. Ego tamen quantumuis aduocatus essem, non solum omitterem eam facere in casu in quo constaret, vel constare posset de parte soluta, verum & consulerem vt nõ fieret, & quod tantum pro parte verè debita executio peteretur & non amplius, tum nè executatus molestaretur in parte soluta probanda, tum etiã nè plura bona eius pro executione caperẽtur quam pro quãtitate verè debita capienda essent, & sic in vno tantum casu protestationem hanc facerem quoties creditor iustam habet causam ignorandi an sit aliquid solutum ex debito illo, putà quia hæres est, imò & tũc consulerem vt requireret debitorem ꝙ si quas schedulas solutionis haberet demonstraret alias ꝙ pro toto debito executionem peter, & expensæ hac de causa factæ ipsi debitori imputabũtur, tunc enim si nihil debitor demonstrasset solutum vel maliciose respõdisset, peterem vtique executionẽ cum dicta protestatione pro toto debito, & si iudex essem non aliter admitterem executionem cum dicta protestatione nisi de hoc appereret, & sic in hac ciuitate Placentiæ statuto municipali cautum est, quod executores nullam faciant executionem, quę cum dicta protestatione petetur, & iustè quidem prouisum est, vt malitijs obuietur.

Ibi, [De aquello q̃ estaua ya pagado,] sed num

sed num & duplum eius persoluet creditor ipse executionem petẽs, & videbatur dicendum quod sic, ex lege proxima sequente, quasi lex illa nostram declaret, & ampliet, contrarium tamen tenẽdum credo, eò quod lex nostra specialiter prouidet in hoc quo ad executiones redditnũ Regis, & nihil amplius censendum est disposuisse, quam in ea declaratum reperitur, & quemadmodum minuit iura executorum, ita & pœnam petentiũ plus quam debeatur censetur & minuere, vt duplum hoc soluendum nõ sit, & sic lex sequens non censetur circa terminos nostræ legis prouidere. Sed est in propositũ optima quæstio, num scilicet creditor hic petens executionẽ pro regijs redditibus ei debitis debeat condemnari in decima il
26 lius pluris, quod vltra quam deberetur † petijt, habito respectu ad decem pro milliario, vel an habito respectu ad triginta pro milliario, quemadmodũ habetur respectu debitoris executati pro regijs redditibus ex text nostro, & credo verissimè dicendum, quod lex nostra in hoc loquẽs respectu debitoris, intelligenda est, vt procedat etiam respectu creditoris redditus regios petentis, vt illius pluris petiti vltra debitum modum & valorem non soluat decimam, nisi secundum & iuxta id, quod debitor ipse soluere tenebatur ex summa verè debita ex legis nostræ tenore & dispositione, eò quod in iudicijs æqualitas inter partes seruanda est, pro quo & considero etiam legem nostram, ibi, y mandamos que los dichos alguaziles no lleuen, mas derechos por razon de las execuciones de lo contenido en estas nuestras leyes, pondera verba illa, por razon de las execuciones, quæ generalia sunt, & executiones ipsas respiciunt non verò partes, & clarius id in verbis seq. demonstratur, ibi, y que el que injustamente pidiere la execucion por mas de lo que se le deuia pague los derechos al alguazil, de aquello que estaua ya pagado, sed iura hæc, quæ sint, in princ. declarauit lex nostra, & ideò de illis verba hæc intelligenda sint & per consequens nostram determinant quæstionem.

LEX IX.

¶ SVM. Iura executionis tantum pro summa verè debita capienda sunt ab executore, & illius pluris, petiti per creditorẽ, quam verè deberetur, creditor ipse iura duplicata persoluere debet: temporeque petendæ executionis, ob euitandas fraudes & malitias, creditor iurare debet, sibi verè debitam quantitatem petitam.

IBi, [De lo que verdaderamente deue], non enim pro ampliori quantitate censetur petitam esse executionẽ, quam pro ea, quæ verè debetur, nè cum aliena iactura creditor locupletetur, vel alius quilibet commodum reportet, in ijsque verbis videtur hic esse text. contra Bart. in l. cum quædam. §. quoties. ff. de iur. om. iudi. di
1 centem ad consequendam decimam † solum inspici quantitatem, pro qua fuit executio facta, cuius opinionem rigidissimã testatur Didacus Perez, in l. 21. titul. 14. lib. 2. ordi. & contra nostrum tex. & ideò ipse Didacus Perez, ibi licet confuse, vult doctrinam illam Bart. intelligere vt vera sit & procedat, quantum ad illum, qui debet percipere decimam, pro omni enim eo, quod petitum fuit, capiet executor decimam, sed quoad illos, à quibus eam percipere debet, distinctio facienda est, ex tx. nostro & ex. l. 196. styli, scilicet quod à debitore executato capiet executor decimam summæ verè debitæ, illius verò petitæ summæ amplius quam deberetur, capiet executor decimam à creditore plus petente quam deberetur, & sic saluari potest opinio Bart. vt non sit rigida, neque nostro text. contraria.

¶ Vlterius & nouissimè & verè ponderandum est verbũ hoc, verdaderamente deuiere, nostri text. ad hoc scilicet quod si deductis expensis & oneribus aliquibus non debet debitor id totum, quod petitur, de illo tantum, quod remanet deductis

ctis expēsis & oneribus ijs, capiet decimā executor & non de eo etiam, pro quo ex
2 pensæ † & onera illa æstimari possent, secundum Mexiam, in pragmatica tasse panis con. Clem. 2. num. 94. fol. 56.

Ibi, [Pague la demasia con otro tanto,] eam in hoc considerat Auiles, cap. 10. pretorum verbo, derechos, fol. 139. Est tamen verum quod vidi pluries casum hūc & nunquam, nisi semel tantum vidi creditorem in duplo hoc cōdenatum, licet deberet fieri ad refrenandos abusus creditorum plus debito cotidie petentium, adest tamen circa hoc dubium, quid est hoc q
3 duplandum est, † num id quod plus creditor petit, an verò decima ex illo pluri per creditorem soluenda, & est maximi effectus scire hoc, nam si id plus debito petitū duplandum est parti executatæ erat soluēdum, si vero decima illius pluris, executori duplum hoc est soluendum, cui quidē dubio semper mihi visum est saltim legibus nostris regijs attentis decimæ iura duplicanda esse & per consequens executori soluenda, nā cum text. noster disponat circa iura executori soluenda, & à debitore solum consequendam esse decimā per executorem summæ tātum verè debitæ, & illius pluris petiti, ex lege præcedente & ex nostra, decima soluenda est executori à creditore iniustè illud petenti, manifestè patet, duplādum esse id, quod pro decima creditor soluere debet iniustè petiti, vnaquæq; enim lex debet intelligi secundum materiam, de qua meminit, & super qua disponit, lex tamē nostra super iuribus executoris disponit, ergo in omni sua dispositione in dubio intelligendū est de ijs locutam & non ad alia extranea digressum fecisse, itē in pœnam creditoris plus debito petentis lex nostra disponit, non verò pro interesse debitoris, ideò ni mirum si debitori non applicetur, & hac de causa credo quod rarissimè pœna hæc dupli imponitur quia executori erat applicanda, & executorum iura coarctanda potius quam ampliandā sunt, vnusquisque si velit latius hæc considerare poterit.

Ibi, [Malicias], quibus obuiandum esse
4 † probat text. in l. in fundo. ff. de rei ven. cap. sedes, de rescrip. l. 1. titul. 1. par. 3. & l. 16. titul. 7. part. 3. probat latè Ias. in l. 4. §. condemnatum num. 9. ff. de re iudi. homini enim ad malitiā dedito facile est quodcunque malum adinuenire, vt in auth. vt nō qui obligat. se prohib. col. 6. & in auth. qui. mod. nat. effi. legi. in princ. & in procemio Clement. immitis & agrestis est omnis malitia, vt tradit diuus Ambrosi. in lib. de Noe, cap. 24. quam qui de pectoribus hominū conatur auferre, est ac si quis rei lubulis haurire cupiat aquam secundū vetus prouerbium, & tradit idē Ambrosius, eodem lib. cap. 22. & ideò iustè leges prouident malitijs obuiandum.

Ibi, [juramento quanta quantia es la q verdaderamente se deue], habuerunt verba hæc ortum à dicto Baldi, relati per Suarez, in rep. l. post rem, in finalibus verbis illius repetitionis, pag. 364. ff. de re iudi. & nisi iuramentum hoc fiat tempore petitæ executionis nulla executio poterit fieri
5 neque mandatum † executorium decerni, secundum Auend. in titul. de las excepciones, num. 24. versi. 2. & punietur creditor se periurans vltra nostri text. pœnā pœna proposita per Auen. c. 27. prætotū, num. 17. vers. item iure, lib. 2. quam tamē incurret periurij pœnam creditor hic secundum eum ibi, si ipse iurauerit, non verò procurator eius, nisi procurator talis mandatum à domino habuerit iurandi tā tam deberi quantitatem, vel iuramentum procuratoris ratum habuerit, nam tunc ipse dominus punietur, secundum Ias. in l. si is qui pro emptore, nu. 353. ff. de vsucapio. & latè diximus in l. 2. in glos. por confiesso, titul. de las cōtestaciones, supra isto libro.

¶ Lex decima nostri tituli non eget declaratione ideò ad legem sequentem transeo.

L E X. XI.

¶ SVM. Iura debita alguazellis & executoribus commissarijs & iudicibus ordinarijs speciali commissione procedentibus, declarat lex nostra.

Ibi

IBi, [Demas de su salario], in commissione ipsa assignato, quod si salarium in commissione non assignetur, tunc percipiet talis executor iura executionis solita de consuetudine solui, vtrumque tamē scilicet salarium & executionis iura pro executione officialis hic capere non poterit, secundum text. in l. 31. titul. 6. libr. 3. supra similem nostro, secundum quem nostra lex declaranda est & intelligenda, illa enim nouior est nostra, & nè correctionem inducamus vna per aliam declaranda est, cum non sit nouum leges priores per posteriores intelligi & è contra: vlterius notandum est quod si iura itineris essent maiora debito principali, tunc quantumcunque in cōmissione dictum esset, vt executor nominatus in ea iura itineris caperet, non posset, sed tantum tūc iura executionis, quæ minora essent, tantum caperet, secundum text. in l. 19. titu. 23. infra isto lib. quam ita intelligo locutam fuisse, aliter enim non percipio eius intentum.

Ibi, [Por la segunda], non fuit sic prouisum per illam l. 31. tit. 6. lib. 3. supra, ideò illa per nostram supplenda est.

Ibi, [Lo pierda], alios casus vbi priuationi locus est Deo volente videbis in l. 23. titul. 25. infra eo.

Ibi, [Sea inhabil], sed nonnè eo ipso q̄ priuatur inhabilis efficietur ad aliud officiū simile obtinédū, prout in dict. l. 23. tit. 25. inf. eo. lib. dicemus, & fatédū quidē, verū tamē vt omnis dubitādi occasio tolleretur, clare per legē nostrā ita disponitur.

LEX XII.

¶ *SVM. Iura per legem nostram probibita executores percipere non possunt sub pœna hic contenta.*

IBi, [Donde fuere fecha], hoc enim regulare est, vt ordo iudicij vbi executio fit sit inspicienda, vt in l. 7. in glo. en el lugar, supra eo. diximus.

LEX XIII.

¶ *SVM. Quib⁹ in casibus executores prouidēdi sint in locis vbi iudex residet ordinarius, & quomodo ipsi executores prouisi procedere tenentur, declarat lex nostra.*

IBi, [do ay corregidores], nō enim vult Rex per legem suam, vel executorem prouisionem ordinariæ iudicum iurisdictioni præiudicare, neque executores prouidere ad loca vbi iudices resident ordinarij nisi in casibus à iure permissis, prout & probat text. in l. 2. titul. 1. lib. 8. infra & l. 10. titul. 17. lib. 5. infra & l. 15. infra isto nostro titul. & lib. & in lege nostra inseritur vnus ex casibus expressis in iure vbi permittitur, vel quoties negligentia adesset ex parte iudicis ordinarij, prout si benè memini dixi in l. 1. titul. 1. supra isto libr. 4. & ex text. in dict. l. 15. colligitur.

Ibi, [despues de passados], antè enim debita peti non possunt etiā per regem, nisi vrgens adesset necessitas, ea enim vrgente possent exigi & compelli ad solutionē
1 debitorum conductores gabellarum † & redditu um regiorum ante diem, dum tamen apud eos relinquatur interusurium medij temporis, secundum Ias. in l in diē num. 3. & 4. ff. de cond. ind. & Suarez, in l. post rem limi. 7. num. 5. cum. 2. seq. pag. 309. ff. de re iudi. vbi nimis vacillat an hęc necessitas semper præsumatur in fisco, quoniā semper est in sumptu, an verò sit probāda, eò q̄ paupertatem & necessitatē allegans probare eam tenetur, vt per Couar. lib. 2. varia. capi. 6. num. 2. & seq.

LEX XIIII.

¶ *SVM. Nullus absque iudicis mandato executionem facere potest pro redditibus regijs, nisi iudex ordinarius negligens fuerit.*

Ibi,

IBi, [Sin mandamiento,] absq; eo enim alguazelli, vel officiales alij non possunt executiones facere, neque acta iustitiæ exercere, prout disponit text. in. l. 7. titulo. 23. infra eo. lib. vbi dicemus fauente Deo, imò neque citationem facere vllus potest absque iudicis speciali commissione, vt dictum est in. l. 3. titul. de los emplazamientos, supra isto lib. adhibito tamẽ iudicis mandato à contrario sensu probat text. hic pro tributis regijs executionem
1 † competere, prout ex. l. missi opinatores. C. de exactori. tribut. lib. 10. notabat Suarez in. l. post rem. 7. casu, pagin. 261. ff. de re iud. vbi inquit quodcunq; instrumentum habere paratam executionem con-
2 tra fiscales debitores † id tamen nimis extẽsiuè procedit, text. enim in dict. l. missi opinatores in publicis exigendis tributis & functionibus loquitur, in quibus deplano nullo seruato iuris ordine, & sine citatione proceditur, secundum Maranta, in practica, titulo de citatione, num. 6. pag. 353. & sic in tributis vbi nulla negatio soluendi ea cadere potest, putà, en pechos, executiuè proceditur, & quodlibet instrumentum per quod appareat illum esse debitorem, poterit exequi contra eum, prout sic declarando Suarez, vbi supra inquit Quemada, in quæstio. suis fiscalibus, coram iudice fiscali sanctæ Inquisitionis, quæstione. 9. & Baeça, de debitore inope. cap. 13. nu. 21. & 22. & ita loquitur tx noster, ibi, por qualesquier marauedis de pechos, rẽtas o derechos reales, sed pro alijs debitis in fauorem fisci contractis & redditibus regi debitis nõ ita ex quolibet instrumento executiuè procedetur cõtra debitorem, sed ex tali, quod executionem mereatur, nè leges extra casus in quibus loquuntur extendamus.

Ibi, [No quisiere,] vel quia dicit nolle exequi, vel negligens est in exequendo intra terminum trium dierum à lege nostra constitutorum, ob negligentiam enim acquiritur iurisdictio alteri, qui iurisdictionem hanc non habebat alias, prout ex text. nostro patet, & ex dictis per Auẽdan. cap. 1. prætorum, num. 31. vers. decima causa, lib. 1.

Ibi, [Hasta tercero dia,] & ij tres dies currunt à die, quo petitum est executionem fieri, & requisitum vt fiat, ante petitionem enim & requisitionẽ nulla incurritur negligentia, prout remissiuè in lege sequente dicetur.

LEX XV.

¶ SVM. Executionis exercitium non est committendũ alicui in locis vbi iudices adsunt ordinarij, nisi in negligentiam ipsorũ ordinariorũ, vel ex alia causa: & tũc si alguazello commissio dirigatur, si aliud non exprimatur in commissione, vni ex alguazellis Curiæ commissum censetur: nullaque executio cõmittẽda est per iudices curiæ, vulgo alcaldes de corte, alij quam ex alguazellis curiæ.

IBi, [Saluo,] similis text. in. l. 13. supra isto tit. & lib. vbi diximus.

Ibi, [Negligentes,] vt enim supra lege præcedente diximus, propter negligentiam vnius acquiritur alij iurisdictio, & ideò ob negligentiam dominorum temporalium in suis territorijs ab eis au-
1 fertur † iurisdictio, secundum Auendan. capi. 1. prætorum, num. 31. versicul. item ob negligentiam, lib. 1. & iterum in capit. 5. num. 4. in princip. eod. lib. vbi num. 12. versic. & eodem plura de negligentia dicit, & in dict. numer. 31. declarat quando quis dicetur constitutus in negligentia, de quo & per Auiles, capit. 1. prætorum, verbo, fiel, à num. 28. vsque in finem, & Paris, de syndicatu, verbo negligentia.

Ibi, [A sus costas,] quod mirum non est, nam & propter negligentiam potest
2 quis puniri criminaliter † etiam ad pœnã corporalem, secundum Additio. Bart. in l. duos, numero fin. C. de susceptori. libro 10. & Auendan. dicto capit. 3. prætorum, numero. 6. lib. 1. imo & remoueri quis potest, secundum Auiles vbi supra, numero. 41. fol. 32.

LEX. XVI.

¶ *SVM. Ob debita populorum in pane depositi executio fieri non potest.*

IBi, [Que el tal pueblo deuiere,] & iustè quidem, nam ad subleuandam pauperũ necessitatem hæc panis deposita & granaria constituta sunt, bonaque eorum non sunt propria populorum neq; eis similia, & ideo non sunt, vt propria populi regulanda, & per consequens pro populi & cõcilij debitis non est executio facienda in ijs granarijs, & pane in eis recondito, & hæc est eius ratio finalis, prout ex integra nostri text. & eius supplicatione apparet. Sed an vicinus poterit exequi pro debito
1 contracto † per villam & ciuitatem vbi vicinus ipse degit & est domiciliarius, & dicendum est, quod si populus ipse & vicini eius, vel procurator syndicus eorum nomine cum sufficiente mandato debitum illud contraxit obligando vicinos ipsos in mandato expressos & eorum bona & singulos eorum pro solutione debiti illius, optimè vicinus quilibet exequi poterit, & capi pro debito illo in loco idoneo, secus vero alias, nam ciuitates aut villæ non habentes potestatem legis condendæ, quia recognoscunt superiorem, vt sunt populi Castellæ, non possunt contractum inire, cuius vigore vicini, qui non interfuerunt
2 † vel eorum bona sint obligata, secundũ Bartolum in l. 4. §. actor. ff. de re iudi. & in l. donationes, numero fin. C. de donatio. int. vir. & vxor. & Additio. Abb. in capit. cum omnes, num. 6. de constitutio. & Ripam optimè in l. si is qui bona, num. 6. & 7. ff. de pignori. & Bald. in l. etiam, nume. 14. C. de executione rei iudic. & optimè idem Bal. in conf. 245. ad euidentiam sciẽdum est vol. 1. & Ferrara, in pract. in libello actio. hypothe. glo. 1. colum. 3. in principio, quem refert & sequitur Ias. in l. ciuitas, numero. 9. & 10. ff. si cer. pet. & optima l. 15. titulo. 10 partita. 7. & l. 13. titulo. 2. partita tertia, & vide etiam Cerdã de tallada en la visita de carcel, cap. 10. numero. 8. & 9. vbi inquit, quod ab vniuersitate recuperabit illud, quod pro ea soluit, & Petrus Pekius, in tracta. de iure sistendi cap. 4. num. 13. neque valeret consuetudo quod absens obligetur in sui præiudi-
3 cium † in contractu, secus vero si præiudicium non fieret, secũdũ Rochum in enarratione ad cap. quanto, de consuet. num. 17. fol. 16. in fine, cum sequen. & de ijs tractat etiam Auend. in respon. 34. per totũ, & Francis. Marcus optimè, in decis. 805. par. 1. vbi optimè declarat qualiter & quomodo fiet executio contra ciuitatem, & an si aliqui non sint soluendo ex ciuitatis
4 vicinis, † alij tenebuntur, de quo & per glo. in dict. l. 15. & Matth. Afflict. in lib. 1. constit. Sicil. rubric. 26. numer. 33. vbi in damni resartione hoc vltimum examinat, & quid si habet res tractum successiuum, vltra Ias. in dict. l. ciuitas, num. 3. & 4. vide Matth. Afflict. decis. 376. Et inquit singulariter Bald. in dict. l. etiam, num. 14 quod si singuli vniuersitatis ex vi cõtractus possunt conueniri, non tamen quilibet insolidum, tũc prius est liquidanda rata per quẽ
5 libet soluenda, alias capi non potest, † nisi esset in mora vniuersitas, nam tunc recto res capi possent, secundum eund. Bald. ibi & glo. fi. in dict. l. 13. inquit tamen Petrus Pekius vbi supra. d. nu. 13. quod insolidũ essent conueniendi, quia respectu creditoris, ita intelliguntur obligati, sed inter se pro parte tantũ, quod tamen non affirmo propter dispositionem. l. 1. titu. 16. libr. 5. infra, & an Abbatissa capi possit pro debi-
6 to † monasterij, tradit Bald. in dict. l. etiam num. 12. & 13. & hæc sunt optima pro eis qui redditus regios habent, vel super populo villa aut ciuitate.

LEX XVII.

¶ *SVM. Cui & quando & qualiter mandatum executorium tradendum est executori, vt executio eius virtute facta valida sit, declarat lex nostra.*

Ibi,

IBi, [se de,] huius dispositionis ratio manifestè colligitur ex supplicatione regi porrecta pro huius legis constructione scilicet, quod quoniam multoties creditores petebant executiones contra debitores suos intentione potius terrendi debitores, vt metu executionis petitæ territi debitum soluerent, quam quod executio vlterius procederet & realiter fieret, executoresque ipsi vt decimam perciperent statim petita executione, eam cum effectu faciebant, ex quo frustrabatur partis executionem petentis intentio, & debitores molestabantur carceratione & expensis, ideò vt cessaret hoc inconueniens iustè prouisit nostra lex, vt non aliter fieret executio nisi prius mandatum executorium, vulgò mandamiento de execucion, parti traderetur, vt si ipsa pars vellet executionem fieri, illud executori traderet, debetque in processu constare de hac traditione saltim per tabellionis fidem & testimonium in processu appositũ: vel potest esse alia & melior ratio, scilicet vt pars executionem petens possit alguazello cui voluerit mãdatum executorium tradere, neque sit in iudicis potestate aliud facere, prout fieri solebat, ex qua ratione infero, quod si iudex ipse coram quo petitur executio eam faceret, prout in aliquibus locis de señorio, consuetum est fieri, non esset necessaria mandati huius traditio parti facienda, quandoquidem tunc nullum mandatum executorium expeditur alguazelo tradendum, & sic deficit hæc secunda & vera ratio nostri text. meo iudicio, & per consequens deficit eius dispositio.

Ibi, [Que de otra manera,] sed nunquid si forma legis nostræ non fuit seruata, poterit executio contra legis nostræ modũ & formam facta validari per partis exequẽtis ratificationem, & dicendum est quod non, nam cum facta executione contra legis nostræ formam, ius quæsitum sit parti executatæ ad declarandũ nullã executionẽ hanc cõtra legis nostræ tenorem factã, in præiudiciũ huius iuris ratificatio nihil operabitur, præsertim quia id quod nullũ
1 est per ratificationem validari nõ potest arg. tex. in d. l. fi. ff. de pactis, & arg. doctrinæ Bart. in. l. fi. C. ad Macedoni. & ex dictis per DD. maximè Oros. n. 26. col. 415. in l. obseruare. ff. de offi. procons. & lega. & Dec. in. l. quod in initio. n. fi. ff. de reg. iur. sed an dispositio nostri tx. procedat stante dispositione. l. fi. tit. 17. supra isto lib. ibidẽ in verbo, que dessallezcan, dictũ est. Et ex nostro tx. videtur q̃ cessabit, deficiẽte eius formæ obseruatione, dispositio tx. in. l. fi. ff. quod metus causa, probantis executionem factam pro vero debito non reuoca-
2 ri propter ordinẽ † non seruatũ, qui tx. in hoc est valde singularis, secundũ Bal. in d. c. tuæ, vt lit. nõ cont. & alios relatos per Carolũ de Grass. lib. 1. regaliũ Fran. iure. 12. vers. hinc est quod parlamentũ el. 1. nam si defuerit nostri tex. ordo & forma inualidatur in totum executio etiam si verè petitum debeatur.

Ibi, [Decima alguna,] regulare enim hoc est, vt ex inualido actu, & contractu
3 † nulla expensa debeatur, quemadmodũ neq; gabella debetur ex contractu nullo, secundũ Auen. hæc ad nostrũ tx. allegantem quasi eũ vidisset, in. c. 17. præt. n. 10. vers. quæ dicta lib. 1. & de gabella tractat etiã Didac. Per. in. l. 6. tit. 1. lib. 3. ord. col. 794. ad finẽ, quod tamẽ de gabella intelligerẽ quoties à principio cõtractus fuit nullus, secus verò si validus fuerit & perfect', & ex interuallo annulletur, nam tũc gabella non erit deneganda gabellario, prout alio in loco Deo volente dicemus. Item tunc nulla expensa debetur ex executione nulla, quoties est nulla, quia ordo non est seruatus, secus si pro nulla declaretur, quia iniustè petita est, tũc enim iniustus petitor decimã soluet, prout alibi diximus.

LEX XVIII.

SVM. Nulla soluẽda sunt iura, si statim quod executio fit, pars executata debitũ soluit, nisi tãtũ iura mãdati, vel itineris si foris missum esset pro executione faciẽda.

IBi, [Queriẽdo,] ita ante huius legis promulgationem asserebat Auiles, cap. 10. prætor. glo. 2. col. 1. in fin. fol. 139. simile que dispositũ reperimus in locis de adelan

xamientos per text.in.l.32.titu.4.lib.3.supra vbi diximus.

Ibi,[Luego,]in eodem die intelligebāt Auiles in dict.cap.10.prætor.glo.2.iudices tamen ad minus tempus restringebāt, & sic dum executio erat in fieri,hodie tamen ex cap.32.curiarum de Madrid anni. 1573.quod iam in secunda impreßione nostræ recopilationis apponitur pro lege finali huius tituli determinatum id habemus, vt scilicet, sufficiat soluere intra diē integrum naturalem numerandum ab hora in qua executio & eius intramentum, vulgo entramiento, factum fuit ad excusandam decimæ solutionem, & sic per capitulum illud iubetur tabellionibus vt apponant horam factæ executionis sub pœna soluendi partibus damnum, & quod executio in se nulla sit.

Ibi,[O mostrando carta de pago de como hā pagado,] per capitulum verò illud 32.curiarum de Madrid dicti anni.1573. dicitur,que pagando el deudor dentro de vn dia natural la deuda porque le ouieren hecho execucion,&c. Quorū verborū occasione pluries dubitatū vidi, si est necessariū quod realiter debitū soluatur,ita quod debitor remaneat liberatus, an verò sufficiet quodlibet contentum creditoris,† puta recipientis pignora vel fideiussorem intra.24.horas,propter quod creditor se cōtentum pro illa executione dicit,& prima facie videtur quod sufficiat quolibet modo satisfacere,nam solutionis verbo,omnis modus per quem quis liberatur continetur.l.solutionis ff.de solutio. & ibi Bar. l.45.soluisse.ff.de re iud. l. liberationis.ff. de verbor.sign.& sic secundum Alcia.ibi acceptatio sufficiet, & soluere eum pecunia numerata & quocunque alio modo satisfacere paria sunt, secundum Iodocum, in suo enchiridione seu similium iuris verbo soluere sine pecunia, pag 668 inter cōmunes opiniones authorum,& Rolandū, consil.53.num.43.cum sequen. vol.1.& Rebuff.in.l.solutionis. ff. de verbo.sig.pagi. 806. Nisi dicatur vt soluat in pecunia numerata,vt dixit text.in.l.6.titu.14.lib. 6.infra in solutione redditurum regiorum, & tenet Alciat.vbi supra,& Alexan.consil. 94.in fi.lib.3.hic tamen non dicitur in pecunia numerata,sed tantū, pagando o mostrando carta de pago, igitur quælibet satisfactio sufficiet.

1

¶ Incontrarium verò imo quod realis liberatio debitoris à debito executato requiratur,siue fiat in pecunia siue alio modo, non tamen quod sufficiat ficta liberatio,quæ datur per pignorum traditionem vel fideiussorum dationem prorogando solutionis diem eadem causa debendi manente solum ad effectum vt decimæ solutio euitari posit,faciunt sequentia. Primò quoniam hic debitor non remanet à creditore liberatus, sed eadem causa debēdi per durat,igitur non soluit, quia si soluisset liberatus remaneret, quoniā solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio, per iura vulgaria. Secundo quoniam hæc est quædam ficta & cautelosa solutio,quę licet quoad eam facientem aliquid operetur, non tamen operatur aliquid respectu alterius,secundum Bald. & Alex. post gl. in.l.si socer.in princip.ff.sol.mat. remedia que procurata nihil prosunt, sed obsunt, potius, vt alibi diximus.

¶ Tertio quoniā si aliud diceremus correcta remaneret.l.10.tit.6.lib.3.supra disponens, quod antequam creditori sit solutum debitum pro quo executio fuit facta vel creditor & debitor super debito se se conueniant, executor iura sua non capiat,& à contrario conuentione facta,vel præstita dilatione debitori,vt probatur ex l.7.supr.isto tit.& lib. decimam capiet executor,si ergo verum esset quod quælibet satisfactione creditoris præstita, dilatione data à creditore pro solutione debiti executati, nullam posset executor capere decimam,igitur patet manifestè, dispositiones dictarum.l.10.&7.in supra posita conclusione correctas remanere,quod tamen dicendum non est quoniam correctio est euitanda, igitur vera erit hæc secunda opinio, vt scilicet solutione realiter non facta ita quod debitor liberatus remaneat, non excusetur executatus quin soluat decimā etiam si creditor asserat se contentum, cū in effectu eadem causa obligationis remaneat in longiorem terminum prorogata eius solutione.

¶ Quarto quoniam per pignorum vel fideiussionum præstationem non dicitur

2 solui debitum, † vt in datione fideiussionum

num probat text. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. & l. quod si non soluere. ff. de pigno. acti. & l. item liberatur. §. qui paratus. ff. qui. mod. pig. vel Hyp. sol. ex quo Bart. ibi pulchrè dicit condemnatum ad pecuniariam pœnam, & si eam intra certum tẽpus non soluerit, ad pedis amputationẽ, non liberari ab hac posteriori pœna dan-
3 do fideiussores, † & de dante pignora q̃ soluere neque liberari dici posit, probat text. in l. promissor. §. constituto, & ibi Bart. ff. de constit. pecu. & idem Bart. in l. prætoriæ la. 3. ff. de prætor. stip. & in l. 1. paulo post princip. ff. qui sat. cog. & probat text. in cap. cum aliquibus, extra de re iudi vbi condemnatus ad tradendam possessionem alicuius rei non satisfacit dando pignora, ex quo Bal. ibi dicit, condemnatum ad soluendum non intelligi soluere offerẽdo pignora & fideiussores, prout vtrumque dictum exornat breuiter Tiraquel. de vtroq; retract. titul. 1. de linagiel. §. 3. gloss. 3. numer. 14. cum seq. nisi aliud expresse quod sufficiat satisdare lex dispo nat, vt in l. rescripto. §. planè. ff. de muneri. & hon. notat Bart. d. l. item liberatur. §. 1. num. 2. si ergo per pignorum vel fideiussorum præstationem obligatus soluere, non satisfacit, igitur & à fortiori per obligationem nouam ab eo factam, vel fidem de soluendo debitum executatum in longiori termino & dilatione prorogato intra has. 24. horas, ad decimæ solutionem excusandam, non debet sufficere.

¶ Quinto quoniam dictum cap. 32. curiarum Matricij dicti anni. 1573. loquitur per gerundium in do, ibi, pagando, & ibi, mostrando, quod quidem gerundiũ præsertim in ablatiuo positum, & verbo futuri temporis adiunctum significat condi-
4 tionem & denotat eam, † l. si tu ex parte iuncta glo. ff. de acq. hær. & ibi Bart. notat Rebuf. in 1. tom. const. Fran. tit. de sentẽ. prouis. art. 2. glo. 6. pag. 268. & iterum, in eo. to. tit. de sent. execut. art. 1. glo. 15. n. 2. pag. 323. & alibi diximus, id tamẽ quod sub conditione iubetur, in specifica forma seruandum est & adimplendum, vt ex. l. qui hæredi. ff. de cond. & dem. deducitur & ex. l. 2. §. quod ait. ff. quorum lega. item & quoties lex aliquid statuit de nouo censetur omne quod statuit esse de forma substantiali, secundum Dec. cons. 612. nu. 2. & Rebuff. in concor. rubr. forma apostol. mand. in princip. pag. 153. sed forma seruãda est ad vnguẽ, aliter viciatur actus, secũdum Boer. decis. 1. num. 40 etiam si in minimo deficeret, secundum Additio. Seguræ in. 1. vnum ex familia. §. sed si fundum, num. 9. ff. de leg. 2. neque in hoc casu pro- cedit regula iuris, quod sufficit quid ex
5 æquipollentibus fieri, † secundum Segurã in dict. §. sed si fundum, num. 14. lex tamẽ nostra & illud cap. 32. conditionaliter loquuntur, item & formam inducunt, quia sunt nouę dispositiones, & cum modificationibus procedunt & disponunt, igitur vt earum dispositiones procedant omnino solutio facienda est ita, vt debitor liberatus à debito illo remaneat, & creditor contentus intra diem naturalẽ, aliter enim decimæ solutio non excusabitur. Ex quibus & ex alijs inter aduocatos controuersa est hæc opinio, ego tamen nollẽ meam proferre sententiam, nè sit ansa executoribus & iudicibus suam rem agentibus, siuè iustè siuè iniustè decimas percipere, verũ tamen quia scriptoribus incumbit nihil indecisum relinquere, mea inter has opiniones est opinio & meo iudicio verissima, & hæc concordiam potiusquam discordiam inter has opiniones inducit, scilicet quod verum est vt in prima opinione dicitur, q̃ sufficiat quod quocunq; modo debitũ sit solutum & satisfactũ creditori, siue solutione in pecunia numerata facta, siue per acceptilationem, siue per delegationẽ nouationem inducentem, vel alium ex modis quibus solutũ quid dicitur, de quibus per Auen. in tit. de las excepciones. n. 29. & 30. dũ modo intra diẽ naturalẽ id fiat, excusabit tunc executatus decimã, si ex hac satisfactione debitor remanet à debito illo liberatus in totũ, sed si nullo ex dictis modis vel simili debitor executatus remanet liberatus à solutione debiti illius sed & nũc etiã est obligatus ea dẽ met obligatione durãte, licet in longiorẽ terminũ ex voluntate creditoris, tũc quantũcunq; id fiat, intra diẽ naturalẽ, siue per pignorũ vel fideiussorũ pręstationẽ, siue per fortiores formas, nõ excusarẽ debitorẽ hũc à solutione decimæ, q̃n id ex ꝓposito & malitia ad defraudãdũ executorẽ decima sua fit, & nõ ob hoc q̃ debitor remaneat liberat', neq; debitũ solutũ vllomodo, & sic deci

mam præstabit executori, vt in .2. fundaui opinione, & hoc est meo videri quod pro uidere voluit legislator, in cap. 11. curiarũ de Madrid anni. 1578. dum ibi petitũ fuit per procuratores regni, quod capitulum illud. 32. dicti anni. 1573. declararetur, vt haberet locum, etiam si creditor executãs non sit realiter in pecunia numerata satisfactus per debitorem executatum, & respondit legislator, quod circa hoc satis erat prouisum quod conueniebat prouidere, quasi respondisset quod quomodocumq; per debitorem esset satisfactum & solutũ creditori sufficeret, non tamen quod suffi ceret quodlibet creditoris contentum in præiudicium executoris, nisi esset tale cõtentum mediante quo liberatus esset debi tor à debito illo & à causa illa debendi: lex enim malitias tollit, non verò vult eas inducere, & ita mihi videtur dicendum, saluo semper saniori consilio, vnusquisque suo in tempore casu eueniente latius cõgitabit, bènè tamen fateor quod quoties esset dubium an debitor ex modo satisfaciẽdi remaneret necnè liberatus, semper iudi carem liberatum vt euitaret solutionem decimæ executoris, executorũ enim manus arctandæ & non ampliandæ sunt. In curijs tamẽ de Madrid cęptis anno. 1579. & finitis anno. 1582. in cap. 50. nouissimè circa hæc prouisum videmus in hunc modum.

¶ En vn capitulo de las cortes del año de. 73. se ordeno y mando, que pagando el deudor la deuda porq le ouierẽ hecho execucion dentro de veynte y quatro horas no sea obligado a pagar decima por razon della, de que se recibio y ha recibido gran beneficio y aliuio, y en las cortes que se acabaron el año de 78. se pidio y suplico ansi mismo que las dichas veynte y quatro horas se alargassen y estẽdiessen a tres dias, declarando ansi mismo que se entendiesse auer pagado y ser libre de la decima el que diesse contento y satisfacion a su acreedor, aunque realmente no ouiesse pagado en dineros. Porque aunque esto se deue entender asi, se han seguido y causado en razon dello muchos pleytos por la codicia de los executores, los quales por cobrar su decima aũ en las cosas muy llanas intentan y mueuen pleytos, y ansi pretender que para librar se della el executado ha de hazer paga real y verdadera y hazen sobre esto grandes molestias y vexaciones mayormente a la gente pobre, que no saben ni pueden defenderse ni seguir su justicia, y por entõces no se proueyo ni mando lo susodicho, sino que estaua proueydo lo que parecia conuenir y por ser tan conueniente lo que esta referido tornamos a suplicar a V. M. sea seruido de mãdar que las dichas veynte y quatro horas se alarguẽ y estiendan a tres dias y que si dentro deste termino el executado mostrare contento de la parte sea libre de la decima, y que todo lo susodicho aya lugar no solo en la decima sino en qualquier otros derechos de execucion pues ay la misma razõ en lo vno que en lo otro.

¶ A esto vos respõdemos que en quanto a las. 24. horas esta bien proueydo y no conuiene hazer nouedad. Y mandamos q̃ mostrando el deudor contento de la parte dẽtro de las dichas veynte y quatro horas no sea obligado a pagar la decima, y q̃ lo dispuesto en las decimas se entienda de qualquiera otro derecho de execucion. Item ibidem fuit supplicatum.

¶ Otro si las justicias de las cabeças del partido embian a executar a los lugares de su jurisdiciõ y los executores se van y passan luego adelante, de manera que los executados aunque quieran pagar dentro de las. 24. horas y euitar la decima y pleyto no pueden ni tienen quien reciba la dicha paga. Suplicamos a V. M. prouea y mande que en el caso sobredicho los executados satisfagan y cumplan con hazer deposito de lo que deuieren, o de la quantidad porque ansi fueren executados ante vn alcalde ardinario, o ante vn regidor o escriuano del tal lugar, y en defecto de no hallar las dichas personas ante el cura o clerigo que alli vuiere en presencia de testigos, para que de la dicha quãtidad la justicia ordinaria haga pago al acreedor, cõ que la parte executada que hizo el tal deposito, a su costa vaya o embie a la cabeça del partido à dar noticia a su acreedor como tiene depositado el dinero. Y esto se entiende quã do no ay condicion o obligacion de pagar en al gun lugar particular, porque esta se tiene de guardar y cumplir.

A esto

¶ A esto vos respódemos q̃ nos parece bien lo que nos suplicays. Y ansi mandamos que depositando el deudor dentro de veynte y quatro horas despues q̃ fue requerido la deuda porque es executado en persona lega y abonada ante vn alcalde y en su ausencia ante vn regidor y no ante otra persona q̃ de libre de pagar decima ni otro derecho de execució. Cõ que a su costa dentro de tercero dia despues de hecho el deposito, lo haga saber a la persona a cuyo pedimiẽto es executado. Lo qual todo se entienda no auiendo obligacion de hazer la paga en algun lugar particular. In transitu tamen notandum est, quod in quantum in dicto cap. 32. curiarum de Madrid anni. 1573. annullatur executio in qua non est apposita hora fa-
6 ctæ executionis, procedit & loquitur, † quoties debitor executatus obtulit tempore executionis factæ, vel intra diem illum naturalem, post quam facta est & in notitiam executati peruenit factam esse, debitum illud, vel deposuit illud vt solueretur creditori, tũc enim si hora nõ est apposita inualidatur executio, sed si debitor nunquam obtulit intra illum diem naturalem, sed permisit executionem fieri, neque dixit quòd soluere volebat, neque ad hoc obtulit se, tunc enim quantumuis hora factæ executionis non esset apposita, non vtique annullarem executionem, sed validam iudicarem, & moueor ad hoc fundandum, quoniam capitulum illud. 32. semper procedit fundãdo suam dispositionẽ sub præsupposito hoc, quod pars executata soluere vult, tam in supplicatione, quam in responsione, prout ex eius contextura apparet, & cum præ manibus habeatur, non est necesse literaliter referre, sed nos habemus regulam communem & generalem à me sæpius repetitam, scilicet quod quoties lex vnum disponit & alterum presupponit vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum, ex glos. l. si mancipia. C. de seruis fugiti. Ergo aduertentia nostra verissima est & singularis, & notanda, nè absq; consideratione iudicia illusoria reddantur, quod iura abhorrent, notandum etiam est idque in practica receptum, quod dies ille naturalis ab illo cap. 32. assignatus, currit ab hora factæ executionis & notitiæ
7 † eius ignoranti enim non currit, prout regulare est tempus non currere, & hæc sufficiant vt ad alia deueniamus.

Ibi, [Si fuere a hazer la execucion fuera del pueblo], ex ijs verbis manifestè damnatur quædam & pessima introductio & corruptela, executorum, quam in hac Placentina ciuitate audiui seruari, scilicet, quod si executio extra ciuitatem in territorio eius facienda erat, statim quod executor exibat fluminis pontem pro executione illa facienda, deuengabat decimam etiam si executatus tempore factæ executionis solueret, & si soluebat percipiebat integram decimam executor, quod tamẽ ex lege nostra & ex dicto capi. 32. de Madrid anni. 1573. damnatum est & correctum, & sic iam non vtitur, neque seruatur corruptela, neque est seruanda, quia mala & contra nostras leges, & per consequẽs inualida, vt diximꝰ. l. 2. tit. 1. lib. 2. sup.

LEX FINALIS.

SVMMARIVM LEGIS.

¶ *Forma in progressu executionum obseruanda in lege nostra declaratur, quæ noua singularis & iuri consona est.*

NOtandumque est pro eius introductione, quod si tenor eius & forma non fuerit obseruata in executionis pro-
1 gressu & processu, nulla erit † executio, nam forma nostræ legis tanquam noua & cum modificationibus proposita substantialis est, vt diximus in lege supra proxima ex Decio. consi. 612. relato per Telliũ, in l.

3. tauri, num. 16. omnisque qualitas à lege requisita censetur de forma substãtiali, secundum Auend. responso. 14. in fine, & ordo procedendi datus à principe substan
2 tialis iudicatur, † & ordine illo non seruato censetur processus nullus ex cap. cum dilecta, de rescript. notat Bald. in. l. prolatam, num. 7. C. de sentent. & int. om. iud. vbi moderni voluerunt, teste Vantio, de nullitatibus, in titu. de nullit. senten. ex defec. proc. num. 54. & 55. quamuis si omitteretur ordo capiendi prius mobilia quam immobilia, non vitiaretur executio, sed esset opus appellatione, vt infra hac. l. in glo. en los bienes dicemus.

Ibi, [La forma,] Quæ est substantialis, vt proximè diximus, in locis tamen de los adelantamientos seruanda est forma. l. 36. titu. 4. lib. 3. supra, quæ specialiter circa illa loca prouisit, & eius specialis dispositio non censetur per generalem dispositionẽ nostri text. alterata, ex communi doctrina glo in. l. 1. C. de silentiarijs, lib. 10. quemadmodum neque censetur circa modum procedendi in executione contra mercatorem absentem & fallitum alterata forma data à. l. fin. tit. 8. lib. 5. ordinamenti veteris infra proposita, vt in gloss. sequente videbimus diuino fauẽte auxilio, neque forma. l. 10. titulo 17 libro. 5. sequente, circa executionem pro redditibus regijs faciendam ad petitionem creditorum regis.

Ibi, [Que trahen aparejada execucion,] & sic etiam sentẽtiæ in rem iudicatam lapsæ, & priuatæ scripturæ recognitæ, & confessiones claræ in iudicio factæ continentur, omnia enim hæc paratam habent executionem, item & compromissum, & trãsactio, prout ex legibus huius tituli patet: proceditq; lex nostra quoties contra præsentem debitorem fit executio, vel si absentem, non tamen mercatorem fallitum secus vero si contra mercatorem absentẽ & fallitum, nam contra eum dispositio dicta. l. fin. titu. 8. lib. 5 ordin. vet. quæ transumptiuè habetur in. l. 1. titu. 19. infra lib. 5. seruabitur, quam l. adhoc allegauit Auẽdan. in titul. de las excepciones, nume. 53. Sed si benè inspiciatur lex illa nullam formam ponit circa executionem, & ideo seruabitur natura legis nostræ.

Ibi, [Al juez le pareciere,] sed quæ sunt hæc à iudice consideranda vt executionẽ fieri iubeat, & licet plurima, quæ adhunc effectum consideranda sunt, in instrumẽtis & scripturis executandis, retulerimus in. l. 1. supra isto titu. & lib. in gloss. otras, alia itidem & non minus notatu digna cõsiderare iudex tenetur, ex parte executio-
3 nem † petentis, vt executionem petitam fieri iubeat, quæ in præsentiarum declarabimus, nè quid indecisum & imperfectũ relinquamus.

¶ Et in primis debet iudex considerare personam executionem petentis, num scilicet legitimam personam standi in iudicio habeat, vel sit minor. 25. annorum, seruus, Monachus, vel mulier coniugata, vel excommunicatus, vel alia persona, quæ in iudicio comparere non potest, prius est
4 enim legitimanda talis petentis † executionem persona, prout in nostrum propositũ asserit Auend. in dict. titu. de las excepciones, nu. 22. in fine cum sequentibus, vel si quis petierit executionem nomine alte-
5 rius, de mandato † sufficiente ad petendũ eam constare debet, secundum Suarez, relatum & secutum per Didacum Perez, in. l. 4. titulo. 8. libro. 3. ordinam. columna 1085. in principio, pro quo considero cõmunem illam opinionem de qua per Vantium, in tract. de nullitat. proces. titulo de nullit. ex def. mand. numero. 115. vbi inquit quod antequam constet de mandato nihil in iudicio agi potest, licet aliter de stylo fieri asserat Boerius, decisione. 274. in princip. quem quidem stylum, Vantius vbi supra, numero. 119. & 120. non curandum asserit, quamuis defectus mandati per partem aduersam non opponatur, inquit tamen ipse Vantius ibidem, quod si procurator admitteretur absque mandato, post tamen præsentaretur, & afferretur mandatum cum ratificatione gestorum, valebunt interim gesta, quamuis mandati illius data recentioris temporis sit, quam litis illius inchoatio, & principium, nam si data mandati esset antiquior non vtique requireretur ratificatio gestorum ante mandati præsentationẽ, & licet Vantius ibidem in via ordinaria loquatur, idẽ tamen dicendũ est in via executiua, nã quamuis dũ peteretur executio mandatũ

procuratoris ea petentis nomine alterius non præsentaretur, & iudex licet malefaciat, iubeat executionem fieri, & mandatum post præsentari, præsentato postea mandato antiquioris datæ, quam esset pe-
6 titio † executionis, vel si esset recentioris datæ, continetur in eo ratificatio gestorũ in executione, valebit equidem executio & acta sub ea contenta, nam & in ijs, quæ mandatum speciale exigunt, ratihabitio locum habet, secundum text. in capit. fin. de iureiur. in. 6. hoc tamen vltimum de ratificatione verum intelligerem, quoties mandatum ipsum recentioris datæ quam executio cum ratificatione gestorũ præsentaretur in iudicio, prius & ante quam executatus allegaret executionem petentem non habuisse mandatum ad eam pe-
7 tendam, † vel ad comparendum in iudicio, tunc enim ratificatio post facta nihil operaretur in præiudicium iuris reo quæsiti & allegati, secundum Bald. in l. fin. C. ad Macedo. & Deciũ, consi. 208. & 227. relatos per Rolandum, consi. 2. nu. 155. volum. 1. quasi tunc res integra non dicatur, eò quod per reum contradictum est & allegatum de defectu mandati ante quam ratificatio gestorum fieret, quo casu ratificatio nihil operatur, vt in l. 17. supra eo. dixi, & probatur, ex text. in l. licet, & ibi glos. C. de procurato. & text. in l. 20. titul. 5. part. 3. & alibi dictum est.

¶ Itẽ & secũdo inspiciet iudex, nè inepte petatur executio, vel in petitione detur repugnantia, tunc enim nõ debet iube-
8 re fieri executionem, † secũdum Auend. in tit. de las excepciones nu. 23. versi. Itẽ secundum Tertio secundũ eund. Auend. ibidẽ inspiciet iudex an habeat iurisdictio-
9 nem contra reum † executatum, ea enim deficiente inualida & nulla erit executio.

¶ Quarta secundum eund. Auendañ. vbi supra, nume. 24. & Rebuf. in 1. tomo constit. Franciæ titul. de liter. obligat. art. 2. glos. 1. nume. 58. & 62. inspiciet iudex an instrumentũ virtute cuius petitur exe-
10 cutio habeat aliquod vitiũ † patens, putà quod sit cancellatum, in parte substantiali intellige, vel quod ex eo aliqua legitima resultet exceptio executionis impeditiua, tunc enim exequendum non est & idem si careret instrumentum signo tabellionis, in Hispania enim debet esse signatum vt in l. 13. in glo. que diere, titul. 25. infra eo. lib. dicemus, & tenet Rebuf. in dict. art. 2. glos. 1. num. 83. cum. 2. seq.

¶ Item & quinto inspiciet iudex an iuratum sit in petitione executionis quantitatem petitam deberi, & solutam non dũ
11 esse, nã deficiente hoc iuramẽto † nõ est executio facienda, secũdum eund. Auẽd. dict. nu. 24. ex l. 9 istius nostri tituli, quãuis aliud certo modo velit Rebuf. in dict. titul. de lit. oblig. arg. 1. glos. 11.

¶ Sexto & principaliter inspicere debet iudex, num scilicet executionem petens, vel ille contra quem petitur, sint nominati vel contenti in instrumento illo, vel sit heres ibidem contenti, aliter enim
12 non est executio facienda, † secundum Auenda dict. num. 24. in medio, & Didacum Salmantinum, in l. 4. titul. 8. lib. 3. ordin. col. 1085. in medio, & ante eos Suarez, in l. post rem in. 2. limit. l. regiæ, num. 1. & seq. pagin. 294. & Rebuf. in dict. tit. de lit. oblig. art. 1. glos. 9. num. 28. cum. 6. seq. contra tertium enim in instrumento non nominatum non est facienda execu-
13 tio †, secundum Rebuf. ibidem art. 2. gl. 1. num. 63. & 64. & iterum in eodem art. 2. glos. 3. num. 2. cum. 2. seq. & Roland. consil. 20. nume. 12. vol. 1. nisi in casibus
14 † relatis per Suarez, vbi supra, pagi. 289. versi y que las cumplades, vel vbi debitor constituit se nomine creditoris possidere secundum Rebuf. in. 2. tomo constit. Franciæ. titul. de donatio. art. 2. glos. 3. ad finẽ & Tiraq. de iure constit. pos. 1. part. nũ. 37. & 43. & Boerium, decis. 200. nume. fin. Ex quibus deducitur quod quamuis pater de peculio pro filio teneatur vt fideiussor, non tamen exequetur contra eum
15 instrumentum filij, † ex quo ibidem pater ipse non est nominatus, secũdum Ias. in l. cum filius fami. nu. 9. fol. 79. ff. de verbo. oblig. licet ex iudicio lato contra filiũ executio contra patrem fieri possit, si cõ-
16 sentiente patre filius steuit † in iudicio, secundũ Suarez, in dict. l. post rem. 6. vilum est supra num. 3 pagin. 335. ff. de re iudi. & iterum ibidem in notab. 3. incip. potest etiam num. 1. pagi. 264. verum tamen est quòd inquit Anto. Gomez, tomo. 2. cap. 11. num. 18. in fine, quod attenta. l. 2. tit.

16. lib. 5. infra si quis stipulatus fuerit aliquid tertio alicui præstandum in instrumento publico & guarentigio contentũ quod potest ille tertius ibidem nomina-
17 tus petere † executionem virtute illius instrumenti contra debitorem in eo contentum, & hoc nimirum nam ibidem tertius ille nominatus est, & tertio ipsi ex stipulatione illa competit actio ex dicta. l. regia, prout ea attenta tenet Villalobos, in sua antinomia iuris ciuili & regij, litera. A. num. 18. &. 21. & iterum in ærario mille com. opin. litera. A. num. 19. & glos. 1. l. 7. tit. 11. par. 5. & Anto. Gom. vbi supra, & cui competit actio compeit & ius execu-
18 tiuum † ex actione illa proueniens secundum Suarez, vbi supra, limi. 2. pagin. 294. imo & ex sola vtili actione competit ius executiuum, secundum Didacum Perez, in l. 4. titul. 8. lib. 3. ordi. col. 1076. in princip. & latius dicemus Deo volẽte, in dict.
19 l. 2. titul. 16. infra lib. 5. Et an † executio fieri possit in bonis dotalibus pro debito per vxorem ante matrimonium contracto, vide per Guidoné Papæ, decisi. 447. Sed si ille, qui petit executionem, vel ille contra quem petitur sint hæredes creditoris, vel debitoris in instrumento guarẽtigio nominati, optimè potest peti talis executio ad petitionem huius hæredis, &
20 contra hæredem debitoris † obligari fieri, quanuis hæres ipse in instrumento nõ sit nominatus, secundum Iaf. in. l. 2. §. fin. num. 1. in fine. ff. de verborum obli. & in l. si sic stipulatus la. 2. num. 16. eo. titul. & Suarez, in dict. l. post rem. ampli. 1. l. regiæ col. 1. pagin. 277. & eundem Iaf. in dict. l. cum filius fami. num. 5. & latè Rebuf. vbi supra, art. 3. glos. 2. per totam vbi optima dicit in propositum de hærede, & limitat aliquibus modis, & latius idem Rebuf. in eod. titul. de lit. oblig. art. 8. &. 9. vbi qualiter contra hæredem debitoris exequi poterit tradit, & quomodo, & quis dicetur hæres, & in quibus contra hæredem exequi poterit instrumentum guarentigium, tradit nouissimè Baeça, de debitore inope. cap. 6. num. 3. cum. 4. seq. & num.
21 17. & quæ cautela † seruanda est nè executio petita contra hæredem differatur, videri poterit per Suarez, vbi supra, dict. num. 3. & est notandum quòd ex parte hæredis executionem petentis illa cautela necessaria non est, sufficit enim si in petitione executionis dicatur, quod petit eã tanquam hæres Titij creditoris in instrumento nominati, cuius hæreditatem acceptatam habet, & acceptat cum beneficio inuentarij, quod tamen verum crederem sufficere, nisi pars executata opposuerit executantem non esse hæredem creditoris nominati in instrumento illo, tunc enim negatione hac proposita per reum executatum, necesse habet probare exequens fuisse consaguineum & hæredem
22 vel hæredem solum, † creditoris illius, neque sufficere tunc dicere se hæredem & acceptare, secundum Rebuf. in dict. tit. de liter. obligat. art. 3. glos. 2. num. 15. id
23 tamen in filio † non procedit, in quo sufficit dicere se esse hæredem & acceptare hæreditatẽ absque eo, quod testibus probet se esse hæredem patris, nisi ipse reus probaret ipsum filium abstinuisse se ab hęreditate patris, secundum Rolandum, in consil. 20. libr. 1. & Manticam, in tract. de coniect. vlti. vol. lib. 12. titul. 10. num. 3. tenebitur tamen tunc probare se filium esse, si id negetur per aduersarium, & hoc quando filius hic est pars exequens, sed si esset reus executatus debet contra eum
24 probari esse filium & hæredem † debitoris nominati in instrumento illo, secundũ Roland. ibi declarantem, & melius per Tiraq. in tract. le mort. sai fit louif. 7. parte, declaratione 2. num. 7. &. 8. & à num. 1. incepit, & nouissimè hanc opinionem testando communiorem tenet, Pelaez, de maioratibus, 4 par. quæst. 16. nu. 4. &. 5. fol. 450. & Mantica, vbi supra, num. 2. cũ seq. & ibi ponit coniecturas, ex quibus presumitur adisse. Vlterius notandum est q̃ intra tempus cõficiendi inuentarium nõ
25 potest fieri † executio contra hæredem secundum Rebuf. vbi supra, num. 21. art. 3. gl. 2. & Baeçá, de debit. inope, cap. 6. n. 16. &. 17. & inf. hac lege super verbo sea preso, latius dicemus. & an cessionarius
26 possit petere † executionem non ostensa cessione, vide Rebuf. ibidem num. 17. & 18. & Didacum Perez, in l. 3. titul. 8. col. 1076. in princip. libr. 3. ordin.

¶ Item & septimo iudex inspicere debet quo tempore petitur executionum die

die Dominico & feriato, tũc enim decer
27 ni non debet mandatum executorium, † secundum Auenda. vbi supra nume. 25. versi. item septimo, octauo est inspiciẽda data & dies instrumenti exequendi, ad sciendũ an ab ea & à die solutionis in eo descripto sint elapsi decem anni, & an contineatur in instrumento certa quantitas soluenda, vel certa res tradenda, & alia considerabit, quæ in. l. 1. glos. otras, supra isto titul. dicta sunt, & per Rebuf. in dict. titul. de liter. obligat. art. 12. num. 4. cum pluribus seq. væ tamen iudicibus, quia rarò ad hæc aduertunt.

Ibi, [Sin citar a la parte], cum enim executio petitur & fit, nulla executati requiri
28 tur † citatio, secundum quod diximus in l. 4. supra eo. & tenet Auenda. in dict. tit. de las exceptiones, nu. 26. in fine, & hanc communem practicam affirmat Suarez, & alij relati & secuti per Did. Per. in. l. 4. tit. 8. col. 1073. in fi. cum seq. lib. 3. ordi. & per Padillam, in. l. 1. num. 20. C. de iur. & facti ign. quicquid dixerit in instrumenti guarentigij executione Ruynus, consi. 15. num. 7. lib. 4. & consi. 37. num 9. libr. 5. relatus per Menochi. de arbitrar. iudi. lib. 1. quæst. 17. num. 9 nisi secundum Rebuf. in dict. 1. tomo titu. de lit. obligat. art. 2. glos. 1. num. 67. non contineretur dies solutionis in instrumento, nam tunc citãdus est, vel vt melius loquar interpellan-
29 dus † iudicialiter vel extra iudicialiter vt soluat intra talem diem, alias quod petetur & fiet executio cõtra eum, hoc enim sufficeret & esset necessarium quãdo dies solutionis in instrumento non esset appositus, vt optimè per conciuem nostrum doctorẽ Gutierrez, in suo perutili tractatu, de iuramento confir. 1. part. cap. 56. n. 2. cum seq. aliquibus, & sic in executoria ante quam eius executio fiat debet per iudicem iuberi quod parti notificetur, & q
30 soluat †, alias malam executionẽ pronunciabit senatus, secundum Rebuf. 1. tomo constit. Fran. titul. de senten. executor. artic. 7. glos. 9. num. 12. pag. 365. Sed si dies solutionis esset appositus in instrumento nulla partis executãdæ citatio requiritur vt executio fiat, & ratio huius communis practicæ est, secundum Auend. vbi supra, quoniam post captionem pignorum, Hispanè, despues de hecho el entramiento de bienes, executatus ipse ante quam fiat vltima subhastatio bonorum ipsorum citatur reus ipse vt veniat ad respondendũ & allegandum quare non debeat fieri vltima substatio, prout in adiudicatione pignorum testatur Padilla, in. l. 1. nume. 19. C. de iur. & fac. ig. potest tamen Rebuf. vbi supra, intelligi nè sit opinio eius contra communem practicã, vt intelligamus ipsum Rebuf. loqui, quoties debitor ipse tempore captionis pignorum reperitur, tunc enim certioratur de executione petita, & quod pro ea perficienda nominet bona mobilia sufficiẽtia, vel si mobilia nõ habet nominet immobilia & præstet fide iussorem, de saneamiento, alias incarcerabitur, tunc enim faciendum est hoc si debitor ipse tunc temporis reperitur & executio fit in persona eius, si verò non fiat in eius persona, quia non reperitur tunc nulla est necessaria citatio vel monitio tẽpore executionis faciendæ, sed citatur postea, para remate, vt dictum est, & sic potest alio modo intelligi Rebuffus, vt non sit contrarius communi practicæ. Quæ quidem communis practica non solum intelligitur vt procedat in executione instrumenti, confessionis, vel priuatæ scripturæ recognitæ diem continentium solutioni signatum, verum & in executione
31 sententiæ † diem continentis pro solutione condemnationis, idque lege nostra attenta asserendum videtur, nam cum citationem non esse necessariam pro exequenda scriptura guarẽtigia, vel alio quolibet instrumento exequibili, vt patet ibi, que la escriptura o recaudo por que se pide deua ser executada, manifeste colligitur etiam in sententiæ executione citationem non requiri, nam verbum illud, o recaudo, in sententia verificari potest, & in quolibet alio instrumẽto ex equibili, præsertim cum ex. l. 1. istius titul. & lib. executio sententiæ & instrumenti publici æquiparetur, & eodem contextu disponitur exequenda esse instrumenta & sentẽtias, & sic æquiparatorum eadem debet esse iuris dispositio, & idem ius seruãdum est, & ita hoc vltimo fundamento tenuit hãc opinionem Dueñas, in regul. 94. limi. 4. & hanc esse cõmunem opinionem testatus

tus fuit Alex. in l. à diuo Pio. § in venditione. ff. de re iudic. quem refert & sequitur Gometi. in regul. cancella. apos. de subrog. collic. quæst. 4. in princip. quidquid velit in contrarium dicere Padilla, in l. 1. num. 15. C. de iur. & fac. ig. dum ibidem distinctione procedit, vt scilicet quod si executio sententiæ facienda est in alijs rebus quam in ea contentis tunc requiratur citatio, secus si in re in ipsamet sententia contenta esset executio facienda quoniã tunc citatio non requiretur, & hanc ibidem ipse Padilla, testatur esse regulam firmissimam & quasi murum quendam aheneum & communem ibidem testatur & fateor veram esse, sed quæro quomodo poterit sententia exequi in alijs rebus quam in sententia contentis, & si ipse Padilla vult intelligere esse alias res quoties pro specie quantitas soluenda est æstimatione iusta, non nè æstimatio specie non extante virtualiter continetur in sententia? igitur eadem est ratio in hoc casu, sicut si res & species extaret, item quia pro liquidanda æstimatione speciei non extantis non est necessaria citatio tempore executionis faciendæ, quoniam durante executione liquidari potest, imo nulla facta æstimatio datur sententia de remate, pro re illa & specie contenta in sententia executata, vel pro ipsius speciali æstimatione liquidanda intra sex dies, & sic siuè in alia siue in eadem specie extante executio sententiæ fiat nulla requiritur citatio pro executione sententiæ solutionis diem cõtinentis, & ita teneo, & sic video indistinctè fieri, dum tamen sententia illa sit lapsa in rem iudicatam vel habitam pro tali, vt diximus in dicta. l. 1. supra eo. bene tamen verum est quod sententia lapsa in rẽ iudicatam & executoria eius est notificãda condemnato non in vim citationis ad exequendum eam, sed in vim monitionis vt condemnatus soluat condemnationẽ intra terminum præstitutum in sententia & hoc ad effectum scilicet quod si in termino non soluerit executio sentẽtiæ fiat contra eum, vt inquit Rebuff. de lit. obligat. articul. 12. numer. 7. & 8. & à fortiori notificatio hæc fiet si terminus in sententia non est assignatus, vt assignetur per iudicem, & hæc notificatio indistinctè fit siuè executoria & sententia eius detur super specie aut re extante siuè nõ & ita tenendo cessant limitationes plures ex dictis per Menesium Padillam, in dicta l. 1. numero. 16 cum sequent. aliquibus: neque itidẽ erit necessarius libel-

32 lus † in petitione executionis sententiæ, vel cuiuslibet alterius instrumenti exequibilis, prout communem testatur Padilla, vbi supra, numero. 21. & Orosci in l. iubere caueri. ff. de iur. om. iud. numero. 16. colum. 555. siuè petatur talis executio sententiæ actione in factum, siuè officio iudicis, secundum gloss. fin. l. 1. titul. 27. part. 3. per text. in l. 1. & 2. supra isto titul. & libro, quicquid velit distinguere Bar. relatus per Suarez, l. post rem. 2. not. numero. 9. in fine, & Padillam, dict num. 21. ad finem, quantumuis Bart. distinctio cõmunis videatur ex Padilla ibidẽ, adhuc opinio dictæ glos. fin. tenenda est, quam & tenuit Suarez, vbi supra & indistinctè practica libellum non esse necessarium, sed quam libet petitionem in actis sufficere, præsertim attenta. l. 10. titul. 17. supra isto libr. 4. receptum est.

Ibi, [Mandando por el], ex ijs verbis colliges quod executio præsertim personalis non potest fieri absque iudicis man-

33 dato, imo & debet esse mandatum † in scriptis, secundum Bal. in c. cum parati, de appella. & in l. consentaneum. C. quom. & quando iud. & Bart in l. Palatinos. C. de loca. fun. pat. lib. 11. quos refert Carolus de Grassalis, lib. 1. Regal. Fran. iure. 8. pagin. 126. in paruis, & Baeça, de debito re inope. capit. 1. num. 33. & probatur ex l. 17. supra isto titul. & libr. iubente, mandatum executorium prius parti executanti, quam alguazello tradendum, & sic cotidie practicatur, nam absque mandato iudicis in scriptis dato nulla fit executio.

Ibi, [En bienes muebles], idem dic in semouentibus, ad quæ prius quã ad immo-

34 bilia † recurrendũ est pro executione facieda, mobilium enim appellatione & semouentia quoq; continẽtur, secũdũ tx. in l. mouentiũ. ff. de verbo. signi. & tx. in l. 10. versic. otrosi dezimos, tit. 33. p. 7. & probatur in terminis, ex tx. in l. à diuo Pio §. in vẽditione. ff. de re iud. & tx. in. l. 3. tit. 27. p. 3. imò & horum bonorũ illa capienda sunt

35 da sunt, quæ † minus noceant, secúdum glos. animalia, in dict. §. in venditione & tradit in aliud propositum Bart. in. l. alio hærede, num. 13. ff. de alimen. & cibar. lega. & communem testatur Maranta, in practica, titul. de executione num. 11. relatus per Villalobos, in suo ærario mille com. opi. litera. E. num. 244. & ideò vestimenta capienda non sunt nè nudi homines relinquantur, imò etiam si alia bona non adessent panni tamen non sunt capié
36 di † à persona honorata, secundum text. ita probantem in. l. 32. titul. 26 part. 2. secus si persona honorata non esset, nã tũc secundum illam. l. nudari posset, nunquã tamen vidi hoc fieri, neque permittendũ est quod fiat, & ita de iure statutum erat, prout licet videre, ex Dueñas, regul. 275. num 1. in delphinatu tamen non seruatur nostræ legis forma in capiendis bonis pro executione, secundum Guidon. Papæ, decisi. 281. neque itidem in nostro seruabitur regno, quoties ob non repertum emptorem creditori bona adiudicantur, tũc
37 enim creditor ipse eligere potest † meliora bona, secundum glos. in dict. l. 3. tit. 23. par. 7. aliter enim extrà hunc casum in nostro regno seruanda est dispositio nostræ legis & ordo capiendi prius mobilia, secundum glos. 3. in ea l. 3. Sed an si circa hoc ordo & forma nostræ legis non seruetur erit nulla executio facta ordine nostri text. prætermisso, debitore contra-
38 dicente & petente vt seruetur, † & videtur quod sic, quoniam text. noster nouã formam ponit, & sic omnia in eo contenta censentur esse de forma substantiali, ex doctrina Decij, relata per Telli. in dict. 2. part. l. 3. tau. num. 16. & per Octauianum in decisi. Pedamont. 164. num. 11. & omnis qualitas censetur esse de forma substãtiali, secundum Auenda. reponsi. 14. in fine & nouissimè post hæc tradit Molina, de primogen. Hisp. lib. 1. capi. 7. nu. 3. fol. 268. & ideò non potest per æquipollens
39 † adimpleri, secundum eund. Moli. in eo lib. 2. cap. 6. num. 37. fol. 257. & Octauia. vbi supra, num. 7. & sic actus factus contra talem legis formam nullus est, secundum eund. Molin. dict. cap. 7. nume. 4. & Octauia. vbi supra, num. 15. etiam si ignoranter factus sit, vt per eund. moli. libr. 1. capit. 9. num. 17. fol. 66. imò & non solũ si sit contra formam, verum & si præter formam, secundum Deci. in cap. prudentiam num. 4. de offi. del. & per consequẽs in nostrũ propositum vitiabitur executio cõtra legis nostræ ordinẽ in immobilibus facta, mobilibus bonis stãtibus & sufficiẽtibus pro solutione debiti, prout in propositum tenuit Auenda. cap. 17. prætorum num. 3. versi. ego vero, lib. 1. mihi tamen cum Ias. in dict. §. in venditione num. 19. & hæc placebat opinio præsertim lege nostra attenta, tamen eò quod partes executatæ non appellant à grauamine hoc tenerem & hodiè cum communi asserta per Ias. ibidem, scilicet quod nisi executatus contradicat & appellet ab ordine præter misso in executione bonorum valida erit
40 executio † facta in immobilibus etiam mobilibus stantibus, quam & magis communem testatur opinionem glos. in dict. l. 3. in glos. 1. titul. 27. par. 3. & Villalobos in suo ærario, litera E. num. 246. sequitur eam, & Rebuf. in dict. titul. de liter. oblig. art. 1. glos. 12. num. 3. cum. 3. seq. vbi nu. 4. inquit idem esse, quamuis bona excedẽ
41 tia debitum executatum † capiantur, vt scilicet non ex hoc executio sit nulla, sed appellatione opus sit, & ita in Francia vti asserit, & ordinatione statutum ob plures lites euitandas, posse executorem capere bona, quæ vellet, ex quibus prius pecunias extraheret, vt patet ex dictis per Rebuf. ibi art. 11. glos. 4. & quia cum ex. l. fi. titul. 17. supra eo. attenta veritate procedendum est, quo casu hæc secũda opinio clarior est, vt inquit Anto. Grauatius in annota. ad practicam cancel. apos. Octauiani Vestij lib. 8. cap. fin. num. 27. Notandũ tamen est quod militibus arma & scholari
42 bus libri non sunt capienda † pro executione, secundum glo. in. l. nepos Proculo ff. de verbo, sign. quam glos. commendat Rebuf. in dict. titul. de lit. obliga. art. 2. gl. 1. num. 94. cum pluribus seq. & in art. 6. glos. 3. num. 68. & iterum in art. 4. glo. 2. num. 16. & 18. idem in breuiario clerici
43 esse dicit, † potest tamen hospes, secundum eum ibi num. 19. retinere libros pro
44 expensis necessarijs † præstitis scholaribus: & in dict. num. 94. idem esse inquit in bonis tutoris pro pupilli debitis, pro quibus

bus tutoris bona capi non possunt, nisi & ipse tutor se suo etiã nomine obligauerit, vel nisi iniuste litigauerit, & in expensis pupillus condemnetur, nam pro expensis ijs potest tutor exequi, ex. l. non est. ff. de admi. tutorum notat Dueñas, in regula. 275. limi. 8. itidemque neque nobilibus arma neque equi, neque domus habitatio
45 nis † capi possunt pro executione secundum text. in l. 3. titul. 2. lib. 6. infra & in l. 9. titul. 1. eo lib. 6. & plura iura & DD. de hoc allegat cõciuis noster doctor Gutierrez, in suo tract. de iuram. confirm. 1. par. capi. 17. nu. 8. vbi. n. 9. inquit quod neque in fructibus præbendarum clericorum debet fieri executio stantibus alijs bonis, secus alias, vt & per Dueñas, dict. reg. 275. limi. 11. neque itidem in Rusticis boues laboratorij possunt capi pro executione,
46 neque animalia † aratoria, secundum tex. l. 3. titul. 27. part. 3. & l. 43. titul. 4. lib. 3. supra & in l. 4. titul. 13. par. 5. imponitur pœna contrarium facientibus, & tractat ampliando Rebuf. vbi supra. d. art. 2. gl. 1. num. 101. cum. 5. seq. Imo neque in concernentibus laborem Rusticorum potest fieri executio, secundum tex. in l. 5. & 6. titul. 17. lib. 5. infra sub pœna ibidem contenta & probat tex. in l. executores, & in auth. agricultores. C. quæ res pig. oblig. pos. & l. 4. titul. 13. part. 5. & l. 5. titul. 19. lib. 3. fori, ad hoc allegata per Dueñas, vbi supra, limi. 2. vbi plures alias limitationes prosequitur in propositum, quas referre longum esset. Aliqui tamen limitant supra dicta vt procedant existentibus alijs bonis, quam armis militum, nobilium, & libris scholarium, & bobus & aratorijs rusticorum, & fructibus præbendarum clericorum & breuiario eorum, secus tamẽ si nulla alia adessent bona quã arma, libri, boues, breuiarium & fructus præbendarũ
47 tunc enim & in eis posset † executio fieri, secundum glos. in. l. executores. C. quę res. pig. ob. pos. ad hoc allegatam per Didacum Perez, in. l. titul. libr. 4. ordi. col. 1361. in princip. & Rebuf. in dict. art. 2. glos. 1. num. 105. & Baezam, de debit. inope, capi. 16. num. 119. cum. 4. seq. & Auiles, capit. 1. pręt. verbo, nilleuaran, n. 10. & seq. & probat optima & singularis l. 3. tit. 27. partit. 3. & dicta. l. 5. titulo. 17. lib. 5. infra & probatur ex dicta. l. 9. titulo. 1. libro. 6. infra iuncta. l. 3. & 4. & eius confirmatione ibidem posita titul. 2. libro. 6. infra, vbi inquit tex. in dict. l. 9. militibus arma capienda non esse, quod supplet dicta. l. 4. in eius confirmationem, id verum esse nisi in casibus à iure dispositis & casus ij sunt, scilicet pro debitis & tributis regijs, & nisi in casu. l. fi. §. fi. tit. 17. li. 6. infra & itidem vbi alia bona quã equos & domũ & arma milites nõ haberent, prout dictum est, ex quibus, correcta videtur. l. 23. titul. 21. part. 2. probans arma militibus & equos non capienda pro executione etiam si alia bona non habeant, quod de iure communi glos. ibidem asserebat non esse statutum, & idem quod in dicta l. 23. videtur statui per text. in. l. 6. tit. 17. lib. 5. infra & sic quod ex dicta. l. 4. & dicta eius confirmatione correctæ sint, & miror de glos. illa. d. l. 23. q leges has. 4. & cõfirmatoriã eius ignorauerit, quas & allegare adhoc voluit sic tenens Dueñas, vbi supra, limi. 3. & in bobus & instrumentis aratorijs idem tenuit, idem Dueñas, ibi limi. 2 & Rebuf. dict. art. 2. glo. 1. num. 105. & supra relati DD. & tenuit in transitu conciuis meus Gutierrez, dict. cap. 17. nume. 8 nisi dicamus, vt correctionem euites, illam l. 23. & similes procedere & loqui, quoties milites sunt in actu belli, tũc enim
48 quantumuis nulla † alia habeant bona non sunt eis arma & equi capienda pro executione, nisi tantum pro tributis regi debitis, prout & in bobus aratorijs dispo- suit. l. 25. titu. 13. lib. 8. infra pro lege. 26. corruptè allegata in margine text. dict. l. 5. & 6. titul. 17. lib. 5. infra in qua quidem l. 25. disponitur, quod par boum & animalium, quibus cum aratur per rusticos, neque rustici ipsi capi possunt neq; exequi interim quòd durat tempus laboris panis & vini, prout ex text. in capit. fin. de treuga & pace, dispositum reperiebatur, quemadmodum neque doctori in actu le
49 genti † libri capiuntur, secũdum Rebuf. in dict. titul. de liter. oblig. artic. 4. glos. 2. n. 18. neque aduocatis dũ aduocant quã-
50 uis alia bona non habeant, † ex dictis, & ita moribus & sententia receptum inquit Baeza, de debitore inope, capit. 16. num. 151. neque scholasticis studẽtibus etiam si

si alia bona non habuerint, secundum Rebuf. de priuileg. scholar. priuilegio. 113. vbi plus scholasticos priuilgiatos reddit, quam rusticos, inquit tamen ibi quod pro expēsis victus libri retineri possunt, & co ti die per hospites inquit retineri, & an pro pensione domus remittit se, & idem Rebuf. in art. 4. glos. 2. num. 19. titul. de lit. obliga. & secundum hæc sunt declarandę l. 5. &. 6. dicti titul. 17. libr. 5. infra disponētes, boues aratorios & alia laborum instrumenta, non capienda rusticis quamuis alia nō habeant bona, nisi tantum pro debitis regi tributis, vel dominis ipsorum rusticorum, vel ijs à quibus prædia excolenda cō duxerunt pro redditibus illorum prædiorum, & tunc deficientibus alijs bonis, vt inquit illa l. 5. titul. 17. lib. 5. infra hæ etenim leges declarandæ sunt vt procedāt in hoc, durante tempore laboris & terræ cultiuatione pro pane seminando, secus verò eo elapso nam tūc capi poterunt pro quocunque debito etiam si alia habeant bona & quod ita leges illæ sint intelligendæ patet, quandoquidem super margine contexturæ earum lex illa. 25. dicti titul. 13. libr. 8. infra, inseritur, quasi declaratoria aliarum, & si non diffiteor leges illas. 5. & 6 plurimū facere pro opinione, quod nullo in tempore capi possint à rusticis res laboris & culturæ agrorum, quamuis alia bona eis non supersint, nisi tātum pro tributis regijs & dominorum suorum, eò q̄ dict. l. 5. in eius lim. ibi, saluo solamente, videtur constituere regulam in contrarium & lex illa 6. sequens, itidem hoc fauere videtur nè de superfluitate eam arguamus, & lex illa. 6. idem in armis militum & nobilium, & equis eorum statuit, & ex motu proprio Pij Quinti, in fauorem rei frumentariæ ac artis agriculturæ edito anno 1566. id confirmatum videtur quoad Romam & per milliaria ab ea. Ego tamen ex dictis legibus & ex supra dictis, & ex pra-
51 ctica communi, teneo, † supra dictis personis, militibus scilicet tempore belli, & aduocatis dum aduocāt, & doctoribus dū legunt & scholaribus studentibus, & rusticis tempore agriculturę & dum in actu & exercitio cuiuslibet harum personarum officij sui adest, arma, equos, libros, boues aratorios & omnia alia agriculturam concernentia respectiuè non esse exequenda neque pro executione capienda etiam si alia bona non habeant, lapso tamen hoc tempore tunc demum capienda si alia nō habuerint bona, excepto pro tributis regijs, vel dominorum, vel agrorum conductorum, pro ijs enim etiam si durante tempore belli, aduocationis, lecturæ, studij, vel agriculturæ possunt exequi dicta bona, in defectum aliorum bonorum, id que deducitur etiam ex text. l. 1. §. 6. titul. 6. lib. 6. infra vbi proponitur casus specialis in quo arma capienda non sunt militibus etiam pro tributis regum & dominorum, quantumcunque alia deficiant bona propter publicam & communem vtilitatem ex eis prouenietem tempore belli & necessitatis, ergo ab speciali sumpto argumento vera est supra dicta nostra propositio, quicquid voluerit nulla temporis distinctione adhibita dicere Baeça, de debitore inope capi. 16. num. 119. cum. 2. sequent. & Monterroso, in sua practica, tit. de la via executiua, in princip. & de ijs nouissimè tractat Menochius, de arbit. iud. lib. 2. centuria. 4. casu. 378. & Petrus Pekius, in tract. de iure sistendi cap. 5. num. 16. iudices tamen malè hæc obseruant, & fortassis quia executati tacent, iam enim semel feci quandam executionem factam in bobus de labor, irritam pronūtiari, quia debitores alia bona tunc habebant, & data fuit ad hoc in regio senatu regalis & ordinaria prouisio cum insertione dictarū legum, & non erat tunc tempus agriculturæ. Ex quibus intelliges & declarabis l. 8. in fine, titul. 14. lib. 6. infra simpliciter disponētē boues aratorios captos pro executione regij seruitij pauendos in aliquo loco, nam illa lex est intelligenda, in casu in quo alia bona deficiebant in quibus executio pro seruitio illo fieri posset. Et qui
52 dicātur in proposito † milites, dic quod illi, qui in actu belli sunt, prout sunt milites Sācti Ioānis, vel qui apti sunt ad vocitū regis bellū adire, quoties ad id ab eo fuerint vocati, vt in casu dict. l. 9. titul. 1. lib. 6. infra & sic milites pedestres, vel equestres in exercitio belli existentes & in seruitio regis vel alterius magnifici domini dediti exercitijs armorum, dicuntur hodie milites vt priuilegijs militaribus gaudeant, secun-

secundum glos. de cauallero in l. 49. tit. 5. part. 5. alij verò milites dici non potuerunt, secundum Didacum Perez, in l. 1. titul. 1. lib. 4. ordi. col. 1317. in fine, cum 2. seq & Auen in dictionario suo, verbo cauallero, in princip. & communem testatur Padilla, in l. 1. nu. 12. C. de iur. & fac. ig. habes tamen casum in quo milites actu vacantes bello non gaudent dicto priuilegio militari, in l. 32 tit. 26. par. 2. prout notat glos. los, in l. 23. tit. 21. part. 2. quæ notanda sunt quia noua & singularia.

Ibi, [con fianças], quas quidem fideiussiones si executatus non præstiterit incarcerari potest, & bona capta & executatà si mobilia aut se mouentia sint penes tertium aliquem sunt deponenda, & non relinquenda in potestate debitoris executati, nè forte alienet, vel occultet ea, prout probatur ex text. in l. 7. supra eo. & tenet Rebuf. in dict. titul. de liter. obliga. art. 1. glos. 14. num. 4. &. 5. nisi executatus ipse fideiussorem depositarium præstiterit de bonis illis non baratandis, eo enim præstito penes ipsum relinquũtur confecto in-
53 uentario bonorum † illorum, non tamé propter hoc excusabuntur fideiussiones euictionis, vulgo de saneamiento, de quibus loquitur text. hic in ijs verbis, con fiãças, sed præstandæ sunt omnino, ad alium enim præstantur effectũ, scilicet ne reus incarceretur: fideiussionesque hæ de saneamiento præstandæ sunt siuè executio
54 † fiat in rebus mobilibus, siuè immobilibus & eis præstitis non incarceratur executatus, & quare ita sit declarat nouissimè Baeza, de debitore inope capit. 1. nu. 27. quid tamen si mobilia hæc, vel se mouentia durante oppositione fuerunt tradita cuidam mercatori in depositum, cuius mercatoris domus cum bonis illis cõ-
55 busta est, cuius nè † periculo amittentur & hanc quæstionem mouet Rebuffus, in dict. titul. de lit. obliga. art. 5. glos. 9. num. 16. &. 17. & inquit quod periculo debitoris peribunt, ex. l. pignus. C. de pigno. act, sed si posteà creditor in sentẽtia succubuerit, in qua declaratum est executionem iniustè factam, periculo creditoris peribunt & tenebitur ad interesse, quod continebit æstimationem rerum amissarum, secũdum glos. & DD. in l. non omnis. §. si pullus, ff. si cer. pet. & text. in l. Titius, vbi Ias. ff. de præs. ve. Item & circa has desaneamiẽto fideiussiones videbis dicta per nos in l. 1. in glo. no sea, in 7. exceptio. supro, hoc titul. & lib. & vltra ibidem dicta, dic fideiussiones has præstandas per quemlibet executatum, qui pro debito capi & incarcerari potest, secus vero alias quoniam
56 tũc nõ teneretur † præstare eas talis persona, putà si est nobilis, & fidalgus, qui pro debito capi non potest, secundum tx. in l. 4. titul. 2. libr. 6. infra vel si sit mulier secundum text. in l. 8. titul. 3. libr. 5. infra vel aduocatus qui nobilitatis priuilegio gaudet, secundum glos. & cõmunem in l. miles. ff. de re iud. & ideò incarcerari pro
57 debito † ciuili non potest, secũdum Suarez, in titul. de los gouiernos, num. 6. pagin. 417. versi. quinto quæritur, & Baezã vbi supra, capit. 16. num. 150. &. 151. vbi dicit ita iudicari, & moribus recipi cessante dolo in abscondendis bonis, & nume. 153. quærit, quid si officio aduocationis talis aduocatus renuntiet, an tunc capi poterit pro debito ciuili, & dicit obtentum
58 renuntiationem † non valere: item & do-
59 ctor pro debito † non incarceratur, secũdum Hippoly. in practi. §. attingam num. 69. & Ant. Gom. in l. 83. tauri. nume. 17. & Brunum, de indicijs & tortura. 2. parte quæst. 4. num. 23. & Baeçam, latè, dicto cap. 16. num. 127. cum seq. vbi num. 154. quærit an vir. excellenti virtute præditus carcerari debeat pro debito, & Baeza, vbi supra, num. 137. ampliat etiam si talis doctor non legat adhuc tũc incarcerari nõ potest pro debito, & sic dicit consuetudine obseruari, & Auiles, in prooemio prętorum num. 21. &. 22. & per consequens erit idem quamuis non aduocet, imo &
60 vxores & filij doctorum † gaudent hoc priuilegio, secundum Hippoly. relatum & secutum per Auiles, in prooemio capi. pręt. num. 27. vbi quid in vxore licentiati imo neque pro delicto leui debet Doctor
61 † incarcerari, secundum Clarum, in practic. crim. §. fin. quæst. 28. num. 4. Doctor enim dicitur in dignitate constitutus cap. quanto, de magistris, notat Hippoly. hæc & alia allegans in l. edictum num. 6. cum pluribus seq. ff. de quęst. & ideò excusantur à munere recipiendi hospites in domo sua,

62 mo sit, † etiam si acta non legant secundum communem assertionem per Roland. consil. 66. numero. 36. & 37. vol. 1. vbi numero. 40. intelligit in doctoribus dictis, & an idem sit in licentiatis, † tradit idem Roland. consil. 11. numero. 21. volum. 2. idq; de doctoribus vlterius intelligo vt procedat in quacunque vniuersitate graduati sint hoc doctoratus gradu, etiam si non sit Salmanticæ, Pinciæ, Boloniæ vel in loco alio signato per. l. 8. titul. 7. libro. 1. supra neque obstat illa l. 8. nam vt ibi diximus solum loquitur quoad exemptionem tributorum vulgo, quanto al pechar, non vero quoad alia priuilegia quibus gaudebunt doctores graduati in quacunque vniuersitate, quoad alia enim priuilegia quam, quanto al pechar, ius comune remanet in suo esse, neque per illam. l. 8. corrigitur, prout ibidem dixi, quicquid & malè voluerit Auiles, dicto numero. 27. & Monterroso, in practi. titulo de via executiua, in principio, non considerantes verba & mentem illius. l. 8. & ideò doctor pro debito ciuili incarcerari non potest & per consequens non tenebitur has de saneamiento, præstare fideiussio-
64 nes. Et de nobilitate † doctorum vide optimè Guidonem Papæ, decision. 88. item & omnes personæ, quæ non tenentur nisi in quantum facere possunt, non
65 incarcerantur pro debito ciuili, † secundum Card. in capite ex parte, columna final. extra de appellatio. quem & alios refert ad hoc Auiles, in procemio capitũ pretorum numero. 27. folio. 5. & ante eum & melius Suarez, vbi supra, & Baeça de debitore capite. 17. numero. 33. 34. & 37. & quæ sint hæ personæ, declarat textus in. l. sunt qui in id, cum sequenti. aliquibus. ff. de re iudic. & in. l. 1. titulo. 15. partit. 5. & diximus in. l. 1. supra isto titulo in glossa, que no sea, itidem & ex eadẽ ratione clericus non incarceratur pro de
66 bito ciuili, † prout ex relatis per Baeçam vbi supra, post hæc mea scripta testatur conciuis noster Doctor Gutierrez, in dicto tractat. de iuramento confirmatorio in dict. capit. 17. numero. 7. & traditur per Carolũ de Grassalis, li. 1. Regalium Franciæ, iure, 13. pagina. 202. cum sequenti. in paruis, & an huic beneficio possit clericus sine iuramento vel cum eo renuntia-
67 re, † vide Guterrium, in dicto capite. 17. numero. 34. cum sequenti. Et an pro crimine clericus incarceretur vide per Clarum, vbi supra, numero quinto, cumque supra dictæ personæ, & si quæ sunt aliæ incarcerari non possint pro debito ciuili, non tenebuntur fideiussiones has de saneamiento præstare, quæ quidem præstantur, nè debitor executatus incarceretur, & ita ex. l. nostra clarissimè probatur ibi, siendo tal, & ita ante legem nostram & post eius promulgationem practicatur in dictis personis, præsertim circa nobiles: obiter itidem notandum est, quod in hoc casu facilior probatio nobilitatis, &
68 minor † sufficiet, quã sufficeret si quoad exemptionem tributorum ageretur, secundum Otaloram, de nobilitate, relatum & secutum, per Padillam, in. l. si ædibus numero. 8. & 9. C. de seruit. & aqua, quicquid velit & male dicere Baeça, in dicto capite. 16. numero. 124. vbi à numero. 122. incepit, & Didacus Perez, in. l. 7. glossa pen. colum. 1381. titulo secundo, libro. 4. ordin. imò non est dubitandũ quin iudices ipsi ordinarij, quibus coram executio tractatur, & pendet, idonei sint ad recipiendam in hoc casu probationem
69 super nobilitate † executati, & ad pronuntiandum super ea, eò quod per probationem hanc non præiudicatur Regi, neque eius tributorum solutioni, item & quia incidenter tunc de nobilitate agitur. & ideò quilibet iudex coram quo executionis lis tractatur, competens est ad cognoscendum & pronuntiandum super hoc nobilitatis articulo, neque est necesse adire superiores iudices de causis nobilitatum quoad tributorum exemptionem cognoscentes, prout aliqui iudices ignari asserunt, contra quos sic asserẽdo, tenent Auendaño, capite primo prætorum, numero. 33. versiculo ex hoc libro primo, & Gometius Leon, in sua centuria informationum iuris, loco. 99. & Otalora, & alij relati per conciuem nostrum Guterrium, in dicto capite. 16. nume. 7. cum sequent. aliquibus, dictæ. 1. partis tractatus de iura. confir. mat. vbi alle-

gat Otalorans ponétem formam proban di nobilitatem, in hoc casu, & in num. 14. cum seq. pluribus optimè ipse Guterrius fundat & declarat quod si nobilis hic abscondérit bona non gaudebit priuile-
70 gio † nobilitatis, quod & ante eum asseruit Baeça, de debitore capit. 16. numer. 125. & 126. vbi idem in clerico dicit, & num. 141. idem in doctore asserit, & nu. 142. testatur, idem esse si doctor, vel aduocatus legerent, vel aduocarent nè pos-
71 sent pro debito † incarcerari, quasi remedia procurata non prosint, sed obsint potius, quod intelligo verum quoties principaliter huius rei causa aduocarent vel legerent, secus vero si nō principaliter, sed in consequentiam putà lucrandi causa, & incidenter vt priuilegijs potiantur, tunc enim non perdunt priuilegia, quasi secus si nunquam aduocarunt vel legerunt, vsque dum debita contraxerunt, & in breui tempore solutionis hæc priuilegia allegarent, quoniam tūc fraus præsumitur & remedium procuratum & per consequēs dicto priuilegio non gaudebunt, sicut neque gauderet doctor indoctus, vel per re
72 scriptum † graduatus, secundum Baeçā, vbi supra, numer. 143. notandum est etiā quod interim quod disceptatur de nobilitate, vel doctoratu vel clericatu debent
73 in carcere detineri, relaxantur † tamen ab ea sub fideiusione de la haz, secundum quod asserit glos. de mandar, in. l. 41. titu. 2. part. 3. allegando Suarez, in titul. de los emplazamientos. §. 3. in fine numer. fin. pagin. 282. & Gutierrez, vbi supra, num. 6. & 29. & quæ sit hæc fideiusio de la haz, declarat Suarez, vbi supra, num. 3. ligamina tamen sub fideiusione carceris securæ executato soluenda sunt vt probatur hæc doctrina ex tex. in. l. 54. tit. 4. lib. 2. mei repertorij de cortes, quæ situatur sub. l. 34. tit. 5. de los adelantamientos, li. 3. sup. quæ quidem lex quāuis localis videatur, tamē vt in rub. illius tituli, de los adelātamiētos diximus, etiam in alijs locis debet practicari. vbi similis casus occurrerit, & ideò in hoc lex nostra per illam declarari potest, & de hac fideiusione de la haz, loquitur iterum ipse Suarez, vbi supra, versic. sed pone quæstione numer. 28. pag. 393. & Auend. in dictionario, verbo, almoneda, quicquid ipse Auenda. ibidem & male contrarium voluerit tenere, quem & reprobabat Gutierrez, vbi supra, num. 30. & quamuis ipse lege nostra attenta dubitet de hoc, pluries tamen practicatur executatum incarceratum solui à carcere sub dicta fideiusione de la haz, & sic semel vidi regia prouisione iussum executatos quosdam à carcere liberari sub hac fideiusione, de la haz, per certum tempus. Ob quas contrarietates scribentium, semper consulebam iudicibus reos executatos sub hac fideiusione de la haz, relaxantibus, vt facerēt fideiussores, de la haz, obligari, quod reum illum ad carcerem intra talem terminum præsentarent siuè viuū siue mortuum, alias quod remanerent pro fideiussoribus de saneamiēto, & hoc nè fortè iudex residentiæ, cui hæc opinio Roderici Suarez non placeret, condemnaret iudicem in debiti solutione ob hoc quod reum incarceratum sub fideiusione, de la haz, à carcere dissoluit contra nostrum text. & extra carcerem reus mortuus fuit, quiquidem si in carcere moreretur, vel ad eā mortuus reuersus fuisset iudex hic qui impleuit ex parte sua illum in carcere mortuum præstando, vel si mortuus non fuit per fideiussorem, de la haz, ad carcerem reuersus, remansit pro fideiussore de saneamiento, liber est à debito nihilque ei imputari potest, & nota tu iudex hanc cautelam, nè fortè dū amico faues debitum soluas.

¶ Alios duos casus vbi quis pro debito
74 ciuili capi † non potest. vide per tex. in. l. 10. & 11. tit. 7. lib. 6. infra.

Ibi, [Y que en defecto de las dichas fianças], ex ijs verbis notari & probari potest quod quamuis anteà ad capturam personæ non deueniebatur in causa ciuili nisi in defectum bonorum, & sic in ea excussio bonorum, vt persona capi posset, re-
75 quirebatur †, secundum gloss. l. tertia. §. tutores. ff. de susp. tut. ex text. in. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & in cap. 2. extra de pignor. notat Roman. consil. 242. secutus per Gassan. in consu. Burg. rubric. 5. §. secundo, in versic. Romanus, numero. 13. foli. 206. & Ripam., in. l. obligatione, numer. 20. ff. de pignori. dicentē hanc esse communem opinionem dūmodo secun-

do secundum casu. dict. num. 13. habens bona sufficientia ea offerat sponte, & hoc probari videbatur ex. l. 3. titul. 16. libr. 5. infra quæ etiam informationem debiti requirit, & probat nouissimè Baeça, de debitore inope cap. 1. nu. 26. & 27. & Rebuf. in dict. tit. de lit. oblig. art. 11. glos. 3. nu. 1. 2. & 3. & Carolus Grasallis, lib. 1. Regalium Fran. iure. 13. pagi. 189. in paruis, ex lege tamen nostra secundum aliquorum literalem considerationem in via executata quanuis executatus habeat sufficien-
76 tia bona pro debiti solutione † capi potest & incarcerari si non præstiterit fideiussionem de saneamiento dummodo sit de personis executatus hic, qui capi pro debito possunt, idque ex verbis nostris probari videtur, & in Francia quanuis persona non sit obligata ita vti asserit Rebuf. vbi supra, num. 5. & 6. & Auen. in dictionario verbo, almoneda, & in Tuscia seruari inquit Ripa, vbi sup. n. 28. neq; sufficiet
77 iuratoria † cautio, ex traditis per Rebuf. in dict. 1. tomo, tit. de sen. execut. art. 1. glos. 16. num. 13. cum seq. aliquibus, & Auen. in titul. de las excepciones, nu. 36. in princ. & diximus in. l. 4. num. 193. sup. isto tit. & lib. præsertim si ex causa iudicati debitũ descẽdat, quoniã tunc incarcerari potest debitor, secundum text. in. l. 4. titul. 15. partit. 5. notat Baeza, de debitore inope capit. 1. numer. 30. quæ adeò vera videntur, quod etiam si debitor non obligauerit personam adhuc tunc si fideiussiones has de saneamiento non præstiterit, hodie ex lege nostra incarceratur executatus non præstans has fideiussiones quamuis personam nõ obliget, prout in Francia vti asserit Rebuf. vbi supra, & sic videmus vti in Hispania, & hoc nulla alia ratione, quam nè executatis tribuatur occasio nominandi bona non sufficientia vel aliena, & fugiendi facta nominatione & sic circumueniatur creditor & iudiciũ reddatur nullum prout consideratũ post hæc vidi per Auen. in. d. dictionario, verbo, almoneda, & Baeçã, vbi sup. n. 27. ego
78 tamẽ altius hęc cõsiderãdo teneo † legẽ nostrã cõmunẽ opinionẽ supra dictã nõ corrigere, & sic q̃ debitor executandus si personã in instrumento executãdo non obligauerit non possit incarcerari si bona sufficientia & sua pro executione obtulerit, neque obstat lex nostra, quæ cõtrariũ videtur disponere dum incarcerari executatum iubet si fideiussionem de saneamiẽto non præstiterit, quoniam loquitur & procedit in casu in quo non constet bona executata sufficientia esse & propria ipsius executati, & quia tempore, quo executio fit id non potest constare, quia executatus non habet probationem in promptu incarceratur statim facta executione si fideiussionem de saneamiento non præstiterit, hac tamen præstita informatione quia tunc constat bona esse sufficientia non incarceratur executatus eam præstãs ex quo notabiliter Baeça, vbi sup. nu. 29. cum Auend. in dict. verbo, almoneda, & Cerdam de Tallada, en la visita de carcel, capi. 8. num. 5. & 6. inferunt & verè, scilicet quod si executatus incarceratus non reperit fideiussorem de saneamiento, proferat tamen citato creditore testes affirmantes bona, quæ pro executione facienda nominauit esse sua, & sufficientia pro debito, dimittendus & relaxandus est à
79 carcere quamuis dictam fideiussionem † de saneamiento non præstet, & hoc nulla alia ratione quam quia cessat dicta ratio supra assignata ad text. nostrum eludendi creditorem, lexque nostra non censetur alterare dictam communem opinionem supra relatam, & per consequẽs cessat nostræ legis dispositio, & hoc verum esse crederem etiam si debitor personã suam obligasset, quoniã cõuentio hęc obligãdi
80 se ad carcerem † non valet, prout est cõmunis opinio secundũ Ripam, in. d. l. obligatione, n. 24. cũ. 4. seq. ff. de pigno. & sic ex. d. l. 3. titul. 16. lib. 5. infra nullus debitor tenetur, se arraygare & latine radicare, nisi præstita informatione de debito, & tunc nõ potest incarcerari nisi cõstiterit bona non habere & radicare se nõ posse, igitur si bona habet, vel si nõ habet radicat se pręstita dicta informatione, ergo est ibi tx. pro hac opinione mea & nouissima & vera, & tenenda quãdoquidẽ per eam reducimur ad metas iuris communis & eius correctionem euitamus, cessatq; in hoc casu ratio nostri tx. aliam vero rationem, quam supra dictæ illationi reperies assignatam per Baeçam, & Auen. vbi sup.

scilicet quia testes ij affirmantes bona esse sufficientia & propria debitoris executati sunt quasi nominatores & tenentur si id non sit verum, quia regulariter vera non est, vt videre licet ex dictis per nos in.l.13. titul.9.lib.3.supra nu.13.non refero eam ad plenum, quia hæc non est vera ratio dictæ illationis, sed quia cessat nostræ legis ratio in hoc casu, quæ sunt noua & singularia & non passim cognita: & hæc ante sententiã de remate procedunt, lata enim sententia de remate etiam si debitor offerat fideiussiones has de saneamiẽto, & per consequens testes affirmantes bona esse debitoris & sufficientia non sufficeret vt relaxaretur à carcere nisi offerat emptó-
81 rem bonorum † ex cuius pecunijs condemnatio soluatur, secundum glo.de mãdar.l.41.titul.2. part. 3. vel sit aliquis extraneus, qui bona emat & soluat, & hoc non ex vi obligationis, sed ex vi condemnationis, nã iudex non potest incarcerare
82 reum nisi post † condẽnationẽ secundũ Bart.l.cum eo.ff.ad.l.iul.per.l.1.cap.qui bon.ced.pos.quem sequitur Ang.& Pau. l.2.C.de exhiben.reis, relati per Cerdam de Tallada, en la visita de carcel, cap.9.numer.12.& quia tunc realiter constat bona non sufficere quandoquidẽ non adest emptor eorum, neque debitor præstat emptorem, & notanda sunt supra dicta ad subleuandum anxium debitorem incarceratum pro executione, & quamuis iudicibus ignaris hæc insulsa videantur, doctis tamen aliter videbuntur.

Ibi, [Sea preso], & sic quamuis de iure ciuili creditores nullum ius habebant in personis debitorum, vt in.l. fin.in fine.ff. de liber. hom. exhib. prout in proposito notabat Auendaño, in titul. de las excepciones numer.12.& ideò capturæ locus non erat nisi deficientibus bonis, vel non sufficientibus prout supra glos. proxima dixi, hodie tamen secundum aliquos in executiuis locum habebit captura, quantumuis debitor bona habeat personaque obligata non sit, vt ibidem retulimus aliquos dicere, lex enim nostra nullam personę requirit obligationẽ, & bona pręsuponit debitorem habere, igitur ex tx. nostro hæc probantur, & sic statuta terrarũ disponere asserebat Paul. Cast. in.l.alia.§. eleganter.ff. sol. mat. idq; statuto & lege
83 fieri posse † testatur Rebuf. vbi supra, tit. de lit.oblig.art.11.glos.3.n.18. vbi à nu. 14.posuit casus vbi licita erat de iure ciuili captura personæ à quo desumpsit Auẽ. in dict.titul. de las exceptiones num.13.
84 Praxique & consuetudini capiendi † debitorem standum esse testatur Paul. in.l. 1.cap.qui bon.ced.pos.relatum per Baeçam, de debitore capit.5.num.43.neque secundum eum ibi practica hodierna attẽta vlla requiritur bonorum fideiussoris excussio, imo & quod plus est, quod quoties reus & fideiussor erãt ad corpus obligati, quo casu etiam iure ciuili attento capi poterant pro executione, hodie quamuis nõ sint ad corpus obligati, ita & fideiussor sicut reus capi poterit, quamuis reus captus sit, si fideiussor renuntiauit, authen.præsente.C.de fideius.tunc enim captura rei
85 nõ liberat † fideiussorem, vel è contrario licet solutio sic, secundum Bald.in cap.cõtingit col.5.de dolo & cont.secutum per Rebuf.in dict.tit.de lit.oblig.art.11.gl.3. num.24.& per Baeçam, in dict.cap.5.nu. 39.& ideò in instrumẽtis publicis, vel priuatis si non vis personam tuam esse obligatam & nè incarceretur, debes in scriptura id protestare, hæc tamen quamuis secundum aliquos ita sint, debẽt tamẽ intelligi secundum quod in glos. supra proxima diximus, vt nõ procedãt, quoties reus executatus præstat fideiussionẽ de saneamiẽto, vel informationẽ quod bona executata sunt sua propria & sufficientia pro debiti solutione, nã tũc nõ incarceratur, sed relaxatur à carcere, nõ tamẽ sufficiet iuratoria cautio ex dictis per nos in.l.4.n. 193.sup.isto tit.& li.& in præcedẽte glossa, n.77.sed an & hęres debitoris capi po-
86 terit pro debito defuncti, † quãdoquidẽ in hęredẽ potest fieri executio, quẽadmodũ & in testatorẽ poterat, vt in hoc titul. dictum remanet in.l.1.in glo. que no sea, in.6.oppositione supra, isto titu.& libr.& latè tractat Rebuff. d. titul.de lit.obligat. articul.3.glossa.2.per totam & Baeça, de debitore inope.capit.6.numero.1. cum seq. vbi numer.7.in fine id ad eò esse verum dicit, quod ex tali executione decima debebitur executori, quemadmodum deberetur si defunctus ipse esset executatus

cutatur, idque cũ Minchaca, sibi placere dicit ipse Baeça, & verum dicit nam co tidie sic practicatur, & redeundo ad quæstionem propositam videtur dicendum quod capi possit hæres, sicut & defunctus poterat ex dictis per Rebuf. vbi supra art. 3. glos. 2. num. 10. & hæc est magis recepta opinio secundum Cerdam de Tallada en la visita de carcel, cap. 10. num. 2. ad tamen verum est si hæres hic non sit minor 25. annorum nam si minor est incarcerari non poterit, † prout est mirabile dictũ Angeli, in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. li. 10. & Roma. consi. 120. relatos ad hoc per Cerdam de Tallada, in dict. visita de carcel, cap. 10. nume. 3. & idem erit in hærede maiore. 25. annorum inuentariũ conficiente † intra iuris terminos & secũdum eos vel populi consuetudinem, eò quia tunc non tenetur vltra vires hæreditarias, vt inquit Rebuf. in dict. art. 3. glos. 2. num. 32. qui sic intelligendus est in eo quod dixit in num. 13. 25. & 31. & hoc est vnum de beneficijs inuentarij, eò quia tunc separat patrimonium defuncti à patrimonio huius hæredis & diuidit actiones & ideo hæres acceptans cum bono inuentarij & illud faciens secundum terminos iuris vel loci consuetudinem non potest pro debito defuncti capi & incarcerari quamuis in bonis defuncti executio fieri possit, secundum Bald. & alios in l. fi. §. & si præfatã. C. de iure delib. & alios plures relatos per Rebuf. vbi supra & per dictum Cerdã de Tallada, en la visita de carcel, cap. 10. nume. 3. 8. & Baeçam, de debitore inope cap. 6. num. 16. vbi num. 17. inquit quod captus detineri poterit vsque dum inuentarium demonstret, eo tamen demonstrato capi non potest pro debito defuncti, dum tamen bona nõ occultauerit, † secũdum Baeçam, ibi num. 18. & Bart. Socin. in consi. 120. num. 18. lib. 1. & Beroi. quæst. fami. 57. & tunc inuentario facto in termino executio facienda est in eo tantum quod hęredauit secundũ Baeçam dict. num. 17. & probatur ex l. 7. tit. 6. par. 6. & tenet Sebastianus medi. in tract. mors omnia soluit, 3. par. nu. 12. Ex quibus primo cauẽdum est à Beroio, vbi sup. & Auẽ. in titu. delas excepciones, numer. 25. dicentibus quod imo tunc in nullo esset facienda executio cõtra heredẽ, nam in contrarium est veritas ex dictis & secundo cauẽdum est à Sebastiano medicis vbi supra in. 2. parte, nume. 57. dũ dicit q etiam si hæres nõ faciat inuẽtarium non incarceratur, nam male dicit, & DD. quos ad hoc allegat hoc nõ dicũt, sed potius cõtra riũ, & secundũ hæc intelliges dicta p Anton. Gom. in l. 64. tauri num. 4. & secũdum hæc exceptio inuentarij confecti, si hæres in solidũ cõueniatur, opponi potest in ipsa executione † sententiæ post rem iudicatam, cum non perimat sententiam sed eam intra certos limites contineat, prout est communis cum Bart. in l. cum fidei commissum nu. 1. ff. de confes. etiã fr. Albert. in l. fi. num. 18. C. de iure delib. contrariam communem dicat scilicet q ante sententiam esset proponẽda non vero post, prout refert Padilla, in l. 1. nu. 4. C. de iur. & fac. ignor. Est tamen verum quod inquit Suarez in d. postrem ampli. in l. regiæ col. 4. quod intra tempus conficiẽdi inuentarium hæres exequi non potest, † quem & alios allegãdo sequitur Baeça, in dict. capi. 6. num. 17. ad finem, & Boerius 324 decisi. & Rebuf. in dict. titul. de litt. obli. art. 3. glos. 2. num. 21. & Ant. Gom. l. 64. tauri num. 4. & facit ex iuncta glos. mandado in dict. l. 7. titu. 6. part. 6. & hoc verius esse testatur Meneses, in l. eã quã n. 113. C. de fide. Coma. & Capella Tolos. 257. neq; l. fi. tit. 13. p. 1. & l. 13. tit. 9. p. 7. † disponentes hæredem non posse cõueniri nisi lapsis nouẽ diebus à morte defuncti, intelligendum est quod sint contrariæ dictæ l. 7. & supra dictis, sed potius per illam l. 7. sunt supplẽdæ vt etiã idẽ sit intra tempus cõficiendi inuentarium, nõ est enim tamẽdum arg. in contrariũ ab ijs de legibus vt corrigamus. d. l. 7. sed potius omitti debet dictũ argumẽtũ ad euitandã correctionẽ, non est enim nouũ leges posteriores p priores intelligi & è cõtra, nihilominus tamẽ licet hęc dici possint, dicta tamẽ l. fi. nõ patitur hãc declarationẽ, ideò verius credo q lapsis illis nouẽ dieb⁹ à morte defuncti possit hęres cõueniri & exequi p creditores defuncti, prout tenet Did. Perez, in l. 4. tit. 8. li. 3. ord. col. 1077. in fine cũ seq. neq; dicta lex. 7. est contraria huic doctrinæ, eò quod non loquitur

respectu creditorum, sed tantũ respectu legatariorum, qui quidem intra tempus conficiendi inuentarium non poterunt conuenire hæredem pro legatis, ita dictã l.7. intellexit Auend. in dict. titu. de las exceptiones num. 25. versi. & inquantum, & est singularis & literalis intellectus ad l. illã, quamuis glos. mandado, in ea l. 7. eã etiam in creditoribus loqui asserat, ipse tamen hæres alios conuenire poterit etiam
93 intra illos nouem dies † à morte defuncti secundum Boeri. decisi. 53. num. 4. & addition. Suarez, in dict. 1. ampli. num. 5. secundum quem addition. in num. 8. talis debitor conuentus ab hærede, poterit hæredem ipsum tunc reconuenire intra il
94 los † nouem dies, aliam quæstionẽ vide per Afflictis, decisi. 372. num. 6. cũ. 2. seq.

Ibi, [No siendo tal], & quis sit iste supra in gl. con fianças, dictum est, & ex ijs verbis, desumi potest regula optima scilicet, quod omnis ille pro debito ciuili executa
95 tus potest incarcerari, qui expresse † in iure exemptus non reperitur vt non incarceretur, quamuis aliud de iure ciuili distingueretur vt licet videre per Ferraram in practica, in forma execut. sent. diffin. glos. 1. versi. pro cuius latori, quæ quidẽ regula est addenda ad alias plures, quas descripsimus in princip. titul. 1. lib. 2. supra, vbi non est locus nisi in casibus à iure expressis, & declaratur ista regula ex dictis in duabus glossis supra proximis.

Ibi, [Y por esta forma], sed an si forma hæc non seruetur erit nulla executio ex dictis supra in princip. huius. l. in glos. en los bienes, decerpes.

Ibi, [Dados los pregones sea citado el deudor para remate], ad hãc enim subhastationẽ, quæ vocatur, el remate (donec enim res subhastata tradatur emptori non dicitur facta eius executio vel entrega) citandus est debitor antequam bona vendãtur, secundum Auend. in dictionario verbo, almoneda, versi. & quod requiratur, & in hac iterum diximus lege, sic intelligendũ dictum Angeli. in l. si sic. §. 1. de leg. 1. & reprobans ipse Auen. Suarez, aliter Angelũ ibi intelligentem, & probatur intellectus hic ex tex. nostro, & hic semper stylus est & practica communis citandi, para remate, postquã præconia præstitã sunt, & eorum terminus lapsus. nisi in locis de los adelãtamiẽtos, quoniã in eis tẽpore quo fit executio citatur executatus para el dicho remate, vt disponitur in l. 42. tit. 5. lib. 3. supra quæ quidem lex cum localis ibidem obseruabitur, & in alijs locis legis nostræ dispositio. Ex quibus infero ꝙ si bona illa in quibus executio fuit facta sufficientia non fuere pro totius debiti solutione, & hãc de causa pro residuo in alijs debitoris bonis de nouo executio facta fuerit, debet pars executata iterum de nouo citari, para el remate de aquellos bienes, in quibus nouiter pro residuo debiti
96 fuit executio meliorata, † etiam si prima executio fuerit facta, en boz y en nõbre, de todos sus bienes, & ita videtur meo iudicio sensisse Rebuf. in dict. tit. de lit. obligat. art. 5. glo. 3. nu. 1. 2. 3.

Ibi, [Si pudiere ser auido], ex ijs verbis reijcienda videtur quædam pessima & iniqua consuetudo, vel potius corruptela citantium & iudicum permittentiũ citationem, para remate, fieri in domo debitoris quãuis debitor sit in populo & citari possit faciliter in persona, & ansam acceperunt ex lege nostra ad domum citari permittẽtẽ non attendentes ad verba hæc, si pudiere ser auido, sed tantũ corticem literalẽ legentes, cum ad substantiã horũ verborum deberẽt aduertere in re ita grauis præiudicij in qua citatio faciẽda est in persona si haberi potest, sin autem haberi nõ potest, quia debitore perquisito in domo & in populo, non fuit repertus, tunc ad-
97 domũ † ex permissione nostræ legis poterit fieri & ex iuris itidem ciuilis dispositione, prout fuit hæc sentẽtia Ricar. Mal. Dyni, Bart. & aliorum in. l. 4. §. prætor. ff. de dam. infecto, & aliorum pluriũ relatorum per Lanfrancum, in capit. quoniã cõtra, tit. de citationi. nu. 9. de probatio. & tenuit Gregorius dicens ita seruari in l. 1. verbo, ca estos, tit. 7. p. 3. & hęc est communior secundũ Alex. in d. §. prætor & Afflictis, in cõsti. Sicil. li. 1. rub. 96. § 1. n. 1. vbi inquit ꝙ debet nuntius referre, ꝙ in loco nõ reperitur, ideò citabit eũ in domo & ꝙ omissio huius perquisitionis reddit processum nullum, persona enim non inuenta, tunc ad domum potest fieri citatio
98 † siue in ciuilibus siue in criminalibus,

prout

prout comunem testatur Padilla, in l. si tamen num. 3. & 4. de lega. 2. persona tamē si reperiri potest nullo modo est ad domū facienda citatio quoad bonorum venditionem, secundum Additi. Rotæ Nouæ 1. & 2. de dolo & contu. vbi optimè declaratur quando valeat citatio ad domum & post hæc vidi de ijs differentē Afinium in practica. §. 6. capit. 1. 2. & 3. neque hoc est censendum legem nostram corrigere, sed potius velle secundum istud disponere, scilicet vt tunc demum citatio, para remate, in domo executati fieri posit, quoties citatus in domo & in populo perquisitus reperiri non potuit per apparitorem, & quod apparitor de hoc præstet fidem in processu, hæc enim verba, si pudiere
99 re ser auido, conditionem † important, de qua prius debet constare, secundum Cardi. in Clem. 1. quæst. 13. de offi. del. & Bar. in dict. § prætor. num. 5. & Abb in cap. causam, nume. 6. de dolo & cont. dictio enim illo, si conditionem importat, & ante implementum conditionis non potest deueniri ad subsidiariam domus citationem, præsertim in re grauis præiudicij prout est hæc, ex quo inquit Maranta, in practica, titu. de citatio. n. 126. pag. 381. quod hæc forma citandi ad domum si persona reperiri non potest, importat quod nuntius faciat primo, omnem suam diligētiā in perquirendo citandum per ciuitatē
100 † vt posit eum citare personaliter, & vltimo loco quando eum reperire non potest, tunc citet eum in domo, aliter enim non valeret citatio, quia excedit formam cōmisionis legis nostræ, eum in domo citare permittentis si persona reperiri non potest, & hanc ibidem Maran. cum Alex. in dict. §. prætor. colum. 1. testatur communem opinionem, & relatio nuncij citantis, secundum Marantam & Abb. vbi supra, similiter debet esse clara, vt dicat & fidem præstet quod perquisiuit eum in ci
101 uitate, & in domo † & non inuenit, & ideò in domo citauit, aliter enim relatio nuncij non valeret, secundum Alex. consil. 2. vol. 3. vbi plus dicit in col. 2. ꝙ debet nuntius addere, ꝙ citauit eū in domo solitæ habitationis, & tenet Tyraq. de retract. tit. 1. §. 9. gl. 2. n. 25. imò & solēt nūcij citātes referre, qualiter iuerunt ad domum citati, & non inuenerunt, sed vxorē vel famulum, quibus dixerunt postquam ab eis quæsierunt vbi esset, & dixerunt ꝙ foras, qualiter citabant eum ad hoc vel illud ad petitionem talis, secundum Rebuf. in dict. 3. tomo, tit. de citatio. art. 2. glo. 3. num. 9. & melius in art. 5. glos. 5. vbi po-
102 nit formam relationis, † quam debet facere nuntius citans, de quibus & traditur per Tyraq. in dict. titul. 1. §. 8. glo. 9. n. 24. cum. 3. seq. vbi nu. 23. tradit an credatur
103 nuntio † dicenti se non reperisse citatū ideò ad domum citasse, qui in eo. tit. 1. §. 9. glo. 2. num. 43. & 44. pag. 373. inquit receptiorem esse opinionem & veriorē quod perquirenda est persona citati, vt ad domum citatio facta valeat; vt & per Rebuf. in dict. gl. 3. nu. 1. & seq. vbi in glo. 1. num. 2. & 3. inquit vbique in Francia Italia & Hispania ita seruari, & allegat ad hoc Montaluum, in quadam lege fori, & è nostris testatur hanc esse communē practicam Auenda. in titul. de las exceptiones, num. 27. & in dictonar. verbo, almoneda ad finem, vbi in fine hoc declarat, nisi citatione facta ad domum non perquisito citando, ipse citandus compareat, & alleget de iure suo, nam tunc conualidatur citatio, & inualida citatio per comparitio
104 nem † citati validatur, vt inquit Hippoly. in l. de vno quoque numero. 43. ff. de re iudi. & comunem testatur Balbus relatus per Villalobos, in ærario, litera C. numero. 82. & idem erit si citatio domī facta contra dictum ordinem peruenit in notitiam citati tempore, quo potuit comparere & non comparuit, quoniam tunc
105 ita præiudicat, ac si legitimè † facta esset, secundum Rolan. Valle. consi. 47. nu. 22. & 26. lib. 2. & Vanti. de nullitatibus, titul. quibus mod. sent. nulla repa. pos. nu. 122. cum sequent. vbi ponit qualiter pro-
106 betur † ad notitiam peruenisse, & tenet Tyraq. in dict. §. 9. glos. 2. n. 16. & Boeri. decis. 235. numero tertio, & quomodo seruiens citabit si non ingrediatur domū
107 citandi, & an posit domum † ingredi, tradit Rebuff. in dicto titulo. de citatio. articul. 2. glossa tertia, numero. 19. cum sequent. Est tamen verum, quod si in forma commisionis citandi, dicatur, quod citetur personaliter si reperiri potest,

& si non potest reperiri citetur in domo,
& nuntius referat se citasse secundum q
in commissione ei praeceptum erat, cre-
108 dendum est ei, † secundum Marant. in
dict. num. 127. & ita in practica seruatur
quamuis alij contradicant, secundum Re
buff. in dict. titul. de citatio. art. 2. glos. 3.
num. 26. & 27. aliter enim si commissio
citationis non est facta dicto modo, in du
bio nuntio referente se citasse ad domum,
109 non est intelligendum in subsidium †
ob non repertum citandum domi eum ci
tasse secundum Deci. in capit. cum parati
n. 10. extra de appellati. fol. 298. vbi hoc
singulare esse dicit, imo & quod plus est
quod si esset notorium reũ dimisisse pro-
curatorem, debet procurator prius citari
110 quam citetur ad domum † domini, se-
cundum Bart. in dict. §. praetor nume. 16.
& Rebuf. in dict. art. 2. glos. 1. num. 4. &
5. vbi inquit quod tunc procuratore non
reperto fiet citatio in domicilio procura-
toris de consuetudine Franciae, licet DD.
dicant in domicilio partis & melius si pro
curator nunquã cõparuit, alias enim in do
mo procuratoris semel comparentis fiat,
sed si procuratorem non dimisit facien-
da est citatio in persona si reperiri potest,
quia est negotium grauis praeiudicij, ex
dictis per nos in l. 1. verbo, en persona ti-
tulo. 11. supra isto libr. 4. & haec de iure
statuta sunt, prout ex dictis vides, & sin-
gulariter ex Speculat. in 2. parte, titul. de
citatione, §. sequitur. nu. 14. vbi describit
citationis ordinẽ seruandũ, scilicet quod
111 perquiratur & citetur † in persona, &
si non inueniatur citetur procurator eius
si quem dimisit, quia sin minus citandus
est in domo si perquisita persona eius re-
periri non potest, & tũc famulus vel vxor
vel vicini certiorandi sunt de citatione &
ad quid eum citat nuntius, & debet de ijs
omnibus nuntius relationem facere, & q
in domo solitę habitationis citauit, & hęc
omnia seruanda sunt & in processu appa-
renda, aliter enim citatio ad domum fa-
cta non valet, quoniam citatio domi facta
112 nulla est nisi in casibus à iure † expres-
sis, secundum Abb. capi. fin. num. fin. de
eo qui mit. in pos. & ibi eius addition. Qui
bus non obstat dictum Bald. in l. consen-
taneum, nume. 38. C. quom. & quando
113 iud. † asserentis, consuetudine esse ob-
tentum quod de recto ad domum itur, &
in domo fit citatio, neque est necesse per-
sonam requirere, & ita seruari asserebat
Follerius relatus & secutus per Iuliũ Cla-
rum lib. 5. selectarum sent. §. fin. quaest. 31.
versi. sed nunquid, & in toto regno serua
ri asserebat Maranta, in pract. dict. tit. de ci
tatione, nu. 126. & 128. & in Francia vti
asserit Tyraq. dict. tit. 1. §. 9 glo. 2. nu. 49.
nam id intelligendum est secũdum supra
dicta scilicet postquã reus fuit perquisitus
& reperiri non potuit, aliter enim totum
contrarium vti in Francia, scilicet quod
non sufficiat directa citatio in domo, asse
rit Rebu. vbi sup. d. art. 2. gl. 1. n. 3. & gl. 3.
per totã, vbi n. 3. inquit q sufficit in Frãcia
perquiri citatum in domo postquam per-
sona perquisita est & non reperta neque
requiritur quod in tota ciuitate perquira
tur, sed hoc non est contrarium supra di-
ctis, & sic secundum hoc debent supra di
cti DD. Baldum & seq. intelligi vel dicto
modo per nos relato, & si bene Baldus in
spiciatur, ita loquitur & non aliter, vel lo-
quitur Baldus respectu statutorum dicen
tium citetur in persona, vel in domo, nã
114 tũc vnum † horum sufficeret, secundũ
Rebuf. dict. glos. 3. nu. 1. & 2. & 3. & Ma
ranta, vbi supra, nu. 126. iunctis dictis per
eum ibi nu. 128. & Lanfrancum cap. quo
niam contra, tit. de citatio. num. 9. in me-
dio, & ibi additi. allegat Mathesil. imò &
tunc de iure, secundũ quod talis constitu
tio & statutũ tale essent intelligẽda, com-
munior est opinio secũdum Tyraq. infra
allegandum, quod debet prius perquiri
115 persona citandi †, & est Tyraq. in dict. §.
9. gl. 2. n. 44. & n. 50. vel posset & secun
do Bald. doctrina procedere, quoties quis
semel fuit citatus in persona, & cõparuit
in iudicio, & citatur posteà in domo, nam
116 tũc valida esset haec † citatio, secũdũ In
noc. & Bar. relato. per Lafrã. in dict. n. 9.
ad fi. & Tyraq. vbi supra, n. 45. cũ. 2. seq.
vel Baldus loquitur in criminalibus, in qui
bus cõtra absentẽ proceditur, vt patet ex
eo, & ex dictis per Clarũ in dict. vers. sed
nunquid, sed in ciuilibus & praesertim in
executiuis saltim in nostro regno lege no
stra attẽta reus citandus est, para remate,
in persona si reperiri potest, sin minus in
domo

domo solitæ habitationis, & certioranda est vxor citati vel famuli, aut vicini in defectum familiæ, quod citabat eum ad petitionem talis & ad tale quid, imo & secundum aliquos quoties citatio
117 domi facienda est, debet fieri † inscriptis, secundum Marant. in dict. titul. de citatione, num. 81. pag. 371. in paruis, & Dueñas regula. 93. limit. 5. & Carol. de Grassalis, lib. 1. regal Fran. iure. 8. pag. 126. in paruis & Tiraq. dict. §. 9. glo. 2. num. 8. & cum seque. pluribus alia requisita ponit, & quod literę citationis affigantur in ostio domus citati, vel ibidem dimittantur, secundum quod asserebat Bal. in dict. l. consentaneũ, num. 38. quod tamen vltimum non esse necessarium asserit Iulius Clarus, vbi sup. versic. scias tamen, & in nostra Hispania
118 nunquam literæ hæ domi † affigun- tur, imo si citatus habitat in loco vbi lis agitatur non fit citatio inscriptis, foris vero sic. Est tamen dubium singulare, quan
119 do dicetur personam † citandi non reperiri, vt in domo posit fieri citatio, & Roman. relatus per Additio. Abb. in dict. cap. causam, num. 6. litera. L. de dolo & cont. dicebat quod non solum in domo, & ciuitate, verum & in toto comitatu perquirendus erat citandus, sed ex dictis tenendum est sufficere quod citandus perquiratur in domo & si ibidem non reperiatur perquiratur in populo vbi solitam habet habitationem, neque est necesse in comitatu perquiri vt ad domum citari possit, & hæc fuit opinio Bart. in dict. §. prætor, quam in effectu communem testatus fuit Maranta, in dict. titu. de citatione, numero 126. & Roman. consi. 454. num. 5. & sequitur Lanfrancus, vbi supra, num. 9. & plures refert Tiraq. dict. titu. 1. §. 9. glo. 2. nu. 49. & hanc amplexa est practica cõmunis, imo & practicatur, quod si in domo solitæ habitationis per vxorem, vel famulum citandi asseratur, quod non est in domo neque in populo, non est necesse tunc eum in populo perquirere, sed domi facta citatio sufficit, dum tamen de ijs relationem nuntius citans fidem præstet & in processu apponatur, prout opponenda est cum in populo perquisitus fuit vt latius supradictum remanet. Et an nuntius posit ingredi domum citandi, vide Rebuff. in dict. titu. de citatio. art. 2. gl. 3. num. 10. & sequent. vbi num. 5. domum habitationis dicit perquirendam, & quod si plures domos habet in domo in qua tunc inhabitat citabitur, & quid si est vagabundus nullũque domicilium habet, & nescitur vbi sit,
120 † dicit Bald. in l. fin. C. de testi. quæstio. 11. quod debet citari in loco illo in quo conuersari solebat per publicum proclama, vel per edictum, & sequitur Marant. vbi supra, num. 130. & Clarus dict. quęst. 31. num. 22. sed tunc data informatione de absentia & quod nescitur vbi sit, creatur defensor pro eo & pro defensione bonorũ, qui citatur, para remate, & lis cũ eo agitur, & hæc est melior practica & in nostro regno vsitata, sed si reus latitaret vt non citaretur, tunc sufficit domi citari si eam habet, sin minus creatur dictus defensor, secundum Tiraqu. & omnes supra
121 relatos, & quando dicetur latitare, † vide Afflictis, in constit. Sicil. lib. 1. rubrica. 92. §. 2. num. 4. Qua quidem citatione para remate legitimè facta, secundum quod dictum est, si citatus intra tres dies non cõparet ad se opponendum, accusata in termino contumacia, nihil amplius est expectandus, sed ferri potest in causa sententia secundum quod ex processu apparuerit, practicatur tamen quod si reus apparet antequam sententia feratur, & petat processum ad se opponendum auditur & datur ei etiam si dicti termini sint elapsi, & hoc vt veritas manifestetur, & nemo innocẽs condemnetur.

Ibi, [Dentro de tres dias,] anteà de iure ciuili tempus hoc erat arbitrarium, secundum Roman. consil. 76. col. fin. relatum per Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. centuria. 1. casu. 17.

Ibi, [se opusiere,] quæ quidem oppositio, vt ex text. nostro apparet, operatur, vt ea facta suspendatur per tempus decẽ dierum bonorum executorum venditio, quem & alios huius oppositionis effectus
122 † refert Rebuff. in 1. tom. const. Franc. tit. de senten. prouision. art. 3. gloss. 9. per totam.

Ibi, [Corran los diez dias,] vide quæ in propositum horum verborum dixi, in l. 3. supra eo. & intellige decem hos dies dari reo executato, quia procedendum est cõ-

tra eum summariè, sententiæ etenim aut instrumenti guarentigij executio causa
123 summaria † dicitur. l. à Diuo Pio. §. si super rebus, & ibi DD. ff. de re iudi. refert Octauianus Vestius, in praxi Romanæ curiæ, lib. 8. cap. fin. num. 25. in Additio. respectu tamen executantis dilatari potest ad petitionem eius terminus horum decem dierum, vt dixi in. l. 1. ibi, otra qualquier, versic. tertia igitur qualitas, supra eod. itẽ & respectu tertij alicuius se opponentis pro suo interesse non solum decem dies, sed & maius tempus ad probandum debet assignari, & cum tertio hoc ordinaria via est procedendum, & interim supersedetur in executione, vt in propositũ inquit conciuis noster Guterrius, in repet. l. nemo potest, numer. 391. de legat. 1. & tunc secundum eum ibi via executiua locum habet, non verò respectu tertij huius opponentis se executioni pro suo interesse, & ideo tertio hoc appellante sententia in
124 causa illa pronuntiata, suspẽditur † ipsius sententiæ executio quoad ipsum tertium secundum Rebuff. in dict. tom. 1. titu. de liter. obligat. art. 1. gloss. 10. numero. 11. & Doctor. nostrum Gutierrez. l. nemo potest, numero. 390. de leg. 1. cum sequẽ. & per consequens suspenditur quoad ipsum executatum, quia non executatur cõtra eum sententia durante tertij huius appellatione nisi constiterit de malitia tertiũ hunc se opposuisse, & tũc dabitur fideiussio de reddendis bonis, vel æstimationem eorum si sententia fuerit reuocata.

Ibi, [Dando las fianças,] vide quæ diximus in. l 4. supra eo. in gloss. dando, & no. quod non sufficiet pignora dare, secundũ Rebuff. in dict. titul. de liter. oblig. artic. 5. glo. 8. neque sufficiet à fortiori iuratoria cautio, prout in hac lege diximus.

Ibi, [Y pago,] sed quomodo, dic venditis bonis executatis, de quibus iussum est per sentẽtiam fieri remate & pago a la parte, quæ bona solent in ipsomet iudicio publicè vendi per apparitores & nuntios, & plus offerenti adiudicari, & ex pretio pro eis dato soluitur debitum creditori & cõdemnatio sententiæ: quid tamen si non inuenitur emptor, vel si inuenitur non offert pro ijs bonis pretium sufficiens pro solutione debiti & expensarum & deci-
125 mæ executori soluendæ, quid tunc † facit pars exequens, dic quod apponit licitatorem quendam, qui offert pro bonis illis debitum & expensas, vulgo, principal y costas, in quem transferuntur bona executata & ei adiudicantur, qua adiudicatiõne facta, statim ipse licitator ante apprehẽsam possessionem transfert bona illa in creditorẽ ipsum pro debito & expẽsis & eodem pretio, quo ipse emerat, absque eo q obligatus de euictiõe remaneat, & sic exequens sibi satisfacit de debito, quod consiliũ præbuit Didacus Perez in. l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. col. 1073. & ante eum Rebuff. in. d. titu. de liter. obligator. art. 12. gloss. vni. nu. 10. & num. 9. & 11. inquit quod possunt tunc dari tassata bona creditori & insolutum pro pretio per expertos æstimato, de quo tamẽ infra hac lege dicemus & isto consilio Didac. Perez, cotidie vtuntur executantes in Palacijs, & à communiter accidentibus propter hoc magna deuastantur patrimonia capiẽdo pro paruo debito bona maximi valoris, & aliquando totum patrimonium debitoris, ita quod neque eis remanent alimenta, & debitores ipsi posteà non habent facultates ad redimẽda bona ex læsione vltra dimidiam, & magnæ hinc inde lites oriri solẽt, & essent hæc medenda, vt tot damna euitarentur, nam quamuis iudices superiores æquitatis imitatores etiam post quadriennij lapsum debitores ipsos exaudiant ex remedio læsionis vltra dimidiam, eò quod ex vi minoris pretij dati, & licitatoris appositi per creditorem ad extrahenda bona illa, fraus præsumitur, nã licet subhastatio sit quid frau-
126 dis † exclusiuum, secundum Auend. c. 12. præt. nu. 1. lib. 2. & in dictionario, verbo, almoneda, in princ. tamen propter minoris pretij oblationem & emptoris suppositionem fraus præsumitur, & læsio in pretio, ideò post quadriennium etiam de-
127 bitores ipsi admittuntur agentes † remedio dictæ. l. 2. C. de resc. vend. vt optimè inquit Did. Perez, vbi sup. & Pad. l. in ea. l. 2. nu. 31. ex. l. duplex ratio. C. de fide inst. & iur. hast. fis. lib. 10. & optima. l. 40. in fi. tit. 5. p. 5. & Couar. lib. 2. var. c. 11. n. 3. aliũ modum prouidendi circa hęc describit. nõ est tamen adeò hoc ita sufficiens remedium, quin debitores ipsi remaneant in maximo damno,

damno, & multotiens in litibus ijs finiendis patrimonium exhauriũt & vitam amittunt, & aliquando pro soluenda condemnatione bona non habent, nam quamuis iudices ipsi superiores iubeant fructus bonorum illorum peremptorem creditorẽ soluendos, & compensari cum debito, prout compensandos inquit Rebuff. in d. art. 12. num. 12. tamen ex nummis iisdem ipsis ipsi creditori debitis & ante omnia soluendis iubent & ipsi superiores iubere solent censum annuatim solui ad respectũ quatuordecim pro milliario, & compensari cum fructibus, & sic aliquando fructus non æquiualent interesse census huius, & remanet idem inconueniẽs, scilicet quod debitores ij non habent vnde soluant, & per consequens in omnem euentum creditor ipse remanet cum omnibus bonis, & debitores in vanum laborauerunt, & ideò lege expressa prouidendum esset, nè pro solutione debiti alicuius exequerentur alia plura bona, quam quæ pro solutione debiti & expẽsarum sufficerent, prout in missione in possessionem ex decreto. l. 1. titulo de los assentamientos, vbi dixi in gl. hasta, supra isto lib. declarauimus, & l. 2. in medio, titul. 8. partit. 3. statutum est, quandoquidem non minus præiudiciale est iudicium hoc executiuum, quam missio in possessionem ex secundo decreto, neque obstare debebat quod missio in possessionem ratione hypothecæ fieri possit,
128 & fit in omnibus † bonis, secundum gl. secundum mensuram, in authẽ. de exhib. reis. §. si vero semel, nam iura illa regni nostri habemus in contrarium, & text. in authen. & qui iurat. C. de bon. auth. iud. poss. & text. in cap. fin. §. ff. vt lite non cont. quę iura corrigunt antiqua probantia in omnibus bonis esse faciendam missioné in possessionem, secundum Abb. in dicto. §. fin. num. 7. & 35. & probat illa l. 1. titul. 11. supra isto lib. 4. æquitasque hæc nè patrimonia deuastentur, & fraus euitetur & dolus & nequis cum aliena iactura locupletetur esset attendenda non vero rigor siquis cõtrarius vsitatur. Quid tamen si non adest qui velit res executatas emere, neque qui velit similem licitationem facere, ad transferendum eam in creditorem (prout omnibus consulo, nè tales licitatores sint)
129 quod remedium habebit creditor ipse† exequens, vt de debito & expensis sibi satisfiat, & quinque in hoc proponit remedia Ferrara, in pract. in forma executio. sẽten. glo. 1. versic. amplius quæritur, & Rebuff. in dict. tit. de liter. obligat. art. 12. nu. 16. cum. 5. sequent. sed ex. l. fin. titul. 27. part. 3. potest desumi vnum remedium, licet difficulter obtineretur in practica ad petitionem debitoris, scilicet quod si emptor bonorum executatorum non reperitur, vel non est idoneus, vel nó soluit pre-
130 tium iustum, nam idem † est, secundum gloss. in. l. à Diuo. §. si pignora, & ibi Alex. num. 6. ff. de re iudi. & ibi Paul. num. 3. ex l. 2. C. si in causam iudi. tunc creditor potest petere, quod adiudicentur illi bona illa insolutionem sui debiti & expensarum
131 tassata pro vero † valore, & vera eorũ estimatione, imo & secundum aliquos, & Paul. in l fi. §. & si præfatam, num. 5. C. de iure delib. & decisio. Capellæ Tolo. 68. & ibi Additio. ad petitionem debitoris esset creditor etiam inuitus adhoc compellendus, si alia bona non habebat, neque nummos ex quibus posset soluere creditori, nã quamuis secundum Additio. Bartol. in. l. 1. C. de fabricensibus libr. 10. si debitum debetur ex instrumento guarentigio non potest creditor cogi recipere bona tassata tamen propter difficultatem non inueniẽdi bonorum emptorem, neque debitorẽ habendi alia bona quam executata vnde soluat, bene potest creditor compelli inuitus aliud pro alio recipere, secundum tex. in l. 3. titul. 14 part. 5. notat Bart in. l. continuus. §. illud, num. 5. in medio, fol 62. ff. de verbo. obli. quod tamen ad petitionem debitoris raró solet admitti in practica, nisi concurrentibus requisitis positis per Roman. consil. 175. & melius per Ripam, in l. 2. §. mutui datio. num. 25. ff. si cer. pet. de quibus succinctè agit Montaluus, in l. 16. titul. 20. gloss. 2. lib. 3. fori, & nouissimè per Baeçam, de debitore inope cap. 1. nu. 46. cum pluribus sequẽt. quem vide, & ibi tractat an idem sit si renuntietur auth. hoc nisi in num. 49. sed quod bona tassata dentur videtur probari in l. 6. titu. 11. lib. 5. infra, vbi recopilator allegat cap. 64. curiarum de Madrid, anni. 1534. vbi imperatori nostro Carolo quinto petitũ & supplicatum

plicatum fuit, vt non obstante consuetudine & vsu contrarijs dignaretur renouare iura antiqua disponentia non repertis emptoribus bona appreciari, & respondet imperator, quod iura seruentur, & fiat partibus iustitia, quo quidem cap. attento, cum recopilator noster in illa l. 6. in margine illius, illud cap. 64. referat voluit clarissimè capitulum hoc decidere quod bona sint recipienda tassata, si emptor eorum non inueniatur, prout de iure antè decisum erat, sic & videmus hæredem acceptantē cum beneficio inuentarij nō teneri soluere legata in pecunia, si nummi non repetiuntur inter bona hæreditaria, sed satisfa-
132 cere, præbendo bona hæreditaria † pro satisfaciendis legatarijs & creditoribus hæreditatis, secundum text. vbi DD. maximè Paul. in l. fi. §. & si præfatam. C. de iure deli. vbi Bald. num. 5. inquit impedire viam
133 executiuam, † & litis ingressum hæres talis bona hæreditaria offerens, prout & inquit Baeça, de debito. inope. capit. 6. nu. 17. & nouissimè & benè etiam si reperiatur emptor Pet. de Anchar. in quæstioni. suis, quæst. 39. lib. 3. per totam, vbi & idē dicit etiam si creditor habeat licentiam ingrediendi bona propria authoritate si in termino non soluatur debitum, & facit illud quod inquit idem Bal. in. l. si quis argētum in princip. num. 1. C. de donati. idque nō solum in debitis solutis, vulgo, deudas sueltas, procedit verum & in censibus annuis super bonis hæreditarijs per defunctum impositis, secundum Tiraq. de retractu linagiel. §. 1. gloss. 6. nu. 20. & 21. imo & potest censuarius, secundum Piçarro, in tract. de censi. 3. conditione, in gloss. e mucho mas, cum sequen. petere quod bona tassentur si ascendunt census annui fructus bonorum, & secundum Porcellin. in tract. de inuentario, quæst. 7. potest hæres hic vti isto remedio siuè emptores bonorum inueniat, siue non, dum tamen tunc temporis bona ipsa sint penes hæredem ipsum, secus si iam ea tradidit legatarijs, secū dum Roland. consi. 14. num. 20. vol. 1. & quamuis Tiraq. vbi supra, id velit procedere in donatione, idem tamen est in contractu oneroso, si plures adsunt creditores bonorum hæreditariorum, vel non hæreditariorum si in hoc vltimo casu bonorum emptor non reperitur, & sic vidi iā in vna sententia practica determinari: licet pro nunc non affirmo hoc de bonis tassatis in solutum pro censibus dādis vt solidum & firmum, licet de æquitate deberet in iudicijs admitti passim. & no. quod quando bona insolutum danda creditor habet eligere pro solutione debiti, si semel elegit am-
134 plius variare † non potest, nisi constito prius quod bona electa non sufficiūt pro solutione debiti, secundum Rebuff. in. 2. tom. constit. Franc. titu. de constit. reddituum, art. 1. glos. 8. n. 47. vel si ille qui elegit est minor. 25. annorum & in electione est læsus nam tunc per restitutionem variare poterit, secundum Anto. Gom. tomo. 2. cap. 14. num. 4. in fine, & probatur in. l. 5. tit. 19. part. 6. vel nisi cum bona dantur insolutum creditor protestetur & instrumento adiudicationis scribi faciat quod per illam dationem & receptionem insolutum non intendit recedere ab hypotheca priori, neque à fideiussorum obligatione, aliter enim si res euinceretur, & debi-
135 tor non esset soluendo creditor † esset in periculo, secundum Bart. relatum & secutum per Rebuff. 1. tom. constit. Franc. tit. de liter. obligat. art. 12. gloss. vnica, nu. 20. & an si hæres de proprijs pecunijs sol-
136 uit poterit retinere bona hæreditaria, † vide Beroium, quęst. familiari. 63. num. 1. cum sequent. & vide. l. 20. titu. 7. lib. 9. infra, vbi compelluntur emptores bonorū gabellarij emere iusto pretio. Et in casu in quo bona debent tradi tassata iusta tassa-
137 tione & æstimatione sunt æstimanda, † secundum text. in. l. 38. & 44. titu. 13. part. 5. & meliorem text. in. l. fin. titu. 27. part. 3. & text. optimum in. l. 20. dicti titul. 7. lib. 9. infra & tradit Rebuff. in dict. titu. de lit. obli. art. 12. num. 11. & dando bona tas-
138 sata potest creditor eligere meliorem, † secundum Additio. decis. 68. Capellæ Tolosanæ, sed quare text. noster bis apposuit verbum hoc, pago, & dicendum ideò esse quoniam in prima horum verborum, ad sententiæ tenorem lex nostra respectum habuit, in qua quidem sententia iubetur, que la execucion proceda adelante sin embargo de la opposicion interpuesta y se haga remate de los bienes executados y dellos y de su valor se haga pago a la parte de prin-

principal y costas y al executor de sus derechos, dada la fiança de la ley de Toledo ante todas cosas, & in secunda oppositione horum verborum, y pago, habuit lex nostra respectum ad tempus in quo executio huius sententiæ de remate fit, & bona venduntur in vltima subhastatione. Sed est quæstionis quid si reuocetur sententia de remate an bona vendita in vltima sub-
139 hastatione † per iudicem primum veniēt & erunt restituenda debitori, an vero pretiū, quod recepit creditor, pro cuius quæstionis decisione vide text. in l. si ex causa. ff. de appellatio. & text. in l. 47. cum. 3. sequentibus, tit. 13. part. 5. & totum tit. C. si ven. pig. ag. & Rebuff. in dict. titu. de lit. obligato. art. 5. glo. 6. vbi allegat adhoc dicta. l. ex causa & alia iura, & inquit quod tunc condemnabitur creditor ad restituēdum res venditas, vel æstimationem illarum & ad damna & interesse cum expensis, ex dictis iuribus. Ego tamen crederem quod si tempore reuocationis sententiæ & executionis huius sententiæ reuocatoriæ bona illa penes ipsum creditorem existunt, tenetur illa restituere, sin vero non bona sed pretium eorum creditor recepit pretium illud duplicatum reddere tenetur, ex text. in l. 2. & in l. 4. ibi, de tornar y restituyr, supra isto titu. & lib. & super omnia tenor sententiæ reuocatoriæ inspiciendus est.

Ibi, [sin embargo de la appelacion,] similis tex. in l. 3. supra eo. vbi diximus an à mādato de exequendo appellari possit, & nō intelligas quod omnino hic, & ibi interdicatur appellatio, sed hoc solum quod non obstante appellatione exequenda est sententia illa de remate contra debitorem latam, saluo remanente iure parti appellanti prosequendi appellationem, prout in propositum & in omnibus alijs vbi executio est facienda dixit Menoch. in de adipiscen. possess. rem. 4. n. 828. cum seq. pluribus, & Rebuf. in d. tit. de lit. obli. art. 1. gl. 10. n. 1. vbi. n. 10. optimè inquit quod hoc nō procedet quoad tertium oppositorem appellantem à sententia illa, quoad quem non
140 exequenda est obstante legitimæ † appellationis interpositione per ipsum tertium proposita, & idē nouissimè asserit cōciuis noster D. Gutierrez, in repet. l. nemo potest, nu. 390. dele. 1. & in gl. fi. l. 3. supra eo. diximus, & Rebuf. vbi supr. alia prosequitur in propositū nostræ legis, quæ per ipsum videri poterunt. Notandūq; est, quemadmodū sententia hæc de remate sine obstaculo appellationis interpositæ per executatum est exequenda contra eū & bona sua executata, sic & eodem modo est exequenda contra creditorem ipsum
141 condemnatū † in expensis ob malè petitam executionem non obstante appellatione per ipsum creditorem interposita à sententia illa, secundū Hippol. sing. 389. incip. tu scis quod natura, æqualitas enim in iudicijs seruanda est, & æqua lance partes metiendæ sunt, & in tali casu compellerem ego debitorem præstare fideiussionem illam legis de Toledo, quam creditor præstaturus erat si in eius fauorem esset lata sententia & executata, & formam sen-
142 tentiæ proferēdæ in executione † quasi legē & practicam nostram vidisset ponit optimè Rebuf. vbi supra, art. 5. gl. 6. & gl. 9. ponit, quando reuocatur in gradu appellationis sententia de remate, quid fiet, & qualiter fideiussor de reddendo, & sic secundum legem de Toledo præstitus tenetur soluere sine nouo processu, neque ci-
143 tandus † est in prolatione sententiæ pro latæ contra creditorem pro quo fideiussit quam cōmunem opinionem testatus est Suarez in tit. de los emplazamientos, vers. sed pone quæstionē. n. 5. pag. 389. de quo & traditur per Hippol. in rubr. de fideius. num. 348. & Ias. in l. is apud. nu. 25. C. de edendo, & in l. decē, nu. 37. vsq; ad. 44. ff. de verb. obl. & Parisiū, cons. 104. vol. 3. & notandū est, secundū Rebuf. d. gl. 9. quod talis fideiussor solū modo tenetur ad quātitatem reddendam, non tamen ad reddē-
144 dos fructus, † & hęc sufficiant pro declaratione huius. l. finalis, & totius huius tituli, cętera materiam executionum concernentia per DD. in locis ordinarijs videbūtur, nos enim ea solum prosequimur, quæ pro declaratione textualiū sunt necessaria, In faciendis tamen executionibus ratione submissionis partium submittentiū se quibuslibet iudicibus habemus formā in pragmatica de Madrid, anni. 1573. quod nouissimè nunc inferitur in secunda impressione nostræ recopilationis.

SEQVI-

SEQVITVR TITVLVS XXII.

De las costas y tassacion dellas.

ET quoniam in executione sententiæ expensæ litis in quibus pars condemnata est tassandæ sunt, ideo post titulum præcedentem subsequitur noster de tassatione expensarum, & earum condemnatione tractans.

LEX. I.

¶ SVM. In litibus quantitatis quadraginta mille morapetinorum & abinde inferius lata sententia confirmatoria primæ sententiæ iudicum inferiorum, facienda est expensarum condemnatio in sententia confirmante primam, nisi sententia illa confirmatoria proferatur cum aliquo additamento vel moderatione, vel pars condemnata habuerit ante sententiam pro se.

ET est salubris necessaria & iusta decisio si ad vnguem, prout iacet seruaretur, & quam plurimæ lites euitarentur, quæ proponuntur cotidie, eo quod in tribunalibus præsertim superioribus quasi nunquam fit condemnatio expensarum etiam si ex eisdem actis sententia prima cõfirmatur, quod esset medendum, nam plurimi momenti existeret.

Ibi, [Con condemnacion de costas,] victus enim victori in expensis condemnan-
1 dus est, † secundum text. in l. properandũ. §. sin autem alterutrũ C. de iudi. & l. 8. tit. 3. part. 3. Quod non solum in prima instãtia est intelligendum verum & in secunda
2 & tertia † temere appellans in expensis condemnatur, vt probat text. noster, & l. eos. §. cautione, vbi Bal. C. isto tit. & in capit. ex parte. 2. de rescrip. cap. omnimodo 2. quæst. 6. notat Rebuf. in. 3. tom. consti. Franc. titul. de appellatio. art. 9. gloss. vna, num. 20. & 21. & cum sequen. plura dicit in propositum. Secundo id verum dicit Bald. in l. postquam liti, nu. 12. C. de pact.
3 vt etiam si victus renuntiet liti adhuc † expensas litis debet reficere, vt & tenuit Rebuff. in dict. artic. 9. gloss. vna, numer. 22. quod tamen Bald. in dict. num. 12. declarat id verum esse, nisi de nouo superuenisset iusta causa renuntiandi liti cum retro habuisset renuntians iustam causam litigãdi, nam tunc non tenetur ad expensas vsq; tunc factas, & ideo cautela est vt tunc renuntiet, secundum Rebuf. in. 3. tom. constit. Franc. titu. de expensis in princip. nu. 14. Tertio dicta regul. nostri text. est in tãtum vera quod si vsque ad publicationem testium pars petens habuit iustam litigandi causam, vel reus ipse, quo non obstante litem vsque in finem prosecutus est, pars ab inde iniustè litigans in expensis condẽ-
4 nandus † est, secundum Lanfranc. c. quoniam contra tit. de expensis, num. 3. extra de probatio. Quarto dicta regul. non solum procedit in ciuilibus verum etiam in
5 criminalibus, † secundum Bart. in auth. de mandatis prin. §. deinde competens, num. 3. & ibi eius Additio. litera. C. Felinum allegat idem tenentem, & Hippoly. in l. patre, num. 18. ff. de quæstio. & Bern. Diaz, reg. 20. incip. accusator, vbi & allegat hoc limitantes, quæ tamen in fisco non procedunt, qui quidem nunquam in expensis
6 condemnatur, † secundum Boer. decisi. 324. nu. 1. neque regius fiscalis, secundũ Rebuf. in concordata, tit. de electi. derog. 1. par. glo. regium aduocatum, pagin. 68. de quo supra in titu. 13. lib. 2. l. 5. dictũ est, alij tamen iustam non habentes causam litigandi deberent semper in expensis condemnari, propter mendacium enim quis
7 in expensis † condemnatur, secundũ Afflictis,

ctis, de rijholis 26. in fine, sed iniustè litigās necessario mendacijs litigat, ergo debet in expensis condemnari, & sic secundum Lanfranc. vbi supra, num. 4. ex duplici capite victus condemnatur in expensis, primo ex capite præsumptæ calumniæ, secū do ex capite temeritatis, quia venit ad iudicium, & non fecit omnia, quæ debuit antequam veniret, & sic temerarie litigauit, secundum Bart. in dict. l. properandum. §. sin autem. C. de iudi. & post hęc dictam regulam quod victus condemnetur in expē sis vidi cum ampliationibus & limita. per Asinium in praxi. §. 32. cap. 2. per totum, & prius per Hippoly. in dict. l. patre, num. 17. cum pluribus sequent. ff. de quæstio. Et notandum quod circa condemnationem expensarum iudex nō debet esse clementior † lege, secundum text. in authē. de iudi. §. opinionem, quem adhoc refert Fulgosius in consil. 158. domina Grauolina, num. 3. & sententia expensarum venientium ex qualitate litis debet mandari executioni contra dominum, sed si ex malitia procuratoris, tunc in bonis procuratoris sit executio pro eis, † secundum Specul. in titul. de executi. sent. §. sequitur, num. 7. & ibi Bald. in addi. ad fin. illius titul. in versic. sententia expensarum, non enim exequitur condemnatio in bonis procuratoris, sed domini, si dolus absit procuratoris, secundum text. in. l. Plantius, & ibi Bart. & in. l. si quis cum procuratorio. ff. de procurat. & optimam. l. fin. titu. 5. part. 3. l. si se non obtulit, in princip. & in. §. 1. & 2. ff. de re iudi. & hæc est veritas, secundum Marantam in pract. titu. de executio. sentent. num. 40. pag. 658. in paruis. Vlterius notandum est, quod expensæ debitę ratione victoriæ petendæ sunt officio † iudicis mercenario, secundum text. in dict. §. sin autem alterutra, quem adhoc allegat Bar. in. l. 1. §. fin. num. 2. ff. si quis ius di. nō obt. & ibi Orosc. colum. 619. num. 4. illæ vero quæ ratione cōtumaciæ debētur actione in factū vel officio iudicis peti possunt, secundum glo. in. l. seueriter. C. de excusat. quam differentiam communem testatur Orosc. vbi supra, num. 4. & num. 5. ponit aliam differentiam, item notandum, quod tunc fit condemnatio expensarum quoties fuerit petita, alioquin victus victori

8 (margin, beside "mentior † lege")

9 (margin, beside "sit executio pro eis")

10 (margin, beside "victoriæ petendæ")

11 non † tenetur, secundum gloss. communiter receptam, in cap. fin. de rescript. secundum Coua. in capi. 27. practicarum, num. 5. in princip. nisi secundum eum ibi ex officio iudex id vellet facere nam tūc posset, ex gloss. cap. finem litibus de dolo & contum. lata tamen sententia in qua omissa est condemnatio expensarum, iudex non poterit condemnationem expensarum omis-
12 sam facere, etiam si pars id † peteret, quia functus est officio suo, & quia pro expensis, quæ fiunt in iudicio non competit ali-
13 qua actio nisi † iudex id pronuntiet in sententia, secundum Inno. in cap. sæpe, num. 1. de appellatio. & Abb. in cap. finem litibus, num. 35. de dol. & contum. vbi adhoc allegat. l. terminato. C. de fruct. & litium expensis, posset tamē pars eadem die, quo lata fuit sentētia illa petere, vt declararetur super expensis omissis, & tūc posset iudex
14 eadem die id declarare, † secundum Inn. vbi supra, num. 3. & Abb. vbi supra, & Ias. in dict. §. sin autem alterutra, ex ratione. l. Paulus in. 1. ff. de re iudi. & probatur id expressa. l. 3. titu. 22. part. 3. & miror de Couar. dict. cap. 27. num. 5. in princi. quod affirmauerit quod id in practica non recipietur, cum habeamus dictam. l. partit. quam ipse non allegauit, qua stante sic in practica recipiendum est, & si benē memini iam semel in practica vidi factum, imò & probat plus illa lex partitæ, quod etiam si iudex in sententia in expensis condemnauerit potest eadem die moderare condemna-
15 tionem, † secundum quod notat ibi glos. mas, inquit tamen Couar. in dict. num. 5. versic. sed & reuera, quod expensæ debitæ
16 iure actionis etiam lata sententia peti possunt, quamuis in ea omittantur, & quæ expensæ petantur iure actionis, & quæ offi-
17 cio iudicis, † vide per Abb. num. 32. in. d. cap. finem litibus. Et an condemnatio expensarum primæ instantię censeatur facta si in sententia secundæ instantię pars victa simpliciter in expensis condemnetur, vel censeatur absoluta pars victa ab expensis primæ instantiæ, si in sententia secun-
18 dæ † instantiæ simpliciter absoluatur ab expensis, vide Dec. in cap. reprehensibilis, num. 6. & 7. de appella. & Hippolyt. in. l. patre vel marito, num. 74. ff. de quæsti. & Felin. optimè in cap. significauerunt, n. 7.

de

de exceptio. & Rebuff. eos referentem in 3. tomo. consil. Franc. titu. de appellatio. art. 9. num. 29. 30. & 31. & de expensis &
19 earum condemnatione videndi sunt † Lãfrancus, vbi supra, & Couar. in pract. cap. 27. & alij plures relati per Didac. Perez, in l. . titu. . lib. 4. ordina. colum. 1312. & gloss. l. 8. titu. 22. part. 3. & in l. 27. titu. 23. part. 3. & Rebuf. in dict. 3. tom. titu. de expensis dam. & int. & an si aduocatus gratis patrocinetur pro aliquo condemnante aduersarium in expensis, debeant ei solui expensæ illæ quas fecisset, si eius aduoca-
20 tus gratis † pro eo non patrocinasset, vide per Didac. Perez, vbi supra, colum. 1311. & glo. l. 21. tit. 2. part. 3. & glo. 1. in dict. l. 8. vbi glo. illa tractat an iuramentum calũniç excuset à condemnatione expensarũ de quo & per Didac. dict. colum. 1312. & Lanfran. vbi supra, & diximus in rubric. titulo. 2. supra isto lib. 4. in 8. & 9. clausulis libelli, & quid si aduocatus patrocinatur
21 pro se, † vide Hippolyt. in rubric. nume. 313. de fideiussor. & Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. centuria 2. casu. 154. num. 5. & 6. & diximus in l. 21. tit. 16. libr. 2. supra, num. 7. & quid si iudex neque condemnat neque absoluit in expensis petitis an cen-
22 seatur ab eis reum absoluisse, † Afflictis, decisio. 42. in fine, dicebat quod sic, contrariam verò cõmunem testatur Couarr. in pract. capit. 25. num. 6. in medio. Et an appellari possit ab omissa condemnatione
23 expensarum, † vide text. & glo. 1. in l. 9. titu. 23. p. 3. & Couar. in pract. c. 27. nu. 5. versic. sed siquis cum seq.

Ibi, [Saluo si las sentencias se dieren cõ aditamento y moderaciõ,] quasi propter moderationem, vel additamentum sentẽtiæ primæ iustam causam habuerit appellans prosequendi appellationem, quæ quidem iusta causa à condemnatione excu-
24 sat † expensarum, prout tradunt Lanfrãcus, vbi supra, num. 2. Ias. in dict. §. fin. autẽ alterutra, & ante eos Bart. in l. eum quem tenere, num. 1. ff. de iudi. & glo. fin. l. 8. tit. 22. part. 3. & glo. en las. l. 27. tit. 23. par. 3. & Rebuff. in dict. tit. de appel. art. 9. n. 34. cum seq. & in eo. 3. tom. tit. de expẽsis, in princip. nume. 29. latius prosequitur hoc Rebuf. & à nu. 6. ponit regulam ampliationes & fallentias, & ibi, num. 30. cum seq. pluribus, declarat quandò iustam causam dicatur habere, circa quod glo. in dict. l. 8.
25 dicit arbitrio iudicis relinquendũ, † quæ sit hæc iusta causa, de quo & per Menoch. de arbitra. iudi. lib. 2. centuria. 2. casu. 176. vbi plures enumerauit causas, debet tamẽ aduerti, quod in actore requiritur plenior
26 † & iustior causa litigandi, quam in reo, quoniam actor debuit aduertere subtilius secundum Bart. in dict. l. eum quem num. 2. intelligendũ est tamen tunc additamentum, vel moderationem excusare quoties fit in fauorem & commodum appellantis
27 secus si appellati, † nam tunc esset maior causa malitiæ, prout patet ex l. 7. titul. 17. supra eo. ad quam lex nostra se refert. Vlterius notandum, quod si statuto caueretur quod victus condemnetur in expensis est intelligendum, etiam si iusta litigan-
28 di causa adsit, † vt aliquid addatur per tale statutum iuri ciuili, secũdũ Hippolyt. in pract. §. opportunè, num. 43. & Rebuff. d. 3. tom. titu. de expensis, art. 1. numer. 47. vbi contra tenet, ex quo dicendum videbatur idem respectu legis nostræ, vt in simili dicebat idem Hippolyt. in l. patre, numero. 34. ff. de quæst. vbi à num. 19. plura de expensis dicit, nisi lex nostra vltra procederet se declarando, vt iusta causa excuset. Et hoc quoties expensæ debẽtur iudicis officio, sed si iure actionis, & sic ex promissione debeantur, puta cùm quis per cõtractum se obligat soluere expensas itineris, vel alterius causæ, tunc quantumcun-
29 que iusta adesset † causa litigandi soluendæ sunt si petantur, secundum Ias. in l. qui Romæ. §. fin. num. 18. fol. 163. ff. de verb. oblig. & glo. fin. in dict. l. 8. tit. 22. part. 3. & Rebuf. in dict. tit. de expensis, art. 1. nu. 42. vbi cum tribus sequent. declarat hoc, Posset tamen tunc iudex moderare quan-
30 titatem illam expensarum † habito respectu ad personam cui illa quantitas soluenda erat, argum. text. in l. si libertus, ita iurauerit. ff. de oper. lib. & gloss. fin. in fine, in l. penult. ff. de arbitris, & communis doctrinæ relatæ per Alexand. in l. si superstite. C. de dolo, vbi inquit præsumi dolum in excessiua æstimatione, & Afflictis, decisione. 93. numer. 10. cum sequentibus, & Bart. & DD. in l. fin. ff. de præto. stipu. Insuperque notandum, quod quamuis iu-

sta causa litigandi excusaret ab expensarum condemnatione, non tamen à fru-
31 ctuum † restitutione, secundum Rotam nouam.7.de dolo.& contum.& Rebuf.d. art.1.num.50.

Ibi,[Ouiere tenido sentencia,]hæc fuit opinio Specul.in titul.de appellatio. §. fin. versic.quid de appellato, & Alexan. consil. 183.in causa,colum. penult. vol. 6 quos refert Rebuf.in.3.tom.constit. Franc. tit. de expensis,art.1.gloss. vna.39.num.vbi, num.40.inquit hoc in Francia non seruari,in nostra vero Hispania seruatur ad vnguem, & hoc verum nisi sententia illa ex
32 eisdem actis reuocetur,† nam tunc expensarum condemnationem nó euitaret pars victa etiam si haberet sententiam pro se,secundum Ias.in dict.l.properandum. §. fin autem alterutra,num.24.& Rebuf. in.3. tom.const.Franc.titu.de appellatio.artic. 9.gloss.1.num.42.& glo.en las, in dict. l. 27.titul.23.part. 3. & idem esset & si ex nouis actis reuocetur prima sententia, si probationes nouæ sint factæ super eis,quæ
33 verè aduersario † constabant,prout vtiū que testatur Additio Capellæ Tolo.222. quod optimè exemplificat gloss. in prag. sanctio.titul.de friuol.appellatio. §.quodque,verbo expensarum, folio.48. in paruis, tomo. 2. & in Tolosa sicut in Francia non vtitur nostra lex in hoc,vt patet ex illa decisione Tolosana,& ex Rebuffo, vbi supra.

Ibi, [La ley.7.] vbi alia diximus in propositum,cætera per Rebuf.in.d.tit.de expensis videri possunt.

LEX III.

¶ *SVM. Qualiter expensæ sint tassandæ, declarat lex nostra.*

IBi, [Quier por traer su contendor],vt est videre in.l.5.titul.3.supra isto libro, vbi aliqua diximus pro tassatione expensarum,& an damna debeantur, vide Rebuf. in dict.3.to.const.tit.de expensis & dam. in art.3.num.1.cum seq.& glo.in pragm. sanct.tom.2.tit.de friuolis appella.§.quodque, verbo damnorum, fol.49.in paruis, & qualiter de iure ciuili taxabantur expēsæ,
1 † videndus est Lanfrancus,dict.capit, quoniam contra titul.de expensis, numero.7.de probatio.vbi & declarat an ad tassationem faciendam debeat pars
2 † citari, de quo & per Didac.Perez.in.l. 1. tit. 18. lib.3.ordin.col.1309.& ex.l.5.tit.24.lib. 2.supra,patet citationem requiri.

SEQVITVR TITVLVS XXIII.

De los alguaziles de corte y chancillerias y del Reyno.

ET quoniam frustra esset, acta iudicialia prouideri & sententias proferri,& expensas tassare, nisi esset,qui exequi hæc posset,vt inquit Arist.in.6. polit. capit.8. relatus per Quintili Mandosium in praxi commissionum,forma.20.commissionis executori super verbo parum esset sententias ferri, ideò titulus sequitur noster de ministris prouidens,qui executores horum sint.

LEX I.

¶ *SVM. In qualibet ex cancellarijs Pinciæ videlicet & Granatæ adesse debet alguazellus vnus, qui vocatur maior, & qui ibidem continuò resideat, neque substitutum ponat nisi forma legis nostræ seruata.*

IBi, [Vn alguazil,] Quid importat verbum hoc † alguazil, vide text.in.l.20.titul.9.partit.2.& alguazellus in curia regis habet magnũ honorem licet paruos redditus, secundum text.in.l.8.titul. 20.partita.3.

1

Ibi, [Y mandamos,] versiculus hic est intelligendus, quoties alguazellus maior abest à cancellaria, tunc enim quoniam eo absente non potest dum abest substituere nisi tantum dum præsens est, cancellariæ domini prouident substitutos hos, & certiorantur regem de absentia alguazelli maioris, vt ipse prouideat de alio, & ita versiculus hic est intelligendus, nè præcedentibus contrarius sit, sed nonnè per. l. 17. infra eo. iubetur nullum alguazellum posse substituere, dic vt ibi dicemus fauente Deo.

2 Ibi, [Para que nos proueamus,] quis possit alguazellos creare †, vide Auend. capit. 1. præt. num. 11. lib. 1.

LEX II.

¶ *SVMMARIVM. Alguazellus supra proxima lege declaratus, & eius substituti antequam officium acceptent, & virgam iustitiæ accipiant, tenentur iuramenta & solemnitates à lege nostra descriptas facere & adimplere.*

IBi, [Ante que sean recibidos,] Aliter enim nullum iurisdictionis actum & officium alguazelli concernentia exercere possunt, vt in authentica ius iurandum, quod præstatur ab his, in rubro & in nigro, collat. secunda. not. Angel. in authentica, vt iudices sine quoquo suffra. §. ius iurandum, collat. secunda, & Paris de syndicatu, verbo iustitia, versicul. iuramentum, relati per Auendan. capit. 2. prætorum, numero primo, libro primo. Quod adeò verum crederem, quod omnia acta, non impleta forma & solennitate à lege nostra requisita, erunt nulla, tanquam facta à nõ habente facultatem, neque potestatem ea faciendi, & contra formam & legis mandatum facta, adeò vt etiam si postea solennitates istæ adhiberentur, non validarentur antea gesta, quoniam qualitas hæc & forma à nostro text. requisita præcedere debent, qualitas enim aliquem ad officium aliquod & eius officij exercitium admittens, vel excludens debet adesse à prin
1 cipio actus † neque sufficit si postea adsit, secundum Suarez optimè in allegatione. 12. folio. 147. pagina secunda, in medio, in antiquis, & Paul. Paris. consilio. 62. numero sexto, volum. 4. per text. in capit. si eo tempore, de resc. in sexto, & per. l. excusantur. ff. de excus. tut. quæ iura adhoc allegat Auendan. capit. 12. prætorum, numero. 13. versicul. Octauum est, & capit. 23. numero septimo, libr. secundo, & Rochus. de iure patron. verbo honorificum, numero. 21. optimè Abb. in capit. cum in cunctis. §. inferiora, numero. 10. & 11. de electio. probatque text. expressus, secundum communem intellectum in capit. post cessionem. de probatio. teste Decio, ibi numero. 5. notab. 6. & melius numero. 17. & 18. de quibus alias in facto latius allegauimus cũ nostro Doctore Guterrio, prout ipse in publicum proferet aliquando, imo & expellendi sunt, qui deficientibus qualitatibus officij, illud exercere volunt, secundum glossam penultim. in. l. vigesima sexta, titulo nono, partita secunda.

Ibi, [Juren en forma,] text. hunc adhoc allegat Auenda. dicto capit. 2. prætorum, numero. 1. libr. 1. dum ibi allegat. l. 3. titu. 14. libro. 2. ordinamenti, quæ est nostra, ibidemque de iuramentis ijs tractat ipse Auenda. & Didacus Perez, in ead. l. 3. notandum dicit, iuramento horum officialium, licet adhiberi soleant, non tamen seruari & malè & debe. rent propter hoc puniri grauiter.

(?)

LEX IIII.

¶ *SVM. Vigilare & pernoctare alguazelli tenentur, & damnis obuiare & alia in text. nostro contenta obseruare & prouidere.*

IBi, [Guardē que ninguno reciba mal,] Qui enim Reip. præsunt, non mediocri diligentia curare debent, vt vigiliæ ita per vrbem disponantur, vt nè quid incommodi, dedecorisuè ciues patiantur, pessimaq; facinora noctu potiusquam quā interdiu perpetrantur: maleque quidem cum ea ciuitate agitur, quę satis tuta non est ab adulteris, nocturnisque furibus, vt inquit Simancas, de republica, libr. 2. capit. 21. ad fin. & ideò officium iusticiæ ad id inuentum esse, nemo est qui ambigat, & vt omnes in quiete & tranquillitate viuant, boni virtutis amore, & mali formidine pœnæ, illicitasque exactiones, & violentias, venditionesque & cætera metu facta obuiare officiales iustitiæ tenentur, vt. l. illicitas, cum praced. & sequentibus. ff. de offic. præsi. & latiorem legem ponentem incūbentia alguazellis reperies in l. 20. titul. 9. part. 2. vbi glo. reciban, tractat an alguazel
1 lus, qui potuit prohibere robaria & nō fecit, teneatur, † sed vt hodie videmus fieri, dolendum est.

LEX V.

¶ *SVM. Alguazelli in incarcerandis delinquentibus diligentes esse debent, & in publicis locis adhoc deputatis eos immittere: nullusque in domibus suis priuatos carceres habere audeat, neque executores deputentur, nisi quos rex elegerit.*

IBi, [En prender,] Ipsis enim alguazellis incumbit delinquentes incarcerare,
1 captosque & incarceratos † cautè custodire, secundum textum in. l. 20. titulo. 9. partita. 2. vbi glossa, de prender, quærit, quid si ipsemet alguazellus præmonuit ip
2 sum delinquentem † vt fugeret, & remittit se ad. l. fin. titulo decimo septimo, partita. 3.

Ibi, [Y que los lleuen presos,] Non enim possunt etiam ipsimet alguazelli apud se retinere captos, sed statim debent eos in publicis locis adhoc deputatis immittere, nuntiareque iudicibus debent
3 qualiter illos ceperunt, † & incarcerauerunt, secundum Parid. de syndica. verbo, captura capit. 8. incip. officiales destinati, fol. 192. in paruis, & probatur in. l. 7. infra isto titu. & lib.

Ibi, [No sean osados de tener carceles en sus casas,] prout & de iure ciuili dispositum & prohibitum erat, ex toto tit. C. de priu. carceri. & tex. in. l. fin. titu. 29. par. 7. & glo. l. 1. tit. 1. lib. 1. fori, & l. 12. tit. 4. lib.
4 4. fori, & quis dicetur carcerem habere † priuatum, diximus in. l. 5. tit. 13. supr. isto lib. in glo. de carcel priuada, & latius ibi in glo. 1. vbi text. nostrum declarauimus, habentes enim ius capiendi & non detinēdi non possunt habere carcerem priuatum,
5 † secundum Bart. l. capite. ff. de adulter. relatum per glo. in d. l. fi.

LEX VII.

¶ *SVM. Qualiter & quando liceat & quo iure & forma præcedente alguazello capere delinquentem, & eo capto quid facere teneatur, & quæ iura percipere possit alguazellus, & quæ bona delinquentis secrestare, & in inuentario ponere, declarat lex nostra.*

IBi,[Sin mandamiẽto,] nullo enim mo
do licet alguazello, vel nũtio aliquem
non solum facto capere, verum neque ver
1 *bo citare absque iudicis mandato † præce*
dente, secundum tex. vbi diximus, in l. 3.
titul. de los emplazamientos, supra isto li
bro, notat Bald. relatus & secutus per Sua
rez, in titulo. de los emplazamientos. §. 1.
num. 8. pag. 367. & probat etiam text. in
dict. l. 20. titu. 9. part. 2. & ibi glo. sin man
dado, alia plura iura allegat, imò & ad fa
2 ciendam capturam † debet esse mandatũ
speciale, secundum Bart. consil. 83. & Fel.
in cap. 1. num. 10. de iudi. & Alex. consil.
133. num. 1. & 2. lib. 6. probat. l. 2. tit. 29.
part. 7. debetque insuper esse inscriptis, ne
que sufficiet dari viua voce, neq; testibus
3 † probari poterit, secundum Didacum
Perez, in l. 8. titu 14. lib. 20. ordinam. col.
538. in fine, cum princip. sequent. & Aui
les, in cap. 1. prætorum, gloss. 2. num. 6. in
medio, & Carolum de Grassalis, lib. 1. re
gal. Franc. iure. 8. pag. 126 in paruis, & sic
videmus quod ad capiendum & incarce
randum aliquem licentia & mandatum iu
dicis inscriptis præcedit, & nisi alguazelus
demonstret mandatum potest delinquẽs
non infraganti delicto captus resistere im
4 punè † ipsi alguazello, secundum Paridẽ,
de syndicatu, verbo, resistentia, cap. 2. nu
mero. 2. & 3. fol. 389. pro quo est text. in
l. contra. C. de executo. & exact. libr. 10.
quem adhoc allegauit Paris, in dict. num.
3. & Corset. sing. officialis, el. 2. fol. 173.
& facit lex, prohibitũ, & materia eius. C.
de iure fisci, lib. 10. & quando liceat iudici
5 resistere † declarat Iulius Clarus, in pract.
crim. §. fin. quæst. 29. versic. 2. & inquit op
timè Rebuf. in. 1. tom. const. Franc. titul.
de liter. oblig. artic. 1. glo. 12. quod in Frã
cia puniuntur resistentes officiali excedẽ
ti, & in nostra Hispania itidem puniren-
tur, si copia superioris adesset coram quo
de excessu conqueri possent, licet pœna
mitior deberet esse contra tales, & in. l.
13. infra isto titul. & lib. latius dicemus.
Ex quibus & iam in facto defendi quosdã
qui non occurrerunt voci cuiusdam al
guazelli clamantis, Aqui del Rey, dum
debitorem quendam capere volentis, de
bitor ipse resistebat ei, eò quod manda
tum ad ipsum capiendum non demon-
strauit, ideò & aduertant iudices, ne algua
zellos ad incarcerandum aliquem mittãt
absque mandato speciali & inscriptis, ne
que alguazelli absque tali mandato id fa
ciant, mandatumque hoc à iudice ordina
rio & imperium habente debet expediri,
nam alij simplices magistratus non pos
6 sent illud concedere, † secundum Dida
cum Perez, hic sub. l. 8. titu. 14. lib. 2. ordi
nam. colum. 551. ad finem, imo & verba
lis citatio in criminalibus nullius est mo
7 menti si absque iudicis mandato † & com
missione fiat, prout communem testatur
Villalobos, in ærario mille commun. opi
nionum, litera. C. num. 81. & de ijs viden
dus est Ripa, in cap. 1. de iudi. num. 85. vbi
limitat, & an parti offensæ possit commit
8 ti captura †, alibi diximus, & tradit Cla
rus in dict. §. fin. quæst. 28. num. 8. & de of
ficialibus clamantibus, Aqui del Rey, in le
ge sequenti videbimus.

Ibi, [saluo al que,] hũc & alios casus vbi
licet alguazello absque iudicis mandato
9 delinquentem † capere, ponit Ripa, in di
cto cap. 1. de iudi. num 88. & Sebast. Van
tius, de nullitat. proces. pag. 253. in paruis
num. 34. & vide optimam. l. 20. tit. 9. par.
2. & l. 2. titul. 29. part. 7. & Specu. de accu
satio. §. 1. & Suarez, in titul. de los empla
zamientos, num. 8. pag. 367. & Auend. ca
pit. 1. prætorum, num. 33. versic. 23. cau
sa, lib. 1. & Anto. Gom. tom. 3. cap. 9. nu
mero. 3. & 4. debet tamen tunc in tali ca
10 su sic captum intra. 24. horas † iudici præ
sentare ex l. capit. 5. & ibi Bart. ff. de adul
ter. vbi gloss. fin. & gloss. l. 5. titul. 7. part.
7. & gloss. dicta. l. 2. titu. 29. ea partit. 7. &
Ant. Gom. vbi sup. & probat tx. noster, dũ
iubet quod si de die capiatur talis delin
quens statim coram iudice præsentetur, si
vero de nocte die crastino, & declaretur
quare captus fuit & incarceratus, prout &
probat optima lex. 2. tit. 13. lib. 8. infra.

Ibi, [haziendo delicto,] tũc enim algua
zellus potest delinquentem infraganti de
11 licto repertũ † capere absque iudicis man
dato, prout & probatur ex tex. in l. nemi
nem. C. de exhib. reis, adhoc allegatũ per
Ias. in. l. cum proponas, num. 4. C. de pact.
quem & Bald. & Suarez adhoc allegat, &
sequitur Auiles, in dict. cap. 1. præt. glo 2.
numero. 6. fol. 22. & idem esset si statim

delicto facto delinqués aufugiat, & algua
12 zellus insecutus fuerit eum, & ceperit, † tunc enim neque erit necessarium manda tum iudicis, secundum Bald. in l. ictus fustium. ff. de ijs qui not. inf. & Hippolyt. cõsil. 137. num. 42. quos adhoc refert Auil. vbi supra, & tenet etiam Anto. Gom. dict. tom. 3. cap. 9. num. 3.

Ibi, [No lleuen derecho,] non enim potest fieri captura etiam vbi executio fa-
13 cienda est, nisi præcedente † mandato, secundum Bald in l. consentaneum, quæst. 8. C. quomo. & quando iud. l. neminē. C. de exhib. reis, notant Ias. & Bald. relati per Baeçam, de debitore inope. c. 1. num. 33. imo & de iniuria agi potest contra officia
14 les sine mandato † aliquem capientes non infraganti delicto, vt probatur in l. 9. infr. eo. & tradit Didac. Perez, in l. 7. titul. 14. lib. 2. ordi. col. 549. verbo, deshonra, & ibi tradit qualiter tunc æstimabitur iniuria, in quit q; quod vt iudices de iniusta captura non teneantur, captos tales iniustè sub fideiussore relaxari faciant, quasi per præsta
15 tionem fideiussoris † captura approbetur, quod & ante eum dixit Amædeus, de syndica. num. 258. & Cataldinus, de syndicatu, num. 7. & Ferratius, cautela. 14. & Hippolyt. in pract. §. quoniam, num. 18. ad euitandandam tamē hanc cautelam & alia
16 ipse soleo † vti, scilicet, quod cum ex parte incarcerati offero fideiussionem hanc, offero eam cum protestatione quod per eam non sit visus incarceratus approbare iniustam capturam, neque iustificare eam sed potius pro redimenda vexatione oblata censeatur, & hac cautela cessat & malitia iudicum volentium cautelis suis palliare iniustas carcerationes, & in tantum tenetur iniustè & sine mandato alium incarcerans, quod per mandatum sequens non iustificabitur talis captura, quia in iniuriariū
17 nulla † est confirmatio. l. si cum nulla. ff. de re iudi. notant Bald. & relati per Baeçã de debitore inope. cap. 1. numero. 30. idque quoad alguazellum sine mandato incarcerantem verum iudico, nam quoad iudicem, eius iniusta captura iustificatur ex sequent. indicijs, vt per Baeçam, ibi & alibi dictum est.

Ibi, [Los trayan,] In casibus enim in quibus licet alguazello aliquem absque mandato incarcerare, debet eum præsentare iudici intra. 24. horas, vt in hac dictum remanet lege.

Ibi, [Sin daño y sin costa,] Ab iniustè
18 enim incarcerato nullæ sunt capiendæ † expensæ, secundum text. similem & expressum in l. 14. in fine, titu. 29. par. 7. vbi & plus probat scilicet quod tunc si ad petitionem alicuius aliquis iniustè capiatur ille tenetur expensas soluere, & sic declarabis. l. 16. infra isto titu. probantem ab accusatis non verò ab accusatoribus alguezellos capere debere iura, nã id verū est siac cusati culpati sint, secus alias. Vel melius dic quod illa l. 16. tantum loquitur circa iura soluenda per delinquentem absentem ratione contumaciæ, non vero in alijs
19 nisi in remissione † delinquentis, vbi idē crederem, scilicet quod soluat expensas si inculpatus sit, sic declarando. l. 3. titul. 16. libro octauo infra, quam sic declaraui, & reperi post Boer. decisione. 303. numero. 5. sic in remissione delinquentis dicentem, & eodem modo declarabis. l. 32. tit. 13. lib. 8. infra item à pueris vel pauperi-
20 bus † non potest custos aliquid recipere, secundum. l. 16. infra eod.

Ibi, [Porque deua perder,] Non enim aliter fieri debet descriptio bonorum & sequestrum eorum quam in casibus vbi delinquentis bona, vel pars eorum venit confiscanda, secundum quod diximus, in l. 3. in verbo, en que se deuan, titul. 10. supra hoc lib.

LEX VIII.

¶ *SVM. Alguazelli tenentur adimplere iudicum mandata sub nostræ legis pœna, & si adimplementum auxilium fuerit necessariū, concilium à quo petitum fuerit tenetur illud præstare.*

IBi, [Sean obedientes,] tenetur enim obedire mandatis suorum iudicum, & ea exequi, dum tamen mandata hæc iusta sint, secus verò si iniusta, ijs enim nemo tenetur obedire, prout ex text. nostro probatur.

Ibi, [Y que tocaren al officio de la justicia;] ergo si iustitiam non tangunt, non est obediendum, & sic de iustis lex nostra loquitur, aliter non diceretur lex, quæ iusta & non iniusta debet esse, capit. erit autem lex.4. distinct.4. idque & clarius probatur ex l.7. titul.4. part.3. ibi, e cumplan todos sus mandamientos que ellos fizieren derechamente, non enim tenetur executor exequi
1 † sententiam iniustam, secũdum Baldum in l. addictos, numero.2. C. de episcop. audi. quem & alios ad legem nostram notando allegat Didacus Perez, in l.5. titul.14 libr.2. ordinam. columna.545. cum sequentibus & latius Maranta, in disputatione.1. & alia diximus, in l.14. titul.3. lib.1. supra, num.51.

Ibi, [Y si ayuda o fauor,] quæ quidem fauorem, scilicet & auxilium officialis, qui solus exequi iustitiam non potest, in-
2 uocare poterit à † potentioribus, secundum Bald. in l. siquis in hoc genus. C. de episcopis & cleri. quem & alios allegat Didacus Perez hic sub l.11. titul.14. libr.2. ordinam. colum.553. tenetur que requisitus auxilium præstare, alias puniri potest
3 † pœna arbitraria, secundum Rebuf. in.2. tomo, constit. Franc. titul. de liter. requisitor. gloss.3. numero.9. vbi & tractat, quando dicitur, aqui del Rey, de quo infra dicemus in hac gloss. Ex quo infertur quod
4 vnus iudex auxilium alterius iudicis † implorare potest, secundum textum vbi dixi in l.14. titulo.1. supra hoc libro, tenentur que præ maximè id facere rectores populorum, secundum textum in l.6. titu.22. libro octauo infra, & ideò officiales iustitiæ dum aliquem capere volunt, & capiendus resistit solent dicere, accurrite ac-
5 currite inuocando † nomen regis dicendo, aqui del Rey, secundum Rebuffum, vbi supra, & Didacum Perez, vbi supra, columna.552. & Auiles capit.2. præto. glo. 1. num.9. fol.69. & sic inquit Paris de Puteo, de syndicatu, verbo, resistencia, capi. 1. num.2. fol.387. quod de consuetudine est vt talis, cui infertur violentia clamet, succurrite succurrite, idem Paris in eo. tractat. verbo Brachium. cap.1. fol.185. imò si iudici & alguazello sic clamanti non accurritur per interessentes & audientes,
6 puniri ipsi non accurrentes possunt, † mãdatum enim iudicis contemni non debet vt in cap.1. de mat. cont. int. eccles. & cap. ecclesiæ, & cap. sciendum.8. quæst.1. l. fi. ff. ne quid in loco pub. alias contemnens illud puniri potest, vt. l.1. & per totum. ff. siquis ius dicen. non obtemp. secundum quod in hac gloss. dicemus, & ideo inquit Bald. in dict. l. siquis in hoc genus in fine, C. de episcop. & cleri. quod homines de contrato ad istud præceptum, vel literas
7 iudicis debent capere † malefactorem & adducere ad iudicem alias punirentur ex dictis iuribus, & ex gloss. sæpius relata per Capit. decis. Neapol.130 num.66. & 69. & melius in decis.149. vbi optime de ijs loquitur, & per Rebuff. vbi supra, & idem tradit ipse Rebuf. in.1. tom. const. Franc. titul. de liter. obli. art.6. glo.2. nu.15. cum seq. aliquibus, vbi limitat & declarat hæc singulariter, & sic nõ solũ iudices ipsi possunt congregare homines ad executionẽ faciẽdam, verũ etiam alguazelli, prout ex text. nostro expresse probatur, quicquid quoad executionem velit distinguere iudicẽ ab alguazello Auen. c.17. præt. nu. 7. vers. tertio deducitur, cũ seq. libr.1. qua autẽ pœna teneantur non succurrẽtes iu-
8 dici vel alguazello clamantibus, aqui del Rey, tradit Capit. d. decis.149. vbi inquit pœna arbitraria leui potius quã graui esse puniendos, prout & tenet Rebuf. in d. gl. 3. nu.9. & iterũ in d. art.6. gl.2. nu.15. vt potè quia non accurrentes tantũ de negligentia & non de dolo tenentur, secundũ Ananiam in cap. sicut. 4. illi. quam, nu.5. & 6. de homi. qua quidẽ negligentia quãuis puniri possit, & debeat secundũ tx. in l.3. C. de offi. præf. præt. ori. l. magistratus. ff. de admin. rerũ ad ciuit. pertin. Abb. cõs.4. lib.1. Capol. cõs. crim.31. punienda tamẽ est arbitrariè, & in nostro casu leuiter, nã cum in omittendo delinquant non debẽt omittentes accurrere puniri pœna. l.1. ff. siquis ius di. non obtemp. eius enim pœna
9 † tantũ cõmittitur quoties cõtumacia datur, quæ tñ cõtumacia nõ incurrit nisi ter

citatus

citatus & monitus quis sit, vt ibi dicunt DD. & Alexand. ibi §. 1. in princip. inquit ita communiter intelligi, in nostro tamen casu non datur vera contumacia, quia deficit citatio dicta, igitur non punitur occurrere omittens alguazello clamanti, aqui del Rey, nisi tantum arbitrariè & leuiter, vt dictum est. Ex quo infertur minorem non occurrentem nulla pœna pu-
10 niri posse si restitutionem petat † aduersus culpam vel delictum ex omissione illa resultantia, cum aduersus delictum in omittendo restituatur minor hic. 25. annorum, ex text. & ibi Doctores in l. 1. C. si aduersus delict. Est tamen bene verum quod nullomodo tenentur interessentes occurrere alguazello clamanti, aqui del Rey, nisi dum capit aliquem infraganti de
11 licto, vel nisi ostendat † illis mandatum ad capiendum, neque ei credendum est quãuis dicat mandatum habere, secundum Parid. de syndicatu, verbo resistentia, capit. 2. numero. 2. & 3. paginã. 389. & probatur ex tex. nostro iuncta lege supra proxima, nam cum lex supra proxima mandatum ad capiendum iubeat alguazellum habere vt capere posit non infraganti delicto, & aliter capere non potest, lex que nostra capturæ auxilium præberi iubeat, intelligendum est id iubere habito pro vero, officialem auxilium id petentem capere posse, id tamen non potest sine mandato, ergo probatur manifestè ostendendum esse mandatum interessentibus, vt auxilium præbeant & si noluerint puniantur, neque præsumendum est illud habere, quoniam facti est, & facta non præsumuntur nisi probentur, & ideò iudices adhæc aduertere debent, præ maximè si officialis ille auxilium petens non habet tunc signum iustitiæ & sic virgam, quoniam tunc neque eum percutiens tenetur
12 † si antea non cognouerat eum, secundum Parid. de syndicatu, verbo familiaris, cap. 2. numero. 3. folio. 249. Inquit tamẽ Iulius Clarus, in practica criminali. §. fin. quæstione. 29. numero. 7. quod quicunque etiam non habens mandatum à iudice ceperit malefactorem & curiæ tradi-
13 derit, potest petere expensas † à fisco, quas fecit in capiendo. Illi verò, qui occurrerint voci officialis iustitiæ acclamantis,
14 aqui del Rey, habentur † loco familiæ, secundum Parid. de syndicatu, verbo familiaris, capit. 2. numero. 1. & cap. 3. numer. 4. fol 248. Imò & inquit Bald. relatus per Bertach. in suo repertorio, in verbo, acclamatio, versicul. 2. quod qui ad vocem & acclamationem alterius dicentis, accurrito, offendentem illum occidat non tene-
15 bitur, † nam licitum est resistentem familiæ potestatis, & iudicis occidere, secundum Parid. vbi supra, dict. verbo resistentia capit. 1. numero. 8. folio. 388. & numero. 5. melius, & Castillo. l. 66. tauri, numero. 1. & 2. & Anton. Gomez, tomo. 3. capit. 9. numero. 6. & Amædeus, de syndicatu, num. 100. fol. 72. Thomas Grammat. decis. 41. Neapolitana, & latius idem Paris, vbi supra, verbo, familia, cap. 1. num. 1. & Rebuff. 2. tomo, const. Franc. in proœmio, titu. de liter. requisit. num. 15. & optimè Hippoly. in pract. §. vlterius, numer. 7. vbi in. §. diligenter, num. 55 hoc intelligit esse verum quotiescunq; familia hæc potestatis iustè procedit, secus verò si iniu-
16 stè, † prout & declarat Amædeus, de syndicatu, dict. num. 100. & eum referendo Iulius Clarus, quem post hæc vidi, in dict. §. fin. quæst. 29. in princip. vbi tamen ipse Iulius tenet, quod quantumuis officialis vulnerans resistentem iniustè ad capturã processerit, eò quod iniustè iudex mandet illum capere, excusatur talis officialis,
17 non enim id tenetur † officialis missus prospicere, sed commissionem & mandatum adimplere, admonet tamen ipse Cla-
18 rus, vt ab ijs officiales abstineant, † ne rixæ & scandala oriantur. Est tamen verum, quod si iudex vel eius minister resistentem, vel fugientem iubeat alicui de medio exeunti vt occidat, & occiderit, non ipse occisor, sed iudex iubens tenebi-
19 tur, si iniustè occidi iussit, † & iuris cognitione prætermissa, secundum Castillo, vbi supra, pro hoc allegantem. l. 132. styli, & tenet Didacus Perez, in. l. titu. libro. 2. ordinamenti, columna. 552. in fine, & Boerius decisio. 170. numero. 7. & pro hoc reperio expressam. l. 5. titul. 15. part. 7. ibi, otro si, ita probantem, & ita intellexit etiam Hippolyt. in dict. practic. §. nunc videndum, nume. 41. & idem esset si saltim non constat de euidẽte iniquitate

mandati, sed apparenter iuste processum videretur, quoniam & tunc excusaretur mandato illi obediens, secundum gloss. por mandado, in dict. l.5. titul. 15. parti. 7. de qua quidem apparentia non constat in mandato facto alicui de occidendo resistentem, vel fugientem à familia, & ideo tali præcepto nõ consulo parendũ, & sic
20 in facto vidi iam † quosdam puniri, qui ad mandatum iudicis resistentem occiderũt, & ipse iudex etiam extitit incarceratus & nisi se concordarent grauiter punirentur & ideo vnusquisq; præuideat quid iubeat & faciat. Et an peccet resistens aggresso
21 ri † iusto, vide Nauar. in manuali. c. 28. in additi. ad. c. 23. num. 64. fol. 52.

Ibi, [Sea suspendido,] intellige hoc procedere, quoad alguazelos ciuitatum villarum & populorum particularium, prout ex text. nostro patet, ibi, y lo mismo hagan, secus quoad alguazellos curiç & cãcellariarum, quoad eos enim pœnam aliã habemus statutam per. l. 13. tit. 8. lib. 2. supra in margine nostri text. relata.

LEX IX.

¶ SVM. *Qualiter alguazelli & commentarienses cum incarceratis se debent habere, & quomodo ab eis dona recipere non possunt, neque ligamina & vincula eis relaxare sub pœna in nostro tex. declaratur, & quod pro iniusta captura actione iniuriarum conueniri possint.*

IBi, [Ni tomar dones,] idem in custodibus carceris disponit text. in. l. 5. infra titul. proximo, & hos & alios similia mune
1 ra † recipere prohibitos refert Auend. capit. 2. prætorum, num. 5. lib. 1. vbi num. 6. ponit pœnas statutas contra similia munera recipientes, quas per leges regias in suis titulis statutas reperies, & pro intellectu & declaratione horum verborum videnda sunt, quæ diximus in. l. 21. in glo. saluo, infra eo.

Ibi, [De los hombres presos,] quasi de alijs possint munera in modica quantita
2 te recipere † alguazellii ij, secundum text. in. l. 21. infra isto tit. & lib. quæ optima est pro declaratione horum verborum.

Ibi, [Ni les den malas prisiones,] similis text. in. l. 5. infra, titu. sequente, & in l. 11. titu. 29. part. 7. custodes enim isti non pro fatigandis, vel molestandis carceratis, sed tantũ pro custodiendis ponuntur, & ideò molestare carceratos non debent sub nostri text. pœna.

Ibi, [Ni los suelten sin mandado,] sicut enim capere aliquem alguazelli non possunt absque iudicis mandato, ita & neque mandato prætermisso possunt carceratos ipsos relaxare, eadem enim solennitas, quæ requiritur in aliquo actu perficiendo requiritur & in eo dissoluendo, vt per DD. in. l. 55. tauri, & in alijs pluribus locis iniuriaque maxima fieret si iudicis mandato captũ, relaxaret alguazellus ipse mãdato ipsi' iudicis neglecto & nõ præcedēte.

Ibi, [Pierda el officio,] ad suspensionis pœnam tantum pœna hæc amissionis officij restricta est per. l. 22. infra isto tit. prout ibidem probatur, tanta tamen posset esse dissolutio quod & ad priuationẽ extendo
3 retur, & plures casus vbi priuationi † locus est per leges nostras regias, in. l. 23. tit. 25. infra eo. videbis.

Ibi, [Y no pueda auer otro,] vt in eo puniatur in quo deliquit. C. an sit, de appella. cap. nullus episcopus, de tempor. ord. in. 6 depositus enim ab officio propter suũ deli
4 ctũ non potest ad illud † neq; ad aliud redire, secundum gloss. in authen. de armis, verbo solitudine, colla. 6. & facit text. singul. pro hoc in. l. quicunque. C. de diuer. offic. lib. 12. quem adhoc not. Bartol. in. l. 2. eiusdem titu. & lib. de quo & per Parid. de Puteo, de syndicatu, verbo remotus ab officio, & latius in verbo iudices capit. 8. notat Didacus Perez in. l. fin. titulo. 13. columna. 536. & in. l. 7. titulo. 14. columna. 548. libro secundo ordinamenti, pœna enim priuationis in dubio perpetua
5 † censetur, vt probatur in. l. 1. C. de posttu. Intelligo tamen ad aliud officiũ redire

non

nō posse, simile scilicet illi, quo quidē priuatus est, ponderando dictionem illam, otro, nostri text. quæ quidem dictio latinè, aliud significat, & dictio alius alia aliud est repetitiua similium, secundum Bald. in.l. conuenticulam. C. de episcopis & cleri. crederem tamen quod si propter priuationē istam, priuatus ipse infamiam incurreret, quam regulariter incurrit priuatus officio in syndicatu, vel dum officium du
6 rat, † cum publico sit iudicio damnatus, secundum text. in.l. infamem. ff. de publi. iudic. notat glos. in auth. de inst. cau. & fide, §. quod si tabellio, verbo defunctus, col. 6. & Didacus Perez, in dict. l. 7. non solum
7 ad simile verum neque ad aliud † honoris & dignitatis beneficium promoueri vlterius posset, quamuis dissimile esset illi officio, quo quidem in syndicatu vel officio ipso durante priuatus fuit.

Ibi, [Que lo tornen doblado], sed non ne per. l. 7. supra eod. dispositum est cum quadruplo reddi, qua ergo de causa text. noster duplum reddi disposuit, & est hæc maxima harum legū cōtrarietas, ita quod videatur nullam posse dari congruam responsionem, sed si benè inspiciantur non sunt contrariæ, nam lex illa. 7. loquitur in personis ipsorum alguazellorum, lex vero nostra in dupli huius pœna, loquitur in hominibus ipsorum alguazellorū, qui solent dici, porquerones o gebellines, qui quidem homines nostri text. pœna puniū
8 tur †, si absque iudicis mandato aliquem incarcerauerint, vel ab incarceratis dona receperint, vel quamlibet aliā rem contra iuris prohibitionem. Sed adhuc in respōsione hac nō quiescit animus, nam lex nostra iubet alguazellis & custodibus carcerum ob perceptionem excessiuorum iurium vltra priuationis pœnam, imponendam itidem & pœnam dupli, per. l. 5. & . 6. infra titu. proximo impositam, igitur manifestè contrariantur lex nostra & istæ, ad quas nostra se refert, illi. l. 7. supra isto titul. quadrupli pœnam imponenti, ideò timore huius obiectionis & contrarietatis dicendum est, tūc esse imponendam pœnam quadrupli alguazellis, prout dict. l. 7. disponit, quoties ab iniustè incarceratis nullo præhabito iudicis mandato ad incarcerandum alguazellus ipse iura percipit, tunc enim cum quadruplo redit ea, lex vero nostra & illæ similes loquūtur quoties iuridice quis captus est, ab eo tamen vltra tassam alguazelli & custodes carcerum iura percipiunt, tunc enim vltra priuationem officij, iura illa immoderata cum duplo reddere debent, & hæc est vera harū legum concordia: sed & adhuc obstat titul. 28. infra eo. pœnam quadrupli imponens carcerarijs vltra tassam recipiētibus, iura, nisi dicamus regulariter illud esse, leges vero supra dictæ dupli pœnam imponentes in casibus inquibus loquūtur, procedere, & non in alijs, cogita. Et notandū quod lex nostra addit pœnā priuationis officij in casu quo alguazelli & carcerum custodes vltra tassam quid recipiunt ad extensionē pœnæ dupli per leges illas. 5. & . 6. infra titul. proximo impositas, prout ex verbo, demas desto nostri text. colligitur & an possint commentarienses cap-
9 tum † pro iuribus suis retinere, Guido Papæ, decisi. 448. inquit quod non, sed contrarium hodie seruari firmat Didacus Perez, in. l. 12. col. 558. in princip. titul. 14. lib. 2. ordin.

Ibi, [Enmienda dela deshōra], iniuria enim fit capto iniuste & incarcerato, quā æstimabit sic captus, secundum quod in. l. 7. supra eo. remissiuè diximus.

LEX X.

¶ *SVM. Alguazelli & officiales ecclesiastici non possunt portare virgam iustitiæ, nisi tenore & forma legis nostræ seruatis, sub eius pœna.*

IBi, [De prender ni executar], que quidem eis maximè prohibentur, in. l. 14. titulo primo, supra isto libro vbi diximus.

Ibi, [No pueden traer ni trayan vara], nullus enim absque principis iussu potest virgam iustitiæ portare, vt lib. 3. supra tit. 6. l. 33. diximus.

LEX. XI.

¶ SVM. Custodes carcerum quis ponit & quomodo, & quæ eos ponens teneatur seruare & sub qua pœna, declarat lex nostra.

IBi, [Que antes que los põgã], ex ijs nota, quod alguazellis competit ius no-
1 minandi & ponendi carcerũ custodes, † quem adhoc not. Auenda. capite primo, prætorum, numero. 11. versic. & ex illa. l. libr. 1.

LEX XII.

¶ SVM. Hac in lege declaratur custodum carceris pœna propter non custoditos carceratos imponenda, vel quia à custodia eos relaxauerunt.

IBi, [O no los guardaren como deuẽ], propter quod carcerati fugerunt à carcere, nõ enim ob solã malã custodiã debetet puniri custos ipse pœna mortis, nisi carceratus ipse ob custodis negligentiam aufugisset à carcere, & sic duos casus ex verbis nostris constituendos esse censeo, primus cum ipse carceris custos eximit captos à carcere & eos relaxat, vt fugiant, secundus quoties ob malam & negligentem custodiã aufugiunt, inquolibet enim horum casuum pœna mortis esset imponenda si carceratus ipse fugiens occidendus erat propter delictum illud, prout ex verbis nostri text. patet ibi, si el preso merecia muerte, colligitur, & hos duos casus posuit etiam text. in. l. 12. titul. 29 partit. 7. versic. la primera. Sed si carceratus ipse pœnam mortis non merebatur sed corporalem mitiorem tunc si custos cum eo aufugerit, eandem pœnam patietur, quam ipse carceratus aufugiens passurus esset, si non fugeret, sed si (in casu in quo carceratus mitiorem mortis pœnam non merebatur) ob negligentem custodiam aufugit, tunc custos ipse in pœnam malæ custodiæ per annum debet in carcere adesse prout probatur ex text. nostro, ibi, y si el preso no merecia, cum seq. & rationẽ differentiæ constituit grauitas pœnæ imponendæ carcerato huic fugiẽti, propter quam grauitatem cautius debebat custodiri, & ideò maior negligentia in vno quã in alio, & per consequens maior pœna, quæ tamen intelligenda sunt, quoties per veras constiterit probationes de delicto cõmisso per carceratum illum fugientem secus vero alias, nam tunc quandoquidẽ ipse principalis non erat pœna mortis vel corporali minore puniẽdus, à fortiori neque ipse custos tunc punietur, sed alia arbitraria, arg. dictorum per Auend. capit. 7. præto. num. 4. lib. 2. & capit. 22. nume. 7. lib. 1. & Boeri. decis. 215. num. 25. & Cepolam, consi. crimi. 4. num. pen. & sic inquit Boeri. decisi. 217. nume. 16. quod vbi adessent indicia contra reum & non plena probatio, tunc erit recurrendum ad culpam latam, vel dolum ipsius custodis, vel ad eius excusationes, & ita tenendũ iudico, quicquid velit Didacus Perez, in l. 12. titul. 14. lib. 2. ord. col. 558. verbo, cuera, imo quod & tũc etiam pœna mortis esset custodi imponenda, vno solo fundamento ipse Didacus se fundans scilicet quod si probatum esset delictum committeretur crimẽ læsæ maiestatis, quod fundamentum est satis fragile, ad tenendam ita rigidam opinionem sicut est hæc Did. Per. nã & auxiliator delinquentis nõ tenetur pœna ordinaria nisi delictũ verè probetur non autem præsumptiuè, vt diximus l. 3. titul. 10. supra hoc lib. præsertim, quia ipsemet Didacus Perez, in ea. l. 12. colu. 557. in eximente captum à carcere propter delictum ex quo exemptus pœnam mortis merebatur asseruerit tunc talem eximentem committere crimen læsæ maiestatis, quoties exemptus ipse conuictus
1 † fuisset per veras probationes, vel confessionem,

sionem,non alias,imo & tunc propter crimen læsæ maiestatis debebat esse captus exemptus ille à carcere,& per iudices imperatoris vel regis incarceratus,vt omnia hæc tanquam communia asserit Ant. Gomez,tomo,2.capi.2.num.7. & sic inquit Hippoly.in rub.n. 26.&.27.ff.de quæst. tunc eximentem delinquétem à carcere, committere dictum crimen quoties iustè erat condemnatus pro delicto illo,se-
2 cus vero si iniustè, † nam & eximens indebite detentum à manibus familiæ non
3 tenetur † secundum cómunem assertam per Ias.in l.3.§.quod prætor.ff.ne quis eũ relatum per Clarum, in lib. 5. selectarum §.fin.quæst.29.versi.sed quid si,ergo contra Didacum Perez,tenendum,non committi dictum crimen læsæ maiestatis, & sic cessare eius fundamentum ad tenendũ suam opinionem,quam reijciendam assero, & ideò si processus cum reus aufugit à carcere non erat perfectus, debet perfi-
4 ci cum custode † ad sciendum an veniret aufugiens condemnandus vel absoluendus,secundum Boeri.dict.decisi.215.nu. 25.& de eximente aliquẽ de carcere quo modo & quando puniatur,vide Cassa.in consuetu. Burg.rubr.1.de iustices.§.7.lamende numer. 34.fol.77.Sed quid si al-
5 guazellus præmonuit malefactorem † vt fugiat,vide glos.per text.ibi in l.fin.tit. 17.part.3.Sed num erit aliquis casus in
6 quo carcerarius iste excusari possit, † & dicendum est quod sic,putà si carcerati ipsi fractis carceribus & ruptis vinculis,quicum aderant ligati, aufugerunt, nam tũc custodes excusantur, aduersus vim enim
7 nulla fida custodia dari † potest, secundũ txt.in l.si cares.ff.de actio.empti, nihilq; est tunc quod imputetur custodi, cum in custodia & ligatos eos haberet vt probatur in l.13.titul.29.part.7.& notat Cassan.in consuet. Burg.rub.2.§.1.num.33. fol.90.& Didacus Perez, vbi supra colu. 556. quæst.4. item & secundo excusari posset custos hic, si dum virum nobilem
8 captum haberet laxauit habenas, † credens ei dicenti se non fugiturum, bono enim viro credendum est secundum glo. celebrem in l.Titio fundus.ff.de cond.& dem. quam commendat plures allegans Hippoly.cons.62.num.10. & in princip. practicæ crimin. num. 8. nam licet nimis
9 credulus non excusetur †, secundum tx. & ibi DD. l. 1. ff. de eo quod certo loco,
10 excusatur tamen si bono † viro credidit, secũdum DD.ibi maximè Alex.& repertoriũ Felini, in verbo credulus, limi.2.vehemens enim credulitas, prout est bono
11 viro & nobili credere, habetur † pro certitudine,secundum Hippoly.dict. consil. 62.n.12.nã propter legalitatẽ & nobilita
12 tẽ † plura specialia introducta sunt in iure prout licet videre ex Hippoly.consi.1.n. 71.cum sequent.& in l.1.§.ad quæstionẽ col.3.n.7.cũ seq.ff.de quæstionibus & in §.si quis vltro,eiusdẽ l.1.n.11.Ber.Diaz, in regu.752.in transitu tamen ad dict.gl. dict.l. Titio, dic quod non habet locum eius doctrina quoad fœminã, quia fœmi-
13 næ † non est credendum, secundum Tiraq. in l.9. connubia, glossa. 1. partit.9. num.52. & ita quod excusetur custos carceris credẽs bono viro tenuit primus omnium Ang.per text.ibi in l.si à bonæ fidei ff.de reiuendi.& plures relati per Boeri. dict.decisio.217.num.9.&.10.vbi tot refert quod clare patet hanc esse communẽ opinionem,quam è nostris tenuit Auiles cap.18.præto.num. 11. & ita in contingentia facti allegando Pal. Rub. affirmat conclusum fuisse, Didacus Perez, vbi sup. col.555.in fine,cum princ. seq. eò quod secũdum eũ ibi casus fortuitus reputatur
14 nobilem fugere †, & ideò excusandus est carcerarius,secundum text.in l.12.titul. 29.part.7.dictam etiam opinionẽ tenuit Ias.in repet.l.admonendi.num.174.ff.de iureiur.& Puteus de Syndic. verbo carcer capit.2.num.2.vbi eius additio alios allegat,& Lapus,allega.126.& Grammati. voto 29.& pro hac opinione facit tx.in l. actioni redhibitoriæ, ibi bonis conditionibus emptum.ff.de actio.emp. & sic si cõmodasti mihi aliquam rem, quam dedi famulo tuo tibi perferendam, qui quidem famulus aufugit cum re illa, non teneor,
15 sed liberor † à commodato, si alias ille famulus bonus reputabatur, ex l.argentum ff.quomod.& l.4.titul.2.part.5.not.Anton. Gom. tomo.2.cap.7.cũ pen. per totam, ex quibus defendi semel Alguazellũ quendam, cui nobilis traditus fuit, & non tenuit manibus & per capitium captum, dum

dũ ad carcerẽ ducebatur, & aufugit, & nõ ordinaria sed extraordinaria & leui pœna fuit condẽnatus, & alios casus vbi excusa
16 tur † custos carceris, vide per Boe. & Auil. alios supra relatos, & per text. & glos. in dict. l. 12. titul. 29. part. 7. & Suarez, de fideiussore in causa crimi. fol. 109. in fine, cum seq. vnum tamen notare habes scilicet, quod semper præsumitur fugisse carceratum à carcere culpa custodis, nã quoties quis ratione officij publici aut priuati
17 tenetur ad custodiam † alicuius rei, non sufficit illius rei interitum, seu fugam probari, nisi etiam probetur non culpa custodis accidisse, prout in propositum tenet glos. por, in dict. l. 12. & Anto. Gom. tomo 3. capit. 9. num. 11. in medio, per tex. in l. fin. ff. de cust. reorum & alia iura allegata per glos. esi, in l. 15. titul. 8. part. 5. & Didac. Perez, in l. 12. titul. 14. lib. 2. ordi. col. 555. in princip. & Anto. Gom. tomo 2. capit. de locato, num. 22. & Boeri. decisio. 216. num. 1. & 2. imo culpa in hoc ca
18 su si magna est dolo † æquiparatur, secũdum Puteum, in dict. verbo carcer cap. 3. numer. 6. fol. 195. & Anto. Gom. dict. tomo. 3. capit. 3. numer. 16. versi. ita probat & propter culpam talem potest quis puniri corporaliter, secundum Pute. dict. nu. 2. & Maranta in practica, in. 1. iudiciorum distinctione numer. 64. pagi. 102. Notãdum etiã est quòd nõ videtur custodi iẽ missa custodia carceraria custodi carcera-
19 ti, quamuis iudex miserit † alios custodes pro carcerato illo custodiendo, secundum Bar. in l. si vt certo. §. si deme nume. 2. ff. commod. & Auiles, capit. 18. præto. numer. 34. fol. 179. neque liberatur tunc potestas data negligentia custodis exhibendo militem, vel aliam personam & familiarem vilem, quem deputauerat ad custodiam, secundum Amædeum, in tract. Syndicatus nume. 97. item excusatur carcerarius, si carceratus fugiens iniustè detinebatur secũdum Matth. Afflictis, lib. 1. constit. Frauc. rubrica 88. numer. 8.

Ibi, [Muera por ello], vide quæ in supra proxima diximus glossa, & vltra pœnã mortis, condemnatur carcerarius in pœna sexcentum morapetinorum applicandorum regiæ cameræ, secundum text. in l. 7. titul. fin. infra lib. 8. in margine nostri text. allegata.

Ibi, [Y si por mengua], vide quæ diximus in glos. 1. huius. l. & no. quod di-
20 citur diligenter custodire, † qui cum ligamine detentum quem habet, secundum glos. por negligencia, in dict. l. 12. tit. 29. part. 7. & Auiles, dict. capit. 18. præto. verbo, carcel, num. 15. & 16. & Suarez, de fideius. in causa crimi. fol. 109. in fi. & Boe. decisi. 216. numer. 3. & Paris, de Syndicatu in dict. capi. 3. numer. 6. & Amædeus, dict. num. 97. & 98. vbi inquit liberari custodem si in loco consueto & attenta cõditione personæ eam habeat detentam, & circa hæc verba vide etiam optime per Suarez, titul. de los emplazamientos, §. fi. nume. 52. & 53. pagin. 309.

Ibi, [Este vn año], aliter prouidebatur per. l. 12. titul. 29. part. 7. pœna tamen nostræ legis tanquam nouioris seruanda videtur, quamuis secũdum glos. castigados in ea. l. 12. nũquam nostræ legis pœna practicata sit, neq; vidi practicari, sed arbitrio iudicis puniatur talis carceris custos, & sic praxi receptum vidisse inquit Olanus, in concordia antinomiarum litera. F. nume. 120.

Ibi, [Sea tenudo], & sic custos, qui cũ carcerato ipso fugit, vel eum sciẽter à carcere relaxauit, propter quod aufugit carceratus ipse, tenetur soluere debitum, & per dimidium anni in catenis existet, sed si ob non adhibitam omnem diligentiam custodiendi, debitor hic carceratus fugerit, siuè ipse custos itidem fugiat, siuè non tenebitur ad debiti solutionẽ, & per tres menses in carcere remanebit, & sic in omnem casum tenetur custos hic soluere debitum, nisi iusta de causa se excusatum à fuga illa probet & demõstret, pro quibus iustificandis potest allegari illud scilicet, quod quilibet priuatus præbens occasionem, nè creditor à debitore suo debitum recuperet, putà certiorando debitorem vt fugiat, tenetur ad debiti illius solutio-
21 nem, † ex text. in l. quoties. C. de exactori. tribu. lib. 10. de quo per Gomecium, in §. pœnales num. 49. & 104. inst. de actio. & Hippoly. sing. 137. & Anchar. consili. 341. Hippoly. in rubr. num. 17. ff. de fideius. Boeri. decisi. 217. num. 10. ad fi. Dida. Perez, in l. 6. titul. 11. lib. 1. ordi. col. 308. in princip.

in princip.& Auend.responf.22.per totũ & Auiles,capi.3.prætorum, num. 15.cũ 3.seq.fol. 94. & sic consulens debitorem vt fugiat tenetur ad debiti solutionẽ etiã
22 si post debitor † capiatur,secundum Boeri.vbi supra,num. 12.& glos. pen.in fine, in.l.14.titul.29.part.7.& communem testatur Gometius Leon,in centuria infor. iur.loco.92. quamuis non potuisse in practica obtinere ibidem dicat, & nimirum, nam si ius actoris non est factum deterius quocumque tempore exhibeatur carcera
23 tus sufficere † debet, & mora purgatur, secundum Alex. Bar.& DD.in.l. si insulam.ff.de verbo. obli. & per Guterrium, in suo tract.de iuram.confir.3.part.capit. 17.per totum,præsertim in nume.fin.vbi describit casum in facti contingentia decisum,in quo ante casus illius determinationem, prout decisus fuit,anteà ego respõsum præstiti, a fortiori igitur tenebitur custos carcerati debitoris eum à carcere relaxando vel malè custodiendo propter q aufugit.Imò & quod plus est scilicet q alguazellus negligens in capiendo debitorem suspectum de fuga, vel non possiden
24 tem immobilia † tenetur soluere debitũ secundum Suarez,in titul.de los emplazamientos.§.7.nume.52.pagin.409. & qui impediuit nè legatũ, vel hæreditas alicui relinquatur per testatorem volentem re-
25 linquere, ad interesse † illius legati, vel hæreditatis tenetur, secundum Cæpol. cautela.36.& facit in arg. text.in.l.dedi. §.fin.ff.de cond.causa data,& probatur ex l.27.cum.2.seq.titul.1.part.6. quamuis ille,qui occultauit debitorem postquam fu
26 git,non tenetur † creditori debitum soluere,secundum Bald.consi.220.colu.3. vol.3.& Hippoly.sing.366.per tex.in.l. fin.versi.creditori.ff.de lib.homi.exhib. quem ad hoc commendat Ias.in.§.præterea num.49.cum seq.inst.de actio.& ibi Gometi.num.50.inquit quod & hæc ha
27 bent locum in mercatore † fugiente & fracto,prout & tenet Ias.in dict.nu.49.& Hippoly.vbi supra, intellige tamen supra dicta esse vera dum tamen constet de debito carcerati fugientis, alias enim non tenebitur illum fugere faciens, vel occasionem præbens fugiẽdi, prout in glos. mueva supra hac.l.diximus circa delinquentẽ fugientem, & qualiter puniantur carcerati ob debitum si conspirauerint de rumpẽ
28 do carcere †,tradit Olanus,in concordia antinomiarum litera.E.nu.113. Ex quibus vnum notandum deducitur in practica,scilicet quod si procurator, vel qualibet alia persona litigantes coram alio procuratore vel aduocato,ad se venire fecerit, dum ad eum partes venire nolebant,
29 punitur † pœna.l.38.titul.1.lib.3.supra, & de ijs ad quid tenebatur de iure ciuili custos carceris si debitor incarceratus fugiebat ab ea, vide Petrũ Pekium,in tract. de iur.sistendi.capi.27.& Menochi.de arbitra.iud.lib.2.centuria.4.casu.302.

Ibi,[Y si fuere hombre de alguazil],ex ijs verbis iunctis seq.ibi, sea tenudo de lo dar,notandum est, hic esse tx.expressum probantem quod si alguazellus aliquem in custodem carcerati alicuius proposuerit,salario huic præposito custodi constituto, cuius quidem hominis culpa carceratus ipse fugiat,liberatur alguazellus exhibendo hominem illum, quem pro cu-
30 stodia † illius carcerati præposuerat, & faciunt latè dicta per Auiles, capi.4.prætorum glos.entregar,n.1.cum seq. fol.110. quamuis faciant in contrarium dicta per Amædeum,de Syndicatu nume.97.non tamen idem crederem esse,si ipsemet homo præpositus pro carcerati custodia aliũ suo loco præposuerit, tunc enim si carceratus fugeret,non excusaretur custos ille per alguazellum positus, exhibendo substitutum suum per eũ positũ & nominatũ recuperabit tamẽ dãna & expẽsas à substituto suo ob fugã illius carcerati sibi obuenientia,de quibus suo loco pensitabis.

LEX XIII.

¶ *SVM. Alguazelli recipere non possunt iura à lege nostra prohibita percipi, aliter enim absque pœna eis resisti potest.*

1 IBi, [Se resista], iudici enim † iniusta præcipienti & exequenti resisti potest impunè,secundum text.in.l.prohibitum & ibi DD.C.de iure fisci lib.10.& tradũt Abb.

Abb. in capit. si quando num. 2. de offici. del. tenet glos. in l. non videtur, la. 2. §. qui iussu ff. de reg. iur. Bar. & DD. in l. vt vim ff. de iust. & iure & Dyn. in capi. quod quis mandato, de reg. iur. in. 6. non enim dicitur tunc desistere sed se defendere, secundum Thom. Grama. consi. 51. num. 2. cũ sequen. vbi optimè loquitur quod tamen
2 intellige quoties notorium erat † iudicẽ vel alguazellum iniustè procedere prout. in nostro casu, secus verò si de hac non cõstet notorietate, quoniam in dubio credendum est iuris ordine seruato processum fuisse neque debet resisti, sed potius coram superiore petendum est grauamẽ reparari, secundum glos. in dict. l. vt vim, si tale grauamen reparabile est, secus verò si non esset, quoniam tũc etiam resisti posset, secundum Cyn. in l. 1. capit. vnde vi, & ibi Bal. quæst. 12. & Ias. in dict. l. vt vim col. 3. & Orosci. col. 21. & Didacum Perez. l. 6. titul. 11. lib. 1. ordin. colum. 308. ad finem, & vide glos. in cap. ex literis, de offi. del. & Ripam. in. l. 1. nume. 24. ff. de quæstionibus Montal. l. 8. tit. 4. partit. 3. Paul. in. l. 1. §. ius gentium numer. 6. ff. de iust. & iure, & post hæc scripta reperi distinctum per Clarum, in libr. 5. selectarum. §. fin. quæstio. 29. versi. sed hic incidẽter quæro, & supra in. l. 7. in glos. 1. alia diximus, & pro declaratione illius. l. prohibitum, videndi sunt Hipp. in. l. 1. n. 15. cum seq. ff. de quæst. & Deci. in. c. si quando nume. 2. cum seq. extra de iudi. Cassan. in consuet. Burgun. fol. 76. col. 3. nu. 5. & omnia hæc prosunt ad. l. 5. titul. 22. lib. 8. infra & quæ diximus in. l. 2. titul. 11. lib. 3. supra num. 4. & 5.

LEX XIIII.

¶ *SVM. Alguazelli super septenis nullam concordiam neque pactum facere possunt, neque ante condemnationem, neque post sub nostri text. pœna.*

IBi, [De hazer ygualas], eam ad hoc allegat Auenda. capit. 18. præto. num. 3. versiculo quod fallit lib. 1.

Ibi, [Ni despues], intellige etiam si tales condemnationes sint lapsæ in rem iudicatam, in casu in quo septenis non solutis pars condemnata esset in corpus castiganda propter non solutas septenas, prout text. noster loquitur, hoc enim in casu, nè delictum impunitum remaneat, etiam condemnatione in rem iudicatam lapsa, ex qua condemnatione septenarum pars aliqua veniret alguazello applicanda, non licet ei concordiam aliquam facere, sed si ob defectum solutionis huiusmodi condemnationis non esset condemnatus in corpore castigandus, posset optimè alguazellus iste pro sua parte secum condemnato cõcordare, dum tamẽ condemnatio in rem transierit iudicatam non vero ante secũdum quod in. l. 11. tit. 6. lib. 3. supra diximus.

Ibi, [Entera mente,] & sic si vnus tantũ numus deficeret integra pœna corpora-
1 lis esset imponenda, † secundum Auend. capi. 18. prætorum nu. 4. vers. & quando cũ seq. lib. 2. vbi hoc declarat & intelligit.

Ibi, [cõ las setenas], sed nõ nè per. l. 11. tit. 6. li. 3. §. quadrupli pœna imponebatur dic vt ibi diximus in gl. cõ el quatrotãto.

LEX. XVI.

¶ *SVM. A reis accusatis non vero ab accusatoribus debent alguazelli iura sua percipere, sub nostri text. pœna, nullaque homicidij iura percipere possunt pro incartamentis allatis ad curiam pro delinquente aliquo capiendo.*

IBi, [De los reos acusados], intellige culpatis, nam de inculpatis nulla iura alguazelli ij capere possunt, sed ab accusatoribus, qui iniuste reos ipsos capi fecerũt, vt sup. l. 7. gl. fin daño, diximus per tx. ibi q & ex tx. nostro probatur, ibi, cõdemnados,

nandos. Si ergo condemnati erant, culpati sunt, quod & clarius deducitur ex verbis sequentibus ibi, y al querellante le de el escriuano su executoria, si ergo executoria datur, reus condemnatus est, secus vero si esset absolutus nam tunc nulla accusatori necessitas imminebat extrahēdi executoriam, & per consequens reo existenti absoluto, nulla ab eo iura capienda sunt, sed ab accusatore reum iniuste faciente capi, & incarcerari, & idem esset si delinquens esset remittendus de vno loco ad alium, & non esset inculpatus, vel non haberet bona, quoniam vtroque casu crederem tunc à petente remissionē capienda esse iura, ex. l. 3. titul. 16. libr. 8.
1 infra quam sic † declarandam censeo, vt quod ibidem disponitur, quod ab accusatore petantur expensæ remissionis, si delinquens non habet bona, idem dicendum sit, & si ea haberet, inculpatus tamen reus esset, & ideo absolutus absque vlla expensarum condemnatione.

LEX XVII.

¶ *SVM. Alguazelli non possunt substitutos ponere, nisi in casibus vbi iudicibus ordinarijs licet substituere.*

IBi, [No puedan poner], contrarium videtur probari in. l. 1. supra isto titul. & lib. & ideò dicendum est ibidem esse casum specialem & localem vbi licet alguazellis coadiutores ponere qui secum in officio adsistant dum tamen ipsimet alguazelli præsentes etiam ad sint, & sic nō substituunt quandoquidem præsentes sunt, sed coadiutores nominant, & ijs cō sideratis nihil text. ille generali nostri tex. dispositioni obstat.

Ibi, [Saluo en los casos], & sic in casibus vbi iudices ordinarij posśūt substituere poterunt & in illis casibus alguazelli, †
1 putà propter infirmitatem, vel absentiam necessariam secundum quod in. l. 4. titul. 9. lib. 3. supra dispositum est, & ibidem diximus: sed nonnè per dict. l. 1. supra isto tit. & lib. alguazellus prohibetur relinquere substitutos dum absunt à curia, vel cancellaria, & fatendum quidem est, respondendum tamen, quod quemadmodū lex illa alguazellis cancellariæ tribuit priuilegiū vt possint dū præsentes in cancellaria existunt coadiutores illos ponere, contra id ꝙ in nostro tex. in alijs alguazellis prohibetur, ita & voluit alguazellos ipsos cācellariæ grauare vt si se absentarent, non substituerent, vt sicut in vno honorantur in alio onerentur, sed quia respons. hæc non caret scrupulo, eo quòd priuilegium suum esset eis nociuum, & quod in eorum fauorem introductum esset in odiū eorum retorqueretur, contra. l. quod fauore. C. de test. & capit. quod ob gratiā de regul. iur. in. 6. ideò & melius dictæ difficultati responderi potest scilicet quod alguazelli cancellariæ dum absunt non possint substituere, vt id verū sit & procedat nisi in casibus in quibus iudicibus ordinarijs licet substitutos relinquere, in illis enim licebit & alguazellis ijs & alijs quorumcunque tribunalium, & hæc est vera responsio & tenenda, & est notabilis declaratio ad. l. primam, supra eodem.

LEX XIX

¶ *SVM. Quotiescumque iura itineris sunt maioris æstimationis, quam debitū principale, non possunt alguazelli hæc iura itineris capere.*

IBi, [No lleuen,] legem hanc intelligo procedere secūdū quod ex summario super ea posito colligitur scilicet vt iura, quæ executionis vocat noster text. ibi, derechos de execucion, intelligantur de iuribus itineris debitis propter executionē

extra

extra locum vbi sententia prolata est, faciendam, putà si sententia furatur in cancellaria, & ibidem executio petatur, tunc enim si pro executione facienda mittatur alguazellus aliquis cum salario tassato pro quolibet die, secundum quod in.l.31.titul.6.lib.3.supra disponitur, secundum quam.l.31.est intelligenda.l.11.titul.21.eo.libr.3.tunc si salarium illud itineris excedat debitum principale non percipiet alguazellus hic itineris iura sed tantum percipere poterit decimam debiti executati, nam vtrunque decimam scilicet executionis & iura itineris percipere non poterit, sed vnum vel aliud, quamuis itineris iura debitum principale non excederent, vel debito principali æquiualerent, & hic videtur sanus nostræ legis intellectus.

LEX XX.

¶ *SVM. Tenentur alguazelli cancellariarum sub nostri text. pœna visitare vecarias lenocinia & loca publica.*

IBi, [que no lleue las perdizes], sed non nè per.l.4.supra isto tit.& lib.alia imponitur pœna, ergo hæc nostra tanquam nouior quantum ad pœnæ impositionem, illam corriget, sed quoniam legum correctionem in quantum mihi possibile est euitandam curo, dicendum mihi videtur legem illam.4.loqui in alguazellis domus & curiæ regis, nostra vero in cancellariæ alicuius alguazellis, prout ex verbis amba rum legum colligitur, & videtur sanus & literalis intellectus, vel secundo responderi poteit & forte melius, quod pœna nostri text. imponatur Alguazellis ijs propter non visitata meretritia, vecarias & loca publica, quantum verò ad alia procedat pœna dictæ.l.4. cogitabis quis sit planior intellectus.

LEX. XXI.

¶ *SVM. Statim quòd ad officium recepti sunt tenentur iurare se seruaturos omnia in lege nostra contenta.*

IBi, [Saluo cosas de comer], & hoc ideò in alguazellis permittitur, in iudicibus verò prohibetur per text.in.l.1.verbo, dadiua, titul.6.lib.3.supra, quoniam in iudice munera & poculenta aut esculenta possunt eum corrumpere, cum sit præcipiés, in alguazello tamen non, qui præcepto iudicis obedire tenetur, tanquam nudus minister, secundum Didacum Perez, in l.40.in glos.1.ad fi.col.585.in fine, titul.14.lib.2.ordin.& quia fortasis in ijs, quæ alguazellis per iudices suos mandantur, possent ipsi alguazelli corrumpi, ideò tantum in lege nostra permittitur quod poculenta & esculenta possint recipere dũ tamen sit in modica quantitate, non est enim credendum propter tam modicam quantitatem se se corrumpi alguazellos permissuros; hæc tamen, quæ de alguazellis dicta sunt procedũt regulariter, excepto casu.l.9.supra isto titul.& lib. & ratio specialitatis eius manifeste patet, nè scilicet vel laxiores habenas ipsis carceratis præbeant: vel fortasis strictores illis, qui munera non præstabunt, & ideo in casu dict.l.9.neque in modica quantitate recipere permittitur à carceratis, & ita teneo neque in hoc casu verũ crederem quod vna lex per aliam declaretur.

Ibi, [En las quales desde luego les condenamos], an per hæc verba obligentur in conscientiæ foro alguazelli ij ad harũ pœnarum restitutionem dubitabile est, & pro parte negatiua quod non obliget facit, nam quamuis ipso facto pœna ex iuris dispositione incurratur non debetur in
1 conscientia nisi petatur prout veriorem † opinionem testatur Couar. in.4.2.part.capit.6.§.8.num.10.fol.72.& communiorem vt ibi, & Ant. Gom.to.3.cap.2.num.5.

num. 5. verſ. contrariam tamen, & Padilla l. ſi quis maior, nume. 57. C. de tranſactio. & Nauarrus in manuali, cap. 23. num. 66. in fine, & Didacus Perez. l. 2. titul. 9. libr. 2. ordi. colum. 499. niſi lex adderet quod
2 in foro † conſcientiæ deberentur tales pœnæ, ſecundum Couar. vbi ſupra, & Didac. Perez vbi ſupra, colum. 377. ſub. l. fin. tit. 3. lib. 2. ordin. & alibi latius dictum memini ad ampliationem gl. in cap. fraternitatis 12. quæſt. 2. ergo & in noſtra lege idem dicendum quod non obliget in conſciencia niſi petatur, ſed nihilominus quoad noſtram legem contrarium eſt tenendum, imò quod ad reſtitutionem teneantur harum pœnarũ alguazelli, quandoquidem lex ſtatim quod in eis inciderint condemnat eos, quamuis non petantur, & tũc pœnæ non debentur in foro conſcientiæ, niſi petantur, quoties earum nulla eſt condemnatio facta, ſed poſt condemnationẽ
3 debentur † equidem in foro conſcientiæ quamuis non petantur, prout in declarationem dictæ gloſſ. dict. cap. fraternitatis, alibi diximus & frequentius teneri aſſerit Padilla, vbi ſupra, ergo idem in noſtra lege, quæ condemnationem ſtatim facit, & hoc deducitur manifeſtè ex text. noſtro eius litera antiqua attenta, quæ inſerta erat ſub. l. fin. titul. 14. lib. 2. ordin. ibi, que juré todos de guardar eſtas dichas ordenanças y de pagar las pœnas ſuſodichas en las quales deſde luego les cõdemnamos, por manera que ſean obligados a las pagar in foro conſcientiæ ſin que mas ſean condenados en ellas quanto quier que ſea oculto, ponderando verba illa por manera, quæ non addunt præcedentibus, ſed declarant, ita quod ſub verbis præcedentibus hoc de foro conſcientiæ intelligebatur, & comprehendebatur, & vt Clarius pateret addidit lex illa verba declaratoria præcedentium por manera, &c. quaſi ſub præcedentibus & ſequentia eſſent comprehenſa, verumtamen, quia in noſtra recopilatione nihil ſuperfluum inſerendum erat, omiſit lex noſtra illa verba por manera, &c. ſed hæc non carent ſcrupulo, nam & probatiſsimam ſententiam teſtatur Padilla, vbi ſupra, num. 58. in fine, quod neque poſt
4 condemnationem † tenetur quis pœnas legales ſoluere, quouſque earum executio petita & facta ſit, & ideò videtur non ſine myſterio legiſlatorem noſtrum omiſiſſe verba illa por manera, &c. ne ad pœnarum harum ſolutionem obligarentur alguazelli, & eſſet lex laqueus animarum dum earum ſaluti prouidere intendit, niſi in caſu in quo executio pœnarum fiat, nõ enim tenetur quis contra ſe ſententiam executioni mandare, nec bona ſua fiſco, offerre ſed tantum ſeſe patientem & morigeratum præbere, & pati paratum, vt diximus in rubrica titulo primo, libro ſecũdo, ſupra, numero. 24. ſuper quo latius cogita.

LEX XXVI.

¶ *SVM. Ad quod vſque tempus locum tenentes merinorum & alguazelli religendi non ſunt ad officium illud, declarat lex noſtra.*

IBi [haſta paſſados tres años,] ex ijs ampliatur quantum ad hos merinorum locum tenentes & alguazellos diſpoſitio tex. in. l. 12. tit. 5. lib. 3. ſupra vt quantumuis horum locum tenentium & alguazellorum reſidentia viſa ſit & executata adhuc ad illudmet officiũ religi non poſsint, niſi prius lapſo horũ trium annorũ ſpatio.

Ibi [prouiſiones neceſſarias,] quam plures caſus, in quibus per leges noſtras regias prouiſiones in regio conſilio concedi ſolent poſui in repertorio meo de cortes, quem quidem librum ante huius recopilationis impreſsionem regia licentia imprimi feci non ſine legentium applauſu.

LEX XXVII.

¶ *SVM. Iniuſtè incarceratus ſtatim relaxandus eſt à carcere abſque damno & expenſa aliqua.*

IBi [y lo dieren por quito,] ergo antè vi
detur non esse à carceribus relaxandū
accusatum pro delicto, quandoquidem
lex nostra sententiam requirit, sed contra
est asserendum, vbicunque enim penden
1 te etiam processu apparuerit reum † non
esse culpabilem, relaxandus est à carcere
ex text. in l. 1. C. de exhib. reo. & ita Flo-
rentiæ practicari asserit Apostilla Bald. in
l. nullus, numero. 2. C. de exhib. re. quem
& alios refert Clarus, in lib. 5. selectarum.
§. fin. quæstione. 46. versic. pariter etiam,
vbi inquit quod licet text. in illa l. 1. fide-
iussores requirere non videatur, practica
tamen obtentum est fideiussores tunc
prestandos, adijciens quod Crauet. per eū
allegatus inquit quod in regno Neapolit.
hodierna practica communiter & genera
liter se habet, quod etiam si facta publica
tione processus appareat de innocentia
rei non relaxatur sub fideiussoribus, quod
2 ipse Clarus, optimo iure se non laudare †
asserit, nisi crimen sit valde enorme, vel
speret iudex noua habere indicia additq;
ipsemet Iulius Clarus, relaxationem hāc
3 operari † quod non potest reus iterum in
carceres conijci ex ea causa, nisi superue-
nientibus nouis indicijs, & ita inquit Bo-
sium, per eum relatum attestare, quod
non ita indistinctè obseruari asserit, sed iu
dicis arbitrio relinquit, in causis tamen
leuibus in propositum huius doctrinæ, vi
de. l. 18. titu. 9. lib. 3. supra. inquitque præ-
terea Clarus sciendum quod in omnem
casum tempore, quo sit relatio diffinitiua
causæ in senatu, semper solet reus ad car-
4 ceres reuocari † nè, si sequatur cōdemna
tio corporalis, possit illam fugiendo elu-
dere, debet tamen vt ibi per eum, iudex
semper se in mitiorem partem inclinare,
vt scilicet reum sub fideiussoribus rela-
xet, & ibi alia optima in propositum circa
hæc dicit, ad propositum igitur nostrum
reuertendo, teneo quod vbicunque ap-
paruerit reum iniustè incarceratum rela-
xari debet sub fideiussoribus, nisi crimen
sit enormè vel noua sperentur indicia, ne
que obstat text. hic, qui videtur senten-
tiam requirere absolutoriam, nam vel hoc
procedet quoad hoc vt reus relaxetur nul
lis præstitis fideiussionibus, vel quoad
hoc & proprius ad sciendum an expensas
vllas carceris soluere teneatur, non vero
quoad illud an sit relaxandus sub fideius-
soribus quotiescunque apparuerit carcera
tum iniustè, item iniustè incarceratus re-
5 laxatus sub iuramento de redeundo † non
tenetur redire, secundum Afflictis lib. 1.
constitut. Siciliæ, rubrica. 88. in principio,
num. 8.

LEX XXVIII.

¶ SVM. Arma offensiua vel defensiua delinquentis, quibus cum deliquit, & quæ tempore commissi delicti tenebat, & vt amissa condemnanda sunt, alguazello vel officiali delinquentem capienti applicatur.

IBi [porque deuan ser condemnados en
ellas] pondera verba hęc, nam ex eis cō
funditur iudicum opinio existimantium
legem hanc expressam esse probantem
omnia arma quibus cum quis deliquit es-
se applicanda algeazello capienti delin-
quentem, & sic quod si quis occiderit ani-
mal contra iuris dispositionem, putà in oc
cidente con arcabuz, vel cum ballista, &
xara enerbolada contra dispositionem le
gum regiarum ijsce instrumentis anima-
lia occidi prohibentium, amittit arma illa
& applicanda erunt tali officiali eum ca-
pienti, contra quos iudices est text. ex-
pressus hic in ijs verbis, porque deuan ser
condemnados en ellas, de iure tamen si
non reperiatur expresse dispositum talia
1 arma † quibuscum occiditur animal esse
perdita, per textum nostrum non declara
bitur amissa fuisse, quia tantū in casu per-
misso ita declari loquitur, quicquid aliter
velint iudices iniqui intelligere, præser-
tim cum lex nostra non circa occidentes
animalia irrationalia loquatur, sed circa de
linquentes cum alijs rationabilibus perso-
nis, vt ex eius contextura patet.

Ibi

Ibi [aunque la prision no se haga infraganti delicto] noua est isthæc dispositio, quoniam anteà illa arma quibus cum delinquebatur officiali delinquentem capiēti applicabantur, quoties infraganti delicto eum capiebat, & sic cessat iam quæstio illa per Doctores agitata, quid si alguazellus insequebatur delinquentem statim delicto commisso, an si eum tunc apprehendebat, essent illi arma applicanda, & videbatur quod sic ex dictis per Auiles cap. 1. prætor. verbo, cartas, numer. 6. fol. 22. & Anton. Gom. l. 45. tauri, nume. 48. & lege nostra attenta id clarius redditur, item intelligo tunc arma esse alguazelli capientis delinquentem post iam delictū perfectum, & non eo infraganti, quoties
2 cum mandato iudicis cepit, secus si sine † eo, quoniam tunc non deuengat arma, ex tex. vbi diximus in l. 9. supra isto tit. & lib.

SEQVITVR TITVLVS XXIIII.

De las carceles de corte y chancillerias y de las otras justicias y de los pobres en ellas presos.

ET cum superiori titulo de alguazellis & carcerum custodibus dictum sit, nunc immediatè subsequitur videre de carceribus ipsis vbi carcerati sunt custodiendi per ipsos alguazellos & carcerarios. Et quid sit carcer & quis possit eam constituere, & quomodo non ad pœnam sed ad custodiam de iure ciuili inuentæ sunt carceres, & cuius expensis construendæ, diximus remissiuè, in l. 15. titul. 9. lib.
1 3. supra verbo, carcel, & quadruplicem † esse carcerem testatur Nicolaus Arelatanus, in tractat. de hæreticis, quæstio. 11. num. 10.

LEX I.

¶ SVMMAR. *Incarceribus regiarum audientiarum debet adesse locus remotus pro domo custodis deputatus, & alter vbi inqualibet hebdomada fiat audientia & carcerati visitentur.*

IBi [y visita los alcaldes] cui quidem visitationi carceratorum qualibet die sabbathi cuiuslibet hebdomadæ, debet esse præsens vnus ex auditoribus curiæ vel cācellatiæ, prout in l. prima & secunda, titulo. 9 supra libro secundo, dispositum est, quod iustissimum vt causæ carceratorum facilius expediantur, & carcerati non molestentur, prout & tradit Didacus Perez, in l. 6. titul. 4. lib 2. ordinam. colum. 385. ad finem, & considerauit Iulius Clarus allegando Anton. Gomez, in lib. 5. selectarum senten. §. fin. quæstio. 46. versic. scias etiam, vbi inquit singulo quoque mense teneri carcerarium carceratorum numerum iudici significare.

LEX II.

¶ SVMMAR. *In carceribus debet adesse locus deputatus pro custodia mulierum remotus à virorum loco, & in mulieribus carcerandis regiæ leges seruandæ sunt, & in casibus in quibus mulieres sunt carcerandæ omnis modestia cum eis seruanda est.*

IBi, [Conuersacion,] De verbali tantum intellige non verò de carnali, de hac enim non loquitur text. noster, vt potè, quia acrius puniretur custos carceris permittens carceratam mulierem à carceratis cognosci carnaliter, vt videre licet ex Boerio, decis. 317.

Ibi, [De priuacion,] Alios casus vbi priuationi locus est iure nostro regio in. l. 23. infra titulo proximo inseremus fauente Deo.

Ibi, [Por las leyes,] scilicet. 8. tit. 3. libr. 5. infra vbi dicemus.

Ibi, [Que las que ouiere lugar de estar presas,] vt pro delicto, vel debito descendente ex delicto, secundum textum in. l. 10. titulo tertio, libro quinto, infra vbi dicemus.

Ibi, [Seyendo honestas,] inhonestæ enim mulieres carcerari possunt etiam si
1 debitum † ex delicto non descendat, secundum textum, in. l. 10. titul. 3. libro. 5. infra tradit Couarru. in. 4. part. 2. capit. 8. §. 11. numero. 6. & Auiles plura adducēs, in proœmio, capit. prætorum, in princip. num. 27. & Oroscius, in. l. plerique. §. satisque, colū. 635. ff. de n[illegible]ius voc. ni secundum eum ibi talis mulier inhoneste viuēs nupta sit, vt in dict. l. 10. videbimus, quod si honesta esset mulier hæc nupta tunc ne
2 que etiam pro non graui delicto † deberet incarcerari in publico carcere, sed in loco honesto & docente, prout noster text. probat si bene inspiciatur, & pluries in practica vidi sic factum, & tradit Iulius Clarus, in lib. 5. selectarum sent. §. fin. quæstio. 28. num. 3. vbi limitat nisi delictum sit atrox.

LEX IIII.

¶ *SVMMAR. Custodes carcerum tenentur in loco publico tabellam apponere iurium per eos percipiendorum à carceratis, iudicesque ordinarij custodes ipsos ad hoc faciendum compellere debent sub nostri text. pœna pauperibus incarceratis applicanda.*

IBi, [En el aranzel,] quod ponitur, infra titul. 28. vbi & ponitur pœna quadrupli contra carcerarios maiora iura quam tassata recipientes, & quæ iura antea percipiebant declarat Matth. Afflict. in constit. Sicil. lib. 1. rubric. 88. num. 1. quoad regnum suum.

Ibi, [So pena de cinco reales,] sed quis patitur hanc pœnam carcerarius ne, vel iudex non compellens carcerarium ipsum tabellam habere in publico, & videtur quod iudex ipse in hoc negligens soluet hanc pœnam, eò quod versiculo de iudice loquenti pœnæ appositio approximatur, & proximiori orationi videtur apposita, sed contra est tenendum, imò quod non iudicem sed carcerarium ipsum pœna hæc respiciat, prout patet ex verbis illis, q̃ no los pusieren, sed ponere ad carcerariū pertinet, ergo eū cōprehendit, nō verò iudicē, nā iudex in hoc negligens pœna arbitraria puniendus est ob negligentiam.

LEX V.

¶ *SVM. Tenentur custodes carceris ab omnibus in lege nostra contentis & declaratis se abstinere sub eius pœna.*

IBi, [De las personas que estuuieren presas], quasi de alijs in modica quantitate liceat, secundum text. in. l. 9. supra tit. proximo, vbi dixi & declaraui de alguazellis.

Ibi, [Ni les apremien], similis est text. in. l. 9. supra titu. proximo, & in. l. 11. titul. 29. par. 7. vlteriusque debet aduertere carcerarius, nè bis pro eodem delicto carceratum compellat soluere iura, itaque si dum esset carceratus & subfideiussoribus relaxatus

xatus soluisti carcerario iura sua, quamuis iterũ pro eodem delicto reducaris ad carcerem, nõ teneberis noua iura soluere car-
1 cerario,† vt probat text. singularis in hoc in.l.19.titu.9.li.3.sup.itidéque neq; ab iniustè carceratis sunt iura capienda, secundum text.l.27.supra tit.proximo,&.l.14. in fine,titu.29 part.7.item neque à paupe-
2 ribus,neque à pueris † propter ludos incarceratis,vt probat.l.6.infra isto tit.& lib.& vide alia quæ diximus in.l.9.in glo.pen.supra isto lib. in titu.23.

SEQVITVR TITVLVS XXV.

De los escriuanos del concejo y publicos y del numero y notarios ecclesiasticos.

ET quoniam superioribus titulis de cõcernentibus iustitiam actum est, & persona, qua cum actus iustitiæ explicantur & proferũtur iudicialiter, siue extra iudicialiter instrumẽtaq; in iudicio præsentata cõficiũtur, est tabellio, ideò prosequit legislator titulũ hũc & seq. post omnes huius lib.4.& præsertim post præcedẽtes.

¶ In cuius tituli declarationem breuiter quædam sunt notanda in primis quid
1 sit tabellio †, cuius quidem diffinitionem & proprius loquendo descriptionem posuit text.in.l.1.tit.19.part.3.dicens,quod scriba idem significat,quod homo scribere sciens, quæ quidem non potest dici diffinitio,quoniam aliter,scribere sciens diceretur tabellio,& ideo ex.l.7.titul.9.part.2.desumo diffinitionem tabellionis, scilicet quod tabellio, vel notarius est ille, qui authoritate regis vel illius qui consuetudine ius creandi habet creatur ad conficienda instrumenta,scripturas,& acta iudicialia & extra iudicialia,ex cui⁹ diffinitionis declaratione patebũt alia ad rubricę hui⁹ declarationẽ cõducibilia. Dixi enim autoritate regia nã tabelliones creare ad regẽ perti-
2 net vel imperatorẽ, † vel ad eũ, cui rex vel imperator authoritatem eos creandi præbuerit, secundum tex.in.l.3.tit.19.par.3. quam adhoc allegauit Coua.in pract.cap.19.col.fin.& Auend.lib.1.præt cap.1.numero.11.& in eod.lib.cap.10.num.1.& seq.vbi num.3.& 4.notat ex illa.l ius eli-
3 gendi publicos officiales† delegari posse, licet de iure communi non posset, secundum eum ibi. Item & ex illa. l notandum est, dominos temporales, duces scilicet comites & Marchiones in terris suis posse
4 tabelliones creare, † tanquam adhoc habentes à rege potestatem, regis enim vicarij dicuntur, prout de iure asserebat Innocen.in cap.pen. de fide instr.& Bart. in l.Barbarius.ff.de offic.præsid.quos adhoc allegat Didacus Perez, in.l.2.titul.5.libr.2.ordin.glos.1.quæst.2.colum.430.& allegat etiam dictam.l.3.titul.19.part.3.& melior est.l.3.titul.10.part.3.allegata per Montaluum, in.l.1.verbo, e nõ, tit.8.lib.1.fori,quæ lex.3.titul.10.mihi nihil probat, neque dicta lex.3.tit.19.si benè inspiciantur, sed supradicti DD.ita tenent, sed
5 quod vicarij regis dicantur, † & in terris suis in locũ regis successerint, probat tex. in.l.12.titulo.1.partit.2.quam allegauit Auenda.cap.5.num.5.lib.1.& cap.9.nu.1.lib.1.& cap.12.nu.24.in princ.eo.libr.1.& Suarez, allegati.6.pag.pen.in fine,& cũm tales sint, nimirum si in terris suis possint hos creare tabelliones, prout posse tenet Auend.dict.cap.10.num.2.libr.1.& ita seruari dicit, Montaluus vbi supra & benè,& latè tradit Burgos de Paz, in.l.3.tauri,num.1058.cum pluribus sequẽ.imò &
6 omnis habens merum & mistum † imperium,& iurisdictionem eos creare poterit, secundum Auend.dict.cap.10.num.1.& 2.& probat tex.in.l.3.colum.2.titul.19.
7 par.3.& ideò episcopus† secundũ eum ibi & Abb.consi.104.lib.2.& Burgos, vbi su-
8 pra, nu.1060.& seq. Sed an capitulum † sede uacante, dic q cũm creatio tabellionũ iurisdictionis sit, imminẽte necessitate,& non aliàs, poterit, ex communi asserta per Bote, in tract.de synodo episc.3.p.in prin.n.134.& hos quoad exercenda iudicialia poterunt domini temporales in terris suis creare tabelliones, prout ex.d.l.3.tit.19. partit.3. deciditur, nimis, secundum glo.

ibi potestatem dominorum restringentem, sed hodie tabelliones per dominos hos creati indistinctè in terris suis de consuetudine exercent iudicialia & extraiudicialia, quæ consuetudo sufficit, vt ex infra dicendis apparebit, debet tamen in hoc casu talis tabellio esse examinatus postquã à domino in terris suis creatus fuerit in con
9 silio regio, † aliter enim neque iudicialia neque extraiudicialia vel scripturas conficere poterit, secundum textum, in.l.2. istius nostri tituli, qua mediante à contrario sensu deducitur, tabelliones creati à dominis in terris suis posse etiam instrumenta extraiudicialia conficere si examinati sint in regio consilio & approbati, ex quo consuetudo dicta comprobatur, sed
10 an extra dominorum territoria † inter *subditos hoc possint tabelliones ij*, vide remissiuè per Burgos de Paz, vbi supra, numero.1061.in fine, vbi numero.1063.disputat an dicta consuetudo creandi tabelliones debeat esse immemorialis, vel sufficiat.40.annorum, vt infra proximè dicemus. Diximus indiffinitione vel consuetudine, nam & consuetudine acquiri potest
11 ius hoc † creandi tabelliones, secundum glossam, otorgassen, in dict.l.3.titulo.19. partita tertia, & Auendan. dicto.capit.10. numero.2.3.&4.libro.1.& Burgos de Paz dict.numer.1062.cum sequentibus, pro quo sunt iura expressa, in.l.2.cum tribus sequentibus, titulo.2.libr.7.infra non posset tamen *consuetudo ipsa* creare tabelliones generales, qui vocantur, escri-
12 uanos reales, qui in toto regno † vtuntur hoc officio in rebus permissis, ita voluit Bald.in rubrica, numero.13.de consuetudi.& gloss.fin.dict.l.tertia, titulo.19.partita tertia, & Rebuff in tertio tomo constitu.Franciæ, titulo de consuetudine, in præfatione, numero.77.vbi numero.76. inquit effici posse consuetudine instru-
13 mentum authenticum id † quod alias nõ esset, & quod priuatæ scripturæ credatur, sed si pars non opponit, etiam si dominus careat potestate creandi tabelliones, & eos creauerit, gesta per eos valebunt, secundum Burgos, vbi supra, numero.168 cum sequenti, quod est optimum ad.l.1. & 2.& 20.& 21 infra eod. si quo ad eas verum esset, dubito tamen an sit verum quo ad eas. Sed quę consuetudo erit necessaria
14 in hoc casu immemorialis nè, † an vero quadragenaria, & Gregorius Lopez, in dict.l.3.titulo.19 partit.3. verius putabat ex.l.18.titu.1.lib.7.ordinam. quæ est iam l.5.titulo.2.infra lib.7.immemorialem requiri, in correctionem.l.10.titul.1.libr.7. ordinam. quæ est.l.4.titu 2.libro.7.infra, quadragenariam tantum consuetudinem requirentem, neque admittebat Gregorius, vbi supra, quod dicta.l.10.quæ est dicta.l.4.loqueretur quoad possessionem, & dict.l.8.quæ est dict.l.5.quoad proprietatem Burgos verò de Paz in dicta.l.3.tauri, numero.1063.cum sequent.in vtroq; reprobat Gregoriũ, & tenet quod quadragenaria sufficiat etiam quoad proprietatem, & quod si esset immemorialis con*suetudo tanto melius*, & *istam etiam voluit* tenere Auendan. dict.cap.10.num.3. & 4.lib.1. hodie tamen legislator in dict. l.5.titu.2.lib.7.infra concordat has leges & contrarietates nouissimè, scilicet quod leges probantes in hoc casu sufficere quadragenariam consuetudinem procedant quoad possessorium, aliæ vero immemorialem requirentes quoad propietatem, & sic tenendum est iam intrepide.

¶ Diximus etiam in diffinitione, ad conficienda instrumenta scripturas & alia iudicialia & extraiudicialia, quoniam nul-
15 lus alius quam tabellio potest hæc † conficere & scribere fidem eorum dando, *prout in.l.1.nostri tituli probatur*, eorum enim scripturis plena fides in iudicijs & extra datur, tanquam instrumentis publicæ personæ, & authoritatem habentis ad ea conficienda. Secundo præsupponendum
16 est horum tabellionum triplicem † esse differentiam, quamuis ex.l.1.titulo.19. part.3. duplex tantum constituatur species eorum, aliqui enim vocantur tabelliones de concejo, qui rebus & gestis conciliorum cuiusque populi adsunt & præsunt, alij vero vocantur tabelliones publici & numerarij, qui regulariter iam in omnibus populis habentur, coram quibus instrumenta & acta iudicialia, & extraiudicialia conficiuntur, & non coram *alijs* vt ex.l.prima, nostri tituli patet, aliqui vocantur tabelliones regij, vt patet ex l.2.&.l.vigesima secunda, nostri tituli,

&

& tabellionum publicorum de quibus in
secunda specie diximus aliqui deputati
sunt ad scribenda priuilegia instrumenta
actaque regia, qui vulgo secretarij regis di-
cuntur pro secretis eius scribendis, de qui-
bus, in l. 7. titulo. 9. partita. 2. & ij dignita-
tem habent, secundum gloss. 21. in. l. 1.
titul. 19. partit. 3. & gloss. in dicta l. 7. ali-
qui vero sunt deputati publici tabelliones
& numerarij populorum & cancellariarũ
de quibus & in. l. 1. titu. 19. part. 3. tracta-
tur, ibi adnotante glossatore, & ij non ha-
bent dignitatem, vt patet ex Didaco Pe-
rez, vbi supra, quæst. 3. colum. 431. & Co-
uar. in pract. cap. 19. vbi inquit honorem
habere, vt & inquit Cassan. in catal. glo-
riæ mundi. 11. parte considerat. 19. & ij
omnes quoad secularia & profana consti-
tuti sunt. Alij vero quoad spiritualia & ec-
clesiastica negocia constituti sunt, qui vo-
17 cantur notarij ecclesiastici, † & ecclesia-
sticis negocijs & non alijs præsunt, de qui-
bus in l. 20. infra isto titu. imò & alij etiam
adsunt notarij, qui tantum præsunt reddi-
tibus regijs vel ecclesiasticis conficiendis,
18 qui vocantur † escriuanos de rentas, de
quibus in l. 4. nostri huius tituli, & omnes
ij debent esse legales scientes officia exer-
cere. Et commoda ex eis prouenientia de-
scribit text. in l. 7. titul. 9. partita. 2. & l. 1.
cum sequentibus titul. 19. partit. 3. & alia
plurima sunt si tales essent quales declarat
l. 8. titulo. 9. partita. 2. sed væ temporibus
istis, vbi non commodis publicis, sed priua-
tis proprijs inhiant. Notandum etiam est,
19 quod vnus notarius non debet † se de of-
ficio alterius intromittere, nè confusio
generetur, prout inordinatus ordo gene-
rare solet, vt inquit in proposito, Matth.
Afflictis, in constit. Sicil. libr. 1. rubric. 58.
numero. 1. & Auenda. cap. 15. prætorum
numero. 1. ad fin. lib. 2. vbi numero. 6. ver-
sic. sed pone, quærit quid si iudex ex offi-
cio informat se de delicto coram vno ta-
bellione, postmodum vero pars ex deli-
cto illo grauata accusat coram alio tabel-
20 lione, coram quo eorum † fiet processus,
& quod vnus nõ possit de officio alterius
se intromittere, plura iura allegat Paris de
Puteo, in tractat. syndicatus verbo, offi-
cium capit. 1. in principio, folio. 351. Sed
qui possint esse tabelliones, declarat text.
in. l. 2. titulo. 19. partita tertia, & regulari-
21 ter omnis ille, qui expresse prohibitus †
non reperitur, & prohibitos enumerat
lex illa, & vltra ibidem nominatos prohi-
bentur etiam damnati & castigati per in-
quisitores hæreticæ prauitatis, ex text. in
l. 3. titulo tertio, libro octauo, infra. Crean-
di tamen in tabelliones debent esse de ci-
uitate vel populo in quo creantur in ta-
les, secundum textum l. prima, titul. ter-
tio, & in l. 15. titulo secundo, libro septi-
mo, infra, & l. 2. titul. 19. partita tertia, po-
nentem rationem, scilicet, vt contrahen-
tes cognoscere possint, in practica tamen
22 non video curari † de hac qualitate in
creatione tabellionum, & nimirum, nam
quamuis ipsi non cognoscant contrahen-
tes sufficit quod duo testes de ijs infor-
mant, & asserant eos cognoscere, secun-
dum textum, in l. 14. infra eod. & quia ex
l. quinta, supradicta etiam si non sint natu-
rales illius populi sufficit, quod ibi per de-
cennium cohabitauerint, secundum quã
l. declarabis. l. prima, titulo tertio, libro sep-
timo, infra, imò & video eos creari extra-
ros & ignotos, neque aliud requirunt do-
mini quam sufficientiam & habilitatem,
& ætatem. 25. annorum impletorum, se-
cundum textum in l. 30. infra isto titulo,
23 sed an infamis possit esse tabellio † decla-
rat glossa, de buena, in dicta l. secunda, ti-
tulo. 19. partita tertia, & optimè Couar-
ruuias, in practica capit. 19. numero. 5. &
quæ iurant tabelliones in ingressu officij
24 declarat † Montaluus. l. 1. glossa. 1. titulo
octauo, libro primo, fori, & text. in l. 4. ti-
tulo. 19. partita tertia, & quamuis in cau-
sa propria non possit tabellio pro se instru-
25 menta conficere, † secundum Bartolum,
in l. filius. §. sequens. ff. de falsis, tamen si
notarius, qui pro alio confecit instrumen-
tum, illi succedat, potest eo vti, si coram
illo notario successore instrumentum fue-
rat confectum ante successionem, secun-
dum Additio. Abb. in capi. primo, nume-
ro quarto, litera. B. extra de fide instrum.
26 & an tabellio dicatur † artifex, vide addi-
tionem primam Bartol. in. l. legatis, de
legatis tertio, folio. 67. & pro rubricæ cõ-
plemento scire debes, quod diuersis no-
27 minibus † nuncupantur, vt licet vi-
dere in repertorio inquisitorum verbo,

notarius, nam aliquando vocantur serui publici, quia publicè seruiunt, vt.l. 2. ff. rem pup.sal.fore, capit. 2. de vsu.in. 6. quādoque vero dicuntur scrinarij, vt in capit. ad audientiam, de præscriptio. capit. si aduersus, de hæreti. quandoque dicuntur tabelliones, vt capit. penult. de fideinstrum. & notarij, vt capit. 1. de simon. & tabellarij, vt. l. hac consultissima. §. siqui. C. qui tes. fa. pos. & scribæ, & sic vnus & idem diuersa nomina habēt Hispano vero sermone deseruiētes in tribunalibus secularibus inferioribus nominantur, escriuanos, in maioribus vero, secretarios, in tribunalibus vero ecclesiasticis, vbiq; nominantur notarios, & hæc ꝑ rubricæ declaratione.

LEX I.

¶ *SVMMA. Titulus tabellionatus camerarij siuè publici nulli dandus, nisi præuia & præmissa approbatione & examinatione per regium consilium: & in locis vbi adsunt tabelliones publici numerarij, nulli alij officia hæc debent exercere, nisi quantum per legem nostram permissum reperitur.*

IBi, [de los muchos escriuanos,] multitudo enim & infinitas vitanda est & coarctanda, vt probat text. in. l. 1. vbi plura congerit Rebuff. in. 1. notab. numero. 1. cum sequentibus. C. de sent. quæ pro eo quod int. profer. ex multitudine enim
1 officiorum † confusionem causari, officia vilipendi, lites excitari & discordias oriri contingit, & ideò per. l. 11. titul. 3. libr. 7. infra iubetur officia hæc tabellionū & alia vltra numerum augmentata consumi & lex ista generalis est, & inquolibet loco etiam dominorum particularium seruanda est, cum eius ratio generalis sit, secundum Auend. cap. 10. prætorum, numero 5. lib. 1. vbi eam prosequitur declarando. Ex quo domini aduertere debent quot mala & damna rebuspub. obuenire possint ex officiorum augmentatione, vt omnino minuant potiusquam augeant.

Ibi, [Vista y conocida,] Habilitas enim & idoneitas ex comparitione ipsorum tabellionum coram regio senatu apparet, ibi enim in tabelliones creandi examinantur, & interrogantur, ad sciendum an peritiā habeant, prout in. l. nostra & sequente disponitur.

Ibi, [Precediendo para ello nuestro mādado,] Nullus enim officium tabellionatus exercere potest, nisi creatus adhoc authoritate regia, vel illius, cui rex concesserit, vel consuetudine ius adhoc adquisierit, vt in rubrica huius tituli dictum est.

Ibi, [Habil,] Nam officio præsertim pu-
2 blico habilis & peritus præficiendus est, † vt cap. vt nostrum, vt ecclesia. ben. sine dimi. conf. optima. l. 2. titul. 19. part. 3. alias esset reip. (vt experientia docet) nimis nociuum, cap. nihil est, de electio. turpeque est nobili & patritio viro ius in quo versatur ignorare. l. 2. §. Seruius autē Sulpitius ff. de origine iur. quilibet enim debet habere scientiam sufficientem, & dicitur suf-
3 ficiens † secundum qualitatem officij sui, secundum Innocen. in capit. cum inculctis, de electio. secutum per Abb. in capit. 1. numero fin. de institut. alias de fideinstrument. & ideò ipse ibidem inquit notarium debere scire iura, cum in multis debeat esse cautus, aliter enim punitur si fecerit instrumentum iure reprobatum. l. iubemus. C. de sacrosan. eccles. gloss. l. generali. C. de tabular. libro. 10. & hoc verum secundum Abb. vbi supra, quoad pertinētia ad artem notariatus, debet enim scire summam & similia alias imperitia sibi imputatur, & de imperitia tenebitur si par-
4 ti aliquod præiudicium † est illatum, secundum Abb. ibi, putā, quia circa substantialia errauit, secus vero si in substantialibus non errasset, neque circa ea, quæ ad errorem iuris conseruandū introducta sunt
5 quoniam cū tunc † non vitietur instrumētum, secundū gl. in. l. ambiguitatem. C. de testam. not. Bart. & DD. relati per Cœpolam, in l. item si serui. §. qui assidua, nu. 43. fol. 124. in paruis. ff. de ædili. edic. nō tenebitur, prout teneretur è contrario si erras-

errasset in substantialibus, vel introductis ad rigorem iuris conseruandum, vel si dolo aliquid scripsisset, vel desineret scribere, prout communia testatur Orosciu in l Barbarius columna. 394. ff. de offic. præto. licet non teneatur esse doctor, vel aliter accuratè scire iura, vt inquit Abb. vbi supra, qua de causa in aliquibus partibus, prout Aragoniæ & Valentiæ notarij & tabelliones prius student latinitatē, & per tempus aliquod iura audiunt quam tabellionatus officium exerceant.

Ibi, [Que sean auidos por falsarios], nā cum tabelliones dici nō possint, nisi prius diligentijs & requisitis nostri text. impletis, non debent vti tali officio tabellionū & si vtuntur falsarij sunt, cum gerant officium quod non habent, & facit text. in l. 2. titul. 7. part. 7. & quæ dicemus in l. seq.

Ibi, [Mandamos], iubetur seruari in l. 26. titul. 6. lib. 3. supra.

Ibi, [Que estos solos,] excludit alios, nā limitata causa limitatum producit effectū ex iuribus vulgaribus, & legem nostram in hoc plura allegando considerat Coua. in pract. capi. 19. num. fin. in fine, & tradit Suarez, in l. post rem, 12. limi. ad legem regni, num. 36. fol. 325. & Didac. Perez, lib. 3. ordi. col. 1075. in principio, vbi inquit, testamentum factum coram alio notario, quam publico numerario, in loco vbi adsunt tales notarij & tabelliones, es-
6 se † publicandum, eò quod non publica, sed priuata reputatur scriptura, & probandum est tunc ibidem contenta esse vera per testes in tali testamento descriptos, prout in facto cotidie consulitur, faciuntque dicta per Anto. Gom. in l. 3. tauri nu. 46. vbi nouissimè Burgos de Paz, numer. 1054. differit & tractat, & ideò vt alij quam tabelliones dominorum nō possint in eorum dominijs officiū tabellionatus exercere, consulit Auend. capit. 10 prætorum num. 7. versi ideò, lib. 1. quod domini ipsi constituant in terris suis & deputent certum tabellionum numerum, & sic alij non poterunt ibidem officiū exercere, itidemque non poterit instrumentū coram alio tabellione quam publico con-
7 fectum exequi, † prout in l. 1. titul. 21. supra eod. dictum est, & probatur ex text. nostro, probante scripturas coram alio tabellione, quam publicis & numerarijs, factas nullam fidem facere, & tradit optimè Rebuf. in. 1. tomo constit. Fran. titul. de lit. obliga. art. 2. glos. 1. nu. 37. relatus per Dida. Perez. in l. 2. titul. 5. lib. 2. ordi. col. 435. in principi. vbi ipse Rebuf. hoc ampliat, vt quamuis instrumentum sit factū per notarium ecclesiasticum super re ad Ecclesiam pertinente, profana tamen ad
8 hoc tunc exequi † non possit, quod est optimum & singulare ad locationes rerum Ecclesiæ & decimarum, nam cū obligationes super eis fieri soleant coram notarijs ecclesiasticis, vel de rētas, & nō corā publicis & numerarijs tabellionibus, laici que soleant decimas conducere & res ecclesiarum, nullomodo exequi poterunt tales scripturæ, qua de causa solet iam in decimarum locatione & conductione ad esse iudex ecclesiasticus, qui statim quod facta est subhastatio, vulgo, remate de alguna destas rentas o diezmos, conductorem ipsum condemnat in solutione promissæ pecuniæ ad terminum statutum & determinatum soluendæ, & ipse conductor consentit, tanquam in sententiā dif-
9 finitiuam iudicis † competentis in rem iudicatam lapsam, & vt præceptum guarentigium, & hoc modo exequitur instrumētū illud contra conductorē ipsum supplet enim ibidem iudex ipse ecclesiasticus adsistens subhastationi defectum iudicum & notariorum chartulariorū regnorum aliorum apponentium clausulam guarentigiam & præceptum executiuū, & in nostro regno supplet absentiam tabellionis publici & numerarij.

Ibi, [Del numero], Franciæ itidem Ludouicus. 12. disposuit, quod tabellionum certus numerus esset, secundum Rebuf. in dict. tit. de lit. obli. art. 2. gl. 1. n. 54. relatus per Burg. de Paz, in l. 3. tauri. n. 1046.

Ibi, [De priuacion], hunc & alios casus vbi priuationi locus est, in l. 23. infra eo. vide.

Ibi, [En los autos iudiciales], an acta hæc iudicialia coram tabellione, de concejo fieri possint, tradebat Auend. capit. 15. præto. num. 7. lib. 2. & in capit. 10. num. 4. versi. itaque, eo lib. & vide quæ diximus in l. 26. tit. 6. lib. 3. supra & electio notarij actorum ad iudicem pertinet, vt diximus

supra isto lib. in rubr. titul. 16.

Ibi, [Porque,] limitatio est supra dictorum, scilicet quod vbi tabelliones publici numerarij non reperiuntur coram alijs tabellionibus possint indistinctè conficere instrumenta quælibet † & testamenta & acta extra iudicialia & extraiudicialia, prout & asserebat Platea, per text. ibi in l. fin. C. de re mili. lib. 12. relatus per glos. de concejo, in l. 11. tit. 3. part. 6.

LEX II.

¶ SVM. *Nullus tabellio potest instrumentum aliquod conficere, neque de eo, vel de testamento, actu iudiciali, vel extra iudiciali secundum formam legis præcedentis testimonium præbere, nisi prius examinatus & approbatus fuerit in regio senatu sub nostri text. pœna, idque etiam in terris dominorum inferiorum seruandum est, non obstante possessione aliqua, vel consuetudine etiam immemoriali in contrarium habita.*

IBi, [Ningun escriuano], & sic nullum excipit, negatiua enim oratio semper & ad semper negat, plus enim negat nega-
1 tiua, quam affirma: affirmatiua †, l. quicquid adstringendæ. ff. de verbo oblig. l. luminum. §. fin. ff. de seruit. Vrban. tradit Tiraq. l. boues. § hoc sermone, limi. 7. nu. 4. ff. de verbo. sig. vbi num. 5. inquit negatiuam indiffinitam æquipollere vniuersali ex proprietate sermonis, licet alias ex benignitate id fit, non verò ex proprietate, & sic videmus iam post legis huius promulgationē, omnes tabelliones publicos, numerarios, regios, vel de cōcejo, in omnibus terris & dominijs examinari & approbari in regio senatu antequā officium exerceat, & fuit salubris & Christiana dispositio hæc nostri text. & similis in l. 5. infra eo.

Ibi, [Ni testamento], quis tabellio de-
2 beat adesse cōfectioni testamentorū, † tradit latè Burgos de Paz, in l. 3. tauri nu. 1041. cū seq. pluribus vbi plura circa hęc adducit.

Ibi, [O si fuere examinado y aprobado], processit & ortum habuit à l. 4. in principit. titul. 19. par. 3. iubente tabelliones creandos prius esse præsentandos in supremo regis senatu vt ibidem examinentur, & ita fit, præsentant enim se ibidē cum informatione facta coram iudice populi illius vbi præficiendi sunt, vbi testes examinantur super sufficientia moribus, ætate & genere, secundum quod in lege sequente disponitur, & qualiter sint exa-
3 minādi † & per quos disponit optimè tex. l. 47. titul. 4. lib. 2. supra non enim debet quis præfici in tabellionem nisi præuio examine, aliter enim esset contra. l. nemini. C. de aduo. diu iud. & contra doctrinā Bart. in l. 1. ff. de var. & extraord. cog. & Abb. in rubr. extra de postul. relatorum per Carol. de Grassallis, lib. 1. Regalium Franciæ, iure. 8. in. 1. &. 2. paginis in paruis, & debent esse periti, vt in l. præcedēte diximus, alias enim imperitia notariorum destrueret mundum prout cotidie destruit, & ponit conscientias virorum
4 in magno discrimine, † secundum Bald. consil. 103. lib. 3. relatum per Carolum Gassalis, vbi supra, ideò secundum eum ibi deridet eos Romanus, in sing. in lege prima, dū dicit, sunt etenim vt papiticus gallus, aut picæ in palacijs dominorū loquentes, legentes & scribentes, & non intelligentes, ideò sunt legibus odiosi, & præsumptio est, secūdum eund. Caro. vbi supra, contra notarios, quod habeant propositum rapacitatis, voracitatis, & fraudis
5 † maximè ijsce temporibus, quibus tabelliones conductitij adsunt, & nummis tabellionatus acquirunt, vbi non officio sed nummis deseruiunt, suntque inuidi, ambitiosi, auari & pauperum inimici & patrimoniorum deuoratores insatiabiles, & an tabellio examinatus & approbatus pos-
6 sit antè apprehensam possessionē † exercere officium, vide per Didacum Perez, in l. 1.

in l. 1. titul. 5. lib. 2. ord. columna. 449. in principio.

Ibi, [so pena de ser auido por falsario,] simile disponitur in lege precedente & tractabat Auiles, capit. 1. prætorum nu. 22. fol. 21. quod falsum committit gerens se
7 pro tabellione † cum non sit, falsum enim nihil aliud est quam veritatis mutatio, vt l. quid sit falsum. ff. ad l. cor. de sicar. &
8 quæ sit pœna tabellionis † falsarij, vide per text. in l. fin. titul. 19. part. 3. & l. 6. tit. 7. part. 7. & l. 8. titul. 9. part. 2. & Auen. cap. 30. prætorum numer. 1. lib. 2. vbi quid in falsante literas priuatas, vel regias, & tradit glos. in dict. l. 8. Est tamen notandum quod verbis nostri tex. & legis supra proximæ attentis, quasi præsumptiuè & improprie loquentium, scilicet, quod habeantur pro falsarijs, exercentes tabellionatū contra nostri text. & legis præcedentis dispositionem non punientur pœna ordinaria legis corneliæ de falsis, sed tantum extraordinaria, nam si statutum dicit, ali-
9 quem † tanquam falsarium puniendum, non debet puniri pœna ordinaria falsi, sed extra ordinaria arbitraria nisi aliud in statuto dicatur, prout est singulare dictum Bald. in capit. non nulli §. sunt alij, de rescrip. glos. l. 1. ff. de receptat. quem sequitur Feli. & relati per Rebuf. in tract. compendij alienat. rerum ecclesi. nu. 101.

Ibi, [Aunque sea immemorial,] hic videtur text. quod reprobata consuetudine
10 non censetur † reprobata immemorialis nisi expresse dicatur, prout diximus in. l. 3. titul. 1. libr. 2. supra. Sed an si pars de ijs non opponat habebit nè necesse iudex se ijs intromittere, dic q̃ nō, si notoriū nō
11 esse tabellionē † nō esse approbatū, secū du Bellamerá, decis. ca. 540. relatū & secū per Burgos de Paz, in. l. 3. tauri. n. 1068. in fine cū seq. & n. 1070. hoc prosequitur.

LEX III.

¶ *SVM. Quam diligentiam tabelliones examinandi in senatu regio facere debent coram iudice loci, vt ad examen admittantur declarat lex nostra.*

Ibi, [Trayan aprobacion], cotidie practicatur, & iure optimo, vereor tamē nè aliquando similes informationes fraudulenter & cautelosè fiāt, ideò iudices eas facientes maximè adhęc aduertere deberēt & in persona sua testes examinare esset pręcipiendum, & habuit ortum à l. 4. tit. 19. p. 3. & insuper probandum est non esse punitos per inquisitores hæresum, vt disponit. l. 3. titul. 3. lib. 8. infra & diximus hæc & alia in rubric. huius tituli, ibi videbis.

LEX. IIII.

¶ *SVM. Qualiter officium tabellionum reddituum regiorum prouidendum est, declarat lex nostra & quod officia hæc locari non possint.*

Ibi, [No se arriēden,] ex hac enim locatione, si permitteretur fieri, maxima populo calamitas & pernicies proueniret, cōducēs enim similia officia deberet necessario vt redditus pro cōductione soluēdos acquireret, insuperque victū & vestitum suum prouideret, per fas & nefas iura recipere, qua quidem de causa & iudicibus de sacas prohibetur, vt similia officia non lo-
1 cent, † neque locari sinant, secundum tx. in. l. 1. titul. 11. libr. 3. supra & in omni iurisdictionis officio idem statuit. l. 8. tit. 3. libr. 7. infra & pœna apponitur iudicibus permittentibus locari officia suę correctoriæ per. l. 13. titul. 6. libr. 3. supra. Imo & quemmadmodum locatio & conductio horum officiorum & similium in præsen
2 ti prohibetur, ita & emptio † & venditio eorum vitanda & prohibenda esset, nè tabelliones & rectores Populorum & similes quod pretio emunt, pretio quoque vendere studeant, vel si vendant, maiori pretio

pretio venditio celebretur quam æquum sit, & licet reges & principes, qui non recognoscunt superiorem licitè vendere possint hæc officia, vt licet videre ex Minchaca, controuersiarum illustrium cap. 43. & alibi dicemus dum tamen personis idoneis & iusto pretio vēditio fiat, nè causa excessiui pretij probabiliter credi possit quod officia ementes malè eis vtentur, secundum Nauar. in manuali capi. 25. nu. 7. parcissimè tamen & cumiustissima cau
3 sa † id facere deberent, & in super iubere quod vltra pretium primò constitutum reuendere illud emptores non possint, nè in vim negotiationis emantur officia, & maiori fortassis quam deceat pretio. Imo si meum minimum inter tot & tanta licet prodire cōsiliū, cōsulerē vtiq; regibus & principib', vt à vēditione officiorū abstinerēt omnino, quā plura enim ex hoc resultāt incōueniētia, quæ tractātibus cum emptorib' eorū manifesta sunt, ipsis tamē principibus innotescūt, quis enim emit ea nisi diuites & potentes in populis, vt pauperes opprimant, & licentius bona populorum vsurpent, & prata & defensas cum suis armentis & iumentis, ouibus & bobus destruant & pascantur, & grossitiem terræ percipiant, & quod peius est quod emunt ea aliquando vt famulis suis præstent ea, & extraneis conducant, locent & pignorentur, & alia deteriora resultāt experientia demonstrata, quæ non licet in publicum prodere, & ideò circa hæc maxima cum aduertentia procedendum est. Sic & in concilio prouinciali compostellano Salmāticæ celebrato anno. 1567.
4 prohibitum est quod notariæ † ecclesiasticæ locari non possint, neque renuntiari nisi de licentia episcopi, quod de iure fieri debere, nisi aliud de consuetudine esset introductum, asserit Auenda. responsor. 38. colum. penul. in princip. Et quamuis text. noster loqui videatur, en escriuanias de rentas, idem tamē dicēdū est in quibuscūque alijs officijs tabellionatus vt locari non possint, prout ex text. nostro patet ibi, y otras, & clarius ex capit. 44. de Madrid anni. 1573. dum ibidem petitum fuit vt in tabellionibus de numero, idē quod in ijs de rentas prouideretur, & respōsum fuit, quod idem in eis quod in alijs erat statutum per leges regias, quarum est lex nostra ad quā illud cap. 44. se referre voluit.

Ibi [Que no pongan] hunc & alios ca-
5 sus vbi substitui † non potest vide per Auend. capit. 3. prætorum numer. 5. versi. multi tamen lib. 1. & habes similem tx. in. l. 6. titul. 2. lib. 7. infra & in. l. 29. infra eo. alia dicemus.

Ibi [facultad de poderlas seruir por substituto] prout in hac Placentiæ ciuitate habet priuilegium hoc proprietarius officij huius scriptoriæ de rentas: cuius occasione dubitatum fuit semel, an si semel substitutum posuit, & præsentauit eum in consilio regio prout noster text. iubet & ibidem fuit approbatus, & cepit posses-
6 sionem, possit post proprietarius ille † alium & secundum substitutum nominare reuocando primum, & aliquibus videbatur quod non liceret, eò quod substitutus primus approbatus fuit in consilio & possessionē adeptus fuit, & sic in sui præiudicium reuocari non potuit, in gratijsque primo facta seruanda est, nihilominus tamen contrarium fuit consultum, nam mādatum concessum alicui quocumque tempore reuocari potest ad voluntatem mandantis, l. si verò non renumerādi. §. si mandauero, & ibi Bart. ff. manda. & l. 24. titul. 5. parti 3. quæ & plus probat scilicet quod etiam lite contestata reuocari potest procurator cum clausula saluo hono
7 re † ipsius procuratoris reuocati, imò & mandatum factum cum pacto de non reuocando reuocari potest, secundum Bar. in. l. cum precario. ff. de precario, ad libitūque precarium reuocari potest, secundū text. in. l. 1. ff. de precario, not. Anto. Gomez, tomo. 2. capi. 7. versi. & ex prædictis cum seq. & in continenti, secundum Deci. in. 2. lectura nu. 13. Rip. num. 20. in. l. 2. ff. si cer. pet. & eūd. Deci. in. l. cōtractus n. 9. ff. de reg. iur. & in. l. in omnibus obligationibus nu. 5. & ibi Cagnolus, n. 5. ff. eo. tit. adeò vt & cū detrimēto aduersarij reuocari possit precariū vel mādatū, secūdū eosdem maximè Rip. vbi supra etiā si causa reuocandi non adesset, dum tamen dolus absit, maximūque in commodū non proueniat ex reuocatione, secūdū Rip. vbi s. & Siluest. verbo precariū, nu. 5. & Capit. dec. u6. n. 5. vbi alia in propositū

militan

militantia adducit, in præsenti tamen hæc militant, igitur optimè fuit responsum, neque obstat illud quod prima gratia attenditur, quia illud verum nisi reuocabilis sit ad nutum concedentis & reuocatur per concedentem præbendo eam alteri, nam tunc secunda & non prima valebit.

Ibi, [Personas habiles y sufficientes], hoc enim regulare est scilicet quod vbicunque per substitutum in officio commisso seruiri potest debet substituens ponere substitutum sufficientem & habilem, imo & æquè idoneum, secundum text. vbi Bar. nu. 4. in l. 1. C. de præpos. agen. in re lib. 12. & probatur ex. l. 29 infra eo. vbi in glos. fin. dicemus.

LEX V.

¶ SVM. In locis vbi de consuetudine vel priuilegio tabelliones creari possunt, antequam sic electi & creati officia tabellionatus exerceant, debent in regio senatu examinari & approbari: & vbi non adsunt tabelliones publici, aut numerarij non possunt iudices nouos creare tabelliones sed ex regia licentia & præuia examine creandi sunt, sub nostri tex. pœna.

IBi, [Puestos por nos], nullus enim alius potest creare tabelliones nisi rex vel cui ipse commiserit, vel de consuetudine aut priuilegio id habeat, vt in rubri. huius tituli diximus.

Ibi, [De incurrir en las penas], vt in l. 2. supra isto titulo & libro.

LEX VI.

¶ SVM. Tabelliones tenentur in omnibus instrumẽtis & processis apponere iura per eos præcepta & per iudices & alias personas, & alia in nostra lege declarata seruare sub pœna.

IBi, [Ciudades y villas y lugares], sed an tabellionis officium in vrbe cõcessum
1 extẽdatur † ad vrbis territoriũ, vide Oroscium, in l. beneficium num. 34. ff. de constit. prin. & l. 18. infra eo. vbi repetemus.

Ibi, [Que asienté en las espaldas], tenẽtur enim tabelliones iura, quæ receperũt,
2 in processu & in scripturis † apponere, prout in practica seruari affirmat Didacus Perez, in l. 14. titul 3. libr. 2. ordin. colu. 359. in princip. nam ex tali iurium subscriptione colligetur excesserint necnè in iurium perceptione, vt probat text. noster ibi, sepa lo que les lleuaron, & probat etiã tex. in l. utiæ textores, de legat. 1. & in l. fin. C. de rebus credi. ad hoc allegatus per Auenda. capit. 2. prætor. num. 14. versi. & in causis fol. 28. lib. 1. quod si secũdũ eũ
3 ibi vnũ exigit tabelliõ, & aliud † subscribit, quoniã tũc veritas immutatur in tertij præiudicium & in ipsius tabellionis cõmodum non caret falsitate, & ideò falsi crimine puniri posset.

Ibi, [Sin otra mas aueriguacion], & sic eo nõ citato, & nõ obstante appellatione fiet cõdẽnatio & executio pœnæ nostri text. & exequi poterit secundum quod inquit Auenda. in dict. capite. 2. numer. 14. versi & casu quo, nam vbi nulla defensio cadere potest, neq; vlla congrua excusatio, nulla est necessaria citatio, prout alibi diximus.

LEX VII.

¶ SVM. Lites neque incipiendæ neque proponendæ sunt coram tabellione fratre, vel consobrino, litigãtis, neque potest quis esse aduocatus vel procurator in cau-

sa agnati

sa agitanda coram tabellione patre, filio, genero, fratre, vel affine ipsius aduocati vel procuratoris.

IBi [Hermano oprimo o hermano] quid si est patruus, videtur nõ esse idem dicendum, quoniam lex hæc exorbitans & limitatiua libertatis & iuris videtur, & sic extra casum in quo loquitur non intelligenda. Quid tamen si est affinis vulgo, cuñado videtur quod idem sit vt coram eo agitari nõ posit, quoniam videtur eandẽ rationem militare, & argu. dictorum per Montal. in. l. 1. titul. 17. libr. 4. fori verbo, por linaje, & facit. l. 5. titul. 6. part. 4. dum dicit, hermano o cuñado, contrarium tamen in primo casu nostri text & in. 1. eius dispositione tenendum arbitror, eò quod extensio de vna persona ad aliam faciẽda
1 non est, etiam ex præsumpta † & verisimili mente disponentis, secundum text. in. l. si quis ita. 9. si quis cum ignoraret. ff. de testam. tut. & ex alijs iuribus relatis per Tiraq. de vtroque ret. 2. part. §. 1. glos. 6. nu. 9. fol. 661. & Burgos de Paz, consi. 2. nu. 64. vol. 1. præsertim cum text. noster in hac sua prima dispositione per verbũ hermano loquatur, quod in potiori significato capiendũ est vt de carnali fratre & per viam consanguinitatis coniuncto intelligatur, non vero de affine, ꝙ & ex dicta. l. 5. & ex nostræ legis secunda dispositione probatur clarissimè, tanquam vt differentia apponentibus verba hæc, hermano o cuñado, & quoniam si in prima parte lex nostra, de cuñado, idem quod de fratre carnali voluisset, expressisset, vtiq; prout in secũda expresit parte, & quandoquidẽ non declarauit omisisse censendum est, ex dictis per Crauetã, in consi. 161. num. 8. Intelligendæ tamen sunt dispositiones nostri text. quoties copia aliorum tabellionum & aduocatorum, vel procuratorum reperiri potest, secus vero alias, prout clare probatur ex nostra. l. ibi, donde ouiere copia de escriuanos, & ex textu in. l. 19. titulo quinto, libro secundo, supra.

LEX IX.

¶ *SVM. Processus per appellationem ad concilium ciuitatis deuoluti originaliter tradendi sunt rectoribus in iudices illorum electis.*

IBi [entreguẽ luego] nõ intelligas ꝙ statim ꝙ in iudices rectores ij electi sunt in causis ad cõciliũ suũ deuolutis, secundũ quod disponit lex fi. tit. de las appellacio. supra isto lib. processus tradendi ipsis rectoribus sunt, sed tunc demum lapsis triginta diebus ad probandum & allegandũ partibus per illum text. constitutis, nam per dies hos triginta processus penes ipsos tabelliones remanẽt, & causa agitatur & concluditur coram ipso ordinario loci & illis. 30. diebus elapsis traditur processus originaliter rectoribus ijs vt in illo intra alios decem dies sententiam pronuntient prout in dict. l. fin. disponitur vbi diximus, ex quo infertur quod dictio hæc luego, latinè statim in continenti, vel confestim per triginta dierum spatium verificatur, & aliquando magis & aliquando minus secundum subiectam materiam sortitur effectum, vt licet videre ex dictis per Menochium, de arbitrar. iudi. libro secundo, centuria. 1. casu. 9. cum seq. aliquibus.

LEX. XI.

¶ *SVM. Rectores, tabelliones, vel alij populorum officiales ratione officiorum non excusantur à contributionibus.*

IBi,

IBi[En quanto alos regidores]quod de iure communi satis dubium erat, Bart. enim in.l.si quis.§. honoré. ff. de mun. & hon.& Guido Pape,decisi 298.asserebãt rectores & iurati populorum hac exemptione gaudere,& Boeri decisi.346. Angelus verò in.l.ædiles, ff. de via public. & gl.dict.§.honorem, qui in alijs codicibus pro lege habetur,& Lucas de penna,in.l. 1.C. de imm. nemi.cõced.lib.10. contrariũ asseuerabãt, imò quod non gauderét
1 † dicta exemptione tributorum, & hæc glos. Ang.& sequaciũ opinio per textum nostrum iam approbatur, & cotidie practicatur etiam quoad omnes alios officiales populorum, qui ratione officij se volũt excusare à dicta contributionè & idē
2 in tabellionibus † cameræ regiæ, vel principis disponit lex fin.titul.14.li.6.infra notarij & tabelliones non habentur inter
3 nobiles, † secundũ Auen. in dictionario verbo,cauallero in princip.

LEX XII.

¶ *SVM. Tabelliones registra instrumentorum cuiuslibet anni tenentur in fine anni ipsius signare, & in ipsis regestis custodiendis curam & diligentiam adhibere.*

IBi[Registros] quid sit registrum declarat text.optimus in.l.8.titul.19 part.3. & Rebuffus,singulariter,in.2. tomo constit.Franc.tit.vt contrac.ac testam.sent.& omnes alij actus gallicis concip.ver.art.1.
1 glos.4.vbi inquit quod regestũ † est liber in quo acta publica conscribuntur ad memoriam publicam & perpetuam & posteritati extendendã,vnde ipse ibidem dicit, quod si semel produxero literas tonsuræ, vel alias,& fuerint deperditæ, postea potero eas habere ex regesto, & facient fidē quia de actis processus videntur: & ideò tenentur tabelliones,secundum text. hic, &.l.9.titul.19.part.3. registra instrumentorum habere,de quibus regestis& protocollis tradit Couar.in practi.capit.19.nu. 1.2.&.3.vbi probat teneri tabelliones registra hæc habere, aliter enim punientur arbitrio iudicis,& quamuis tex.noster pœnam imponat, solum videtur eam imponere tabellionibus non signantibus in fine registrorum cuiuslibet anni,non vero si signauerint ea, & ita patet ex originali à quo lex nostra desumpta fuit,scilicet à petitione.31.curiarũ de Toledo anni.1525. & à peti.86.de Segouia,anni.1532.& ita voluit glo.1.in dict.l.9.vbi quærit & examinat an si registrum non appareat credēdum sit transumpto & vide Salicetum in l.fin.in princip.numer. 4. C.de iure doti. quem refert Anto.de Lara,in.l.si quis à liberis.§.si quis ex his nume.257.ff.de lib.
2 agn.fol.145.Ego tamen † teneo pœnam nostri text. non solum imponendam tabellioni nō signanti finem registri cuiuslibet anni, verum etiam ea nōn seruanti & custodienti,imo & tunc etiam in interesse partis condemnarem eum si ob hoc fides trassumpti hac de causa periclitaretur nam pœna nostri text. vtrumque casum complectitur tam de signandis registris, quã deseruandis, & sic in omnem casum censetur de pœna prouidisse, præsertim cum verba illa, y mandamos que tengan en buen recaudo los dichos registros cosidos conforme ala ley siguiente, nouiter addita sint in copilatione hac, & consecutiua sint ad sequentia:non tamen imponerem pœnam nostri text.tabellioni non habenti registra sarta, dum tamen ea haberent custodita & signata, sed alia leuiore pœna condemnarem & quod puniatur tabelliò non seruans registra vltra Coua. vbi supra,tradit Fran.Marcus,decisi Dalphin. 369.vbi plura dicit de registris: & Didacus Perez,in.l.2.titul.5.lib.2.ordin. versi. est sexta alia dubitatio. Apparente enim registro memoria instrumentorum perdi non potest, neque fides transumpti periclitare, dubiumque omne viso registro tollitur, potestq; iudex ijsce de causis cogere tabellionem exhibere proto-
3 colum † & registrum, secundum glos.

In cap.

in capit. vt veterum. 9. dist. & glos. 1. l. 9.
titul. 19 part. 3. & Auenda. capit. 16. præ-
torum num. 1. lib. 2. imò & secundum il-
lam glos. dict. capit. vt veterum, & glos.
in capit. ieiunium. 76. dist. & glos. proto-
collum, in auth. de tabellio. in princip. &
Bal. in auth. si quis in aliquo. C. de eden-
do, & Cæpol. consi. crim. 24. quantum-
cunque instrumentum sit authenticum,
si de ipso aliquis in dubium reuocetur de-
4 bet † exhiberi registrum, prout & tenet
Bart. in. l. Sempronius Proculo, delega. 2.
& in l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de edē-
do, & si tabellio dixerit nullum protocol
lum fecisse, vt periurus puniri poterit, &
si dixerit ipsum lacerasse, vt falsarius, sicut
5 & si laceraret protocollum † puniretur,
prout hæc & alia in propositū adducit Di
dacus Perez, in l. 2. titul. 5. libr. 2. ord. col.
432. quæst. 7. & ante eum glos. 1. in d. &.
l. 9. vbi & inquit quod tūc potest torque-
ri tabellio, vt veritas eruatur, & de regi-
stro etiam vide decisio. 19. Guidonis Pa-
pæ. Quod tamen si scriptura originalis re-
6 periatur extra registra & protocolla † an
faciat fidem, & Alex. in consi. 153. volu.
2. inquit quod non, etiam si sit extracta ab
alio notario, quia non erat in registro cū
alijs, vt requiritur ex text. nostro, & tradit
Abb. optimè in capit. cum. P. num. 1. in fi
ne, de fide inst. & Rolan. valle, consi. 44.
in fine, vol. 1. & pro hoc est text. & ibi gl.
quæ sino, in. l. 55. titul. 18. par. 3. & tradit
Boeri decisi. 369. crederem tamen quod
si originale hoc extra registra existens &
repertum, esset subscriptum & signatum
à tabellione coram quo confectum est, va
7 leret vtique, † secundum Alberi. relatum
per Lanfrancum, in capi. quoniam contra
titul. de inst. edi nu. 25. de probatio. quo-
niam tunc nihil deficit, & tenet Decius
consi. 447. & Rubeus, consi. 94. num. 3.
& voluit Suarez in. l. post rem in. 2. ampli
l. regiæ num. 8. pagin. 285. & pro hoc vi-
detur text. qui sic venit intelligendus, in
l. 114. col. pen. titu. 18. par. 3. ibi muestra
la carta o el priuilegio original, intelligen
do originale priuilegium, scilicet registrū
signatū tamen & subscriptum & in omni
bus alijs perfectum, ita quod tunc valeat
& fidem faciat, quamuis esset extra regi-
stra & protocolla, & sic intelligendo, est
ibi tex. pro hac Alberici & sequacium opi
nione: Imò & quod plus est crederem quod
si instrumentum illud originale compro-
baretur duobus testibus asserentibus sic
8 factum vt scriptum reperitur valeret † &
probaret, quamuis testes illi non essent de
instrumentarijs sed de alijs ibidem casu
existentibus tempore confectionis illius,
quantumuis tale originale esset extra pro
tocolla & signatum non esset, sed tantū
subcriptum per tabellionem, secundum
Abb. in dict. cap. cum. P. nu. & Boeri.
decisi. 36. num. 3. & Alex. consi. 14. nu.
18. volum. 6. & quādo & quomodo quis
9 teneatur exhibere protocollum, † vi-
de optimè per Octauianum, decisi. Peda-
mont. 16. vbi numero. 3. & 10. declarat
quādo quis teneatur probare veritatem
instrumenti suspecti: & ad dicta videndus
est etiam Paul. Paris. consi. 27. numer. 48.
vol. 2.

Ibi [Tengan en buen recaudo] similis
est tx. in auth. de tabellio. §. illud coll. 4. &
tx. in. l. 1. & 9. tit. 19. p. 3. & l. 16. inf. eo. l.
2. titu. 8. lib. 1. fori, tradit Francis. Marcus.
decisio. 369. num. 1. cum. 3. sequen. & Fe
lin. in capit. cum. P. de fide inst. & Couar.
in prac. capit. 19. num. 2. vt si dubium ali-
quod occurrerit ex originali veritas inno
tescat, tx. dict. cap. quoniam contra, & ibi
DD. de probat. & in auth. de tabel. §. pen.
tenenturque tabelliones registra demon
strare secundum text. in. l. 17. in fine titu.
2. part. 3. & sic malè faciunt petendo &
10 recipiendo pecunias pro quærendis † re-
gistris, serui enim ob hoc publici dicūtur
secundum illam. l. 17. & iterum in. l. 15. in
fra eo. dicemus, & si protocollum non re
peritur non facit fidem transsumptum si
partium subscriptio in eo deficeret, vt vo
luit glos. 1. in dict. l. 9. titul. 19. parti. 3. &
Couar. in prac. capit. 19. nume. 3. & pro-
batur expresse meo videri in. l. 114. in fi.
titul. 18. part. 3. sed si transsumptum esset
perfectum faceret fidem, vt dixi in supra
proxima glo. & glos. e la in princip. in. l. 2.
titul. 8. lib. 1. fori, nisi in scriptis esset con-
tractus celebratus, secundum glos. illam
e la, dict. l. 2. & si exemplum distat à proto
11 colo & sic à registro, cui credatur †, vide
Cæpolam, consi. ciuili. 23. vbi protocollo
dicit standum, & hæc est doctrina com-
munis

munis, secundum Socin. Iun. consil. 101. volum. 1. num. 9. & 10. & Bart. Soc. consil. 277. num. 7. vol. 2. & glos. las dudas, in l. 8. titu. 19. part. 3.

Ibi [de cada vn año,] hoc enim denotat verbum registros, scilicet memoriale factorum cuiuslibet anni, secundum tex. in l. 7. tit. 9. part. 2.

Ibi [designar los registros,] eam in hoc allegat Couar. in pract. cap. 19. numer. 2. in fine, & no. quod non requiritur vnum quodque instrumentum ex contentis in protocollo & registro esse signatum, sed sufficit signum fieri in fine libri protocollorum cuiuslibet anni, prout ex text. nostro colligitur, & posthæc vidi per Practicum Monterroso, in pract. 7. tractado de escripturas, fol. 223. pag. 1. in fine, quoniã sigillum notarij positum in fine, vel in principio protocollorum trahitur ad om
12 nes scripturas præcedentes, † vel sequentes ibidem insertas, secundum Addition. Abb. in cap. 1. num. 3. verbo signum, de fi de inst. & sic sunt declaranda dicta ꝑ Orofcium, in dict. l. si quis. §. si initium, num. 68. & 69. colum. 744. ff. de edendo, crederẽ tamen quòd quamuis in fine protocolli non adsit signum tabellionis non ex hoc
13 vitiabuntur instrumenta † ibidem inserta dum tamen non sit in eis aliquod aliud vitium, neque deficiat tabellionis subscriptio, prout supra inquit Orosc. dict. nume. 68. & 69. & communem esse de iure testatur Roland. Valle, consil. 44. num. 40. volum. 1. lex enim nostra satis pœna sua contentatur, & sic posthæc reperi etiam nouissimè sic tenentem Burgos de Paz in consil. 14. num. 6. volum. 1. & iterum remissiuè, in l. 3. tauri, num. 1244. Notandum itidem est quod secundum Additio. Abb. vbi supra, signum apponendum per tabelliones hos debet esse consuetũ, alias
14 teneretur de falso, † vt & inquit Bal. in proœmio. C. nu. 4. & ideò in titulis tabellionatus per regem vel alios concessis tabellio ipse signum suum apponit, vt vlterius illud immutare non possit: neque vnus ta
15 bellio potest alterius vti signo, † prout crebriorem testatur opinionem Orosc. in dict. col. 744. & probat l. 54. ibi, su sinio, tit. 18. part. 3. ex quibus asseritur per Bal. & Dec. in cap. vt nostrum per text. ibi, de appellatio. quod si tabellioni auferatur signũ, quo vtitur, videtur etiam prohibitus
16 vti officio suo, † quod Bald. & Dec. in eo. cap. vt nostrum, num. 13. & Præposit. num. 4. intelligunt verum esse, quoties per diffinitiuam sententiam fit tituli priuatio, secus si per interlocutoriam vt in vim attentati.

LEX XIII.

SVM. Solennitates in instrumentis conficiendis seruandæ declarantur in præsenti lege & imponitur pœna contra non seruantes.

ET pro declaratione requisitorum in nostra lege videnda est. l. 54. titu. 18. part. 3. & optimum consilium. 28. vol. 2. Pauli Parisij, vltra doctores in progressu nostræ legis allegandos, & est singularis lex, & vide etiam Oroscium, l. si quis. §. tabularum num. 6. cum seq. col. 735. ff. de edendo, & Couar. in pract. cap. 20. per totum, & Padillam. l. si quæ beneficia. C. de diuersis rescript. & Auenda. in titul. de las excepciones, num. 20. cum seq.

Ibi [aya de escriuir y escriua,] siuè ipse tabellio siuè alius pro eo dum tamen ipse præsens sit, & subscribat instrumentum, potest enim notarius impeditus instrumẽ
1 tum scribere per alium † l. 1. ff. de offic. cius cui man. est iur. l. fin. §. sin autem dubius. C. de iure delib. notat Rodericus Suarez optimè more suo, in l. post rem, in 2. amplia. ad l. regiam, numero. 7. pag. 284. ff. de re iudi. vbi tenet cum Angel. ibi per eum relato, quod sufficeret tunc generalis subscriptio, neque requiritur specialis, & hanc magis communem contra Bartol. testatur opinionem Alexand. consilio. 147. ponderatis, volum. 2. quem allegauit Additio. ipsius Suarez in dict. numero. 7. & ita vtitur, tabelliones enim in subscriptione dicunt, & ego Nicolaus notarius prædictis omnibus interfui, licet

possset dici quod cum subscriptio hæc generalis se referat ad specificata in instrumento, dicatur specifica & specialis, & sic idem sit id quod Bart. dicit & Angelus, inquit tamen Suarez vbi supra, numero. 8. quod subscriptio notarij debet esse copio
2 sa & talis vt dictum est, nè fortè propter subscriptionem breuissimam corruat negotium, vt ibi dicit semel vidisse corruere, & secundum hæc declaranda sunt iura probantia teneri tabelliones personaliter notas in protocollo scribere, prout probant. l. 7. & 9. titulo. 19. partita tertia, & gloss. in authent. de tabellio. verbo ipsis per se, & in verbo documentis, & l. 5. titu li dicti. 19. & notat Anchar. consil. 242. numero. 2. & Parisius, consil. 28. versicu. tertio cessat obiectio, numer. 28. lib. 2. & Didacus Perez, in. l. 2. titul. 5. lib. 2. ordin. colum. 435. quæst. 12. vt scilicet dicta iura procedant quoad dictam subscriptionẽ
3 adhibendam, † quoad eam enim propria manu non vero aliena debent tabelliones scribere, neque alij possunt committere appositionem subscriptionis, scripturam tamen instrumenti possent optimè vt dictum est, dum tamen ipsi præsentes extiterint tunc cum partes instrumentum an nuunt, & alia nostri text. requisita seruentur, & ita vtitur & practicatur cotidie, & asserit gloss. 2. in. l. 5. titulo. 19. partita. 3. & Couarru. in pract. cap. 21. numero. 1. tabellionibus tamen consulerem vt omnia ipsi scriberent, nè fortè vel incuria, dolo aut malitia scribentes errent in substantia libus instrumentorum, & quia licet subscriptio operetur vt totum instrumentũ
4 videatur scriptum à subscribente, † secundum Baldum in authent. contra qui propriam, numero. 4. C. de non num. pec. & l. fin. & ibi Barto C. si cer. pet. vimque depositionis habet subscriptio, id tamen verum est cum sumus in dubio, sed cum certum est, tabellionem non scripsisse instrumentum, cessat Baldi doctrina, & dictæ leges partitarum sunt claræ in earum disposi tione, ideò si fieri potest tabelliones meũ amplectantur consilium vt omnis suspicionis odor cesset, quicquid practica ordinaria receptum sit, quæ quidem excusabit
5 eos † si aliter aliquando fecerint, prout asserit gloss. 2. dicta l. 5. & gloss. ningun. l. fin. titulo. 8. lib. 1. fori, vbi in toto Hispaniæ regno ita asserit practicari, intersunt enim tabelliones scripturis per famulos suos vel alios scriptis, & ipsi se subscribũt, vt dictum est eis, & sua manu subscriptionem faciunt, & hæc debent facere quantumuis impediti sint, neque possunt alij committere, vt pro eis hæc faciant, vt inquit Lanfrancus in practica titul. de inst. produc. numero. 24. prosequitum, acta & processus & transsumpta re instrumentum possunt per substitutum durante impedimento, secundum text. l. 29. infra eo. vbi dico. Sed an propter infirmitatem vel tremorem manuum poterunt subscribere adiuti cum manu aliena, dic quod sic, secundum Peraltam, in rubric. num. 17. delegat. 2. cum requisitis, de quibus ibi per eum.

Ibi [por extenso,] & sic non per abbre
6 uiaturas, † prout & disponit text. in l. 7. titulo. 19. part. 3. & ibi glo. non por abbreuiaduras, plures Doctores allegat declarã tes, quid circa hoc esset de iure communi
7 & quando abbreuiatura probet, † vide per Bald. in l. contractus. C. de fide inst. & iterum in rubr. num. 20. cum seq. C. eo titu. vbi declarat quid sit abbreuiatura & plura de ea dicit, imo si tabellio ita scripsit abbre uiatè quod à sua scriptura non potest extrahi clara intentio, quia est in culpa tene-
8 tur parti ad interesse, † secundum Montal. in l. 2. verbo, por su culpa, titu. 8. lib. 1. fori, & sic hodie non licet tabellioni exten dere instrumentum abbreuiatum, etiam si substantiam negotijs scripserit tempore
9 confectionis † eius, secundum glo. de la, in l. 9. titul. 19. part. 3. & infra hac lege latius dicemus Deo fauente.

Ibi [declarãdo las personas,] quas declarare sufficit per quamcunq; demonstratio nem, & ideo quamuis erretur in nomine vel cognomine non vitiatur instrumentũ dum tamen de corpore constet ex dictis per Card. in Clem. 1. q. 7. de vita & honest. cler. & Ale. in l. 1. ff. de lib. & posth. error enim in nomine vel cognomine nó vitiat
10 dispositionem, † nomina enim significan dorum hominum gratia inuenta sunt, sed si aliquo modo de tali homine constiterit, nil interest, vt in. §. si quis in nomine in stit. de legat. l. 9. in fine, titulo. 9. partita. 6. l. 5.

l.5.titul.33.partit.7.traditur per Fel.in.c. significante, de rescript. nam quando cō-
11 stat de corpore † superflua est nominis declaratio, secundū tex.in.l.1.in fin.ff.de dote prælegat. Iason, in.l.si quis in fundi vocabulo.1.notab.delegat.1.vbi num.36. idem in stipulatione & in iudicijs dicit esse, imo & in omni materia procedit, vt er-
12 ror in nomine † non vitiet, secundum gloss. in.l.si in nomine.C.de testam. præsertim si nomen vnum appellatiuum maximam proximitatem habet cum alio, nā tunc clarius est errorem in nomine non vitiare, secundum communem assertam, per Baeçam, de decima tut.cap.3.numer.27.vbi respondet text.in.l.tutores qui.§.1.ff.de admi.tut.cui text. Ias. omisit respondere, & reliquit cogitandum, & ideò non sine mysterio text. noster non nomina personarum, sed personas ipsas considerauit, & quando lex nō iubet nomina scri-
13 bi, sed personas, sufficit personam † demōstrare, secundum Alexand. Aretin. & Ias. post antiquos, in.l.1.ff.de lib.& post.allegatos per Tel.in.l.31.tauri, num.3.& optimè per Anton. Gom. tom.1.cap.2.numero.6.& 7.imo quantumuis lex nomina inserenda iuberet satis exacteque seruatur, si per relationem certam de hoc constiterit, secundum supradictos & Couarr. in cap.cum tibi, numero.5.de testament. nam causa demonstrationis non verò pro forma censetur tunc legem expreßionē nominum requisisse, & cum per relationem de tali homine constet sufficit, quāuis nomen non exprimatur, & faciunt dicenda in.l.5.verbo, nombre, titulo.4.lib.5.infra ex quibus in facto defensatum vidi tabellionem quendam in nomine vnius partis errantem, quam dedit in fidē se cognouisse, secundum quod in lege sequente requiritur, eo quod quamuis errauit in nomine, constitit de corpore vt ibidem dicemus. De consuetudine tamen vt ad incepta redeamus videmus non solum nomina, verum & cognomina contrahē-
14 tium opponi per tabelliones † in instrumentis, vt inquit Bartol.in prooemio.ff.veter.§.nos verò, & tunc si fraudulenter nomina mutentur per contrahentes nihil imputandum est tabellioni bonam fidem habenti, vt in.l.sequente dicemus, si de corpore constet, & hac de causa cognomina apponuntur, quoniam in nominibus solet esse incertitudo, cum plures in loco reperiri posint eiusdem nominis, cognominis tamen non, & quando incertitudo hæc datur cognomina apponuntur, secūdum Barr. vbi supra, num.8.

Ibi [el dia y el mes y el año,] vide.l.111. titulo.18.partita.3.& DD.maximè Abb. in capi.1.num.3.de fide inst.& Couarru. in practica cap.20.num.2.Oroscium, in l.si quis.§.tabularum.ff.de edendo, nume.29.vsque ad.47.Quid tamen si de nocte conficiatur instrumentum an debeat dici
15 qualiter de nocte fuit confectum, † vel sufficiet dicere tali die, & dicendum est, quod sufficit dicere die tali, nam vsque ad mediam noctem dies vnus numeratur, & abinde numeratur alius dies, & quamuis tabellio media nocte conficiat scripturam potest dicere factam esse die tali talis mensis & anni, neque ex hoc de falso punietur, cum falsum non dicat, sed verum, secundum Tiraquel.de retract.titul.1.§.1 gloss.11.numer.8.& Rebuf.in.l.2.§.cuiusquā diei, versic.sed quomodo, pagin.30.ff.de verborum sign.& communem testatur Iosephus Ludouicus, in decisionibus Perusinis, decisione.116.num.1.& sequen. vbi limitat non procedere in collatione beneficiorum, tradunt & relati per Additio.Abb.in dict.cap.1.num.3.verbo exigitur, de fide inst.vbi & dicitur quod non valeret consuetudo, quod dies non appo-
16 nerentur † in publicis instrumentis, imò & peccarent tabelliones, & ad damni illati restitutionem tenerentur, si diem mensem, vel annum in scripturis publicis omitte-
17 rent, in priuatis tamen scripturis † neque diei, mensis vel anni requiritur appositio, secundum Bartolum & Doctores in prooemio.ff.veter.& optimè per Bald. post Iacob. Butr. in prima const.C.§.quibus inquit tamen Tiraquel. vbi supra, quod tutius esset, si notarius apponeret horam no-
18 ctis, † vt appareat vtri diei, sequētiam prçcedenti, actus tribuatur, præsertim vbi intra certum diem actus ille fieri debet.

Ibi [el lugar o casa,] bonum est enim contrahentium domos & loca vbi fit in-
19 strumentum apponi, † secundum Rebuf. in.1.tom.const.Franc.titu.de lit.obligat.

artic.4.gloss.2.numer.5. rarissimè tamen
hoc vtitur inter tabelliones, qui quidem
non domos neque loca vbi contrahitur
apponunt, sed tantum nomen populi, &
hoc est quod dicunt Oroscius in dict. §. ta
bularum, num. 51. colum. 742. & Couar
ruuias dict. cap. 20. num. 3. & Abb. & eius
Additio in dict. cap. 1. verbo locus, de fi-
de inst. & Bart. & alij plures relati per Ro
land. Valle, consil. 38. num. 7. lib. 1. vbi in-
quit non valere consuetudinem in contra
rium, licet & per aliquos tabelliones locus
contractus apponitur, & non malè faciũt,
sed potius benè. Quid tamen si vicinum
se esse dicat talis loci obligans se coram no
tario, & mentiatur, vitiabitur nè instrumẽ
20 tum, dic quod non, † secundum Rebuff.
vbi supra, dict. artic. 4. & gloss. 2. nume. 3.
vbi in gloss. 5. inquit tunc partem illam
mentientem crimine stellionatus puniri.

Ibi [specificando todas las condicio-
nes,] hæc enim specificatio omne esse cõ-
tractus iudicatur, & ideò specificè clarè &
distinctim declandæ sunt & specificandæ
conditiones eius, non verò confusè & in-
tricatè, aliter enim tenerentur tabelliones
non specificantes conditiones contractus
21 ad omne damnum † inde proueniens &
expensas necessarias ad probandam speci-
ficationem contractuum & voluntatem
contrahentium, imò non valeret instru-
mentum continens verba obscura & in
22 intelligibilia, † secundum gloss. fi l. 3. titu
lo. 13. part. 3. conditionibus tamen clarè
appositis licitum est tabellionibus iure ci-
uili attento formam extendere scripturæ,
secundum glo. de la substancia, in l. 9. titu.
19. part. 3. & glo. la nota, in l. 2. titu. 8. lib.
1. fori, lege tamen nostra attenta, secundũ
gloss. illam dict. l. 9. non liceret hanc extẽ-
23 sionem facere † post partium recessionẽ,
sed plenam & perfectam debent relinque
re scripturam antequam partes discedant,
eis enim discessis nihil addendum, vel mi-
nuendum est. Ex quo reprobatur tabel-
lionum practica, qui conditionibus & pa-
ctis contrahentium tantũ inscriptis, clau-
sulas alias oretenus referunt, & scriptura
non impleta partes subscribere faciunt, &
post in domibus & cubiculis suis plenant
scripturas illas, & clausulas consuetas ap-
ponunt, putantes sufficere, quod ipsas par
tes interrogauerũt, an annuerent scriptu
ram, quæ suo signo appareret signata, &
partes responderunt quod sic, & post so-
lent scripturæ vacuæ remanere, & tabel-
liones sic facientes non satisfaciunt dispo-
sitioni nostræ legis, & eius pœna puniri
possunt, & scripturæ nullæ sunt, secun-
dum text. nostrum, ideò adhæc tabellio-
nes aduertant: quod si scripturæ impletæ
reperiantur omnia in eis contenta censen
24 tur de volũtate partium apposita, † & ad
rogitum earum, præsertim ea, quæ sunt
de natura ipsius contractus, secundum
Baldum in l. 1. colum. fin. ff. sol. mat. eũd.
Bald in l. errores. C. de errore aduoc. &
Additio. Abb. in cap. ex literis, numer. 3.
versic. circa hoc, de fide instrum. & Dec.
consil. 653. num. 5. & 6. & Molinam, de
primogen. Hisp. lib. 4. cap. 2. nume. 51. &
Didac. Perez, in l. 2. titu. 5. quæst. 17. co-
lumna. 437. lib. 2. ordin. vbi in quæst. 18.
versic. vlterius, colum. 438. in princip. su-
pradictam opinionem tenet ex lege no-
stra & similibus alias tenebuntur tabellio-
nes contra nostri text. dispositionem agẽ
tes, cum neque hypothecam possint ap-
25 ponere si à partibus non petatur † apponi
secundum Castillo. l. 50. tauri, num. 2. vbi
num. 14. legem nostram adhoc allegat &
notat, & an stetur dicto notarij si in instru
mento adsit verbum aliquod ambiguum,
26 † Ang. & Alexand. relati & secuti per Al
ciat. de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 13.
num. fin. dicunt quod sic.

Ibi [que las partes assientan,] nihil enim
aliud inscribere potest tabellio in scriptu-
27 ris, quam quod à partibus † rogatur, secũ
dum text. in l. 5. titul. 8. lib. 1. fori, & glos.
que les mandan, in l. 9. titulo. 19. partit. 3.
omnia tamen scripta in dubio, vt glos. su-
pra proxima diximus, censentur ad rogi-
tum partium apposita, imò & clausulas cõ
28 suetas censetur rogatus, quod † apponat
tabellio, secundum Baldum relatum per
Additio. Abb. in dicto cap. 1. num. 3. ver-
bo rogatus, de fide inst. & Couarruuias,
in rubrica de testamentis. 2. parte, numer.
14. & Didacus Perez dict. l. 2. titul. 5. libr.
2. ordinam. colum. 347. quæstione. 17. re
gulariter tamen tabellio non potest con-
ficere instrumentum nisi de ijs, quæ vidit
29 audiuit, vel in eius præsentia fiunt, † secũ
dum

dum Innoc. in cap. fraternitatis, de hæret.
Bal. in rubric. de fide inst. quos & alios alle
gat Additio. Abb. in cap. series, de testibus
num. 2. litera. B. & ideò secundum eundẽ
Abb. ibi & eius Additio. non potest confi
cere instrumentum super natiuitate alicu
ius, nisi ipse & testes in instrumento nati-
uitatis descripti viderint illum nasci, vel
30 mori, vel vulnerari † si de ijs tractaretur,
de mandato tamen iudicis posset instru-
mentum conficere describendo tamen
quod de mandato eius facit, secundum
Additio. illam Abb. alios allegantem. Itẽ
non potest in instrumento attestari tabel
lio nisi de visis tempore rogationis, non
verò de alijs anteà accisis, nam de talibus
31 non credetur ei tanquam tabellioni, † sed
tanquam priuatæ personæ, secundum Fe-
lin. in cap. si cautio, num. 69. de fide inst.

Ibi [las lean presentes las partes,] nam
ea quæ inscriptis celebrantur, tota prius
scribenda sunt, & postea legenda, vt in. l.
contractus. C. de fide instr. & in. §. in his,
inst. de contrah. empti. instrumentaq; pu
blica partibus legenda sunt, vt late per D.
Couar. in cap. relatum. 1. num. 1. col. 3. in
princip. fol. 69. de testam. vbi tx. nostrum
adhoc allegat, aliàs secundum eum ibi ni-
hil momenti sunt talia instrumenta etiam
32 si testes à principio præsentes fuissent, † &
probat etiam tex. in. l. 54. tit. 18. part. 3. &
ibi gl. & tenet Montaluus in. l. 5. tit. 8. lib.
1. fori, & text. & ibi glo. fazer, in. l. 26. titu.
16. part. 3. Sed an si tunc tabellio omiserit
signare scripturam, vel subscribere suo no
33 mine, poterit posthæc facere, † dic q̃
sic, vt per Burgos de Paz, in. l. 3. tauri, nu-
mero. 1278. & ibi idem in omni alia solen
nitate substantiali omissa esse asserit, dum
tamen antequam eam tradat parti signa-
tam corrigat, & correctio sit de ijs, quæ à
partibus tractata fuêre, & voluerunt par-
tes quod scriberentur, in dubio tamen se-
cundum eun. Burgos, ibi præsumendum
est errorem tempore congruo correxis-
se, licet si de correctione constiterit, fides
instrumenti tunc diminuitur aliqualiter,
34 non autem † in totum tollitur, secundũ
Alciat. de præsumptio. regul. 3. præsump.
16. numero. 6. pagina. 289. in paruis, sic
declarando communem assertam per eũ
quod circa substantialia instrumenti non
potest tabellio corrigere instrumentum,
& sic tunc consulo vt correctio compro-
betur per testes præsentes rogationi in-
strumenti illius, vel saltim probetur opti-
ma tabellionis ipsius opinio, sed an si te-
stes dicant se non audiuisse, quæ in instru-
35 mento scripta sunt poterit notarius † de
falso accusari, vide Cœpolam, consil. cri-
min. 21.

Ibi [y los testigos,] testes enim in in-
strumentis requiruntur, neque creditur
instrumentis sine testibus, ex text. nostro
& ex alijs infra allegandis, & ex allegatis
per Roland. Valle, consilio. 38. numero.
5. volum. 1. & coram eis instrumenta le-
genda sunt, vt & ipsi contracta inter par-
tes intelligant, neque possint posteà dice-
re similibus contractibus non interfuisse,
prout faciliter dicere testes possent si co-
ram eis instrumenta contractuum non le
gerentur partibus ea annuentibus & præ-
sentibus vt in. l. 54. titulo. 18. partit. 3. dis-
ponitur, aliter enim fides tabellionum pe-
riclitari posset, testibus non intelligenti-
bus quid actum esset, & tunc notarius de
falso puniri posset, si testes illi dicerent se
non interfuisse contractui, secundum
Addition. Abb. in proœmio decret. in
principio, numero. 14. litera. A. & Cœ-
pol. consilio crim. 21. imò si dicerent ali-
ter actum fuisse, quam scriptum fides ta-
36 bellionis & instrumenti vacillaret, † secũ
dum Conarruuiam, in pract. cap. 20. nu-
mero. 6. & si omnes testes instrumentarij
sic assererent puniretur tabellio de falso,
secundum Rolandum, vbi supra, numero
17. Sed num duo an vero tres testes in in-
37 strumentis publicis requiruntur, † & iure
Romano, ex glo. in cap. 1. de fide inst. duo
requirebantur, iure vero nostro regio ex
l. 54. titulo. 18. partita tertia, & ex. l. 1. titu
lo. 9. lib. 2. fori, tres requiri, asserit Oros-
cius, in. l. siquis. §. tabularum, columna.
743. in princip. ff. de edendo, & ita frequẽ
tius tabelliones vtuntur, prout & asse-
rit Couarruuias in practica capit. 20. nu-
mero. 4. quamuis duos testes sufficere ad
minus asserat glo. tres in dict. l. 54. quod
& approbari videtur ex. l. 111. titulo. 18.
part. 3. quam contrarietatem legum & do
ctorũ nouissimè discutit Burgos de Paz,
in. l. 3. tauri, num. 124. cum. 3. sequenti-

bus. Ego tamen teneo regionis consuetudinem seruandam, in actibus tamen iudicialibus, nisi aliud de stylo habeatur,
38 testes † non requiruntur ex text. in. l. in donationibus. C. de donatio. & ex glo. in cap. quoniam. verbo. viros, in fine, extra de probati. vbi omnes teste Decio, numero. 19 & Bald. in rubric. C. de fide instru. sed an & subscriptiones testium requiran
39 tur † in instrumentis publicis, & requiri aliquando credit Accursius, in. l. generali. C. de tabular. lib. 10. quæ opinio iure nostro aliquãdo approbata fuit, ex dict. l. 54. titul. 18. part. 3. contra verò idem Accursius tenuit in. l. donationibus. C. de donatio. & sic quod sufficiat nomina testium apponi in instrumentis per tabellionem, neque eorum subscriptiones requirantur *& hanc sequitur Gouarru. dict. num. 4.* & Doctores vtriusq; iuris magis secuti sunt teste Oroscio, in dict. colum. 743. in principio, & lege. 3. & 111. titu. 18. part. 3. & consuetudine approbata est hæc secunda opinio, secundum Orosc. ibidem & ex lege nostra idem probari videtur, nomina testium non verò eorum subscriptiones requirente. Est tamen notandum quod in instrumento celebrato in publico con-
40 cilio testes † non requiruntur, secundum Auend. cap. 19. prætorum, in fine, libr. 2. quod intelligo verum quoties in concilio publico, & sic en concejo abierto, instrumentum conficitur, secus vero si in concilio priuato, *vt in eo quod fit per rectores* ciuitatis, vel capitulum ecclesiarum, tunc enim testes requiruntur, imo & tũc tales testes non debent esse de ipsis de capitulo, sed de extraneis ab eo, secundum Abb. in cap. 1. columna. 1. de procurat, relatum & secutum per Curiam Pisanam, lib. 2. cap. 19. & ita vtitur & practicatur & ratio differentiæ in promptu est & non eget assignatione.

Ibi [firmen,] contrahentium enim subscriptiones, aut aliorum pro eis, si ipsi scribere nesciant, ex text. nostro requiruntur in instrumentis publicis, & si hæc solennitas apud alios omnium consensu teste Oroscio, *in dicta columna. 743.* in principio, non exigeretur, & hunc &
41 alios casus vbi subscriptio † requiritur refert Auendan. capit. 16. prætorum, numero. 2. lib. 2. & idem per. l. 32. titulo. 11, partita. 6. videtur statutum, ibi firmada, quam uis per. l. 54. titulo. 18. partita. 3. partium *subscriptiones non requiri prima facie* videatur. Sed an si notarius scribat partes subscripsisse, & non appareat de subscrip-
42 tione præsumatur instrumentum falsum vide Cæpol. consil. crim. 22.

Ibi, [y si no supieren firmar,] dic, vel si sciant, non potuerint, nam idem est, secũdum Burgos de Paz in. l. 3. tauri, numero 1169. conclus. 5.

Ibi [que ansi dieren sinadas,] sed num semel bis, vel pluries possunt tabelliones
43 scripturarum exemplum † traducere ab originali, & illud parti tradere, dicemus Deo volente, in. l. 17. infra, eodem. Et ex verbo hoc, sinadas, notari potest, quod in
44 *instrumentis publicis † signum tabellio*nis requiritur, prout & probatur in. l. 10. titul. 19. part. 3. & in. l. 54. titulo. 18. partita tertia, & in. l. 3. titulo. 8. lib. 1. fori, & ibi gloss. tenent Bartol. & Doctores in repetitione. §. si initium. l. siquis, numero. 32. ff. de edendo, & ibi Oroscius, optimè columna. 743. in fine, cum sequentibus, & Couarruuias in practica, cap. 20. numero. 5. & hoc iure exigi antiqui & frequentiores fatentur, secundum Oroscium vbi supra, numero. 62. & si Alexand. per eum relatus contrariam & malè communem asseruerit, & ita ibidem ipse Oroscius, numero. 70. inquit se non dubitare, quin iu*re nostro in instrumentis publicis* extensè descriptis, & sic in exemplis transsump
45 tis ex originali signum pro substantia † requiratur, neque aliter exequi poterit instrumentum, secundum Glossatorem Salmantinum in. l. 2. titulo. 5. lib. 5. ordinamenti, columna. 434 ad finem, & diximus in. l. fin. gloss. y al juez, titulo. 21. supra isto libro, & si signum deficeret non vt publica, sed vt priuata scriptura valeret
46 † si per partes recognosceretur, vel legitimis testibus comprobaretur, secundum glossam, su señal, in. l. 3. titulo octauo, lib. primo fori, & in tantum signum requiritur tabellionis, quod debet esse signum consuetum, *vt probatur ex. l. fin. §. primo,* C. de assessor. ibi signum, quod solitum est chartis imponat, neque vnus tabellio alterius tabellionis signo vti poterit,

terit, prout Barto. & crebior opinio teste Oroscio, d. colū.743. in fin. cum seq. & probatur in.l.54.tit.18.p.3.ibi,su sino, ergo nō alieno, committeret etque delictum tabellio mutans signum consuetū, prout & tenet Castillo, in.l.3.tauri verbo,del escriuano, fol.40. & ideò vnus tabellio instrumentum coram eo confectū
47 alij tradere tabellioni † signandum non potest,vt probat.l.5.titul.19.par.3.notat Burgos,dict.l.3.tauri num.1276.vbi nu. num.1275.inquit, quod de iure ciuili nō requiritur quod signū apponatur in princip.vel fine scripturæ,sed quod de consuetudine est obtentum, vt in fine cuiuslibet exempli apponatur, & ita fit, & ex dictis iuribus regijs probatur, præsertim ex.d.l. 54. ibi adnotante Gregorio, verbo su sino:in registris tamen & protocollis non requiritur signū in qualibet scriptura, sed sufficit quod apponatur in fine registri cuiuslibet anni,vt diximus in lege præcedēte,sed est dubium, num si tabellio aliquis confecit instrumentum ad partium rogitum, & eo perfecto deseruit officium,& in eo succesit alius tertius,quiquidem potest ex regestis sui prædecessoris exemplum desumere, & parti petenti tradere adhibita informatione consueta,secundū Felin.in cap.cum P.num.3.de fide inst.& probatur in.l.4.titul.8 lib.1.fori, & in.l. 24.infrà eo an iste, qui sic deseruit officiū
48 illud poterit signare trāssumptū † instrumenti coram se confecti,tēpore,quo erat tabellio,quamuis nunc non sit, & dicendum est quod poterit,ex glos.& DD.relatis per Couar.in prac.c.19.num.8.versi.monachus vero, & glos.fin.in.l.45.tit. 6.par.1.& Ber.Diaz.in prac.cano.verbo tabellionatus officium,quod adeò verum quod & tabellio propter falsitatem officio priuatus potest perficere & publicare instrumentum coram eo confectum dū tabellio esset,vt diximus in.l.2.nu.20.tit. 7.lib.3.supra:verum tamen hæc non carent scrupulo propter dispositioné.l.24. infra eo in versi.pen.in quo quidem versi. sui originalis antiquipositi sub.c.67.curiarū de Madrid, anni.1534.in supplicatione eius petitū fuit,registra tabellionis prædecessoris successori eius tradēda, nè duo tabelliones adsint, vnus qui det fidem de præsentibus, aliud de præcedentibus, si igitur propter hanc causam successori in officio registra prædecessoris sui tradenda sunt, nullomodo ea poterit prædecessor signare nè detur dictum inconueniēs & sic est ibi text.sic consideratus pro contraria opinione, ex quo consulo vt ab ijsce signandis tabelliones, qui fuerunt abstineant, & sic vidi iam contra quosdam tabelliones processum per iudicem eos visitantem.

Ibi[Ayan de saluar y saluē]in fine enim scripturæ tenetur notarius attestari de cācellatione,
49 vel interlineatura,† secūdum Bar.& latius Imol in.l.1.§. & ideò.ff.de his quæ in tes.del.relati & secuti per Bar. Soci.cons.277.n.8.vol.2. & stādum est instrumēto,in quo notarius attestatur se talem linean remisisse, vt.l.si vnus de septem.C.de testa.notat Angelus,cons.341. num.4. specificè apponendo omne quod est interlineatum, vel cancellatum, vel emendatum, neque sufficeret dicere generaliter, rasum vel cancellatum non valeat, vel emendatum, vel interlineatum valeat, nè suscriptio specialis porrigatur ad ea,de quibus dubiū est an manu tabellionis subscribētis sint facta,vt optimè inquit Bar.à quo verba nostri text. desumpta fuere,& ibi Additio in.l.diuus.§.item senatus nu.fi.ff.de falsis, & ex tex. nostro probatur in ijs verbis,& ita cotidie vtitur, & circa interlineaturas videnda sunt quæ tradit Abb.in cap.ex literis.n.3.in medio de fide instru. & ibi eius Additio latè, & melius Paul.Pari.consi.28.per totum maximè.n.41.cum seq.pluribus lib.2.inquit tamen singulariter Bal.per text.ibi in.l.tribunus.§.cum quis, col.1.in princip.ff.de milit.testa.quod licet instrumentum non valeat in illa parte in qua est interlineatura non saluata, in alijs tamen omnibus partibus valebit. De quo dubito lege nostra attenta,vt in glos.sea ensi.in fi.infra eo.vidębis.

Ibi[Ante de las firmas] subscriptio
50 enim debet esse vltimus † actus, vt inquit Bar. Additio.in.d.§.item senatus.n.fi. litera.C.crederem tamen quod quamuis post partium subscriptiones rasuræ & interlineaturæ & emendata saluentur, satis adimpleatur cum intentione nostrę legis

si scriptura per partes nõ negatur, vel per testes instrumentales comprobatur, nam leuis solemnitatis omissio non vitiat. l. 1.
51 §. fin. ff. de vent. inspi. & illa dicitur leuis † solemnitas, secundum Bart. & DD. in l. cum ij. §. si prætor. ff. de transactio. quæ non mutat actus substantiam, apponere tamen interlineati, vel emendati, vel rasi aut cancellati saluationem ante vel post partium subscriptiones, nõ mutatur substantia instrumenti, igitur, sicut & videmus quod omissio inuocationis diuini
52 nominis † non vitiat, prout communiorem testatur opinionem Alex. l. iuris gentium, §. si paciscar. ff. de pactis, & Orosci. in l. si quis. §. si initium in princ. ff. de pact. quia secundum eos leuis solemnitas hæc est, & faciunt etiam dicta per Abb. in cap. fraternitatis, num. 4. & 5. de hæreti. securius tamẽ faciet tabellio si ad vnguem formam nostri text. seruauerit.

Ibi [Ni quiten ni añadan] similis est tex. in l. 9. titul. 19. p. 3. ex quibus verbis notã dum est, teste Gregorio, in ea. l. 9. verbo, de la sustancia, quod etiam seruata substãtia facti nõ possit tabellio extẽdere instrumentum, sed id potius, quod in originali scriptum est, & non amplius est inscribendum in transsumpto, prout & in hac lege dictum remanet, imò & notarius, qui notam contractus absque iudicis autoritate
53 variauit, pœna falsi tenetur, † secundum Bald. in l. cum proponeretur, de lega. 2. & in l. fina. C. de edendo, Alexan. consil. 89. col. 1. libro. 3. & Grãmaticum, consil. 24. numero. 4. quos sequitur & refert Didacus Perez, in l. 2. titulo. 5. libro. 2. ordi. columna. 433. quæst. 8. vbi inquit notandum contra tabelliones mutantes literas vel clausulas appositas in contractu: Imò neque errorem suum possunt tabellio-
54 nes absque iudicis authoritate mutare, † præsertim in parte substantiali, secũdum Addition. Abb. in dict. capi. ex literis, de fide inst. n. 3. & Didacum Perez, vbi sup. colu. 433. q. 9. & Paul. Paris. optimè, consil. 28. lib. 2. & Lanfrancum, in capit. quoniam, titul. de inst. producti. num. 31. de probatio. vbi ponit in hoc communẽ opinionẽ & latius Vitalis de Cambanis, in tractat. clausularum in. §. restat videndum, n. 4. cum seq. pagi. 314. in paruis, & vide optimam l. 12. titul 19. par. 3. disponentem, quid est faciendum quando instrumetũ est renouandum eò quod est cancellatũ in parte aliqua, sed an possit successor officij tabellionatus ingrossare instrumen-
55 tum † prædecessoris non impletum & perfectum, vide Boerium, decisi. 21. in fine, & iterum decisi. 36. & Burgos de Paz in l. 3. tauri num. 1274. & melius per Guidon. Papæ, decisi. Dalphin. 2.

Ibi [Saluo la subscripcion] hic considero tex. nouum, & singularem probantẽ, quod in instrumentis publicis non solum requiritur signum ipsorum tabellionum coram quibus instrumentà conficiuntur, verum & eorum subscriptio & firma,
56 † & non est lex ita clarè significans sicut ista, nam lex secunda, titulo. 18. partit. 3. solum probat, quod notarius apponat nomen suum prout & in l. 54. tit. 18. part. 3. disponitur, non tamen declaratur, quod subscribat & firmet nomen suum, & sic secundum illas leges partitarum sufficeret dicere, y yo fulano escriuano que presente fuy a todo lo suso dicho fize aqui mi sino, prout & hodie cõsuetudine & priuilegio, vt audio, fit Hispali, & in regno Portugaliæ itidem, vbi tabelliones dictã subscriptionem faciunt dicto modo, absque eo quòd in formam firmæ nomẽ suũ apponant, sed tantum vt dictum est exempla instrumentorum præbent cum signo consueto, in alijs vero partibus nostræ Hispaniæ vbi lex nostra seruatur, & declarata est vsu & consuetudine non solum tabelliones apponunt nomẽ suum dicto modo, sed & firmant illud, vt ita loquar, & insuper signum apponunt in transumptis, & hoc denotat verbum, subscripciõ, nostri text. quasi nominis se obligantis appositio, subscribit enim in modum consensus, & ad eum denotandum firmat pars, & tabellio tanquam persona publica, & ita practica obtentum est, & de ijs tradunt Couar. dicto cap. 20. num. 5. & Oroscius, in dict. §. si initium nu. 67. col. 744. & Auen. cap. 16. prætorum nume. 2. lib. 2. vbi & ponit alios casus in quibus subscriptio requiritur, & in l. 24. & 25. tit. 16. lib. 2. sup. alij duo casus referuntur.

Ibi [O memorial] non intelligas, prout aliqui volunt intelligere, quod

quod possint tabelliones substantiam instrumentorum vel vt melius dicam contractuum inter partes factorum in memoria quadam scribere, & post extendere instrumenti tenorem, & clausulas & obligationes apponere, prout solent aliquando tabelliones & male facere, sumunt enim in memoria quadam succinctim contractus substantiam & nomina testium describunt. & in voce partibus scripturæ tenorem referunt, & in Papyro alba faciũt partes firmare, & post albam papyrum à partibus firmatam implent & replent substantiam contractus ex memoriali transcribendo & clausulas consuetas apponũt & instrumentum extendũt, & aliquando prout iam vidi disceptari, omittunt principaliora cõtractorum inter partes, & sic intentioni & dispositioni legis nostræ nõ satisfaciunt, quæ quidem non de hoc memoriali loquitur, neque de eo verba hæc intelligenda sunt, sed potius verbum hoc memorial, nostri text. pro registro ipso, (in quo totus tenor obligationis & clausularum eius inscribendus est & coram testibus legẽdus antequam partes illi se subscribant) sumendum est, & sic non facit pro intentione tabellionum aliud agentium: vel si pro registro ipso capere nolueris verbum hoc memorial, cape illud pro paruo protocolo in quo tabelliones ipsi apponunt & scribunt substantiam contractorum inter partes, vt secundum ibidem scripta ordinet tabellio ipse scripturam cũ omnibus clausulis & obligationibus necessarijs, & post scripturam sic ordinatam & perfectam repletamque partibus corã testibus legant & referant, & eis annuentibus eam suis firmis subscribant, & hoc etiam modo non coadiuuatur prima tabellionum corruptela & in obseruantia legis nostræ, sed potius damnatur, & legis nostræ intentio & forma seruatur, & custoditur prout fit aliquando in negotijs arduis, vel in quibus cum consilio sapientis alicuius scriptura est ordinanda, imò & non solũ id in tabellionibus publicis & numerarijs est intelligendum, verũ & in tabellionibus regijs, secundum glos. ni menguando, in l. 8. titul. 9. part. 2. quicquid ibi per tex. velit aliud conditor eius.

Ibi [Sea en si niguna] cautè fuerunt adiecta verba hæc, aliter enim nisi adijcerẽtur, non obstante quacunque prohibitio
57 ne instrumenta fuissent valida †, secundũ Bar. & Ang. in l. vniuersos. C. de decurio. lib. 10. quos & alios refert Carolus de Grassallis, lib. 1. Regalium Fran. iure. 8. col. 5. vbi col. 6. inquit quod licet tunc instrumenta sint nulla, contractus tamen in
58 eis contenti non sunt † nulli quoniam sunt diuersi & separati ab ipso instrumento secundum Bar. in l. si quis lega. col. fin. ff. de falsis. & alios relatos per Carolũ, vbi supra, col. 6. ideò secundum eum ibi tales contractus per testes probari poterunt, & sic per testes instrumentarios fieri poterit probatio, prout & inquit Suarez, in l. post rem. 6. limi. l. regiæ, nu. 7. pag. 306. & latius Tiraq. de retractu linagiel, §. 2. glos. 1. nume. 1. & seq. & Burgos de Paz, in. 5. parte. l. 3. tauri nu. 1389. per tx. l. seruum filij. §. eum qui, de lega. 1. vbi Paul. & nouiores, & ex hoc in præsenti quamuis sit annullanda scriptura, contractus tamẽ ipse validus remanet, & validũ esse declarandũ est, nã vt inquit Bal. in c. 1. in prin. de natura feudi, relatus per Molinã, de primogen. Hisp. lib. 3. cap. 3. nu. 16. quamuis Deus subiecerit principi leges, non tamẽ
59 subiecit illi † contractus, & sic confessio si quæ facta est in tali instrumento, non vitiabitur, quãtumqunque instrumentũ ipsum vitietur, secundũ doctrinam Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, nu. 3. folio. 56. ff. de verbo. obli. de qua doctrina diximus in l. 1. glo. magna, 6 requisito. titul. 7. supra isto lib. nisi secundum Carolum, vbi supra, esset negotiũ in quo de substantia eius scriptura requireretur, prout ibi in pluribus casibus exemplificat de quibus per glos. in capit. 1. de censibus in. 6. nam tunc instrumentum & omnia in eo cõtẽta vitiarẽtur, vitiato eo. Ex quibus decerpitur optimè dixisse Auend. in titul. de las excepciones, num. 21. versi. & non putet, fol. 142. dum inquit, verbum, interesse, nostri text. non sumendum pro
60 toto debito † in instrumẽto illo nullo cõtẽto, sed tantũ pro eo, quod plus expendendum est in recuperatione debiti illius per viam ordinariam illud petendo, quam expenderetur si per viam executiuam peteretur instrumento illo existente valido &

& hoc si testibus cōtracta in instrumento probarentur & probari posset, vel pars cō fiteretur, secus verò si parte negāte testes deficerent, quia mortui erant, quoniam tunc totum debitum esset soluēdum per tabellionem: notandum itidem est ex verbis nostri text. ibi, sea en si ninguna, quod si instrumentum est rasum cancellatum, vel additū in parte substātiali, & additio illa cancellatio, vel rasurā non est saluata ante partium subscriptionem, vel post secūdum meam opinionem supra relatam in glos. ayan de saluar, erit instrumentum in totum nullum, neque in vlla eius parte valebit, quantumuis plura contineret capitula, & sic lege nostra attenta cessat dictum Bal. per nos relatum in gloss. ayan de saluar, in fine supra hac lege, & Abb. in cap. ex literis, num. fin. de fide instrum. & ibi addition.

Ibi [El interesse] de quo interesse lex nostra intelligatur in gl. supra proxima diximus, & qua pœna puniatur tabellio debitas omittens solennitates in instrumento

61 † vide optimè per Menochi. de arbitrarijs iudicum lib. 2. centuria. 4. casu. 370. nu. 4. sed an per solutionem debiti creditori per debitorem factam liberabitur ipse tabellio, quo minus ab eo interesse peti possit, vel si tabellio ipse interesse parti damni

62 ficatæ soluerit, poterit illud à debitore † principali recuperare, vide glos. pen. in l. si per alium, §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi eximat, & per Paul. Cast. in l. sed eximendi. §. 1. ff. eo. tit. & eund. Paul. in l. mancipia num. 4. C. de seruis fugi. & Orosci. in d. §. 1. col. 648. in fine, & Ange. in §. tripli inst. de actio. DD. in cap. bona fides, de reg. iur. in. 6. text. in l. 20. tit. 14 & in l. 15. tit. 15. & ibi glo fin. par. 7. sed an si tabellio minor est restituetur,

63 † dic quod non, secundum Bonifaciū, in sua peregrina legum partitarum verbo restitutio. in glos. allegationem quæst. 2. fol. 410. de quo l. fi. infra hoc titulo attētā dubitandum non est, cum secūdum eam minor. 25. annorū non potest esse tabellio. notareque itidem tabelliones debent, q si patiuntur se rogari de aliquo instrumēto, & ipsi sciant se habere aliquam qualitatem, vel defectum, propter quæ instrumenta ab eo confecta inualida sunt, tenē

64 tur parti ad interesse †, secundum Bar. relatum & secutū per Feli. in capi. præterea, num. 9. de testi. cogen. vlterius notandū est quod in testamentis, si aliquam ex solēnitatibus in eis requisitam omittant notarij apponere, qua omissa testamenta non valeant, vltra interesse partibus soluendū

65 tenentur tanquam falsarij, † ex tex. in l. iubemus & ibi glos. & DD. C. de testam. notat Auen. capi. 16. prætorum nume. 2. versi. septimus casus lib. 2. non tamen tūc punietur pœna ordinaria falsi, sed extraordinaria, cum falsitas hæc sit præsumpta, quæ quidem præsumpta falsitas nunquā

66 punitur † pœna ordinaria nisi in casibus à iure expressis, prout est iuris regula teste Ias. in dict. l. iubemus, num. 9. vbi ipse refert casus hos in iure expressos: sed an consuetudine possit effici vt hæ solemni

67 tates vel aliqua earum non requiratur, † vide nouissimè per Pelaez, in tract. de maioratibus part. 1. quæst. 62. & ibi quæ tūc requirantur vt valeat talis consuetudo, & hęc pro hac lege sufficiāt cętera per DD. & alibi per me referuntur, vt breuitati cō sulamus, sed an in testamentis seruabitur

68 † legis nostræ forma, dic q sic si testamēta sunt nuncupatiua, secundum Burgos, dict. l. 3. tauri num. 1089. & hoc quoad subscriptionem testatoris & lecturam testamenti coram testibus, quicquid generaliter velit Auend. in titu. de las excepciones numero. 21. versi. vnum fol. 142. dicere contrarium, & cum Burgos, communis est secundum Matienço in l. prima, tit. 4. gl. 3. n. 7. cū seq. lib. 5. infra.

LEX XIIII.

¶ *SVM. Quam diligentiam tenetur adhibere tabellio in instrumentis coram eo confectis circa cognitionem cōtrahentium, declarat lex nostra.*

IBi,

IBi [No conociere] hic est text. præsertim eius finalibus verbis attentis decidens quæstionem illam satis à DD. agitatam, num tabellio partes coram eo cótrahentes teneretur † cognoscere, idemque
1 per l. 7. titul. 8. lib. 1. fori approbatum erat teste ibi glossatore, & de iure ciuili assere bat Bal. in rubric. C. de fide inst. & in l. fi. §. cũ igitur col. 5. C. de iure delib. & hoc approbari videbatur per text. in l. 54. tit. 18. part. 3. teste ibi Gregorio Lopez, verbo, conocer, subdendo rationem scilicet quia posset tabellio decipi in nomine & sic committi falsum, sed Ioa. And. in additio. ad specul. titul. de inst. edi. in rubr. col. 4. versi. de secundo, tenebat contrarium scilicet quod non erat necesse tabellionẽ agnoscere contrahentes, & tunc poterat tabellio dicere, talis, qui talem se nominauit comparuit coram me & dixit hoc vel illud &c. vt ibi per eum, & hæc etiam opinio per l. nostram videbatur approbata dum inquit quod si tabellio non cognoscit contrahentes, debet duos testes de eorum cognitione adhibere, ergo non est necesse, quod tabellio eos cognoscat & hoc est quod voluit dict. l. 54. dum inquit tabellionem debere esse solicitum ad cognoscendum contrahentes, & sic per testes secundum nostri text. dispositionẽ satis fit requisito huic, de quibus quid esset iure ciuili, aut quid iure regio nouissimè declarat Burgos de Paz, in l. 3. tauri, num. 1279. cum seq. pluribus, vbi & tradit an sit necesse tabellionem explicare q cognoscit contrahentes & nume. 1286. declarat an & testes, & quicquid sit de iure, de consuetudine habemus, & ex lege nostra quod tabellio debet dare & præbere testimonium de cognitione partiũ se obligantium per se si ipse eos cognoscit, aut per testes eos cognoscentes scribendo quod tales dixerunt contrahentes cognouisse, sed est dubium num & in testamentis teneantur tabelliones testato-
2 res cognoscere † & præbere fidẽ de hoc per se aut per testes quemadmodum in contractibus, & videtur quod sic, ex verbis nostri text. ibi, el tal contrato, o escritura, illud enim verbum scriptura generale est, & sic testimonium comprehendet cum scriptura testamẽtum sit, vt optimè per Burgos, in dict. l. 3. tauri, num. 1089. cum seq. pluribus. In contrarium tamen videtur, nam lex nostra in contractibus hinc inde obligatorijs loquitur & sic in contractibus, sed iura loquentia in contractibus inter viuos non habent locum in ijs, quę fiunt in vltima voluntate, secundum Bald. in cap. quia. v. colu. fin. de iudi. & secundum dicta per Modernum Baeçam, de dotibus in cap. 20. numer. 7. cum seq. aliquibus, igitur neque in nostro casu locum habebit lex nostra in testamentis, prout voluit tenere Burgos de Paz, vbi supra, num. 1279. & Auend. in tit. de las exceptiones, num. 21. versi. vnum tamen folio. 142. in quantum inquit legem supra proximam, quæ tempore suo erat principium nostræ, non habere locum in testamentis, neque obest, verbum escritura, nostri tex. nam debet intelligi de scriptura in qua partes contrahunt, vel aliqua earum se obligat, non verò in testamentis vbi testator se viuentem obligare nõ vult sed hæredes ad implendam voluntatem suam in testamẽto declaratam, ex quibus assero quod si in testamento vellet testator cum tertio aliquo contrahere, prout potest, tunc sine dubio debet adhiberi solennitas nostri text. & hanc etiam opinionem quod in testamentis, in quibus, non contrahitur locum non habeat nostra lex, in simili statuto, Beroius, in quęst. famili. 36. & de iure sic tenendum mihi videtur, & quia instrumenta aliter facta nõ annullat nostra lex neque alia, vt firmat Burgos de Paz, vbi supra nume. 1284. tabelliones tamen securiorem partem eligentes etiam in testamentis adhibent solennitatem nostri text. in casu tamen in quo non eam in testamentis seruarent, deberent seruare cautelam Ioa. And. vbi supra, dicendo in nomine Dei amen, coram me tabellione & testibus comparuit quidam vocans se talem & talis loci vicinũ & dixit &c. Est tamen in propositum nostræ legis aliud & nõ minus singulare du-
3 bium, quod in facti contingentia vidi, † scilicet quod tabellio quidam conficiens instrumentum inter partes, in subscriptione dixit, quod præbebat fidem se partem obligatam cognouisse, & re vera ita erat, pars tamen ipsa mutauit sibi nomen, & dum

dum Maria vocabatur, dixit quod Elisabet vocabatur & Elisabelem eam tabellio ipse nominauit in instrumento illo nũ quid puniri poterit ob hoc tabellio iste, vel delictum aliquod in hoc commisit, & fuerunt in hoc opiniones diuersæ, alij enim falsitatem & delictum graue asserebant tabellionem hunc commisisse, & q grauiter puniẽdus erat vltra interesse parti soluendum, alij verò dicebant & ego cum eis tabellionem hunc neque falsum neque delictum aliquod commisisse, neque ad interesse aliquod teneri si dolus tabellionis verus, vel præsumptus non adfuit, & probaretur, eò quod lex nostra satis contentatur quod tabellio partem se obligantem cognoscat, neque requirit q nomen eius sciat, potest enim quis cõuersatione cognosci, & non nomine, prout pluries videmus & experiẽtia docet, quæ est rerum magistra, vidique iam multoties maritos non habere notitiam nominum suarum vxorum, labilisque est hominum memoria, sufficitque vt in lege supra proxima diximus de corpore constare quamuis in nomine erraretur, credendumque asserenti se tali nomine vocari, neque præsumendum est mutare nomẽ

4 suum, neque ignorare illud, † vt probat text. in l. fin. C. de hæredi inst. & ibi Bal. ante numerum. 1. & ex hoc dixit Innoc. in capi. fraternitatis num. 1. de hæreticis, quod quamuis tabellio asserat partem cõtrahentem esse talis loci, cum non sit, nõ vitiari propter hoc instrumentum, & si non vitiatur, nullum delictum committitur dolo contra tabellionem hunc non probato, & sic inquit Bald. in cap. quoniã contra num. 32. de probatio. quod si quis falsò dictauit notarius verò bona fide scripsit, ipse dictans non verò notarius punie-

5 tur, † neque nocet stipulanti si promissor fingit se aliud nomẽ habere, secundum eund. Bal. in l. cum in libris, nume. 21. C. de hære. inst. item & quia quoties aliquid nominatim debet fieri, sufficit per demõstrationem de illo constare si ipso iure pœ

6 na in contrariũ non imponatur †, secũdũ Tiraq. in. l. si vnquam verbo reuertatur nume. 306. pagin. 518. C. de reuoc. don. in præsenti tamen non imponitur pœna, neque nominatim requiritur cognosci contrahentes, neque quod tabellio inquirat de nomine eorum, igitur habemus intentum: item ad recognoscendos homines nomina comparata sunt, vt inquit lex ad recognoscendos. C. de ingen. & man. sed si alio modo quam per nomina recognoscantur, intentioni legis satis fit, vt inquit optimè text. in §. si quis in nomine inst. de legat. ergo saluus est hic tabellio, cum scriptura non negetur per partem eam facientem, & itidem testibus instrumentarijs comprobatur, & faciunt etiam dicta in lege præcedente, in glos. declarandolas personas, & alia plura quæ possent adduci. Sed an erit nulla scriptura omissa

7 forma nostri text. † Burgos, in dict. l. 3. tauri nu. 1284. cum seq. inquit & bene q non, & sic exequenda erit.

LEX XV.

¶ SUM. Intra quem terminum tenentur tabelliones instrumenta signata partibus petentibus tradere, vel testimonia cum iudicum responsione vel alterius partis ab eis petita præbere, & sub qua pœna declarat lex nostra.

IBI [Hasta tres dias] tenentur enim tabelliones quam breuissimè poterunt parti petenti exemplum & trãssumptum instrumenti coram eis confecti tradere,

1 † secundum text. vbi glos. 1. in l. 3. titul. 8. lib. 1. fori. & text. in l. 8. titul. 9. part. 2. & ibi gloss. e acuciosos, cuius temporis metam lex nostra describit, ex qua quidẽ ego desumo doctrinam scilicet quod cũ secundum. l. 12. supra. eod. instrumenti cuiuslibet registrum penes se quilibet tabellio conseruare teneatur, & illius originalis transsumptũ parti petenti tradere intra nostræ legis terminum, nihil possunt tabelliones pro quærendo registro illo petere à parte transsumptum petente: quoties

ties enim quis aliquid tenetur præstare,
2 debet illud suis sumptibus † tradere, nisi in iure aliud reperiatur expressum, secundum Additio. Abb. in capit. cum sit, sub litera. G. de simonia, & ita teneo male facere tabelliones recipientes nummos vel quid aliud pro inuestigando protocollo scripturæ coram eis existente, & iniustitia & in conscientia tenentur ad restitutionem male perceptorum propter hoc, prout & in l. 12. verbo, tengan, supra eod. diximus iterum. Sed quis soluet expensas
3 huius transsumpti †, dic quod tabellioni soluet creditor illud petens, creditori vero tunc demum soluet debitor si fuit in mora soluendi debitum in instrumento illo contentum, sed si non fuit in mora nō tenetur debitor ad harum expensarum solutionem secūdū Decis. Capell. Tolos. & ibi Additio. 47. & Franc. Marcum in decisi. 369. numer. 8. & decisio. 370. nume. 2. inquit optimè quod vltra instrumetū debiti tenetur creditor reddere debitori
4 † instrumentum solutionis debiti.

Ibi [testimonio alguno] nam de omni eo, quod coram tabellione actum est, tenetur ipse tabellio testimonium præbere parti illud petenti, de quo est optima Additio. Abb. in capi. series num. 2. litera. B. extra de testibus, fol. 58. memorię tamen commēdet tabellio, quod cum publicus dicatur, publicè faciat instrumenta, nam
5 si clandestinè faceret, puniri posset † licet non de falso, secūdum Innoc. in capi. 1. nu. 8. de fide inst. & ibi Additio. & Bal. in l. mandatum num. 17. C. manda. item quod in testimonijs præbendis non præbeant de alijs testimonia, quā de ijs, quæ coram eis agitata & scripta sunt, ne forte de falso faciliter conuinci possint, prout & diximus l. 13. verbo, specificando, supra eod.

LEX XVI.

¶ SVM. Tabelliones in custodiendis processibus & scripturis diligentes esse debēt cumque exemplum aliquod præstiterint, corrigere illud non desinant cum originali partibus præsentibus si adesse voluerint: nullumque processum in gradu appellationis vel remissionis dismembratum tradant, nisi prius solemnitate nostri text. adhibita, & sub eius pœna.

IBi [guarden bien] similis text. in l. 13. supra eo. vbi dixi, adeò quod ex sola negligentia puniri possunt extraordinariè, & si maliciose occultauerint registrum
1 † vel protocollum, vel processum tenentur pœna falsi, secundum Auend. capit. 16. prætorum num. 1. lib. 2. vbi & alia in propositum dicit, & Auiles, capit. 36. prætorū verbo, sean, fol. 229. imò & ad interesse partis etiam in conscientia tenentur secundū Nauarrū, in manuali c. 25. n. 54.

Ibi [y los processos] similis est tex. in l. 27. titu. 6. lib. 3. supra in curijs tamen episcoporum, & in aliquibus alijs regentium ciuitatibus notarij non retinent proces-
2 sus, & acta iudicij penes se †, sed relinquunt ea in archiuo publico ad hoc deputato, secundum Areti. in capit. quoniam contra col. 2. de probatio. & ante Areti. dixit Ioa. And. relatus & secutus per rep. toriū inquisitorū in verbo notarius, versi. sed quæro, & Auiles, in dict. glo. seā. n. 4. melior tamē est prouisio nostræ legis.

Ibi [y los tales escriuanos] similis tex. in l. 29. titul. 6. lib. 3. supra.

Ibi [o remissiō] ex eijs verbis colligo hic esse tx. probantē, q̄ quoties processus & acta iudicij corā iudice requisito facta remittenda sunt cum delinquente, vel sine eo iudici requirenti, prout remitti debēt,
3 sm Aufre. in rep. clemēti. 1. de offi. ord. in cōclu. 3. q. 2. principali, in fin. fo. mihi. 11. & Boer. decisi. 303. n. 5. quoniā licet illis actis coram iudice requisito factis nō sit standum, faciunt tamen aliqualem probationem & informationē, secundum eos, tunc cum processus ij & acta remittun-
4 tur, non originaliter † sed transsumptiuè remittenda sunt, nam eum text. idem iubeat tabelliones debere seruare cū processum

sum mittendum tradunt in gradu remissionis, quod seruant, cum tradunt in gradu appellationis, & in appellationis gradu non processa & acta originalia tradũt sed transsumpta eorum, ergo idem cum per viam remissionis, æquiparatorũ enim eadem debet esse dispositio, teneanturque tabelliones omnium coram se factorum registrum relinquere, vt dixi in.l. 12. in glos. 1. supra eod. alias puniri possunt, secundum Bald. in rub. num. 28. C. de fide inst. Couar. in pract. capit. 19. nume. 2. in fine, igitur & in hoc casu præsertim cum habemus text. in.l. eos. §. super ijs. C. de appella. probantem quod exempla mittenda sunt non verò originalia, quoties causa remittitur ad superiorem, & ibi gl. exépla. ita notat, & ibi Bal. qui loquitur optimè in propositum, & iudici requisito incumbit vt originale nó remittatur vt possit ex eo iustificare rei remissi capturam si fortè ab eo petatur, & tabellioni itidem incumbit, quia apud se retinere tenetur originalia, ex dict.l. 12. supra eod. vbi diximus, item & propter expensas, quas percipiet ex exemplo transsumpto ab originali, in casu tamen inquo tabellio originale tradidisset non potest percipere iura si
5 cut si transsumptiuè traderet, † ex tex. singulari.l. 22. tit. 20. lib. 2. supra.

Ibi [de perder el officio] hũc & alios casus vbi pœna priuationis officij imponitur refero in.l. 23. inf. eo. & qua pœna puniebatur de iure ciuili tabellio nõ seruans protocolla, vide per Menochi. de Arbi. iudic. libro. 2. centuria. 4. casu. 37. à numero. 1.

Ibi [lo mande el juez,] eius enim iussu etiam processus originales potest tabel-
6 lio tradere, † secundum Auiles, dicto. capite. 36. prætorum, glossa, sean, in fine.

LEX XVII

¶ SVM. Tabellio eiusdem scripturæ transsumptum bis vni & eidem parti tradere non debet, nisi diligentia nostri text. adhibita sub eius pœna.

IBi [q̃ no se la de otra vez] & hoc quotiescunq; ex scripturæ illius multiplicato trãssumpto præiudiciũ parti obligatæ infertur, vt putà quãdo quis obligatur alteri dare certam summam pecuniæ frumẽti vini olei aut similis speciei, ad cuius solutionem pars obligata compelli bis posset. virtute talis trãssumpti secũdi, hoc enim prohibet nostra lex, secus si quantumuis vnum duo vel plura transsumpta dentur non multiplicatur obligatio, tunc enim nostra lex non procedet, prout ex ea probatur, & ex.l. 10. titulo. 19. partita tertia, & apparet, ex traditis per Couarruuias in practica, capite decimo nono, numero. 3. & ex glo. 2. in.l. 2. titulo. 8. lib. 1. fori & ex Didaco Perez, in.l. 2. titul. 5. libr. 2. ord. col. 436. quæst. 16. & in. 15. quæst. declarat an successor tabellionis possit ex
1 protocolo sui prædecessoris † exéplũ scripturæ extrahere, & inquit q̃ sic seruata forma ab eo ibidẽ descripta, nisi per prædecessorem semel esset traditum, nam tunc si obligationem multiplicabilem contineret, non posset transsumptari nisi & legis nostræ forma seruata: & secundum dicta declarandæ sunt.l. 9. titul. 19. parti. 3. & l. sexta, titulo. 8. libr. primo fori, simpliciter disponentes debere tabellionem transsumptum scripturæ penes se existentis parti petenti tradere. Sed quomodo
2 constabit scripturam semel traditam † parti signatam, vt iterum non detur, & præiudicetur parti obligatæ, & in hoc Francisc. Marcus decisio. 369. numero. sexto, conueniens remedium non præstat, nisi quod originale & transsumptum cancelletur, sed hodie tabelliones de consuetudine sua signa particularia habent, per quæ significatur iam semel traditam signatam, quæ super originali apponunt & scribunt, ego tamen tabellionibus consulo vt verbis expressis apponant qualiter iam tradita fuit signata scriptura illa creditori, & firment hoc sua firma super originali scriptura, & signis tantummodo non sibi satisfaciant, vidi enim iam litem magnam propter hoc,

Ibi

Ibi [Saluo] limitatio hæc respicit verba præcedentia, aunque allegue causa o razon, nam limitantur verba hæc ex nostro versiculo, nisi causa illa esset de sufficientibus & in iure expressis putà si probetur primum transsumptum deperditum, igne vel in mari consumptum, secũdum quod in.l.10.&.11.titul.19.part.3. in lege nostra allegatis disponitur, vel nisi adsit alia causa ex traditis per text.in.l.12.eo.titu.19.& ea.partit.3. de quibus & agitur per Couar.in prac.capit.21.& per Monterroso, in practica sua, titul. de escrituras publicas capite. de como el escriuano puede dar vna escritura dos vezes, foli. 220. & an iuramento partis probetur amissio vide glos. que es, dict.l.10. & quid si protocollum non reperiatur ex quo possit renouari & refici scriptura, an possit cogi
3 debitor vt faciat cautionẽ de nouo, † & glos. fi. in dict.l.10. referendo Bar. inquit quod sic quando creditor statim non posset agere, & tandem se remittit ad Bar. sed si debitor negaret scripturam fuisse factã non posset tunc cogi ad eam reficiendã, neque refici posset, nisi saltim sint duo testes, qui deponãt de tenore instrumenti amissi vel antiquati, secũdũ Bar. in.l. siquis §. fi. in fi. ff. de edẽdo, & tũc deberet pars citari vt ibi p eũ, & p dictas leges.10.&.11

LEX XVIII.

¶ *SVM. Tabelliones numerarij compellendi sunt per iudices ordinarios ciuitatẽ exire, & eius iurisdictionem & loca adire vbi necesse fuerit instrumenta conficere vt partes coram ipsis annuant, & iura secundum tassam regiã percipiant ipsi tabelliones.*

Ibi [Que salgan por la tierra] notarius enim inuitus cogitur ad scribendum
1 & suscipiendum rogatum † vt.l. quædã personæ.§.1.ff. de edendo, & notat glos. in.l.5.titul.8.lib.1.fori, tenenturque requisiti impertiri officium suum siue de die, siue de nocte, secundum Anen. capi.2. prætorum, num.14. versi. neque excusatur cum seq. lib.1.& in capi.10. num.7. versi. quod extende eo. lib. tex. nostrum notat ad hoc quod tabelliones regij in terris dominorum non debẽt acta facere iudicialia, vel extra iudicialia, cũ possint cõpelli tabelliones numerarij illius loci exire de loco intra tamen iurisdictionem dominorum ad hæc facienda. & à num. 5. id incepit, quod verum intelligerem si partes peterent, secus alias, & ita denotant verba nostri tex. ibi, que por las partes fueren pedidas, & probatur etiam ex.l.1. supra eo. isthæc tamẽ hodie necessaria esse non credo, in quolibet enim etiam paruo populo & loco ita tabellionum abundantia adest, vt non sit necesse tabelliones ciuitatum & villarum ad hoc compellere. Ex textu tamẽ nostro notari potest quod tabellio ciuitatum & villarũ potest intra
2 territoriũ earũ instrumenta conficere †, prout in hoc titulo remissiuè diximus, & in.l. seq. quid extra territorium.

LEX XIX.

¶ *SVM. Notarij ecclesiastici vel apostolici circa temporalia intromittere se nõ debent, nisi solũ circa ecclesias & ecclesiasticas causas concernentia, & coram eis nullus alius scripturam annuere & conficere potest sub nostri text. pœna.*

Ibi [sobre cosas pertenecientes] & hoc nimirũ, quoniã notarius instrumẽtũ con
1 ficere non pôt † extra territoriũ illius, qui eum creauit, secundum Bar. in.l. apud proconsulẽ. ff. de manu. vindi. & Ant. de But. in.c. sicu. ne cler. vel mon. quicquid ibidẽ velit dicere. Pan. de quo latè p Bar. Bal. & DD. in.l.1. C. de sum. trin. quos & alios refert

fert Carolus à Grassallis, lib. 1. Regalium Fran. iure. 8. in princip. vbi dicit hoc idem in Francia statutum propter innumerabiles abusus comitum Palatinorum, & DD. maximè Orosci. in. l. 1. numer. 15. & 16. col. 368. ff. de offi. præfec. vrb. vbi ampliat etiam si partes consentiant, & tradit Feli. in cap. cum. P. num. 17. de fide inst. vbi & in nume. 16. quærit an facta intra territorium probent vbique, & num. 18. tractat
2 an extra territorium † inter subditos territorij illius à quo fuit creatus tabellio poterit instrumenta conficere tabellio, & alia similia determinat & declarat, & Roland. Valle, consilio. 91. neruus præsentis, libr. 3. sed quid si negetur illum, qui confecit instrumentum non fuisse notarium, neque constare posit de creatione an ex eo. sustinebitur instrumentum quià communiter reputabatur notarius vide Felin. in cap. si scripturam num. 18. de fide instru. verum tamen vltra officium suum concernentia intromittere se non potest, etiã ex partium consensu, prout nostra insinuat lex, & tradit Pal. Rub. in rubric. in. 3. euidenciali in princip. incip. videtur mihi dicendum, numer. 21. fol. 2. secutus per Orosci. in l. 1. nume. 16. colum. 368. ff. de offic. præf. vrb. quicquid velit Abb. relatus per Felin. vbi supra, dicto numer. 17. nam consuetudo de qua ibi in nostro regno nihil proderit, cum sit contra legis nostræ dispositionem, notarij tamen isti (vt ad propositum regrediar) creãtur ab episcopo vel à comite palatino authoritate Papæ creato, ergo nimirum si vltra spiritualia & spiritualibus attinentia intromittere se non posint, quam rationem ad nostrum text. in effectu assignare voluit Pal. Rub. in dict. numer. 21. & iustissimũ id esse asserunt relati per Couar. in pract. capi. 19. in fine, vbi legem nostram allegat, faciuntque per me dicta in. l. 3. titul. 1. libr. isto supra & quia non potest se vnus notarius in officio alterius intromittere, prout in rub. nostri tituli diximus: ijsque de cau
3 sis in ijs regnis notarius imperialis † non potest vti notaria sua, secundum text. in. l. 21. infra eod. eodemq; modo miles creatus ab imperatore in imperio, non vtitur priuilegio militis extra imperium, secundum text. in. l. 8. titul. 1. infra lib. 6. & idẽ quod hic esse in Francia statutum apparet ex Rebuf. in. 1. tomo constit. Franc. titul. de lit. oblig. art. 2. glos. 1. num. 37. & 38. quem ad hoc allegauit Didacus Perez, libro. 2. ordin. col. 646. in fine, & idem Rebuf. in tract. in quibus casibus iudices secula. de ecclesi. cog. pos. num. 56. neque lex nostra est impeditiua ecclesiasticæ libertatis, vt pote quia se circa ecclesiastica non intromittit, ecclesiaque ipsa vult temporalem iurisdictionem illæsam seruari, neq; quemquam in messem alienam manum mittere permittit, sed potius prohibet & vetat, vt in. 1. titulo huius lib. 4. diximus, absurdumque est si promiscuis actibus rerum turbentur officia. l. repetita. C. de episcopis & cleri. de testamen. l. consulta 93. dist. diaconi, §. nunc autem, 95. dist. esto subiectus, & sicut indecorum est vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium est si singula rerũ ministeria personis totidem non fuerint distributa capit. 1. 89. dist. est notandum, quod in defectum tabellionum secularium, possent
4 apostolici necessaria in secularibus † negocijs adimplere, sicut & secularis inter ecclesiasticos, secundum Oroscium, in. l. 1. nume. 16. col. 368. ff. de offi. præf. vrb. quod tamen in glos. sequenti reprobo.

Ibi [Mandamos y defendemos] similis text. in. l. 9. titulo. 1. supra hoc libr. vbi & scripturæ aliter factæ annullantur, aliter enim valerent ex. l. 13. verbo, sea en si ninguna, supra eo. vbi dixi, & in dicta. l. nona, alia in propositum, & sic neque in locis vbi copia tabellionum publicorum deest notarij apostolici circa hæc intromittere se poterunt, quicquid velit Didacus Perez, l. 26. tit. 3. libr. 1. or. & Orosc. vbi sup.

LEX XX.

¶ *SVMT. Tabelliones clerici, si qui fuerint, nullo modo tabellionatus officio vti possunt inter laicos.*

IBi,

IBi [Si fueren clerigos] ergo permittit lex hæc clericos tabelliones esse posse, contra plurium opinionem aliud tenentium, vt apparet ex Couar. in practi. capit. 19. numero. 8. vt pote quia quamuis vilia hæc officia nõ sint, vt ibidem ipse Couar. optimè defendit, ne se tamẽ in rebus profanis intromittant similia officia exercere prohibentur, ex cap. sicut, ne cleric. vel mon. l. 45. titul. 6. partit. 1. & ex concilio Carthaginẽsi sic olim erat prohibitũ clericus, vt patet ex Ber. Diaz, in prac. crimi. cano. capit. 52. ministri laicorum, & regula generalis est, quod clericus tabellionatus
1 † officio vti non potest, quam regulã cum limitationibus prosequitur Ias. in. l. 1. §. huius numero 8. & 9. ff. de iust. & iur. ideò dicendum est vel text. nostrum loqui in clericis in minoribus ordinibus cõstitutis beneficiumque ecclesiasticum nõ obtinentibus, tales enim bene possunt ta-
2 bellionatus officio † vti etiam in foro seculari secundum Couar. dict. num. 8. conclus. 4. & gloss. l. 54. titulo. 6. partit. 1. & Didac. Perez, in lib. 2. ordin. colu. 653. & melius in lib. 1. ordin. eiusdem, col. 135. dum tamen amplius quam prima tonsura initiati non sint, vt patet ex. l. 15. titul. 16. libr. 2. supra vel melius dic, quod text. noster, non ex hoc quod disponat clericum tabellionatus officio vti inter laicos non posse, censendum sit, quod permittit clericum posse esse tabellionem, sed potius id tantum permisisse videatur quod de iure canonico permissum repertũ fuerit, vel per leges nostras regias, secundũ quas vt patet ex. l. 15. titul. 16. lib. 2. supra clerici, in minoribus tamen costituti, dum tamen beneficio ecclesiastico careant, posse esse tabelliones in foro etiam seculari, vltra verò ordinati, quamuis beneficium non possideant ecclesiasticum, non possint dicto officio in foro vti seculari, in ecclesiastico vero tribunali possint optimè etiam sacris ordinibus maioribus constituti quamtumuis beneficium habeant ecclesiasticum, quod tamen non laudo, plurimum enim indecens esse iudico clericos hos, qui Deo vacare debent, mundo se tradere, difficulterque negotia se compatiuntur cum silentio, & horarum recitatio cum processuum relatione, & reuolutione, prout & inquit Ber. Diaz, & eius Additio vbi supra, capit. 53. tabellionatus officium exercentes.

Ibi [no vsen entre legos] idẽ Franciæ statutum reperitur, vt apparet ex Rebuffo, in. 1. tomo constit. Fran. tit. de liter. obli. art. 2. glos. 1. numer. 43. vbi Pal. Rub. ad hoc allegat, & nume. 44. id contra ius esse asserit prout & asserit Lucas de Penna, in. l. fin. col. antep. versi. ex his infertur. C. de locati. præd. ciuil. l. b. 11. per ipsum Rebuf. ibidem relatus, iuridicum tamen asserunt relati per Couar. dict. capit. 19. in fine, vbi ad hoc allegat quandam pragmaticam regiam, quæ est lex supra proxima, & vide Burgos de Paz, in. l. 3. tauri num. 765. cum seq. vbi quærit an testamẽtum ad pias causas poterunt inter laicos conficere.

Ibi [Ni los tales instrumentos hagã fe] hic est text. clarus contra glos. verbo contra, in. l. 28. titul. 11. part. 5. asserentem q si de facto clericus tabellio crearetur & instrumenta conficeret, valerẽt instrumẽta illa, quod tamen per text. nostrum destruitur & reprobatur quoad nostri text. dispositionem attinet, & hoc quia loquitur lex nostra per verba illa, hagan fe, quę nisi in lege nostra apposita fuissent, non destrueretur doctrina illius glossæ, sed procedere posset, prout & asserebat Couar dict. capit. 19. num. 8. conclu. 4. versi. quod si sacerdos, & miror de glo. illa Gregorij Lopez, quod legem nostrã non cõsiderauerit, cũ esset lex. ord. sub. l. 15. tit. 18. lib. 2. ord. apposita.

LEX XXI.

¶ *SVM. Nullus clericus aut laicus audeat in ijs regnis & dominijs vti notaria imperiali sub nostri text. pœna.*

IBi [De notaria imperial] non enim extra territorium concedentis & in quo conceditur vtendum est notaria imperiali, vt diximus in. l. 19. supra isto titu. & lib.

& in.l.8.titul. 1. supra hoc lib. & idem in Francia vti esserit Rebuf. 1. tomo tit. de lit. oblig. art. 2. glos. 1. num. 48. cum. 2. sequen. & Carolus de Grassallis, lib. 1. Regalium Franc. iure. 8. in princip. sic & eodem modo legitimatus extra regnum nõ
1 potest vti legitimatione † quoad bona, quæ habet in regno, secundum Deti. consil. 150. col. pen. quem sequitur Gregorius in l. 4. verbo, en cuyo, titu. 15. part. 4. vbi & alia tradit in propositum, sic & rex vel imperator in terris suis non possunt nisi tantum circa temporalia dispensare, neque comes ab imperatore potestatem
2 habens † legitimandi potest in terris ecclesiæ legitimare, secundum Bald. post Iacob. But. in. l. 1. C. de iure annul. aur. & hæc est communior opinio teste Decio. consi. 55. num. 3. quem & alios refert Didac. Perez, in. l. 2. titul. 1. libr. 3. ordi. col. 775. in princ. & Orosci. in. l. fin. num. 5. & 6. col. 597. ff. de iur. om. iud. optima. l. 4. in fine, tit. 15. par. 4. & ibi glos. & ideò inquit Carolus de Grassallis, lib. 2. regal. Franc. iure. 7. pagin. 51. in paruis, quod si Papa aut Comes Palatinus, legitimare vellet bastardos in regno Franciæ quoad effectum succedendi, vel alias iurisdictionẽ regiam vsurparet, aut impediret, rex & eius officiarij talem abusum omnino repellerent, & impetrantem seu actum sustinentem mulctarent, tanquam interuenientem regiam authoritatem, & licet in Francia ita fieret, in Hispania tamen nostra summi Pōtificis mandata nõ ita ex abrupto sunt excludenda & contẽnenda, sed supplicationibus damnum regiæ iurisdictioni proueniens Papæ ipsi manifestandum est, vt sanctitas sua medelam adhibeat, cum alio tamen inferiore à Papa hęc locum habere possent, & procederent & vera essent, proceduntque nisi talis barstardus legitimãdus esset scholaris, nã tũc posset imperator in terris ecclesiæ eum le-
3 gitimare † quoad temporalia tanquam filios suos spirituales, secundum Rebuf. de priuilegijs scholar. priuilegio. 98. Et sic dicebat specul. in titul. de inst. edi. §. restat num. 23. & 25. quod tabellio creatus à Papa potest conficere instrumẽtum in terris imperij, & è contra, eò quod quilibet habens merum imperium potest extra territorium suum suam exercere iurisdictio-
4 nem † voluntariam, licet non contentiosam, ex. l. 2. ff. de offi. proconsul. & tradit Oroscius, vbi supra num. 2. 3. & 4. concedere tamen potestatem conficiẽdi instrumentum est iurisdictionis voluntariæ, ergo, & hoc verum dicit & sequitur Bal. de Perus. in tract. de tabellione, nu. 32. vol. 11. tractatuũ doctorum, quod tamen dictum intelligerem verum, dum tamen non exerceant tales creati à Papa officiũ in temporalibus in præiudicium regię iurisdictionis, creatusq; ab Imperatore nõ vtatur extra imperium, secundum legis præcedẽtis & nostræ dispositiones, aliter enim dicto illi speculatoris multũ aduersantur hæ leges nostræ: Sed an valeat instrumentum extra imperium à notario imperiali confectum si à parte non oppo-
5 natur †, Bellamera decisione. 540. secutus per Burgos, in. l. 3. tauri, nume. 1069. inquit quod sic, & quod iudex non habet necesse eius notariatum inuestigare nisi notarius sit defectus vt ibi per eum numero. 1070. cum sequentibus aliquibus.

LEX XXII.

¶ *SVM. Tabelliones regij, vulgo, escriuanos reales, vocati officio suo vti non debent nisi prius impletis requisitis nostri text. sub eius pœna.*

IBi [Sin que primero] est hæc optima ampliatio ad. l. 1. supra isto tit. & lib. scilicet quod inquantum ibi permittitur tabellionibus ijs regijs instrumenta conficere in locis vbi tabelliones publici non adsunt, id verum sit, dum tamen prius in loco illo vbi officia hæc exercere volunt diligentias à nostro text. descriptas fecerint tabellionesque ij regij sunt, qui non adhibito certo loco creantur, quorum paruus numerus deberet in regno diffiniri, vt cõfusionis causa tolleretur, vt inquit Rebuff.

buff. 1. tomo, constit. Franc. titul. de liter. obligat. artic. 2. gloss. 1. num. 53. & deberent per prouincias constitui, ita quod vltra prouinciam constitutam nullus posset officio illo vti, secundum Rebuf. vbi supr. num. 50. cum. 3. seq.

LEX XXIII.

¶ SVM. Tabellio scripturam conficiens in qua laicus iurisdictioni ecclesiasticæ se submittit perdit officium, secundum quod latius continetur in. l. 11. titul. 1. supra isto lib. vbi diximus.

IBi [Pierda el officio,] intellige ipso iure, vt dixi in dict. l. 11. verbo, pierda, & quoniam pluries me ad istam. l. remisi ad enumerandos plures casus vbi præsertim tabelliones perdunt officium, ideò libuit quoscunque per leges nostras vsque nũc
1 reperi † succinctè ponere & referre. Quorum casuum primus est legis nostræ & dictæ l. 11. ei similis. Alios duos reperies in l. 1. & l. 5. supra tit. proximo, alios in. l. 1. 4. 13. 16. & 17. supra isto tit. & lib. Alium in. l. 9. tit. 10. lib. 9. infra, alium in. l. 20. tit. 3. lib. 7. infra alium in. l. 22. tit. 11 lib. 5. infra. Alium in tabellione de cócejo, in. l. 2. titul. 7. lib. 7. infra, Alium in. l. fin. titul. 2. lib. 7. infra, alium in tabellione de sacas, in l. 21. titul. 18. lib. 6. infra, alium in tabelliionibus numeri & concilij, in. l. 3. tit. 5. libr. 7. infra, alium in. l. 32. titul. 6. lib. 3. supra, alium in. l. 24. titu. 8. lib. 2. supra, alium in l. 6. col. fin. tit. 15. lib. 5. infra, alium in. l. 2. titul. 2. libr. 5. infra, alium in. l. 10. titu. 17. lib. 9. infra, alios. 2. & 6. tit. 14. supra isto lib. & in. l. 3. eiusdem tit. & libr. alium. l. 7. tit. 18. sup. hoc lib. alios in. l. 26. & 27. inf. isto tit. & lib. alium in. l. 29. infra eo. alium in. l. 9. tit. 5. supra lib. 3. alium in. l. 11. titu. 21. supra eo. lib. alios in. l. 9. 21. & 23. titu. 23. supra hoc libr. 4. & in iudicibus reperies alium in. l. 1. tit. 19. lib. 8. infra, & in rectoribus ciuitatum in. l. 7. tit. 18. supra isto lib. 4. & in tit. de los officios y regimiẽtos, infra lib. 7. & in alijs locis nostræ recopilationis alios reperies, eos notabis ad regulã communem quod priuationi non est locus nisi in casibus à iure expressis, & quam plures casus vbi de iure communi quis priuatur officio, sacerdotio, militia, cingulo,
2 vel dignitate † vide per Cali. in Margarita fisci, fol. 110. & sequẽ. quem refert Iulius Clarus in lib. 5. selectarum. §. fin. quæstio. 73. in princip. ad quæ maximè debent tabelliones aduertere, & ad plures alias aduertentias propositas per Diego de Ribera, en las notas de escriuanos, cap. 1. per totum, & per Monterroso, in sua practica ciuili & crimi. & insuper aduertere debent ad id quod disponitur in. l. 5. in fine, tit. 7. lib. 1. supra, nè fortè illius pœnas incurrant & quando pœna priuationis iudicibus imponitur & ministris debeat esse ipso iure
3 † an per sententiam vide per Auend. cap. 2. prætorum, num. 14. fol. 28. versicu. fin. lib. 1. Et notanda sunt supradicta, imposita enim pœna priuationis vel infamiæ vt falsitatis, alicui tabellioni, in casu vbi locus erat priuationi, non solum perdit officiũ illud, verum neque ad aliud saltim simile
4 redire † potest, secundum glo. fin. in. l. fin. tit. 19. part. 3. & Didac. Perez lib. 2. ordin. col. 536. cum seq. pro quo considerat tex. in. l. quicũq;. C. de diuersis officijs lib. 12. & notauit Bart. in. l. 2. C. eo. tit. & libr. & Auiles. c. 9. prætorum, glos. 1. & in gl. ley vbi inferit casus vbi iudex priuatur officio Notandum tamen est, quod in omnibus casibus in quibus tabellio propter confectionem instrumentorum perdit officiũ, non annullantur instrumenta, sed valent, vbi aliud expresse lex priuans, vel senten-
5 tia non determinat, † secundum glo. documentis in auth. de tabellio. §. si vero præter, imò & nondum secuta hominis sentẽtia potest interim instrumenta conficere,
6 † secundum Angel. in summa verbo pœna. q. 3. & Hippoly. in pract. §. aggredior, num. 108. & Didac. Perez, lib. 2. ord. col. 436. q. 14. & alibi in libr. 3. supra diximus latè, imò & tabellio de falso condemnatus potest perficere instrumenta, de quibus

7 anteà † fuerat rogatus, secundum Didac. Perez dict. lib. 2. ordin. col. 639. vers. quæro, & Orosci. in l. Barbarius, nume. 20. ff. de offic. præt. & iterum l. si quis. §. cogentur, num. 4. colum. 731. ff. de edendo, & Castillo. l. 50. tauri, num. 7. vbi num. 15. & 16. refert alios casus vbi tabellio officio priuatur, item aduertant tabelliones ne sint populi regatarij, vt inquit l. 20. titul. 3. lib. 7. infra, & notandum quod per ablationem signi tabellioni, militi vel cōmēdatori factam, prohibitus videtur quis
8 † exercere officium tabellionatus, militiæ & commendæ, secundum DD. maximè Dec. num. 3. in c. vt nostrum de appel. Item tabellio conficiens instrumentum
9 illicitum, vel vsurarium scienter tenetur † ad restitutionem vsurarum, secundū Hostien. in summa tit. de vsur. §. fi. & Hippol. in l. si sciente, nu. 6. ff. ad l. Cor. de sicar. vbi & inquit quod erit etiam periurus, & vlterius non poterit instrumenta facere & ordinare & pro infami reputabitur, & in num. 7. idem in aduocato dicit dictante
10 † tale instrumentum, & tradit etiam glo. deue l. 4. tit. 19. part. 3.

LEX XXIIII.

¶ *SVM. Quid sit agendum de registris processibus & scripturis tabellionis mortui aut officio priuati, vel officio renuntiantis, vel non renuntiantis propter mortis præuentionem, declarat lex nostra.*

PRo cuius legis declaratione sufficit allegare Couar. in pract. cap. 21. num. 3. vers. secundo est animaduertendum, & requisita vt si notarius morte præuentus nō potuit instrumenta in publicam formam redigere, vide etiam latè per Rebuf. in l. notionem. 99. §. instrumentorum versic. octauo regulare est cū pluribus seq. pag. 585. cum seq. ff. de verbo. sig. & Afflictis, in decis. Neapol. 6. num. 3. vbi idem si impeditus est notarius, vt in finalibus verbis nostri text. repeto.

Ibi [pueda dar aūque se ayan dado otra vez,] de quo in l. 17. supra eod. diximus.

Ibi [de qualquier costumbre,] siue præterita, siue futura, ex dictis per nos in l. 3. tit. 1. lib. 2. supra verbo, que no son vsadas, nisi quoad tabelliones cancellariæ alicuius quoad quos seruatur dispositio l. 31. titu. 20. lib. 2. supr. quæ nostrā declarat, prout apparet ex subscriptione marginis nostri tex. & videnda sunt quæ diximus, in l. 13. verbo, que ansi dieren supra eo.

Ibi [passaren o renuntiaren sus officios] ante huius legis promulgationem maxi-
1 ma de hoc erat dubitatio †, ita quidē quod asserebatur per DD. in cap. cum P. de fide inst. registra tabellionis mortui hæredibus eius esse tradenda, & tunc dispositione illius text. ex iudicis mandato tradebantur exemplanda alteri notario, qui ex eis transsumptaret exemplum & parti petenti signatum traderet, vt & per DD. maximè Oroscium, in l. si quis. §. cogentur, in principio, col. 730. ad finem ff. de edendo, & si notarius notario succedebat cōmissio circa hæc ipso iure videbatur facta vt sine iudicis mandato id posset facere, secundū aliquorum opinionem, sed secundum crebriorem opinionem, teste Orosc. vbi sup. etiam tunc iudicis mandatum requirebatur, quod & hodie per text. nostrum approbatum videtur, vt vbi supra, adnotat Orosc. ipse, & sic cum registra omnia sint notario successori tradenda, qui quidem exempla dabit, desumpta ex registris, iura talium exemplorum ipsi tabellioni transsumptanti soluenda sunt, non vero hæredibus prædecessoris sui, prout cotidie videmus solui tali notario, & notat Couar. in d. c. 21. num. 3. versic. secundo est animaduertendū, & per consequens registra iā non comprehenduntur in fructibus bonorū notarij defuncti, neq; vēdi possunt
2 † per hæredes, sicut anteà, secundū Auē. respon. 38. vers. fin. & ideò medietas eorū quæ ex protocollis percipiētur nō perti-
3 net vxori defuncti † tabellionis, secundū Baeçā, de decima tutorū. c. 25. n. 23. in locis tamen vbi consuetum est tradi registra successori pro pretio appreciādo & tassan-
4 do per duos tabelliones, seruanda est † hæc cōsuetudo, secūdū tex. in l. 31. tit. 20. lib. 2. sup. per quā nostra declaratur, vt ex subscriptione marginali nostri tex. apparet, & illius etiā l. 31. margine denotatur etiam.

Ibi

Ibi [esto sin perjuyzio,] respiciunt hęc verba dicta in hoc versic. finali nostri tex. scilicet quod circa alios tabelliones, quam numerarios vel de concejo, decedentes absq; successore in officio suo, versiculus hic finalis nostri text. seruetur, qui est quę dam dispositio de per se, & ad praecedentia per modum restrictionis refertur, & per argumentum à contrario sensu poterit notari, quod si possibile esset quod notarij ij alij relinquerent successorem in officio, idem tunc esset, quod est per tex. nostrum dispositum in successore tabellionis numerarij vel de concejo, vt sic sit sensus huius nostri versic. finalis & horũ verborum, sin perjuyzio de los herederos, vt tunc tabellionis non numerarij, vel de cõcilio decedentis absque successore tradenda sint protocolla & registra tabellioni cõcilij illius populi vbi decedit, dum tamen tunc hæredibus ipsius defuncti non pręiudicetur, ergo in tabellionis numerarij vel de concejo registris aliud dicendum est, vt scilicet registra successori eius tradantur etiam cum praeiudicio hæredum, nisi aliud sit consuetum, vt glo. supra proxima diximus, & sic versiculus hic finalis nõ est contrarius ibidem dictis per nos, neque principio nostri text. & qualiter possit traduci exemplum ex protocollo tabellionis
5 mortui vel impediti per alium tabellionem, vide Couar. in pract. cap. 21. num. 3. & Guido Papæ, decis. 2. num. 2. & Auiles cap. 19. prætor. verbo traslade, & text. l. 55. titu. 18. part 3. & ibi glo. verbo, que si no, & l. 4. tit 8. lib. 1. fori, & Matth. Afflictis, & alios supra in glossa prima allegatos.

LEX XXV.

¶ *SVM. Tabelliones cõciliorum tenentur construere libros duos ad effectũ nostra in lege declaratum & sub eius pœna.*

IBi [hazer vn libro,] eã in hoc notat & allegare voluit Auiles cap. 19. præt. verbo, traslađen, folio. 187. & Couarruuias in practica, capit. 21. numero. 3. & refertur lex hæc à lege. 15. titul. 6. libro tertio, supra.

LEX XXVIII.

¶ *SVM. Deposita per iudices iussa fieri non sunt constituenda penes causæ tabellionem, sed penes depositarium per iudices ipsos adhoc constitutum fidelem & legalem & in conueniendo facilem, sub nostri text. pœna.*

IBi [mandamos,] similis est text. vbi diximus in l. 13. tit. 9. lib. 3. supra.

LEX. XXIX.

¶ *SVM. Tabelliones personaliter tenentur, & non per substitutum, testes examinare, nullusque debet examinationi esse præsens, nisi ex iusta fuerit causa impeditus, nam tunc alium tabellionem eiusdem tribunalis nominare poterit, & casu quo lis coram tali tabellione cœpta non est, iudex ipse nominabit tabellionem cõram quo testes examinentur, pœnamq; lex nostra imponit contrarium facienti.*

IBi [por si mismos,] nulli alteri committendo testium examinationem, quemadmodum neque instrumenti factionem
1 alij tabellioni cõmittere pro se possunt vt per Couar. in pract. cap. 21. in princip. & glo. aquel, in l. 7. tit. 9. part. 2. & Auen. cap.

cap.10.præt.num.4.verſ. cum igitur,lib. 1.& dixi.l.4. ſupra eo.imo neque exemplandum transſumptum poſſunt alteri tabellioni committere,† ſecundum Afflic. deciſ.6. & ibi eius Additio.nam regulariter tabellio per ſubſtitutum ſeruire nõ poteſt, ſecundum Auend.†.cap.3.præt.nu. 5.verſ.multi tamẽ ſunt,lib.1.& probatur in.l.6.tit.2.lib.7.infra faciũtque dicta per me in.l.4.tit.9.gl.2.lib.3.ſupra & hoc niſi in caſibus vbi aliud de iure permiſſum reperiatur,prout in impedito in noſtra lege permittitur etiam ad transſumptandum inſtrumentum,quam adhoc alleg. Coua. vbi ſupra,num 1.& iterum,num.3.& ibi ponit requiſita,quæ & ponit Afflict. deciſio.6.& Rebuf.in dict.§.inſtrumentorum verſic.octauo,pag.585.vbi id dicunt verum ſi impedimentum eſt duraturum,vel vt & ego dico, eſſet periculum in mora, & itidem quoad inſcribendum per alium inſtrumentum dummodo in hoc vltimo caſu ipſe ſua manu ſubſcriptionem faciat, vt in l.13.gl.1.ſupra eo. diximus, & not. Afflict deciſ.6.num.3.& Oroſc.in.l.1.ff. de offic. conſulis,num.7.col.359.& Lanfrancus cap. quoniam contra tit. de inſtr. prod.num.24.

2 3

Ibi [de los eſcriuanos de la audiencia,] alius enim ſubrogari non poſſet, ſecundũ Auen.c.15.præt.nu.3. lib. 2. ſubrogatus enim debet ſapere naturam illius in cuius
4 locum ſubrogatur † ſecundum tex.in.l.ſi eum.§.qui iniuriarum. ff. ſiquis cautio. & debet eſſe idoneus,vt dixi in.l.20.in fi.tit. 7.lib.1.& l.4.in fin.ſupra iſto tit.& lib.

LEX. XXX.

¶ SVM. Tabellio numerarius,concilij,vel regni non eſt ad examen admittendus niſi ſit impletæ ætatis.25.annorum.

IBi [ni pueda,] neceſsitatem importat & nullitatem actus contrarij, ex dicendis per nos,in.l.1.verbo no pueda,titu.3. lib.5.infra ſequente.

Ibi [25 años cumplidos,] hæc eſt enim aptior ætas ſimilib' officijs, aptiores enim & habiliores ſunt ad laborem, ingeniumque viuacius habent tunc quam in alia magis tenera ætate, quamuis antea minor in eis ætas requirebatur,& ſufficiebat,vt apparet ex dictis per gloſ.entendidos.l.8.titu.9.par.2.& per Montal.in.l.1.gl.fi.titu. 8.libr.1.for. Et notanda ſunt verba hæc, cumplidos, ad deciſionem quæſtionis tactæ per Bart.in.l.impuberem,in princ.nu. 3. ff. de falſis, & ibi Additio. quærentem, num poſsit minor.25.annorum in officiũ tabellionis eligi vt factus maior illud exerceat,& ex text.noſtro apparet quod non, quia debet, cum eligitur & creatur tabellio,habere.25.annos impletos,& hãc ætatem ad adipiſcendum officiũ tenetur examinandus probare,& vt approbetur,eo tamen approbato & admiſſo & in poſſeſsione officij exiſtente,qui contrarium dixerit probare tenetur ex dictis per Bertachi.in repertorio verbo,ætas.

SEQVITVR TITVLVS XXVI.

Del aranzel de los derechos de los eſcriuanos de concejo.

ET cum ſuperiore titulo dictum ſit de tabellionibus,dignuſque eſt mercenarius merce de ſua,ideò in hoc titulo & ſequentibus de iuribus eorum & aliorum officialium conſtituitur taſſa del aranzel.

Ibi [item de arrendamientos,] & ſic circa hæc ſcriptura tabellionis de concejo fidem faciet, in alijs vero non, ſecundum Auend.cap.15.pręto.num.fin.lib.2.licet exequi,& tunc non poſſet niſi de conſuetudine ita habeatur, vt ſuo loco in hoc libro.4. diximus in capit.15.vide quæ diximus in propoſitum in.l.30.in fine titu. 6. lib.3.ſupra.

SEQVI-

SEQVITVR TITVLVS. XXVII.

Del aranzel de los escriuanos publicos y del numero, y otros juzgados ordinarios de los derechos que han de lleuar por las escripturas, y por los autos de los processos ciuiles y crim.

COntinuari potest titulus iste ad superiorem, scilicet quod cũ de iuribus tabellionis conciliorũ dictũ sit in superiori titulo, nunc & consequenter de iuribus aliorum tabellionum prosequendum est.

¶ Notandumq́, est pro introductione quod in iustitia & in cõscientia possunt tabellio
1 nes iura percipere & petere, † dũmodo nõ sit vltra tassam, dignus est enim mercenarius mercede sua, vt in propositũ inquit. l. 15. tit. 9. p. 3. neq; suis proprijs stipendijs tenetur quis alteri seruire. 1. ad Corint. c. 9. & in. c. cũ secundũ, de præbẽ. & qui laborat & sentit onus, sentire debet & cõmodũ. l. ab eo. C. de fideicom. quibus & alijs vt breuitati cõsulamus, ita notat Did. Per. in. l. 2. tit. 5. lib. 2. ordin. col. 438. q. 20. & quid antea iure ciuili tabellionibus assigna
2 batur, † tradit Auen. c. 2. præt. n. 14. vers. in eo verò fol. 27. lib. 1. vbi & qualiter puniuntur si vltra tassam acceperint etiam si immoderatè laborent, & in. d. l. 15. tit. 19. p. 3. tassabantur iura hæc, & ibi glo. hodie tamen lex nostra aliquando seruabatur & post eam iam alia tassa nouior est statuta, quæ auget iura, quã fortassis in fine huius libri inseremus, & post hæc scripta vidi insertã in prçsenti in secũda impressione nostræ recopilationis, puniunturq; tabelliones si vltra tassam recipiant etiam ab spon
3 te dantibus, † vt per gl. mandare, in. l. 8. tit. 9. p. 2. & facit dictũ. l. 21. tit. 16. lib. 2. supr. & probat tex. hic, & Paz in pract. 1. tom. vltima annotatione, nu. 24. alios allegans, neque prodesset remissio partis ad euitandam pœnam, secundum Auil. cap. 43. prætor. glo. 1. nu. 2. fol. 238.

¶ Potestq; fieri & dari certa forma per legẽ, qua attenta notarij & iudices pro edi-
4 tione actorũ † iura percipiant, secundũ tex. à quo modus imponendi tassam processit, in. l. sacris. 2. C. de prox. sacro. scrini. lib. 10. vbi Bart. n. 1. ita notat, & probatur ex. d. l. 8. ibi porq no tomen ninguna cosa sino lo que les mandare el Rey, quã inijs verbis notat Auen. in. d. c. 2. n. 5. in fin. lib. 1. prorogationeq; & exẽplatione potest
5 notarius capere † mercedẽ, secundũ glo. in. l. multis, & ibi Bar. C. de princ. agen. in rebus, lib. 12. dũ tamen nõ vltra tassam recipiant, vt ex. d. l. 8. & ex. l. 23. tit. 11. p. 3. notabat Auen. d. c. 2. n. 5. ad fin. lib. 1. & n. 6. ponit pœnas aliter facientibus, quæ & per leges nostras & nouiorem dictam tassam sunt statutæ.

In. §. 1. ibi [sin embargo de qualquier cõstumbre,] ita vt nõ solũ futura, sed & præterita reprobata censetur, secundũ quod dixi. in. l. 3. tit. 1. lib. 2. sup. verbo, no seã vsadas, & an cõsuetudo valeat in exigẽdis sportu
6 lis, † tradit Auen. d. c. 2. nu. 14. lib. 1. præt.

In. §. 2. per istũ tx. corrigitur dispositio tx. in. l. 28. col. fi. tit. 8. lib. 2. supra adnotante ibi copilatoris additione marginali.

In. §. [si el escriuano fuere a hazer execucion,] ibi por cada vn dia, & an debeatur
7 dies, quo stetit † in itinere, vide Auil. c. 43. præt. gl. 1. n. 3. & 4. fol. 238. vbi & alia in propositũ dicit, & faciũt dicta per Ripã in tract. de peste, tit. de remedijs ad curandã pestẽ, n. 129. vbi & n. 130. quærit quid si à domo discedat hora iã vespera an debea
8 tur totus integer dies, † & n. 131. cũ seq. an si occurrat dies feriata in honorẽ Dei,
9 illius diei † debebitur salariũ, & n. 134. itẽ quçrit an si vno die perfecit iter triũ dierũ
10 an omniũ triũ † debebitur salariũ, raro tñ isthçc quçstio vertetur, cõtraria verò multoties, & cũ numeris seq. alia in propositũ prosequitur ipse Ripa, & Paris de Put. relatus per Auil. c. 54. præt. verbo, salario, sed melius differũtur per Ripã, quẽ vide, qm̃

iam

iam defessus sum in declaratiõe huius lib.

In eo. §. ibi [y q̃ esto sea agora vaya a pedimiento de vna persona o de muchas,] pro declaratione horum verborum, vide quæ diximus, in. l. 32. tit. 6. lib. 3. supra.

In. §. de los derechos de lo judicial, ibi [por assentar la recusaciõ,] hic habes tx. pro
1 bantẽ, quod tabellio † potest recusari, quẽ adhoc notat Auen. c. 15. præt. n. 4. lib. 2. vbi tractat cuius expensis fiet recusatio, & n. 5. quod tabellio associandus debet esse de numero & non alius, vt & per gl. magnam ad finem in. l. 22. tit. 4. p. 3.

In. §. de los derechos de las causas criminales, in versic. y mandamientos que los dichos escriuanos, ibi los paguen con el quatro tanto, alterat pœnã. l. 32. tit. 6. lib. 3. supra vbi dixi. in glo. quatro tanto.

In vers. sequenti incipiente, mandamos ibi se pueda prouar por tres testigos, prout & in iudicibus disponitur per text. in. l. 6. tit. 9. lib. 3. supra vbi dixi, & in omnibus iustitiæ officialibus idem esse asserit Auend. cap. 2. præt. num. 18. lib. 1.

SEQVITVR TITVLVS XXVIII.

De los derechos que han de lleuar los carceleros de los presos en las carceles de corte y chancillerias y justicias ordinarias.

IN. §. 3. ibi [no lleuen derechos de carcelaje a los que actualmente no entrarẽ,]
1 dic idem & si actualiter intrent † iniuste tamen, secundũ tex. in. l. 14. tit. 29. p. 3. & facit. l. 27. titu. 23. libr. isto supra, & in. l. 7. eiusdẽ tituli & lib. vbi dixi. neque ab vna persona debet bis carcerarius iura percipere pro eodẽ delicto incarcerata, secundũ tex. in. l. 18. tit. 9. lib. 3. supra, sed an si carceratus nolit soluere salarium commen-
2 tariensi † poterit detineri, & quid si pauper carceratus sit, vide per Glossatorem Salmantinum, in. l. 25. tit. 14. lib. 2. ordin. col. 571. cum seq. & in col. 578. in princ. & Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 62. num. 10.

Ibi [con el quatro tãto,] vide dicta in. l. 9. tit. 23. supra isto lib. 4.

SEQVITVR TITVLVS XXXI.

De los derechos de los alguaziles de corregidores y justicias ordinarias del Reyno.

IN. §. 3. ibi [por cada legua medio real] idẽ in alguazellis curiæ disponitur, in titu. 29. §. 10. supra hoc lib. 4.

In. §. 6. ibi [toros quando se corrieren,] hic videtur casus permittens agitationem
1 & cursum † taurorum, similis text. in. l. 4. tit. 10. lib. 1. supra quos adhoc notat Auẽ. c. 10. Præt. n. 11. & 13. lib. 2. licet secundum eũ ibi raro sine peccato fiat, quapropter sanctissimus Pius Papa Quintus cursum eorum prohibuit motu suo proprio, prout in. d. l. 4. dixi causis tamen post apparentibus sanctissimus noster Papa Gregorius Decimus tertius, cõcessit cursum eorũ, dũ tamen nõ in die festo agitetur, neq; clerici eorum sint spectaculo, quod vltimum male seruatur, & ijs totus iste liber quartus remanet satis cõmentatus, siquis alia voluerit videre & addere à doctorib' per nos allegatis decerpet, nã hac de causa modernos omnes allegamus vt & ab eis alia sciri possint, & vt breuitati consuleremus. Omnia sunt ad laudẽ & gloriã omnipotentis Dei eiusque intemeratæ Matris Virginisque Sanctissimæ Mariæ.

FINIS.

SALMANTICÆ
Excudebat Cornelius Bonardus Anno 1587.

INDEX LOCVPLETISSIMUS omnium, quæ in hoc secundo tomo continentur.

Appel-

Ar-

Cita.

Compa-

Index.

D.

Debito-

 latione

Dictio

Execu-

F.

G.

H.

I.

Impe-

Instan-

Iu-

Iuris

L.

Fff 4 appella-

M.

N.

Nota-

O.

Obli-

Præ

Prin.

Q.

Quan.

Re-

tardatio

T.

Tutor

Vicini

FINIS.